



Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

45. 45
8

6. 36. 6. 7

COMMENTARIORVM

SYMBOLICORVM

TOMVS SECVNDVS

Antonio Ricciardo Brixiano

AVCTORE.

IN QVO EXPLICANTVR ARCANA PENE INFINITA

Ad mysticam naturalem,& occultam rerum significationem attinentia.

QVAE NEMPE DE ABSTRVSIORE OMNIVM PRIMA Adamica lingua:

Tum de antiquissima Aegyptiorum, cæterarumque Gentium Orphica Philosophia:

Item ex Sacrosancta veteri Mosaica, & Prophetica, nec non Cœlesti noua Christiana Apostolica, & Sanctorum patrum Euangelica Theologia, deprompta sunt.

Præterea quæ etiam Celeberrimorum vatum figmentis, ac denique secretissimis Chimistarum inuolucris conteguntur.

Quæ nunc primum in lucem edita sunt, instructaque duplici Indice tam significantium vocum omnium, quam ex illis significatarum.

CVM PRIVILEGIIS.









Ex Legato

Illustr.mi Coccini



VENETIIS.


Apud Franciscum de Franciscis Senensem.

M D X C I.



IACOBI ROSSETTI
VICENTINI
IN SYMBOLICA COMMENTARIA
CARMEN.








ONNE homines dites, ac reges abdere cæcis
Optima quæque locis, & preciosa solent?
Nonne aurum, argentum, gemmas, nitidosq; lapillos,
Natura abscondit montibus, atq; mari?
Sic quoq; quæ miri sapientum arcana virorum
Credita sunt sensus, hæc voluere tegi.
Hæc dictis voluere tegi, insolitisq; figuris,
Quæ sibi sublimi mente reperta forent.
Sic Deus humanis seclusit sensibus illa,
Diuinis essent quæ reseranda uiris.
At quo alio quam luce patent, quæ obducta tenebris,
Atque inuisa iacent? lux ea clara facit.
Lumine quo ingenij splendet, qui in luminis auras
Euocat hæc, multos quæ latuere diu?
Luce sui ingenij lucem his Antonius addit,
Doctrinæ abstrusas eruit vnus opes.
His opibus, sapiens quicunq; est dictus, in orbe
Claruit, his opibus quisq; verendus erat.
Has quis non cupiat? quis non perquirat, ametq;,
Quas vt thesauros occuluere sophi?

ANTONII RICCIARDI BRIXIANI COMMENTARIA SYMBOLICA,

Et est hic, commoditatis omnium ergò, totius Operis Tomus Secundus.



1 , Littera in clypeis Messeniorum, sig. ipsorum Gētem. Valeria. fol. 314. vel sign. morositatem, stoliditatemque, uel signif. aliquos tentare maiora, quàm sint in hominum spe, & opinione, cum præcipuè alluditur ad prouerbium Dionysij.

2 M, apud quendam sign. lapidis dissolutionem tertiam, quæ est vltima consummationis terræ lapidis philosophici, & est quando argentum viuum conuertitur in essentiam puri sulphuris, quam vocant scoaptesis, quia est inter optesis, & Escatesis, idest inter flammam, & furnum secretum: nam Optesis signific. flammam, & Escatesis significat furnum secretum.

3 M, apud quendam . . . sign. aquam compositi Lunæ.

4 M, apud quendam . . . . sign. spiritus corporum perfectorum.

5 M, apud quendam . . . . sign. principia materialia tertia, quæ sul sulphur, & argeutū viuū purum, & fermenta philosophorum successiuè creata, & elicita per magisterium ex principijs significatis per B, & G.

6 M, apud quendam . . . sig. eus perfectum in arte chimica, & est duodecimum principium; & sensuale.

7 M, apud quendam . . . . sig. sulphur naturę apud chimistas. & scribitur ab eodem cum coloribus pallido, uiridi, nigro, & rubeo, qui sig. actus ipsius sulphuris per magisterium ignis prouenientes in tales odores.

8 M, in prima lingua symbolicè sig. ea, quæ in nobis esse uolumus, quòd ut ait Terentianus intus in ipso ore ipsa littera M, mugiat. Gorop. in Hermat. li. 7. f. 148.

9 M, in alphabeto primæ linguæ notat eum, ut in oratione, quæ mysticè latet in alphabeto, sig. ipsum discipulum desiderari a præceptore euehi in sublime, & m, concludit secundam partem orationis, quæ est in alphabeto. Goro. in Hermath. li. 9. f. 216.

1 μῆ, prima syllaba Iliados Homeri. signifi. numerum librorum ipsius Homeri. Iliadis & Odissea 48. scilicet. Paulus Scaliger. miscel. f. 269. tom. 2. & Iacobus Gorius de literarum notis. Vide Bibliothecam Sanctam lib. 3. c. de secūda elementariæ explanationis modo. C.

1 MACERIAM diuidi, ut est Mich. 2. sig. impedimenta tolli, ita ut ex Gentibus, & Iudæis fiat unum ouile. D. Hier. sup. Mich. 2. & Lauret. in verbo abscindere.

2 Macerię diuisio facta per Zaram, ut est Gen. 38 sign. apertionem sacramentorum in lege occultorum factam in morte Christi D. V. Ruben. Laur. in uerbo abscindere.

3 Macerias ædificari, ut est Mich. 7. sign. homines lapsos in peccatum, reduci ad virtutem. Laur. in uerbo ædificare.

1 MACHABAEORVM tēpus, in quo populus Dei, & tēplū extremā penè passi sunt cladem, & fuit vltima clades in veteri testamento sign. talem futuram in ea generatione, quæ correspondet illi tempori in Ecclesia Dei, in qua Antichristus magnus Romam euertet, fidem atterere conabitur, Imperium erit sub vltimo Alemannorum Imperatore. Theolospho. fol. 28. ex mente Abbatis Ioach. in libro de vltimis tribulationibus.

1 MACHAERA, sign. Persarum Regē Ochū, qui fuit crudelissimus, & formidabilis super alios reges Persiæ. Celius Calcagn. lib. de rebus Aegypt.

1 MACHINAR apud chimistas sig. id ex quo vasa uitriantur. Ioan. Garland.

1 MACHINA cum obelo inuersa facie facta, sig. labores humanos non ad pompam, sed honestis de causis assumendos, & cogitandos, eorumq; non effectus, sed causas maximè inuestigandas. Sambuc. f. 35.

1 MACRA apud chimistas sig. cretam rubeam. Garland.

1 In MACVLIS retis ambulare, ut est Iob 18, sig. in peccatis ita implicari, ut nequeat se expedire, qui de peccato in peccatum incidūt. Laur. in uerbo ambulare.

1 MADIANITAS occidi iussos, sig. carnem esse debellandam. sed ad debellandos Madianitas eligēdum exercitum ex mille militibus per singulas tribus sign. influxum cęlestem duodenarium multiplicatum, & deductum per millenarium diuinum, & supramundanum opus esse, quod sign. neminem sine auxilio diuino contineri posse. F. G, 86. t. 2.

2 Madianitarum tabernaculum coęquatum funditus terræ, ut est Iudicum 7. signifi. hæreticorum dissipationem. Idem signifi. paries litus a Deo terræ æquatus, ut est Ezechie. 13. Idem

sign. Babilon æquatum pulueri, vt est Ierem. 50. Lauret. in uerbo æqualis.

1 MADIC apud Chimistas sig. lac postquam extractum est butirum, & sign. lac vaccinum. Garland.

1 MAGHAL, vox ex lingua Adamica quæ interpretatur magna domus cognatos seruans. eo quòd primi orbis habitatores per cognationes cohabitare soliti fuerint. Sed vt reor mystice posset significare Ecclesiã propter mysteria quæ in voce hal continentur, de qua, v. Allege Gorop. lib. 4. Hermath. f.65. et hanc voce Arabes etiam nunc Africam habitantes retinuerunt significationem cum uocent habitationem & domum magal. Hinc Vergilius.

Mirantur molem Aeneas magalia quondam.

1 D. MAGDALENAM. primum non vidisse D. N. neque illius notitiam habuisse, secundo vidisse sed non cognouisse. Tertio vidisse & cognouisse. significat sinagogam primo fuisse omnino cęcam. Secundo sign. sinagogam in penultimo tempore cogniturã quidem veritatem sed nesciturant an eo modo sibi fuerit ambulandum. Tertio significat sinagogam & cognituram veritatem, & eam amplexuram. Ioach. Apocal. f. 144.

2 D. Magdalenam prohibitam a D. tangere eius pedes post resurrectionem. significat sinagogam in tertio statu prohibendam cum habuerit veritatis notitiam ne tantum credat D. N. esse ex semine Dauid. quod signific. pedes Sed oppportere eam credere quod sit filius Dei.

3 D. Magdalenam intrasse in Sepulchrum D. N. post Petrum & Ioannem. significat quòd Iudæi vltimi credent scilicet post latinos quos significat D. Petrus, & post Græcos quos sign. D. Ioannes. Magdalena enim sign. Iudæos atque ita in secundo statu Iudæi erunt nouissimi ad intelligendum scripturas Sacras. & in tertio nouissimi erunt primi. Abbas Ioach. in prefatione super Hierem.

1 MAGIAE naturalis opus nullum perfici absque Deo, vt est apud Orpheum. sig. secundas causas non operari nisi quatenus Deus, qui est prima, illis impertit. Opus enim magiæ est maritare mundum aut eius partes. Quod est summi artificis opus præcipuæ & secundarum causarum, quæ causæ secundæ non operantur nisi quantum fouentur a prima, & quantum ab ea hauriunt. F.G.p.406.t.4.

1 MAGOS memphiticos non potuisse producere pediculos sicuti Moises. sign. in sola Dei uirtute esse positum rei creandæ subiectũ creare. Fr.Geor.arm.f.9.

2 Magos qui ad D. Virginis partum videndum venere fuisse tres. sign. omnes gentes quæ a tribus filijs Noe oriundæ ad Christum D. N. adorandum venturas fuisse. D. Thomas. in Math. cap. 2.

3 Magorum tria munera oblata Deo nostro D. I. in natiuitate. sign. ex tribus partibus mundi fuisse venturas gentes ad ipsum adorandum. vel significat fidem Sanctissimæ Trinitatis. vel sign. Sacratum Scripturarum Historicum moralem & allegoricum sensum. vel sign. logicam, Phisicam & Ethicam. D. Thomas Math. cap. 2.

4 Magi duo Ismenius & Armida qui tentant remouere Christicolas ab enpugnatione Hierusalem. sign. duas diabolicas tentationes, quæ insidiantur duabus animæ potentijs, a quibus omnia proueniunt peccata. Ismenius signif. tentationem, quæ decipit vim animæ opinatricem, & Armida sign. tentationem, quæ insidiatur potentiæ appetitiuæ Ab Ismenin procedunt errores opinionis, & ab Armida oriuntur errores appetitus. Ismenij incantationes in Sylua. significãt falsitatem rationum & persuasionum, quæ falsitas generatur in Sylua, id est in multitudine & varietate opinionum & cogitationum humanarum. & quoniam homo vel deserit virtutem, existimans labores esse malos, uel deserit uirtutem ducens uoluptates bonas: ideo incantationes Ismenij sunt duplices. & turbines, ignes, tenebræ, & alia monstra sign. argumenta falsa quæ ostendunt labores honestos & discrimina uirtuosa esse mala. flores uero & fontes rriui musica instrumenta & nimphæ. sign. sillogismos fallaces, qui proponunt commoda, & sensuales delectationes sub imagine boni. Torquatus Tassus in allegoria suæ Hierusalem liberatæ.

5 Magos Pharaonis Iannem scilicet & Mambrem in productione pediculorum a Moise facta dixisse digitum Dei esse in Moise. significat opus Magiæ consistere tantum in arte & in natura, sed rei creationem solius Dei esse, quæ est supra naturam. Creatio enim pediculorum fuit supra naturam, utpote qui ex sudore producantur. Franciscus Georg. Probl. 415. tom. 5.

6 Magos memphiticos cessisse Mosi in tertio signo. cum in primo & secundo eadem fecissent. Sed in tertio quod fuit pediculorum iuxta literæ veritatem. significat in tertio isto signo defecisse materiam prodigij. cum pediculi ex sudore humano prouenian quam materiam non poterant Magi propinare, & ideo dixerunt in Mose esse digitum Dei. Fr. Geor. problem. 323.

7 Magorum munera Christo Domino N. oblata aurum Thus et mirrha. significat Christum Dominum futurum Regem Regum per aurum, & per thus significat futurum Sacerdotem Sacerdotum. Et per mirrham. significat illius diuinitatem quæ carnem a putredine esset seruatura. Franciscus Georg. probl. 155. tom. 4.

1 MAGISTRATVVM & Iudicum, Palatia & Curias, apud Platonem deficere fieri iuxta exempla. significat Iudices humanos dum iudicant homines semper meminisse debere se a Deo iudicari. Ficinus in 6. de legib. Platonicis.

2 Magistratũ minorũ lictores sũmittere fasces in occursu

occurſu maiorum.ſign. minores deferre honori,& imperio parere. Alexander ab Alex.lib.1. cap.27.

3 Magiſtratum aliquem priuare ſuum collegam magiſtratu, ſignific. priuantem non uiſurum annum integrum. Iulius Obſequens. Prodig. 129.

Magiſtratus, & munera ciuilia.
V.Alium 2.

1 MAGNES in æquilibrio ad polum conuerſus. ſig.mentem ſemper in idem intentam. Sambucus fo.84.

2 Magnes in armonica mundi conſonantia, ſign. caudam vrſæ polaris. Georg.Venetus armon. fol.75.

1 MAGNESIA apud quendam in Epiſt. ad Regem Neapolitanum, ſig. totum compoſitum, quod chimiſtæ couniunt in materia lapidis, in qua eſt tota humiditas, quæ eſt argent.viu.quę quidem humiduas non eſt ſicuti aliæ humiditates, nam currit in igne,& in eodem igne totũ compoſitum diſſoluit,congelat, denigrat, dealbat,& finaliter rubefacit,& perficit.

1 MAGNIS & potentibus viris, & in magnis negocijs,ſig.bene, alijs male ſig. & ſpem inanem, difficultates,& oppreſsiones.

2 Magnitudo parua ſign. omnibus mala, aut non bona.

3 ad Magnitudinem vnius rei opus eſſe magnitudine alterius.V.Abyſſus 17.

1 MAGNVM & paruum apud Platonem, ſign. gradus formarum, & rerum compoſitarum. ſicuti apud Pythagoram numeri par, & impar, ſign. idem,quod magnum & paruum: par enim ſign.materiã,& maximè binarius. & impar ſignific.formam. Georg.Venetus armon. fol.37.

1 MAGRA apud chimiſtas ſig.corneolum.Ioannes Garland.

1 MALCHI auriculæ dextræ amputatio, ut eſt Matth.26. ſig. ablationem recti iudicij a Iudæis in lege intelligenda, qui nunc non audiũt eam niſi ſiniſtro auditu; uel ſignific. abſciſsionem eius, quod in Iudæis erat inobediens, ut deinceps obediant, uel ſignific. illum ſuperflue habere aurem corporis, qui audire, & examinare non nouerit, ut uirtutem animæ examinantem amputatam habere uideatur. Hilarius ſup Matth.cant.32. & Lauretus in verbo abſcindere.

1 MAHOMETIS lex,& imperium. in ſexto tempore diſperdentur. Nam in ſexto bello, quod erit a Sarracenis Turcus uincetur,& eius imperium a decem quaſi regibus occupabitur. Ioach.Apoc.f.2.

2 Mahometi lex, & imperium, & ſecta duratura eſt annis mille quinquaginta & uno. V. anni D.N.570.

1 MAIA ſign. terram a magnitudine dicta, ſicut & mater magna in ſacris uocabatur. Cornel. Labeo.

2 Maiæ Mercurium in ſacris, quæ menſe Maio utrique a mercatoribus fiebant adiungi, ſignif. quod homini naſcenti uox datur terræ contactu. Mercurius enim habebatur Deus vocis,& ſermonis. Cornelius Labeo. Maia & bona dea erat eadem. Macrob.

1 In MAIO menſe nubere non bonum fuiſſe, ſig. quòd Romani per triduum lemuria, ſiue Remi parentalia faciebant eo menſe a Romulo inſtituta, per quę religio vetabat nuptias. Porphirion in Epiſt.Horat.vltima.

1 MALARIBRIO apud chimiſtas ſign. opium. Ioan.Garland.

1 MALEDICTIONES factas fuiſſe in monte Hebal, ſicuti benedictiones in monte Garizim.ſign.maledicendos a Deo detrudendos eſſe in æternam uoraginem. Hebal enim interpretatur antiqua vorago.Fran. Georg.proble. 233.to.2.

2 Maledictioni dare, vt eſt illud Numer. 5. Dominus det teipſum in maledictionem,& iuramentum in medio populi, ſignific. iurare per execrationem: Idem ſign.dare in maledictum. Iacobus Gouſchel. libro 3. elocutio.ſacrarum ſcriptur.

1 MALEDICTVM fuiſſe, qui pendet in ligno ſig.Chriſtum D. N. ſuſcepiſſe in ſe omnes maledictiones noſtras, & nos a maledicto legis liberaſſe.F.G.p.238.t.2.

1 MALAGIGES determinans auxiliari Rotolando in eius neceſsitate, licet Rotolandus alias ei auxilium ferre noluiſſet.ſig. amicos & agnatos adiuuandos eſſe, licet aliquid iniuriarum interceſſerit, quarum obliuiſcendum eſt. Arioſti cantu 42. Clem.Valuaſ.

1 MALEOLI, de quibus in tertio Daniel. ſign. auaritiam Conformitates. D.Fran.li.1. fructu ſecundo.

1 MALHODORAM, apud chimiſtas ſignifi.ſalgemmæ. Ioan.Garlan.

1 MALLEVS in ſacris literis.ſig.malorum incitamentum. nam malleus confecit, & excudit pugiones, cuſpides, arma cultros,& ſimilia, a quibus tot mala proueniunt.

2 Malleus, ſignifi. Zabulum, ſiue diabolum. vnde Hierem. malleum uniuerſæ terræ fractum iri contendit, quando, ſcilicet Chriſtus Dominus veniſſet, quod ſign. diaboli omnia mala incitamenta ad malum in Chriſti Dom. N. aduentus confracta fuiſſe, & ad uiuendi rectam rationem futuram hominum conuerſionem. Vale.f.353.

3 Malleum non eſſe auditum in templo, cum ædificaretur, ut eſt 3.Regum 6.ſign. in Eccleſiea triumphante non eſſe tribulationem, vel ſign, Chriſtum Dom. eſſe conceptum ſine opere humano.Glo.ord.in 3.Reg.6. & Rupertus 3. Reg.11.

1 MALLVVIVM vas latum, in quo lauãtur manus. ſig.liberalitatem.Pol.phi.li.1.

1 MALORVM ſpes.V.Abominatio 5.

1 MALI & reprobi, qui de tenebris peccati in tenebras ſepulchri, & inde in tenebras inferni proijciuntur. V.Abortus 2.

1 MALOS ſuccindi de mane, uſq; ad veſperam

vt est Iob.4.signifi.impios a uitæ suæ exordio usque ad terminum iniquitatis perpetratione vulnerari, omni namque tépore reprobi per augmentum malitię contra se ictus ingeminant, quibus succisi in profundum ruant. Lauret.in verbo abscondere.

2 Malos absorbere bonos, & bonos absorbere malos, ut est psal.34.fig.malos peruertere bonos, bonos conuertere malos. Diuus Augustinus psalmo. 34. & Lauretus in uerbo abscondere.

3 Malos abuti loco pęnitentię, ut est Iob.24. fig. tempus ad pęnitendum sibi concessum uti ad magis peccandum, Liran.Iob.24.& Laur. in verbo abuti.

4 Malos accingi aduersum bonos, ut est Isa. 8.sign.adornare machinationes aduersus ueritatem Ecclesiæ. Lauretus in uerbo accingere.

1 MALAGRANATA in tunica Pontificis signifi.coruscationes, Ioseph. de antiq. lib. 3. cap. 11.

2 Malagranata in tunica siue pallio Pontificis nu. 72.fig.septuaginta duos populos totius mundi.V. Archangelum Burgonouensem in cabalisticis, dogmat. 1.

3 Malum granatum, sign.concordiam. Cartarius fol.321.

4 Malum aureum, quod iecit discordia inter Mineruam, Iunonem,& Venerem, signifi.cupiditatem, quòd in malo aureo est, quod uideas, & non est quod comedas, sicut cupiditas nouit habere, sed non uir frui. Fulgentius lib. 3.

5 Mala aurea ab Hercule rapta, fuit symbolum Cardin. Ferrariensis, quo sig.virtutes, & facinora clara.passim audiri. Paradinus libro de Symbolis Heroicis f. 60. Habet titulum. Ab insomni non custodita dracone.

6 Malogranata in tunica Sacerdotis, quæ erant aurea, signifi.probatam in hac uita conscientiam, nam malogranata habent testam exteriorem incómestibilem, duramque, quod autem intus est reconditum,& uisu ex varietate coloris atque collocationis ordine, iocundum est, gustu iocundius non parua dulcedine gustû afficiens. (Gregorius Nissenus in uita mosis.) philosophia quoque,& Christiana viuendi ratio dura exterius atque aspera sensui est, intus uero sępissime optimarũ pulcherrimarumque rerum plena, tempore suo cum matura fuerit, cumque agricola noster poma punica huius uitæ aperiet, dulcissimam suorum fructuum præstabit fragrantiam.

7 Malagranata, fig. disciplinas, quæ in præsenti uita lætitiam non videtur afferre, sed tristitiam, & hoc signifi.pomi punici exterior dura testa post uero hanc uitam disciplinæ afferunt consolationem æternam, quam signifi.illud quod est in malogranato dulce, & pulchrum, ac sensui iocundum. Gregorius Nisenus in uita Mosis.

8 Mala Cydonia tria, quæ Hercules in leua tenebat fig. tres uirtutes, quas vnusquisque vir probus & sapiens habere debet. Quæ sunt non ex candescere. auaritiæ non deditum esse, & animum à voluptatibus liberum habere. Valer. fol.393.

9 Malum siue pomum. significat amorem. Vnde illud Vergil. malo me Galathea petit lasciua puella. Et Venus Hippomani mala clargita est, quibus Atalanta zonam soluit. Valer. fol.394.

10 Mala sumpa de tempore Bacchi, vt est apud Theocritum. significat neminem in amorem ferri, nisi prius letitiæ titillatione concitetur. Bacchus enim est letitiæ dator. Valerianus fol.394.

11 Mala ambesa uel morsu tacta apud Lucianum a Chariclea Diniæ missa. sign. amorem. Valer.f.394.

12 Malum arborem Amori sacram esse. fig. ipsam ostendere progręsionem rerum amatoriarũ. fructus.n. fig.pallorem & ruborem, quibus amantes prædiu sunt. Valer.f.394.

13 sub Malo arbore amores ludentes,& pomis certantes. fig.illos amantes qui uoti compotes facti sunt. vnus enim osculatur pomum,& illud postea alteri iaculatur, & qui recipit illud rursus osculatur & denuo illi, qui iaculatus est pomum remittit. Valer.f.394.

14 sub Malo amores sagittis sese mutuo impetentes, quorum vnus alterum captiuum facit, & ligatus nihil contra reluctatur, sed sponte in vincula cedit. fig. amorem perditum. Valer. fol.395.

15 sub Malo amores athletarum more contendentes, sed tandem vnus alterum ira percitus præter leges athletarum lædit, & multi alij amores lædentem malis percutiunt,& illũ totis ex hortis eijciunt. fig. amorem iniquum. Val.f.395.

16 Mala fig.puellares ineptias quas. f. amantes plurimas faciunt. Valer.f.395.

17 Malum quod Venus in manu apud Sicyonios tenebat.fig.amorem. sicuti papuper quod in altera manu habebat. fig. vim prolificam & feminis copiam. Valer.f.395.

18 Mali ramus quem Nemesis in manu tenet. fig. eam Deam primum esse solitam fingi in habitu Veneris. Valer.f.395.

19 Malum quod haberet quatuor bacillos, quasi quatuor pedes. fig. Herculis sacrum. quod aliquando bos Herculi immolandus aufugisset & non habentibus illis uictimam ullam, pomũ sumpserunt in quod fixerunt quatuor surculos eo Herculi sacrum fecere Bæoti. Val.f.395 alij dicunt non Beotios sed Athenienses fuisse.

20 Mali arbore corona. figu. Apollinem quòd ante Laurum inuentam coronaretur ex pomi arbore. & ea corona victores in certaminibus coronari solerent. Valer.f.395.

21 Mala aurea.fig.astra præsertim apud Hesiodum quę custodiebantur ab Hesperidibus noctis filiabus: nam sole decedente, quem fig. Hercules, statim apparent stellæ. Valer.f.396.

22 Mala significat illum amorem ex quo iam nati sunt

filij, propter quos amor a natura inditus est. Vale.f.396.

25 Malum persicū fig. hominem acutum ingenio, quod persicum mirificè excitat appetitum, & quodammodo acuit, uel quòd homines Persi ci sint acutiores propter aeris temperiem. Vale.f.396.

26 Malus persica sign. hominem in propria patria malum, ut in aliena meliorem, quòd persica malus in proprio solo crederetur ferre fructus uenenosos, in alieno uero salubres. Vale. fo.396.

27 Malum persicum, sig. silentium, quòd sit cordi si mile, & eius foliū linguæ, quòd sermo debeat sedem in corde habere, & nō in lingua, & ideo malus persica est sacra Harpocrati Deo. Vale. fo.397.

28 Malum persicum sig. cor propter eius figuram, unde amantes nostrates inuicem sibi mittere solent persica stilo transfixa, quæ sign. illorum corda amore similiter terebrata. Valerianus, vt supra.

29 Malum persicam esse Isidi sacram, signifi. sapientiam in corde sitam, & conceptam parū iuuare, nisi in vsum mortalium lingua enuncietur: quæ duo pomum, scilicet sign. cor, & folium sign. linguam. Isis verò sign. sapientiam. Valer. fo.397.

30 Malum persicum cui unum duntaxat suum folium sit adiunctum, sig. veritatem, quòd ea spe cies sig. linguam esse adiunctam cordi. cum lin gua exprimat id quod corde conceptum est. Vale.f.397.

31 Mali persici nux interior, siue testa ossea, signifi. cędem multiplicem omni truculentia perpetratam, & stragem multa editam occisione, quòd illa testa siue nux, sit usquequaque puncturis diuersis perforata. Valerianus fol.397. vel signific. animum uarijs curis, & solicitudinibus, vndecunque exulceratum, & nullum sit ærumnarum anxietatumque genus, quo se non afflictatum sentiat, uicemque suam miser rimè deploret.

32 Malum persicum ab arbore decerptū, & in lāce positum, sig. ætatis florem cito labi, vel sig. vnū quodque bonum, quod celerrimè deficiat. hoc enim pūom celerrimè marcescit, ut uix biduū constet. Val.f.397.

33 Malum punicum sign. populos, & gentes uarias uno collegio congregatas, quòd eius grana folliculis quibusdam aliquo numero ab alijs segregata, prouinciarum ueluti limites quosdā præse ferre uideātur, & singula hominum, uel collegia, uel nationes potius ab alijs distinguere. Vale.f.397.

34 Malum punicum in manu Iunonis, sign. illam æsse præsidem regnorum, & gentium. Valer. ut supra.

35 Malis punicis ornata fercula fig. ferculorum celebritatem fieri ob uictoriam de pœnis partam. Malum punicum, signifi. pœnos, unde vocatur arbor illa malus punica. Valerianus fol.398.

36 Malum punicum tintinnabulo adiectum, vt erat in ueste Pontificis Hebræi. sign. vnitatem Ecclesiæ ex multis gentibus in eundem sonū, hoc est in eadem præcepta conuenientium. sicut enim in malo punico vno exterius cortice, multa interius grana uniuntur: sic innumeros Sanctæ Ecclesiæ populos unitas fidei contigit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Vale.f.398.

37 quòd Mala punica non sint in numero granorum differentia, sed omnia & singula habeant eundem numerum granorum, signific. omnes, & singulos Christianos in numero fidei, spei, & charitatis conuenire. Valerianus fol.398.

38 Malum punicum fig. nullum corpus humanum esse, quòd non habeat aliquem næuum, neque vllum hominem esse, qui non habeat aliquod crimen Christo excepto, quòd malum punicū nullum est, quod non habeat aliquod granum putridum. Val.f.398.

39 Malum granatum sign. simulatorem probitatis, quòd id genus pomi extra sit rubicundum visuque pulchrum, & quod alliciat emptorē: sed sæpe cum frangitur cortex, extrinsecus intus reperitur putor, & marcor. Valerianus fol.398.

40 In Mali punici arborem mediam cuneus ex Pino factus, usque ad medullam adactus, sig. hominem, qui uel morum asperitatem, uel uitiū aliquod in melius uerterit, ac uirtute commutarit, quòd arbor malus punica, quæ faciat fructus acidos, si cuneo ex Pinu facto usque ad medullam perforetur ex acidis, & austeris conuertit fructus in dulces, & suaues. Valer. ut supra.

41 Malus punica, & mirtus. sign. maximam amicitiam, quòd mirtus & malus punica adeo se amant, ut iuxta positæ fiant feraciores, & radices simul complicent. Valer. fol.398.

42 Malis puniceis corona ex mirto facta, ornata. signific. amicitiam fructiferam, quòd mirtus cum malis punicis iuncta, ut dictum supra fru ctificent, magis quàm separatæ. Valerianus, vt supra.

44 Mala aurea in lectis argenteis, ut est Prouerb. 25. sign. sensus spirituales in litera legis. Beda Prou.25.

46 ab Mali punici granorum esu mulieres Thesmophoria celebrantes abstinere. sig. iuxta earū opinionem mala punica ex guttis sanguinis Dionysij germinasse. Clem. Alexand. in adhortatoria ad Gentes.

46 Malum punicum apud eruditissimos Gręcos esse Mercurio sacrum, qui Mercurius sig. orationem, cuius interpretationem sig. malum punicum, cuius multæ tunicæ, quæ grana cōtegunt sig. orationis multas latebras, & sensus multiplices, & occultos. Clem. Alexand. in li.6. Stromat. f.314.

47 Mala a Latinis, & μῆλα à Græcis dici poma, sign. poma fuisse primum hominum conuiuiū, malum. siue mael in prima lingua interpretatū

conuiuium. & quia illud conuiuium ex pomo fuit crudeliter arreptum ab ipsis primis parentibus & contra seipsos,& contra omne genus humanum. ideo in memoriam sempiternam primi peccati pomum in prima lingua dicitur apfel,quæ interpretatur arreptio crudelis. ap notat rapio & fel, crudele & vitæ inimicum. lef enim notat vitam,cuius contrarium est fel, quæ vox signat quidquid aduersatur vitæ. poma ergo a latinis dicta mala siue a Græcis μῆλα sign. memoriam primi conuiuij, quod dicitur in prima lingua mal siue mael. quæ vox quando est verbum,notat in minutissimas partes comminuo, vt fit dum quid molitur nam ab hac uoce mal siue mael latini formarũt molo molis, & mola molæ. & quia lam siue laē, quæ sunt contrarię uoces mal & mael signat diligenter caueo ne res quæpiam lędatur,& quia primi nostri parentes in conuiuio pomi non solũ nō cauerunt ne Deus lederetur in illo conuiuio,sed leserunt seipsos & totã posteritatē. merito in prima lingua conuiuium dictum est mal id est incautum & negligens, & apud latinos & Græcos poma dicta sunt mala & μῆλα quia mal idest conuiuium de pomo incaute factum est. V. Cydonium 4. Goropius in Vertumno f. 75.

48 Malum aureum siue cydonium, vel vt aiunt cotoneum, cum verbis, fragrantia durant. sign. hominem, qui ostendat se proprijs uirtutibus esse daturum ex se bonum odorem ita,ut fragret inter famam suorum maiorum. Sed hoc pulchrius est Symbolum quòd insigne est Gētilitium. Vincentius Rusecllus in insigni Francisci Sfortiæ Comitis Cottiniolæ.

1 MALVS naualis in cuius vertice sint ueluti duo ignes,qui a nautis antiquis dicebantur Castor & Pollux a nostratibus uero dicuntur stellæ Sancti Nicolai. cum titulo. prosper uterque mari. sign. si mutuus sit coniugum amor in domestica re, illum parere tranquillitatem felicem. sicuti si ignes illi duo simul nautis affulserint. sign. nauigationem prosperam. Sin vero alterutrius coniugum improbitas in dissidium ruat, ruinam domesticam parit. Sicuti si unus tantum ignis in mali vertice apparuerit quem ignem solum Helenam vocant. sig. nautis naufragium atque pernitiem. & ignis ille solus. signif. quoque potentiam sine prudentia periculosam esse. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis f. 177.

1 MAMMAE vt est illud: quam pulchræ sunt mammæ tuæ. sign. Principatus, Angelos, & Archāgelos, ex quibus hauritur lac prophetię qua Deus pascit electos suos. Georg. Venet. arm. f. 70.

1 MANDRAGORA sig. hominem somniculosum, quòd vis eius media est inter venenum & soporem: nam siquis vinum ea medicauerit, bibentem in profundum somnum adeo iniciet,vt expirasse uideatur. quo usus est Annibal in Afros, qui rebellauerant a Carthaginensibus. Valer. f. 421.

2 Mandragora apud Xenophontem. sign. lętitiā. Vnde & Socrates in Simposio dicit uinum nō aliter mærori mederi quam mandragora hominibus. Lętitiamque non aliter excitare quam oleum igni inspersum flammam. de mandragora vero quæ in 30. cap. Genesis habetur. Legendum quid dicat Steucus in annotationibus suis. Valer. f. 421.

1 MANNA datum Israelitis,qui erat panis fortium. sign. Israelitas fuisse corroborandos eo pane, ut possent sustinere Dei uocem & sacramentalem legem percipere. Francis. Georg. p. 348.

2 Mannæ mensuram collectæ Homer sufficere tātum vni,quantum alteri,licet essent diuersi. sig. vnicuique secundum propriam virtutem operandi mensuram illam sufficere. nam & si ęqualis erat mensura non tamen vnicuique mensurati erat uirtus equalis. Sed vnicuique secundum propriam necessitatem. Franc. Georg. p. 351.

3 Manna e cœlo descendens. fuit Symbolum Cardinalis Turnonij, quo sign. Sacramentum corporis & sanguinis Christi D. N. esse alimentum spiritus. Paradinus lib. de Symbolis Heroicis f. 59.

4 Mannæ mensuram eandem vnicuique datam, & eidem eandem sufficere. sign. ne plura quā naturæ sufficiant causa viuendi ex his materialibus appetamus, sed probe teneamus vnam esse communem in omnibus edendi mensurā diurnam sufficientiam. Gregorius Nisenus in Mosis uita.

5 si Mannæ quicquam in die sequenti seruaretur totum in uermes abire. sign. illud quod vltra indigentiam auara mente seruatur in sequente die,idest in futuro seculo,in vermes contra seruantem conuersum iri. Gregorius Nisenus ut supra. & vermes sig. illam cupiditatem habendi,quæ quo magis cupit,magis uiuificatur.

6 Mannam seruatam in diem Sabbati non corrũpi solitum,sicuti seruatum in reliquos dies. sig. illud quod post huius uitæ parasceuem in quiete quæ post mortem est futurum utilissimum, dies enim ante Sabbatum est parasceue quæ significat præparationem,& sign. tempus præsentis uitæ, in quo debemus parare nobis ea,quæ ad futuram quietam uitam erunt utilia, quam uitam sign. dies Sabbati, qui est quies. Greg. Nisenus in uita Mosis.

7 Manna candidum, ut est Exod. 16. sign. Christum Dominum nulla ignorantia fuscatum. Beda in Exodo. 16.

8 Manna absconditum loco promissum doctori Vincenti in Apocalip. signif. Christum D. N. qui est merces Sanctorum. & qui est uerbum & Sapientia patris. Ioach. Apocalip. folio 73.

1 MANASSES & Effraim. sign. Matthiam, & Ioseph, qui cognominatus est iustus, sicuti Abraham, sign. Zachariam. Isaac sign. Ioannem. & Iacob sign. D. N. I. ut hominem. 12. Patriarchæ sign. duodecim Apostolos. Moyses & Aaron

& Aaron sig. Paulum & Barnabam. Ioach. l. 2. cap. 29.

Manasses, qui interpretatur obliuio, uel oblitus sig. Christum D.N. iuxta illud peccatorum nostrorum non recordabor amplius. Remig. in Matth. c. 1.

3 Manassem sequi Ezechiam, sign. quòd cum aliquis factus est fortis in Domino, potest obliuisci temporalia. Manasses enim interpretatur obliuio, uel oblitus. D. Tho. in Matth. c. 1.

4 Manassis statua quincuplici facie ornata. sign. illum regem fuisse summa prudentia, & maiestate. Nam cum Manasses Esaiam interfecisset, iussit sibi poni statuam quincuplici facie, ut significaret se uidisse plus quam prophetæ, qui dicebantur uidentes. Petrus Crin. de honesta discipl. l. 4. c. 10.

5 Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, ut est Isa. 9. Hebraica locutio, quæ prouerbialiter sign. impios, uel sanguine innctos, licet inter se dissidentes, tamen contra verum, & iustum concordes fieri. Gouschel. lib. 3. Elocut. Sacr. scriptu.

6 Manassem, qui non erat filius, sed nepos Iacob, licet inter filios adoptatus sexto loco poni, cũ Dan, qui utique filius erat, & in Genes. & in Exodo cum cæteris fratribus annumeratur, sed in Apocalypsi prætermittitur. sig. Ecclesiam ex Gentibus adoptatam, in sexta mundi ætate Iudæorum perfidia reprobandam fuisse. Petrus Bongus c. de senario. f. 197.

7 Manasses, & Ephraim filij Ioseph adoptati. sig. Matthiam & Ioseph. in numero Apostolorũ coaptatos. Ioach. l. 2. cap. 29. l. 3. tract. 2. capitulo primo.

8 Manasses & Effraim benedicti a Iacob. Manasses qui erat ad dexteram Iacob. benedictus ab eo cum manu sinistra, & Effraim, qui erat illi ad sinistram benedictus a Iacob, cum dextera, sig. Manassem licet prior esset tempore, gratia tamen posteriorem futurum, & Effraim, qui erat tempore posterior, priorem gratia fore. Ioach. l. 3. cap. 4.

9 Manasses quoque signif. humanitatem D.N.I. & Effraim, sig. fructus Spiritus sancti. Manasses enim sig. obliuionem, & Effraim fructificationem. Manasses sig. legem. Effraim sign. gratiam. Manasses sig. Baptismum Ioannis, & Effraim sig. Baptismum Spiritus sancti, & quemadmodum Effraim prælatus est benedictione, qui sig populum Gẽtilem, & sig. quòd ex natiuitate spirituali plures erãt nascituri D.N. I. recipientis ex gentili populo, quam ex Hebræo quem signific. Manasses. lib. 3. capitulo 5.

10 Manassem natum in Aegypto esse signif. Christum Dominum Nostrum nasciturum in populo Hebræo.

11 Manasses, sign. tertiam ætatem sæculi, quæ quodãmodo fuit diuisa ab Abraam, scilicet usque ad Moisem, & a Moise usque ad Dauid, nam Moises fuit medius inter utrumque, quibus facta est promissio de Saluatore. Abraæ dictum est & in semine tuo benedicentur omnes gentes, & Dauid: de fructu ventris tui ponam super sedem meam, id quod sig. tribus Manasses diuisa a Iordane, qui conuenit in significato cum Moise. Moises enim sig. seruatus ab aqua sicuti Iordanis, sign. eos, qui per Baptismũ gratiam saluantur. Ioach. Apoc. f. 28.

12 Manasses sign. Abraam, eo quòd hæc vox Manasses, sign. obliuionem, & Abraæ dictum est, exi de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, quæ res, sig. hominem debere a peccatis se auocare: nam dum in peccato uiuimus, manemus in terra nostra, quę est corpus nostrũ, & de domo patris nostri eximus, quando a malis operibus declinamus, quod fecit sanctissimus Abraam.

13 Manasses sig. illud tempus, quod de duob. temporibus Testamenti noui est primum, sicut Ephraim sig. secundum. primum tempus attribuitur Spiritui Sancto. Tempus primum noui testamenti, & assignatum filio, & significatum a Manasse, incipit a D. Ioanne Baptista, & finit ad annum D.N. 1200. & inde usque ad finem sęculi durat tempus assignatum Spiritui Sancto, & significatum ab Ephraim. Ioach. fo. 9. Apocal.

14 Manasses, ut est Psal. 59. sig. tempus illud Ecclesiæ, quando cessantibus persecutionib. quib. infideles in martyres sæuiebant, oblita est pressurarum priorum. D. Aug. in ps. 59.

15 Manasses sign. Christum D.N. qui propter nos oblitus est domus patris sui. Ruper. 8. super Genes. 42.

16 Manasses sig. fideles, qui obliuisci debẽt omnẽ cognationem carnis. Laur.

17 Manasses, ut est ps. 79. sig. religiosos, qui obliuiscuntur rerum mundi. D. Bernar. serm. 6. vigil. natal. Dom.

17 Manasses, vt interpretatur obliuio sig. Iudæos, qui obliti sunt Dei sui. Orig. super Num. hom. 26. & in Iosue hom. 3. & 26.

19 Manasses Iudæos, quia cum essent primogeniti, tamen eis populus Gentilis prælatus, utpote Iunior ad cultum Dei, & qui accepit hæreditatem trans Iordanem, idest post baptismum. D. Aug. in ps. 79.

20 Manasses, ut est psa. 59. sig. terræ plenitudinem, quia Domini est terra, & plenitudo eius. D. Hilar. in psal. 59.

21 Manasses, ut accepit minorem benedictionem, sig. reminiscentiam, cui dantur partes posteriores. Philo in 2. allego. & de congressu.

22 Manasses, Ephraim, & Iudas mutuo se uorãtes, ut est Isa. 9. sign. hæreticorum diuersas sectas mutuo se conficientes. D. Hiero. Isa. 9.

1 MANCVS apud Platonem sig. mendacem, qui dedita opera mentitur alijs, & qui per ignorantiam mentitur ipse sibi. Ficin. in 7. de Rep. Plato.

1 MANDRICARDVS visis vulneribus a Rotolando militibus Alzirdi, & Manilardi illatis, illius emulans uirtutem, & uires experiri cupiẽs sign. generosum virum cupere, cum suis similibus

libus cōgredi. Ariosti cantu 14. Clemens Valuasorus.

4 Mandricardi dulcis,& suauis sermo, quo Doralicem demulcet. sig. amorem facere eloquentes. Ariosti cantu 14. Clem. Valuas.

3 Mandricardi, & Rodomontis induciæ factæ iussu Doralicis. signific. imperium mulierum in amantes suos. Ariosti cantu 24., Clemens Valuasorus.

1 ad MANDVCANDVM dispergi, ut est Psa. 58. sig. Dæmones quærentes quem deuorent dispergi. uel sign. Iudæos ad ea, quæ non illis licebant nisi in templo dispergi, vel sig. Apostolos ad prædicandum gentibus dispergi ob Iudæorum infidelitatem. D. Aug. psal. 58. & Ruper. 7. sup. Genes. 8.

1 MANE, de quo in Genesi apud Moysem, & vespere, & mane factus est dies vnus. sign. terminum segregantem tenebras a luce sequenti, & est incorporeus, & intelligibilis. Philo in mūdi creatione.

2 Mane adorare sign. inter uirtutis dona humilitatem custodire. Laur. in verbo adorare.

3 Mane mane, sine in mane in mane, cum præpositione iuxta Hebraicam veritatē, ut est Soph. 3. sig. manifestè, & absque vlla ambiguitate: sed ut est Isa. 50. sign. quotidie, cum dicit, in mane in mane excitabit mihi aurem. Gous. li. 3. eloc. sacr. scrip.

4 Mane, vt est illud Isa. 21. venit mane, & nox. sig. aduentum Dominicæ incarnationis. Gousch. li. 6. vt supra.

5 Mane, ut est Ps. 100. in mane interficiebam oēs peccatores terræ: vbi vulgata lectio habet in matutino. sig. aduentum Iudicis.

6 Mane, ut est psa. 5. mane astabo tibi, sig. personā electorum.

7 Mane, ut est Eccles. 10. væ tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt, sig. uitæ præsentis prosperitatem.

8 Mane, ut est Psal. 62. mane exaudies orationem meam. sig. primum tempus, quādo egredimur pueritiam, & uenimus ad rationalem ætatem. Gousch. li. 6.

1 MANILARDVS Rex Noriciæ senex, sed animo regio videns acies suas ab Rotolando fugari mori potius quam terga dare determinans. sig. melius esse mortem obire, quàm uitæ dedecus admittere. Ariosti cantu 12. Clem. Valuaso.

1 MANEROTA apud Aegyptios uocari in conuiuijs sig. memoriam Maneroris pueri Regij, quem toruo Isidis intuitu interijsse ferunt; vel est uox hortatiua ad indulgēdum genio. Nam Aegyptijs mos erat in conuiuijs hominis cadauer circumferre, & cum uoce manerota hortari eos conuiuas ad hilaritatem: nam paulo post tales qualē erat cadauer, & ipsi erant futuri. Cęlius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis. vel

2 Manerota dici in conuiuijs dum hominis caluaria circumferretur, nil aliud sign. quàm ut conuiuæ respicientes in caluariam illam, quam per mensam circumferebant, & audientes manerota, admonerentur finis sui. maneros enim in prima lingua interpretatur, caput commonefaciens, ut honori consulamus, nec a decoro deuij feramur. Goropius in Hieroglyph. lib. 4. fol. 48.

1 MANIAM fuisse matrē Larum. V. Luna 293. V. Lares 6.

2 Maniæ imaginem appendi solitam in foribus, cuiusque familiæ sig. ipsam Maniam tueri familias, ut ea quæ esset mater Larium Deorum Tutelarium familiarum. Nam si quid mali impenderet familiæ, credebatur amoueri ab ipsa Mania. Gyraldus Syntagmat. 15. capit. Lares. fol. 424.

1 MANIPVLVS quo utitur Episcopus, vel sacerdos in missa, sig. vigilantiam, quam decet esse in religioso. Aemarus Hennequineus lib. de ceremonijs Missæ.

2 ad Manipulos facere, vt est Genes. 41. fecit terra septem annos ad manipulos, sig. abundanter, vulgo dicimus a branche. Gouschel. lib. 3. Eloc. Sacr. Scrip.

3 Manipulus quo vtuntur Sacerdotes in Missa, sig. constantiam fortitudinis. Michael Timothæus in Missæ Sacrificium. Quæstione 5. tractat. 1.

4 Manipulus quo vtuntur Sacerdotes in Missa, signi. funiculum illum, quo ligatus fuit Christus D. in horto. Michael ut supra. Quæst. 10. tractat. 2.

5 Manipulus ut supra, sig. bona opera. Vel sign. boni operis prēmium iuxta illud, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Michael ut supra. Quæst. 11. tractatus 2.

6 Manipulus, ut supra, qui gestatur in sinistro brachio, sign. pęnitentiam, per quam facimus fructus dignos, unde postea reportamus exultationis manipulos. Michael, ut supra. Quæstione. 12. tract. 2.

8 Manipulum portari a Sacerdotibus in sinistro brachio, signi. fideles debere esse strictos & non dissolutos in hac uita, quam sig. sinistra, ut possint esse liberi, & expediti ad cœlestia. Durandus libro 3. capitulo 6. Rationalis.

1 MANNA descendens de cœlo, cum titulo, non quæ super terram, fuit Symbolum Cardinalis Turnonij, quo sig. alimentum Spiritus esse panem cælestem siue Sacramentum Corporis, & sanguinis D. N. I. Christi præfiguratum per manna, quod datum fuit Israelitis. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 59.

2 Manna pluuium siue de cœlo descendens, sign. doctrinam, quæ a Deo prouenit. Valerianus fol. 363.

3 Manna sig. Sanctissimum Christi D. Sacramentum. Michael Timotheus in sacrificio Missæ Quæst. 13. tractat. 3.

4 Manna in sexto die fuisse colligendum in duplum, ut sufficeret pro Sabbato, ut est Exod. 16. sign.

16. signific. in hac uita, quam dies sextus, sig. debere nos tantum reponere,& recōdere, uel ut melius dicamus in cœlis thesaurizare, ut no bis sufficiat,pro septima die,quæ signifi. futurum seculum æternæ uitæ. Petrus Bongus capitulo de septenario f. 200. & Origenes in Homil. 8.in Exod.

1 MANSEREM vel spurium usque in decimam generationem, reijci ac Ecclesia Dei, signifi. ut ego reor eum, qui ab apostatis,& Hæreticis procreatur, indignum esse, ut inseruiat Deo. tu tamen V. Francis. Georgius. p. 60. to. 2.

1 MANSIONES populi Israelitici per desertū. 42. quę numerantur in libro numerorum, sig. uirtutum profectus populi Christiani a terra ad patriam cœlestem, nam Mosis intentio in libro numerorum est indicare populi Christiani profectum, siue ascensum a terra ad cœlum. Georgius Ederus lib. 2. Oconom.ante tabulam. 47.

2 Mansiones 42. per desertum, quibus populus Israel ex Aegypto uenit ad terrā promissionis, signific. 42. generationes per quas populus Dei ab Araham patre fidei nostræ uenit ad Christum Dominum, qui est hereditas illa, quæ nobis tam in ueteri quam in nouo testamento promissa est. Ederus, ut supra tabula 54.

3 Mansiones 42. signific. ieiunium quadragesimale. Vel sig. pœnitentiam. Vel signifi. diuersos gradus gloriæ acquirendæ. Laur.in uerbo manere.

4 Mansiones 42. bis in ueteri lege decribi. signifi. duplicem earum expositionem, moralem & Anagogicam. Lauret. ut sup.

5 Mansionum cælestium, prima, cuius nomen est Adonai, sign. illud quod uocatur a Christo N. N. Regnum cęlorum. Franciscus Geor. p. 141. to. 2.

1 MANVAE Vxoris festinatio ad uirum suum, ut est Iudic. 13. signific. solicitudinem manifestandi diuina. Lauretus in uerbo accelerare.

2 Manuæ oblatio, ut est iudicum. 13. sig. Sanctissimum Christi D. Sacramentum. Michael Timoteus in sacrificio Missæ Quæstione. 13. tractatus. 3.

1 MANVS sigsi. opus sig. etiam hominem ædificationis studiosum, manus sig. actiones iuxta illud in genesi: ubi deus iubet Moisi, vt serpentem per caudā apprehendat manu, vbi per manum Philo intelligit actionem, uel potius sinceros animi affectus. Valer. libro 35. capitulo opus.

2 Manus sign. opera nostra iuxta illud leuitici manus eius offerant hostiam Deo. vbi manus secundum Theologos, sig. opera. Valerianus ut supra.

3 Manus Dei per quandam excellentiam, sig. Dei filium Dominum Nostrum Iesum Christum per quem facta sunt omnia iuxta illud Esaiæ omnia hæc manus mea fecit. Valer. vt sup.

4 Manus lauantes se, signifi. innocentiam, vnde in Deuteron. cap. 21. iubetur si quis fuerit occisus, ut seniores ciuitatis illius, quæ fuerit propinquior loco, ubi factum sit homicidium, ut in ualle deserta, & sterili uitula facto Sacro abluant manus super eam, qu od sig. illam ciuitatem esse innoxiam ab illo homicidio, si homicida non inueniretur. Valer. lib. 35. cap. innocentia.

5 Manus signific. authoritatem potestatemque iuxta illud psalmo exaltitur manus tua. Valer. lib. 35. cap. autoritas.

6 Manus, sig. potentiam iuxta illud Hieremiæ sicut lutum in manu figuli, sic res in manu mea domus Israel. Valer. ut sup.

7 Manus allata in triclinio Vespasiani, & sub mensa proiecto, signific. illum habiturum rerum potestatem, & hoc fuit ante quam esset Imperator. Valerianus ut supra capitulo Autoritas.

8 Manus in sinum coniectæ, signific. hominem ignauum, & ociosum. Valerianus lib. 35. cap. Ignauia.

9 Manus læua extensa, & pensa, signific. furacitatem. Valerianus libro 35. capitulo furacitas.

10 Manus seipsas plaudentes, sig. plausum, & lætitiæ gratulationisque signum. Valeria. lib. 35. cap. plausus.

11 Manus complicatæ digitis pectinatim consertis, sig. rei impedimentum. Valer. lib. 35. cap. impedimentum.

12 Manus dextera Veneris genitricis extēsa, & expansa, sig. partus felicitatem. Valer. lib. 35. cap. Venus genetrix.

13 Manus dextera, sig. liberalitatem. Valer. lib. 35, cap. li dertas f. 252.

14 Manus dextra Dei signi. uim illam dei unde pulchra grata, & læta omnia proueniant: quā uim Theologi uocant Michaelem, & Matthematici uocant Venerem. Valerianus lib. 35. cap. liberalitas.

15 ad Manum dexteram dei sedere D. N. I. sign. requiem, & fruitionem diuini imperij, & patri, filio propriam, & honorem parem, nam Aramei per dexteram Dei intelliguut effusissimā eius benignitatem. Valerianus lib. 35. cap. liberalitas.

16 Manum sinistram Dei Aramæi, sig. eam uim in Deo, unde fortia dura, & castigantia procedunt, & eam uim uocant Gabrielem. Quam Mathematici attribuunt Marti. Martemque uocant. Valer. lib. 35. cap. liberalitas.

17 Manus manum lauat, uel scabit prouerb. sig. officium esse mutuum.

18 Manus dextera digitis pasis, sign. indiciū opis ferendæ, & ideo in numis deæ opis in fingitur mulier extendens manum dexteram digitis passis, & hinc est illud apud latinos dare dexteram alicui, quod sign. opem, & auxilium ferre unde Virgil. Da dextram misero & tecum me tolle per undas.

19 Manum attingere sacra. Iuxta illud Leuitici, quicunq ue

cunque illa attigerit sanctificabitur. sig. quid in disputationibus, quæ de Deo sunt, sufficit nobis tantummodo tangere.

20 Manum non facile cuiquam imponendam, iuxta illud D. Pauli. sig. non temere sacros ordines indignis, & imperitis concedendos.

20 Manum extendere, sig. flagellare, iuxta illud Sophoniæ: extendam manum meam super Iudã, & super habitantes Israel, &c.

22 Manus sign. flagellum, iuxta illud Iobis. manus Domini tetigit me.

23 Manus dextera exporrecta, & expãsa, & sinistra tenens donum sig. pietatem.

24 Manus passæ in cœlum elatę sig. pietatem.

25 Manus post terga reiectæ, & simul connexæ apud Assyrios, signific. hominem supplicem, apud Romanos signific. captiuitatem, iuxta illud,

Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum,

Pastores magno ad Regem clamore trahebant.

26 Manus exporrecta cum pollice submisso, sign. victoriam consilio partam, sed aduerte, quod ibi est victoria sedens, & manum exporrectam cum pollice submisso habens.

27 Manus dextera iuncta dexteræ sig. salutationẽ, quod & hac nostra tempestate perdurat. Valer. fo. 253.

28 Manum auersam deosculari. sign. adorare, quod vulgò nunc dicimus, Vi bacio la mano.

29 Manum tollere, signific. admirari, iuxta illud Ciceronis, Admirans ait manumq; tollens dij boni, &c.

30 Manus sublata in allocutionibus militarib. sig. consensum, & approbationem.

31 Manum dexteram non temere, cuiquam porrigendam secundum Pythagoram. sign. non temere esse quempiam in amicitiam admittendum.

32 Manuum impositio sig. benedictionem, signific. peccatorum remissionem. sig. Sancti Spir. aduentum. sig. etiam expiationes, quas solo intellectu percipimus.

33 Manus quæ fidei facerẽt sacra, usque ad digitos uelatas esse apud Numam Pompilium. sign. arcana tenenda esse in abdito. siue signific. fidem esse tutandam. Sanctius in Alcia. Emblema. 39.

34 Ex Manus vola sanguinem emittere, & eo foco intincto septem lapides illinire inuotis oratal, & alilat numinibus apud Arabes. sign. fędus firmum futurum.

35 Manus dextera signific. fidem, vnde illud Vergili

En dextra fidesq;

Quem secum patrios aiunt portare penates.

36 Manus iunctæ sign. fidem.

37 Manus abscissæ in statuis apud Thebanos, sign. iudices debere esse sine manibus ad accipiẽda dona. V. statuæ.

38 Manus abscissæ sign. operum inefficaciam, & spes uanas, atque hominum irritas cogitationes, & actiones deprauatas, quod sig. etiam manus, & pedes etiam attritæ.

39 Manus sinistra digitis compressis, sign. tenacitatem, & auaritiam.

40 Manus exporrecta capedunculam assimilãs. sig. auaritiam lucricupidum. Valerianus folio. 255.

41 Manus per se sig. vnumquemque sermonẽ. nam manus apprehendens linguam. sign. eloquentiam, sed aduertẽdum duplicem esse sermonis intellectum, unum primæ intentionis, & alterum secundæ, primum sig. Hermea signa quadrata cum pudendis erectis, secundum signifi. manus.

42 Manus aperta sign. sermonem oratorium, sicuti manus in pugnum restricta, sig. sermonẽ dialecticum, iuxta Zenonem.

43 Manus duæ dexteræ simul coniunctæ, quæ habeant pollices ambos colligatos, è quibus sanguis leuiter effundatur. sign. fędus arcanum inter barbaros reges initum. nam Reges barbari in feriendo fędere dexteras iungebant, & pollices ligabant, & cum sanguis in extremis pollicibus tumesceret, leui vulnere eliciebatur sãguis, quem reges inuicem lambebant, & hoc existimabant magnum sacramentum.

44 Manus dextera porrecta resupina aliquãtulum inclinata, digitis disiunctis, pollice deorsum verso. sig. pacificationem.

45 Manus absciso pollice, signific. hominem inutilem bello: quod si deest digitus ille, manus quasi sit inutilis, sed præcipue in negocijs bellicis.

46 Manus insigne exercitus Rom. cum titulo, fiducia concors. sign. vel vetus beneficium, uel manum concordiæ. Claud. Parad. lib. de Symbol. Heroi. f. 79.

47 Manus habens sub vnguibus stimulos acutos, cum titulo, Heu cadit in quemquam tantum scelus. sign. sæpe filios innocentes luere pœnas pro parentum delitijs, ut euenit filiabus Dionysij Siracusani tyranni. de quo Cęlius. Claud. Parad. li. de Symb. Hero. f. 104.

48 Manus duæ scindentes diploma imperiale impium, cum titulo. Pressa est insignis gloria facti. sign. conscientiam nostram non debere nutare ob quantamcumque interminationem. alludit ad diploma Iuliani Imperatoris abscissum a D. Ioanne martyre, de quo Histor. Ecclesiast. Claud. Parad. libro de Symbol. Heroi. fol. 106.

49 Manus factæ liberæ a manicis ferreis, quæ sint fractæ, cum titulo, Nec fas est, nec posse reor. Symbolum alludens ad D. Petri cathenas, quę ab angelo solutæ sunt, & D. Petrus factus liber signific. non qui in vinclis detinetur, sed qui vitijs inuoluitur, captiuum esse iudicandum. Claudius Paradinus libro de Symbol. Heroic. fol. 118.

50 Manus sinistra extensa, & aperta signific. iustitiam, quòd sit frigidior dextera, & ideo minus apta ad inferendam iniuriam. Cartarius fol. 467.

51 Manus dextera tenens gladium euaginatum, &

manus

manus sinistra tenens trullam sementariam cum titulo, in utrumque paratus, Symbolum alludens ad fabricatores menium Hierosolimitanę urbis post reditum Babilonicum, sign. ministros Ecclesiæ Christi D. N. qui gladio verbi Dei decertāt aduersus hostes capitales, q suot uita nostra, & trulla reficientes instruendo, & erudiēdo in eos q errarent. Claud. Paradinus lib. de Symbolis Heroicis f. 122.

52 Manus existens supra flammas, & tenens pugionem cum titulo agere, & pati fortia, sign. eiusdem viri fortis esse, & agere, & pati fortiter, est enim Symbolum alludens ad actum Mutij, f. 130.

53 Manus inijciens farinam in uas uitreum, aqua plenum, cum titulo, Satis. fuit Symbolum Heraclti, quo fig. Athenięses liberales naturæ dotibus contentos esse debere, quod summa cū pace traquillitateque viuerent, si modo prudentes essent. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Her. f. 148.

54 Manus uirga decutiēs altiora queque papauera cum titulo æquari pauet alta minor, sig. principem debere subditos potentissimos quosque sibi obsequentes reddere, si tuto regnare uelit alludit ad illud Tarquinij superbi contra Gabios. Claudol. Perad. lib. de Symb. Heroi. folio 155.

55 Manus linguam euulsam stringens, cum titulo, Tu decus omne tuis. sign. præclara gesta parere veram, & antiquam nobilitatis originem: hoc deductum est ab historia Lysimachi Macedonis, qui Leoni deuoraturo linguam euulsit. Claudius Parad. libro de Symbol. Heroic. fol. 160.

56 Manus duæ ab vna parte, & manus aliæ duæ ab altera parte contendentes summo certamine baculum quæque ad se trahere. cum titulo, & hic, & ille. sig. necesse esse contendentes utrosque uel molestiam, uel detrimentum capere. non enim contentio fieri potest, quin molestia, uel damnum sequatur. Clau. Parad. lib. de Symb. Hero. f. 194.

57 Manus quam vipera mordet, cum titulo, quis contra nos. sign. eos, quibus diuina prouidētia clementer indulget, nihil ultra nocere posse. alludit ad D. Paulum, qui in Melite insula a vipera morsus illæsus fuit. Claud. Parad. li. de Symbo. Heroic. f. 200.

58 Manus duæ tenentes cornucopiæ. cum titulo, Ditat seruata fides. sig. aliquem ob fidem principi suo seruatam opulētiorem ab eo factum. Gabr. Simeo. Embl. 24.

59 Manus effundens nummos supra Galeam, & librum iacens in altare, cum titulo, Expetendæ opes, ut dignis elargiantur, sig. opes dandas viris præstantibus, vel armis uel literis, nam Galea, signific. arma, liber, signific. literas, & altare, signific. præstantiam. Gabriel Simeon. Emblemate 35.

60 Manus due simul innctæ, sig. concordiam, sign. etiam fidem Cartar. f. 317.

61 Manus dextera nuda ab aliquo data, & alijs ostē si, signific. illum esse allaturum pacem. Cartar. f. 319.

62 Manum alicui osculari, sig. osculantē illi fore fidelē, cui manus osculatur. Cartar. fo. 319. vel sig. illum se committere illius fidei, cuius dexteram osculabatur. Cartar. f. 321.

63 Manus dextera habens in uola oculum, & pulegium floridum, sig. non temere credendum, & sobrietatem seruandam, manus enim occulta sig. Certitudinem rerum sensu perceptarum, & pulegium, signific. sobrietatem: est enim contrarium uino, & temulentiæ. Alciatus Emblem. 16.

64 Manus passæ, ut sunt in oumis. T. Aelijs. Cæsaris Antooini, signific. adorationem. Valeria. fol. 363.

65 Manus vna tenens Cartam, signific. vigesimum gradum leonis, & hominem, qui erit nuncius siue tabellarius. Astrolab. planum Ioannis Angeli.

66 Manus vna tenens auem, signifi. octauum gradum Capricorni, & hominem, qui erit auceps.

67 Manus tenens hastam, sign. decimum quartum gradum Capricorni, & hominem, qui erit litigiosus.

68 Manus dei, quæ obturauit foramen petræ dum Deus transiret, vt Moses tantum posteriora dei videret, sig. dei uirtutem creatricem ipsum scilicet Christum Dominum N. per quem omnia facta sunt. Gregorius Nisenus in Mosis vita.

69 Manus clausa, corona cupressi, & alia corona pinus, ignis, & vespertilio, sig. auaritiā esse causam mortis, ut perditionis hominis stulti. Nazarius in somnio primo cap. 9.

70 Manus lauare, ut est Exodi. 30. sig. opera mundare, siue id fiat per baptismum, siue per penitentię lachrimas. Orig. sup. Matth. 15. & Laur. in uerbo abluere.

71 Manus lauare inter innocentes, ut est psal. 25. sig. mundare opera sua ita, ut quis sit similis innocentibus, qui cum bene agant calumniam tamen patiuntur D. Hiero. sup. psal 25. & Lauret. ut sup.

72 Manus lauare super vitulum, ut est Deut. 21. sig. demonstrare opera sua esse munda in passione Christi D. N. Laur. ut supra.

73 Manus lauare in sanguine peccatoris, ut est psa. quinquagesimoseptimo signific. visa peccatorum uindicta munda reopera sua, & operando proficere Armo. sup. psal. 57. & Laur. ut sup. vel sig. vindictam impij tribui non procurātibus eam Sanctis. D. Hiero. psal. 57. vel sig. Christum lauisse manus suas in sanguine peccatoris quando ipse in cruce abluit peccata nostra, clamantibus Iudæis, sanguis eius super nos, & filios nostros. Diuus Augustinus psal. 57.

74 In Manibus hominum signa insculpta, ut est Iob 37. sign. oportere facere opera bona, ex quibus vnusquisque a Deo cognoscatur. nam manus sign. opera, & signa manus sign. qualitates

tes operum, uel bonas, uel malas. & has qualitates Iob uocat signa manuum. Franc. Geor. p. 192. t. 5.

75 Manus lauare sign. opera munda, & cum intentione munda coram Deo facere. nam manus sign. opera. Vnde dum lauantur manus primò sinistra, cum dextera lauari debet: sinistra enim sig. rigiditatem operis, uindictam iudicium durum, & similia, quæ omnia debent lauari, & temperari cum dextera, quæ sign. pietatem in Deum, & in homines. Vnde si fit iustitia, uel uindicta debet fieri non ex odio, sed propter honorē Dei, & proximi utilitatem. vnde illud psal. 25. Laui inter innocentes manus meas, ut faciam audire uocem laudis, & enarrem mirabilia tua. F. G. p. 458. t. 6.

76 Manus non lauare sign. opera turpia exercere, quorum tamen exercentem non pœniteat. Laur. in uerbo abluere.

77 Manus abluere in sacris antiquos solere. sign. antiquos existimare eandem esse animi, quam & corporis purgationem, & quemadmodum manus corporis per ablutionem fiebant mundæ, ita & animi operationes sinceras fieri. Natalis Comes in Mytholog. f. 12.

78 Manum mulieris tangentis uerenda alienius viri abscindi debere, ut est Deuteronom. vigesimoquinto signific. impudica opera esse reprimenda, & scandala tollenda. Origenes supra Matth. homil. quinta. & Lauretus in uerbo abscindere.

79 Manuum signa non significant, ut dicunt chiromantici rudes uitia, uel virtutes hominum, sed signifi. uim, & dispositiones naturæ bonas, si omnes, dūmodo dux totius corporis animus eas in bonum sua prudentia dirigat. Geor. Vene. arm. f. 102.

80 In Manibus hominum signat, ut nouerint singuli opera sua, ut est apud Iob. signifi. Deum per signa manuum, secundum aliquos uoluisse hominum opera cognosci. Georg. Vene. arm. fol. 102.

81 Manus, ut est illud Deuteronom. 32. & leuabo ad cœlos mauum meam. sign. Messiam, quoad humanitatem fuisse ad cœlos eleuandum. Locus & domus diuinitatis signific. eundem Messiam, quo ad humanitatem. Galatinus libro 8. cap. 23.

82 Manum abscondere, vt est Prou. 19. sig. nō operari Huius contrarium est misericordiam non abscondere. Laur. vt sup.

83 Manum abscondere sub ascella, ut est Prou. 26. sig. ociosum, & pigrum esse. Beda Prou. 26. & Laur. vt sup.

84 Manus super sede Iah pugnās contra Amalech a generatione in generationem. sig. Christum D. N. lucis principē ab origine mundi pugnantem contra principem tenebrarum. dictum est enim Christo D. N. sede a dextris meis. ipse est manus primo in se, exinde in Dauid, qui sig. ipsam manum Iah. per viam Ghematriæ unam & Iah fig. 14. & Dauid sign. 14. vnde non sine mysterio dictum est, quod Dauid debellauit Amalech. de modo extrahendi numeros per Ghemateriam. V. Cabala suo loco. Franc. Geor. p. 354.

85 Manibus Moysis elatis Amalech vinci. sign. orationis virtute, & intētione omnia à Deo recta impetrari, & omnia uinci. F. G. p. 359.

86 Manus alleuata, ac spectans humerum paulum inclinata. sig. affirmationem. Ioan. Bapt. Porta lib. de furtiuis literarum notis. f. 24.

87 Manus habens quatuor primos digitos leuiter in summum coeuntes non procul ab ore, ante a pectore ad nos delata, aut prona, aut paulum prolata, si laxetur sig. actionem uerecūdam. Ioan. Bapt. vt sup.

88 Manus leuiter pandata, qualis fouētium est paruis interuallis, & sub assentientibus humeris mota. sign. loquentes timidè. Ioannes Baptista vt supra.

89 Manus quæ conuenienti gestu monstratur modicè supinata, ac per singulos a minimo collecta digitos, redeute flexu simul explicatur, atq; conuertitur. sig. admirationem. Ioā. Bapt. vt supra fol. 25.

90 Manus compressa, & pectori admota. fig. pœnitentiam, uel iram. Porta, vt sup.

91 Manus mollis pendens ab extrema aure. sign. locutionem tacitam in mente de amante suo. vnde Ouid.

Siquid erit, de me tacita quod mente loquaris
Pendeat extrema mollis ab aure manus.

Porta, vt supra.

92 Manus mulieris si tāgat mensam eo modo, quo tangunt precantes. sign. mulierem optare multa mala uiro suo. vnde Ouid.

Tange manu mensam, tangunt quo more precantes
Optabis merito cum mala multa viro.

Porta, vt sup. f. 26.

93 Manibus maculam adhærere, vt est Iob 31. fig. culpam consistere in actionibus. Lege Lauret. in verbo adhærere: Qui multa ad hæc faciētia collegit.

94 Manus agitare, ut est Isa. 10. signific. minari, & timorem incutere uelle. D. Hieronymus in Isa. 10.

95 Manus allidere, ut est Isa. 25. sign. a Deo puniri, uel sig. deijci a statu mundanæ gloriæ. D. Hier. Isa. 25.

96 Manus duæ dexteræ simul iunctæ in quarū medio fit insigne militare, fig. exercituum concordiam. Erizzus f. 297.

97 Manus duæ simul iunctæ, in quarū medio fine cornuacopiæ, inter quæ sit erectus caduceus. sig. pacem. Choulus f. 15.

98 Manus posita super insigne militari fig. concordiam. Choul. fo. 28. Traianus argenteo nn. & Philippus æreo.

99 Manus duæ dexteræ se ipsas comprehendentes sig. fidem. Choul. f. 29.

100 Manus duæ dexteræ se ipsas comprehēdētes, & insculptæ in utroq; latere numismatis. sig. prouincias reiterando confirmare conuentiones, & pacta inter eas, & legiones quę disponebant

per eas. Choul. fo. 31. & erat inscriptum in una parte numi fides prouinciarum, & in altera fides exercituum.

101 Manus quam flamines in sacris gerebant, sig. fidem publicam, ueluti sacram uiolari non debere. Choul. f. 32.

102 Manus sinistra tenens bilancem sig. æquitatem. Choul. f. 106. Claudio æneo.

103 Manus ad cœlum elatæ sig. adorationem. Vale. fol. 46.

104 Manuum extensio, & diffusio Planetæ, quam facit sacerdos in Missa. signific. humiliatem dilatare mentis charitatem.

Aemarus Hennequingus libro de ceremonijs Missæ c. 38.

105 Manuum trina ablutio, quam facit sacerdos in Missa: in principio, in medio, & in fine. prima ablutio sign. nos per Christum D. mundari ab originali peccato. secunda sign. nos mundari à peccatis, quæ contraximus cogitatione, locutione, & actione. tertia sig. nos mundari ab his peccatis, quæ contraximus, aut per fragilitatē, aut per simplicitatem, aut per malignitatem. Aemarus c. 38.

106 Manum extendere in altum, ut est Ecclesia. 51. sig. exercere opera perfecta. Lauret. in uerbo altitudo.

107 Manus Israel exaltari contra hostes, ut est Michæ. 5. sign. fideles superare dæmones. Lauret. vt supra.

108 Manus dexteræ, & sinistræ eleuatio, ut est Danie. 12. sign. iuramentum Dei, cum comminatione, aut promissione. Lauretus in uerbo altitudo.

109 Manuum Mosis eleuatio, ut est Exo. 17. sign. intellectus eleuationem, & uoluntatis ad sublimia, & tunc uincitur Amalech, idest affectus. Philo. 2. allego.

110 Manum humanam insculptam uidere, signific. negotium aptè tractandum, ac successurum.

111 Manum addere. Prou. sign. ludibrio habere. & manus ad aurem porrecta, & mota. sig. irrisionem. Adag. manum addere.

112 Manu aperta dirigere stratum amatorum, ut est Isa. 57. sig. impudenter prædicare peccata sua. D. Hiero. Isa. 57.

113 Manus aureæ sponsi, ut est Cantic. 5. sign. Christi D. N. miracula esse ex virtute diuina. Ruper. cant. 5.

114 Manum in sinum abscondere, vt est Prouerb. 19. sig. acceptare ociosum, & iucundum genus uitæ. Iacobus Gouschelius lib. 3. elocut. sacrar. scriptur.

115 Manum ad os applicare, ut est Prou. 19. sign. laborare: nam dicit abscondit piger manum suā in sinum; & non applicat eam ad os suū. Gousche. ut supra.

116 Manum suam osculari ab aspiciente cœlum, uel Solem, uel Lunam, uel astra, ut est Iob trigesimoprimo. sig. adorare creaturas. D. Hieronymus. Iacobus Gouschel. lib. 3. elocut. sacrar. scriptur.

117 Manus apprehensio, ut est Isa. 8. sic dixit Dominus ad me, sicut apprehensio manus, &c. significat prophetiæ admirabilem, & terribilem illustrationem. D. enim Hieronymus transtulit forti manu. & in hunc sensum Ezechiel in primo dixit. facta est super me manus Domini. Iacobus Gouschelius libro 3. elocutio. sacrar. scriptu.

118 ad Manum causare, ut est Exod. 21. sign. tradere in manus. Gousche. libro 3. elocutionum sacr. scriptu.

119 Manus comprimere, ut est Nahum 3. compresserunt manus super te. sign. gaudere, & manib. claudere. Gouschel. libro 3. elocutionum sacr. scripta.

120 Manum dabo, ut est Exod. 7. & dabo manum meam in Aegyptios. sig. percutere, seu aggredi Gousch. vt sup.

121 de Manu, ut est Prouerb. 6. euade ueluti caprea de manu. sig. illico, repente. Gouschel. lib. 3. ut supra.

122 Manum ponere super aliquem, ut est Num. 27 & posuit manus suas super eum. sign. insignia dare alicui, vel ut aiunt Hebræi facere aliquem Rabinum, vt D. Paulus Timothæum. Gousch. vt supra.

123 in Manum suam ponere animam suam, ut est Iob 13. & animam meam ponam in manum meam. sign. intentionem cordis in operatione ostendere, aliquando ut est 1. Reg. 25. sign. periculosè exponere. Gouschel. lib. 3. elocut. sacr. scriptur.

124 Manus dissolui, ut est Isa. 13. omnes manus soluentur. significat uiribus destitui. Gousche. lib. 3. ut supra.

125 super Manus aquas fundere, ut est 4. Regum 3. sig. ministrum agere. Gouschel. lib. 3. eloc. sacr. scriptu.

26 Manus leuare, ut est psalm. 118. & leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. sig. occupari in bonis operibus. Gousch. vt sup.

127 Manus mortis, ut est Hoseæ 13. sign. opera mala, quibus Deus interficit operantes. secūdum Gouschel. lib. 3. elocut. sacr. scrip. dicitur etiam manus inferni, quòd ut reor opera deducant ad infernum.

128 Manus, ut est Ezechiel 37. facta est super me manus Domini. sign. prophetiam. Gouschel. libro 2.

129 Manus, ut est 2. Regum 14. nunquid manus Ioab tecum est. sig. consilium. Gouschel. lib. 2. elocut.

130 Manus, ut est Num. 11. sig. plagam, & percussionem. Gousch. vt sup.

131 Manus, ut est illud Psalm. 118. fiat manus tua, ut saluet me. significat Christum Dominum Nostrum filium Dei. Gouschel. lib. 6. elocut. sacr. script.

132 Manus super caput, vt est illud Hiere. 2. manus tuæ erunt super caput tuum. sig. mæstitiam, & angustiam. Gousch. li. 3.

133 Manus ad manum, ut est Prouerb. 11. locutio prouerbialis sign. illico, mox, statim, repente,

& nostrates vulgo dicunt amano amano. Gousche. li. 3.

134 in Manum alicuius, Deum tradere aliquem, ut est Exo. 21. sig. occasionem præbere. Gousch. libro 3.

135 Manum alicuius inualescere, ut est Leuit. 25. sign. ditescere. Gousche. lib. 3. legit apprehendere.

136 Manum subtrahere. sig. occultare se. Gouschel. libro 3.

137 Manum tollere, ut est Exo. 33. sign. protegere. Gousch. vt sup.

138 Manibus plaudere, vt legit Gousch. li. 3. in Tob. 27. vbi vulgata editio habet, stringet manus super eum. sig. vitæ suæ opera in rectitudine confirmare. Gous. ut sup.

139 Manum super femur ponere, ut est Genes. 47. pone obsecro manum tuam super femur meū sig. iurare. Gousch. li. 3.

140 Manum ad os applicare, ut est Prou. 19. abscondit piger manum in sinu, & ad os suum non applicat eam. sig. laborare. Gousche. li. 3. elocu. sacr. scrip.

141 In Manum signum ponere, ut est Exod. 13. & erit tibi signum in manu tua. sign. recordari. cum quis enim alicuius rei vult recordari, ligat in manu sua filum. Gousch. li. 3. elocut. sacr. scriptu.

142 Manum ad os applicare cū melle, ut est 1. Reg. 14. sig. gloriam ex opere quærere. D. Gregor. 1. Reg. 14.

143 Manum Domini non esse abbreuiatam ad redimendum, ut est Isa. 56. & 59. & Mich. 2. sig. redemptionem esse copiosam apud Deū. D. Hiero. Isa. 59.

144 Manum alicuius breuiatam esse, ut est Isa. 37. sign. vires alicuius imminutas esse. Glo. interl. Isa. 37.

145 Manum Domini cadere super prophetam, vt est Ezech. octauo. signific. reuelationem fieri super prophetam. Lauretus in verbo cadere.

146 Manus duæ dexteræ iunctæ sign. concordiam, vel sign. pietatem, & amorem mutuum, ut est videre in nummo Cęlij Balbini, & Pupieni Maximi. Aeneas Vicus in nummo 26. Iulij Cæsaris.

147 Manus stringens per guttura aliquot serpentes, cum verbis, In uanum laborauerunt, signific. hominem, qui sua virtute emerserit ad honorem, & gloriam contra detractiones malarum linguarum. Ioannes Baptista Pittonus in Insigni Prouisoris Canalis Veneti.

148 Manū Domini cadere super prophetam, ut est Ezech. 8. sign. homini super quem manus dicitur cadere, reuelationem fieri. Idem sig. cadere Spiritum Sanctum super aliquem. Lauretus in verbo cadere.

149 Manus in imaginibus antiquis sepulchralibus. sig. matrimonij concordiam. Iul. Iacobonius in Appendice de Prisca Cæsiorum gente. cap. 12. V. Imago.

150 In Manus Dei viuentis incidere, ut est Hebr. 10. sig. a Deo puniri. ad idem referuntur, cadere in gladio, in flamma, peste, & fame. Laure. in verbo cadere.

151 Manus duæ appictæ super vallo castrorum, quod est insigne Antuerpianum. Symbolicè signific. semel apprehensa firmiter esse tenenda; in quo symbolo Antuerpienses alluserunt ad antiquum nomen Antuuerpiæ, Atuatium, scilicet, nam in prima omnium lingua At, signat tene, & Vat, signat captum: vnde Atuat, signific. tene, quod cępisti. Goropius in Atuaticis lib. primo, fol. vigesimoquarto, & 25.

152 Manum dexteram ori in adorando applicari solere. signific. Deum sic adorandum, & inuocandum, ut operi manum admoueamus, ut putemus nec vota citra laborem, nec laborem citra uota quicquam profuturum, sed si precibus, & adorationi labor adiungatur, nihil dubitandum esse de prospero eorum, quæ agimus successu. V. Sacerdos. Goropius in Hierogly. li. 5. fo. 79.

153 Manum in prima lingua uocari hant. signific. nullum esse manus officium, vel excellentius, vel salutarius, vel diuinius, quàm crucem apprehendere; hant enim interpretatur alte ad T, siue exalta ad T, vel exalta ad ipsum vnum. hant dicitur quasi he, ant, e, idest exalta ad vnum ipsum: vel si apocoptos dicitur hant: signat exalta ad T; quæ littera, ut figura repræsentat crucem, ita mysticè eam significat & hanc rem complures figurę in manu habentes Tau, in Tabula Bembęa, signific. & quoniam, ut est apud Platonem T, littera habet vinculi potestatem, in uoce hant: mystice signific. homines debere Tau in manibus habere, ut deprehendant crucem esse, qua ipsi deuinciantur, vnitissimo vt sciamus in cruce tamquam in ancora sacra omnis salutis nostræ spem dependere, et eius medio ipsi summo vni deuinciri: vel vox hant potest resolui in hau, an T, quæ notabit apprehende, & teno ipsum T. Goropius in Hierogl. li. 9. f. 136. & 137.

154 Manus in orando coniungere, & coniunctas suprema parte ori applicare. signific. homines in orando debere quærere coniunctionem; & copulationem cum altissimo uno, cui per crucē coniungi optamus. nam si rectæ & extēsæ manus ori applicentur, crucem, siue ipsius T, tau figuram formant, & quia oratio ex ore prodit, & manus vna cum ore transuerso crucem delineant. sig. orationem cum cruce intelligendam esse, si velimus crucis beneficium sentire: Gorop. vt supra f. 137.

155 Manus quæ apparuit scribens in pariete, Mane, Tetel, Phares, signific. manum Dei nostri, quæ est verbum Dei, de qua manu Psalm. 88. firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua. Rupertus libro 7. cap. 10. de Victoria Verbi Dei.

156 Manus lauari a Sacerdotibus, antequā accedant ad altare missam celebraturi. sign. reuerentiam

quam

quam quisque habere debet, antequam accedat ad tantum sacramentum. Iuxta illud Isa. 4. lauamini, qui fertis vasa Domini. Michael Timothæus in Missæ sacrificium, quæstione 9. tracta. 1.

157 Manus duæ, quæ uideantur in tenebris sibi inuicem aliquid promittere, & pacisci, cum verbis, vel in tenebris, signific. hominem, qui demonstrat se omnino fidem Præstaturum de eo, quod vel in tenebris promisit. Camillus Camillius in Insigni Mutij Gilianti.

1 MAPPA veli genus, quod mensis insterni solet: & quo manus abstergimus. sign. in ludis facultatem currendi factam. nam Prætor in certamine equorum mittebat mappam, sicuti nūc tubæ dant signum currendi. Valerianus libro 40.fo.297.

2 Mappæ tres, quæ in altari poni solent. signific. homines tribus modis mundos esse debere animo, corpore, & operibus. & Mapparum candor signific. uitæ innocentiam. Aemarus Hennequinæus libro de ceremon. Missæ, cap. 6.

1 In MARAT data fuisse aliquot præcepta ante legem, & datum fuisse modum iudicandi, signi. ibi iudicium fieri debere, ubi aquæ essent factę dulces ligno. si enim fieret iudicium in rigore legis sine aquis a ligno crucis dulcedine affectis, actum esset de nobis. Fran. Geor. proble. 39.to.2.

1 supra MARCELLI caput vmbram extitisse, ut est apud Vergilium li.6. sig. illum cito moriturum, quòd Nephes ab eò iam indicaret se recessuram, quod idem accidit uni ex socijs Zoar. Iul. Camil. f. 117.

1 MARCHASITA secundum Bracelchi opinionem apud philosophos chimicos, signifi. ferrum, quod ipse iudicat esse medium minerale ad conficiendum lapidem philosophicum, uel potius ipsius ferri Lobam: sed longe errat. Bracelchus libro de ligno uitæ. fol. 40.

1 M. Curius sub igne coquens rapas, & Samnitum legatos cum suis pecunijs dimittens, sign. idem, quod & C. Fabricius. scilicet virum fortem muneribus non corrumpi. Achill. Bocch. Symb. 31.

1 D. MARCVS Euangelista in armonica mundi concordantia, signific. Diuum Hieronymum, & ipse Diuus Hieronymus inuicem, signifi. D. Marcum, & ambo sig. potestates, & virtutes angelicos spiritus. Geor. Venet. in armon. f. 27.

1 MARDOCHEVS adoptans Ester, vt est Ester 2. sig. D. Paulū, qui fuit doctor Ecclesiæ Gentium. Glo. ord. in Ester 2.

2 Mardochei dies. signifi. diem decimumquartum mensis Adar apud Hebræos, sicut dies Nicanoris signifi. diem decimumtertium dictimensis, qui dies erat festus apud Hebræos propter Nicanoris mortem, ut est Machabæorum lib. secundo, cap. 14. Rupertus libro decimo, cap. 8. de Victoria verbi Dei.

1 MARE æneum, quod fecit Salomon in templo sign. aquam supramundanam, cuius bat erat sigillum, quod vas bat sig. supremā sapientiam, quæ est vera aqua supramundana. Franc. Geor. p. 13. t. 1.

2 Mare illud æneum tenuisse duo millia bat aquæ, sign. numerum binarium pertinere ad secundam personam Sanctissimæ Trinitatis, & millenarium ad Deum, & bat illa mensura pertinet ad sapientiam: & aduerte, quod illud mare per dictam capacitatem sign. omnigenam productionem factam per aquam supramundanā repræsentatum per illud mare. Nam bat capit tres modios, & modius 396. libras, ita quod illud mare capiebat duo millia millium tercentum septuaginta sex millia librarum. F. Geor. probl. 13.

3 Mare apud Ioannem Scholasticum gradu 26. sig. mentem ferinam, & bestialem. Ioann. Climater. ut infra.

4 Maris sordes sig. vitia.

5 Maris reuolutiones sig. desperationē, quæ circū dat animam, & submergit in profundum.

6 Maris scopuli asperi, sig. ignorātiam, quæ credit bonum malum, & malum bonum.

7 Maris bestiæ. sig. corpus nostrum brutale, & animale.

8 Maris piratæ sign. dæmones uanæ gloriæ, qui rapiunt labores nostros spirituales.

9 Maris flatus. sign. superbiam præcipitantem de cœlo, quæ eleuat animā sursum, & postea mergit in abyssum.

10 Maris undæ sig. ventrem plenum, & inflatū, qui suo impetu allidit nos ad omnem fornicationem. Ioann. Climatericus, siue Scholasticus in gradu vigesimosexto.

11 Mare a quo vir rusticus multas aquas per diuersas foueas extrahat, atque diuertat sign. virtutem unitam plus ualere, quàm dispersam: maris enim aqua in mari non corrumpitur, sed in foueis & lacunis putrescit. Sambucus f. 70.

12 Mare apud Heraclitum signific. sensibilium rerum substantiam, & idem significat apud Poetas, qui Neptuno dominium maris addixere, qui Neptunus signific. eam uirtutem, quæ præest Generationibus. Picus Heptap. cap. 15.

13 a Mari proficisci in desertum Sin, ut est Num. 33. signific. a tribulationibus ad diuinas consolationes ueniendum esse, quæ tamen nondum sunt sine tentationibus. Lauret. in verbo abire.

14 Maris & aquæ diuisio facta, ut transiret populus, ut est Exo. 14. signific. dissolutionem rationum, quæ fiunt contra fidem, quibus impeditur transitus simplicium. Lauretus in uerbo ab scindere.

15 Mare, de quo ascendit Aquila illa magna habēs duodecim alas, & tria capita, ut est Esdræ cap. 11. sig. fluxum, & refluxum reuolutionum statuum mundi. Marcus Antonius Louisinus supra Esd. c. 11. f. 10.

16 Mare magnum, & spaciosum littoribus, & non manibus, vt habet vulgata editio. sign. mare su pramundanum, a quo omnia emanant. F.G.p. 48.to.3.

17 Mare per quod Aeneas iactatus est. sign. appeti tum hominis, qui duplex est uel a sensu, uel a ratione, qui prouenit a sensu est turbidus, & mari turbato simillimus, qui verò à ratione tranquillus, & mari pacato, & composito per quam similis. ab his igitur duobus appetitibus hominis animus distrahitur modo ad sen sualia declinans, modo ad ea, quæ sunt rationis ascendens. Hanc rem poeta noster in Aeneæ tempestate excellenter exponit. Land. lib. 3. Camaldul.

18 Mare arsisse, vaccam peperisse pullum equinũ, Iunonis sospitæ statuam sanguinem sudasse: & lapides pluisse anno ab vrbe condita 539. ante Christum Dom. 213. signific. Romanorum cladem in Gallia sub Posthumio. & signi. Macedonicum bellum. Iulius Obsequens prodig. 33.

19 Maris ænei crassitudo trium vnciarum, ut est 3. Regum septimo. signific. firmitatem virtutum in fide, spe, & charitate. Lauret. in verbo adeps.

20 Maris elationes mirabiles, ut est Psal. 92. sign. persecutiones sæculi contra fideles. D. Aug. in psal. 92.

21 per Maris semitas perambulare, ut est psalm. 8. sign. esse curiosum in rebus mundanis. D. Augu. psal. 8.

22 Mare æneum, quod sustentabatur a duodecim bobus ab Salomone factum, signifi. aquas has inferiores, & mare habet influxum suum a no mine magno Dei tetragrammo, quod per duodecim reuolutiones in hæc inferiora gratias, & dona influit, & præcipoe dona misericordiæ, & pietatis: vnde sephira, quæ dicitur Gedulah, vocatur etiam mare, aquæ & aquarum collectio, & est suprema meridionalis regio, in qua sunt aquæ misericordiæ, & pietatis, & clementiæ, quæ est peculiaris possessio filij Dei, quia Gedulah, & Chocmah, tenduut ad idem. Archangelus Burgonou. in 38. conclu. Cabal. Pici.

23 Mare ablatum esse a Deo, ut transirent filij Israel, ut est Exo. 14. sign. Deum abstulisse impe dimenta veniendi ad baptismum. Laure. in ver bo auferre.

24 Maris tempestas, cum verbo, Durate, signific. hominem, qui alios hortetur, ne in aduersitatibus animum destituant. Bartholomæus Tægius lib. 2. de arte fabrican. insignia.

25 Mare rubrum in quo submersi sunt Aegyptij, & Israelitæ facti sunt salui. signific. baptismum in quo corpora erant sepelienda cum Christo Domino Nostro: nam Aegyptij signific. corpus, & hominem animalem: & in quo anima fieret salua; nam Israelitæ signific. animas saluandas. Franciscus Georgius problem. 437. t. 3.

26 Mare rubrum sign. Christi D.N. baptismum; & ideo dicitur rubrum, quia Christi sanguine est purpuratum. D. Aug. li. de quatuor virtutibus charitatis.

27 Mare Cinereth, siue Genesareth, Mare Galilea, & mare Thyberiadis in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius libro 1. Elocutio. sacrar. scriptur.

28 Mare mortuum, mare salsum, mare carectosum, & Suph. in sacris literis sunt synonima. Iacobus Gouschelius libro 1. Elocutio. sacrar. scriptur.

29 Mare, quod a radijs Solis incutiatur, cum verbis, non siccatur æstu, signific. hominem, qui non cædit fortunæ aduersanti. Bartholomæus Tægius libro secundo de arte fabricandi insignia.

30 Maria, iuxta illud, Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in locum vnum, & appareat arida, uocauitque Deus congregationes aquarum maria. signific. gentes infideles, quæ in tertio tempore, hoc est a Samuele, & Dauid eesserunt populo Dei. Nam in secundo tempore hoc est ab obitu Iosue, usque ad Samuelem, & Dauidem fuit commixtio inter gentes, & filios Israel, ita quòd filij Israel sæpe gentibus seruirent: & obserua, quòd Deus uocauit in numero plurali maria, non autem mare, ut signific. gentium pluralitatem, sicuti vocauit terram numero singulari, ut signific. populum Iudæorum, qui erat futurus una synagoga. Abbas Ioachim libro quinto concord. cap. 5.

31 Mare expositum sub radijs meridiani Solis, cum verbis, Numquam siccabitur æstu. sign. hominem, qui demonstrat animi sui magnitudinem numquam esse imminuendam, uel signific. hominem, qui demonstrat se semper fore paratum ad humiliter suscipiendam diuini fauoris gratiam, uel signifi. hominem, qui demonstrat opes iustè, & prudenter erogatas, numquam esse defuturas, uel sign. hominem, qui demonstrat suum desiderium inseruiẽdi Deo, & principi suo, quod est veluti mare immensum, nulla re esse defuturum, sicut mare, numquam Solis æstu siccatur. Hieron. Ruscellus in Insigni Thomæ Marini.

32 Mare magnum, quod vidit Daniel 7. a quatuor ventis cœli. signific. mundi sæculum. quatuor uenti cœli sign. quatuor intelligentias speciales, Tipicam, Historicam, Moralem, & Cõtemplatiuam. prima pertinet ad Pastores, secunda ad Diaconos. tertia ad Doctores. quarta ad Virgines, & Heremitas, & quia istæ quatuor intelligentiæ sunt contrariæ huic mundo, ideo tamquam venti in mare magno seculares conturbant. Gouschel. lib. 2. Elocutiou. sacr. scrip. dicit, quod mare sign. mundum, & ut est psalm. 32. congregans, sicut in utre aquas maris. signific. amaritudinem huius mundi. & illud Iob 9. & graditur super fluctus maris. Iacobus Gouschelius libro 6. elocutio. sacrar. scriptu.

33 Maris tertiam partem factam sanguinem in Apocalypsi. sign. magnam multitudinem illorum, qui ex Gentilibus crediderant propter Nicolaum in hæresim deductam in carne, & sanguine Christo mortuam esse; & quia dicit & tertiam partem creaturæ maris mortuam esse, & tertiam partem nauium interijsse. sign. non solum credentes multos ab hæresi Nicolaitarum absortos, sed etiam Ecclesias nonnullas occulto Dei iudicio deperijsse. Ioach. Apoca. fo. 128.

34 Mare rubrum in quo saluati sunt filij Israel, & submersi filij Aegyptiorum sig. exercitum Romanorum, per quem submersi sunt Iudæi, & populus Christianus tandem est seruatus. Ioachi. li. 2. c. 29.

35 Mare æneum, de quo in Apocalyp. signific. vitam sacerdotalem, quod sacerdotes, & verbis, & bonis operibus debent esse, ut æs sonori omnibus fidelibus. Ioachim Apocaly. fol. 182.

36 Mare vitreum mixtum igne, sign. conuersationem monasticam, quod monachi debent esse per contemplationem perspicui. & propriè hoc mare pertinet ad perfectos. Ioach. Apoca. fol. 106.

37 Mare vitreum, de quo in Apocalyp. signifi. volumen scripturarum sanctarum. Ioach. Apocal. fol. 106.

38 Mare, & silua apud Orpheum sign. materiam primã, sicuti & Prothæus & Iuno. Farra Sept. fol. 193.

39 Mare sig. perditionem ob ipsam profunditatẽ. Val. f. 284.

40 Mare significa hoc sæculum, & maris litus signific. finem huius sæculi. & segregatio piscium bonorum a malis facta in littore a D. Petro. signific. segregationem faciendam à Deo in fine sæculorum. D. Augustinus li. 50. homil.

41 Mare sig. purificationẽ, quòd illius aqua, ut antiquorum erat opinio ualeret ad purificandum. Vale. f. 218.

42 Maris aquam habere uim purificationis ex omnium consensu. sign. baptismi purificationem ex omnium consensu futuram. & eo magis, quòd Micheas propheta uocauerat baptismũ mare: cum dixit, tu peccata nostra in profundum mare demerges. Vide Valerianus folio 218.

43 Mare signific. baptismi lauacrum, quòd sicut mare recipit in se omnium fluminum sordes, & nihil intra se continet sordidi, sed fæces omnes perpurgatas a se in littora reijcit. ita baptismi lauacrum animarum sordes, quæ in eo eluuntur recipit & purgat. Valerianus, vt supra.

44 Mare dici a Pythagora esse Saturni lachrymas, signific. maris impuritatem, quòd apud Aegyptios etiam mare haberetur impurum, & dicebatur pernicies, Vale. f. 219. & apud Platonem dicitur.

45 In Mari nihil nasci Ioue dignum, signific. ex piscibus non debere fieri sacrificium. Valerianus fo. 218. & 219.

46 Mare signifi. peruiciem apud Aegyptios, quòd totius alimenti sui ex Nilo beneficia Aegyptus habet, sed cum Nilus in mari commiscetur corrumpi videtur, propter quod dicebant mare vitiare id quod humano generi est uitale. Val. fo. 219.

47 Mare sig. ventrem, sicuti venter sig. mare. Valer. fo. 225. V. Venter 1.

48 a Mare siue ad Mare, ut est Iosue 8. & erant insidiæ a mare ciuitatis. fig. apud Hebræos: occidentalem plagam. Iacob. Gousch. lib. 3. elocu. sacr. scriptu.

49 In Mare rubrum ascendere, ut est Psalm. 105. sig. venire ad baptismum. Lauretus in verbo ascendere.

50 Maria, iuxta illud, congregationesque aquarum appellauit maria. signific. infideles gentes, quod sicuti maria circumdant terram, ita infideles circumstant ecclesiam: & bene in plurali numero dicta sunt maria, ut sign. infideles esse congregationem multarum gentium: & arida, quæ in singulari est, signific. ecclesiæ vnitatem. Ioach. fo. 63. concord. & aquas congregatas fuisse in die tertio, sign. in tertio tempore gentes extra populum Dei inter se congregaturas fuisse; nam ante Saulem, & Dauid gandas cum populo Dei quodammodo erant commixtæ, sed Dauid eas deuicit, & segregauit populum suum ab eis. Ioach. fol. 63. concor. cap. 5.

1 MARPHISA, quæ eodem die Rugerij comes facta; cum contra Mandricardum tuetur, signific. societatem defendendam ab omni iniuria. Ariosti cantu 26. Clemens Valuasorus.

2 Marphisa, quæ sponte in Agramantis auxilium uenit, signific. vnumquemque debere alijs benefacere non habita ratione in referenda sibi gratia. Ariosti cantu 32. Clemens Valuasorus.

3 Marphisa liberans Bruuellum, uidens nullum pro illo defensionem accipere. sig. potentiores debere parcere inferioribus, & ibi contendere, vbi victoria sit futura gloriosa. Ariosti cãtu 32. Clem. Valuas.

4 Marphisa deiecta a Bradamante, & iure belli illius captiua facta, ensem tamen euaginat, & contendit. sign. superbum nolle cedere, neque uiribus, neque rationi. Ariosti cantu 36. Clem. Valuas.

5 Marphisa, quæ euersa Marganori tyrannide legem tulit, & in columna incidi fecit. sign. multas mulieres esse, quæ non minus aptæ essent, quàm viri ad imperia regenda. Ariosti cãtu 37 Clem. Valuas.

6 Marphisa, quæ decreuerat Carolum Imperatorem euertere, sed intelligens se a parentibus Christianis ortam, sententiam mutat, & Carolum adiuuat. sig. non esse inconueniens recedere ab iniustis propositis. Ariosti cantu 38. Clemens Valuas.

1 MARGANORVS, qui ob mortem perditissimi filij mulierum calamitatem tantam dabat. signifi. uiros ita percitos innumerabilia edere mala. Ariosti cantu 37. Clemens Valuasorus.

2 Marganorus, qui vitam tyrannicè degebat miserè, & acerbè interfectus. signific. tyrannos tandem infeliciter mori. Ariosti cantu 37. Clem. Valuas.

1 MARGARITAE sign. lachrymas. Valer. fol. 205.

2 Margarita preciosa, quam inuenit negotiator ille Enangelicus, & uendidit omnia, ut eam cõpararet. sig. charitatem. D. Aug. super 1. canonic. homil. 5.

3 Margaritæ bonę, ut est Matth. 13. sig. prophetas & sensus bonos. Orig. in Matth. 13.

1 Sanctissima Virgo MARIA sig. Gentilitatẽ prædestinatam ad gratiam. Ioach. lib. 3. ca. 10. concor. sig. etiam Ecclesiam contemplantium. sicut Elisabeth sig. Ecclesiam prædicatorum. & D. Maria sig. Ecclesiam è gentibus electam, sicuti Elisabeth sig. synagogam. & sign. D. Maria Ecclesiam tertij status, sicut Elisabeth sig. ecclesiam secundi status.

2 D. Mariam concepisse in sexto mense a conceptu B. Elisabeth. sign. Ecclesiam secundi status, quam sig. Elisabeth futuram in labore, usq; ad sextum tempus, in quo postea Ecclesia, quam sign. D. Maria concipiet, & pariet intellectum scripturarũ de Spiritu Sancto. & hoc erit quãdo post sextum tempus Hebræi conuertentur ad D. N. I. & Ecclesia quam sign. ipsa D. Virgo Maria incæpit ab ipsa Virgine Sancta, quæ fuit quodammodo sterilis, sed incipit fęcundari ab annis 1200. usque ad consummationem sæculi.

4 D. Mariam despousatam Ioseph fabro lignario, signifi. quod Christus Dom. Noster Ecclesiæ sponsus omnium salutem hominum operaturus erat per lignum crucis. D. Chrysostom. in Matth. c. 1.

5 D. Maria fugiens in Aegyptum signific. sacram scripturam, Remig. Matth. c. 2.

6 Maria soror Mosis ne fieret quasi abortiuum, ab ipso Moise oratum esse, ut est Numer. 12. sign. populum Iudæum non potuisse ad integrum formari: non enim lex quemquã ad perfectum adduxit. Origen. supra Numer. homil. septima. & Lauretus in uerbo Abortire. vel abortiuum ibi significat lapsos a fide, qui ab Ecclesiæ gremio, uelut mortui abijciuntur.

7 Maria mater Domini N. festinans in montana, ut est Lucæ primo. sign. promptitudinem præstandi obsequia proximo. Lauret. in uerbo accelerare.

8 D. Mariæ sororis Mosis morte particulã iunctam fuisse in libro numerorum particulæ uitulæ. ruffæ secundum Cabalistas sig. fuisse conueniens, ut Christi D. N. mors satisfaceret pro peccatu humani generis. Picus in 24. conclu. Cabal.

D. Mariam Deo placuisse. Vide Abigail 3.

9 per Mariæ sororis Mosis, particulam mortis coniunctam particulæ vitulæ ruffæ, vt est numerorũ. 19. & 20. & per expositionem cabalistarum in eo loco ubi Moses pro peccato uituli conflati dixit Deo dele me de libro vitæ, & per dicta Zohar, in eo loco Isai. & eius liuore sanati sumus, Hebræos ineuitabiliter redargui, qui dicunt fuisse incoueniens, ut Christi mors satisfaceret pro peccato humani generis, ut est 24. conclusione cabalistica Pici. sign. Christum fuisse venturum ad tollenda peccata, quæ per sacrificia tolli non poterant, nam blasphemiam, homicidium, adulteriũ, & talia per sacrificia nunquam in lege expiata dicuntur nisi cũ morte reorum, quæ tamen in Christi D. morte omnia sublata sunt: nam Deus propter scelera uostra percussit eum. Archangelus Burg. in supra dicta conclus.

10 Beatæ Mariæ Virginis festum purificatione nõ habere octauam, sig. ut cessante consuetudine præsentandi infantis ad templum, ita esse conueniens, vt festum purificationis careret octaua. Michael Timotheus in Diuinum officiũ. Quæstione. 7. tractat. 9.

11 Beatæ Mariæ Virginis esse quatuor festa principalia. Annunciationem Assumptionem, Natiuitatem, & Purificationem, quę quatuor, sig. quatuor benedictiones ab Angelo in eius salutatione Aue Maria promissas. Quarum prima, ut esset gratia plena, & hæc sin. Annunciationem, in qua concepit de Spiritu S.

Secunda est Dominus tecum, & sig. Assumptionem, quia assumpta in cœlo vere fuit dominus secum.

Tertia est benedicta tum in mulieribus, & signi. natiuitatem, quia tunc nata est mulier in vtero sanctificata.

Quarta benedictus fructus ventris tui, quæ sign. purificationem in qua obtulit fructum a Deo benedictum omni benedictione. Michael Timotheus in Diuinum officium Quæstion. 8. tractat. 9.

1 MARIAM Magdalenam non petijsse a domino, ut Martha sibi auxiliaretur sed Martham, vt Maria sibi opem ferret, sign. vitam contemplatiuam non egere auxilio vitæ actiuæ sed potius vitam actiuam a contemplatiua adiumentum petere.

2 Mariam & Martham sub eodem tecto habitasse, & sorores fuisse, sig. contemplatiuam uitam & actiuam non adeo inter se pugnare quia possunt aliquo modo coire, & ambæ bonæ esse licet una laboriosa, & alia ociosa. Landinus in primo Camaldulensium.

1 MARICH. Apud chimistas, sig. scoriam. Ioannes Garlandius.

1 MARITVM & vxorem multis nodis a sacerdote Iunonis Iugalis complicari, sign. eorum animos ita perstrictos, & indissolubiles semper fore debere, sicuti tunc erant eorum corpora. Car. f. 193.

2 Maritum & vxorem sacrificantes Iunoni iugali adimere fel e victima & post altare deicere. significat nullum odium, nullam amaritudinem inter eos esse debere. Cartar.f.193.

3 Mariti & feminæ desponsatio, apud Chimistas sig. apud quendam coniunctionem materiæ lapidis benedicti, quæ tunc facta intelligitur, quãdo in composito apparet nigredo, quæ dicitur caput corui.

4 Maritare mundum. signifi. vnire & actuare ea quæ seminaliter & separate sunt in natura. Archangelus Burgonou. in 12. conclu. Cabalist. Pici.

5 Maritus expectans damnum abortientis vxoris vt est Exod. 21. sign. hominem exigentem pęnitentiam ab eo, qui alterum peccare fecit. Glos. interl. in Exod. 21.

1 MARMOR apud Chimistas quando dicunt quòd contritio debet fieri super marmore. significat fundum vasis, in quo est lapidis materia, quæ contritio fit per aquam ipsius materiæ mediante operatoris industria. Et Autor incertus lib. de Alchimia cap. 39.

2 Marmor Thebanum & Claudianum. v. alabastrum.

1 MARPTES, sphinx, clops, zychthedon. quæ quatuor voces Symbolice sign. per elementorum & mundi administrationem oportere nos progredi ad perfectiorum cognitionem vi & labore æterna superata salute. μάρψαι. enim sign. comprehendere. σφιγξ. sign. mundi cõpagem. ζυχθέδων, sign. difficultatem. κλώψ. sign. latentem Domini cognitionem & diem. Clemens Alexandrin. in lib. 5. Stromat. folio 265.

1 MARS apud Orpheum significat quintam numerationem Cabalisticam Geburah, siue rigorem & seueritatem. Farra Septen. folio 204.

2 Mars vltor pictus cum clipeo lancea & ense armatus. sign. arcendam esse a se cladem & hostibus inferendam calamitatem. Valerianus f. 308.

3 Mars & Venus in firmamento apud Chimicos sign. ea metalla a nonnullis exerceri in fermẽto, quod sign. firmamentum. & eosdem Martem & Venerem in terris esse visibiles sign. in calce eadem metalla uideri, in aquis vero esse inuisibiles. sign. in liquore dissolutio eadem metalla non tantum argentum uiuum esse sed sulphur etiam immixtum, quod terram subtilem continet: quæ omnia indicant quid nam significent spiritus & demones in stegauographia tritemiana, & in Philosophia Paracelsi. Leo Suauius in Scholijs Paracelsi folio 224. & 225.

4 Martem dici bello præesse. sign. vim eius stellæ impetum bili influere. Georg. Venet. arm. f. 211.

5 Mars in concordia armonica mundi sign. uirtutes & intelligẽtias angelicas ob multa uniccin Symbola inter Martem & Virtutes. Geor. Venet. arm. f. 64.

6 Mars sig. ipsius Dei inconcussam uirtutem. Geor. Venet. Arm. f. 68.

7 Mars sign. ignem elementum. Georg. Venet. vt sup. f. 73.

8 Martem in armonica mundi concordia. signif. ignis elementum adusta & ácuta omnia, sapores acres & amari linguam perurentes, vt castorij euforbij rafani, & similia, Colore flammei violacei & purpurei. Lapis amethistus, Iaspis multigenus. qui sign. Alramet & caput Olgol. Euforbium armoniacum, laureola, napelus scamonea, & venenosa calida. allium satiuum vel siluestre. cepa ascalonia & id genus. equus muli hirci, lupus, hedus, pardus, onager, & animalia rapacia, & homini infesta vt muscę pulices, & huiusmodi. serpentes & dracones veneno insultantes. Vitrum æs citrinum, ferrum, furni, fornaces, pistores, flebotomantes, chirurgi, tonsores, maces, lanij, milites omnes, siria cum scorpione cappadocia, meragonites, comagena, Mauritania, Getulia. Cum Ariete verò. Britania, Galatia, Germania, Barsama, Syria, Idumæa, & Iudæa. Terræ & gentes armigeræ, venti impetuosi, & maxime aquilonares tendentes ad occasum. impetuosa omnia & violenta. spolia, rapinæ, predæ, depopulationes, & nephanda omnia, quæ uiolentia & impetu perpetrantur. Georgius Venetus Armoniac. folio 79.

9 Mars positus in quĩta porta primi gradus Theatri Iulij Camilli. sign. in mundo supra celeste Gabiarah & Camaclẽm illius intelligentiam. Iulius Camillus f. 67.

10 Mars equitans draconem. in porta ipsius Martis sub antro in tertio gradu Theatri Iulij Camilli. sign. res naturales nocuas & venenosas; nam Marti infunditur influxus a sephiroth supraceleſti nomine Gaubrà, cuius intelligentia Zamael dicitur venenum Dei, quod per eam Deus mundum castigat. & ideo Mars equitat draconem. Iulius Camillus f. 98.

11 Mars equitans draconem in porta ipsius Martis sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli. signi. naturam nocentem. & infestam. Iulius Camillus f. 133.

12 Mars equitans draconem in porta ipsius Martis subtalaribus in sexto gradu Theatri Iulij Camilli. sign. nocere seuire vlcisci impedire. Iulius Camillus f. 140.

13 Mars apud Theologos Græcos. sign. Vim Gabrielis de qua vide currus. Valerianus folio 322.

14 Mars præpositus Scorpioni Zodiaci signo. significat intelligentiam illi signo præpositam & curantem humana pudenda. Geor. Vene. arm. f. 114.

15 Martis motus qui est annorum duorum ad motum Solis Veneris & Mercurij, quorum motus ferè est annuus. significat proportionem duplam. Georgius Venetus Armon. f. 121.

16 Martis motus ad motum octauæ spheræ signif.

propor-

proportionem millec uplam. Georg. vt supra.

17 Mars in mondo minore idest in homine. signi ficat Fortitudinem virtutem. Georg. ut supra.

18 Martem esse filium Iouis & Iunonis, vel Iunonis solius, apud Chimicos sign. sulphur callidum, & siccum, rubeū, durum sine fusione, & priuatum argento viuo, & Iupiter sign. argentum viuum mortificatum frigidum & humidum, album molle, & fusibile, & quoniam Iupiter & Iuno. sign. aeris alimentum, & post putrefactionem sunt simul cum Marte, & facile Mars separatur a ventre istorum, ideo dicitur illorum filius. & quia filius solet esse in aliqua re similis patri & matri, & Mars siue sulphur illud est dissimile Ioui. Ideo dicitur esse filius Iunonis tantum, per quam intelligunt elementum terræ, quòd sulphur sit pinguedo terræ, & non habeat similitudinem cum aqua Mercuriali. Ioannes Bracescus libro de ligno uitæ f. 27.

19 Mars sign. iracundiam. partem scilicet animæ irascibilem. Equicola libr. 2. de natura amoris.

20 Martis Templum non licere esse in vrbe Roma sicut nec Veneris nec vulcani. sig. bellum intra domestica tecta haberi non debere, sicut nec intemperantiam nec incendium. Equicola lib. 6. de natura amoris.

21 Mars apud Chimistas alienandó sig. Venerem ut est apud Ioannem Garlandium, significat ferrum. etiam

22 Martem a Venere mitem reddi. sign. audaciam esse amoris pedissequam, vel sig. Martis impetum & ferociam, Veneris aspectu in geniturís domari. Ficinus cap. 8. orationis quintæ in conuiuio Platonis.

23 Martis stella, quæ belli furorem & militiæ præstātiam secundum antiquos influere creditur, uidetur. sign. Dauid Regem, quem præ cæteris in populo Hebræo bellicosum fuisse legimus. Ioach. in Apoc. f. 54.

24 Mars significat bellum. Sebast. Erizzus folio 241.

25 Martis Regimen mundi primum incipit post annos mundi. 1142. & dies 108. & finit anno mundi 1427. & die 165. secundum regimen finit anno mundi 3428. & die 61. Tertium regimen finit anno mundi 5427. & die 349. & hoc secundum computum Pauli Scaligeri in lib. 4. cap. 1. de rerum causis & sign. euentus de quibus agitur in dictione Samael uel Zamael.

26 Martem a Diomede vulneratum fuisse Palladis auxilio circa hypocondria & magno clamore quadam obscuritate tectum aufugisse, vt est apud Homerum in Iliados lib. 5. sign. iracundos & furibundos animos, quales Mars sig. si quid aduersi contra expectationem accidat a viris prudentibus, quales sign. Pallas. mox ingenti clamore, qualis Martis fuit, & procellosos impetu ordines laxare, & dissipare, & quantam, vel equis, uel pedibus ualeant, fugam capessere. &

27 Martem abscondisse se tali obscuritate, quali in aere ex nubibus apparet dum ex nimio ardore uentorum tempestas cum turbine excitatur, quod frequenter in æstate contingit. & tanta non est ut homo posit nō uideri ab homine sig. Iracundos & furibondos animos nō posse suo consilio & prudentia in necessitate se ita tueri, ut quasi orci galea tecti, non posint a prudentibus offendi. &

28 Martem in ipsis hypochondrijs vulnus accepisse sig. iracundiam & animi furorem circa pectus oriri. Goropius in Hermath. libr. 4. folio 71.

29 Mars pictus in uillis, & nō, uel raro in urbe. sig. bellum amouendum ab urbe. Cartar. f. 388. id etiam sign. Martis Templum. extra urbem conditum. Cartar. f. 388.

30 Martem rem habere cum Venere sign. Solis ardorem ad generationem prodesse. uel sign. uiros militares esse proclives ad lubidinem. Cartar. f. 394.

31 Martem esse natum a Iunone sine opera uiri. sign. bella gigni ut plurimum ex desiderio diuitiarum & regnorum, quibus Iuno præest. Cartar. f. 395.

32 Martem aliquando esse cum pectore nudo sig. quisquis in bellum progreditur debere opponere se animo constanti omnibus periculis. Cartar. f. 398.

33 Martem natum in Tracia fig. illam gentem esse bellicosam. Cartar. f. 399.

34 Mars ligatus apud Lacedęmonem sign. eos populos optare ne Mars ab se recederet ex quo postea uictores in bello forent. Cartar. folio 402.

35 Martem nocatum communem signif. interinimicos commune esse & uincere & uinci. Cartar. 407.

36 Marte addicti canis & lupus, canis sign. ferocitatem & fidelitatem militum necessariam. Lupus sign. uigilantiam, qua esse debet imperator ut etiam occulta hostium secreta uideat, sicut lupus uidet in tenebris. uel sig. milites oportere esse rapaces & cedis & sanguinis inimicorum auidos. Cart. f. 408.

37 Marti gallus sacer. sign. uigilantiam qua debent esse milites in nocturnis uigilijs. Vel significat memoriam quod Alectio socius Martis in futuris nocturnis cum Venere non fuit excubitor diligens, quin Mars unà cum Venere sub rete a Vulcano caperetur. Cartar. folio 409.

38 Marti uultur sacer. sig. illius auis naturam præsagientem futuram cedem ab exercitu faciendam per septem usque dies ante. Cartarius fol. 409.

39 Marti picus auis sacra. sign. milites debere ita percutere muros frequentibus ictibus, ut mœnia perforēt sicuti picus rostro perforat quoduis durissimum robur. uel sign. milites solitos auspicia obseruare, quæ picus maxime militaria significabat. Cartar. f. 409.

40 Martis

40 Marti Gramen Sacrum, sig. milites solere campos apertos appetere, sicuti gramen vt plurimum in campis planis solet nasci. Cartar. fol. 410.

41 Martem natum esse ex Iunone, sig. propter diuitas nasci inuidentiam maleuolentiam, & bellum, nemo enim est insigniter opulentus, cui non assidue ab inuidia, & maleuolentia bellũ nascatur. Natalis Comes in Mytholog. lib. 2. cap. 7.

42 Martem nutritum fuisse apud Barbaras gentes septentrionales, sig. bellum plurimum uigere inter eas gentes, quæ habeant sanguinem minime a calore Solis digestum, & quæ plurimũ vi corporis, & proceritate valent, sed minimũ consilio, & prudentia. Natalis comes in Mytholog. lib. 2. cap. 7. f. 50.

43 Martem habuisse Therum nutricem, sig. bellũ a feritate animi ali. Thero enim interpretatur feritas. Natalis ut supra.

44 Martem dictum esse tirannum, sig. bellum euertere ciuitates, cum lex eas conseruet, & tirranni esse ciues consumere: at regis eos conseruare. Natalis, vt supra.

45 Martem & Venerem a Vulcano, in rete oppressos, sig. litigium, & amicitiam a nimio calore opprimi. Mars enim sig. litigiũ, & Venus sig. amicitiam. Nam Martis est occidere, Veneris procreare, Martis deuastare Veneris expolire, Martis est prosternere, & Veneris erigere. Sed vt antiqui, sig. inter litigium, & amicitiã opus esse Symmetria in rebus naturalibus quam sig. Martis & Veneris congressus. qui impeditur a Vulcano, quando scilicet nimius calor occupat ambos. Martem & Venerem, finxerunt hanc fabulam. Natalis ut supra f. 51.

46 Martis simulachrũ apud Aquitanos esse radijs ornatum, sig. Martem, & solem esse eundem. Nam ratio & natura videtur expetere, ut corpora illa superna, quæ calorem rebus inferioribus inferunt, nominibus potius, quàm re ipsa sint diuersa. Natalis Comes in Matholog. lib. 2. cap. 7.

47 Martis aurigam esse Bellonam, sig. aerem pestiferum esse mortis aurigam, & artificem. Natalis, ut supra.

48 Martem fortissimum, & velocissimum Deorũ ab imbecilli, & claudo Vulcano, in retibus fuisse implicitum, sig. scelaratos homines nullis viribus, nulla pedum celeritate fretos posse Dei vindicis omnium flagitiorum iram euitare. Natalis ut supra.

49 Mars sig. litem Erizzua f. 242.

50 Mars cum pectore nudo, sign. militem intrepidum, & animosum in bello esse debere. Erizz. fol. 239.

51 Marti sacrificium cum boue factum, signific. victoriam stratagemate habitam. Erizzus fol. 240.

52 Marti sacrificium cum gallo factum, sign. victoriam aperte, & uiribus habitam. Erizzus fol. 340.

1 MARSIAE simulacrum solitum appingi liberis ciuitatibus, signifi. eas ciuitates esse liberas, quod Marsias esset vnus ex socijs Liberi patris in cuius tutela erat libertas, unde & nomen habuit. Cartar. f. 425.

2 Marsiam inuintes Mineruæ tibijs ausum cum Apolline contendere, sig. stultum musicum esse qui in arte musica uelit tibias citharæ preponere, quod etiam signif. Marsiam pingi cauda porcina. Fulgentius lib. 3.

3 inter Marsiam & Appollinem electum Iudicẽ Midam, sig. ignorantem sæpe de peritis Iudicium ferre, & pro ignorante potius, quàm pro perito sentire, ut fecit Midas.

4 Morsias decortieatus ab Apolline, in porta Martis sub Prometheo, i septimo gradu Theatri Iulij Camilli, sig. macellum, Iulius Camillus. f. 149.

5 Marsiæ pellis in porta Saturni sub. Prometheo in septimo gradu Theatri Iulij Camilli, signif. artem coriariorum, & caligariorum Iulius Camillus f. 149.

1 MARTANVS fugiens ab hastiludio, & postea sub armis Griphonis victoriæ non suæ, premium consequens, sig. fraudem sæpe uirtutis esse comitem. Ariosti Cantu 17. Clemens Valuasorus.

2 Martanus cui erepta est gloris non sua sign. gloriam falso aquisitam quamprimum euanescere. Ariosti Cantu 18. Clemens Valuas.

1 MARTIRIVM sig. Ecclesiam, quando dedicatur alicui martiri. Gulielmus Durandus, lib. 1. cap. 1. Gationalis diuinorum offic.

1 MARVCH. apud Chimistas, sig. Oleum. Ioannes Harlandius.

1 MAS vox primæ linguæ, & est una ex illis, quæ conuersa signat id, quod est necessarium ad absoluendum id, quod recto ordine notabatur. Mas enim interpretatur cumulus, si uero retro legatur, vt sit Sam; signat unius ad unum adiunctionem. ut Sam ichnea uox vocis mas notae quomodo fiat cumulus, si scilicet unum adiungatur uni. Sed illa uox mas, sig. opus esse quædam coaceruare, quibus prospectum sit contra venturam necessitatem. Sed uox Sam sig. quomodo possimus necessaria coaceruare vt uidelicet bonorum cumulum habeamus, si nimirum paulatim vni alterum iungamus, vt Hesiodus latine loquens dicit.

Si paruo paruum superaddas, atque frequenter
Id facias, mox hoc de paruo nascitur ingens.

Goropius in Gotodanicis, f. 674.

1 MASAS apud Chimistas, signif. lac acetosum. Ioannes Carlandius.

1 MASCVLVM omnem ter in anno in conspectu Dei apparere iustum fuisse, sig. in tribus solennitatibus agendam gratiam Deo tribus primarijs beneficijs in Pasca de rerum creatione, & de trãsitu a seruitute, in Penthecoste de lege data, in festis tracheparim, & tabernaculorũ de remissione peccatorum, quorũ beneficiorum primum, sig. patrem secundũ, sig. filium, & tertiũ, sig. Spirit. S. F. G. p. 202. to. 2

3 Masculus, ut est illud, masculum, & fœminam creauit eos. sign. diuinitatis partem, quæ est in homine, sicuti fœmina sign. corpus animale, quod spiritui subijcitur. Georg. Venet. armo. fol. 103.

3 Masculos ascendere super fœminas, ut est Gen. 30. sig. rationem imperare sensualitati. Philo de somnijs, uel sign. sermones perfectos in animas iuuenum introductos. Lauretus in verbo ascendere.

4 Masculi nomen in sacris apud veteres sig. insontem, & nulla criminis macula notatum. Valer. fo. 246. V. Fœmina 1.

5 Masculus in sacris literis sign. virum virtutibus perfectum, qui præsenti fortique est animo. Val. fo. 246.

6 Masculis tantummodo ex stirpe Aaron licere vesci Sacrificio, signif. non omnibus datum de Deo disputare. Valer. f. 246.

7 Masculis licere solum uesci ex sacrificio peccati signific. ad pœnitentiam opus esse non molli & effeminato, sed forti & virili sensu & animo.

8 Masculus qui auulsos habeat testes, sign. hominem, qui uitam prius pie sanctéque institutá habuerit, iuuenutemque omnem bonis operibus exercuerit ingrauescente uero ætate ad nequitias, & inquinamenta declinauit. Valer. f. 246.

1 MATELLA apud pythagoreos, sig. hominem indignum, & prauis moribus. vnde illud cibū, in matella ne immitas, quod sig. indignum hominem non esse fouendum, ex quo sequitur illud. Hirundo est matella vnius, quod, sig. hominem garrulum esse unius indignum. Paulus Scaliget lib. 4. epistemonis. Matella siue matula. V. Aenigma. 23.

1 MATHEAN sign. Christum Dominum Nostrum iuxta illud dedit dona hominibus. Mathan enim interpretatur donans uel donatus iuxta illud; sic deus dilexit mundum, vt suum vnigenitum daret. Diuus Thomas. Matthe. primo.

2 Mathan sequi Eleazarum, sig. illum, qui cognouit Deum adiutorem suum, ab eo expectare cœlestia dona. Mathan enim interpretatur donans uel donum Rabanus, in Matth. capitulo primo.

1 MATERIAM ante mundū absque ordine fuisse Iactatā, sign. potentiā animæ motricem etiā ante intelligentiæ munera potuisse materiam agitare, sed procul ab ordine. Ficinus cap. 39. Com. Timæ.

2 Materia prima in armonica mundi fabrica, sig. ipsum primum actum, idest Deum summum. nā sicuti iste est omnipotēs agēs ita illa, & omnipatiens, & prout fieri pōt similitudo in creatura, & creatore, illa est simplicissima, sicut & ipse creator, suo modo tñ licet illa vacillet de specie in speciem transiliens, iste uero semper sit idem, & semper agens, sicut illa semper, erit suscipiens, quousque duret successiua gēeratio Geor. Venet. Arm. f. 127.

3 Materiam mundi a Platone uocari necessitatem sig. materiæ inesse necessitatem gratia finis. Ludouicus Gyraldus in Comment. de Serenorū insigni, & de insignibus. Plato metaphorice vocauit hanc materiam sinum informem, omniumque formarum capacem uocauit naturam, potentiam, mundi matrem, formarum nutricem, receptaculum speciem inuisibilem. Syluam, binarium, & locum, & Platonici, vocāt eam Dianam sterilem, & exemplar diuinitatis expers. Ludouicus Gyraldus ut sup.

1 MATER mea, vt est illud, & fui unicus filiorū matris meæ, sig. Sinagogam, cuius futurus erat filius vnicus secundum humanitatem Christus D. N. prædestinatus ex semine Dauid secundum carnem, esse filium Dei. Galatinus lib. 2. cap. 5.

2 Mater mineralium apud Chimistas, signific. argentum viuum. Auicenna, in tractatulo cap. 1.

3 Matrem exasperare, ut est Ecclesiast. 3. sig. Ecclesiam facere tristem peccando, idest Ecclesiam tristare, cum quis in ea peccat. Lauret. in uerbo acerbus.

4 Mater, signi. Ecclesiam, quia quotidie in baptismo spirituales filios Deo parit, Durandus lib. 1. cap. 1. Rational. Diuin. offic.

5 Mater mundi apud Platonem, sig. materiam. Ficinus cap. 39. compendij Timæi.

6 Mater pueri quem Giezi suscitare non potuit, sed ipse Heliseus suscitauit, sig. Ecclesiam principalem, & quòd illa mulier prius fuit sterilis sed postea denuncianse Heliseo facta est mater sig. Ecclesiam prius sterilem, & illa mulier erat magna, quia Ecclesia fuit magna per fidem. uir illius mulieris existens senex, sig. Deum omnipotentem, qui sibi antiquam illam Ecclesiam desponsauit, & dicitur senex, quod sig. illum solum omnium patrem esse credendum. illam mulierem frequentem ministrare Heliseo, significat electorum Ecclesiam Spiritui sancto assiduose obsecutam in diebus patrum antiquorum, puerum huius mulieris egressum foras ad patrem suum ad messores, sig. populum Hebræum nere egressum quærentem placere Deo in hostijs, & operibus carnis, uel sig. illū egressum de terra Israel iuisse in Aegyptum. puero doluisse caput, sig. populum Hebræum non valentem sustinere certaminis pondus, passum esse mentis infirmitatem. patrem pueri uocasse unum de seruis suis, ut duceret eum ad matrem, sig. Dominum uocasse Moisē, vt populum duceret ad matrem suam, idest ad terram Canaam uel promissionis. Puerum māsisse inter duo genua matris usque ad meridiē, sign. populum Hebræum in terra promissionis quasi inter genua Hierusalem, & Samariæ usque ad Ezechiam, & tunc mortuum esse per manus Babiloniorum in seruitutem ductum, vbi uitam fidei, quam habebat pene in omnib. amisit. in quibusdam tamen reliquijs manēs spes matris Hierusalem Deum orauit quod mater pueri sig. orans Heliseum.

Et seruus ille, qui ducebat asinam ad illam mulierem, quæ properabat ire ad Prophetam Helisæum, ut sibi filium suscitaret, sig. ordinem prophetarum, qui carnalem sinagógam nolentem Spiritui sancto appropinquare incitaret & stimularet ad Deum, lege Abbatem Ioachim lib. 3. cap. 18. concord.

2 Matrem allidi super filios, ut est Hosæ. 10. sign. Ecclesiam euertere falsa hereticorum dogmata simul cum ipsis D. Hieron. Hos. 10.

3 Mater vt est Hoseæ. 2. corripite matrem vestrã, significat. apud Hebræos populi frequentiam, sicuti filij, signific. singulos, uel signific. dispersos per oppida, & villas. Gouschelius lib. Elocut.

1 Materia prima apud chimicos, sig. Argenti uiui cõuersionẽ in formã certæ terræ, quæ sit conflata ex utroque semine masculino, & fæminino idest cum sulphure congelata, quæ dicitur Mercurius coagulatus. & materia philosophorum. Leo Suauius in Scolijs Paracelli fo. 237.

2 Materia prima metallorum est duplex propinqua, & remota. propinqua apud chimistas, signi. argentum uiuum, & remota sig. aquã, & postea argentũ uiuum. Auicenna in tractatu lo cap. 3.

1 MATEMATICA sig. animam, quatenus anima est media inter diuina, & naturalia, quod & ipsa mathematica sint inter utrunque media, scilicet inter diuina, & naturalia. Ficinus cap. 27. comp. Timæi.

2 ex Mathematicis physica componi apud Platonem, sig. corpora naturalia non ex figuris, & numeris tamquam ex elementis, & partibus, sed tamquam ex terminis, & quadam resolutione componi, quod uidelicet naturalia, in illa quasi priora ac ueluti terminos resoluantur. Dimensiones enim atque figuræ sunt corporum termini, & numeri sunt termini figuratũ, præterea species naturales subiecto non solum communi, sed proprio indigẽt, figuris autem satisfacit commune subiectum. At numeri neque proprio neque communi neque ullo prorsus corporeo indigent fundamento, ex quo patet figuras naturalibus speciebus, numeros autem figuris esse priores. Ficinus cap. 40. comp. Timæi.

3 Mathematici apud Pythagoram, sign. eos suos discipulos, qui non solum audiebant uerba, & Symbola eius, sed qui sensus in Symbolis absconditos intelligebant, auscultatores, quos ipse dicebat, tantummodo audiebant, sed non penetrabant, ut Mathematici uerborum, & Symbolorum sensa, Mathematicæ enim demonstrationes inter alias certissimæ esse dicũtur. Clemens Alexandrinus in lib. 5. stromat. f. 267 v. auscultatores. 1.

1 D. MATTHEVS in armonica mundi consonantia, sig. D. Ambrosium, & ipse inuicem, sig. D. Mattheum, & Ambo, sig. Thronos in sententiarum grauitate. Georg. Venetus Arm. folio. 27.

1 MATHATHIAE furor accensus in imolantes Idolis, ut est 1. Machab. 2. sig. Zelum bonorum in malos. Lauretus in uerbo accendere.

1 MATRIMONIVM contrahentibus apud antiquos opus esse patrocinio quinque Deorum existimatum esse, Veneris, Suadæ, Dianę, Iouis præfecti, & Iunonis præfectæ; & quinque faces in nuptijs accendi sign. mulieres posse vno partu quinque gemellos gignere: & ad hanc rem facit illud, quod Plato libro de legibus ad nuptiale conuiuium aduocat, duntaxat quinq; amicos, & totidem amicas ex latere paterno: & ex cognatis, & propinquis totidem. Petrus Bõgus c. de Quinario. f. 177.

2 Matrimonium diuinum, ut est apud Paracelsum c. 5. de vita longa, sig. vt ego existimo coniunctionem Solis, & Mercurij. tu lege Suauiũ in Scholijs in Paracelsum. f. 184. & 185.

3 Matrimonium apud chimistas sign. coniunctionem trium elementorum, ignis, aeris, & aquæ cum sua terra. & hęc compositio est, quam philosophi occultauerunt: & uocatur matrimonium corporum, & spiritus, eo quod in hac operatione coniungitur spiritus quintæ essentiæ latens in tribus elementis prędictis cũ corpore, idest cum terra nostra. Author incertus li. de Alchemia 16. & aduertendum, quod ista coniunctio statim fieri debet, postquam aqua est facta, nec debet expectari ad faciẽdum hoc compositum ultra dictas horas, quia cito euanescit spiritus istius uirtus, nisi retineatur per compositionem ipsius cũ corpore. Ideo oportet, quod cito fiat ista compositio; quę uocatur Autumni opus, eo quòd sicut in autumno fructus naturæ ad perfectionẽ naturæ perueniũt, ita & hac aqua ad perfectionem opus deducitur in operatione ista.

4 Matrimonium quatenus est sacramentum sign. duplicem coniunctionem, quæ est in Christo D. prima quidem coniunctio est animorum, & corporum altera. illa notat vnionem fidelis animæ ad Deum, & ista sign. coniunctionem Christi D. N. & Ecclesię, & ipsa corporum coniunctio. sig. diuinitatis, & humanitatis coniunctionem factam in utero Virg. Petr. Bong. c. de binario. f. 67.

1 MATVSALEM, secundum interpretationem nominis in prima lingua, quæ est, Fac te saluum: sign, nullam spem salutis esse reliquis, Noe, & sua familia excepto, nisi uiuente ipso Matusalem. nam Mathusalich. signat, fac te saluum: & eo ipso anno, quo mortuus est Matusalem, teste D. Hiero. factum est diluuium. Gorop. in Indoscyth. f. 548.

1 Et ad MATVTINVM letitia. Psal. 29. sig. in fine vtriusque testamenti fore calamitatem & luctum prius. Sed postea secuturam lætitiam. Et quemadmodum in ueteri lege transmigratio sign. calamitatem, ita post transmigrationem facta est liberas redeundi in Patriam & ædificandi Hierusalem & Templum. Ita quoque in nouo testamento futurum est

ut

ut in fine temporis secundi primum fiant pressuræ & impleatur id quòd dixit D. surget gens contra gentem & Regnú aduersus Regnú &c. post quæ erit illa lætitia, de qua ait Psalmus & ad Matutinum erit letitia, & D. N. dixit, His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra, quoniam ecce appropinquat redéptio uestra.

2 MAtutina assumptio, vt est Psal 21. sign. Christi Domini resurrectionem & ascensionem. Lauretus in uerbo accipere. vel sign. accipere rudiora præcepta. Lauretus ibidem.

1 MAXILLA sign. virtutem & robur iuxta illud Psal. 3. percusisti aduersantes in maxilla. F.G. p.204. t. 3.

2 Maxillæ eleuata, ut est iudic. 15. sign. exultationem prædicationis vel prædicatorum. Liran. in Iudic. 15.

3 Maxillam dare ad peccandum, ut est Iob. 31. non enim dedi ad peccandum maxillam meā significat conuiciari.
Iacobus Gouschelius lib. 3. Elocut. Sacrarum Script.

4 Maxillæ, ut est illud Thren. 1. plorans plorauit in nocte, & lachrimæ eius in maxillis eius. significat Prædicatores Ecclesiæ. quemadmodum sub Iudææ specie per Ierem. dicitur plorans plorauit in nocte, & lachrimæ eius in maxillis eius quia in aduersitate Ecclesiæ illi amplius plangunt, qui vitam carnalium confringere prædicando nouerevnt. Gouschelius libr. 6. Elocut.

5 Maxillam percutere, ut est Psal. 3. qui percussisti omnes inimicos maxilla. significat contemnere & deridere. vnde & Dominus Iesus est vsus isto idiomate. Gouschel. lib. 3. vt supra.

1 MAXIMVM absolutum sign. Deum nam quod maximum est infinitum & plura infinita esse non possunt, & quod est infinitum omnia est, & quod est maximū est & quod maximum est, est infinitum, & quod est infinitum est vnum, & quod vnū maxime est, Deus est. Farra f. 61. v. etiam Cusanum de docta ignorantia.

2 Minimum absolutum. sign. Deum, nam quod est minimum absolute est in omnibus, quod est in omnibus omnium est minimum, quod omnium est minimum, est minimum absolutum, & quod absolutum, est Deus est quod Deus est omnia idem est, & quod est idē omnia. maximum est minimum, est infinitum est &c.

3 Maximum concretum signific. uniuersum hoc. quod licet complectatur omnes res creatas & ipsum in omnibus sit, tamen non sine rerum pluralitate, quibus illud contrahitur esse potest. Farra f. 61.

4 Maximum concretum & absolutum. simul. significat Christi D. N. Sacramentum qui est finis, supra quem uti perfectissimum fundatur maximum concretum tantum. Quod Christus Dominus sit Deus uita resurrectio et uita esse uniuersi formarum forma, & principiū omnium rerum.
Farra f. 61.

1 MEDEAM facere ex senibus Iuuenes, & eos coquendo fortiores reddere. sign. ipsam inuenisse florem quendam, quo elixato & barbam ac crines canos nigros facile reddebat. tum uero inuenit Medea ex quibusdam herbis decoctis facere aliquam decoctionem, qua qui ungerentur agiliores, & saniores fierent cuius decoctionis uim cum Pelias propter nimiam senectutem ferre non, posset diem suū obijt. Palephatus.

2 Medeæ herba qua ipsa homines in iuuentutem reddebat. significat illam medicinam quam Chimistæ ex auri quinta essentia conficiunt, uel secundum Ioanuem Bracescum in ligno uitæ dicit ex ferri lobba conficiendam. Et secundum eundem Bracescum est ea herba, qua ute batur Aesculapius ad suscitandos homines ferè mortuos: poetæ enim ut inquit ille parabolicè loquentes intellexerunt de lapide, ut aiunt, Philosophico. Bracescus in libro ligni uitæ. f. 5.

1 MEDICAMENTA apud Heraclitum. sign. sacrificia quæ sicuti medicinæ purgāt corpus, ita purgant animas. Franc. Geor. probl. 468. t. 6.

1 MEDICINAM adhiberi ante languorem ut est Ecclesiast. 18. significat recte operari dum licet in hac uita, nec mortis tempus expectandum esse. Lauretus in uerbo adhibere.

Medica arbor. v. citrus.
Medicina Chimica. vide. Alexir. siue Elixir. 1.
Medicina mali v. Ac. 1.

1 MEDICVS qui a Gabrina corruptus ut Filandrum ueneno e medio tollat, ab ipsa Gabrina suo ueneno occisus. sign. malos medicos tādem eadem arte qua alios necarint, ipsos perire Ariosti Cant. 21. Clem. Valu.

2 Medicus ut est illud Isai. 3. non sum medicus & in domo mea non est panis &c. significat Principem. Gouschelius lib. 2. Elocution. Sacr. scrip.

3 Medicus ut est illud Matth. 9. non indigent sani medico sig. D.N.I. Christum. Gouschel. lib. 6. Elocut.

1 MEDORVS qui determinat sepelire Hærū suum, quamuis occidi deberet. sig. uerum amorem existere etiam post mortem. Ariosti Cant. 18. Clem. Valuas.

1 MEDVLLA ossium in homine. sig. solem quòd ei sol præsit. Georgius Venet. Arm. folio 118.

1 Medusa sign. prudentiam propter caput serpentibus refertum, quòd astu et prudentia regnū suum auxerit opulentia. Valerianus fo. tio. 121.

2 Medusa sign. prudentiam propter et admirationem quòd ea uisa omnes in stuporem et admirationem induceret. Valer. f. 122.

3 Medusæ

3 Medusæ caput pro pectore Palladis positũ, sign. prudentiam, qua qui præditi sunt facile alios confundere possint. Vale. f. 122.

4 Medusæ caput in pectorea Domitiano gestatum, sign. Domitianum admirationem ab populo captantem, uel ut alij dicunt sign. Domitianum præ cæteris deis, & deabus Palladem colere. Valer. f. 227. V. Gorgones. V. Phorcys. V. Perseus.

5 Medusa conuertens homines in saxa sign. amorem uehementissimum esse adeo, vt vel homines in saxa conuertat, idest viros prudentes, & callidos, in stupidos, & torpentes transmutet. Equicola lib. 4. de natu. amo.

6 Medusæ caput sig. terrorem, & admirationem. Erizzus f. 274.

7 Medusam a Perseo eam interfecturo inuentam esse dormire. signific. uitium in concupiscentia rerum carnalium sopitum tacere, quando vir sapiens cogitat illud abscindere. Gabriel Simeonus libro de Illustratione Epitaphiorũ antiquorum.

1 MELAGISTICO apud Chimistas. sig. atramẽtum. Garland.

1 Abstine MELANVRO, mortalium enim est deorum. Symbolum Pythagoricum. sig. abstinendum a rebus corporeis, & suscipiendam uiam cœlestem, & ad immaterialem, & puram uitam progrediendum. Nicolaus Scutelius in Symb. Pythag. f. 45.

1 MEL & fermentum prohibitum adoleri in sacrificio Dei, per fermentum signific. nil corruptum Deo purissimo offerendum. per mel signific. dulcedinem, & gustum rerum diuinarum non adoleri Deo, quod sit potius effectus consequens oblationem, & orationem, quando qui offert, uel orat sentit delectationem ex puro corde. Franciscus Georg. proble. 298. to. 2.

2 Mel sig. gustum rerum diuinarum. Theologi antiqui.

3 Mel de petra signific. aquæ suauitatem, & dulcedinem, quam sitientes aquam bibendo persentiunt. Nam Moyses numquam legitur mel de petra deduxisse, sed aquam, cuius dulcedo ad mellis similitudinem sitientibus erat. Valeri. fol. 283.

4 Mel de petra saturauit eos. Psalm. 80. sign. D. N. quatuor millia hominum fuisse saturaturum septem panibus, & eos potaturum mellita doctrina sua, usque ad saturitatem. Valerianus, vt supra.

5 Mellis vas in quo sit posita aloes planta cum verbis, quod prius atticum, signific. hominem, qui si non ab aduersa fortuna impediatur producit dulcissimos uirtutis fructus. Sed impeditus ea, quæ prius erant dulcia, sibi habet amara. Io. Baptista Pittonus in insigni vuernoris de Merade.

6 Mel commixtum cum candido lacte apud Pindarum, sig. hymnorum suauitatem, & elegantiam, nam lac, sign. venam quam habent poetæ a natura, & mel signific. artificium, & studium. Valerianus folio 186.

7 Mel sig. illud delectabile, & suaue quod prouenit a labijs mulieris meretricis, quod secundum Hieronimũ Ionathas gustauit, vel quòd omnes fere milites sunt Salaces, sed gentis hebraicæ sunt salacissimi Valer. f. 187.

8 Mel siue apes, sig. disciplinas exoticas siue gentiles, quòd in verborum suauitate, & eloquij dulcedine consistant: rerum autem inanes sunt.

9 Mel non apponi in sacrificio sed tantum pro primitijs manus fieri præcipi, signific. gentium doctrinas pro primitijs tantum offerri, sed non plenius illis vti nos debere, quod fides nostra non in sapientia hominum consistere videatur: sed in uirtute Dei. Valeria. fol. 187.

10 Mel præcipi non offerri in sacrificio, sig. resolutos blandimentis deliciarum aut dulcedine voluptatum non posse Dei misteriorum esse participes. Valer. f. 187.

11 Mellis fauus de cuius summitate pullulet absinthium herba, sig. infortunium, quod ante actę uitę dulcedinem ac suauissimum otium exasperet, quòd absinthium sit herba amarissima, & fauus mellis dulcissimus. Valer. f. 187.

12 Mel sig. diuina oracula prophetarum. Valer. fo. 188.

13 Mel quod debebat comedere Saluator mundi secundum prophetã quando dixit butirum, & mel commedet, ut sciat preprobare malos & eligere bonos, sig. nostra colloquia de uirtute, quotiescunque enim de abstinendo a voluptatibus, de domitanda nequitia, de iustitia de prudentia ex animo nos disserinus, sermonis istius modi suauitatem libentissime pascitur Deus. Valer. f. 188.

14 Mellis & lactis gustu imbuere infantes quam primum a lauacro Sacro baptismi susceptos, sign. concordiam. Valer. f. 188. V. Lac.

15 Mel apparens fluens, ut est 1. Reg. 14. sign. sanctorum vitam laudatam. D. Greg. 1. Reg. 14.

16 Mel ut est Leuit. 2. nec quicquam mellis adolebitur, sig. omnem fructum dulcem. Gouschel. lib. 3. Elocut. Sacr.

17 Mel ut est Isai. 7. butirum, & mel comedet &c. & prouerb. 25. mel inuenisti comede, quod sufficit tibi, signific. verbum Dei. Gouschel. lib. 6. Elocut.

18 Mel siluestre ꝙ comedit D. Ioãnes Baptista, & locustæ, signi. iustitiam terrenam, & ueteris testamenti: sicuti mel domesticum & piscis assus quem comedit D. N. I. sign. iustitiam celestem, & iustitiam testamenti noui, sicuti Zona aurea in Christo. D. N. I. & Zona pellicea in Diuo Ioanne idem, signific. Ioachi. Apoc. f. 42.

19 Mel Siluestre, sig. qualemcumque in diuinis cultibus delectationem. Mel autem domesticum, signific. delectationem, in rebus diuinis perfectam, & integram. Ioachim Apocal. f. 42.

20 Mel Siluestre, & locustæ, signific. scientiam exteriorum: sicuti Mel domesticum, & piscis, sig. sapien

ut in fine temporis secundi primum fiant pressuræ & impleatur id quòd dixit D. surget gens contra gentem & Regnũ aduersus Regnũ &c. post quæ erit illa lætitia, de qua ait Psalmus & ad Matutinum erit lætitia, & D. N. dixit, His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra, quoniam ecce appropinquat redẽptio uestra.

2 MAtutina assumptio, vt est Psal. 21. sign. Christi Domini resurrectionem & ascensionem. Lauretus in uerbo accipere. vel sign. accipere rudiora præcepta. Lauretus ibidem.

1 MAXILLA sign. virtutem & robur iuxta illud Psal. 3. percussit aduersantes in maxilla. F.G. p. 204. t. 3.

2 Maxillæ eleuata, ut est iudic. 15. sign. exultationem prædicationis vel prædicatorum. Liran. in Iudic. 15.

3 Maxillam dare ad peccandum, ut est Iob. 31. non enim dedi ad peccandum maxillam meã significat conuiciari.
Iacobus Gouschelius lib. 3. Elocut. Sacrarum Script.

4 Maxillæ, ut est illud Thren. 1. plorans plorauit in nocte, & lachrimæ eius in maxillis eius. significat Prædicatores Ecclesiæ. quemadmodum sub Iudææ specie per Ierem. dicitur plorans plorauit in nocte, & lachrimæ eius in maxillis eius quia in aduersitate Ecclesiæ illi amplius plangunt, qui vitam carnalium confringere prædicando nouerunt. Gouschelius libr. 6. Elocut.

5 Maxillam percutere, ut est Psal. 3. qui percussisti omnes inimicos maxilla. significat contemnere & deridere. vnde & Dominus Iesus est vsus isto idiomate. Gouschel. lib. 3. vt supra.

1 MAXIMVM absolutum sign. Deum nam quod maximum est infinitum & plura infinita esse non possunt, & quod est infinitum omnia est, & quod est omnia maximũ est & quod maximum est, est infinitum, & quod est infinitum est vnum, & quod vnũ maxime est, Deus est. Farra f. 61. v. etiam Cusanum de docta ignorantia.

2 Minimum absolutum. sign. Deum, nam quod est minimum absolute est in omnibus, quod est in omnibus omnium est minimum, quod omnium est minimum, est minimum absolutum, & quod absolutum, est Deus est quod Deus est omnia idem est, & quod est idẽ omnia. maximum est minimum, est infinitum est &c.

3 Maximum concretum signific. uniuersum hoc, quod licet complectatur omnes res creatas & ipsum in omnibus sit, tamen non sine rerum pluralitate, quibus illud contrahitur esse potest. Farra f. 61.

4 Maximum concretum & absolutum. simul. significat Christi D. N. Sacramentum qui est finis, supra quem uti perfectissimum fundatur maximum concretum tantum. Quod Christus Dominus sit Deus uita resurrectio et uita esse uniuersi formarum forma, & principiũ omnium rerum.
Farra f. 61.

1 MEDEAM facere ex senibus Iuuenes, & eos coquendo fortiores reddere. sign. ipsam inuenisse florem quendam, quo elixato & barbam ac crines canos nigros facile reddebat. tum uero inuenit Medea ex quibusdam herbis decoctis facere aliquam decoctionem, qua qui ungerentur agiliores, & saniores fierent cuius decoctionis uim cum Pelias propter nimiam senectutem ferre non, posset diem suũ obijt. Palephatus.

2 Medeæ herba qua ipsa homines in iuuentutem reddebat. significat illam medicinam quam Chimistæ ex auri quinta essentia conficiunt, uel secundum Ioannem Bracescum in ligno uitæ dicit ex ferri lobba conficiendam. Et secundum eundem Bracescum est ea herba, qua ute batur Aesculapius ad suscitandos homines ferè mortuos: poetæ enim ut inquit ille parabolicè loquentes intellexerunt de lapide, ut aiunt, Philosophico. Bracescus in libro ligni uitæ. f. 5.

1 MEDICAMENTA apud Heraclitum. sign. sacrificia quæ sicuti medicinæ purgãt corpus, ita purgant animas. Franc. Geor. probl. 468. t. 6.

1 MEDICINAM adhiberi ante languorem ut est Ecclesiast. 18. significat recte operari dum licet in hac uita, nec mortis tempus expectandum esse. Lauretus in uerbo adhibere.

Medica arbor. v. citrus.
Medicina Chimica. vide. Alexir. siue Elixir. 1.
Medicina mali v. Ae. 1.

1 MEDICVS qui a Gabrina corruptus ut Filandrum ueneno e medio tollat, ab ipsa Gabrina suo ueneno occisus. sign. malos medicos tãdem eadem arte qua alios necarint, ipsos perire Ariosti Cant. 21. Clem. Valu.

2 Medicus ut est illud Isai. 3. non sum medicus & in domo mea non est panis &c. significat Principem. Gouschelius lib. 2. Elocution. Sacr. scrip.

3 Medicus ut est illud Matth. 9. non indigent sani medico sig. D. N. I. Christum. Gouschel. lib. 6. Elocut.

1 MEDORVS qui determinat sepelire Hærũ suum, quamuis occidi deberet. sig. uerum amorem existere etiam post mortem. Ariosti Cantu 18. Clem. Valuas.

1 MEDVLLA ossium in homine. sig. solem quòd ei sol præsit. Georgius Venet. Arm. folio 118.

1 Medusa sign. prudentiam propter caput serpentibus refertum, quòd astu et prudentia regnũ suum auxerit opulentia. Valerianus folio. 121.

2 Medusa sign. prudentiam propter et admirationem quòd ea uisa omnes in stuporem et admirationem induceret. Valer. f. 122.

3 Medusæ

3 Medusæ caput pro pectore Palladis positũ, sign. prudentiam, qua qui præditi sunt facile alios confundere possint. Vale. f. 122.

4 Medusæ caput in pectore a Domitiano gestatum, sign. Domitianum admirationem ab populo captantem, uel ut alij dicunt sign. Domitianum præ cæteris deis, & deabus Palladem colere. Valer. f. 227. V. Gorgones. V. Phorcys. V. Perseus.

5 Medusa conuertens homines in saxa sign. amorem uehementissimum esse adeo, vt vel homines in saxa conuertat, idest viros prudentes, & callidos, in stupidos, & torpentes transmutet. Equicola lib. 4. de natu. amo.

6 Medusæ caput sig. terrorem, & admirationem. Erizzus f. 274.

7 Medusam a Perseo eam interfecturo inuentam esse dormire. signific. uitium ut concupiscentia rerum carnalium sopitum iacere, quando vir sapiens cogitat illud abscindere. Gabriel Simeonus libro de Illustratione Epitaphiorũ antiquorum.

1 MELAGISTICO apud Chimistas. sig. atramẽtum. Garland.

1 Abstine MELANVRO, mortalium enim est deorum. Symbolum Pythagoricum. sig. abstinendum a rebus corporeis, & suscipiendam uiam cœlestem, & ad immaterialem, & puram uitam progrediendum. Nicolaus Scutelius in Symb. Pythag. f. 45.

1 MEL & fermentum prohibitum adoleri in sacrificio Dei, per fermentum signific. nil corruptum Deo purissimo offerendum. per mel signific. dulcedinem, & gustum rerum diuinarum non adoleri Deo, quod sit potius effectus consequens oblationem, & orationem, quando qui offert, uel orat sentit delectationem ex puro corde. Franciscus Georg. proble. 298. to. 2.

2 Mel sig. gustum rerum diuinarum. Theologi antiqui.

3 Mel de petra signific. aquæ suauitatem, & dulcedinem, quam sitientes aquam bibendo persentiunt. Nam Moyses numquam legitur mel de petra deduxisse, sed aquam, cuius dulcedo ad mellis similitudinem sitientibus erat. Valeri. fol. 283.

4 Mel de petra saturauit eos. Psalm. 80. sign. D. N. quatuor millia hominum fuisse saturaturum septem panibus, & eos potaturum mellita doctrina sua, usque ad saturitatem. Valerianus, vt supra.

5 Mellis vas in quo sit posita aloes planta cum verbis, quod prius atticum, signific. hominem, qui si non ab aduersa fortuna impediatur producit dulcissimos uirtutis fructus. Sed impeditus ea, quæ prius erant dulcia, sibi habet amara. Io. Baptista Pittonis in insigni vuerneris de Merade.

6 Mel commixtum cum candido lacte apud Pindarum, sig. hymnorum suauitatem, & elegantiam, nam lac, sign. venam quam habent poetæ a natura, & mel signific. artificium, & studium. Valerianus folio 186.

7 Mel sig. illud delectabile, & suaue quod prouenit a labijs mulieris meretricis, quod secundum Hieronimũ Ionathas gustauit, vel quòd omnes fere milites sunt Salaces, sed gens hebraicæ sunt salacissimi Valer. f. 187.

8 Mel siue apes, sig. disciplinas exoticas siue gentiles, quòd in verborum suauitate, & eloquij dulcedine consistant: rerum autem inanes sunt.

9 Mel non apponi in sacrificio sed tantum pro primitijs manus fieri præcipi, signific. gentium doctrinas pro primitijs tantum offerri, sed non plenius illis vti nos debere, quod fides nostra non in sapientia hominum consistere videatur: sed in uirtute Dei. Valeria. fol. 187.

10 Mel præcipi non offerri in sacrificio, sig. resolutos blandimentis deliciarum aut dulcedine voluptatum non posse Dei misteriorum esse participes. Valer. f. 187.

11 Mellis fauus de cuius summitate pullulet absinthium herba, sig. infortunium, quod ante actę uitę dulcedinem ac suauissimum omnium exasperet, quòd absinthium sit herba amarissima, & fauus mellis dulcissimus. Valer. f. 187.

12 Mel sig. diuina oracula prophetarum. Valer. fo. 188.

13 Mel quod debebat comedere Saluator mundi secundum prophetã quando dixit butirum, & mel commedet, ut sciat preprobare malos & eligere bonos, sig. nostra colloquia de uirtute, quotiescunque enim de abstinendo a voluptatibus, de domitanda nequitia, de iustitia de prudentia ex animo nos differimus, sermonis istiusmodi suauitatem libentissime pascitur Deus. Valer. f. 188.

14 Mellis & lactis gustu imbuere infantes quam primum a lauacro Sacro baptismi susceptos, sign. concordiam. Valer. f. 188. V. Lac.

15 Mel apparens fluens, ut est 1. Reg. 14. sign. sanctorum vitam laudatam. D. Greg. 1. Reg. 14.

16 Mel ut est Leuit. 2. nec quicquam mellis adolebitur, sig. omnem fructum dulcem. Gouschel. lib. 3. Elocut. Sacr.

17 Mel ut est Isai. 7. butirum, & mel comedet &c. & prouerb. 25. mel inuenisti comede, quod sufficit tibi, signific. verbum Dei. Gouschel. lib. 6. Elocut.

18 Mel siluestre q̃ comedit D. Ioãnes Baptista, & locustæ, signi. iustitiam terrenam, & ueteris testamenti: sicuti mel domesticum & piscis assus quem comedit D. N. I. sign. iustitiam celestem, & iustitiam testamenti noui, sicuti Zona aurea in Christo. D. N. I. & Zona pellicea in Diuo Ioanne idem, signific. Ioachi. Apoc. f. 42.

19 Mel Siluestre, sig. qualemcumque in diuinis cultibus delectationem. Mel autem domesticum, signific. delectationem, in rebus diuinis perfectam, & integram. Ioachim Apocal. f. 42.

20 Mel Siluestre, & locustæ, signific. scientiam exteriorum: sicuti Mel domesticum, & piscis, sig.

sapientiam interiorum: scientia exteriorum respicit ad secundum statum. Et sapientia interiorum spectat ad tertium. Ioachim Apocaly. fol.42.

21 Mel bonum, vt est Prouerb.24.25. sign. sensum spiritualem bonum. vel sign. diuinam cognitionem. Laur. in verbo bonum.

22 Melle intus imbui, & foris oleo madefieri, ut Democritus respondit, hominem diu uiuere facere significat animum nostrum sine curis esse debere, & quoad fieri possit hilarem esse, & corpus exercitio curare, efficere, vt homo diu viuat. mel enim signific. hilaritatem, & oleum sig. exercitium. Thomas Porcacch. in funeral. fo.71.

1 MELCHISEDECH obtulisse panem, & vinum Abrahæ sig. uerum sacerdotem oblaturum fuisse Deo patri corpus, & sanguinē, quibus, secum corpori illi conciliaret dexteram patris, & sanguine placaret sinistram. illo comparans gratiam Christo iram placans. Fŗā. Geor. probl. 114.

2 Melchisedech oblatio, quæ fuit panis & vini. signific. sanctissimum Christi D. N. sacramentum in extrema cœna institutum. Michael Timothæus in sacrific. Missæ. quæstione 13. tractatus 3.

3 Melchisedech fuit idem, qui & Sem primus filius Noe, & qui obtulit Abrahamo panem, & vinum, quod sig. sanctissimum Sacramentum, quod erat instituendum a vero sacerdote, secundum ordinem Melchisedech Christo D. & quia doctores Hebræi in libro Midras Tilhm super Psalm.36. in eo versu. Noli æmulari in malignantibus. dicunt Abrahamum interrogasse Melchisedechum, qua de causa egressus esset de arca conseruatus a Deo, & asserunt illum respondisse per hoc verbum צדקה Czedaca, idest eleemosinam, quam in arca faciebamus: cui Abraham dixit, & cui faciebatis hanc eleemosinam, cum essetis tantummodo vos octo de familia Noe? At Melchisedech respondit subministrando necessaria animalib. quæ erant in arca, quod cum audisset Abrahā, ut illi dicunt tali argumento cōiecturam suam firmasse: si ob eleemosinam in bruta Deus dedit salutem his ab aquis vniuersalibus, quid dabit eleemosinam facienti homini creato ad imaginem Dei, quæ Abrahami verba apertissimē sign. ipsum Abrahamum ante historiam creationis mundi, & ante legem datam Mosi, credidisse hominem factum ad imaginem, & similitudinem Dei, ut postea clarē demonstrauit Moses in 1.c. Geneseos. F. Faust. Tassus in quarto sermone ad Hebræos.

1 MELC, apud chimistas sign. lac acetosum. Garland.

1 MELICHEHEM apud chimistas sig. id quod cibabit. Ioan. Garland.

1 MELISSA educens Bradamantem extra siluam, & docens eam modum, quo naleat vincere Athlantem. sign. gratiam diuinam nos extricantem ab omni huius uitę sollicitudine, & edocentem quo valeamus modum nostrū, vt atte mortificare appetitum. Ariosti cantu 3. Clem. Valuasorus.

2 Melissa apparens Rugierio primum in forma Atlantis, & postea in propria, ut illum ab Alcina auelleret. significat diuinam gratiam primo sub aliquo uelo nobiscum operari, & postea cum nos bene dispositi sumus plenam sui notitiam nobis donare. Ariosti cantu 7. Clemens Valuaso.

3 Melissæ reprehensiones quibus Rugierius resipiscit sig. conscientiæ motus diuina inspiratione excitatos, vt resipiscamus. Ariosti cantu 7. Clemens Valuas.

4 a Melissa in proprias formas restitui, postea quam Alcina ab eis abesse cæpit significat illos, qui remouent se a uitio, per Dei gratiam rationem recuperare. Ariosti cantu 8. Clemens Valuasorus.

5 Melissæ quinta essentia apud Chimicos significat idem quod apud . . . quendam, sig. mel nouum, uel apud Panthæum in Voarchadumia, insipidum, uel etiam apud alium Tartarum, uel nigrum nigrius nigro. Stilium, s. Philosophicum. Leo Suauius in Scholijs Paracelsi fol.302.

De Melissa, & Melisso, & Amalthea.
V. Cornu 41.

1 MELOSINAE quamuis ex aere, ut est aer tamen ibi fit coniunctio in alio elemento, ut terra, fieri enim potest quædam copulatio aeris cum hominibus, uel insinuatio, ut in maleficijs fit, uel incantationibus per spiritus. Leo Suau. in compend. philosoph. & medicinæ Paracelsi s.23. V. Neusarem.

2 Melosinæ ingrediuntur in sanguinem humanū, quoniam earum distributio aerea est in corporibus, & carnibus. Leo Suauius in compend. vt supra fo.24.

3 Melosine pictonica deprehēsa a uiro suo in balneo secreto contra pacta eorum conuenta in aerem euolauit, nec amplius uisa est: sig. Melosinas utpote aereas in aerem resolui. Suauius vt supra fo.25.

4 Melosine, ut est apud Paracelsum. sig. sulphur lunæ, idest argenti apud Chimicos. Leo Suau. in Schol. Paracel. f.310.

1 MEM aperta litera, significat cœlum Iouis, & significat Zadchielem. illius intelligentiam. & significat aquas. sed mem clausa, & finalis, significat cœlum Martis, & significat Camael illius intelligentiam. Mem prima sign. quadraginta. Farra f. 174.

2 Mem ultima, siue finalis, significat numerationem Malchuth regnum, scilicet ad quam numerationem Cabalistæ referunt spiritum vniuersi. Farra in Epistola ad Adornum Lazarium.

3 Mem finalis clausa. secundum Galatinum libro 4. cap. 19. apud Hebræos significat numerum sexcentenarium. & ideo apud Esaiam capite nono, vbi positis octo Messiæ nominibus in medio dictionis Lemarbe, idest ad multiplicandum,

candum; contra naturam scribendi, & contra ortographiæ legem mem clausa ponitur cum aperta ponenda esset. non enim in alio loco totius scripturæ inuenitur mem finalis laus posita in medio dictionis: quod non factum absque mysterio autumant. Dicunt enim Hebræi præsertim Rabbinus Tanbum, & Rabbinus Selomo, quòd mem clausa ibi, sign. verbum clausum, vel rem clausam & occultam de Messia, quod per hoc Isaias a prudentibus uoluerit intelligi. Impijs uero occultum fieri. multi tamē illorum dicunt, quod per mem clausam ibi prophetia agit de matre Messiæ, & quòd sign. Messiam nasciturum de matre clausa præter communem nascendi modum, & quòd Messiæ mater uocanda erat Maria. Galatinus verò dicit, quòd mem ibidem sig. tempus aduentus Messiæ, idest annos sexcentos: nam a quarto anno Achaz: in quo Esaias hanc edidit prophetiam, usque ad aduentum Christi D. N. dicit annos sexcentum fuisse, quam rem, ut sibi uidetur doctissimus profecto vir probare nititur, sed quo modo, videat ipse. Metastenes certè Philo, & quāplurimi alij Cronologi, & Histrici, ei aduersantur. Galat. eodem li. 4. & c. 19. hanc rē omnino probare contendit ex illis verbis Esa. c. 54. cum dicit. sicut dies Noe, istud mihi: cum iuraui ne transire facerem aquas Noe vltra super terram: & dicit, quod illud pronomē istud mihi. sign. quod Deus decreuerat a tempore eius prophetiæ ad aduentum Messiæ tantum temporis insumere, quantum ætatis erat Noe in tempore diluuij annorum, s. sexcentorum: sed certè doctissimus vir errat, nam ab anno quarto Achaz, ad aduentum Christi Dom. N. præterierunt septingenti, & amplius anni: vt per Metastenem Philonem, Annis Ruelii Nauclerum, & alios multos patet. de hac ipsa re, vide Galatieum ipsum libro 7. c. 13. vbi supra dicta nititur probare ex authoritate Rabbini Hacados, & Archang. Burg. in 39. cōcl. Cabal. Pici. Secutus Galatinum ita probare cōtendit, dicens. Hoc autem sic probatur anno 4. regni Achaz. prophetia hæc facta est, vt ait Rabbi Selomo. Achaz regnauit annis 16. vt habetur 4. Reg. 16. & quarto anno eius, hæc prophetia facta est, post hanc regnauit 12. annis, per quem Ezechias filius eius regnauit annis 29. vt habetur 4. Reg. 18. Manasses regnauit annis 55. vt habetur 4. Reg. 21. Amon regnauit annis duobus, vt est 4. Reg. 21. Iosias annis 31. vt est 4. Reg. 22. Ioachaz mensib. trib. vt est 4. Reg. 23. Ichoiakim annis 11. vt est 4. Reg. 23. Ioachim mensibus tribus, ut est 4. Reg. 24. Sedechias regnauit annis 11. vt est 4. Reg. 24. Horū summa annorum est centum & quinquaginta vnius, & dimidij. a quinto enim anno Regis Achaz vsque ad vndecimū Sedechiæ Iudæorū reges regnauerunt annis 151. Deinde ab 11. Sedechiæ anno, qui fuit 19. Nabuchodonosor, ut est 4. Reg. 23. Nabuchdonosor regnauit annis 26. Euilmerodach filius eius annis 23. Balthasar annis 3. Darius 2. Cirus 30. Assuerus 14. post quem successit Darius cuius Regni anno sexto Templum consumatum est, atque perfectū his additis supradictis annis 151. cum dimidio quibus Reges regnauerunt, insuper & 420. quibus Templum secundum durasse aiunt. habentur a quarto anno Regis Achaz usque ad Templi secundi excidium anni sexcenti septuaginta quinque & dimidius. a quibus si quadraginta duo demantur anni qui a Christi D. passione usque ad urbis Hierusalem & Templi euersionem fluxerunt & anni 33. fere cum dimidio quibus Christus D. uixit. habebuntur ab eo tempore quo Isaias de messiæ cōceptu, & ortu uaticinatus est usque ad ipsius Christi D. natiuitatem, anni præcise sexcenti, quos prædicta littera ם mem clausa sign. Archangelus Burgonou.

Hæc ut supra, sed errat nam secundū Metasthenem prætermittit alterum ex duobus Nabucodonosoribus & prætermittit Regassarem, & eius fratrem Babassarem & errat quoq; in numero annorum. nam secundum Sansouinum a quarto Regni Achaz usque ad ortum Christi Domini sunt anni 752. & secundum Hieronymum Bardum sunt 758. & secundum Ruellium in promptuario Iconum. 764. sed hæc satis superque. Rabbi Hammai numerat tantū annos 385. sed errat. lege Bibliothecam sanctam lib. 3. f. 146.

4 Mem uero clausa, quod signif. Spiritum S. patet ratione. nam. numerus quadragenarius est numerus punitionis, ut habet Deut. 25. quod flagellandus tantum 40. uicibus esset percutiendus. quare & D. Paulus cum esset Ciuis Romanus tamquam dignus priuilegio accepit tm̄ 39. percussiones, una ei remissa. ratio est qa peccatum fit a corpore uel a parte animali ad malū inclinata, quod corpus ex quatuor cōstat elementis, & cuilibet elemento decē correspōdent percussiones. itaq; numerū quadragenariū quē sig. ם. Mem reddunt. Quare Ecclesia canit. deno dierū circulo, quo lege fit remissio. in huius rei signū Israel decies flagellatus est. Itē Pharao. & Abraham decies fuit tentatus, ideo mem sig. Spiritū S. quod Apost. & Martir. contra tentationes & flagella per Spir. S. corroborandi erant. Quod uero singulo elemento corporis numerus denarius assignetur in punitione fit. Quod per singulū elementū inclinamur ad faciendū contra legē Decalogi, ut ueto legi satisfaciamus saltē una punitio siue percussio pro singulo precepto uiolato nobis infligenda est, et ob hanc rē numerus quadragenarius remissioni est sacer, quæ remissio attribuitur Spiritui Sancto. Archangelus ut supra.

5 Mem in prima lingua cōponit ex me & em. me interpretat adiuuo, uel adiuua. em siue hem, nutat ipsū. Vnde mem in orōne alphabeti primæ linguæ, est pcatio magistri orantis ad Deū ut adiuuet ipsū discipulū. mē igit ex sui notatione denotat adiuua ipsum. Et cum littera mē in pronunciando os cōcludat & sonū quodāmodo intus retineat, ut eā Terētianus intus

in ore mugire dicat conueniens est littera, quæ sig. ea, quæ nobis non adesse tantum uolumus sed in nobis etiam permanere, & in nobis ipsis suam exercere potestatem. Haud aliter, ac ipsa littera facere sentitur. Sed ipsa littera, mem, mystyce. sig. tres diuinas personas. Nam, me, sig. patrem, quæ vox, me, interpretatur iuuo, sed quid iuuat? em, quæ uox interpretatur, simplicissima uox, quæ nil aliud sign. quam filium q est vox & uerbum Dei. & sicut, me, signat patrem se ipse iuuantem, per sui conuersionem, ita vocis me in em, simplici & vnica ichnæa cõuersione, eodem tempore vtrobique seruato. sig. patrem in se manentem & se iuuantem vocem id est uerbum gignere, & id quidem ante omnia genera creatorum, sola solius patris in se, conuersione. Vnde illud, In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hinc late patet me, sig. patrem, & em filium. Et quia ab, em, fit eem per duplicationem litteræ, ee, vt ex geminato tẽpore. sign. processum geminum ratione duarum personarum patris & filij in Spiritus S. sicut me sign. patrem, em, sig. filium, & sem sig. Spiritum S. eem n. interpretatur fundo, vt sig. Spiritus S. officiũ esse diuina dona largissimo cornu effundere. Gorop. in Hierogl. lib. 13. f. 200. & 201.

6 Mem, propter duas figuras quibus constat pyramide scilicet & copiæ cornu subuerso. sign. duas vitas alteram quam Spiritus Sanctus singulari gratia infundit, alteram, quam quisque sibi pro sua portione principio sortitus est. Gorop. ut sup. f. 210.

1 MEMBRVM virile in obelisco Sesostris. sig. populos viriles, sicuti membrum muliebre sign. populos effeminatos, & imbelles. Farra fol. 186.

1 MEMNONIS statua, quam summa cum veneratione Aethiopes colebant, eo artificio structa fuit, vt solis primos radios ore exciperet, qui veluti eius lingua sonum quendam excitabant, ut videretur annũciare iam iam Deũ adesse. poterat sig. Dei aduentũ. Valer. f. 384.

1 MEMORIAE sacra auris pars infima. sign. illam partem digitis vellicatam memoriam excitare. Valer. f. 238. v. aures 14.

2 Memoria Accipitris cuiusdam qui detulit librũ ad Sacerdotes Aegyptios. v. Accipiter. 43.

1 In MEMPHI sepeliri locupletiores & fortunatiores Aegyptiorum. sig. Aegiptios putasse apim bouem qui alebatur Memphi, esse Osiridis animæ Symbolum, & ideo uelle ibi sepeliri, ubi suus Osiris degeret. Celius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

Men V. Minerua 92.

1 MENDACIVM apprehendere, ut est Ierem. 8 sig. Idola colere D. Hieron. Ierem. 8.

2 Mendacia uisa attendere, ut est prouerb. 5. sign. Hæreticorum erroribus animum adhibere. Glos. Ord. prouerb. 5.

1 MENIPEAE deliciæ. sig. promissa & miracula speciosa prophanæ philosophiæ. Budeus in lib. de studio instituendo.

1 MENS apud Mercurium Trimegistum sign. sapiẽtiam, quam ut acquireret elaborauit annos 28. vnde postea. Sapiens effectus est. F. G. p. 251. to. 5. mens, intellectus, & sapientia idem sig. & sunt idem. F. G. p. 267. t. 5.

2 Mens sig. intellectum adeptum, ut aiunt Peripatetici. Homo enim præter rationalem discursũ illustratur diuino quodam radio, de quo D. Ioan. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem venientem, &c. quam lucem Aristot. uocat intellectum agentem, & Hebrei Nessamch, vel spiraculum vitarum. Aug. portionem superiorem. quæ lux etsi omnibus inest, nõ tamen ab omnibus deprehenditur, & vocatur a Plotino oculus. F. G. p. 252. t. 5.

3 Mentem prouenire ex humida natura, ut est apud Mercurium, Piman. & illi astare. sig. Trinitatis Sãctissimæ mysterium. cuius filius, qui est sapientia Dei, quæ aquæ naturam sapit, iuxta illud, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum, media persona est. Hæc igitur sapientia ex humida natura, idest ex aqua, quæ filius Dei est, scaturiens, communicatur mortalibus, nõ quidem ea copia & sublimitate, de qua dicitur, Nemo nouit filium nisi pater: sed de ea, de qua dicitur, Quæcumque audiui a patre meo nota feci uobis; qui sapientiæ gradus inferior dicitur filia, sicuti sapientia superior dicitur filius: & vbi est pater, ibi est & filius: mens ergo sign. sapientiam communicatam hominibus, & humida natura sig. filium, qui est aqua sapientiæ; & quod Mercurius per humidã naturã intelligat filium, sequitur dicens: Lumen illud ego sum mens Deus tuus antiquior, quam natura humida, quæ vt diximus est filius: & lumen est pater: sed inter patrem & filiũ medius est amor, qui est Spir. S. F. G. p. 253. t. 5.

4 Mens sig. Deum patrem, ut est apud Mercuriũ, in Pimandro, cum dicit. Vox egrediebatur, quã ego luminis uocem existimabam: & ex hac luminis voce verbum factum prodijt. Verũ hoc naturę humidę astans eam fouebat, ex humidę autem naturę uisceribus sincerus, ac leuis ignis euolans, protinus alta petit; & paulo post ait lumen illud, ego sum mens, Deus tuus antiquior, quam natura humida: vbi lumen & mens sig. patrem. Verbum factum, & ut paulò post ait, mentis germen lucens sign. filium, & ignis leuis sig. Spiritum Sanctum. F. G. probl. 254. to. 5.

5 Mentem ignitam saluare corpus labile, ut est apud Zoroastrem. sig. per mentis purificationẽ etiam corpus purgari, ut totus homo saluetur. F. G. p. 491. t. 5.

6 Mens apud Aristotelem, sig. Deum. Frã. Geor. arm. f. 4.

7 Mentis caput, & flos, ut est apud Zoroastrem. sig. ipsam mentis vnitatem. Rhodig. in exordio primi libri.

8 Mens apud Mercurium, cum dicit. Deus meus existens vtriusque sexus fęcunditate plenissimus, uita & lux verbo suo mentem alteram peperit opificem, signific. filium omnibus

ideis

ideis fecundum & exemplaribus rerum facien darum, quæ in ipso tamquam omnium uita præexistebant. Geor.Venet.arm.f. 43.

9 Mens, apud Platonem sign. aliquaudo sapientiam. cuius ratione omnes uirtutes quatenus conducunt ad eam, sint comprobandæ, & ea quatenus vnius diuini boni sit particeps. Ficinus in t a. de legib. Platou.

10 Mens apud Platonem. sign.in dinmis personis filum sicuti Dux significat Spiritum Sanctum uam ipsum bonum nominat, & Patrem, & Dominum. sæpæ etiam causa significat mentem ipsam secundum principium. v. causa. Plato in Epistola 6. ita dicit. testando Deum rerum omnium ducem præsentium & futurarum, ac ducis & causæ patrem Dominum. vbi videmus Platonem dixisse causæ pro mentis & Plato uominat tres personas diuinas patrem causam & Ducem. scilicet Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. Ficin. in Epist.Platon.6.

11 Mentem abstrahi in vijs meretricijs, ut est prouerb.7. sign. mentem relicta veritatis & virtutis meditatione in hæreses & uoluptates conuerti. Lauret. in verbo abstrahere.

12 Mentem in prima lingua vocari, Siel, qnasi Sieel, idest videns Deum. siue video altissimum. significat mentis nostræ proprium esse Deum uidere. & eius uox retrorsa est, lies, quæ signat perdo. vt signifi. vnumquemque qui Deum non uideat, & mentem perpetuo ad illum scopum non dirigat, omnia perdere, tametsi omnia lucrari sibi uideatur. Gorop. in Hermath.lib. 8. fol. 193. & in Hieroglyph. lib. 14. fol.224.

13 Mentis vocem a Latinis deductam à, men, voce primæ linguæ quæ interpretatur, duco & dirigo. sign. hominis officinm esse, vt & ducatur a mente, & per illam ipse cætera ducat & dirigat. qua de causa ipsius hominis nomen in prima lingua dicitur mēsch, quasi men sich, idest ducens seipsum. Goropius in Hierogl. lib.14. f.224.& 225.

14 Mens fig. illam animam e tribus, quas habemus superiorem, quam Moses vocat spiraculum uitæ. D. Augus. uocat portionem superiorem. & David & Pythagoras uocant lumen. Iulius Camillus in Epistola de hominis ad Deū conuersione f.39. Aristoteles uocat hoc lumē intellectum agentem. Et Theologi Symboli ci uocant unicum oculum, quo tres sorores Gorgones utebantur. Et Franc. Petrarcha uocat hoc lumen fenestram.

15 Mentem primā angelicam apud Platonicos habere plures appellationes. sign. in illa esse plures diuersitates, & eandem esse minus simplicem quam Deum, qui est simplicissimus. Omnis enim creatura componitnr e duabus naturis potētia et actu. Potentia a Platonicos infinitum & materia, actus uero dicitur terminus, finis, et forma. Cum igitur ista prima mēs sit composita ex potentia et actu, a potentia proueniunt omnes imperfectiones, et ex actu omnis perfectio. Et cum in hac mente consi derentur tres operationes. Prima circa superiora, idest circa Deum. Secūda circa seipsum. Et tertia circa inferiora sibi. Prima sig. conuersionem ad Deum patrem contemplandum. Secunda sigu. cognitionem sui ipsius. Tertia sig. conuersionem ad productionem & curam istius mundi sensibilis. Et istæ tres operationes proueniunt in ipsa mente vel ab actu, vel ab potentia. ab actu prouenit conuersio ad contemplandum patrem suum Deum. & ab potentia prouenit conuersio ad opificium rerum inferiorum & ab actu & potentia prouenit cognitio suiipsius & hac de causa hæc ipsa mens propter duas operationes, scilicet propter contemplationem Dei & sui ipsius vocatur Saturnus, & propter conuersionem ad opificium rerum dicitur Iuppiter. Saturni ergo appellatio sign. mentis illius angelicæ primæ conuersionem ad cōtemplandum Deum, & ad contemplandum seipsam. Et Iouis appelatio sign. mentis illius angelicæ primæ conversionem ad operandum res inferiores. Et quia actus producendi res mundanas prouenit menti a potentia, ideo ipsa potentia vocatur etiam Iuppiter, quod a Platonicis est maxime obseruandum. Picus in libr. 1. capit.8. Commentarij in Cantilenam Hieron. Beniu.

16 Mentis serenitas. sig. separationem animi a multitudine sensuum, & animi ascensum ad vnitatem intellectualem. Farra Septenar. fol.82.

1 MENSA signif. diuinæ inspirationis scripta. Iuxta illud fiat mensa eorum in laqueum. mensa sig. scripta quæ Iudæis implicationem meutis afferunt, & non doctrinam. Valer.f.277.

2 Mensa, vt est illud psalm.22. parabis coram me mensam. sign. Regnum. & aliquando significat 24. libros sacræ scripturæ. Galatinus libro 8. cap. 19.

3 Mensa sign. Scripturam Sacram, vt est illud psal. 22. parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. quæ uerba sign. dedisti mihi scripturam contra tentationem demoniacam. Gulielmus Durand. lib.1. cap.2. Rationalis.

4 Mensa propositionis sig. Euangelium. Aemar. Hennequin.lib.de Cerem.cap.22.

5 Mensa ut est Exod.25. sig. Sacr.Scrip. & omnia quæ spirituales cibos proponunt. Orig.Exod. hom.9. & ad Rom.11.

6 Mensa Domini. sig. altare. sunt.n. altare & mensa Domini. Synonima. Iacob. Gouschel.lib.1. Elocution.

7 Mensa, vt est ps. 22. parasti in cōspectu meo mēsam. sig. prædicationē verbi diuini. vt uero est ps.68. fiat mensa eorum ipsis in laqueunm. sig. omnes bonas fortunas & delicias cedere in cōtrarium. Gousch.lib.6. Elocut.

8 Mensa aurea in Tabernaculo posita super quā ponebantur 12. panes sacri. sign. annū per 12. menses distributum & panes sig. menses. Ioseph de antiq. lib.3.c.11.

9 Mensā super quā fiebat panū propositio, fuisse positā ad partes boreales Thuribuli in Templo

plo Domini. sig. ex spiritibus Boreales maximè nutrire. Clemens Alexandr. in Stromatum lib. 5. fol. 262.

10 Mensam, ut supra esse cubitorum sex, & eius quatuor pedes habere sex alios cubitos, signifi. anni duodecim mensium conuersionem, quæ per quatuor anni uices, quas uocant horas, producere, & conficere in terra omnia: nam mensa signific. terram. & quoniam ipsa mensa erat undulata sig. terram ab Oceani vndis circũflui. Clem. vt supra f. 305.

11 Mensa auro contecta, & facta ex lignis Sethin, vt est Exod. 37. supra quam ponebantur uasa aurea, & panes quatuor facientem. sig. crucem Christi D. in qua positus est panis uitæ, & unde fluxerunt vasa sacramentorum. nam mensa tota erat cooperta auro purissimo, quod sign. charitatem, quę exornat omnia, mensa semper manebat in tabernaculo, ut sig. crucem Christi Dominũ. semper debere manere in corde nostro, & in medio Ecclesiæ: in mensa manebat panis facierum, qui sign. gratiam Sanctissimæ Trinitatis, uel sign. sacramentum Eucharistiæ, quod est panis viuus: nam facies in Hebraica lingna sign. uitam, in ea mensa ponebantur uasa aurea, quibus sacerdos utebatur in sacrificio quæ uasa sign. cæremonias Ecclesiæ, appendix aurea, quæ erat circa ipsam mensam sig. doctrinam Theologorum Ecclesiæ, sicuti ornamentum Phrigium, quod erat in ora extrema mẽsæ sig. doctrinam Euangelicam. mensa habebat annulos aureos quatuor, in quibus imponebantur quatuor vectes ex ligno Sethim armati auro, qui annuli sig. quatuor Euãgelistas, & vectes sign. quatuor Ecclesiæ doctores. Raphael Aquil. tract. 2. f. 86.

12 Mensa quadrata cum quatuor pedibus, super quam erat vas, & corona, quæ donabantur victoribus, & infra erant duo æqui alati, ut Pegasi. sig. Neronia certamina. s. musicum, Gymnicum, & æquestre. Erizzus f. 223. & 340. & dicebantur certamina quinquennalia.

1 MENSES vacui, vt est Iob 7. sign. dies illos, quos viuit homo in peccato mortali, qui dies, & menses sunt uacui uita, & non annumerantur in uita illius. Franciscus Georg. problem. 199. to. 5.

2 Menses quinque per quos data est potestas locustis, vt nocerent hominibus. Iuxta illud Apocal. 9. & dictum est illis ne occiderẽt homines, sed ut cruciarent mensibus quinque. sign. quinque sensus, per quos carnales cruciantur. Vbertinus de Casali. f. 63.

3 Mensis philosophicus apud chimicos sign. dies quadraginta. Leo Suauius in Schol. Paracelsi. fol. 298.

4 Menses quinque per quos data est potestas locustis, vt nocerent, vt sup. sign. spatium reuolutionum quinque magnorum statuum, in quo datum est, vt Turcæ, & Saraceni semper sint futuri molestissimi Christianis.

5 Menses quadragintaduo quib. affligẽdus est populus Christianus fig. 42. generationes, quibus resp. Christiana afflictanda fuerat, quæ 42. generationes efficiunt annos 1260. Ioachim in Hiere. f. 45. col. 3.

6 Menses erit ex mense, & Sabbatum ex Sabbato; ut est Isa. 66. sign. homines, qui de longinquis venient, sicuti ex Sabbato in Sabbatum, sig. homines, qui de propinquis ueniunt. Gousche. li. 3. eloc. sacr.

7 Menses sign. collectionem animarum: dies quippe dum colliguntur in mensibus subtrahũtur, quia etiam hoc tempore sancta Ecclesia dum veritatis luce resplendentes animas colligit in intimis abscondit, aliquando menses sig. perfectionem, ut est Isa. 66. erit mensis ex mense, s. perfectio, eis in requie, quibus nunc perfectio fuerit in operatione. Gousch. lib. 6. elocu. sacr. scriptu.

8 Menses quinque per quos D. Ioannes natus est ante Christum D.N. & per quos præiuit baptizando in aqua. sig. quinque tempora Ecclesiæ, quod idem sig. illi quinque menses, quibus D. Ioannes conceptus est ante D.N. Ioach. Apoca. fol. 86.

9 In Mense septimo ordinatum fuisse diem remissionis, quem Hebræi uocant Iom bachepurim sign. septenarium numerum esse remissiuum, cum sit numerus attributus Spiritui Sancto: & dies qui fuit decimus mensis sig. Patrem Deũ, cui attribuitur Iod litera, quæ est significans denarium, quod sig. patrem per Spiritum Sanctũ remittere nobis peccata quorum remissionẽ perfectam impetrauit filius in sanguine suo. F. G. p. 319. 320. t. 2.

10 In Mense septimo decursis iam sex mensibus adesse solennitatem expiationis, in qua & Pontifex admittebaт̃ in Sãcta Sanctorũ, ut est . . . . sig. quod transactis sex mundi ætatibus, solennitas mortis, & resurrectionis Christi D. erit celebranda, quibus nostris expiatis culpis, vnà cũ Christo Pontifice ingrediemur sancta cęlestia. Iacobus Naclantus in prælud. cap. 5. ad arcana Christi D. f. 27.

11 Mensis fortium sign. septimum mensem, & hoc propter septenarium, qui sign. fortitudinem: est enim apud Latinos September. Fab. Paul. Hebd. l. 7. c. 6.

1 Cum MENSTRVATA muliere prohibitum misceri. signifi. disciplinam moralem non pati quemqnam corruptu sanguine fœdari, vel signifi. id non faciendum ne fœtus fiãt leprosi, uel sign. diabolum immundiciei patrem, sæpe cum tali muliere non solum colludere, sed ansam præbere, ut fętus eam trahat immunditiẽ, quæ semper aggrauat partem spiritualem. Frã. Geor. p. 67. to. 2.

1 MENSTRVVM apud Chimistas signifi. id cuius ratione corpora metallorum naturali dissolutione dissolnũtur, & eorum spiritus de potentia ducuntur ad actum. Clangor Buccinæ in c. operis inceptio.

1 MENSVRAE decem, quibus Hebræi sapiẽtes solent describere Deum, diuinam prouidẽtiam, & rerum vniuersitatem. sunt corona sapientia,

pientia,

pientia, prudentia, clementia; iudicium; ornamentum, triumphus, laus, fundamentum, & gloria; quarum quæ eſt quarta clementia, ſ. dicitur ignis ſplendidus, aquæ ſupernę ſapientię, & argentum viuum: in qua mundus dicitur eſſe factus, quod ſig. ignem & aquam eſſe rerum principia. & hanc ipſam clementiam Vidacus dicit eſſe dextram Dei, Orientem & Auſtrum, diffuſionem ſummi boni, principium ſpiritualis regenerationis: & qui coincidit cum beatitudine: & hanc menſuram ſig. Mercurius. Farra fol. 9.

Tres primæ coronã ſapientia, & prudentia. prima ſign. Patrem. ſecunda ſignific. Filium. & tertia ſignific. Spiritum Sanctum. & tres ſimul dicuntur Enſoph, ideſt infinitum. Farra, vt ſupra fol. 37.

2 Menſuram eſſe omnium optimam, iuxta Pythagoram ſig. temperantiam in omnib. eſſe ſeruandam, vt ait ille, vt nequid nimis. Ficinus in Carmide Platonis.

3 Menſura hominis, quæ eſt angeli in Apocalyp. ſign. illud, quod tenent multi Doctores, numerum electorum hominum eſſe ſecundum numerum angelorum, iuxta illud, Conſtituit terminos gentium ſecundum numerum angelorum Dei: vel ſign. myſteria humana eſſe ordinanda ſecundum rationem rerum ſpiritualiũ, iuxta illud: Vide ut omnia facias ſecundum exemplar, quod oſtenſum eſt tibi in monte. Abbas Ioach. in Apoc. f. 218.

4 Menſuræ in Timæo. ſig. naturalia. ſicuti Numeri ſig: Diuina. & Mathematica ſig. media inter naturalia, & diuina. Ficinus in cap. 1. Timæi Platonici.

5 Menſuram, vel manſionem Dei decimam in effectibus ſuis pœnalibus quadragenarium numerum non excedere. ſig. corpus noſtrum ex quatuor elementis compoſitum, eſſe cauſam errorum per vnumquodque elementum. vnde vnumquodque elemẽtum debet puniri per denarium numerum, cuius menſura, uel mãſio Dei decima eſt executrix punitionis ab ipſo Archetypi denario emiſſæ, & hac de cauſa plagæ Aegypti fuerunt decem. Franc. Geor. prob. 468. to. 2.

6 Menſura, vt eſt Matth. 23. implete menſuram patrum veſtrorum. ſign. impietatem. vt vero eſt Iſa. 27. in menſura in emiſſionibus &c. ſig. pœnam temporalem. Gouſch. li. 2. elocut. ſacrar. ſcriptu.

1 MENSVRANTES & menſurata apud Ezech. 45. ſign. operantes, & opera, an ſcilicet opera noſtra ſint æqualia menſuræ, in qua nobis pręſtita ſint talenta: vt vnicuique reddatur ſecundum opera ſua. Franciſcus Georg. problem. 357. t. 3.

1 MENTHA, vt eſt Matth. 23. ſign. legis ceremonias res ſpirituales condientes. eſt enim herba calida, & odorifera, & cibis condiendis idonea. Orig. ſup. Matt. hom. 23.

1 MENTIRI. V. Ambulare 8.

1 MEPHIBOSETH non lauiſſe ueſtes dum Dauid fuit abſens, ut eſt 2. Reg. 19. ſignific. eum habere ueſtes ſordidas, cui abſens eſt Chriſtus nec integram habere lætitiam. Laur. in verbo abluere.

2 Mephiboſeth nutricis feſtinatio, ut eſt 2. Reg. 4. ſig. incautam fugam vitiorum, vt ſunt illi, qui incautè fugientes unum vitium, in aliud incurrunt. Laur. in verbo accelerare.

1 MERCATORES feciſſe ſacra Mercurio, & Maiæ in menſe Maio ſign. illum menſem eſſe Mercurio ſacrum, & ab illius matre nomen habere, licet Ouidius non a Maia, ſed a maieſtate honoris, & reuerentiæ filia. dicat Maiũm nominari. Plutarchus.

1 MERCAVA ſiue currus diuinitatis ſign. mundum intellectualem, a verbo ſancto rectum. Farra fol. 71. Vide Currus 12. & 16. Vide Argaman.

1 MERCVRII omnes pingebantur, & ſculpebãtur iuuenili facie, ut ſig. eloquentiam, vel togatam, uel palliatam nũquam ſeneſcere. Budeus in de ſtudio inſtituendo.

2 Mercurij quadrati. ſig. dicendi facultatem in omni re graui explicanda, & exornanda quadrare, & conuenire debere. Budeus in de ſtudio inſtituendo.

3 Mercurius lictor Iouis ligans Prometheum ad rupem Caucaſiam. ſig. ratiocinationem humanitus inuentam, quę omnia iuris ſui eſſe putat, ſupra infra, eorumque contermina. Budæus, vt ſupra.

4 Mercurio ſacrificaſſe a cœnis diſcedentes, quod poſtea factum eſt Ioui adulto. ſig. Mercurium præeſſe ſomno. & ſacrificabant linguas ipſi Mercurio diſcedentes a cœnis, quòd linguæ ei ob interpretationem attribuuntur. Atheneus libro prono. c. 9.

5 Mercurij effigies exiſtens ſuper cumulo lapidũ in triuijs viam iter facientibus oſtendens. ſign. in omni actione naturam eſſe ſequendam, quę eſt dux optima, quæ eſt Dei ordinatio, atque uocatio. Alciatus Embl. 8. eundum, ſ. eſſe, qua Deus uocat.

6 Mercurio ſacra fieri ex lacte, & non vino, ſign. uinum eſſe eloquentibus inimicum, quòd linguam impediat, & lac ſignific. ipſam eloquentiæ dulcedinem. Valer. fol. 390. libro 53. cap. labor.

7 In Mercurij ſacris, quæ fiebant ab Aegyptijs vndeuigeſimo primi menſis die, melle, & ficu ſacra fieri cum populi clamore dicẽtis, quid mel, & ficus ſignificarent. ſ. dulcis eſt ueritas. ficus & mel ſig. veritatem eſſe ſuper omnia dulciſſimam. ſicuti ficus & mel. Vale. f. 393. li. 53. cap. dulcedo veritatis.

8 Mercurius cum pileo & caduceo in una parte Numi C. Mamilij. & in altera numi parte erat C. Mamilius cum arũdine in manu, & ad eius pedes erat canis, qui illi allatraret. & ſupra canẽ erant literæ. LI. METAN. quæ omnia ſign. magiſtratum, qui limitibus metãdis præfectus erat. Arundo propter internodia ſign. menſuram. canis ſign. fidem, quam præſtare debet is,

qui

qui mensurat. & Mercurius sign. concordiam, quæ ex limitibus positis sequi debet. Valer. fol. 415.li. 57.c. mensura.

9 Mercurius & Latona apud fluuium siccum, sig. doctos reprehendere posse ignauos, uel sign. in mixtis potiorem esse debere calorem humiditate. nam spiritus ex fomento nascitur, & humor frigidus illi aduersatur. Sambucus fo. 53. Emblem. 38.

10 Mercurius aptans citharam alleuticam. sig. industriam corrigere naturam. Sambucus fol. 57. Emble. 41.

11 Mercurius sonans, & dulcem somnum inducẽs, Argo eumque occidens sig. linguam dolosam, uel prudentem posse fallere. Sambucus fo. 58. Emble. 42.

12 Mercurius habens caduceum in dextera, gallũ, & crumenam in sinistra. gladium ad latus, ad pedes hircum, & canem. & Talaria, Trutinam, Cancrum, liram, & vespam. sign. mercuriales esse promptos, ingenio memores, prudentes eloquio, uagos, sagaces, fures, vigiles, fraudulẽtos, temerarios in reb. seueris, pacis amatores, cautos in damnis, & cætera, quæ. Sambuc. f. 130. Embl. 91.

13 Mercurius nudus tantum habens in capite galerum, sed sine pedibus, & sine genitali, erectus super lapidem quadratum, qui erat in medio lacus, & erat circundatus a cannis. sign. priuatã uirtutem decoris mercurialis, unum signum concordiæ, unum dominum cordium, & sermonum, & numen stultæ rationis, & delusæ ueritatis, & pedum defectus sig. operationem sine fine. & cannæ circundantes signific. vanitates, quæ circunstant operationes chimistarum sophisticorum. Nazarius in primo somnio, cap. quinto.

14 Mercurium orationi, & interpretationi præesse. sign. eius stellæ uim loquendi, & interpretandi hominibus facultatem infundere. Fran. Georg. Venet. armon. fo. 21 1. cantic. 2. ton. 2. cap. 14.

15 Mercurius sig. intelligentiam, aut solertẽ discursum, quod est vnum ex attributis Deo. Geor. Vene. arm. f. 7. cant. 1. to. 1. c. 6.

16 Mercurius in armonica mundi consonantia sig. archangelos intelligentias angelicas. Geor. Vene. arm. f. 70. cant. 1. to. 4.

17 Mercurius fig. aquam elementum, Georg. vt supra fol. 72. quòd sicut aqua lauando amouet obtegentem maculam, vt appareat rei nuda forma: sic Mercurius verus interpres amouet testam extranei idiomatis, obscuritatem ænigmatum, & parabolarum, aut cuiuscunque detrusi sermonis difficultatem. & aperiẽs ea, quæ in penetralibus arcanis Dei, & naturæ recondita sunt, nudam offert ueritatem contuendam. Hic Mercurius in coordinationibus superioribus est aqua suprema, quæ sapientia, & Dei filius dicitur: est media pietas, misericordia & pax, & est uber lacteum, quo omnes prophetæ, & Paulus, & illi quibus datum est conscendere ad tertium cœlum lactati sunt. Georgius Venet. ut supra fol. 73.

18 Mercurius signific. vim & energiam uocis, & famæ, quæ ubique diffunditur. Sebastia. Erizzus fol. 419.

19 Mercurij talaria sig. uerba uelocia. Erizzus, vt supra.

20 Mercurij alæ, sign. Solis uelocitatem. Erizzus fol. 603.

21 Mercurius signific. sermonem nostrum. Erizzus fol. 604.

22 Mercurij petasus sig. hominem per uerba ita defendi, & iustificari per sua verba contra iniquorum calumnias, sicuti caput hominis defenditur a pluuia, Sole, & ventis a galero. Choulus fo. 133. C. Manilio, arg. numa. lib. de relig. antiq. Rom.

23 Mercurij petasus sign. Legatum debere secreto agere negotia principis sui. Choulus fol. 133. vt supra.

24 Mercurius sedens nudus super cancrum marinum cum petaso in capite, & cum caduceo in dextera, & cum sinistra præhendẽs chelam cãcri, sign. mercatores non debere esse celeres in verbo, sed considerate loqui, & impendere numos. Choulus. f. 135. vt supra.

25 Mercurium in armonica mundi concordia, sig. colores, & sapores permixti, ut Iridis, & caudæ pauonum. Androgini. Clima quintum. vel sit in virgine, sig. Græcia, Achaia, Creta, Babylon, Mesopotamia, Asiria, Cum Geminis vero. Hircania, Armenia, Mantiana, Cirenaica, Marmarica, & inferior Aegypti regio, argentum viuum. Marchesita argentea. lapides diuersorum colorum variæ figuræ a natura insitæ. Achates, porphirites, vitrum, lacha, Smaragdus quoque simul cum Venere, & Inue. Topacius cum Sole, & sig. Elphetam. Vulpes, Simia, Dammulæ, Capræ Siluestres, Cerui cũ suis hinulis, Lepores, Canes, & maxime domestici. Carduelis, ficedula miliaria, merula, turdus, alauda, calendris, & similes. psittacus, pica, porphirio, fumus terre, pimpinella, petroselinum, maiorana. Philosophia, inuestigatio scripturarum, indagatio ænigmatum, metrica poesis Geometrica, Arithmetica, disputatiua, sophistica pictura, sculptura, & omnia in quib. occurrunt figuræ, & characteres formandi. facultates ex computis annumerationibus cælaturis, scripturis, & mensuris prouenientibus. Georg. Venetus Arm. fo. 80. cantic. 1. Ton. 4. cap. 26.

26 Mercurius præpositus cancro, ut est apud Manilium, sign. intelligentiam illam, quæ præsidet illi signo, & curat humanum pectus. Georg. Venetus Armo. f. 114. cantic. prim. tono. sex. cap. 19.

27 Mercurio datas esse pennas, sig. verba in sermone cuina Mercurius est deus per aerẽ, uti pennæ euolare. Cartar. fol. 322. lib. de imaginibus Deorum cap. de Mercurio.

28 Mercurij figuras quadratas in scholis poni solita, sign. Mercurium inuenisse Grammaticam, musicam, Geometriam, & palestram. Cartar. fol. 325.

fol. 325. ut ſupra.

29 Mercurij ſtatuæ quadratę Athenis noctu fractę ſignific. ſtatus mutationem. Cartarius f. 327. vt ſupra.

30 Mercurij ſtatuæ quadratæ, ſig. vim ſermonis nõ indigere alijs membris niſi capite, & lingua, ut bene quadret ad impetrandum quidquid intẽdit. Cartar. f. 328. ut ſupra.

31 Mercurio linguas ſacras eſſe, ſig. Iouem miſiſſe Mercurium cum Prometheo, ut doceret viros rudes, & excitaret eos ad uitam ciuilem, & honeſtam. Cartar. f. 328. ut ſupra. lib. de imaginibus Deorum cap. de Mercurio.

32 Mercurium tenere crumenam, ſig. illum extitiſſe inuentorem lucri, & mercaturam inueniſſe. Cartar. f. 329. vt ſupra.

33 Mercurij alæ ad pedes, ſig. velocitatem eorum, qui negocianteur. Cartarius folio 329. vt ſupra.

34 Mercurio Gallus ſacer, ſig. vigilantiam eorum, qui mercaturam exercent debere eſſe magnã. Cartar. f. 329. de imaginibus Deorum cap. de Mercurio vel melius, ſig. Doctorum, & bonorum vigilantiam, quam in ſtudijs habere decet. Carta. f. 329. ut ſupra. Chonlus f. 53. lib. de rel lig. antiq. Rom.

35 Mercurius, ſig. rationem, & lucem, quæ dirigit nos ad rerum cognitionem. Cartar f. 329. lib. de imagin. Deorum cap. de Mercurio.

36 Mercurius factus imberbis, ſig. ſermonem purũ elegantem, & terſum nunquam ſeneſcere. Cartar. f. 334. ut ſupra.

37 Mercurij ſtatuis iniecti lapides a viatoribus, ſig. purgandas eſſe uias ne impedirentur caduceatores illi Deo commendati uel tabellarij, vel ſig. ſermonem ex paruis particulis compoſitũ eſſe, ſicuti cumuli illi lapidum. Vel ſignific. vbi erant illi cumuli lapidum, ea eſſe euodum a uiatoribus, cum uiæ eſſent incertæ. Cartar. f. 335. ut ſupra.

38 Mercurius aliquando cum tribus capitibus, ſig. uel magnam uim ornati ſermonis, vel illum oſtendere per unumquodque caput quam uiam in tritio, quis tenere deberet. Cartar. f. 335. ut ſupra.

39 Mercurij ſtatuis fructus primarij a populo in vijs publicis appoſiti ſign. liberalem ciuitatem debere pro viatoribus etiam fructus offerre. Cartar. f. 335.

40 Mercurio aliquando additus gladius curtus in dextera, & Galea in capite ſub ſiniſtro brachio, & addita clamis cũ tunica breui. gladius ſig. Mercurium occidiſſe Argum habentẽ vbique oculos. Carta. f. 337.

41 Mercurium occidere Argum ſig. Solem orientẽ priuare cœlum ſtellis ne uideantur, quòd Argus ſign. cœlum, oculi Argi ſig. ſtellas. Carta. li. de Imag. Deorum c. de Mercurio.

42 Mercurij ſtatuæ quadratæ cum membro virili, & cum vno ſolo capite ſign. Solem eſſe caput mundi, & membrum ſig. illum eſſe ſeminatorẽ omnium rerum. quadratura in ſtatuis ſign. Solem efficere quatuor partes anni, vel quatuor partes mundi, vel quatuor partes Zodiaci diuiſi a duobus equinoctijs, & duobus ſolſtitijs: Id quod etiam ſign. lira cum quatuor fidibus. Cartarius fo. 338. lib. de Imagin. Deorum c. de Mercurio.

43 Mercurium & Herculem apud Arcadas habere templum commune, ſign. vtrumque Deum eloquentiæ præeſſe. Cartar. f. 340. li. de Imag. vt ſupra.

44 Mercurius apud Homerum congredi in Deorũ certamine in ripa Xanti aduerſus Latonam, ſignif. ſermonem obliuioni aduerſari; nam Mercurius ſig. ſermonem, & Latona ſig. obliuionẽ. Val. f. 239. li. 33.

45 Mercurius ſig. ſermonem, quòd primus inuenit ordinem verborum, & regulas dedit & literas ornauit &c. Valer. vt ſup.

46 Mercurio additus canis. ſig. a ſermone prouenire ſalutem, & canis ſign. ſalutem, tamquam in ſermone cuſtodiendum, vel canis dabatur, qui ſig cuſtodiam. vt ſig. ſermonem cuſtodiendum in loquendo, ut eſſet, & fidelis, & vtilis, qualis canis. Valer. vt ſup.

47 Mercurio fieri templa in foro, ſig. eloquentiam in foro neceſſario exercendam: Valer. f. 239. vt ſupra.

48 Mercurio aſcribi ſcriptorum, & meditationum omnium argumenta. ſig. illi Deo attribuenda eſſe omnia, quæ ex illius inuentione ſint profecta. nam veteres aſſerebãt Mercurium compoſuiſſe volumina trigintaſex millia quingẽta, & vigintiquinque. Vale. vt ſupra.

49 Mercurio linguas in ara a captantibus ſomnum adolere. ſign. ſermonem ſomno intercidente quieſcere debere. Valer. fo. 239. vel vt alij ſign. quòd ea pars quæ ſit in corpore optima, quæ ſibi rerum vendicat principatum, Mercurio adoleri ſolita: vel propter Alchati victoriam in Leonem occiſum contra Megarenſes. Valer. vt ſupra.

50 Mercurius grandiori ætate barbatum, & effeto propemodum corpore membro tamen virili obſcęnius excitato. ſig. ſermonis efficaciam, & perſuadẽdi vim, quòd ſermo cuius Mercurius ſymbolum eſt, in grandiori prouectiorique ætate vim quandam propemodum generandi, tranſigendique aliquid habeat, ut quod in conſultatione propoſitũ eſt, deliberet, perſuadeat, & conficiat. Valer. f. 246. li. 33.

52 Mercurij ſtatuis veſtis longo ſirmate addita. ſig. hominem nequam & intemperantem, vtpote qui ventri & gulæ eſſet deditus, & libidini. Val. fo. 247. vt ſupra.

52 Mercurius iuuenis atque impubes attracto pudendo, ſig. ſermonem inanem, quòd qui impubes ſit, non ſit aptus generationi, & imperfectam habeat prudentiam. Valerianus fol. 247. vt ſupra.

53 Mercurium habere talaria pennata. ſig. quòd negociantium pedes, vbique pergendo quaſi pẽnati ſint. Fulgen. li. 1.

54 Mercurium virgam ſerpentibus annexam gerere. ſignific. quod mercium cura, quam Mercurius

aun

rius

rius sign. aliquando mercatoribus regnum, vt sceptrum, & vulnus, vt serpentium dare. Fulgent. lib. 1.

55 Mercurium in capite galerum habere. sig. quòd omne negotium sit semper absconsum. Fulgentius lib. 1.

56 Mercurium habere Gallum in suam tutelam, sig. quod omnis nogociator semper inuigilet, seu quod ad galli cantum negociatores surgãt ad peragenda negocia. Fulg. li. 1.

57 Mercurium dici Hermetem, sig. quod negociatori linguarum sit dissertio necessaria. Fulgen. libro 1.

58 Mercurium permeare regna superna & inferna sign. quod negociator modo ventis in altũ currat, modo demersus inferna tempestatibus appetat. Fulg. li. 1.

59 Mercurium esse Deum furti, & illius pręsulem. sign. quod nihil intersit inter negociantis rapinam, atq; periurium. furantisque deieratione ac raptum. Fulg. li. 1.

60 Mercurium celerem dici. sign. stellã, quæ στίλβων Græce nuncupatur, & Mercurio assignatur, esse tantæ celeritatis, vt suos cursus septem dieb. suos permeet circulos. Fulg. li. 1.

61 Mercurium occidisse Argum. sig. quod & furantis astutia, & negociantis astuta falsaq; cautela decipit etiam centum custodes centumque astutos sine negociatione vagos. Argos enim dicitur vagus. Fulg. li. 1.

62 Mercurij instrumentum, quo Argum dormire fecit, sig. delectationem rerum creatarum, qua ratio afficitur discurrẽs in mirabili summi Dei rerum artificio. Ioseph Horolog. li. 1. Metam. Ouid.

63 Mercurium surripuisse armentum Apollini, & Battum in lapidem indicem conuertisse. sign. Stilbonem quendam quo nomine, & Mercurius uocatur, quod sit incursu velox, inuolasse boues Phoronidi Apollinis Sacerdoti, & post speluncam quandam nomine Battum abscondisse, sed eum Taurus forte cęcidisset in speluncã, & ualde clamaret, reliqui boues itidem simul mugientes indicarunt furtum Phoronidi, ex quo illa spelunca postea uocata est index, quod dedit nomen fabulæ. Ioseph Horolo. lib. 2. Metam. Ouid.

64 Mercurio attributum esse galerum. sig. medicis in primis opus esse cognitionem corporum cęlestium influxuum. si debent artem suã ad idoneum finem dirigere. Ioseph Horolog. lib. 2. Metam. Ouid.

65 Mercurio virgam duobus serpentibus circumuolutam assignari. sign. authoritatem, & prudentiam Medico necessariam esse. virga signific. authoritatem, & serpentes signifi. prudentiam.

66 Mercurium reuocare animas ab inferis, sig. Medicum cum prudentia refocillare spiritus attritos in ægroto.

67 Mercurium habere talaria. sig. medicum debere esse celerrimum ad adhibenda remedia ægrotis. Ioseph Horol. vt supra.

68 Mercurius sign. solertem discursum Dei, vnum ex attributis diuinis. F.G. arm. f. 7. cant. 1. ton. 1. cap. 6.

69 a Mercurio Aglaurum in saxum uersam fuisse. sig. agricolarum auaram, & inuidam industriã sępe agros steriles facere. Ioseph Horologius li. 2. Metam. Ouid.

70 Mercurium amare Hersem sign. Mercurij planetam fauere rori, quem sig. Herses. Ioseph. Horolog. vt supra.

71 Mercurius sedens in cubo, & fortuna stans, & tenens pedem super globulum. sig. artem adiuuare naturam, uel sign. artem, & opificium subleuare hominem a fortunæ accidentib. deiectũ. Alc. Embl. 98. V. Fortuna 12.

72 Mercurium dici eloquẽtiæ fautorem, & naturæ interpretem. sign. ipsum præesse linguæ, cuius sermo penetrat usque ad interiora mentis. Geor. Ven. arm. f. 116. vt infra. c. 28.

73 Mercurium præesse manibus. signifi. ipsum reddere hominem ad opera dispositum, & promptum.

75 Mercurium præesse neruis, qui sunt partim frigidi & sicci, & partim calidiores, & actiui. sign. ipsum esse duplicis naturæ cum Sole coniũctum esse calidum, & siccum: cum Luna humidum. Geor. Venet. armon. f. 119. cant. 1. ton. sexto, cap. 28.

75 Mercurius in horoscopi ascendente dominus, sig. hominem staturæ mediocrem, gracilem, colore subalbum, capillos, barbam, & oculos nigros, & pulchros, frontem eleuatam, faciem longam, nares equales, iuncta supercilis, dẽtes minutos, digitos subtiles, & longos figura satis formosum, si ortu Solis sit suffultus. si vero sit Sole Occidente sig. hominem colore subnigro crocco permixto, corpus extenuatum complexione siccum. Georg. Ven. arm. f. 120. cant. 1. to. 6. c. 28.

76 Mercurius in mundo minore, idest in homine, sig. prudentiam in agendis. Geor. Ven. arm. fo. 121. vt sup. c. 30.

77 Mercurium fingi tricipitem, & in triuijs apponi solitum esse. sign. Mercurium esse Physicum, Ethicum, ac Logicum, vel sign. eum esse cœlestem, marinum, & terrestrem. In triuijs verò ponebatur in summitate cumuli lapidei, & in singulo capite scriptum habebat, quo duceret illa via, quam aspiciebat. Sanct. in Alcia. Emblema. 8.

78 Mercurium fingi iuuenem formosum, nec eius modi, ut fucatũ quicquam in eo, aut comptũ deprehẽdas, sed in cuius forma animi uirtutes eluceant, hilari vultu, acribus oculis, & insidẽtẽ basi quadratæ. sign. stabilitatem, atque immobilitatem artis: nam Mercurius est artium inuentor, Apud Alciatum ponitur cũ Fortuna. Emblemate 98. vt fortunæ instabilitatem, & artis immobilitatem. sig. Sanctius in Alc. Embl. 98. V. Fortuna 12.

79 Mercurij virgam soporiferam esse, sign. potestatem vigetatem, quæ nobis ingerit sensum uti stupidum, & somnolentum, nam Satur-

nus

[illegible] influit in anima uitam conteinplatinam. Iuppiter politiam, Mars bellicosam, Venus cõcupiscibilẽ & Mercurius vegetabilẽ, vel certe virga Mercurij, sign. vim qua homo euehitur ad acutam diuinorum contemplationem, ad quam dum peruenit homo sopitur, & hoc quod Mercurius fauet ingenio, & omnem uim acuit. F.G. problem.413.to.5.

80 In Mercurij aceruum mittere lapidem, ut est Prouerb. cap. 26. sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorẽ, sig. inscitiá esse lapideo Deo obsequiú pstare lapides coaceruâdo ad illius statuam, quæ res, ut fiat clarior, fabell aex Didymo peteoda, qui in 16. Odisseæ ita inquit. Mercurius Ioue, ita præcipiente Argum Ionis custodem occidit, & a Iunone in iudicium adductus dica im pacta, qđ prims inter Deos cæde mortaliũ esset coinquinatus. Dei in Iudicium conuenientes Mercurium absoluunt, quòd æquum erat illum Ioui imperanti obedire, & lata sententia omnes Dei proiecerunt lapides albos, quibus erat absoluendus, & nigros, quibus condemnádus ad Mercurij pedes. vnde, mortales postea in honorem Mercurij per uias lapidum tumulum constituunt, quoniam Mercurius habetur viatorum Deus. Sanctius in Alciati Emblemat. 8.

81 Mercurius offerens florem cuidam uiro, sig. secundum Homerum Odiss. 10. Eloquentiam a Mercurio Vlisi concessam, flos sig. illam herbá quam ipse Homerus vocat Moly, quæ signifi. Eloquentiam. Alciatus Emblemate 181. V. Moly. 2.

82 Mercurius apud chimistas, sign. omne de quo fit lapis siue minerale vegetabile vel animale nomi netur licet per Mercurium minerale tantum opus alchimicum compleatur. Autòr incertus lib. de alchemia cap. 56. & aduertendum, quod operandum est solum cum Mercurio, & sole ad solem, & cum Mercurio, & luna ad lunam: nam totum beneficium huius artis consistit in his tantum autor de Alchimia cap. 7. & Mercurius, qui sit mundus, miscendus est cum sole vel luna æquali lance librata. Rosarius nouus cap. 3. & eiusdem Mercurij purgatio humidi est necessaria clangor bucinæ cap. operis inceptio.

84 Mercurius, azot, luna plena; lapis noster æs nostrum aqua nostra, Mars, argentum, stannum, albedo Iupiter miniium, albus, hypostasis alba, album plũbũ nel rubeũ, apud chimistas, sig. argentum viuum secundum diuersa tempora, & gradus operationis. Gulielmus Gratarolus.

85 Mercurius custodiens Latonam in ripis Xãti fluuij apud Homerum, sign. Mercurium esse custodẽ, uel autorẽ æternitatis. Farra in tractatu Mercurij siue felicitatis. Francis. Georg. in septenario.

86 Mercurij antrum ab Orfeo depictum plenum omnibus bonis, sig. fęlicitatem prouenientem, a Philosophia. Farra. f. 6.

87 Mercurius cum facie partim clara, & partim obscura, sig. duos Mercurios esse vnum cęlestem, & alium terrenum. Farra f. 8.

88 Mercurius diuinus, sign. quartam mensuram dictam clementiam in qua Theologi antiqui dicunt mundum fabricatum, quæ constat ex igni & aqua ex quibus facti sunt cęli, dicti Samaim, quæ vox sig. ignem, & aquam, & ab hac mensura deriuat Mercurius cęlestis, & habet influxus suos, a quo & terrenus formatur. Farra fol. 10.

89 Mercurius a Zanagreis fictus inter oues, signif. lucrum, & diuitias: nam existimatur Deus lucri, & diuitiarum; vnde Zezel dixit Autholicum Vlixis auum ope Mercurij diuitem factũ Farra fo. 14.

90 Mercurius apud Aflidatos Accademicos, signif. Verbum diuinum D.N. I. regenerationis humanę authorem. dexteram sapientiam Dei, & benignitatem principiũ, per quod omnia creata sunt: a quo factus est mundus idealis, aut intellectualis, vnde productus fuit mũdus animalis, qui fecit Mercurium cęlestem, a quo postea nascitur terrenus.

91 Mercurium cœlestem dici filium Iouis, idest spiritus vniuersi, & filium Maiæ, idest mundi seminarij procedẽtis ab Ideali, qui dicitur Atlas.

Quòd dicitur Solis Scriba signific. quòd describat formas inferiores, & referat splendores, & conceptus summæ ueritatis, quæ posuit tabernaculum suum in Sole.

Quod dicitur ouncius Deorum, sign. quod occulto influxu imprimit in mẽtes humanas mirabilem notitiam ordinis mundi.

Quod ducat animas ad inferos sig. Mercurium ferre animas, conducere, & circundare in mundo generationis.

Quod sit præstigiator & Magus sign. illum allicere animos hue progressos de cœlo ad contemplationem seminum Idealium: in ipsis a natura positorum.

Quod dicatur Deus lucri sign. ab ipso fieri transmutationem metallorum.

Quod dicatur deceptor sign. illum fugere ab hominibus scelestis.

Quod dicitur princeps furum sig. ipsum surripere morti, & tempori, & miserię animas purgatas, & regeneratas.

Quod inuenit citharam. sign. illum inducere in vniuerso perpetuam harmoniam.

Quod sit stella Magorum sign. illum conducere homioes ad præsepe saluos æternæ. Farra, ut sup. fo. 16.

92 Mercurius in Theatro Iulij Camilli. sig. in mundo supracęlesti Iesod, & Michaelem illius intelligentiam. Iul. Cam. 66.

93 Mercurius cum Gallo in porta ipsius Mercurij sub Prometheo in septimo gradu Theatri Iulij Camilli, sign. mercaturam. Iulius Camillus fol. 146.

94 Mercurius crudus apud Chimistas signifi. menstruum, quo corpora metallica reducuntur in primam materiam, & suam naturam. Et notandum, quod Mercurius corporum non potest dissoluere corpora, nec reducere ea in primam

mam materiam. Correctio fantorum. c. 12.

95 Mercurius philosophorum sig. propriam substantiam Mercurij scilicet aquam subtile mixtum terreo subtili, & est quasi menstruum, & hoc est argentum uiuum, quod Mercurius a Philosophis nominatur, & dicitur Luna in quã uirtus sulphuris Mercurij proiecta est quasi semen paternum. v. Luna. Clangor Buccinæ cap. de Luna Philosoph.

96 Mercurialis natura. sign. id sine quo non est vita animalium nec plantarum quo pascimur & nutrimur, & quo semoto a re quacunque statim sequitur corruptio & mors, cum sit fermẽtum vitæ, & existentium rerum vniuersalium. Clangor vt supra.

98 Mercurij substantia vnctuosa aerea est, in qua latet spiritus quintæ essentiæ, cuius solius est magistraliter aurum corrumpere, & in sui primam materiam transformare. significat maximum in arte Chimica secretum, quod ab antiquis penitus est celatum: ipsum enim aurum perfectissime volatizat & in spiritualitatem transmutat. Clangor buccinæ in cap. operis inceptio. v. spiritus quintæ essentiæ.

100 Mercurij primum regimem mundi incipit post annos mundi 856. & dies 211. & finit anno mundi 1142. & die 108. secundum finit anno mundi 3142. & die 164. Tertium Regimen finit anno mundi 5142. & die 83. & hoc secundum computum Pauli Scaligeri in lib. 4. cap. 1. de rerum causis. Et sign. euentus de quibus agitur in dictione Raphael. in qua re secuti sumus Tritemium. in libro de secundeis.

101 Mercurius reprehendens Aeneam quod vxorius extruheret Cartaginem. significat doctrinam, quæ adiscitur in literatorum virorum, vel libris, vel sermonibus nos instruere, & admonere, vt redeamus ad pristinam originem nostram, quæ est cœlestis patria, quam apud Virgilium Italia sign. precipitur enim a Deo homini, vt ad suam originem reuerti velit. Landinus in Camaldulen.

Per Mercurium, Venerem, & Solem dici apud Platonicos facilius & felicius ad Deum conscendi. Vide per Musicam siue Arithmeticam &c.

102 Mercurius apud Platonem in Protag. significat omnes nouem Angelicarum ordines legum interpretes. Ficinus in primo de Legibus Plato.

103 Mercurio marsupium appingi solitum. significat Faunũ Pici filium in Creta, aurum, & argentum inuenisse. Nam quidam e Græcis tradit Faunum, qui & Mercurius dictus est, qui fuit Iouis ex Pico nepos aurum inuenisse in Creta, & quoniam idem in eadem Insula Dictæa artem metallicam docuit Plutodotes est nominatus. Sed cum fratres ei facerent insidias, vt ab his tutus esset, in Aegyptum se contulit, vbi cum auream stolam induisset, in eum Aegyptiorum oculi sunt conuersi, cum uero etiam multa multis esset largitus, Deus ex tantis beneficijs est constitutus, & hinc natum est, ut omnem lucri potestatem in Mercurio sitam veteres illi qui homines habuerunt in numero deorum cum superstitiosa solicitudine crediderunt, eique posuerunt statuam cui erat affixum marsupium.

104 Mercurius apud Chimistas sig. argentum viuũ. Ioannes Garlandius.

105 Mercurij Talaria, quibus vsus est Perseus in occidendo Medusam. significat diligentiam. sicuti Mineruæ clipeus, quo itidem vsus est, significat sapientiam.

Gabriel Simeonus libro de illustratione Epitaphiorum antiquorum.

106 Mercurium euulsisse Typhoni neruos, & eis pro chordis ac fidibus vsum fuisse. significat rationem opificem dum hoc vniuersum coaptaret, concentum ex disonis fecisse, & vim Tabificam non omnino deleuisse, sed repressisse, ac retudisse. Quæ tamen vis tabifica, quam significat Typhon, adhuc licet admodum luxata, omnia perturbat immutat, implicatque, et miras rebus humanis vicissitudines affert. motusque aridos excitans terram quatit, in aere uero importunos spiritus cuocans presteres ac fulmina iaculatur, aquas etiã inficit, & citra Lunam cuncta subuertit, pulcherrima ac fulgidissima queque conspurcaus Cœlius Calcagninus libro de rebus Aegyptiacis.

107 Mercurius significat Deum, vt qui nobis indit accuratam omnium rerum considerationem, quæ quoniam & celeritate mentis in cerebro sedem habentis consistit, alas Mercurij capiti poetæ affinxerunt.

Goropius in Hermath. libro septimo. folio 159.

108 Mercurij stella cui scientiæ authoritatem tribuunt antiqui, sig. Moisem, qui uere scientiæ uas credi potest, ut pote quem legis scientiam populo tradidisse didicimus. Ioach. Apocal. f. 54.

109 Mercurio festum agentes in decima nona die primi mensis melle, & fico uescẽ, & dicere solitos esse γλυκὺ ἡ ἀλήθεια idest dulce, quod est ueritas, signific. nihil suauius nihil dulcius esse ipsa ueritate, quam rem etiam signifi. phylacterium siue amulatium Isidis, quod interpretatur uocem ueram Cœlius Calcagninus li. de rebus Aegyptiacis.

110 Mercurium in prima omniũ lingua dici Merc, ur, sig. Deum nobis indere accuratam omniũ rerum considerationem nam Merc, signat considerationem &, vr, signat potentiã late fluentem, & quia consideratio consistit in celeritate mentis, quæ sedem habet in cerebro, ideo.

111 Mercurij capiti poetæ alas affinxerunt, ut sign. considerationis celeritatem. &

112 Mercurij pedibus Talaria alata ijdem poetæ addiderunt, ut sig. omnem considerationem nostram & gressus nostros sursum subuolare debere, nec quemquam omnino cui hic deus sit. beni-

benignus, sic pedes terræ habere affixos, vnô perpetuo gressus suos ad alta dirigat. Gorop. in Hermath. lib. 7. f. 159.

113 Mercurio dari Petasum alatum signif. cerebrum in quo mentis uis consistit diligentissime custodiendum, cui si noxa adferatur, mox id perit de quo homo in prima lingua dictus est Mensch. idest seipsum ducens, eo quod in cerebro vis sit sui ipsius ducendi, idest ratio. v. Cardinalibus & Episcopis petasum dari. Goropius ut supra.

114 Mercurium uocari Marguma, vt est illud prouerb. sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ubi vox est Marguma. significat Mercurij proprium esse monitorem itineris custodiēdi. nam in prima lingua Mare ho man, notat monitorem limites custodiendi, uel si dicatur marc man. signat limitis monitorem. erat autem Marguma lapidum aceruus ad indicandū iter per uias dispositus, quo uiso viator sciebat illac esse iter. Sed ne aceruus longo tempore imminueretur, solebant viatores singuli lapidem a ceruo adijcere, sed illud prouerbiū, hominem laudantem insipientem, esse similem iactanti lapidem in aceruum Mercurij. significat eum qui stultum laudat, non debere animum gratum expectare. ut pote stultus sit ut lapidum aceruus, qui nullū sentit beneficiū nec intelligit se honorari. Goropius ut sup. fol. 160.

115 Mercurio Trimegisto asignari tot millia librorum vt apud Iamblicum legitur. significat ex infinita pene Hermarum mulutudine qui consulto a prudentioribus regibus passim in Triuijs & quadriuijs apponebantur in se habentea inscriptas sententias ad recte viuendum, & ad arcana Philosophica, & Theologica cognoscenda apprime necessarias, in vnum collectas, & ipsi Mercurio, qui forsan eas collegit, attributas, & id quidem optima ratione factum, cum in illis diuinæ voluntatis interpretatio contineretur. nam Mercurij proprium est quæ ad volontatem diuinam spectant, interpretari.
Goropius in Hermath. libro septimo. folio 160.

116 Mercurij numen non solum ad res diuinas, sed ad forum & ad hominum inter se commercia aduocari. significat hominem oportere esse magnæ considerationis tum in agendis diuinis tum etiam in humanis pertractandis. Nam Mercurius in prima lingua notat considero, & vr. signat magnum. Mercurius igitur interpretatur considero late uel magnum quid. vel dicitur Marc, vr, mare enim & marc idem est in eadem lingua. nam ambæ voces signant considero. Sed marc habet apertius Symbolum. Quòd si retro uertatur marc. fit cram. quæ vox in eadem prima lingua denotat, uenalium rerum tabernam uel capsam hominibus ad considerandum propositam. Quæ vox cram, tanto artificio facta est, vt non per conuersionem tantum habeat notationis suæ causam sed per prorsam suam etiam compositionem nam cram, dicitur quasi car ram, siue car raem, quod nil aliud signat, nisi distensionem rerum cararum, quam apud mercatores sua uenum exponentes, videmus.
Goropius in Hermath. libro septimo. folio 161.

117 Mercurium a Græcis dici ἐριούνιον. idest perutilem, significat magnam considerationem in rebus agendis, plurimum vtilitatis hominibus afferre. Gorop. ut supra.

118 Mercurius trimegistus, siue termaximus posset signifi. ipsum Spiritum Sanctum, eo quòd essentia sit idem cum patre & filio, maximus pater, maximus filius, & maximus Spiritus Sāctus, & quia hic maximus ab utroque procedit, ter maximus merito vocatur. Græci & Latini quid Mercurij nomen, quid hermæ, Thoot significaret ignari, hominem somniarunt, qui ante Pharaonis vixerit ætatem. literarum & omnium artium liberalium inuentor, cui ter maximi nomen ob id datum fingunt, quòd primus aperuerit mysterium Trinitatis. Quæ in opinione turpius errarunt, quam in Orphei nomenclatura uni homini applicanda.
Goropius in Hieroglyph. lib. 1. f. 16.

119 Mercurium esse Anubin. significat Spiritum Sanctum iter nobis ad nostri custodiam demonstrare, eo quòd Spiritus Sancti donum sit ipsa fides, per quam, Christus Dominus solus humani generi custos atque conseruator demonstratur. Anubis enim in prima lingua interpretatur, ad custodiam demonstro.
Goropius vt supra.

120 Mercurij hymnus quem Homerus composuit totus est parabolicus, ut ait Zephiriel, Tomas Bouius in suo Melampigo, & quoniam non aperit illius significata, & ego nnlo ex meo Marte illa fingere, tantum dicam quòd suspicor Bouium uoluisse innuere mysteria in hymno comprehensa pertinere ad uarias medicinas, quæ ex Mercurio precipitato fiunt, uel forsan. significat ex Mercurio posse ab Alchemistis metalla transmutari, uel ipsum Mercurium posse fieri ferrum, æs, argentum & aurum, ut ipse Bouius profitetur se scire facere & sæpius fecisse. Tu lege ipsum Zephirielem in suo Melampigo. Sed forsan poeta alludit ad influxus, quos planeta Mercurius in hominum natiuitates infundit.

121 a Mercurio post mortem alicuius tricesimo die animam suscipi apud antiquos creditum. significat defunctos per triginta dies a morte esse lugendos, quia numerus trigenarius significat luctum. Vide numerus tricenarius.
Petrus Bongus capit. de numero 30. folio. 78.

122 Mercurio portulacam esse sacram. significat memoriam, quòd sub ea ipse Mercurius educatus fuerit. Natalis Comes lib. 5. capit. 5. Mytholog.

123 Mercurium apud Aegyptios fingi facie partim atra, & partim aurea & clara. sign. ipsum Mercurium

curium modo ad superos, modo ad inferos ire. Natalis vt supra.

124 Mercurium inter Deos innominabiles uocari Casmilum. sig. vt ego arbitror ipsum Mercuriũ fuisse tanquam nuncium, siue famulũ Deorũ illorum innominabilium, qui dicuntur Axiocerus, & erat ceres, Axiocersa, & erat Proserpina, & Axiocersus, qui erat Pluto: tu vide in voce Camillus, & in uoce Corybantes. Natalis, vt supra.

125 Mercurium cum Hercule pręesse palęstritis, sig. prudentiam cum viribus coniunctam esse debere. Mercurius enim erat prudentissimus, & Hercules admodum fortis. Natalis, vt supra.

126 Mercurio somnia esse sacra, sig. in somniorum expositione maxima opus esse prudentia. Natalis, vt supra.

127 Mercurij statuas collocari solitum esse ante ianuas, signifi. antiquos credere Mercurium furum Deum prohibere ne fures alij in Domum illam ingredi auderent. Natalis Comes, vt supra.

128 Mercurium dici Dolium sig. in mercatura multos committi dolos. Mercurius enim fuit inuẽtor mercaturæ. Natal. Comes li. 5. c. 5. Mytho.

129 Mercurium esse filium Iouis, & Maiæ. sig. ipsum Mercurium inuenisse multa commoda generi humano, & ideo creditum Iouis filiũ, qui semper iuuat, & prodest, & quatenus homines indigent, dicitur filius Maiæ, est enim humanum semper incommodis vexari. Natalis Comes, vt supra.

130 Mercurium esse nuncium Deorum, sign. orationem, & recta animorum nostrorum consilia a Deo autore prouenire. Mercurius enim habebatur Deus orationis, & consilij, vnde fingebatur.

131 Mercurius, qui cathena aurea homines auribus implicatos traheret, signific. eloquentiæ, & consilij uim homines allicere ad se. hoc etiam fingebatur de Hercule Gallico. V. Hercules. &

132 Mercurium fuisse Deum latronum, & impostorum, & fraudum, sig. eloquentiam in homine malo, & flagitioso, & qui ingenio plurimũ valeat, multum cæteris hominibus obesse, ut latrones, & impostores, uel forsan, ut antiqui cẽsebant, sign. homines, quibus Mercurij natura in ortu dominatur, habere ingenia ad furta, & ad omne astutiæ genus accommodata. Natal. vt supra.

133 Mercurio addita esse Talaria, & Galerum alatum, quæ illum cum ventis portarent, signific. ingeniorum oratorum esse debere maximam velocitatem, & promptitudinem ad capienda pro opportunitate consilia, vel sig. ipsius planetæ motuum varietatem, qui non vt cæteri circularem motum tantum habet, sed modo procedit, modo retrocedit, modo sublimis est, modo celerrimus, modo stare videtur. Natal. Comes, vt supra.

134 Mercuriũ adiuuare reliquos Deos in suis operationibus. sign. prudentiam in omni actione esse necessariam. vel signific. Mercurij, vt aiunt naturam adiuuare naturam cæterorum planetarum, uel forsan signific. argenti viui naturam per minima complecti reliqua metalla. Natalis Comes, vt supra, & nonnulli Chimistarum.

135 Mercurium interemisse Argum, qui contra Iouis voluntatem custodiebat Iooem. sig. rationem, quæ est in nobis, & quam sig. Mercurius, placare & componere motus surgentes, ex parte animæ, quæ propensior est ad iram, quam partẽ sig. Argus occisus, præsertim quando est quieta. Nam quando concitatur in furorẽ, dicitur Argus habens mille oculos, quia si iram sequamur, multa committuntur aduersus leges humanas, & diuinas. Natal. vt supra.

136 Mercurio traditam esse potestatem concitandi tempestatem, & sedandi eam. sigo. eloquentiam in malis concitare discordias, & contentiones turbulentas in ciuitate, & in bonis eas mitigari, & amoueri. Natal. Comes lib. 5. ca. 5. Mytholog.

137 Mercurio linguas sacrari signific. ipsum Mercurium fuisse inuentorem artificij oratorij litterarum, & totius humanitatis. Natal. Comes, vt supra.

138 ad Mercurij speluncam homines hortari ab Orpheo. signific. Orpheum hortatum fuisse homines ad studia artium, in quibus multa insunt humanæ uitę commoda. Natal. Comes, vt supra.

139 Mercurius sign. illam uim Diuinam, quæ diuinitus in mentes hominum infunditur, & quæ res humanas omnes mirificè in suo ordine componit, & conseruat. Natalis Comes, vt supra.

140 Mercurium præesse somnijs sig. diuinam uim, & uoluntatem regere vicissitudines rerum nascentium, & morientium. &

141 Mercurius deducens, & euocans animas ab inferis, idest perducens res ad ortum, & obitum. &

142 Mercurium fuisse collocutum cum Ioue, & cũ Plutone, sig. Mercurium fuisse primum, qui rationem ortus, & interitus diuinitus fieri docuisset, & earum rerum arcana explicasse. Natal. vt supra.

143 Mercurius fictus in quadrata basi sine pedibus ponens fistulam de calamo factam ad os suũ, & dextera sonans sig. sermonem. fistula enim sig. eloquẽtiam, quam virga Mercurio attributa, etiam sign. & Mercurio linguam esse sacram sig. ipsum Mercurium haberi pro Deo eloquẽtiæ; & ipsi Mercurio statui templum in foro, vt monet Vitruuius signific. in foro exercendam esse eloquentiam. & vim Mercurio esse sacram sig. eloquentes debere esse cordatos, nã Ibis sign. cor. & ipsi Mercurio ab Astrologis os, & virile membrũ assignari sig. illũ esse parẽtem eloquentię. os. n. sig. locutionem, & uirilis pars sign. fœcunditatem: ex quibus eloquentia constare uidetur. Fab. Paul. Hebd. l. 1. c. 3.

1 MERETRICIS mercedem reijci a Deo, tamquam

quam immũdam.sig.Deum non oblectari muneribus iniustè,& turpiter acquisitis. F. G.p. 81.to.2.

2 Prope Meretricis domum gradi, ut est Prouer. 7.sign.sequi exteriores sensus. D.Ambrosius de Caim.

3 Meretricem non apprehendere amatnres suos, ut est Hoseæ.2.sig. hominem non assequi prosperitatem in hoc mundo,quam sperabat. D. Hiero.Hoseæ.2.

4 Meretrix aspergens suum cubile odoribus,ut est Pronerb. 7. signific. uoluptatem uaria afferentem incitamenta ad peccandum. D. Ambr. vt supra.

5 Meretrix sign.Ecclesiam de gentibus congregatam, & hoc quia nulli claudat gremium redeuntium ad se. Durandus li. 1.cap. 1.Ration.Diuin.offic.

6 Meretricem conductam ab Oseæ quindecim argenteis,& coro,& dimidio coro hordei. V.numerus quindecim argenteis.

7 Meretrix magna,de qua in Apoc. sign. Romam tempore Gẽtilitatis, uel multitudinem omniũ impiorum.

1 MERIDIES, ut est Cant. 1. vbi cubes in meridie, sig. scientiam perfectam in bonis operib. & in claro lumine,aliquando sign. ardorem uitiorum,& sig.tempus opportunũ,& sig.persecutionem.Gouf.li.6.eloc.

2 Meridiẽ in nocte versum anno ab vrbe condita 411.sig.bellum cum Samnitis,quod Romanis fuit durum.Iul.Obseq.li.de prodi.

3 Merid ies, feruor, & desertum in sactis literis sunt synonima. Gouschel.li. 1. Elocutio.sacra. script.

1 MERITVM apud chimistas sig. materiam, sine eius dispnsitionem. Gerardus Domus in Chimistico artificio naturæ, in Theoricæ tract.2.c.1.

1 MERLINVS predicens futura. sig. spiritus aliquando prauidere ea,quę ab cœli influxu uentura sunt.Ariosti cantu 3.Clem. Valuas.

1 MEROPS auis illaqueata, quæ alias aues in eosdem laqueos alliciat sig. nõ faciendam esse sponsionem,siue se vadem pro alio non constituendum, iuxta illud Thaletis dictum præs ne esto. Alc. Embl. 186.

2 Merops sig.pietatem, quod quamprimum euolare potest applicat animum ad alendum parentes,& eos senio confectos in specu locat, & nutrit.Val.li. 16.c.de Merope.f.125.

3 Merops sig.prædes sicuti & para. V. para. Lege Alc.Emble.186.

1 MESSES in sacris litteris sign. collectionem bonorum,sicuti vindemia sig. iudicium malorum, licet messis in tempore sexti angeli est tam bonorum,quàm malorum. Ioach.Apoc. fol.176.

2 Messis sign.virtutes,quæ ex diuini seminis uirtute oriuntur.Vale.f.405.

3 Messem adesse,ut est Marc.4. sig. instare finem sæculi.Glo.in terl.in Marc.4.

4 ab Messe ipsa discedam Prou.sig.cupiditatis desiderium sæpe superare libertatis bonũ. Adag. ab ipsa messe.

5 Messis,& campi in sacris literis aliquando sign. doctrinam sacram:Iuxta illud, & campi tui replebuntur ubertate.Vale.f.277.

1 MESSES albæ, ut est Ioann. 4. sign. gentes paratas ad susceptionem fidei. Rupertus in Ioann.4.

2 Messium trituram apprehendere vindemiam, ut est Leuit. 26. signific. cum pane, qui cor hominis confirmat vinum dari, quod hominis cor lætificat, uel signifi. corporis opera abundare, unà cum operibus animi. Hysich. Leuit.26.

3 Messis siccitas, ut est Isa. nigesimoseptimo, significat. Hierusalem vastitatem. D.Hieronymus Isa. 27.

1 MESSIAS quem ueteres Hebræorum magistri uocant, & filium Ioseph, & filium Dauid sign.duplicem ipsius Christi Dom. Nostri aduentum. primus in paupertate, & humilitate, de quo Zacharias cap. 9. Ecce rex tuus sedens super Asinam,& pauper, &c.& hunc aduentum Messiæ Hebræi intelligunt, quando uocant Messiam filium Ioseph, quando vero uocant Messiam filium Dauid, signifi.Messiæ aduentum in maiestate ad iudicandum, de quo Daniel cap. 7. & uidi cum nubibus cœli, quasi filium hominis uenientem,&c. Galat.li. 4.cap.1.

2 In Messiæ talos agere. sig. impiè agere post Messiam,uel contra ipsius Messię successores. Galat.li.5.c.3.

1 MESTIS apud Empedoclem,& poetas quosdam, sig.aquæ elementum,quæ lachrymis vdis alit hominum riuos,& pro rerũ principio vnà cum Ioue, Plutone, & Iunone ponebant. Theologi antiquiores.V.Elementa.

1 META quadrata,uel potius pyramis. nã metæ sunt Tereres.sig.finem & opus exactum. nam basis illins erat centum pedum longitudine, & latitudine, qui pedes numerati conficiunt decem millium numerum, qui est perfectus. Valer.fo.291.

2 Metæ duæ quarum singula habet tres ueluti terminos ouatos,cum verbis, Nec citra, nec vltra sign.mediocritatem, siue modestiam, qua honesta mulier & nobilis in conuersatione, & actionibus suis uti de[illegible], ne, s[illegible] nimis rustica,& scrupulosa, nec nimis libera, & secura. Hieronymus Ruscellus in Insigni Claudiæ Rãgnnæ.

3 Meta vna, quæ super basim habeat tres obeliscos, vel terminos teretes ad Traci formam, qui propriè dicuntur metæ, cum verbis φιλαρετῇ, idest virtutis amantissimo, signific. hominem,qui ostendat se in hoc mundo habere virtutem pro scopo.Quandoquidem ille solus brauium adipiscitur,qui præ alijs uirtutem complectitur. Hiero. Ruscellus in Insigni Guidubaldi Ducis Vrbini.

1 METAL apud chimistas sig.dogmam. Ioann. Garland.

1 METALLA 7. apud Platonem sign. septem planetarum influxus generationem omnium moderantes. Aurum sign. Solem. Argentum sign. Lunam. Plumbum sign. Saturnum. Electrum sig. Iouem. Ferrum & æs sig. Martem. Orichalcum sig. Venerem. Stamnum sig. Mercurium apud Platonicos.
Ficinus in Critia.

2 Metalla in armonica mũdi consonantia. sig. Martem & partẽ aquilonearem. nã secundum Iob aurum ab aquilone venit. omnia metalla sunt in ditione Martis. & ipsi Marti præest Ghebura numeratio diuina a qua proueniunt metalla quæ Chebura vtitur Marte tamquam instrumento & executore feturæ suæ. Intelligentia uero Martis & Zamael quam sig. Tiphon apud Orpheum. Et dictus Zamael est in superiore Cratere a qua metalla proueniunt, sicuti in inferiore est Mammona iniquitatis uel princeps huius mundi. Et apud Hierem. dictus est Amonmino. Qui præerat Aegiptijs qui diuitijs erant opulenti præcipue argento & auro. Geor. Venet. Arm. f. 75.

3 Metalla in Diuinis. sig. Deum filium metalla. u. aqua sunt & Symbolum habent cum aqua illa de qua scriptum, est effundam super uos aquã viuam. & euius omnes sunt Thesauri. Geor. Venet. arm. f. 130.

1 METHAPHORA figura non inepte ad rem nostram facere videtur, sed qm̃ nullus est locus qui non ea scateat uel potius redundet satius esse duxi eam præterire quam metaphoricas omnes loquutiones (quòd infinitum esset) in medium afferre. Sed lectori satis erit exemplum unum quo facilius intelligam metaphorã esse quẽdam loquendi modus, cum quis materiam de qua tractaturus est cum alia re confert & eius membra cum qua comparat aptè ad rei partes exprimendas, de qua fit comparatio trãsportet, ut Nauis cum castris comparata, pugna cum nauigatione, nautæ cum militibus, procellæ cum hostibus, magister cum imperatore, clauus cum militari prudentia, portus cum victoria, naufragium cum captiuitate conferantur. Lege Ioanem Baptistam Portam in libello de furtiuis litterarum notis. f. 14.

De meteorologico sapientem esse factum Abraham. v. abraham 103.

1 Ad METAPHYSICAM apud Platonem vocari nisi quinquagenarios. significat ad diuinorum intentum opus esse mente purgata & serena, in qua re nota numerum 50. explicare Iubileum & animi quietem. & homines ea ætate ad contemplationem aptissimos. Ficinus capit. 7. de Rep. Platon.

1 METIRI, ut est Isai. 40. & cœlos palmo dimensus est. sign. disponere. Gousch. lib. 2. Elocut.

2 Metiri funiculo, extendere mensuram, & perpendiculo construere in sacris litteris sunt Synonima Gousch. lib. t.

1 METRAM Erisitonis filiam ad libitum patris formam mutasse. significat Erisicthonem virum Thessalum consumptis opibus in calamitatem incidisse, eius vero filiam Metram forma præstantem per plures uiros in se allicientem modo ouem, modo equum modo bouem & similia coitus precio uti sibi libebat ab amantibus abstraxisse. Palephatus.

1 METRETAE binæ vel ternæ quas capiebant Hidriæ singulæ de quibus Diuus Ioannes. significãt duo tempora, unum ueteris testamenti & alterum noui. Ioach. libro 2. cap. 10.

1 METTATRON serapanim, apud hebreos significat intellectum animæ mundi secundum Platonicos. quam animam mundi Orpheus uocauit Baccum Tritericum. Farra Septen. f. 114.

2 Mettatron apud Symbolistas significat animam propriam parui mundi qui constat ex humana natura & singularibus hominibus, & est anima tus, ut nonnullorum est opinio. Paulus Scaliger 2. tom. f. 77.

3 Mettatron inter reconditissima Hebræorum arcana, est prima omnium creaturarum ipsarum omnium perfectionem continens quam uocãt Principem facierum, quod stat semper ante faciem summi Dei, & habet ius introducendi bene meritos ad præsentiam ipsius. Et Hebræi dicunt hunc fuisse qui locutus est cum Mose, numeri qui comprehenduntur in litteris ipsius Hæbraicis. sunt 999. qui significat uirtutes omnium creaturarum. nam numerus nouem simplicium significat creata simpliciora. numerus nouem denariorum. significat creata media. & numerus nouem centenariorum significat extrema & crassiora creata. & isti tres nouenarij tendunt ad unum illud quid est millenarius. & qui est complementum omnium. & dicitur aleph, & qui est uerus primus uita uirtus & decimus & millesimus & ultimus finis omnium Deus scilicet. & officium huius mittatron datum est Beatissimæ Virginis, quodam rem numeri literarum harum trium dictionum mittatron sar apanim. quæ sunt n. r. & m. significat 290. qui numeri sunt in litteris Beatissimæ Matris. duo m. significat 80. r. significat 200. & 1. significat 10. qui conficiunt 290. quod significat officium mittatron Beatissimæ Virgini assignatum. qui autem locutus est Mosi profecto fuit Angelus dicente D. Paulo profecto lex per Angelos data est in manu mediatoris & dicant Hebræi quid uelint prima creatura fuit lucifer, qui antequam Moses esset de cœlo cecidit. Georgius Venetus Armon. folio 89. & idem mittatron dicitur etiam princeps exercituum hebraicæ Sar Zebaoth quarum litterarum numeri sunt et 999. hoc modo S. 300. a. 1. 6. 2. Vau 6. Z. 90. r. 200. t. 400. qui numeri significãt similiter 999. qui continentur in litteris plenis magni nominis Dei cum literis quæ significent, aquam, aerem, & terram, ex quibus elementis mediante uirtute magni nominis omnia producta sunt. literæ magni nominis sunt jod, Vau, daleth

daleth, he, aleph, duo, vau: He & aleph. literæ autem elementorum sunt, aleph, scim, mem, iod, mem. res, vau, chet, zain, phe, res: quæ literæ sig. numeros sequẽtes. 10. 6. 4. 5. 1. 6. 6. 5. 1. 1. 300. 40. 10. 40. 200. 6. 8. 70. 80. 200. qui sunt 999. qui tres nouenarij sig. omnia, quę ex elemẽtis virtute magni nominis fabricata sũt, illo numero cum suis proportionibus terminari. Geor. Ven. arm. f. 89. cant. 1. ton. 5. c. 6.

1 MEZENTIVS Rex iubens ligare uiuos mortuis, vt viui a mortuis occiderentur. sign. parentes illos, qui teneras filias, & pulcherrimas matrimonio iungunt diuitibus senibus, vel Gallico morbo confectis, vel mentagra turpi laceratis in perpetuam sepulturam. Alciatus Emble. 197.

1 MICAS cadere de mensa Dominorum, vt est Matth. 15. sig. reliquias mysteriorum datas esse Gentilibus, vel sign. fidem abiectam a Iudæis Gentilibus concessam. Lauretus in uerbo cadere.

1 MICHAEL angelus Solis septimus mundi gubernator incepit suum regimen die 24. Februarij anno mundi, secundum communem supputationem 2126. & gubernauit orbem annis 354. & mensibus quatuor usque ad annum mundi 2480. & quartum mensem; sub Angeli Solis regimine, sicuti historię cõsonant veritati. Reges inter mortales primum esse cæperunt, inter quos Nembroth, primus libidine dominandi super socios imperium tyrannidis inuasit. Cultus quoque deorum stultitia hominũ institutus fuit, & tenues suos adorare principes, & deos cęperunt. Variæ etiam artes hoc tempore per homines fuerunt inuentæ, s. Mathematica, Astronomia, Magia, & vnius Dei cultus diuersis cæpit exhiberi creaturis, & veri cognitio Dei per superstitionem hominum in obliuionem paulatim deuenit. His quoque tẽporibus architectura inuenta est, & cæperunt homine spolitioribus vti & moribus, & institutis. V. Orifiel 8. V. Sol. 69.

2 Michael in secundo suo mundi regimine incępit prima die mensis Maij, anno mundi 4606. & mense quarto, & rexit annis 354. & mensibus quatuor usque ad annum mundi 4960. & mẽsem octauum. In tempore huius angeli solis Euilmerodach Rex Babyloniæ libertatem, & regem restituit populo Hebræorum ad directionem Michaelis, qui vt Daniel scribit pro populo stetit Iudæorum, cui a Deo fuerãt cõmissi. Item hisce temporibus Monarchia regni cæpit Persarum, cuius rex primus Darius, & secundus Cirus, Regnum illud Babyloniæ potẽtissimum in diebus Balthasar, vt Daniel, & prophetæ prædixerunt, funditus destruxerũt. Claret his temporibus Cumana Sibilla, quæ nouẽ libros Tarquinio Prisco regi precio coemẽdos proposuit, in quibus futurorum series casuum & ratio continebatur totius Reipu. Romanorum: Verum cum Rex denegaret precium, tres primos libros Sibilla eo vidente exussit, pro reliquis sex idem precium postulabat, qđ cũ ille rursus denegasset, alios quoq; tres igni tradidit comburendos, quod & de vltimis fecisset, nisi Rex suorum consilio persuasus eos ab interitu dato precio redemisset, quod pro omnibus fuerat postulatum. Item Romani abrogatis Regibus, duos per annum consules cõstituerunt. Phalaris Tyrannus Siciliam his tẽporibus occupat. Magia quoque temporibus istis apud Reges Persarum maximo in precio fuit Pythagoras Philosophus, & multi alij apud Græcos transflorueruut. Templum Hierosolymis, & ciuitas rędificantur. Esdras propheta libros Moysis combustos a Chaldæis, qui & Babylonij fuerunt dicti: memoria vsus pro archetypo reparauit. Xerses Rex Persarum exercitum aduersus Gręcos duxit, sed parum profecit. Roma capitur, & incenditur, & destruitur a Gallis, Capitolio dumtaxat excepto, tutato ab ansere pugiles lassos suscitante. Atheniensium bella famosissima ijs quoque temporib. fuere. Socrates, & Plato philosophi tunc temporis uixerunt. Romani iterum abrogatis consulibus, Tribunos & Aediles instituerunt, fueruntque his temporibus multis calamitatibus inuoluti. Alexander quoque magnus post regimen Michaelis exactum in Macedonia regnauit. Monarchiam Persarum in Dario destruxit, & suo imperio totam Asiam cum parte Europæ subiugauit, uixit annis 33. imperauit annis 12. mẽsibus quinque post cuius mortẽ infinita bella fuerunt subsecuta, & multa mala. & diuisa est Monarchia in quatuor. Apud Hebræos pro sacerdotio summo cõcertari cæptum est. Regnũ Syriæ inchoatur. V. Orifiel 15.

3 Michael in tertio suo regimine mundi incipiet mense vndecimo anni mũdi 7086. & anni D. N. I. Christi 1879. de hoc Regimine nil certi dici potest.

4 Michaelẽm animas ponderare. sig. animas librari cum statera habente symbolum cum mensura, qua mensuratur superna ciuitas; ipse enim sacerdos cœli coæquat summa iustitia uniuscuiusque merita, cum præmio sibi dando, nẽ plus, aut minus detur, quàm sit remunerandorum meritum non quidem arithmetica, sed Geometrica proportione. Archang. Burgon, vt supra.

5 Michael, & Mittatron apud Cabalistas sunt idẽ. V. mittatron.

6 Michaelem Archangelum suppeditantẽ Draconem pingi. sig. prælium illud, quod factum est in cœlo, ut est Apoc. 12. vel sign. dissidium angelorum eorundemq; bonorum confirmationem, & malorum ruinam: vel sign. in Ecclesia militanti fidelium persecutionem. Guliel. Durand. li. 1. c. 3.

1 MIDAM: Apollinem petijsse, vt quicquid tangeret aurum fieret, quo impetrato famę moriturum fuisse, nisi ter in Pactolo caput lauisset. sig. auarum semper famelicum esse, uel potius emori fame: & illum in pactolo lauisse, & illius arenas aureas factas. significat Midam per varios riuulos à Pactolo deductos sua

BIBLIOTECA ROMA

prædia irrigasse, eaque fertilissima reddidisse. Fulg.li. 2.

2 Midam electum iudicem inter Apollinem, & Marsiam sententiam tulisse contra Apollinem sig. ignorantem pro ignorante contra peritum sentire. Fulg.li. 3.

3 Midam pro iniquo iudicio ab Apolline asininis auribus molestatum. significat. ignarum discernendi, nihil ab asino differre. Fulgentius libro 3.

4 Midæ seruum tonsorem secretum de auribus asininis in terram defodisse, sed è terra natas cannas, quæ uel à vento agitatæ, vel ab aliquo flatu inflatæ dicerent, Midas habet asini aures. significat. quòd ignorans quantumuis celet ingenium suum, tamen nō potest non per cannas manifestari, quæ cannæ sign. fistulam gutturis, quæ loquendo hominem prodit. Fulgentius libro 3.

5 Midas Rex sig. auaros & ignorantes. Nazarius in somn. 2.c. 13.

6 à Mida quidquid digito attigisset in aurum conuerti. sign. illum Phrigiæ regem auri copia opulentissimum fuisse. nam auri metallum ex Bermio monte, & ex Pactoli ramentis aureis tantum congessit, ut eius omnia aurea essent, quā rem tractat Aristophanis interpres.

1 MIDDOTH, de quibus Doctores Hebræi intelligunt dicentes per nomen Elohim, intelligi Middoth, à quibus tribus mūdus sit factus sign. tres personas diuinas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum: & imago Elohim, i. Deorum, sign. memoriam, intellectum, & uoluntatem, tres animæ potentias. Memoria enim sig. Patrem. Intellectus sig. Filium. & voluntas sig. Spiritum Sanctum. Nam ut aiunt Philosophi ex memoria formatur intelligentia: ita in Deo a Patre generatur Filius, & sicuti a memoria, & intelligentia formatur voluntas, ita a Patre, & filio, vti ab vno principio procedit Spiritus Sanctus. Frater Faustinus Tassus in sermone quarto ad Hebræos.

1 MIGALE, vt est Leuit. 11. sig. hominem dolosum, rapacem, & ingluuiosum: eo quod sit tale animal. Isych. in Leu. 11.

1 MIGINA, vel potius migma, iuxta illud Cyrilli ea propter rudes migina mandent vi rodere sign. aliquorum mixtionem, ob quam rudes in Ecclesia cogantur duobus Pontificibus annuere. V. Electrum. Ignorantes uter eorum sit verus Pontifex. migina enim est mixtura quædā. Ioach. in Cyril. Theolosph. f. 11.

1 MILCORDAT apud Chimistas sig. sanguinē draconis. Garland.

1 MILITES retro cadentes, ut est Io. 18. sig. eos qui relictis spiritualibus ad temporalia, & carnalia conuertuntur. Idem significat. reuerti in Aegyptum, ut est Num. 14. Lauretus in uerbo abire.

2 Milites duodecim mille electi ex sexcentis millibus ad pugnandum contra Madianitas, ut est Numer. 31. sign. homines, qui non implicant se in negocijs secularibus. Origen. in Num. 31 homil. 25.

3 Milites sub Centurione, ut est Luc. 7. sign. suggestiones, uel bonas, uel malas, quibus homo liberi arbitrij dicere potes, vade, & vadunt, aut veni, & veniunt. Cassian. colla. 7. c. 5.

1 MILITIA quam erat uisitaturus Deus, iuxta illud Isa. 24. sig. custodes angelicos, uel ciuitatū, uel priuatorum hominum amoueri a Deo a custodia sua, vel puniri propter malam custodiam, iuxta illud Isa. 34. omnia militia eorum defluet, sicut defluit folium de ficu, & de vinea quia inebriatus est in cælo gladius meus. F. G. 341. to. 3.

2 Militia cœlestis, ut est Luc. 2. & Apoca. 12. sign. multitudinem angelorum. Lauretus in verbo bellum.

3 Militiæ belli, ut est Isa. 13. sig. Angelos, uel Apostolos, uel prædicatores. D. Hiero. Isa. 13.

4 Militia cœli, sig. astra, quæ colebant Gentiles, & militia cœli, super quam uisitat dominus. sign. Dæmones, siue aereas potestates. Laur. in uerbo bellum.

5 Militia terræ sig. homines terrenos. Lauretus, ut supra.

6 a Militia immunes esse eos, qui domum a se nuper ædificatam nondum habitauerunt, & qui vineam plantauerunt, & fructum non dum perceperunt, & qui virginem desponsauerunt, sed non dum rem secum habuerunt, sig. daturos operam militię, debere esse alienos a voluptatibus, nam qui illis assueuerunt, solent ignauo, & deiecto animo operam nauare militiæ. Clemens Alex. lib. 2. stromat.

1 MILII surculus, cui circumuolutus anguis sit, qui caput deorsum teneat, & caudam sursum sit erecta, sign. hominem, qui declinare sciat infortunia, nam panis e milio sumptus præstat incolumem, & sospitem a veneno. Valer. f. 405.

2 Milij spica, sign. numerum millenarium, vel numerum innumerum, quem etiam sig. millenarius. Valer. lib. 56. f. 406.

3 Milij spica, siue vt nos dicimus manza, significat. numerum millenarium, quod indicat nomen milij a mille deductum. Valerianus libro 37. fol. 272.

4 Milij maturi fasciculus, cum verbis, Seruari & seruare meum est, sig. mulierem, quæ suam pudicitiam, & earum, quæ sub se sunt mulierum custodiat. Barthol. Tæg. lib. 2. de arte fabrican. insignia.

5 Milium in pane Iudæorum, ut est Isa. 28. & Ezechie. 4. significat. sensus uilea legis, quibus Iudæi libenter pascuntur. D. Hieronymus in Ezechie. c. 4.

6 Mille cadunt a latere Christi, & decem millia a dextris eius, ut est psalm. 90. sign. in tempore grauis persecutionis multos cadere, in quibus erat spes sedendi ad iudicandum cum Christo Domino Nostro; sed decem millia cadunt, idest multò plures cadunt a dextris, qui staturi erant a dextris Christi D. & audituri, Venite benedicti, &c. Si in gratia perseuerassent.

sent. D. August. in psal. 90.

1 MILONIS statua æhenea in olimpia posita quæ super discum uinctis simul pedibus inniti videbatur, malum autem punicum sinistra tenebat dexteræ digiti recti & rigentibus similes & uitta habebat caput redimitum. sign. Milonem fuisse Iunonis Sacerdotem a Crotoniatis institutum, idque mitra & redimiculum. sign. arbor punica sola in Iunonis honorem plantari solita est. Valerianus fol. 357.
Vel pedes ligati. signifi. Milonis fortitudinem qui vbi semel constitisset, dimoueri non poterat. & malus in sinistra. sign. digitorum illius fortitudinem, quòd nemo ex illius manu poterat auellere. digiti erecti. sign. similiter eorum fortitudinem, quòd nemo eos poterat plicare. vitta in capite. sign. illius temperantiam, quòd ille fuerit continentissimus a libidine. Valerianus f. 357.

2 Milo manibus in arbore comprehensis lachrimans. sign. homines qui nimia sui fiducia falluntur. nota est Milonis Historia. Calstus pegmate t. 14.

1 MILVIVS sign. tempus vernum. quòd eo tempore aduentat. Valer. f. 129. E.

2 Miluij procumbere prouerb. significi. Pauperes graula hiemis perpessos veris aduentum optare. quòd hæc auis suo aduentu ver adducere uideatur quòd tempus pauperibus fauere incipiat. Valer. f. 129. E.

3 Miluius sign. locupletem & ampliores campos possidentem. quòd hæc auis in capienda preda latissimum ambiat aeris spatium. Valer. f. F. Iuuenalis. Diues erat curribus quantum nõ miluus oberret.

4 Miluius signifi. rapacem & auaritiæ deditum & promptum ad imbecilliorum expilationes qͥ ut scimus hæc auis sit rapax & in inferiores sẽper infensa. Valer. f. 129. f.

5 Milius ab es domus est prouerb. apud Hebræos sign. quihabitat in altiori loco ut plurimum grassari ac prædari solere. Valerianus. f. 130. a.

6 Miluius sign. nauigationem. siue nauigij gubernandi rationem quòd ab hac aue inuẽta sit ars gubernandi claui, in naue, quòd ipsa inuolando vtatur cauda tamquam clauo in mutando volatu, sicuti Naucleruus in vertendo cursu. vtitur clauo. Valer. f. 130. a.

7 Miluius euomens sign. eos qui rapto viuunt aliena uomere, uel quòd profundant male parta, uel quòd a Tirannis præmantur. vnde & ipsi Tiranni ferè sunt bonorum prodigi. Alciatus. Embl. 128.

8 Miluius captans partem prædæ cadentis ad Harpa anealtius egressa & laniante prædam. sign. eos Doctores siue magistros, qui audent concurrere cum excellentioribus se & qui non habent nisi eos auditores quos periti spreuerunt Idem etiam significat sargus sequens mullum piscem. Alciatus Emblemate 141. vide sargus.

9 Miluium non edendum esse uel aquilam. vt est Deut. 14. signif. non conuersandum cum his, qui rapina sibi victum comparant. Cle. Alex. pædag. lib. 3. cap. 11.

10 Miluius siue miluus. sig. dæmones, latrones, & vsurarios, & qui aliorum bona deuorare nituntur. Lauretus in uoce miluus.

11 Milui qui cadaueribus pascuntur, & preciosis vnguentis ut untur. significat inuidos qui calamitatibus proximi gaudent, & felicitate dolent. Gregorius Nissenus de vita Mosis.

1 MINERVA & Philosophus apud Platonicos differunt & Philosophos. sig. amorem sapientiæ dum est in cursu, & Mineruа sign. ipsam sapientiam quæ est in termino. vel Philosophus sign. illum statum dum addiscit homo & intelligendi cupiditatem feruet, & Mineruа sign. intellectum adeptum, vel quando nos vt ait Trimegistus consequimur mentem. vel vt dicunt Hebræi quando bibimus lac veræ sapiẽtiæ. Franciscus Georgius Problemate 354. tom. 5.

2 Mineruam natam esse e capite Iouis significat omnem sapientiam a Deo esse. Franciscus Georgius Problemate 354. tomus 5.

3 Mineruam natam esse de uertice Iouis. signifi. ingenium in cerebro locatum esse: Fulgentius lib. 2.

4 Minpruam armatam esse. sig. sapientiam vndiq; munitam esse. Fulgentius lib. 2.

5 Mineruam ferre Gorgonis caput in pectore. sign. virum sapientem gestare in pectore terrorem contra aduersarios caput .n. Gorgonis: sign. terrorem. Fulgentius lib. 2.

6 Mineruam habere cristas in Galea. sign. uirum sapientem & munitum & ornatum esse. Fulgentius lib. 2.

7 Mineruam indutam triplici ueste. sig. quod omnis sapientia sit multiplex, uel quod sit cęlata, uel quod omnis sapientia tecta extrinsecus rarius agnoscatur. Fulg. lib. 2.

8 Mineruam longam hastam ferre. significat quod sapientia longe uero percutiat. Fulgen. lib. 2.

9 Mineruam habere in sui tutelam Noctuam. sig. quod sapientia etiam in tenebris proprium fulgorem possideat. Fulgentius lib. 2.

10 Mineruam dici ἀθήνη quasi ἀθάνατος παρθένος idest immortalis Virgo. signif. quod sapientia nec mori potest nec corrumpi. Fulgentius lib. 2.

11 Cum Minerua Vulcanum adnixum coire sed non potuisse. signif. furorem sæpe sapientibus etiam subrepere, sed non superare. Fulg. lib. 2. V. Vulcanus.

12 Mineruam armis uirginitatem contra Vulcanũ defendisse. sign. sapientes integritatem morum contra furiam uirtute animi uindicare. Fulg. lib. 2.

13 Mineruam abscondisse Ericthonium in cista. signi. uirum sapientem certamen inuidiæ in corde celare. Fulg. lib. 2.

14 Mineruam apposuisse draconem custodem Erichthonij sig. virum sapientem perdere inuidiã. Fulgen.li.2.

15 Mineruam dedisse Erichthonium custodiendũ, sed non videndum Aglauro,& Pandoræ. sign. virum sapientem dolorem suum tradere benignitati,quam sig.Pandora, quæ est omniũ munus,vel obliuioni quam sig.Aglauros. Fulgen. libro 2.

16 Mineruam contra Vulcanum seruasse virginitatem suam. sig. ne ignem quidem valere contra sapientem.Fulgen.li.2.

17 Mineruam abiecisse tibias, cum vidisset Deos se ipsã irridentes,quod nimis buccas inflaret. sig. tibicinam a viris in musica peritis abijciẽdam, quod tibia ventosè in musicis sonet,& idioma tum proprietate amissa sibilet potius rẽ, quàm enunciet.Fulg.li.3.

18 Minerua signif. Ideam mentis illustratæ. Farra fol.34.

19 Minerua armata, & cum sinistra sustinens perpendiculum, quod uidetur descendere super aciem cuspidis quadranguli militaris, qui dicitur tribulus : tres enim cuspides semper humi subsidunt,vna verò semper rectã respicit cœlũ. Hic tribulus habet inter singulas cuspides caput serpentis, quod symbolum sign. in quamcumque partem sapiens sese deferri stare:nam tribulus militaris cum quatuor capitibus serpẽtis sig. sapientiam.& perpendiculum sig. rectitudinem. Achilles Bocch.Symb.172.

20 Miueruam apud Arcadas pingi cum crure ligato,sign. vulnus, quod illa accepit a Leuthi Arcadum duce, quam rem sibi gloriæ illi ducebât. Val.f.357.

21 Mineruam exilientem ex Iouis capite a Vulcano securi aperto adeo infremuisse, ut totũ clamore perterrefaceret Olympum, & terram,vt ait Pindarus in Olympicis. sign. cœlum, terras, stellas,mare , & cuncta deniqùe Dei sapientia gubernari, ad cuius imperium , & nutum moueantur , atque contremiscant . & clamor Mineruæ recens natę,quo cœlum,& terra contremuere.sign. iustitiam, æquitatem,iura,leges,societatem humani generis,virtutum,præmia,& scelerum punitionem, quæ profectò rectè à cœlo,& terra timentur,ac reuerentur. Sãctius in Alc.Embl. 1.

22 Mineruam esse bellicosam,& hastam vibrãtem, sign. illos strenuos Duces bellicos forē, qui bonas disciplinas cum arte bellica coniunxerint. Vix enim reperias in re militari Ducem insignem,qui non idem summa prudentia sit præditus.

23 Mineruam nasci ex Iouis capite.sign. belli gubernationem ex Deo esse, vt inquit Homerus.

24 Mineruam natam esse postquam Vulcanus ingenti vulnere cum securi Iouis caput aperuerit sig. Ducem futurum bellicosum oportere esse animo forti,agili,strenuo , & consilijs, & stratagematis valente.Sanctius in Alcia. Emblema te primo.

25 Minerua sign. rationem partem animæ rationalis propriam. Equicola libro secundo , de natura amoris.

26 Mineruam quamprimum natam ex Iouis capite exclamasse. sig. bellum clamari debere propter iustitiam defendendam . bella enim suscipiuntur,vt in pace viuatur. Sanct.in Alcia.Emblema. 1.

27 Ex Mineruæ clamore cœlum, & terram contremuisse sig. bellorum horrendos strepitus omnia concutere.

28 Mineruam natam esse armatam,& adultam sig. Ducis militaris consilium, antequam in lucem prodeat iam oportere esse perfectũ,& integrũ omnibusque numeris absolutum.

29 Mineruam de cœlo descendisse,vt Achillis iram sedaret,prout Homer. Iliad. 1.sig. prudentiã, quæ ab experientia sensuum,qui in capite sunt prouenit Achillem monuisse. antiqui.n. Vranum,quod interpretatur cęlum,pro capite posuerunt.Sanct.in Alc.Embl.

30 Mineruæ ad pedes astare Draconem. sign. Virgines esse peruigili cura custodiendas : nam laqueos vndique tendit amor . Sanct.in Alc.Emblema. 22.& ipse Alciatus.& Calcagn.li.de rebus Aegypt.

31 Mineruam semper virginem esse.sig.vt ait Heraclitus Ponticus,quòd prudentia nunquã senescit,neque vlla inficitur labe. Sanctius in Alc. Emble.24.

32 Mineruam natam esse Lunæ tertio die,sig. Lunã tertio duntaxat die a coitu Solis videri. Vale.li. 39.c.Minerua.f.292.

34 Mineruam Trigeminam dici sign. sapientiam ex Iouis capite nasci,nam Beotij Trito, dicunt caput,uel sig. Palladem esse elementum tertium, qui est aer, vel sign. Palladem tria præcepta ad humanam vitam benè beateq; degendam necessaria tradidisse, quę erant bene consulendũ, rectè iudicandum,& iustè agendum . Valer.li. 39.c.vt supra.

34 Mineruæ fuisse sacrum cuiusque mẽsis tertium diem,sig. Lunam non apparere nisi a coitu Solis,tertio die,antiqui enim sicut & Hebræi mẽses suos a coitu Lunæ incipiebant. Valerianus vt supra.

35 In Mineruæ ortu aureã pluuiam apud Rhodios pluisse , sign. Rhodios Mineruam quidem coluisse,sed non ut debebant, & idèo Iouem illis potius diuitias,quam sapientiam dedisse.Cart. f.284. & ideo Rhodios Mineruæ faciebant sacra sine igne.

36 Mineruam Atheniensibus datam sig. illos fuisse prudentiores Rhodijs, quòd Deæ facerent sacra cum igne.Cart.f.284.

37 Mineruam natam è capite Iouis aperto a Vulcano cum bipenni ex adamante facta.sig. uirtutę intellectiuam animæ in cerebro existere, & descendere a summo intellectu, quem sig. Iuppiter.sicuti Iuno sig. res terrenas, & uiles. Cart. fol.358.

38 Mineruam habere caput tectum galea,sig. hominem prudentem non aperire semper id omne quod scit, Cart.f.360.

39 Mi-

39 Mineruam habere supra galeam sphingem, sig. virum prudentem non semper apertè loqui debere, sed aliquando per enigmata. Cartar. fol. 360.

40 Mineruam habere griphes ad vtrunque latus sphingis signific. viros ingeniosos debere curam gerere, ut conseruent ingenium suū. Cart. vt supra.

41 Mineruam habere Gallum aliquando supra galeam sign. audaciam, & ferociam, quam milites habere debent, uel signifi. vigilantiam, qua Imperatores, & Duces in bello vti debent. Carta. fol. 362.

42 Minerua sig. cautam prouisionem, bonum regimen, & prudens consilium, quo vti debent Imperatores, & Duces prudentes, sicuti Bellona sig. cędes, furores, strages, & ruinas, quæ fiunt in bello. Carta. f. 363.

43 Mineruæ olea sacra sign. Mineruam fuisse inuentricem conficiendi olei, vel sign. viros eruditos oleo indigere ad vigilias pro studio. Cartar. fo. 366. vel sig. illam inuenisse artes multas necessarias. Cart. vt sup

44 Minerua armata galea clipeo torace, & lancea amplexa cum Mercurio, qui tenet in dextera caduceum, & habens in capite galerum, & talaria ad pedes ambo stantes super lapidē quadratum sign. eloquentiam non prodesse sine prudentia. Cart. f. 356.

45 Mineruam tenere cornicem in manu apud Messenios sig. sermonem debere esse in manu viri prudētis, ut eum posīt suo libitu, & stringere, & relaxare. Cart. f. 376.

46 Mineruam tegi clipeo christallino sig. animum viri prudentis habere corpus circa se, ut defendat animum, sed ita tamen, quòd nō impedíat illum, quin posīt transpicere ueritatem. Cart. fol. 379.

47 Mineruæ clipeus rotundus signific. mundum esse rotundum, & regi a diuina prouidentia. Cart. vt sup.

48 Mineruæ hasta longa. sig. virum prudentem posse nocere etiam eminus, vel sig. prudentiam habere tantam vim, vt pęnetret quæque durissima, & difficilia. Cart. f. 379.

49 Mineruæ Gorgonis caput datum, quòd exerat linguam, sig. prudentiam reddere vnunquemque sibi aduersantem stupidum, & veluti saxeū Cartar. f. 384.

50 Mineruam occidisse gigantes, signific. impios semper in tenebris ignorantiæ uersari. Cartar. fol. 386.

51 Mineruam inuenisse artes, sig. ingenium hominum inuenisse quicquid inter nos agitur, duabus vijs inuentione, siue industria, & hanc signific. Minerua, & opere, quod signific. Vulcanus.

52 Minerua in portis tum priuatis tum publicis facta, sig. tum familias tum ciuitates indigere pace, & prudentia. Cartar. fol. 388.

53 Mineruæ facta Sacra ex aqua uel Tauro albo, & sine macula uel ex Iuuenca indomita cum cornibus auratis, signifi. uirginitatem non subijci alicuius iugo propter libidinem. Carta f. 412.

54 Mineruam fuisse filiam Iouis, & ex eius capite armatam prosilisse apud Chimicos, sig. aquam Mercurialem, quia minuit, & subtiliat neruos, idest sulphur, & Iouis caput, sign. sal illud, quod dicitur Saturnus, in quo est illud sal subtile album molle, & humidum, quod sign. cerebrum Iouis, per cuius distillationem exit Minerua armata, & induta partem sabtilissimam, & fusiuam Martis. Ioannes Braceschus lib. de ligno vitæ fol. 27.

55 Mineruæ statuam quam M. Cicero ex plebiscito erexerat, nocte antequam iret in exilium a turbine deiectam fuisse manibus, & capite fractis, & pectore humi prostratam anno ab urbe condita 710. ante Christum D. 42. sign. ipsius Ciceronis calamitatem. Iulius Obsequ. prodig. 127.

56 Mineruæ facies, & tridens in numis insculpti, signifi. Trezenios populos, qui Mineruam, & Neptunum colerent. Aeneas vicus lib. 1. de numis cap. 8.

57 Mineruam præbere consilium, vel Iouem mittere Mercurium vel alium nuncium, qui admoneat heroem aliquem, quid agere debeat in aliqua difficultate, apud poetas, sig. virtutem heroicam, quamuis sit habitus, tamen Dei gratia, & non humano consilio heroicas actiones efficere. Franciscus Caburaccius libro de arte insignium.

58 Minerua stans pedibus super hastam humi prostrata cui hastę itidem Gallus pedibus inhæret; Minerua vero in sinistra tenet cornu copiæ cum talo habens in capite Galeum cū noctua super cassidem, & cum dextera librat bilancem supra quam est corona ex oliua, & in medio bilancis est mundi Globus positus super altare, in cuius fonte sunt hæc uerba, hoc virtutis opus, & infra, hastam est hæc dictio nobilitas signific. veram nobilitatem. Gabriel Simeonus libro de illustratione epitaphiorum antiquorum.

59 Mineruam scribi ab Orpheo natam ex capite Iouis signif. sapientiam esse Dei donum peculiare, quod paucis conceditur, & quod non facile acquiri neque emi potest. Vel sig. sapiētiam, & arma a Ioue edita non, ut particularibus nocent sed ut omnibus prosint, iuxta iouis nomen. Gabriel Simeonus lib, ut sup.

60 Mineruam natam esse sine matre, ut inquit Martianus, sig. mulieres non habere neque sapientiam neque consilium, sed melius dicendum est quòd Mineruam natam esse sine matre, sig. veram sapientiam non ex corruptione genitā, vt animalia & ea, quæ in terra nascuntur, sed sig. sapientiam nullatenus ab timore neque ab amore rerum mundanarum corrumpi posse, quin sui originem primam, quæ deus est obliuiscatur, & hinc est quòd forsan non immerito dici posset memoriam esse Mineruæ matrē quando vir sapiens semper reminisci debet nō debere sapientia extolli, & superbię tumore affici, cum sciat sapientiam esse Dei donum sibi

ab illo

ab illo concessum, ut alijs prosit. Gabriel Simeonus, ut sup.

61 Mineruam dici Palladem, quòd interfecerit Pallantem virum altissimum, & robustissimum, sig. hominem sapientem posse superare uirum fortem, & robustum, & sign. sapientiam vincere fatum, quod Fatum sig. Pallantis gigantis altitudo similis influxui cœlorum. Gabriel, vt supra.

62 Mineruam dici Pallada a pallein: verbo Græco quod sig. vibrare & iacere, quod est proprium hastæ, quam Minerua gerit. sig. verba, & delibe rationes bene cogitata similia hastæ vibratæ, & opera expedita, & diligenter acta similia iaculi uelocitati, & leuitati. facere homines illustres, & Iouis filios. Gabriel, vt sup.

63 Mineruam gestare hastam, quæ hasta est regni symbolum sign. principes debere semper habere secum viros sapientes. Gabriel Simeonus, vt supra.

64 Mineruam natam esse ex Iouis capite, sig. hominis intellectum locatum esse in capite hominis parte superiori. Choul. f. 85.

65 Mineruæ clypeus in quo erat caput Medusæ, signif. hominem prudentem debere forti, & cōstanti animo resistere aduersitatibus, & inimicis. Choul. f. 85.

66 Mineruæ pennæ quas in casside galeæ gestabat, sig. ornamentum omnium scientiarum, & res excelsas uersari debere in hominis cerebro. Choul. f. 85.

67 Mineruę tres uestes differentes sig. scientiā secretam esse debere. Chou. f. 85.

68 Mineruæ hasta, sig. hominem sapientē prospicere, cogitare, & percutere a lōge cum aliqua sua vtilitate. Choul. f. 85.

69 Mineruæ nomen sig. sapientiam occultare splendorem suum in tenebris. Choul. f. 85.

70 Mineruæ nomē Athena sig. sapientiā nunquam emori. Chou. f. 86.

71 Minerua sig. Solis virtutem, propter quam sapiētia ingreditur, & penetrat cor hominis. Choulus fo. 86.

72 Mineruam nasci è capite Iouis, significat. eam vir tutem Solis, per quam sapientia ingreditur cor hominis proficisci a summa aeris parte. Choulus fol. 86.

73 Mineruæ nomen Bellona sign. milites non solū armatos, sed consilio præmunitos esse debere. Choul. f. 86.

74 Mineruæ clypeus æneus a Vulcano ita leuis, & splendens fabrefactus, ut nullus in eo oculorum obtutum intendere posset. sig. sapiētiam, cuius puritas & splendor, ab hominum vitio maculari nequeat. Gabr. Simeo. lib. de Illustra. Epitaph. antiq.

75 Mineruam fingi ab Homero habentem oculos glaucos, siue cęruleos, qui color est mixtus ex viridi, & albo, aliquantulum tendens ad cœlestem, qualis est color maris tranquilli; qui color est admodum oculis lętus, & gratus. sig. hominem nobilem debere se lętum ostendere ad benè merendum de alijs, siue publicè, siue priuatim. Gabr. vt supra.

76 Minerua erecta sig. nobilem uirum semper paratum esse debere, ut alijs prosit. Gabr. Simeon. vt supra.

77 Mineruæ galea signific. hominis prudentis ingenium splendere, & hominem tutum reddere ab omni eo, quod possit offendere, neque vnquam aperire id quod scit, aut quod facere intendit.

78 ad Mineruæ pedes Gallus erectus, signific. militem, aut præfectum in bello oportere esse, & audacem, & vigilantem. Gabriel Simeonus, ut supra.

79 Mineruam in ventis opificijs lautioribus, & tibiarum, artē tibiarum tamen abijcere, sig. tibiarum modulis virile robur effœminari. Bud. in de studio instituendo.

80 In Mineruæ Galeæ casside noctuam fingi. sign. homini prudenti nil posse latere, sicuti in tenebris noctua omnia videt. Gabr. Simeonus, vt supra.

81 In Mineruæ sinistra esse cornucopiæ, & tessera, siue talus sig. hominem nobilem debere prædi tum esse diuitijs, & liberalitate.

82 Mineruam extendere brachium, & tenere bilancem, sig. hominem nobilem uti debere iustitia & æquitate.

83 Mineruam habere ante se altare, sign. hominis nobilis religionem, & bonos mores quib. debet esse præditus.

84 Mineruam habere ante se coronam ex oliua, sig. uirum nobilem debere esse suauem, utilem, & pacificum: uel sign. hominem nobilem non debere esse præcipitem in suis negocijs, sicuti oliua est tarde crescens. Gabriel Simeonus, vt supra.

85 Mineruam fuisse inuentricem artium, quas Ancillæ exercent.

86 In Mineruæ propylæo fuisse inscriptum, siue insculptum puer senex, accipiter, & piscis, super quæ omnia videbatur equus fluuialis, quæ res sig. omnes senes pariter, & iuuenes Deum odisse summā impudentiē esse. nam puer sign. recenter natos. senex sign. ut ego existimo homines ætate prouectos, accipiter sig. Deum, piscis sig. odium, & equus fluuialis sig. impudentiam. Cælius Calcagninus libro de rebus Aegypriacis.

87 Mineruæ nomen apud Pythagoricos, sign. triangulum æquilaterum: vnde Minerua dicta est Trigonia, quoniam a tribus lineis ad perpendiculum ductis ex tribus angulis diuiditur. Calcagninus, vt supra.

88 Mineruam texisse se Orci galea ne uideretur a Marte, ut est apud Homer. Iliados lib. quinto. V. Oreus.

89 Mineruæ Galea, quæ in prima lingua dicitur cunheet, a qua uoce κυν. Græca vox. in prima lingua signat caput omnis sapientiæ, & potestatis, quæ profectō nil aliud est, quam Deus pater, sicuti ipsa Minerua est ipsius Dei sapientia, & potestas: & quoniam Christus Dom. Noster, qui est caput religionis nil aliud docet, & indicat,

indicat, quam religionem in patrem suū, quem sign. Galea, ideo habet Minerua super Galeam sphingem, quæ sig. religionem. V. sphinx in cono galeæ.

Galea enim quæ tegit caput Mineruæ est, ut ego reor inaccessibilis illa Dei lux, quam nulla creatura penetrare ualet, uel ut aiunt Theologi Hebræi, sunt illę tenebræ, quibus Dei Ensoph consistit, ita ut a nullo præter quam a filio, & ipsius Dei spiritu, ut et uideri, & cognosci posit, neque magno illi Mosi concessum fuit uidere, nisi posteriora Dei: per sphingen ergo super Galeam Mineruæ ueteres Theologi uoluerunt sig. per religionem dari accessum ad lucem illam inaccessibilem, & ad tenebras illas impenetrabiles, quæ tegunt caput Mineruæ, idest Deum patrem ipsius sapientię, & Christi Domini Nostri caput. Tu lege Orci Galea, & sphinx. Lege Goropium in Herma. lib. 4. fol. 71. & lib. 6. fol. 131. Vide Alepb t. & 4. & 5.

90 Mineruam gestare hastam. fig. in Christi D.N. manu, esse totius salutis nostræ sustentaculum & omnem defensionem. Gorop. in Hermath. li. 6. fo. 131.

91 Mineruam habere ægida. sign. Christum D. Nostrum esse patris uirtutem, & salutis humanæ scutum.

92 Mineruam habere caput Medusæ quo aspicientes in ipsum in saxa conuerterenrur signif. per Christum D. qui erat semen mulieris, caput illud conculcandum fuisse, & quod debebat a Christo D. detruncatum ostendi Iudæis, qui peruicacia plus quam saxea hanc de se serpentum omnium capite uictoriam prorsus respuētes, cum tamen eam coram intuerentur dari, plus quam saxa facti sunt.

93 Mineruam fuisse oleę inuentricem sig. Christū D. solum fuisse hominum pacificatorem, cum patre a quo perpetuo bello eramus dirempti. Gorop. vt supra.

94 Mineruam in prima lingua dici Min erf, sign. si homo non permittat se a Minerua duci, actū esse de illo. nam si conuertatur per retrograda litterarum uestigia fiet freuim, quod signat pacem accipe. Nam nisi pacem cum patre per Mineruam, idest Christum Dominum Nostrum ineamus, prorsus perditi simus. Goropius, vt supra fo. 132.

95 Mineruam dictam fuisse Hellotim, fig. Christū D. fuisse caput curationis, siue lauationis, quia ipsius solius beneficio lethale humani generis vulnus est curatum. Heel, enim in prima lingua signat curationem siue sanationem, & hoot denotat caput. Goropius in Hermath. lib. 6. f. 134.

96 Mineruam dictam fuisse tritoniam, signifi. Christum D. esse veritatem, & eam cunctis hominibus palam facere uoluisse. Trutoon, a quo Tritoon latini, deduxerunt, in prima lingua signat veritatem ostendo.

97 Mineruam tritoniam natam e lacu Libię, qui dicebatur tritonis, sign. Christum D. fuisse nascitu-rum ex Virginis ventre, quem antiqui propter humores lacui compararunt, qui lacus erat in Lybia, nam in eadem prima lingua, lib siue lif, notat corpus, ut sign. ipsam veritatem fuisse nascituram ex eo Lacu, qui esset in corpore humano. Goropius ut supra.

98 Mineruam in prima lingua Men erue, siue Men ert dici, & ab eadem particula erf. componi sterf, vox quæ notat morior. erf profecto signat possessionem. & ste notat locum, & firmitatem. vnde ste erf. indicat perpetuam loci possessionem, & firmam hereditatem. ab eadem ergo uoce componi nomen Mineruæ, & uerbum sterf, quod notat morior, mistice, sig. potest ex Christi morte perpetuam loci possessionē, & firmam hereditatē accipi, sed ut aquirantur ista possessio & firma hereditas ex Christi morte nobis prouētura, primæ linguę autor nos docuit quid nā agere debeamus. si scilicet ste erf per syllabas vertamus, quæ erit fre est, quæ uox in eadem lingua notat, time, ut sign. nos debere timere Dominum, si volumus esse beati, nam timor Domini est initium sapientiæ, cui Minerua præponitur, ex communione uocis sapientiæ, & mortis, significatur illud platonicum Philosophiam esse mortis maditationem. Goropius in Hermath. lib. 6. f. 134. & 135. Et quoniam fre est in eadem lingua etiam notat, pax est, potest signif. Christi mortem nobis pacem cum patre fecisse, ste erf siue sterf, signat morior, ut est dictum, ex timore itaque Dei quem notat fre est, vehimus ad mortis tum uostræ tū Christi D. cogitationem, quam signat sterf, quæ si uertatur, ostendit nobis pacem esse, quā pacem nubis offert Menerf, si retro uertatur, vt fiat, frenem, quę uox signat accipe pacem. fre enim signat pacem, & nem accipe. Gero. ut sup.

99 Mineruam apud Pythagoræos uocari triangulum, ut ego reor, sign. sapientiam nullo modo ad malum declinare posse, sicut triangulus, labi nescit, vel quia triangulus sit diuinitatis inditium, tu uide Petrum Bougum cap. de ternario. f. 70.

100 Mineruam abiecisse tibias, sig. prudentem non debere uti illis rebus, quæ non modo nullam animo afferant delectationem, sed & inducant corpori turpitudinem. Arist. in 8. Polit vide & Fulg. in 3. Mythol. & Fabium Paulinum. Hebdom. l. 2. cap. 4.

1 MINGENS ad parietem, ut est 1. Reg. 25. sig. cauem, sed secundum Heliam leuitem, sign. masculum: fæmina enim non mingit ad parietem. Gouschelius lib. 3. Elocut. Sacr. Scrip.

2 Non Mingendum esse, uel non loquendum vel spuendum contra solem secundum Pythagoram, signi. non facienda esse ea, quæ sunt ignominiosa contra cælestes nostros fautores, ut est sol & eius intelligentiæ, quæ semper cum luce solis nobis occurrunt, ut faueant. F.G. p. 437. tom. 6.

3 Ne Mingas contra solem, Symbolum Pythagoricum, quod signif. in tempore Sanctificationis non esse cogitandum neque dicendum rem ullam

lam inhoneſtam, mingere enim ſig. emiſsionẽ cogitationum, actionum, & locutionum laſciuarum ſterilium, & infructuoſarum. Sol uerò ſign. intellectualem illuſtrationem, quæ regat omnes partes animales ad ſanctificationem: in qua amouendæ ſunt inhoneſtæ curæ, & ſermones ocioſi, & profani, ſig. etiam hoc ſymbolum anagogicè ſignificata tertiædecimæ literæ Hebreæ. Farra ſept. f. 230.

1 MINISTERIVM mortis, ſiue miniſtratio mortis, ut eſt 2. Cor. 3. ſig. legem veterem. Gouſch. lib. 2. elocu. ſac.

1 MINISTRI, iuxta illud, eſto conſentiens aduerſario tuo, ne index tradat te miniſtris. ſig. angelos malos. D. Augu. lib. de ſalutaribus documentis.

2 Miniſtri Regis Aſſyriorum volentes capere Eliſeum, et eſt 4. Regum 6. ſign. Iudæos uolentes capere Chriſtum Dom. N. Lauretus in uerbo accipere.

1 MINIVM apud chimiſtas ſign. cinaprium. Ioan. Garland. & illud minium, quod ſit rubeũ ſicuti grana. V. Albnagir 1.

1 MINOEM a Ioue leges petentem, antequã populo promulgaret eas, a Platone inductum eſſe. ſig. non poſſe quicquam ſine diuina regula, & a deo data, uel demonſtrata, uel priuanm, uel publicè rectè fęliciter unquam adminiſtrari. Fici. in 7. de Rep. Plat.

2 Minos Rex, & filia Niſi cum forfice, & capillis inciſis. ſign. proditorem parentis, & patriæ omnibus exoſum. eſt enim Rex ſedens in ſolio ſub tentorio, cui aſſiſtit virgo cum forfice, & capillos inciſos regi oſtendens. ſign. Minoem Regem, & Scillam Niſi Regis filiam. Sambuc. fo. 56. Embl. 40.

3 Minos ſig. eam partem animæ, quæ dicitur rationalis. ſicuti Rhadamanthus, & Aeacus ſig. eas animæ partes, quæ dicuntur concupiſcentia, & iraſcibilis, per quas partes penè omnia committuntur peccata. Iſti igitur tres iudices apud inferos finguntur a poetis, quod ſign. animum hominis moribundi præſagientem mortem, in anguſtijs poſitum, vniuerſam ſuæ uitæ rationẽ examinare, atque ad præſentiam, & iudicium conſcientiæ, omnia antiqua peccata reuocare, & ſiquid per iracundiam, uel per appetentiam errauerit homo, tunc Rhadamanthus, & Aeacus, ideſt ira, & concupiſcentia, ſiquid iudicant illegitimè, Minos, ideſt ratio accedit, & æqua lãce omnia ponderat, & eius iudicium eſt ſententia Minois a quanon eſt appellatio. Si enim homo in mortis articulo habet conſcienriam infectam, præſagit pęnas quas habere debet poſt mortem, uel ſi ratio cognouerit in conſcientia parum quid eluendum animus, itidem præſagit Eliſios campos, uel beatas ſedes, & licet triſtetur, quòd Dei ſui uoluntatem offenderit, tamen per ſpem diuinæ clementiæ veniam expectat. Tartara enim Phlegeton, Cocitus, Stix, Acheron, &c. id genus a poetis efficta ſig. merores illos, qui è conſcientia multorum ſcelerum exurgunt in animam moribundi. ſicuti Eliſij campi ſig. lętitiam, quam ſentit anima ex integritate, & innocentia uitæ. Natal. Comes in li. 3. Mythol. c. 9.

4 Minoem, Rhadamantum, & Aeacum iudices inferni dici, & eſſe filios Iouis. ſign. animam noſtram eſſe diuinam, in qua ſunt prodictæ iudicandi facultates: nam antiqui exiſtimabant animam hominis eſſe portionem quandã animæ mundi, quæ in corpus hominis proficiſcatur. Sed anima mundi ſig. Deum omnipotentem, qui omnia curat, omnia gubernat, omnia quæ ueniũt in generationem diſpertit, atque diſtribuit. Natal. vt ſupra.

5 Minos iudex orci, ſign. ſynderesim, quam vnuſquiſque committens aliquod ſcelus, in animo ſentit, quæ intus reprehendat. Cartarius folio 276.

1 MINOTAVRVS poſitus in porta Veneris ſub Paſiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, ſign. naturam inclinatam uitio, quamuis non exerceret illud, ut erat Socratica. Iul. Camil. fo. 132.

2 Minotaurus occiſus a Theſeo, poſitus in porta Iouis ſub Paſiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli. ſig. inclinationem ad virtutem. Iul. Cam. f. 135.

3 Minotaurus poſitus in porta Veneris ſub talaribus in ſexto gradu Theatri Iulij Camilli, ſignific. vitiorum operationes. Iulius Camill. fol. 139.

4 Minotaurus occiſus a Theſeo in porta Iouis ſub talaribus in ſexto gradu Theatri Iulij Camilli, ſignific. exercere uirtutem. Iulius Camillus fol. 140.

5 Minotaurus in porta Veneris ſub Prometheo in ſeptimo gradu Theatri Iulij Camilli. ſign. artes uitioſas, ut lenocinium, lupanar, & artẽ meretriciam. Iul. Cam. f. 146.

6 Minotaurus apud chimicos ſign. aquam Mercurialem. Braceſchus, vt infra.

7 Minotauri os obturatum eſſe tribus pilis: apud chimicos ſig. aquam mercurialem in bocia coagulari per duo ſulphura, & cum mercurio philoſophico, qui dicitur Iuppiter, qui ſemper eſt plenus Apolline. Ioannes Braceſchus lib. de ligno uitæ fo. 3 t.

Et hæc tria duo, ſcilicet ſulphura, & mercurius philoſophicus, ſignificantur per tria poma, quibus Atalanta uelociſsima, quæ ſign. aquam mercurialem, in curſu firmata eſt. Braceſchus, vt ſupra.

8 Minotaurus inter inſignia Romanorum ſig. cõſilia Imperatoris, ita occulta eſſe debere, ſicut illa bellua in labyrinto latebat. Cartar. fol. 406. Alc. Embl. 12. & Ioan. Bapt. Porta in de literis furtiuis li. 1. c. 9.

9 Minotaurus in medio labyrinthi tenens indicẽ digitum ſiniſtræ manus ad os, & cum dextera feminãs in campo viridi, cum verbis, In ſilẽtio, & ſpe. ſign. hominem, qui demonſtrat, ſe eſſe adeo ſecretum in ſuis actionibus, & in negocijs principis ſui, ut nullo modo, nullave indagine eius conſilia detegi poſsint: & cum ſpe tamen

men ut per actiones suas, quas sig. semen, loco & tempore sit collecturus honestam messem, vel a Deo, vel a Principe suo. Digitus.n.ad os appositus.sig. silentium, & semen iactum in uiridi campo. sign. certam messem futuram. Minotaurus sig. prudentiam & fortitudinem. Labyrinthus sig. actionem adeo secretam, vt eius exitus praesciri ab alijs nequeat. manus sinistra ad os elata. sig. vitam contemplatiuam, sicuti dextera seminans & ad terram versus vergens sig. vitam actiuam. Hieron. Ruscellus in insigni Consilui Per. zij.

10 Minotaurus significat rem in exercitu secreto, & tacitè gerendam. quòd secreta ducum non minus occulta esse debent, quam fuerit minotauri sedes. Valer. f. 30.

1 MINVTA duo aerea quae obtulit uidua, vt est Lucae 21. sig. testamentum vtrunque vetus & nouum. & idem sig. montes aenei, vt est Zach. 6. D. Amb. de viduis. & Epist. 76. uel sign. fidem & misericordiam. quas debet vnaquaeq; anima in Ecclesia Dei offerre.

1 MIPHIBOSETH cadens & factus claudus, vt 2. Reg. 4. sign. Genus humanum lapsum. Lauret. in uerbo cadere.

1 MIRABILIA quae fecit Deus, ut est Psal. 134. sig. Christi D. passionem & resurrectionem. D. Hieron. in ps. 134.

2 Mirabilia super se, vt est psal. 130. sig superbiam vel ea quae homines vulgo admirantur, vt quae faciebat Simon Magus. Glossa interli. in Ps. 130.

3 in Mirabilibus super se ambulare, vt est Ps. 130. sig. hominem conari uideri idoneum in his rebus, ad quas est ineptus. Lauretus in verbo ambulare.

1 MIRTVS sign. pacem. quòd sit sacra Veneri inimicae caedis & iniuriarum. Cartar. f. 536.

2 Mirtus sig. genium & uoluptatem quòd aiunt arbusculam illam esse delicatissimam tam perpetuo virore spectandam, quam foliorum specie & odore praestantem. Valer. f. 373

3 Mirtum sign. pudendum muliebre. quòd Mirtus sit caruncula illa, quae in muliebri pudendo lasciuo quodam modo interdum subsultat. Valer. f. 373.

4 Mirtea virga Hecatem a patre Fauno verberatam, vt illi morem gereret in venerea re sign. nequitiae imaginationem, qua illius mens tentata fuit: sicuti uini tormentum, quo & pater filiam tentauit. sign. laetitiam quae multum in rebus Veneris potest & patrem in serpentem cōuersum fuisse, ut illam conuinceret. sign. voluptatis multiplices nodos. Valer. f. 374.

5 in Mirtea silua apud Vergilium amantes errare sig. mirtum esse arborem genialem & uoluptuosam. Valer. f. 374.

6 Mirtea corona, qua coronabantur milites ouantes. sig. victoriam fuisse sine sanguine vel cum sine labore per occasionem aliquid de inimicis captum esset. Sicuti laurea corona significat aliquid cum labore gestum.

Valer. f. 374.

7 Mirti ramus quem conuiuantes inter vina alter alteri porrigebant. significat hilaritatem. mos enim fuit in cōuiuijs mirteto ramo circumlato vnumquemque discumbentium ad cantandū excitare. Valer. fol. 374.

8 Mirtus secundum nonnullos si cum corneis virgultis mixta sit sig. arma bellica quòd ex corno & mirto fiant hastilia optima, & ideo Virgiliū scripsisse Aeneam vellentem virgulta mirtea & cornea vulsisse sanguine manantia quod significat illic esse locum hostilem, & paci minime aptum, vtpote inter crudele hominum genus, & humano sanguini infestum. Valer. f. 374.

9 Mirtea corona. significat rem funebrem. Vt de Thebis qui uicerant Iolea, quae erant funibria, coronabantur mirto. Valerian. f. 374. & 382.

10 Mirtus quae habet folia perforata. Quae maxime apud Traezenios oritur. significat amoris vulnera & ipsum amoris maerorem, quo ut plurimum amantes ex desiderio conficiuntur. Valer. f. 374.

11 Mirtus significat Ganimedem, quod persuasum sit eam arborem potissimum ibi natum vbi ille pedum presserit vestigia. quod tamen significat Calcidenses impurissimo puerorum amore corruptos fuisse. vbi illud de mirtis natis in vestigijs Ganimedis erat persuasum. Valer. f. 374.

12 Mirtus in capite Papirij in nnmis cusa. significat victoriam habitam a Papirio de Siracusanis in campis mirteis. Valerianus folio 374.

13 Mirti duae quae erant ante Romuli Templū, quarum vna erat Senatoria, & altera plebeia, & si senatoria bene frondebat & copiose virescerет, ac late vigeret. sign. Senatores siue Senatum eo anno plurimum vigere. & idem sign. plebeia de plebe: sin uero illę mirti sese male haberе ostenderent, sig. vel Senatum uel plebem prout erat mirtus se se male habiturum. Plinius & Alexander ab Alex lib. 1 cap. 14.

14 Mirti siue mirteta inter quę erat vir equitans equum Ruffum, ut est Zachariae cap. 1. sign. instos. nam hadas dicitur mirtus, & in Hester capit. 2. & erat nutricius Hadassa. apud Hebraeos, id est iustus. Archan. Burg. in 31. conclu. Cabal. Pici.

16 Mirtus in sepulchris vel corona myrtea. significat Geniū & uoluptatem. vel sig. rem ipsam Veneream, idest viri & faeminae coitionem. nam myrtus est etiam illa caruncula subsultans in locis muliebribus ex qua concitatur voluptas. vnde myrtea corona in Sepulchris. significat amorem coningalem, vel significat ipsum coniugium.
Iulius Iacobinus in appendice de prisca Caesiorum gente. cap. 12.

17 Myrti, vt est illud Zachar. 1. & ipse stabat inter myrtos. significat Sanctos & fideles. Gouschelius libr. 6. Elocution. Sacrar. Scripturar.

E 18 Myr-

18 Myrtus, ut est Neemiæ 8. & Isa. 57. signific. ornamentum virtutis, & signific. homines habentes odorem bonorum operum. D. Hieronym. in Isa. 55.

19 Myrtus, ut est Isa. quadragesimoprimo, sign. homines, qui sciunt compati afflictionibus proximi. Lauret.

20 Myrtus sig. cogitationum temperiem, & mētis tranquillitatem. D. Greg. 18. mor. c 1.

21 Myrteta, ut est Zach. 1. sig. Angelos, Apostolos, & viros Apostolicos, & iustos, ac etiam mulieres, significat. etiam sacram scripturam, in qua latet Christus D. N. D. Hieronym. & Ruper. in Zach. 1.

1 MISSENUS interpretatur odiosa laus. ideo sig. inanem gloriam. sunt enim digni odio, qui virtutem negligunt, vnde solida laus habetur, & sequuntur tantummodo virtutis inania insignia, quæ ut plurimum illi sequi solent, qui in ciuili uita sese exercēt: nō enim recti honestiq; amore, sed gloriæ cupiditate laborant, quā dū assequi cupiunt, Rempu. sæpe perdunt, ex quo sequitur, vt sint odio digni.

2 Misenum a poeta fingi fuisse Hectoris comitem, signific. in rerumpubl. administratione inanem gloriam excellentioribus adhærere. Land. 4. Camald.

3 Miseni funus fuisse exequendum Aeneæ, prius quam ad inferos descenderet. sign. viro ad veri contemplationem tendenti omnino opus esse non modo inanem gloriam abijcere, sed eam penitus sepelire.

4 Misenū fuisse tubicinem. sig. inanis gloriæ proprium esse, ut res gestæ euulgentur, quod maximè vanagloriosi solent efficere.

5 Misenum fuisse filium Aeoli ventorum regis. sig. nil ventosius, & mobilius inueniri, quam ipsa sit inanis gloria, quæ non in solida virtute, sed in vmbra quadam suum habeat fundamentum. Land. 4. Camald.

6 Miseno neminem fuisse præstantiorē, ære ciere viros Martemq; accendere cantu sign. nullum aptius medium inueniri ad concitandos homines ad bella, quàm insanam quandam famæ, & gloriæ cupiditatem.

7 Misenum cum Tritone contendentem extinctum fuisse. sign. inanem gloriam, quæ a rebus caducis, & vanis prouenit, si cum vera gloria comparetur, quæ a virtute, & diuinis rebus acquiritur, statim extingui, & ab ea quasi obrui. Land. 4. Camald.

1 MISER & miserabilis sig. eum, qui longè est a beatitudine sua, sed tamen se esse miserum, & alienum a gaudijs non agnoscit. sicuti pauper, & inops sig. illum, qui est inanis, & uacuus ab operibus bonis. & cœcus sig. illum, qui nō videt uerum lumen, idest, qui non percipit verbum Dei. & nudus sig. illum, qui non habet iustitiam. Ioach. Apo. f. 97.

1 MISERICORDIA, vt est Hierem. cap. 16. propterea non dabo vobis Hanina, idest misericordiam. sign. Messiam. nam misericordia, uel pietas est eius nomen. Galatinus libro 3. cap. 11.

2 Misericordiam non abscondere, ut est Psal. 39. signific. prædicare miserendum esse inopum, & miserorum. huius contrarium est manum abscondere, ut est Prou. 19. Lauretus in uerbo abscondere.

3 Misericordiæ uiscera, ut est Zachar. sign. misericordem liberalitatem, & amicabilem beneficentiam, quibus Deus Ecclesiam prosequitur. V. sponsi vbera.

4 Misericordiam, & ueritatem præcedere faciem Dei, ut est ps. 88. sig. Deum per misericordiam in hac uita delere peccata, & per ueritatem in futura seruare promissa. Glossa interlinea. in psal. 88.

5 Misericordia, oleum, sal, aqua Iordanis, lignum, & farina, in sacris litteris sunt Synonima. Iacobus Gouschel. libro 1. Elocutio. sacrarum scriptu.

Misericordia. V. Adam 37.

6 Misericordia magna Dei frui. sign. Christi D. beneficio vti. sicuti misericordia parua Dei, sign. bonis terrenis abundare. Rupertus lib. 9. c. 22. de victoria verbi Dei.

1 MISIVS apud Chimistas sign. Asphaltum. Garland.

1 MISSA sig. illud Euangelicum conniuium in quo pater filio reuertenti occidit vitulum saginatum.

2 Missa sig. panem uitæ, & vinum, quod miscuit sapientia proponens.

3 Missa sig. omnia quæ per Christum D. N. & in ipsum gesta sunt, ex quo descendit de cœlo, & usque quòd in cœlum ascendit.

4 In Missa quicquid agitur ante secreta, sig. id qđ agebatur in priore parte templi Salomonis, & quicquid agitur in secreta, sign. illud quod agebatur in ea parte templi, quæ uocabatur Sācta Sanctorum.

5 Missæ confessio sig. sacrificium pœnitentiæ, tria enim sunt Ecclesiæ sacrificia. pęnitentiæ, iustitiæ, & Eucharistiæ.

6 Missę præfatio sig. sacrificium Iustitiæ.

7 Missæ actio sig. sacrificium Eucharistiæ.

8 Missa quæ celebratur hora tertia sig. quod in illa hora Christus ascēdit in crucem. & sig. quòd in hora tertia Spiritus S. super Apostolos in linguis igneis descendit.

9 Missa quæ celebratur hora sexta, sig. quòd Christus verè fuit crucifixus. nam in hora tertia a Iudæis uoluntate, & linguis destinatus fuit D. N. ad crucem, & ut aiunt sententiatus. hora vero sexta cruci affixus.

10 Missa, quæ celebratur hora nona, sig. quòd Christus ea hora emisit spiritum, & mortuus. Durā dus lib. 4. c. 2. Ration. & Michael Timoth. in sacrif. missæ q. 33. tra. 3.

11 Missam cantari uarijs horis, sign. quod in missa fit memoria passionis, mortis, sepulturæ, resurrectionis, & ascensionis, quæ uarijs horis gesta fuerunt, quæ missa cantatur in tertia sign. memoriam passionis, & ascensionis. post sextam sig. memoriam mortis, post nonam sig. memoriam

riam sepulturæ. in mane sign. memoriam resur rectionis. aliquando Missa dicitur inter unam horam, & aliam, quod significat Christum Dominum Nostrum in meditullio horarum crucifixum.

12 Missa quæ in media nocte cantatur in die Natalis Domini, sign. quod illi, qui fuerunt ante legem nō fuerunt illuminati aliqua lege, uel sig. quod panis, qui quotidie sacrificatur, & manducatur in altari, Christus D.N. in Bethleem media nocte natus sit. Durantes cap. 13. lib. 6. Vide Petrum Bongum, cap. de Ternario. fol. 104.

13 Missæ tres, quæ in die Natali D.N. dicūtur, sig. quod Christi D. N. natiuitas saluauit patres trium temporum, ante legem, sub lege, & post legem. Durand. li. 4. c. 1.

14 Missa secunda, quæ cantatur in diluculo diei natiuitatis D.N. sig. quòd ea hora D.N. in cunabulis adoratus est a pastoribus. & sig. quòd patres, qui fuerunt sub lege, habuerunt aliquam tulam lucem, & cognitionem Dei, sed non tantam quantam nunc habemus, uel sign. ꝙ sicut D.N. a Gebriele antequam nasceretur nunciatus est, ita ante initium diei illius natiuitatis missa cantatur, vel sig. ortum nouæ lucis. nōnulli vero illam canūnt de nocte, & sig. quòd pastores de nocte illa usitauerunt præsepe Domini Nostri.

15 Missa tertia, quæ dicitur in die Natalis sign. tēpus gratiæ: & dicitur tertia hora diei, ut sig. lucem venientem in hunc mundum, & hæc missa sig. veritatem natiuitatis D. nobis exhibitam. sicut secūda missa sig. promissionem antiquis factā de D. Natiuitate. & prima sign. æternam D.N. geniturum. Durand. vt sup.

16 Missas plures neminem debere regulariter eadē die celebrare, sed vnam tantum sig. Christum D.N. solum pro nobis passum esse. & sig. valde illum esse fœlicem, qui vnam missam dignè possit celebrare.

17 Missas quandoque posse tres celebrari, sig. Christum D.N. passum a linguis insultātium, a manibus verberantium, & a clauis crucifigentiū, uel sig. ꝙ Christus D. a patribus sit gestibus immolatus, a prophetis uerbis sacrificatus, & a patre, & a seipso realiter oblatus.

18 In Missa sacerdotem vti tribus linguis Hebræa, Græca, & Latina, sign. quòd in tribus illis linguis scriptus fuit titulus crucis, uel sign. quod omnis lingua, quæ per has tres intelligitur Iesum Christum laudare debet, ꝙ hæ tres sint cæteris alijs nobiliores Hebrea propter legē. Græca propter sapientiam, Latina propter nobilitatem Imperij Romani.

19 In Missa quā summus Pont. celebrat in quibusdā solemnitatibus legi Euangelium, & Epistolam Latine, & Græce, significat utriusque populi sub una fide coniunctionem, siue sign. quòd Ecclesia constat non solum ex Latinis, sed etiā ex Græcis.

20 Missæ introitus sig. chorum prophetarum, usq; ad Zachariam, & Ioannem Baptistam.

21 Missæ chyrieleison, sig. prophetas, qui circa Domini nostri aduentum fuerunt, ut Zacharias, & Ioannes.

22 Missæ Gloria in excelsis, sig. cœtum angelorum anunnciantium gaudium natiuitatis Domini Nostri.

23 Missæ prima collecta, sig. quādo D. N. anno 12. ascendit Hierosolymā, & disputans stetit in medio doctorum audiens, & respondens.

24 Missæ epistola sig. Ioannis prædicationem.

25 Missę Epistolæ responsorium, sig. beneuolentiā Apostolorum, s. quomodo a D.N. uocati eum secuti sunt.

26 Missæ alleluia, sig. lætitiam mētis Apostolorum, quam habebant de promissionibus D. vel de miraculis, quæ per eum, uel per nomen eius fiebant.

27 Missæ Euangelium sign. tempus a prædicationę Dom. Nostri, usque ad tempus prædicationis Ioannis.

28 Quæ in Missę officio ab Euangelio aguntur. sig. tempus, quod fuit a Dominica in qua pueri obuiauerunt D. Nostro, usque ad diem Penthecostes.

29 Missæ oratio secreta vsque ad, Nobis quoq; peccatoribus. sig. illam orationē, quam D. in monte Olìueti exercebat.

30 Missæ reliquum ab Nobis quoque peccatorib. sign. tempus illud, quo D. Noster iacuit in sepulchro.

31 Quando in Missa panis in uinum mittitur, sign. animam D.N. ad corpus suum redire.

32 In Missa salutatio, quæ fit post panis in uinum missionem, sig. salutationes a Christo D. discipulis factas.

33 In Missa fractio panis sign. fractionem panis factam a D. N. in Emaus cum apparuit duobus discipulis.

34 Missa cathecuminorum dicitur ab introitu missæ, usque post offertorium. & sign. quòd post offertorium cathecumeni foris de ecclesia mitterentur: & illud significat. quòd licet cathecumeni sint in fide instructi, nondum tamen sunt renati, & ideo non sunt de corpore Ecclesiæ.

35 Missa fidelium dicitur ab offertorio, usque post communionem, & sig. quòd tunc communione, scilicet expleta, fideles ad domum mitterentur.

36 In Missa, illa verba, Ite missa est, sig. vnūquēque ad propriā domum remeare posse, uel sig. vnūquemque Christū sequi debere, quia missa, & oblata sit hostia salutaris pro nobis ad Deum patrem.

37 Missæ canonē sub diuidi in quinque partes, sig. in cruce factam quinariam sanguinis D.N. effusionem. Duran. li. 4. c. r.

38 In Missa hostiā in tres partes frāgi, sig. sacrificiū fieri propter tres status Ecclesiæ, s. militantium, triumphantium, & in Purgatorio ardentium. Michael Timoth. in sacrifi. missæ, quęst. 41. tract. 3.

39 Missæ tres, quæ in die Natiuit. D. celebrantur,

sig. tres Christi Domini natiuitates diuinam, humanam, & Gratuitam primam Missa, quæ dicitur in media nocte, sign. primam natiuitatem, diuinam scilicet nobis esse occultam iuxta illud Generationem illius quis enarrabit? secunda cantatur in aurora, & signific. natiuitatem humanam, quæ partim fuit occulta, & partim manifesta, & tertia dicitur in die, & signific. natiuitatem gratuitam, quia natiuitas gratuita est manifesta, in qua Christus Dominus per affectum concipitur, per effectum nascitur, & per amorem perfectum nutritur. Michael, vt supra. Quæstione 46. tractat. 3. Vel

40 Missæ tres quæ dicuntur, ut supra. signific. statum triplicem, ante legem, sub lege, & statum gratiæ. Missa, quæ dicitur in nocte, signific. statum ante legem, & ideo in ea cantatur populus gentium, qui ambulabat, in teoebris. Missa quæ cantatur in aurora. sign. statum sub lege in quo Christus Dom. partim propter legis dicta, & pp Prophetas incipiebat Sciri, & partim velabatur figuris, & vmbris, & ideo inter diem & noctem cantatur, lux fulgebit hodie. & Tertia quæ cantatur iam die claro, signific. tempus gratiæ. Vnde dicitur puer natus est. Michael ut supra. Quæstione. 47. tractat. 3.

41 Missæ Introitus, sig. Christi D. introitum in mundum, vel signific. Sanctorum patrum desiderium in quo suspirabant ad Christi D. præsentiam quam optabant, & dum canitur introitus, Sacerdos egreditur e Sacrario, & uadit ad Altare, & hoc cum cantu, & sono, ut signifi. clamorem, & desiderium sanctorum patrum clamantium emitte agnum Domine &c. Michael, vt supra Quæstione 57. tractatus 3. Vel

42 Missę Introitus, sig. incoatiooem boni operis, & Ideo duplicatur, ut signific. declinandum esse à malo, & faciendum esse bonum. Michael vt supra Quæst. 58. tractatus 3. V. Introitus Missæ. t.

1 MISSALE quod ponitur super Altare ad dexteram partem oon prius aperiri a Sacerdote, quam accesserit ad Altare, signific. Christum D. quem sig. sacerdos prius accessisse ad populum Iudæum quem sigo. altare, & postea accessisse ad Gentiles quos sig. Missale: Ideo sacerdos prius accedit ad Altare, & postea ad Missale. Michael Timotheus in Missæ Sacrif. Quæstion. 77. trct. 3.

2 Missale sig. Rationale, quod ferebat sacerdos legis super pectus, in quo rationale erat doctrina, & ueritas, quod sig. in Sacerdote debere esse in ore doctrinam, & in corde ueritatem, & hac de causa quando Pontifex creatur, portat Missale super pectus, vt sign. se habiturum in ore doctrinam, & in corde veritatem. Michael Timotheus, in Sacrif. Missę. Quæstio. 107. tractat. 2.

3 Missale ornari, ut plurimum auro, argento, & lapillis præciosis, sign. illud referre Rationale Sacerdotis legis. Vel secundum Rabanum, signi. per aurum splendorem sapientiæ, per argentum sig. Eloquentiam, & per lapillos, sig. uarietatem miraculorum. Michael ut sup. Quæstio. 108. tractat. 2.

1 MISSENVM promontorium Italiæ prætergressus est Comer primus Iapeti natus cū primū, in Italiam appulit, signific. Comerum errasse & rem sibi commodiorem præterisse. Missen enim in prima lingua, signific. errare, & rem commodiorem præterire. Io Goropius in uertumno. f. 31.

1 MITHRAS apud Persas erat nomen solis, quē pro Deo ipsi adorabant. v. uir. 502. & non solum Mithras siue Mithir denotat nomen solis, sed est nomen generale ad exprimendum digoitatem illorum sacerdotum, qui in cuiusuis Dei vel templi Sacerdotum collegio essent summi, ut apud nos sunt Episcopi, vel summi Pontifices, & forsan ab hoc nomine mithir siue mithras deductum est nomen mitrarum siue mitriarum, quibus tur Episcopi. Gabriel Simeonus in Apologia Generali.

1 MITRA qua vritur Episcopus, signific. Scientiam, quam Episcopus habere deberet. Aemarus libro de Ceremonijs Missæ capitulo quinto.

2 Mitræ duo cornua, sign. testamentorum duorū scientiam. anterius signi. scientiam noui, & posterius sign. scientiam ueteris. Michael Timotheus in Missæ sacrificium. Quæstione 8. tractat. 1.

3 Mitra alba ex lino, signific. Castitatis candorem, & mundiciam. Michael ut supra. Mitræ nomen V. Mithras.

MITTATRON qui est princeps facierum, cuius est officium introducere amicos Dei ad faciem, & presentiam ipsius, a quo Moses habuit gratiam loquendi Deo facie ad faciem, ut in numeris legitur, signi. Archangelum Michaelem, qui datus a Deo fuit Ducem, ut pugnaret cōtra eius aduersarios, & quando opus esset introducere eum ante faciem Dei. Archangelus Burgonouensis in primo dogmate Cabalistico.

1 MITTI a Deo: fuit homo missus a Deo, vt est Ioann. 1. signific. docere ea, quæ didicit a Deo. Goropius libro 3. Elocut. Sacr. Scrip.

1 MIZADIR, signific. Sal armonicum. V. Almizadir. t.

1 MNAS decem acquirere, ut est lucæ. 10. sig. legis mystica percipere, & moralia documenta probitatis. D. Ambro. in Luc. 19. & Lauretus in verbo acquirere.

1 MOABITAS prohibitos ab Ecclesia Dei, sign. infames Deo displicere, nati erant enim a patribus cum filiabus Iacentibus. Francis. Geor. 51. to. 2.

2 Moab non abijsse in transmigrationem, ut est Ierem. 48. signific. peccatorem non transeuntem a statu peccati ad statum gratiæ, sed perma-

permanentem in peccato. Lauretus in verbo abire.

3 MOAB absćondens fugientes, vt est Isai. 16. sign. gentilitatem recipientem prædicatores à Iudæa recedentes. D. Hieron. supra Isai. 16. & Lauretus in verbo abscondere. vel sign. Deserta quæ recipiunt eos qui deserunt seculum. vel significat Ecclesiam, quæ recipit pœnitentes. vel significat seculares recipientes religiosos. uel significat eos qui prius desendebant hæreses sed postea resipiscentes, prolequnt eos qui secum errabant reductos ad ueritatem.

4 Moab incendens ossa Regis Idumeæ usque ad cineres ut est Amos 2. significat Iudæos & Hæreticos, qui sensus Regios in litera lateotes quibusdam Genealogijs & traditionibus superfluis coeruant, comminuunt & quasi in pulurem redigunt. & sign. illos qui scandala suscitant ut alios peccare faciant. Lauretus in uerbo accoedere.

5 Moab humerum a Deo aperiri ut est Ezechiel 25. significat tolli & dissolui fortitudinem & rationes dialecticas philosophorum. D. Hieron. Ezech. 25.

6 Moab ut est Psalm. 59. moab olla lauacri mei. sign. Gentes. Gouschel. lib. 6. f. locut. Sacrar. script.

7 Moabitarum uocem exaudiri usque ad Iaser, ut est Isai. 15. significat detestari errores & traditiones hæreticorum, quibus prius aliquis adhæserat. Diuus Hieronymus Isai. 15.

1 MOBILE primum in armonica mundi con concordantia. sign. ipsum primum motorem. Georg. Venet. Arm. f. 68.

2 Mobile primum sig. ignem elementum. Geor. Venet. arm. f. 73.

3 Mobilis primi motus. sig. animi motum. sicuti cœli stellati motus. sig. corporis motum. & planetarum reuolutiooes. sig. motum uirium existentium ioter corpus & animum. Geor. Venet. arm. f. 116.

1 MODICVM tempus de quo Aggeus 2. vt Dominus moueret cœlum & terram. sig. illud interuallū quod fuit ab ipso Aggeo ad D.N.I. natiuitatem & mortem. Quod spatium fuit circa 531. aonorum nam Aggeus fuit contemporaneus Zorobabel. Et Iesus losedech. f. 6. p. 149 2. 3. errat f. 6. in numero anuorum cum dicat quadringentos tantum annos fuisse. Vbi aduertendū quod illa prophetia sig. Christi D.N. aduentum fuisse futurum antequam Domus illa secunda euerteretur, quę post Christi D.N. mortem anno 42. euersa est ita vt D. N. prædixerat, ut non relinqueretur lapis superlapidem. Galat. de hac re lib. 4. cap. 9.

1 MODESTIA quæ oos monet ad necessitatem & non ad uoluptatem rebus uti. Vide Agnus 19.

1 Sedere super Modium. v. Chenix.

2 Modius vel patens vrnula, vel ciathus uel calathus, vel quidquid humoris, vel solidorum est corporum capax. in capite serapidis positum. sig. frugum opulentiā. Serapidis enim habēbatur prouentuum numen. Valer. f. 406.

3 Modius in diuinis literis sig. dogma & doctrinā quam Iudęi profitebantur ueritatis lumen sub eo recondentes. vnde D. N. iussit lucernam oon ponendam sub modio. quod sig. ueritatē nullo modo celandam esse: sed cunctis ut luceat aperiendam. Valer. f. 406.

4 Modio paleæ demensæ. apud Zenonem sig. Dialecticam. quòd eam iustis quidem mensuris omparare, quibus tamen non frumentum sed paleæ fimumque metirentur. Val. f. 406.

1 MOCHARI io lapide. sig. cordis duritiam sequi.

2 Mochari in ligno ut est Ier. 3. sig. carnis voluptatem sequi. Lauret. in uerbo adulter.

1 MOISEM transiisse spetiés per septem sephiroth & nunquam potuisse peruenire & transire Binàh. Sed cum cò peruenisset habuisse oppositam suę faciei superiorem coronam & chochma. neque Deum locutum sed per Angelū medium nomine mithathron. sig. illum peruenisse ad numerum & gradum 49. qui est gradus & numerus remissiooís sed non ad maximum iubileum qui est 50. soli Messiæ reseruatum. Iulius Camillus f. 64.

2 Moises obsecrans in monte pro populo pugnante cum Amalechitis tenens brachia extensa in crucis figuram. significat in cruce futuram uictoriam de inimicis: nam dum brachia formabant crucem, populus Israel uincebat: si uero remittebantur brachia ita, vt non effingerent crucem, populus Israel uincebatur. Paradinus libr. de Symbolis Heroicis. fol. 12. v. crux.

3 Moisem auxilio dexteræ suæ commutatæ, & miraculo virgæ in serpentem conuersæ liberasse populum, sigoific. fide incarnatiooís uerbi Dei adiutum illud peregisse: nam miracula, quæ fecit Moises, dum populum tirannide Pharaonis liberauit, signific. incarnationis Christi Domini Nostri misterium, quo & diabolus depositus est, & humana natura liberat est. Gregorius Nisseous in Moises vita.

4 Mosis dexteræ commutatio e sana in leprosam, & ex leprosa in sanam, sig. illud quod scriptum est: commutatio dexteræ excelsi, est enim dextera Dei Christus D.N. qui homi nem assumendo, licet quoad diuinitatem nullo pacto mutari queat: tamen propter imbecillitatem nostram assumpam commutatus dicitur, sed quoties manus Mosis in sinum illius remittebatur fiebat sana, & quoties e sinu e mittebatur uidebatur infirma, signi. Dei filium in sinu patris existere in sua natura, cum uero e sinu patris ad oos descēdit, quamuis ipse sua oatura sit immutabilis cōmutatū tñ dici, & rursus postq̃ sanauit nostros morbos naturamque nostram in sinum suum reduxit, idest ad patrem: tunc ipse noo amplius mut atus est, qui impassibilis atque incommutabilis est. Gregorius Nissenus in uita Mosis.

5 Mosis virgæ in serpentem conuersio, sign.incarnationem verbi Dei, quod pro nobis peccatũ factum est.serpens enim sig. peccatum, & qui factus est peccatum, factus est serpens, ut serpentes Aegyptios deuoraret,qui sign.peccata, vt cum eos deuorasset, rursus fieret virga, qua delinquentes castigantur, & boni sustẽtantur. Greg. Nisenus in vita Mosis.

6 Moysi id nominis ab aquis inditum. sign. illum orbi vniuerso humanarum, & diuinarũ rerum doctorem in æteroum futurum. Valerianus fol.281.

7 Mosis vxor alienigena, & marito chara eum sequens.sig.moralem, & naturalem philosophiã vitæ sublimiori sociam fieri, dum tamen eius partus circumcidantur, qui sign.opiniones in philosophia erroneas: vt animas transire de corpore in corpus. Deum ex nihilo mundum non fecisse: & alia multa id geoeris. Greg. Nisen.vt supra.

8 Mosi diuinitus oblatus frater cum ad Pharaonẽ iret sig. nobis ad virtutem properantibus diuinum mitti patrocinium.frater enim sig. Angelum bonum, qui nos semper hortatur ad bonum. & sicut Deus immisit fratrem Mosi, sic Diabolus ei aduersantem parauit, qui sig.angelum malum,qui nostram naturam semper corrumpere tentat,& hominem ad malè viuendũ impellit.Greg.vt supra.

9 Moisem antequam non esset confirmatus non potuisse duos homines contendentes conciliare.factum vero virtute firmum,tot millibus hominum ducem perfectum esse. sig. ominẽ ad alios instruendos accedere debere, nisi prius per virtutem sibi authoritatem coociliarit.Grego.vt supra.

10 Mosi virtute firmato, & iam authoritatem adepto contentiooes cum Pharaone paratas fuisse.sig.tentationes homioem vel meliorem, vel si cedat deteriorem efficere. multi.n. in tentationibus fiunt firmiores, multi verò frangũtur aduersis.Greg.vt sup.

11 Moisem occidisse primogenita Aegyptiorũ, sig. virum bonum debere primas cogitationes, & prima peccandi initia, ac vias primas radicitus tollere.Greg.vt sup.

12 Moisi dictum a Domino, quod clamas, cum tamen voce nihil inclamaret.sign. cordis uocem magis apud Deum audiri, quam oris. puritas enim cordis plus a Deo exauditur, quàm oris clamor.Greg.vt supra.

13 Moisem,& Hebræos post tertium diem a maris transitu deuenisse in locum, vbi erant aquæ amaræ in quibus posito ligno amaritudo in dulcedinem est conuersa.sign. illos, qui in baptismo voluptatibus renunciarunt Christi D. N. iugum primo durum, & amarum sentire: sed postquam Resurrectionis mysterium in corde penetrat, quæ erãt amara statim dulcia redduntur. Greg.vt supra.

14 Moisem deduxisse Hebræos ad loca,vbi erant septuaginta palmæ pulcherrimæ, & duodecim fontes.sign.post baptismum,& fidem resurrectionis ad Euangelicam doctrinam deueniendum: nam 70.palmæ sign. septuaginta discipulos: & duodecim fontes sig.duodecim Apostolos.Greg.vt sup.

15 Moises sig.ex aquis sumptum, sed ex aquis illis, quæ ex vno & quatuor fluuijs, qui prouenium a fonte paradisi: sed tu attende, quod Mosch per reuolutionem sig.Hasem,quæ sig.id ipsum nomen,aut virtutem eius, quæ peculiariter data est ei nomen dico magnum Dei,quod Mosi reuelatum fuit, quod oomen est tetragramma too illud sanctissimum Iehoua.Franc. Georg. probl.311.

16 Mosem prius occidisse Aegyptium, & sub sabulo occultasse, quàm ad opera Dei peruenisset, sig. hominem animalem prius mortificãdum, & quodammodo sepeliendum,antequam diuina tractemus; vel sig. illum fuisse suppositurũ Aegyptum, & traditurum Aegyptios in arena maris,vbi locus sit conueniens dæmonibus, & spiritibus magicæ inseruientibus: vnde spiritus eiecti solent relegari ad deserta maris. Frã. Geor.p.312.

17 Moisem detraxisse sibi calciamentum dum esset in loco sancto coram Deo sig. vetus, & fœdatum calceamentum affectus deponendum,dũ vellet liber,& muodus diuinis, & Deo vacare. F.G.p.316.

18 Moisi datam fuisse a Deo virgæ conuersionem in serpentem, & è conuerso.sign.omne negocium,quod difficile videatur facilè fore si diuina virtus assistat, vel sig. genus humanum per serpentem delusum,rursus in propriam dignitatem & naturam per secundum legislatorem reducendum esse, uel sign.omne opus diuinũ in terra proiectum horridum apparere,sed iussu Dei resumptum reddi suaue. Franc.Georg. prob.325.

19 Moisem dixisse Deo mitte, quem missurus es, sign.Deum fuisse missurum redẽptorẽ Christum I.D.Nostrum. Exod.c4. Franc.Georg. probl.326.

20 Moisem habuisse omnia signa mortis, dum iret in Aegyptum signifi. illum fuisse moriturum, quòd non circũcidisset puerum: quod animaduertens Zipora illius vxor puerum circũcidit, & Moyses factus est saluus. Franc.Georg. proble.327.

21 Moisis pedes sanguine pueri circuncisi illitos a Zipora illius vxore. sig. per sanguinem omnia munda fieri,uel pedes, qui affectus sign. & ob hoc quasi liberatus a morte propter illum sanguinem Moyses,haberet eum Zipora quasi nouum sponsum. Franciscus Georgius problema. 328.

22 Moisem datum Deum Pharaoni,& Aaron datũ Moysi interpretem. sig.regiæ potestatis esse cõdere legem supra præuaricantes, & sacerdotalis esse facultatis eam ipsum legem interpretari.F.G.p.330.

23 Moisem postquam locutus est cum Deo, factũ fuisse blesum,& quasi elinguem.sign. vel illum dubitasse de Deo,& ideo dedisse pœnam erroris

tis fui, vel fig. illum non fuisse idoneum ad exprimenda arcana illa, quæ non licet homini loqui. F.G.p.332.

24 Mosi declaratum fuisse nomen Dei patrib. non indicatum, fig. ob illud Moysi dandam legem cum omnia verba legis ab illo nomine deducta sint, uel fign. quod cum Aegyptus esset ab eo debellanda, opus esset illum habere nomen in cuius virtute ipse posset superare intelligentiam Iouis Ammonij, quæ præsidebat Aegypto: quę virtus superandi Ionem mmAonium tantummodo consistebat in nomine quadrilitero, ipsi Mosi reuelato. Franc. Georgius proble. 333.

25 Moisem allisisse omne robur Aegyptiorum in mari. fign. illum tunc explicasse sanctissimum nomen quadriliterum inter septuaginta duas literas, quibus facti sunt septuagintaduo nomina Dei trilitera, per quæ populus Hebręus postea prostrauit omniũ septuagintaduorũ populorum, & idiomatum cæteris inferioris virtutem; vnde pauci Hebręi multos alios semper nincebant, nisi cum Deus illis succenseret. Frã. Geor. p. 334.

26 Moisem vicisse tam multigenos hostes, & locutum fuisse facie ad faciem Dei. fig. illum habuisse Angelum Michaelem, qui pugnaret contra illos hostes, & fign. illum habuisse Mitatron principem facierum, qui cum opus esset intro duceret Moisem ante Deum, in quo Mitatro fuit nomen Dei, uel virtus diuini nominis, cuius uirtute Moises collisit omnes hostes. Fran. Geor. p. 343.

27 Moise sedente super lapide, & tenente manus elatas ad cęlum inter Aaron, & Hur, Amalech vinci. fig. orantem super petra, qui est Christus D. N. I. cum virtute, & intentione ad cœlum in consensu duorum, uel trium omnia a Deo impetrare, & omnia vincere, iuxta illud, vbi fuerint duo, vel tres in nomine meo in medio eorũ sum, & quicquid petierint in nomine meo dabitur illis. F.G.p.355.

28 Moisem fregisse tabulas legis. fign. filios Israel per idolatriam totam legis seriem, & præceptorum a vero cultu dependentium iam tum fregisse. F.G.p.365.

29 Moisem uoluisse deleri de libro uitæ, ut Deus parceret populo. fign. virum Deo fidelem antepnnere gloriam Dei, quibus uis proprijs cõmodis, uel ipsi æternæ saluti. Franc. Georgius probl. 367.

30 Moisem optasse uidere gloriam Dei, fign. illum desiderasse cognoscere diuini regiminis prouidentiam, cum tot perditis omnia ferè pro noto succedant, bonis uero aduersentur. Franc. Geor. p. 369.

31 Mosi omne bonum a Deo demonstratum fign. Moisem uidisse, quod omnia quæ facit Deus sunt bona, & cum ratione facta; vnde cecinit 13. illas mensuras diuinæ pietatis, quas qui benè nouerit cognoscit omnia a Deo summa cũ ratione, ac prouidentia fieri. Franc. Georg. proble. 370.

32 Mosi non faciem Dei, sed posteriora demõstrata fuisse, fig. faciem Dei, quæ est essentiæ, nemi nem vnquam vidisse, nec vnquam uisurum quemquam. & est alia facies Dei, quæ fign. rationem causæ, uel voluntatis Dei, cuius ratio cum sit occulta, nullus videt eam. posteriora verò Dei, quæ fign. Dei quas vocant vestes, & has uidit Moyses. posteriora Dei fig. quoque effectus diuinæ uolũtatis, & hos uidit Moises. & vident sapiẽtes. facies uero quam uidit Moises est facies præsentiæ Dei, ad quam uidẽdam opus illi fuit Mitatron principe facierum. Frã. Geor. p. 371.

33 Moisem non dixisse liber generationis Adam, nisi post natos Seth, & Enos cum antea habuisset, & Chaim, & Abel, fig. non in Chaim ueque in Abel futuram generationem Adã, per quã mundi fabrica a Deo fuisset facta, sed per eam vnde filius Dei carnem erat assumpturus. Frã. Geor. p. 73.

34 Moisem iussum fuisse stare in petra, ubi multa arcana uidit, fignifi. Mosi opus fuisse manere in Christo D.N. in cuius uirtute uidit arcana illa. vel fig. eos, qui arcana Dei uidere uolunt oportere per mentis raptum, uti petram insensibiles fieri. F.G.p.373.

35 Moisem prohibitum introducere populum in terram promissionis, fig. errantem in opere a Deo commisso, numquam expertem a pœna dimitti, nisi prius errore purgato, vel fign. eos, qui per gratiam operari debent, si per iudiciũ operentur, numquam sine pœna abire. Franc. Geor. p. 384.

36 Mosi ostensam fuisse terram promissam in uertice Nebo. fig. illum non potuisse oculis corporeis promissam terram uidere, sed in spiritu prophetiæ uidisse. Franciscus Georgius proble. 398.

37 Moisem non introduxisse populum in terram promissam, sed Iosue fig. Christum D.N.I. nõ introduxisse populum in regnum cęlorum dũ esset mortalis, sed post mortem resurgens factus immortalis Saluator, quem Iosue fign. sic Moses non uiuens, sed post mortem in spiritu per medium Iosue introduxit. Fran. G. p. 399. V. prob. 239. t. 2.

38 Moisem mortuum in uertice montis Nebo, fig. illum tantum corpore occidisse, sed viuum spiritu permansisse, quòd prophetia post mortẽ remanet prophetæ, & Nebo fig. prophetiam. F.G.p.400.

39 Moisem sepultum fuisse non in ualle, ut habet vulgata æditio, sed in Gai, quæ uox habet duas literas Gimel, & Iod, quæ fign. tredecim, per Ghematariam, qui numerus fign. mensuram pietatis, & clementiæ Dei, quas deprompsit ipse Moses, quanto illi stanti in petra Deus ostẽdit omne bonum, & eius corpus fuisse sepultũ in illis mensuris pietatis, fig. illum transmutatũ fuisse in sortem spiritualẽ, ut nos omnes transmutabimur in resurrectione. Franc. Geor. proble. 400.

40 de Mosis corpore factam fuisse altercationem inter

inter Michaelem, & diabolum sig. Michaelem constitutum super animas suscipiendas, sicut diabolus est constitutus ad suscipienda corpora, & quia Hazazel diabolus uolebat, & Moisis corpus, & Michael illius quoque curam gerebat, quòd in eo iam splenduisset gloria Dei, & purificatum esset, & diabolus non posset in eo corpore imprimere terrorem, & horrorem, ut faciet in alijs cadaueribus, uictoriam cessit. F.G.p.401.

41 Moisem a grege ouiũ in legislatorem a Deo uocatum fuisse, sig. eum, qui sciat pascere, & regere hominem suum animalem, esse dignum cui tradatur cura hominis spiritualis. Fran. Geor. prob. 43. t. 2.

42 Moisem duxisse vxorem de Madiam, quæ uox interpretatur de iudicio. sign. Moisen futurum iudicem non tantum populi Israelitici, sed etiam Pharaonis. Franciscus Georg. problema. 44. to. 2.

43 Moisem fuisse testem una cum Helia in transfiguratione D.N. & ei cessisse, sig. legem, & prophetiam adimpletam fuisse in Christo N. D. & illi cessuras fuisse, Franciscus Giorgi. p. 60. to. 4.

44 de Moisis corpore factam fuisse contentionem inter Diabolum, & Michaelem, sig. bonos Angelos conari traducere corpus in obedientiam spiritus, vt utrumque fiat saluum, & malos Angelos tentare, vt Spiritus subijciatur carni, vt ambo pereant Franciscus Georgius p. 89. to. 4.

45 Moisem ex fragmentis duarum tabularum, quæ erant Saphirinæ dorsum suum ditasse, vt est apud secretiores Theologos, sign. ea cęlestia dona, quæ toti populo debebantur, ad Moisem solum deuenisse, cum ipse populus se illis indignum præbuisset. Franciscus Georgius p. 358. to. 6.

46 Moisem ex petra medio uirge aquas extraxisse, sig. illum, qui in baptismo uitia mortua reliquit, & postquã ob lignum crucis sibi omnia dulcia fecit, & abundanter ex fontibus apostolicis bibit per virgam fidei, bibere de petra, quæ est Christus, aquas salientes in uitam Gregorius Nisenus in Mosis uita.

47 Moisi & Hebræis post transitum Maris post conuersam aquam amaram in dulcem post duodecim fontes, & septuaginta palmas, & post aquas e petra elicitas omnia uiatica, quæ ex Aegipto attulerant de fecisse, & nouum genus sibi de cęlo datum vnum simplex, se pro ut quisque sibi optaret, sign. quòd oporteat fide baptismate labore omni uirtute omni Euangelica doctrina mũdos purosque animos nostros facere ita, ut cibus Aegypuacus vitiorũ scilicet turba deficiat, & depurato ac defecato animo cibum cælestem suscipiendum esse, corpus scilicet D.N. in Sanctissimo Sacramento, qui est verum manna, & panis, qui de cœlo descendit, & qui vnicuique ita sapit, sicuti capit assumens. Gregorius Nisenus in uita Mosis.

48 Moisis manuum, in altum sublatio, sig. accõmodationem legis ad Altissimos sensus, sicuti demissio, manuum, signific. humilem terrenam literalemque legis obseruationem. Gregor. ut supra.

49 Moisis manus a Sacerdote sibi cognatione coniunctũ sustineri auxilio petræ. sig. Sacerdotum auxilio gratiæ sibi concessæ vtens in altum reducere sensum legis, qui ob duriciem cordis iudaici deiectus erat in terram, & ne omnino cadat lapide sustentare, & ut rector per extensionem manuum consistens sensum spirtualẽ suum respicientibus ostendat. Nam vere ijs, qui in legem respicere possunt, crucis misteriũ vndiq; patet, ut Euangeliũ, quoq; dicit Iota, & apicem a lege non præterire, transuersam lineam, & perpendicularem ac recta quibus figura Crucis describitur per Iota, & apicem, sig. quæ res in Moise tunc conspecta, qui pro lege ipsa ponitur, victoriã respicientibus præbuit. Gregor. ut supra.

50 Moisis uirga uersa in serpentem, sig. disciplinam rectam mollitam esse & quasi emasculatam, in affectus, & voluptates libidinosas, quas sig. serpens, sed rursus serpens manu captus, & in uirgam conuersus, sig. uoluptatem in disciplinam versam, quam disciplinam, sig. virga, Valerian. f. a 50.

51 Moises & nubes, qui deducebant populum in deserto, sig. ille legem, & ista Spiritum sanctum quibus ducibus duobus homines ad uirtutem deducuntur.

52 a Moise & nube populũ per mare deductum saluum & hostibus submersis, signific. Spiritum Sanctum, & legem in aquis baptismi interfecisse vitia.

53 Moisem non deduxisse populum ad Montem priusquam transisset mare, aquas amaras bibisset ad 72. palmas, & mãna comedisset, & infestis manibus cum hoste vicisset, & ipse Moses manus suas in crucis figuram eleuasset, quibus elatis populus vinceret, & depressis vinceret; deinde ad ipsum montem tandem peruenisse, sign. homines non posse ad speculationem supremæ naturæ, quam sign. mons deuenire, nisi prius in baptismo facti mundi, uitam a uitijs alienam uiuant, & in Euangelica doctrina recreentur & bibant de petra, qui est Christus, & cibentur Sanctissimo Sacramento, & inimicos per crucem uincant, tunc demum ad speculationem adducuntur illius supremæ naturæ, ad quam non animi tantum, & corporis aspersionibus quibusdam depurgati, sed uestium quoque deducit mundicies. Gregorius Nisenus in uita Mosis.

54 Moisi cõmissum a populo, ut ipse per se ipsum, in monte illam diuinam uocem audiret, & secreta illa perciperet, quæ ipse populus neq; audire neque percipere poterat, sed populum postea ipse illa doceret, sig. in Ecclesia non omnibus committendam misteriorum cognitionem sed emultis eligendos esse quibus doctrina diuinarum rerum traderetur, quibus cæteri audi-
tum

tum cum obedientia præberent. Gregorius Niſenus, ut ſupra.

55 Moiſem intromiſiſſe ſe in caliginem, & Deum in ea vidiſſe in monte, & eundem Moiſem antea in luce eundem Deum vidiſſe, ſig. hominis mentem ſemper ad maiora, & perfectiora procedere, quanto enim magis ad Dei ſpeculationem accedit, tanto magis perſpicit, quod diuina natura inuiſibilis atque incomprehenſibilis eſt. Nam cum reliquerit non ſolum omnia, quæ ſenſu percipiuntur, uerum etiam quæ mente inſpiciuntur ac ſemper ad interiora progre diatur tum caligine undique homo circumſeptus in inuiſibili & incomprehenſibili Deum videt, in hoc enim conſiſtit Dei uera cognitio, in hoc eſt eius uiſio, vt uideat, quod uideri non poſſit, quod omnem cognitionem cognitio eius excedit, quaſi caligine quadam ipſa incomprehenſibilitate vndique contenta. Gregor. Niſenus ut ſupra.

56 a Moiſe indita fuiſſe ueſtibus ſacerdotis hæc tria nomina, iudicium rationale, & veritas, ſign. ſacerdotes debere animam ornare iudicio ratione & veritate. Gregor. Niſenus ut ſupra.

57 Moiſes & Aaron. ſig. D. Paulum, & Barnabam. Ioach. l. 2. c. 29. l. 3. tar. 2. ca. 1.

58 Moiſen impoſuiſſe manum Ioſue, ſign. Spiritum ſanctum accipere aliquid a filio, inxta illud, ille me clarificabit, quia de meo accipiet, nam Moiſes, ſig. filium, & Ioſue, ſig. Spir. S. Ioach. lib. 3. c. 12. concor.

59 Moiſem natum iu Aegypto & interfecto Aegyptio indeſertum tranſiſſe, ſign. D. N. relicto in pasſione hoc mundo ad patrem tranſiſſe morte extincta, & deleto Chirographo peccati. Ioachim. lib. 3. cap. 14. conc.

60 Moiſem tranſiſſe incolumen per mare rubrum, ſignifi. Domini Noſtri reſurrectionem a mortuis. Ioach. li. 3. concor. c. 14.

61 Moiſem anno quadrageſimo in montem aſcendiſſe, & Ioſue manus impoſuiſſe, ſig. dies quadraginta, poſt quos D. N. aſcendit in cœlum, & Apoſtolis leuatis manibus eum benedixiſſe Ioach. vt ſup.

62 Moiſem famulũ Domini egreſſum de Aegypto & ingreſſum eſſe in deſertum, ſig. D. N. I. egreſſum de populo Iudęo, & ingreſſum in gentes. Ioach. vt ſup.

63 Moiſem & populum Hebræum manſiſſe annos 40. in deſerto ſig. tempus plenitudinis gẽtium. Ioach. vt ſup.

64 Moiſem anno quadrageſimo defeciſſe, & in eius locum Ioſue ſubſtitutum ſign. quòd completa quadrageſima generatione, quæ finiuit anno D. M. 1230. commutandum fuiſſet ſtatũ Eccleſiæ de Lya in Rachel, & de verbi eloquentia in ſpiritualem intellectum, de frõdium pulchritudine in ſuauitatem pomorum. Ioachim, vt ſupra.

65 Moiſes, & Aaron ſig. D. D. Petrum & Paulum, & Iannes, & Mambres, qui reſtiterunt in miraculis Moiſi, & Aaron, ſig. Simonem magum, & Elymam, qui reſtiterunt D. Petro, & D. Paulo. Ioachim in Apoca. fo. 1.

66 Moiſes ſig. Deum patrem. ſicut Ioann. Baptiſta, ſig. Deum filium. & Helias ſign. Deum Spir. S. Ioach. in Apoc. f. 13.

67 Moiſes ſig. ordinem doctorum propter ſcientiã & doctrinam. Ioach. in Apoc. f. 57.

68 Moiſem clamaſſe, q s eſt Domini, ad me ueniat. ſig. ſiquis Deum vult amare, eius legem diligat Greg. Niſenus in vita Moſis.

69 Moiſem iusſiſſe ad ſe collectos ſine diſquiſitione debere vti ferociter gladio in fratres, amicos, & proximos, qui ad eum non acceſſiſſent. ſig. omnem hominem, qui ad legem, & Deum reſpicit, debere malorum domeſticorum cæde purgari. Domeſtici enim mali ſig. malas cogitationes, quarum uita nobis mortem, mors vero vitam ſolet inducere. Gregorius Niſen. in vita Moſis.

70 Moiſes & Aaron pręcedentes populo Iſrael egredienti de Aegypto ad obtinendam terram promisſionis, & Chanaam. ſign. D. Paulum, & D. Barnabam præcedentes Gentiles egredientes de poteſtate dęmonis, & Idolorum cultura ad Regnum Dei capeſſendum, & terram promisſionis manantem lac, & mel. Ioach. Apoc. fol. 62.

71 Moiſe, & Aaron iam è medio ſublatis ſuccedẽs Ioſue, qui diuiſit ſeptem tribubus hæreditatẽ. ſig. quod mortuis D. Paulo, & D. Barnaba, D. Ioannes Euãgeliſta ſucceſſit, qui obtinuit principatum in ſeptem Eccleſijs, quas fundauerãt D. Paulus, & Barnabas. Ioachim in Apocaly. fol. 62.

72 Moiſem conuertiſſe virgam in draconem ſign. ordinem doctorum oſtenſurum fuiſſe in litera contineri myſticum ſenſum. & Draconem Moiſis deuoraſſe dracones magorum. ſignifi. doctrinam electorum, & fidelium ſuperaturã doctrinas falſorum prophetarum. Ioach. in Apoc. f. 167.

73 Moſis faciem adeò refulſiſſe poſt legis tabularum renouationem, vt populus in eum reſpicere non valeret. ſig. Chriſtum D. N. poſt renouationem naturę noſtræ per pasſionem ſuam, in tantam gloriam, & maieſtatem ſublimatũ, ut oculus mortalis illius gloriæ capax eſſe non poſſit. Greg. vt ſup.

74 Moiſem rurſum per lapidem inundare aquis heremum feciſſe. ſign. pęnitentiæ ſacramentum, per quod illi, qui alias lapidem verum peccando reliquerunt. poſſunt rurſus pœnitendo ex lapide Chriſto ſitim ſedare. Gregor. Niſenus, ut ſupra.

75 Moiſem interfeciſſe Aegyptium, ut ſeruaret ſuũ ciuem, ſign. virum probum debere hoſtem animæ perdere, ut illius amicum conſeruet. Greg. vt ſupra.

76 Moiſis ſepulturam a nemine cognitam. ſig. illũ, qui vitiorum omnium denudatam uitam coluerit ab terrena ſepultura obrui non poſſe. Greg. vt ſup.

77 Moſis neque oculum caligaſſe, neque faciem immutatam eſſe. ſign. illum, qui mentem ſemper

in

in Deum intentam habet caligare nequisse, & qui ad Dei imaginem creatus eam seruarit nō posse corrumpi. Gregorius Nisenus in vita Mosis.

78 Moises comburens vitulum conflatilem, ut est Exo.32.sig. Idololatriæ destructionem. Idem sign. Asæ matris simulacrum combustum. & idem sign. ossa humana a Iosia combusta, & Dei Philistinorum a Dauid combusti. Laur.in verbo accendere.

79 Moises D. Ioannes Baptista, & Helias, quando iunguntur simul in miserijs, sign. idem, quod sig. Abraham, Isaac, & Iacob.& id quod sig. illi tres angeli, qui iuerunt ad Abraham, Moises sig. personam Patris. D. Ioannes Baptista sign. personam Filij. & Helias sign. personam Spiritus Sācti. & quod Moises operatus est in exordio Testamenti veteris, & D. Ioannes operatus est in exordio Testamenti noui, sign. quod primus status est patri assignatus, & secundus filio, & quod pater, & filius operantur, quod vero vnus Helias cooperatus est Moisi sub ueteri testamento, & cooperabitur D. Ioanni sub testamento nouo sign. quod vnus Spiritus S. cooperatur patri, & cooperatur filio, quod ab utroque procedat. Ioach.f.13. Apoc.

80 per Moisem, & Iosue Chananeos populo Israelitico subiectos fuisse, sig. per D. Paulum, & D. Ioannem Euangelistā Idolatras fuisse sternendos in secundo statu, & similiter duos ordines Religiosorum prædicatorum, f.& minorū gentes infideles in tertio statu fuisse conuertēdas. Abbas Ioach. in Hiere.f.2.

81 Moisi legem datam a Domino non in vrbibus, neque in hominum frequentia, neque in conualle undique occlusa, neque in campestri depressoue loco, sed in altissimi montis cacumine, sig. quæ ad rerum publicarum administrationem utilia futura sunt, non nisi per supremarum rerum inuestigationem ab hominib. excogitari posse. Landinus in primo Camaldulensium.

82 Moisem uelata facie ad populum fuisse locutū, sig. se populo ea quæ in cortice literæ latebant aperire non posse, sed ea sub velo tantum indicanda fuisse. Picus in proemio Heptapli.

83 Moisem, & arcam non recessisse de castris, ut est Num.14. sign. legem cum Christo in Ecclesia permansisse. & Iosue non recedens de tabernaculo, ut est Exod. 33. signific. Christum semper manere in Ecclesia. Lauretus in uerbo abire.

84 Moisem lauare sacerdotes, ut est Leuit.8. sig. per legem Dei ad uitanda crimina, & uirtutes capescendas nos instrui. Orig. supra Leui. hom.6.& Laur. in verbo abluere.

85 Moisem latuisse tribus mensibus, ut est Exod.2. sign. Christi D. N. fugam in Aegyptum ubi latuit, uel sig. Christianum latere in homine interiore per fidem Trinitatis. Lauretus in uerbo abscondere.

86 Moisem in Commentarijs Iudicum non commemorasse nomen Domini, nisi post unum, & viginti verba. sign. nomen Dei, nisi post Trinam Sanctitatem esse commemorandū, quod ut ait Rabbi Simai Moses didicit ab Angelis ministrantibus, qui non commemorant Dei nomen, nisi post Trinam sanctitatem, quod ego reor dici ob numeri septenarij propter septē dona Spiritus Sancti perfectionem, quod autē dicit Trinam Sanctitatem reor respicere ad Trinitatis sanctissimæ personas. Galatinus lib. 12.cap.2.

87 Moisem latuisse per tres menses, vt est Exod. 2. sig. legem latuisse in populo Iudæorum intra septa literæ tribus temporibus, videlicet sub Iudicibus, sub Regibus, & sub sacerdotibus. Glo. ord. sup. Exod.2. & Lauretus in verbo abscondere. V. supra.

88 Moisem post occultationem trium mensium, vt est Exo.2. non potuisse amplius abscondi. sig. legis manifestationem spiritualiter per Christū D.N. toto orbe factam. D. Amb. sermo.63. & Laur. vt sup.

89 Moisem absconditum fuisse per tres menses, ut est Exo.2. sign. bonum opus esse celandum, ne si prodatur in publicum, velut opus masculum proijciatur ab Aegyptijs in flumen, & pereat per inanem gloriam. Orig. sup. Exo. hom.2.& Laur. vt supra.

90 Moisem abscondisse faciem suam coram Deo, ut est Exod.3. sign. cognitionem propriæ infirmitatis, quam debet quicumque cum Deo loquitur, habere. Lauretus in verbo abscondere.

91 Moisem abscondisse Aegyptium a se occisum in arena, ut est Exod. 2. sign. Christum D. misisse diabolum a se victum in infernum, vel sign. virum eminentem, qui conuincit eum, qui sic putabat se regimen corporis habere, ut animam nihili faceret, & uoluptatem finem expetendū iudicaret. Lauret. in verbo abscondere. & Phil. 2. allegor.

92 Moisem accedere ad rubum, ut est Exod. 3. significat inuestigare mysteria. Lauretus in uerbo accedere.

93 Moisem accedere ad caliginem, ut est Exod. 20. signif. penetrare allegorias. Lauretus in verbo accedere.

94 ad Moisem accedere, vt est Exod. 34. significat inuestigare legis mysteria. Lauretus in verbo, vt supra.

95 Moises assumens de senioribus, ut est Exod. 18. sign. prophetas additos legi in prænunciandis mysterijs per Christum D. implendis. Laur. in verbo accipere.

96 Moises sumens aquam fluminis, ut est Exod. 4. sig. filium Dei ex patre ceu flumine natū. Lau. vt supra.

97 Moises tollens panem de canistro, ut est Leuit. 8. sig. Christum Dominum N. dantem doctrinam audientibus distribuendam. Lauretus, vt supra.

98 Moises sumens sanguinem agni, uel vituli, uel arietis, uel capræ, ut est Exo.12. sig. oblationē sanguinis Christi D. Laur. vt sup.

99 Moises

99 Moiſes ſuſcipiens holocauſtũ de manu Aaron, & filiorum eius, ut eſt Exo.29.ſign. acceptatio nem, quam facit Deus eorum, qui in totum ſe offerunt Deo. Lauretus in verbo accipere.

100 Moiſen tollere de aqua, ut eſt Exod.2.ſignific. ſuſcipere fidelem de baptiſmo, vel ſignific. Eccleſiam ex gentibus ſuſcipere Chriſtum Domi num Noſtrum ad fontem baptiſmi. Lauretus vt ſupra.

101 Moiſes ſumens vas ad reponendum manna, ut eſt Exod.16.ſig.legem præparantem corda ad ſuſcipiendam Chriſti gratiam. Laure.in verbo accipere.

102 Moiſes recipiens ſatisfactionem Aaron, ut eſt Leuit.10.ſign. confeſsionis ſatisfactionem, & idem ſign. Thamar recipiens pignus a Iuda, ut eſt Gen.38. Laur.vt ſup.

103 Moiſem in peccato vituli, dixiſſe Domino dele me de libro vitæ: per ſententiam Cabaliſticam. ſig.fuiſſe conueniens, ut Chriſti D. mors ſatisfaceret pro peccato humani generis. Picus in 24.concl.Cabal.

104 Moiſem a Deo impetrantem donum ſanitatis a lepra pro Maria ſorore ſua; vſum fuiſſe Dei nomine El, cum dixit el rapha na la. ſig. el Dei nomen eſſe appropriatum gratiæ impetrãdæ, ſicuti nomen Elhoim, eſt nomen aptum ad impetrandum iudicium, & iuſtitiam. Arch.Burg. in 3.dogm.Cabal.

105 Moiſem natum fuiſſe aſcẽdente Cancro in gloria Iouis, & domo Lunæ.ſig.quòd Moiſes erat futurus Pontifex, & Prælatus, nam Iuppiter naturaliter.ſign, Pontifices, & prælatos, ſicuti fuit Moiſes; & quia cancer ſignum eſt aquaticum, & eſt manſio Lunæ, quæ ſign. aquas, ipſe Moiſes per tempus aliquod miraculosè manſit in aqua vnde & nomen accepit, nam Mois ſign.aquam, & quia Cancer eſt ſignum retrocedens.ſign.quod lex Moſaica retrocedere debebat. Petrus de Aliaco. cap.34. partis 3. Vide Adam 15.

106 Cum Moiſes occideret Aegyptium, nullum adfuiſſe, ut eſt Exod.2.ſig. Chriſtum Dominum N.ſolum operatum eſſe redemptionem, & uictoriam aduerſus Diabolum. Gloſſ. ordin. in Exod.2.

107 Moiſes adorans cognatum ſuum, ut eſt Exod. 18. ſign. venerationem Gentilibus ad fidem uenientibus faciendam. Lauretus in uerbo adorare.

108 Moiſes dictus vir Aegyptius, qui defendit puellas Madian, ut eſt Exod.2. ſign. Chriſtum Dominum Noſtrum ſecundum carnem, uel ſignifi.Doctorem defendentem minores. Beda in Exod.2.

109 Moiſes mulier Aethiopiſſa, ut eſt Num.12.ſig. animam prius peccatricem, quam ſibi coniungit Chriſtus.D.Hiero.in Soph.2. & in epiſtola Audi filia.

110 Moiſis fiſcella delata ad filiam Pharaonis, ut eſt Exo.2.ſig.Iudæos uolentes ſeruari legem cum ſuis traditionibus.Laur.in verbo afferre.

111 Moſis virgæ eleuatio, ut eſt Exod.7.ſignifi. crucis Chriſti D.exaltationem.Lauretus in uerbo altitudo.

112 Moiſem, & Aaron videri adduxiſſe populum in locum peſſimum, ut eſt Num.20. ſign. locum pœnitentiæ, malum videri carnalibus. Laur.in uerbo abducere.

113 Moiſes antecedens populum, ut eſt Exod. 17. ſig.legem dirigentem populum. Idem ſig.cantores D.præcedere exercitum, ut eſt 2. Paralip. 20.& idem ſign. ſacerdotes præcedentes populum, ut eſt Ioſue 6.Glo.ord.in Exod.17.& Angelus, & Thobias præcedentes familiam, idem ſig. ut eſt Thob.1.

114 Moſis fiſcellam aperire, ut eſt Exo.2.ſig. aperire obſcuritatem ſacramentorum legis.Laur.in uerbo aperire.

115 Moiſi egreſſo de terra Aegypti Dominum appareuiſſe, ut eſt Exo.3.ſign. veritatem apparere ſtudioſo, & mundum, atque mundana relinquenti. Idem ſign.Abrahamo egreſſo de terra Chaldæorum Dominũ apparuiſſe. V.Abrahã. Gregorius Niſſenus in vita Moſis.

116 Moiſem, & Heliam apparuiſſe Chriſto Domino N.ut eſt Matth. 17. ſign. manifeſtationem legis, & prophetarum per Chriſtum D. factã in his, quæ de ipſo prædixerant. Orig.in Matt, hom.3. vel ſign. veritatem examinandam per legem, & prophetas, ne putantes nos uidere Chriſtum, fallamur. Richard. de duodecim Patriarch.79.

117 Moiſes, ut eſt illud Luc.16. habent Moiſem, & prophetas ſig.legem. Gouſchel.lib.2.Elocut. Sacrar. ſcrip.

118 Moiſes apprehendens caudam ſerpentis, ut eſt Exo.4. ſig. Iudæos crucifigentes Chriſtum hominem, uel ſig.credentes reſurrectionem Chriſti, uel ſign. Iudæos ipſos in fine mundi fidem Chriſti amplectentes. Lauretus in uerbo apprehendere.

119 Moiſes arguens eum, qui faciebat iniuriam, ut eſt Exod.2.ſign.Chriſtum D. qui redarguebat Iudæos.Laur.in verbo arguere.

120 Moiſes aſcendens ad Dominum, ut eſt Exe. 19 ſig.aſcenſum per contemplationẽ, & amorem. Laur.in verbo aſcendere.

121 Moiſes aſcendens ſolus ſign. legem vni populo datam.Laur.vt ſupra.

122 Moiſes aſpergens cinerem de camino in cœlũ, ut eſt Exo.9. ſignifi.Chriſtum, aut ſanctos omnem populum Domini præſentantem. Laur. in uerbo aſpergere.

123 Moiſes conſpiciens duos Iudæos rixantes, ut eſt Exo.2.ſign. Chriſtum D.tollentem diſcordias fratrum, & concordantem utrunq; populum. Glo.ord.Exo.2.

124 Moiſes circunſpiciens occiſurus Aegyptium, ut eſt Exod.2.ſig.Chriſti ſapientiam, qua occidit diabolus.Glo.interl.Exo.2.

125 poſt Moſis tergum aſpicere, ut eſt Exo.33. ſig. legis inferiora, & ſuperficiem literæ intelligere Glo.ord.Exod.33.

126 Moiſes non audens aſpicere contra Deum, ut eſt

est Exo. 3. sig. cognitionem propriæ infirmitatis, & Dei reuerentiam. Liran. Exo. 3.

127 Mosis verba cœlum attendere, vt Deut. 32. sig. Spirituales laborare in Spirituali legis intelligentia Glos. ord. Deut. 32.

128 Moises audiēs verba Ietro soceri sui vt est Exo. 19. signi. consilia recta etiam ab extraneis esse suscipienda. Glos. ord. in Exod. 19.

129 Moises auferens uelamen, ut est Exod. 34. sig. legis reserationem, & quod in patria nihil erit occultum. Lauretus in verbo auferre.

130 Moises cum Aaron benedicens populo, ut est Exod. 39. signific. benedictiones futuras in Ecclesia per Christum Dominum & utrosque benedicere populo, sign. Sacerdotes non propria virtute sed Christi benedicere. Lauretus in verbo benedicere.

131 Moises & Aaron benedicentes populo, ut est Leuit. 9. sign. quemlibet iustum esse idoneum ad benedicendum Isych. Leuit. 9.

132 Moisem licet non transient Iordanem, tamen ingressum esse in aliquam partem terræ promissionis, quæ erat trans Iordanem, signific. legis veteris quædam tantum, sed non omnia fuisse seruanda, in lege noua, vt est Numer. 30. Lauretus in dictione Aaron, vbi obseruandum est quòd Aaron non est ingressus interram promissionis, neque in ullam eius partem, qđ signif. sacerdotium vetus in totum cessaturum fuisse in lege noua, cum omnibus suis ritibus. v. Aaronem non ingressum esse.

133 Moisem uisum fuisse Iosue duplicem alterũ scilicet cum angelis, & alterum supra montes, sign. legis duplicem esse sensum literalem, & mysticum, Clemens Alexandrinus. li. 6. stromatum. f. 315.

134 ad Moisem dixit Dominus, vel Dominus locutus est ad Moisem & ad alios. Ad Prophetas vero solitum dici. Verbum Domini factum est vel sermo Dei factus est, & ad alios. Illud sign. non omnes ad quos Dominus loquutus est fuisse iustos, sed ad quos verbum Domini factum est, omnes fuisse iustos & Sanctos. Rupertus lib. 5. cap. 24. & 25. de victoria uerbi Dei.

135 Moisis faciem non potnisse nisi velatam ab Hebræis uideri, sig. Hebræos propter uitulum aureum factos indignos, qui uiderent splendorē faciei sui tūc legis latoris, quæ res quoq; mystice sig. Hebræos propter ingratitudinem in secundum legis latorem fore priuandos cognitione ipsius in hac uita, vt quoque priuarentur gloria in futura. V. Raphaelem Aquilinum in tractatu primo.

1 iste MOLA est prouerb. apud Cimbros quod sign. hominem esse stultum & mobilem, vt est mola & idem, sig. ad molam accessit, vel cum dicimus, hic farinæ puluere conspersus est, quibus sig. stoliditatem, & stultitiam, & apud Cimbros inde est tractum, quia mal cum nocali breui denotat stultitiam, & mobilitatem, sed si mal sit vocali longa denotat molam, & quia ex stultitia primæ parētis Euæ, quæ stultitia, & incōstatia dicitur mal, & ab ea omnis stultitia, & incostantia in homines prouenit, effectum est apud eos prouerbium, ut sig. memoriam inconstantiæ primornm parentum. Gorop. in Hieroglyph. lib. 12. f. 182.

2 Molas neque superiorem neque inferiorem pignore accipiendas, sig. neqne uirum neque mulierem in pignus accipi debere; nam mola superior, sig. virum, & mola inferior, sig. mulierem. F. G. p. 425. tom. 2.

3 Mola sig. vitæ humanæ commercium, quod molæ semper duæ sunt atque alterius altera ope indiget, ut singulæ opus faciant. Valerianus f. 363.

4 Molæ duę, sig. utrunque testamentnm, quarum molarum opera, labore, quippe differentium veteris testamenti triticum in farinam, quippe pastum Euangelij, conuertatur. Valerianus. fol. 63.

5 Molam superiorem, & inferiorem accipere, ut est Detuer. 24. sign. spem, & timorem auferre, vel sig. Christum auferre. Lauretus in uerbo accipere.

6 Molam Babilonis filiam tollere, ut est Isai. 47. sig. animam vitijs corporis vacare. Lauretus ut supra.

7 Molam qui vitat, vitat farinam, prouerb. sig. hominem, qui refugit industriam, emolumentis, non frui. Hoc idem, sig. qui quærit oua, gallinarum cucalisinum ferat oportet, & illud neq; mel, neque apes. Adagium, qui uitat molam &c.

1 MOLENDINVM vnum in colle a vento, & alìud molendinum ab aqua, sig. ociosos expectare. Sambucus. f. 107.

2 Molendinum in medio fluminis cum verbis, fatiget non rapiat, sig. hominem, qui demonstrat optare a suo principe, ut moderate sui ipsius opera vtat, ne nimio labore, fatiscat, atque ideo princeps non possit eo diutius vti. Molendinū sig. hominem ipsum, fluuius, sig. principem, qui vtat opera ipsius hominis, ad negocia, & bona publica. Camillus Camillius in Insigni Iacobi Contareni.

3 Molens nna assumpta, & alia relicta, ut est Matt. 24. signif. Ecclesiam assumptam, & Sinagogam fuisse derelictam. Lauret. in uerbo accipere.

1 MOLENSIS apud Chimistas. V. Epsetis.

1 MOLI Cretensis simulacrum capite truncatum in Ceremonijs Cretensium, sig. Nympharum cum hominibus consuetudinem: ipse enim cum probrum nimphæ intentasset, capite abscissus fuit. Leo Suauius in compendio Philosoph. & medicinæ Paracelsi folio 27.

1 MOLY herba quam Homerus describit esse flore purpureo & candido & radice nigra, sig. felicitatem difficilem inuentu Farra. f. 4. & 153.

2 Moly herba habens radicem nigram florem purpnreum, & candidum, quod inuentu perdifficile, & rarum est, sig. Eloquentiam, radix nigra significat. Eloquentiam a principio esse obscuram: sed flos purpureus, & candidus sig.

Eloquen-

eloquentiam tandem fieri florentem perspicuam & honoratam. Alciatus Embl. 181. v. Merzurius 82.

3 Moly herba, sig. magnas res sine magnis laboribus non fieri. quòd hæc herba habeat radicem nigram quæ sign. labores & difficultates, & ipsa quoque dificilis est inuentu. & sig. virtutem, vel uitam laboriosm.
Costalius pegmate 73.

4 Moly herba sig. animi patientiam, sine signifi. molestiarum & necessitatis patientiam, & vox moly deducta est a moetly abiecta, t, & e, in diphtongo. moet per se penè sig. idem quod moly nam moet notat animum, qui indiget freno vt ait Horatius.

Animum Rege, Qi nisi paret.
Imperat, hunc frenis, hunc tu cõpesce catena.

Si enim moet, vox retro degatur fit Zoem, nam œ diphtongus manet eadem. & signat frenum, vt sig. animum esse frenandum, vt per patientiam vincat omnia. Moly enim habet radicem nigram, quæ sign. animi patientiam esse difficillimam, & ipsa moly habet florem candidum & rubicundum, qui sign. patientiæ fructum esse candidiorem & robustiorem ad alendum animum quam lac ipsum. Moly nõ posse euelli nisi aliquis Deus faucat. sign. patientiam non citra diuinum auxilium haberi posse.

In patientia enim omnis totius vitæ rectæ instituendæ ratio continetur, nec quicquam tam durum est, quòd animi patientia non vincat vnde illud diuinum in patientia vestra possidebitis animas vestras. Tandem ille cui Deus hanc herbam moly, idest patientiam dederit, nihil vnquam tam grauis periculi aditurus est, quod superare non posit, & non semper tutissimus sit futurus ab omnibus mundi incantamentis. id quod sign. Vlisses per hanc herbam non potuisse a Circe detineri. Circe enim sign. mundi illecebras, quæ potentissimia philtris homines in porcos & feras mutant. Circe enim in prima lingua dicitur Chirsee, quę vox interpretatur maris ornamentum & illecebra, & omnis ratio que hoc mundanum mare suos hospites tractare consueuit, mare enim sign. mundum. Goropius in Hermath. lib. 9. f. 211.

1 MOLOCH. Semen dari prohibitum. sign. a lege prohiberi filios imolari. Nam moloch erat Idolum magnum, vt bos magnus, quod habebat septem receptacula, in quibus pueri initiandi imponebantur vlulatus quorum ne audiretur pulsabãtur timpana, a quorum strepitu dictum est Tophet. Locus vbi erant dicebatur vallis Hennon & Hieremias voluit vt uocaretur poliandron, idest Sepulchrum mortuorum: nam Hebræi postea ibi sepeliebãtur, & est locus vbi Iudas se suspendit, hunc locum vocant D.N.I. in Euang. gehenam ignis nam in die iudicij inde egredietur ignis e terra qui deuoret maledictos a Deo: nam ibi erunt sinistri a parte D.N. stantis in monte Sion habentis ante se vallẽ Iosaphat, in cuius sinistro latere in extremo ipsius vallis est ille locus. Vnde dare semen moloch. sig. destinare filios ad ignem æternum. F.G.p.287.t.2.

2 Moloch Idolum habens septem conclauia concaua. sig. septem eloquentiæ Ideas: cui ꝙ tãquã Deo eloquentiæ sacra fecerint Hebræi, neque illam, tamquam veri Dei munus agnoscerent, damnati impietatis sunt. Fab. Paul. Hebdom. lib. 1. c. 3.

1 MOLOCHINAM herbam, quæ est malua, serendam quidem, sed non comedendã. sig. non utendum illis esse, quæ plus ęquo mentẽ dissoluant, licet in alijs sint vtilia. nam malua in multis prodest, sed si edatur, ventrem, et stomachũ nimis laxat. F.G.p.457.t.5.

1 MOMVS Deus scurra deorum. sign. diuinam curam prospicientem, quid reprehendi potuisset in singulis, si aliter quàm sunt facta fuissent ideoque ita singula disponentem, vt iure reprehendi non possint. Ficinus in sexto de Repu. Platon.

1 MONETAM deam semper apud antiquos fingi in nummis stantem, & non sedentem, sig. ꝙ nummi ad hoc excuduntur, vt non maneant, sed vadant, & veniant per varias hominum manus ad omnium communem vtilitatẽ. Aeneas Vicus li. 1. c. 4. de nummis.

2 Monetam Deam aliquando fingi in nummis triplicatam in trium simillimarum mulierum figuram. sign. tres metallorum species, ex quibus nummi fieri deberent, s. ex ære, argento, & auro, vt est in nummis Seueri, Valeriani, Crispi, & Annij Floriani. Aeneas Vicus lib. 1. c. 4. de nummis.

1 MONASTERIVM sig. Ecclesiam. Duran. li. 1 c. 1. Ration. Diuin.

1 MONOCVLI cyclopes sig. Meteoram, quòd eorum officium circa fulgurationes, & fulmina, & huiusmodi alia versari commentum sit: quæ in aere fieri est certum. Aer autem cum in medio sit situs, datus est locus fabulæ, vt vnum tantũ in medio fronte oculum haberent. Vale. f. 235.

1 MONSTRVM quod habet duodecim pedes, sex colla, & sex capita, quæ habent ora in quib. singulis sunt tres ordines dentium latitans in antro, e quo aliquando exerit capita, è quibus videtur emittere lętale venenum. sig. Scillã scopulum. Cart. f. 247.

1 MONS ad quem ascendunt D.N.I. Apostoli, & prophetæ, sig. intellectus purissimam sublimitatem, per quam homo vnitate intellectus ascendit ad vnitatem diuinam. Farra f. 71.

2 Mons excelsus, de quo Isaias, erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini. sig. Christum D. N. a Deo præparatum, ut in nouissimis diebus appareret. D. Tho. in proęm. Cathenæ aureæ.

3 Montes, iuxta illud Isa. mons domus Domini in vertice montium. i. super omnes sanctos, qui à Christo monte dicuntur montes. sig. Sanctos. D. Tho. vt sup.

4 In montem ascendere. signifi. cogitare de diuitijs & honoribus exquirendis. D. Chrisosto. Math. cap. 4.

5 Mons arduus & ascensu difficilis in quem Moises ascendit ad cuius radices vix multitudo appropinquare potest. sig. Theologiam ad quā nisi qui Moisem imitantur ascendunt. Geor. Nissenus in uita Mosis.

6 Mons Domus Domini in vertice montium præparatus, vt est apud Esaiam. sign. illum Summum Pontificem qui tempore magni Antichristi tunc Ecclesiam Dei reget, qui erit uir Sanctissimus & a Deo sublimatus. Theolosporus f. 32.

7 Mons Testamenti iuxta illud Isaiæ 14. & sedebo in monte Testamenti in lateribus Aquilonis. significa. summum apicem populi Christiani, in quo sedet Summus Pōtifex qui quodam modo significatur a Lucifero. Abbas Ioach. in Hierem. f. 3.

8 Oliuetus diuisus in duas partes Orientem versus & Occidentem, vel Aquilonem versus, vt est Zachar. 14. signific. Iudæos separati a fide patrum & pars quæ spectat ad Occidentem, vel Aquilonem signific. Iudæos non credentes. Rupertus sup. Zach. 14. & Laure. in verbo abscindere.

9 Mons magnus de quo Zachat. capit. 4. quis tu mons magne contra Zorobabel. significat Messiam Christum Dominum nostrum, ideo dictum esse montem magnum, quòd maior esse quam patres antiqui. Galatinus libro 3. cap. 26.

10 Montes iuxta illud Canticorum 2. cap. Ecce venit saliens super montes. significat Idolorum cultus. quos Christus D. in aduentu suo per Apostolos erat conculcaturus. Galat. lib. 4. cap. 29.

11 Mons qui erat ponendus super capita montiū, vt est illud Isaiæ cap. 2. paratus erit mons domus Dei super capite montium. signif. Messiam futurum maiorem sanctitate quā omnes patres sanctitate conspicui. Galatinus libro 5. cap. 3.

12 Mons Sion. signific. Verbum incarnatum in quo erat lex antequam daretur. Fr. Geor. probl. 378. t. 3.

13 Mons moriah. sign. Christum D. N. hominibus demonstratum. moriah enim interpretatur uisionis. F. G. p. 378. t. 3.

14 Montes, vt est illud Isaiæ cap. 41. & triturabis montes. significat Reges & Principes. significat etiam patres antiquos. Galatin. lib. 5. cap. 3.

15 Montibus æternis propinquare, vt est Mich. 2. significat accedere ad Angelos, vel ad ad Sanctos inuocandos, vel imitandos. Diuus Hieronym. Mich. 2. & Lauret. in verbo accedere.

16 super Montes lamentum assumere, vt est Iere. 9. sign. deplorare lapsum Iudęorum, qui Christum erant blasphematuri. Idem sign. planctum indirectum sumere, vt est Ierem. 7. D. Hiero. Ierem. 7. & Lauret. in uerbo accipere.

17 Mons Dei pinguis, vt est Ps. 67. sign. Christum D. oleo lætitiæ vnctum præ consortibus suis. Laur. in uerbo adeps.

18 Montem Abanum noctu ardere visum esse. Tēplum quoddā, & statuam a fulmine ictam. Salutis Deæ altare per medium fractum fuisse, Terram longo tractu hiatum profundum fecisse. Cœlum ardere uisum anno ab urbe condita 641. ante Christum Dom. 111. significa. Cimbros, & Teutones alpes transituros fuisse, & magnam Romanorum, & amicorum stragē facturos fuisse, quod euenit. Iulius obseq. prodig. 98.

19 Montes ænei, de quibus Zach. 6. sign. testamenta vetus, & nouum. D. Ambr. de viduis, & Epistol. 76. vel significa. fortem prædicationem Apostolorum. Luret. in verbo æs. vel significa. superbiam, & potentiam mundi. Liran. in Zach. 6. & Ruper.

20 Montes æterni, vt est Mich. 2. sig. Angelos, et Sanctos. D. Hiero. in Mich. 2.

21 Mons domus Domini eleuatus super colles, ut est Isa. 2. & 33. sig. Christum D. eleuatū super alios. Orig. in Isa. hom. 2.

22 Montium summa, ut est psal. 71. sig. autores Sacræ scripturæ. D. August. psal. 71.

23 Mons magnus, et altus in quem sublevatus fuit Diuus Ioannes in spiritu, signific. sensum anagogicum, qui te uera magnus, et altus est, quod magna, et sublimia comprehendit; Nam sensus anagogicus est, qui explicat statum illius vrbis, quæ in cœlis est, sicuti sensus litteralis indicat transitoria, & terrena, sensus tipicus, sig. statum peregrinantis Ecclesiæ, quæ agitur quodammodo inter terram, & cęlum. Ioach. Apoc. f. 217.

44 Mons fumans, ut est Exod. 19. & 20. significa. legem obscuram malis. Hanc etiam significa. fumus fornacis. mons etiam fumans significa. sublimia dogmata nobis obscura, & sig. etiam ignorantiam malorum, fumus vero in legis collatione, significa. legem contemnere uolentes, lachrymas fore sequuturas. Cyrillus in tertio Ioannis, & cap. 3. & Lauretus in verbo fumus.

25 Montes fumigantes, ut est psal. 103. et 143. sign. prædicatores verba proferentes, quibus alios ad pænitentiā inducant, quasi formātes nubes, vnde aquæ desluant, vel sign. sanctos non nihil sentientes de igne punitiuo, uel sign. superbos et potentes pœnitentiam agētes, et peccata sua quasi exhalando confitentes. Laure. ut sup. vel sign. dæmones victos, et fugatos a Christo D. quasi in fumum redactos. D. Hilar. in ps. 143.

26 Montes antiqui, ut est Deut. 33. sig. patres ueteres. Laur. in uerbo antiquus.

27 Montes, ut est psal. 71. suscipiant montes pacem populo tuo, sign. prędicatorum altitudinem. aliquando sig. potentes sæculi, ut est psal. 104. Tange montes, et fumigabunt, aliquando sig. Ecclesiam, vel ipsum Christum D. ut est illud Isa. et erit præparatus mons domus Domini, aliquando

aliquando, fignific. fapientiam, iudicium, & iuftificationem, & hoc nomen mons, & collis accipitur in bono, confideratur eius firmitas, & honorabilis altitudo. Quando accipitur in malo confideratur, ftupor mentis, & eleuata fuperbia. Iacobus Gufchelius lib. 6. Elocution. facr. scrip.

28 Mons feftiuitatis, qui & mons Sanctitatis dicitur, fig. montem Syon, quod ibi effet arca Dei. Gonfchel. lib. 3. Elocut. facr. scrip.

29 Montes Ifrael arari, vt eft Ezech. 36. fignific. fideles recipere verbum Dei. D. Hieron. Ezech. 36.

30 in Montem Domini afcendere, vt eft Mich. 4. fig. ad idem Chrifti D. Venire. D. Hieronym. Mich. 4.

31 Montes cadere fuper aliquos, ut eft Apocal. 6. fig. Ecclefiam recipere Prædicatores pœnitentes, vt fic faluentur ab ira agni. D. Augult. fup. Apoc. hom. 6.

32 Montes fig. facerdotes iuxta illud pfalmi, & erit panis triticeus in terris, in uertice montium. Farra f. 57.

33 Montes inueterafcentes, vt eft Iob. 9. fig. patres veteres. Lauret. in uerbo antiquus.

34 Montes, fig. altitudinem mentis noftræ in quam afcendendum eft, dum a Deo exaudiri volumus, talis enim mons habetur in cubiculo clau fo in quem afcendimus, dum omnibus curis terrenis exclufis diligenter hoftium claudimus ne quid terrenum mentis cubiculum intret, quo de vertice fuo detrahatur, cuius uertex eft ipfa mentis eleuata cogitatio ad ipfum unum patrem vniuerforum. Goropius in Hieroglyph. lib. 8. f. 125.

35 Mons in cuius uertice fint laurus, & palma, & fit callis ftrictus, & difficilis, qui ad fummum montis tendat, cum verbis, ardua virtutem, fignific. hominem, qui demonftrat fe numquam formidaturum difficultatem uirtutis cum fciat hominem non poffe nifi per ardua, & difficilia gloriam, & victoriam confequi Laurus, fignific. gloriam, & palma, fignific. victoriam collis, & mons, fignific. difficultatem, virtutis. Hieronymus Rufcellus in Infigni Petri Follieri.

36 Mons qui fit arduus, & difficilis afcenfu cum palma, & lauro in fummo vertice, & cum verbis, ardua virtutem, fignific. hominem, qui demonftrat fe effe victurum non in ocio, fed per difficilia effe amplexurum tum uirtutes, quæ fpectant ad militiam, & bellum, tum eas, quæ attinent ad pacem quarum palma, fig. militares, & laurus pacificas.
Camillus Camillius in Infigni Euftachij Simonis.

37 Mons olympus, qui vertice fuperat nubes cum verbo Excogitando, fig. hominem, qui demonftrat fe habere animum a curis terrenis liberũ, & adeo ad Deum eleuatum, ut fentiat illum iam effe ferenum, & in contemplando nullo impedimento turbatum. Camillus Camillius in Infigni Ioannæ Lampugnanæ.

38 Mons olympus in cuius uertice fit altare a Solis radijs illuftratum, & in medio montis fint nubes, ad eius radices fit coclea, quæ afcendat ad uerticem montis per callem arduum fpinofum, faxofum, & difficilem cum verbis, Nil mortalibus arduum, fig. hominem, qui demonftrat in amando mulierem Olympiam nomine, effe ita operaturum, ut fuperet omnes difficultates, quæ fibi obfiftere poffent. In Olympo tria confideranda, nomen, quod fig. mulieris dilectæ nomen, altitudo quæ, fign. mulieris altas cogitationes, & fummam pulchritudinem, Altare, quod fig. mulieris animi fublimitatem nullo turbine offenfam: coclea, quæ fig. hominem ipfum amantem Olympiam, in qua tria etiam confideranda funt, imbecillitas afcendendi, quę fig. paucitatem meritorum in mulierem amatã, eius cornua, quæ fig. multã audaciam, qua tam alte præfumat afcendere, & illius Ieiunium, quod fig. amantem poft longum ocium valentius effe uirtuofas operationes editurum, quibus aliquam gratiam ab muliere dilecta confequi pofsit. In itinere funt etiam confideranda difficultas, quæ fign. impedimenta in fine defiderato, ut funt riuales, rationes parentum, vel agnatorum nubes in medio monte, quæ figni. mulieris uitæ dubium, fed fymbolum hoc melius aptatur in fenfu religiofo. Nam Olympus, fig. cœlum, altaris a fole irradiatio, fig. Dei gratiam, quæ auxiliatur homini tentãti afcenfum. vertex montis expers turbationum, fign. animi contemplantis fecuram trãquillitatem, coclea fign. fragilitatem virium humanarum, quo ad afcenfum ad cęlum fine diuina gratia. Ieiuniũ in coclea fign. qualis effe debeat uita facerdotalis, coclee cornua fig. prudentiam facerdotum, vel fig. præftantiam facerdotum in alios homines, Itineris difficultates fign. tentationes, quę retrahunt a contemplatione, & a bonis operibus: itineris longitudo, fig. non nifi per longum tempus poffe hominem confequi optatum finem. Camillus Camillius in Infigni Liuij Rouelij.

39 Mons qui ad radices fit circundatus fepibus, & in medio ipfe mons caligine offufcatus, fed in vertice habet faxum candidum ad inftar pyramidis formatum cum verbis, micat in uertice, fignifi. hominem, qui demonftrat, vnumquemque, qui uelit ad uirtutem afcendere, oportere affectibus aditũ claudere, ut facilius pofsit, & contra inuidiam refiftere, & ad gloriæ fulgorem proficifci. Nam mons, fignific. profectionem ad gloriam: fepes, fig. impedimentum affectibus obiectum: caligo, fig. inuidiam, lapis candidus, & pyramidalis, fig. gloriæ fulgorem, & foliditatem. Camillus Camillius in Infigni Petri Montalbani.

40 Mons Aethna, qui vndique fcateat flammis, cum verbis, Di fuor fi legge, fignific. hominem, qui demonftrat mulieri a fe dilectæ tanta & talia effe externa figna fui amoris in eam, ut etiam fine verbis aperte cognofci pofsit quantus fit ardor internus. Mons

enim Aethna qui semper ardet, sign. amantis perpetuum ardorem. Camillus Camillius in insigni Antonij Mariæ Durantis.

41 Mons e quo dimanet aqua perennis, cum verbo, Nunquam. sig. hominem qui demonstrat se nunquam cessaturum ab opere fideli in principem suum, sicuti riuus nunquam cessat defluere a monte. Nam in hoc Symbolo. Mons sig. Principem, & riuum non cessare dilabi sig. hominem non cessare inseruire. Camillus Camillius in insigni Petri Gazij.

42 Mons magnus igne ardens, qui misit se in mare sig. Nicolaum illum qui fuit ex septem diaconibus ab Apostolis electis, a quo secta Nicolaitarum exorta est. v. Nicolaitæ. Ioach. Apoc. f. 128.

42 Montes quos tangit Deus & fumigāt iuxta illud psal. 103. qui montes sunt duo & dicuntur mōtes Batar idest diuisionis. sig. Deum agentem nobiscum, diuidere actiones suas in duo tribunalia in tribunal dextrum electis benefaciens & vtens misericordia, & in tribunal iustitiæ quo punit delinquentes: & ista duo tribunalia sunt illi duo montes quos cum Deus tangit illi fumigant in nos vel bonum, uel punitionem. Fr.G.p.79.t.3.

44 Montes sign. Apostolos iuxta illud Isaiæ. 2. & erit in nouissimis diebus præparatus mons super uerticem montium. Mons præparatus, signif. Christum D. N. I. in tempore iudicij, & colles sig. astantens ad iudicium. F.G.p.80. t.3. & p. 376. t. 3. D. Aug. Serm. 5. de dedicatione Ecclesiæ.

44 Montes aromatum ad quos fugere iubetur dilectus, ut est Cantic. ultimo. sign. montes Batar siue diuisionis quorum loco nostra editio habet montes Betel. & sunt illi in quibus fiebant benedictiones & maledictiones, vt est Deut. 27. F.G.P.66.t.5.

46 Montes sig. Prophetas & Apostolos. & omnes Prædicatores ueritatis. D. August. super Psal. 103.

47 Montes ad quos D. N. hortatur ut curram qui in tēpore abominationis currant in Iudæa. significat Sanctos uiros Doctores. F.G.p.276 tom.4.

48 Montes Sancti significāt 12. Apostolos in quibus continentur fundamenta Hierusalem. Ioach. Apoc. f. 317.

49 Montes in circuitu Hierusalem, significāt martyres qui Ecclesiam gladio uerbi Dei tutantur sicuti 60. uiri bellatores ad custodiā lectuli Salomonis. significāt etiam illa 24. sedilia quæ erant in circuitu Sedis in Cœlo, de qua Apocal. Ioach. Apoc. f. 101. 105.

59 Montes moti de locis suis. iuxta illud Apocalip. montes & insulæ moti de locis suis sunt. montes significant Monasteria Religiosorum. & insulæ significant Ecclesias Episcopales. eos autem moueri de locis suis significat quod in illo tempore sexto monasteria & Ecclesiæ uellentur ab impijs, & ea tantum manebunt quæ sunt significata in Arca Noe. Montes enim sunt monasteria in quibus seruis Dei omnipotentis arcta & ardua seruatur inocentiæ uita. Ioach. Apoc. f. 119. & 193.

1 MONSTRARE apud Chimistas. sig. masticem. Ioann. Garland.

1 MONSTRVM habens membra diuersarū ferarum & totum mundum contaminans. significat auaritiam cum multis alijs uitijs hominum animos commaculare. Ariosti canti 26. Clemens Valuas.

2 Mōstrum habens pedes & crura humana ad calces habet alas. supra dimidia fœmora est uenter draconis habēs alas & caudam longissimā, in pectore est facies humana habens barbam prolixam. & pro auribus habet alas, supra pectus sunt tria colla satis longa: collū quod est medium habet in sui summitate unum caput ad instar Solis, & aliud collum habet caput ad instar Lunæ. Tertium uero collum habet caput ad instar serpentis, quæ tria colla conuectuntur a longissima cauda monstri, significat materiam artis chimicæ, & hoc monstrum uocatur Gallus & Gallina. & eius oua sunt sex.

Nazarius in somnio. 3. cap. 20.

3 Monstra quæ non diu viuunt, sed continuo ut nata fuerint occidunt. significat aliquid mali euenturum. ea enim quæ cito moriuntur ab ortu dantur significationibus. Isidorus Hispalensis lib. 11. cap. 3.

1 MONVMENTVM in quo sit insculpta Leena, quæ anteriore pede premat clunes arietis, sig. sepulchrū Laidis meretricis, & hoc sig. meretrices ita tenere amantes deuorandos sicuti leena arietem. quòd autem clunes teneat, sig. amantes clune teneri. Alciatus Emblemat. 74. Leena, sig. meretricem. Aries sign. stolidos Amantes.

2 Monumentum Christi D. excisum in petra, ut est Marc. 15. signific. corda gentilium suscipientia Christum. Lauretus in uerbo abscondere.

3 Monumenta aperta in passione Christi Domini, ut est Matth. 27. sig. mortuorum resurrectionem. Lauretus in uerbo aperire. Idem sig. Deum aperire tumulos uel sepulchra, ut Ezechiel. 37.

4 Monumentorū apertio facta in passione D. N. I. sig. scripturas veteris testamenti ab eo tempore in posterum aperiendas. sicuti apertio monumenti D. N. I. sig. apertionem noui testamenti, quod eo tempore conditum fuit sicuti monumentum fuerat nouiter factum, & breui apertum. Ioach. Apoc. f. 40.

1 MORI ire ad patres, mortem uidere, deficere, exire animam, descendere in foueam, Dormire in sacris literis sunt synonima. Gouschel. lib. 1. Elocut.

1 MORS Diabolus, sepulchrum, Nox, tenebræ, pestis, somnus fouea, infernus, & Iudicium, in sacris literis sunt Synonima. Gouschelius libro primo Elocution. Sacrar. scrip.

2 Mors

1 Mors repentina, ut est Nume. 6. sign. peccatum inuoluntarium. & capitis abrasio sign. ignorantiæ amotionem. nam capilli significant ignorantiæ syluam, & materiam, qua amota ratio relinquitur nuda. Clemens Alexandr. in pædagogo li. 1. cap. 2.

3 Mors sig. eos, qui cum operibus mortuis descendunt ad inferos. Vmbra verò mortis, sign. eos, qui cum operibus mortuis adhuc viuunt: possunt enim si voluerint pœnitentiam agere. D. Hiero. in Matth. 4. vel sedere in vmbra mortis. sig. Gentiliter Idola, & dæmones colere. D. Chryso. in Matth. 4.

4 Mortis simulachrum, cum titulo, In hāc intuēs, sig. vnumquemque quantumuis indulgentem genio, se moriturum tamen recordari debere. erat enim mos apud Aegyptios singulis conuiuis mortis simulachrum ostendere, & dicere.

Contuere hoc quid sit, genio tantumq; vacato,
Quam lubet: huic fies tu similisq; semel.

& apud Imperatores Constantinopolitanos. Creationis die dum essent in throno sedentes sublimi, mos erat vt Cæmentarius iret ad Imperatorem cum tribus vel quatuor lapidibus, & ei diceret

Elige ab his saxis, ex quo Augustissime Cæsar
Ipse tibi tumulum me fabricare velis.

quod sig. illum debere recordari in tanto fastu atque pompa non semper duraturum, sed breui in tumulo claudendum. Claud. Parad. lib. de Symb. Heroic. f. 266.

Mors, & cupido iaculantes. V. cupido 20.

5 Morsu percutiens cupidinem, sign. iuuenes mori, quando potius amore tangi deberent. Alcia. Emble. 155.

6 Mortis imago, quæ falcem teneat in manibus suis, signifi. decimum gradum leonis, & hominem, qui erit interfector. Astrolab. plan. Ioan. Angeli.

7 Mors sign. amaritudinem, & amaritudo significat mortem, iuxta illud, Sanaui aquas has, & non erit ultra mors in eis, vbi mors significat amaritudinem, & illud mors est in olla. vbi mors significat amaritudinem. Valerianus folio 381.

8 Mortem festinare a tristitia, ut est Eccl. 38. sign. mortem tristibus citius aduenire. Laur. in uerbo accelerare.

9 Morte mori, ut est illud, morte morieris. in sacris literis sign. mortem pœnalem, & non mortem naturalem. mors naturalis porro est per quam anima separatur a corpore, pœnalis vero mors est cum anima è virtutis vita emoritur, & viuit in vita vitij, quam Mosis opinionē secutus propemodum Heraclitus ait. Viuimus illorum mortem, mortui sumus illorū vitam. ac si dicat. nunc cum viuimus mortuam esse animam, & tamquam monumēto insepultam corpori, quòd si mortui fuerimus, tum demū animam viuere vita propria liberatam a malo, mortuo vinctoque corpore. Philo. lib. 1. alleg. in fine.

10 Mortem ascendere per fenestras, ut est Hieremiæ.

9. signific. peccata committi, & ingredi in animam per sensus malè custoditos. D. Hierony. Hiere. 9.

1 MORIBVNDIS apud Romanos, & Græcos oculos claudi, & eisdem mortuis, & in rogo positis aperiri, sig. esse indignum, vt moribundus putaret se ab aliquo videri in extremo uitæ suę articulo, & esse indignum ne videret cęlū, quādo ad illud efferri paratus. Thomas Porcacchius in suis funeral. f. 5.

1 MORTARIOLA quæ abstulit Anthiocus de templo, signific. vim irascibilem, quòd sicut in mortarijs conteruntur dura, ita per uim irascibilem contra uitia, & seipsum peccantem iratus homo duros affectus, duraque opera, & obliqua in puluerem redigit. Georg. Venet. armo. f. 105.

1 MORTICINIVM cadere super aliquid, ut est Leuit. 11. sign. ex negligentia peccare. Isych. Leuit. 11.

2 Morticinium hominis cadere quasi seruus, ut est Hierem. nono. sign. hominem per peccatum fieri abhominabilem Deo. Laur. in verbo cadere.

3 Morticinium cadens super sementem perfusam aqua facere illam pollutam, vt est Leu. 11. sig. peccatum cadens super baptizatum facere illum pollutum. &

4 Morticinium cadens super sementem non perfusam aqua non facere illam pollutam. vt est Leuit. vndecimo. sign. peccatum cadens super non baptizatum non facere illum pollutum, quia iam iudicatus est. Lauretus in verbo cadere.

1 MORTIFERVM quid bibere, ut est Marc. decimosexto, signific. audire pestiferas suasiones, & eis obedire. Lauretus in verbo bibere.

1 MORTVI, & nigri corporis solutio apud Chimistas sign. terræ, quæ est materia lapidis, quando est ab ea extracta sua aqua, & terra ipsa per se soluitur, tunc dicitur solutio nigri corporis, & mortui: nam duplex est eius solutio hæc dicta, & altera quæ fit per aquam quā uocant caudam draconis, uel aquam impregnatā, quæ ab ea exiuit. & hæc secunda solutio dicitur animæ, & corporis resurrectio resuscitatio, & uiuificatio. Author incertus in lib. de Alchemia c. 32.

2 Mortuorum congeries, ut est Iob 21. sign. multitudinem peccantium, in quorum mentibus, quasi in sepulchris suis Satan vigilat. Lauret. in verbo aceruus.

3 Mortuus sign. corpus, sicut uiuens signific. animam, ut est ad Romanos 14. Christus enim reuixit, ut dominetur, & animabus, & corporibus: nam corpora sunt mortalia, & animæ immortales. Beatus Methodius de resurrectione. & Iacob. Gouschelli. 2. Elocut. sacrar. script.

4 Mortuos audire uocem Christi, ut est Ioann. 5. sign. peccatores conuerti, & Christo D. obtemperare. Laur. in verbo audire.

5 Mortuorum corpora esse solitum inuolui in alba ueste. fig. animum relicto corpore ad uitam commigrasse beatiorem, & hinc est forsan, quod Ecclesia canit in mortuorum pompis. Gorop. in Hermath. li. 4. f. 88.

6 Mortuorum officium incipere a Vesperis, & nõ habere secundas vesperas. fig. ipsum officium mortuorum esse habiturum finem, quando animæ saluandorum ab omni pœna liberatæ æterna beatitudine fruentur. Michael Timothæus in diuinum officium. quæstione 11. tractatus 8.

7 Mortuorum officium, vt plurimum fieri in diebus Lunæ, idest secunda feria. sign. in prima feria mortuorum spiritus, qui sunt in purgatorio requiem habere, sed incipiente secunda feria, ad pœnas redire, & ideo Sancta Mater Ecclesia, ea die vt plurimum solet pro illis plurimum rogare. Michael ut supra, quæstione 19. tractat. 9.

8 Mortuorum officium annuarium si contigerit in die Dominica, vel in aliqua solemnitate celebrari non mutari ad sequentem diem, sed fieri in die præcedenti. sign. Ecclesiam, vt misericordem, quam primum uoluisse defunctorum pœnis remedium afferre. Mich. vt supra quæst. 22 tract. 9.

9 Mortuos antequam cremarentur ab antiquis per proprium nomen ter inclamare solitum esse. sig. homines ad nihil aliud æque ac ad proprium nomen citius expergisci. ad hoc, vt si vitalis adhuc calor inclusus lateret, uitæ signum aliquod ederetur, quod si ne tunc quidem si proderet spiritus vitalis, de eo conclamatum dicebant. Petrus Bongus cap. de Ternario fo. 72.

10 Mortuos associari ad sepulturam cum cantu, signif. animas liberas a vinculis corporeis redire ad musicæ cælestis dulcedinem, i. ad cœlum ipsum: vel sig. animam esse harmoniam, ut putauit Herophilus. Thomas Porcacchius in funeralibus. fo. 8.

11 Mortuos duci ad sepulturam cum sono tubæ apud Romanos sig. famam claram, & eius defuncti celebritatem. Tuba enim sig. famam ob res bene gestas. Thomas Porcacchius in funeralibus, vt supra. vel sig. audientes tubæ sonum debere eleuare mentem ad Deum, considerantes se quoque esse mortales, & momẽtaneos. Thomas, vt supra.

12 Mortuos non in vrbe Roma, sed extra, & iuxta uias præcipuè Flaminiam, & Latinam incendi, sign. vrbem debere esse immunem a malo odore, qui a mortuis prouenit. vel sig. viatores monendos esse de morte, quàm primum secutura, & ideo eos debere accendi ad opera landabilia, & gloriosa. vel sign. milites monendos ne permitterent sepulchra parentum uastari, & euerti ab hostibus, & valentius pugnarent, ne vrbi appropinquarent, vel sign. cauendum esse ne ignes tam frequenter fierent in vrbe propter periculum incendij. Thomas Porcacch. in funeralibus fol. 54.

1 MORES amicabiles, & alacritas in homine, significant sanguineam complexionem. Geor. Ven. arm. f. 102.

1 MORVS arbor sign. sapientem, sapientiam, & maturitatem. non enim germinat, nisi extra periculum rigoris, & gelu. sicuti sapiens non operatur, nisi rem in tuto cognoscat. Alcia. Emble. 209. Caballarius ibidem.

2 Morus sig. prudentiam, sicuti quercus sig. fortitudinem. Palma sig. Iustitiam. & salix sig. Temperantiam, quòd morus una penè nocte tota germinat fœtum celerrimè profert, & maturat, ne vel frigoris, uel caloris nimietas lædere possit. Vale. f. 383.

3 Mori fructus sig. æstatem adultam. Goropius in Vertum. f. 64.

1 MOSARDEGI apud chimistas sign. plumbũ. Garland.

1 MOTVS & mobile apud philosophos, significat id quod in diuiduo tempore labitur. Vide Alterum.

2 Motus animi humani est triplex rectus orbicularis, & obliquus. rectus sign. progressionem ab ijs, quæ externè sensus feriunt ad ea, quæ sola mente percipiuntur. Orbicularis sign. mentis immobilitatem in Deum contemplandum. obliquus sig. mẽtis progressionem ab ijs, quæ feriunt sensus ad ea, quæ ipsa mens contemplatur, si tamen præter innatam rationem diuino quoque lumine irradietur. sunt quoque alij animi motus, ut supernus, & infernus. supernus sign. progressionem a genere ad formas. infernus sig. progressionem a forma ad genus motus dexter & sinister sign. progressionem ab vno opposito ad aliud. motus a fronte significat progressionem a causa ad effectum. motus a tergo significat progressionem ab effectu ad causam. Landinus in primo Camaldulensium.

3 Motus tardus, & solidus in homine, significat atram bilem terream. Georg. Venetus armon. fol. 102.

1 MOZ, apud Chimistas sign. mirram. Ioannes Garland.

1 MVLAM peperisse ædificia multa, & Romæ vt extra a fulmine icta. puerum bicipitem è serua natum facem ardentem per aerem uolasse Romæ bubonis uocem auditam, sanguinem pluisse: gallum gallinaceum cum quinque pedibus ortum, anno ab vrbe condita 626. ante Christum Dominum 127. sign. bellum inter Anthiocum, & Phraartem Reges, & Ptolomei Euergetis eiectionem ab Aegyptijs. Iul. obseq. prodig. 88.

2 Mulam peperisse in Consulatu L. Pauli, & C. Marcelli. sign. discordiam ciuilem, mortem bonorum, legum mutationem, & turpia mulierũ facta. & ignis, qui consumpsit maiorem partẽ Romæ habitus est pro prodigio. & sign. bellum ciuile inter Cæsarem, & Pompeium. annus fuit ab vrbe condita ante Christum Dominum Nostrum. Iulius Obsequens prodig. 124.

3 Mulas reijci a lege veteri, sign. eam speciem ab Hanah inuentam in Sehir loco dęmoniaco, & præter ideam factam quasi non opus Dei, & ideo Deo non placere. Francisc. Georgius. p. 84.to.2.

4 Muli duo liberi depascêtes cum armorum fasce, sig. remissionem tribui pro uecturis rerum necessariarum ad exercitus impositis. Erizzus fo. 296.

1 MVLIERIS consecratio. v. pauo, & vellus in capite mulieris.

2 Mulier stans cum caduceo in manu dextra, sign. pacem. Erizzus f.123.

3 Mulier cum spicis in manu, sig. pacem. Erizzus fol.124.

4 Mulier cum ramo oliuæ in manu, sig. pacem.

5 Mulier cum corona lauri, sig. pacem.

6 Mulier extollens brachia apertis manibus tristi aspectu, comis passis, iacens in medio multorũ clipeorum, sig. Armeniam prouinciam. Erizzus fol.151.

7 Mulieris imago sinistra adhærés columnæ a dextera tenens serpêtem, sig. salutem. Seb. Erizzus fol.185.

8 Mulier sedēs habens in sinistra hastam & in dextra pateram & habens caput uelatum, sig. deam salutem. Erizzus f.190.

9 Mulier uelata capite sedens & in dextra pateram tenens in sinistra hastam, signifi. deam uestam. Erizzus f.197.

10 Mulier stans dextera tenens clauã nauis, & sinistra copiæ cornu, sign. fortunam. Erizzus folio 201.

11 Mulier stans & a dextera tenens florem, signifi. spem deam. Erizzus fo. 204.

12 Mulier adhęrens columnæ, & in dextera tenēs copiæ cornu, sig. Constantiam deam. Erizzus fol.201.

13 Mulier tenens in sinistra copiæ cornu, & in dextera pateram, signific. concordiam. Erizzus fol.201.

14 Mulier alata cum sinistra caduceum inclinatum tenens, quem serpens ante ipsam capite ferè tangit, sign. pacem vniuersalem debellata prouincia, quę eam interpellabat. Sebast. Erizzus fol.203.

15 Mulier sedens in plaustro, & tenens sinistra coronã in capite, & dextera adhærens plaustro, & habens ante se aliam mulierem, & trahitur a leonibus habentibus ante se duas alias mulieres. sig. deam Cibelem. Eriz. f.220.

16 Mulier in plaustro sedens, cui adest uir quidam cum vncino in manu, & plaustrum trahitur a quatuor leonibus, sig. deam Cibelem. Erizzus fol.222.

17 Mulier alis prædita in dextera coronam tenens, in sinistra palmas sig. victoriam, & si habeat rosam ante se, sig. Rodiorum gratitudinem. Eriz. fol.229.

18 Mulieres plures timore perculsæ fugientes apud Piramides quasdam, & armati eas capientes, significat raptum Sabinarum per quem raptum significabatur vrbis Romę augmentũ. Sebast. Erizzus f.226.

19 Mulier sedens in cathedrã tenens oliuæ ramum sinistra uero hastam quandam sign. pacem. Erizzus f. 237.

20 Mulier stans in dextera coronam tenens & hastam in sinistra. sig. securitatem Deam. Erizzus f.238.

21 Mulier humi sedens sinistra manu gens apposita & similis ploranti. sig. Iudæam prouinciam captam. Erizzus f.244.

22 Mulier genuflexa cui adstãt Mars & Imperator & Imperator genuflexæ manum porrigēs eam subleuare videtur sig. Romam ad Imperatore per militiam elatam. Erizzus f. 244.

23 Mulier alata cum corona in dextera & palma in sinistra pedibus hastam super rostrum nauis. significat victoriam naualem. Erizzus folio 247.

24 Mulier in sinistra tenens ramum oliuæ, in dextera facem qua accendit armorũ cumulum ante aram quandam quæ mulier habet post se columnam supra quam adest vir in sinistra armatus & ad basim clipeus est. sign. pacē vniuersalem. Erizzus f.249.

25 Erizzus alata scribens in clipeo affixo palmæ. sig. Iudæam captam. Erizzus f.253.

26 Mulier coronata sedens super mundum in dextera sceptrum & in sinistra tenens copiæ cornu. significat Italiam mundi dominam. Erizzus f.256.

27 Mulier stans in habitu humili, & galeam in capite habens, & aliam galeam dextero pede premens, & dextera mundum porrigens Imperatori in equo sedenti. sig. Romam dare Imperium orbis Imperatori. Erizzus f.236.

28 Mulier a dextera uirũ unum, & sinistra virum alterum simul concilians. significat pietatem inter duos fratres denuo reconciliatos. Erizzus. f.257.

29 Mulier alata in dextera coronam tenens in sinistra palmam, & gradiens super rostrum nauis. sig. victoriam naualem de Germanis a Tito partam. Erizzus f.259.

30 Mulier stans dextera mundum porrigens Imperatori idem stanti. significat prouidentiam orbis Imperatori traditam. Erizzus folio 260.

31 Mulier magna alata scribens DEGER. in clipeo affixo arbori in morem trofei ornatum ad cuius pedes mulier alia Meta sedens est. significat victoriam a Domitiano de Germanis habitam. Erizzus f.266.

32 Mulier sedens ut supra sign. Germaniam. Erizzus f.266.

33 Mulier stans alata in sinistra tenens palmam, & dextera figens clipeos & spolia cuidam tropheos. sig. victoriam habitam ab Imperatore de Germanis Erizzus. f.267.

34 Mulier uestibus ad pedes induta galeam in capite iaculum in dextera & clipeum in sinistra habens. significat Mineruam Deam. Erizzus fol.267.

35 Mulier genuflexa, & penè nuda clipeū manibus tenens, & hastam habens fractam humi iacentem, quæ mulier videtur Imperatori astāti supplicare, sig. Germaniam a Domitiano deuictā. Erizzus fo. 275.

36 Mulier virili facie, & bellicosa armata oculis terribilibus, & glaucis hasta longa, & cum clipeo christallino, sign. naturam prudentis, & sapientis. Erizzus fo. 283.

37 Mulier induta ueste longa, & habens in capite Galeam in cuius medio erat sphingis imago, & vtrinque Gryphi duo in cuius mulieris pectore erat caput Medusæ, & ante eam erat victoria quædam alta cubitus quatuor, & ad eius mulieris pedes erat clipeus, & draco sig. Mineruam, quæ ponitur præ sapientia. Erizzus fol. 283.

38 Mulier alata in sinistra tenens palmam, & dextera virum armatūm coronans. sig. victoriam in Germanis habitam a Domitiano. Seb. Erizzus fol. 289.

39 Mulier Palla induta, & galeata, & hastam dextera tenens, sign. Mineruam. Sebastianus Erizz. fol. 293.

40 Mulier cum galea, & clipeo iaculū tenens super rostrum nauis, & ad pedes habens noctuā, fig. Mineruam. Erizzus fo. 294.

41 Mulier habens in dextera fulgur, & hastam in sinistra & clipeum, signific. Mineruam. Erizzus fol. 294.

42 Mulieris caput cum pectore galeato. sign. Mineruam. Erizzus fo. 294.

43 Mulier armata in dextera uictoriam tenens, in sinistra iaculum, & apud se clipeum, sig. Mineruam. Erizzus f. 294.

44 Mulier magna uestibus induta in sinistra tenēs cornucopiæ, & in dextera ramum oliuæ, & pede dextero præmens, caput humanum sign. pacē, Datia deuicta ab Imperatore constitutam. Erizzus fo. 303.

45 Mulier alata stans in curru triumphali a duob. equis attracto, in dextera coronam triumphalem, & in sinistra ramum tenens, sig. victoriam ab Imperatore habitam, de Dacis. Erizzus fol. 306.

46 Mulier cum duobus filijs ante Imperatorem astans sig. Italiam accipiētem alimentum ab Imperatore pro pueris, & puellis pauperibus. V. Vir 22.

47 Mulier sedens, & vultu mesta habens manum ad genam cui astat vir nudus, & manibus uinctis post terga, & alius vir humi prostratus uinctis itidem manibus sig. prouinciam Daciā ab Imperatore victam. vir nudus erat Decebalus Rex, & alius erat Dacius captiuus. Erizzus fol. 312.

48 Mulier armata sedens spolia arma, & clipeos habens in sinistra, hastam cui uir quidam stans porrigit victoriam, sign. Romam, cui Imperator tradit uictoriam de Dacia habitam. Erizzus fol. 323.

49 Mulier stans supra nauem in modum fugientis, & ante se dexteram porrigens, & cum sinistra extremam vestis partem ad genua, usque attollens, sig. Didonem fugientem a patria. Erizzus fol. 327.

50 Mulier humi prostrata, & sinistro brachio humi se sustinens in quo habet ramum, & dextera manu porrigit rotam quandam, signific. uiam ab Imperatore munitam. Sebastianus Erizzus fol. 332.

51 Mulier tenens in dextera spicas tritici, & in sinistra copiæ cornu, & apud se habens puerum, nescio quid in manu habentem, sig. Italiam recipientem alimenta ab Imperatore pro pueris pauperibus. Erizzus fo. 338.

52 Mulier sedens super cathedra, & dextera porrigens caduceum viro cuidam genuflexo, & porrigenti brachia, tamquam accepturo caduceū, signific. pacem datam Regi Daciæ. Erizzus fol. 339.

53 Mulier genuflexa dexteram porrigens Imperatori astanti cum vase medio inter vtrumque, sig. Achaiam gratulantem Imperatori. Erizzus fol. 345.

54 Mulier genuflexa cum nauis clauo in humero sinistro, & dexteram porrigens Imperat. astanti, sig. Bithiniam prouinciam gratulari Imperatori. Erizzus fo. 346.

55 Mulier genuflexa cum spicis tritici in sinistra, & dexterā porrigens Imperatori, & habens ante se tres alias spicas, & in capite tenens signum capitis Elephantis cum proboscide sig. Aphricam prouinciam gratulātem Imperatori. Erizzus fo. 347.

56 Mulier genuflexa, & coronata cum orbis imagine in sinu dexteram porrigens Imperatori, signif. orbem gratulantem Imperatori. Erizzus fol. 348.

57 Mulier genuflexa cum ramo oliuæ in sinistra, & ante se habēs leporem, siue cuniculum, & dexteram porrigens Imperatori astanti, sig. Hispaniam prouinciam gratulantem Imperatori. Erizzus fo. 349.

58 Mulier humi iacens cum scorpione in dextera, & cornucopiæ in sinistra, & habēs ante pedes sportam tritici spicis plenam, sign. Aphricam prouinciam. Erizzus f. 350.

59 Mulier cum duabus nauibus plenis tritico sub pedibus, sig. Aphricam prouinciam. Erizzus fol. 351.

60 Mulier indicans manu spicas tritici, sig. Aphricā prouinciam. Erizzus fo. 351.

61 Mulier armata sedens super nonnulla spolia, & porrigens dexteram Imperatori astanti sig. Romam vrbem gratulantem Imperatori pro reditu suo. Erizzus f. 352.

62 Mulier armata, & stans cum hasta in sinistra, & porrigens dexteram Imperatori astanti, sigu. Romam gratulantem Imperatori pro reditu. Erizzus fo. 353.

63 Mulier stans, & in sinistra tenens cornucopiæ, & dextera sacrificās ante altare ad cuius pedes est uictima, & aræ adest Imperator. sig. Italiam gratulantem aduentui Imperatoris. Erizzus fol. 354.

64 Mu-

64 Mulier in habitu uictoriæ, sed sine alis signific. victoriam apud Athenienses.. Sebast. Erizzus fol. 359.

65 Mulier tenens in sinistra cornucopiæ, & in dextera caduceum, signific. fœlicitatem. Erizzus fol. 360.

66 Mulier iacēs in lectisternio cum nauis clauo ad pedes. sig. Fortunam deam, siue Imperatorum fortunam. Erizzus f. 361.

67 Mulier succincta, & sine alis astans ante quadrigas, & dexterā porrigens Imperatori in curru triumphali sedenti, sig. victoriam gratulantem Imperatori. Erizz. f. 361.

68 Mulier magna iacens humi, & in dextera sistrū tenēs, & sinistra adhæres sportæ fructibus plenæ ante se habens Ibim auem iacentem super quandam rem, veluti arulam eleuatam, signifi. Aegyptum prouinciam. Sebastianus Erizzus fol. 368.

69 Mulier nuda brachium manibus ambab. tenens & fœmur dextrum, tenena in manibus facem accensam, signific. Dianam. Sebastianus Erizz. fol. 383.

70 Mulier cum caduceo in manu sinistra, & dexteram iungens dexteræ Imperatoris, sig. fœlicitatem. Erizzus f. 384.

71 Mulier armata sedens super spolia, & sinistra hastam tenens, & dextera accipiens imagunculā ab alia muliere more sacerdotali induta, sig. Romam accipientem deos penatem a dea Vesta. Eriz. f. 387.

72 Mulier genuflexa cum tribus puerulis dexteram porrigens Imperatori astanti. sig. Iudæam desolatam ab Imperatore. Sebastianus Erizz. fol. 395.

73 Mulier stans in curru attracto a duobus serpentibus, & habens in manibus duas faces ardentes, signific. Cererem Deam. Sebastian. Erizzus fol. 397.

74 Mulier cincta pānis, & calceamentis induta more rustico sedens super bouem, quæ in dextera manu gerebat ligonem ad euertendam terrā, & brachio tenebat apertam sportam seminib. plenam, & ab latere eius dextero erant duo agricolæ, alter quorum ligone uertebat terrā, alter verò seminabat semina, in sinistra uero manu. duo alij erant agricolæ, quorum alter metebat, alter vero flagello triturabat triticum messium, ipsa verò mulier erat intra arbores duas onustas pomis, & a latere dextro supra erat luna emittens pluuias segetibus, & a sinistro erat Apollo, exiccans segetes, ut meti possent, signific. Cererem Deam. Sebast. Erizzus fol. 401.

75 Mulier in sinistra tritici spicas tenens, & dextera sacrificans super altare quodam, & ad cuius pedes est animal pro victima, cui adest vir, sig. Siciliam sacrificantem pro Imperatore. Erizzus fol. 402.

76 Mulier stans cum ambabus manibus eleuatis, & in dextera tenens caput coronatum, & in sinistra aliud caput, sed non coronatum, sig. Aeternitatem deam. Erizzus fol. 411.

77 Mulier dextera immittens clauæ, & sinistra tenens cornucopiæ a pede sinistro præmens orbem, signific. æternitatem Deam. Sebast. Eriz. fol. 411.

78 Mulier uelata, & stans cum capite Solis in dextera, & cum capite Lunæ in sinistra, sig. æternitatem. vt supra.

79 Mulier stans, & induta, & coronata in dextera tenens hastam quādam, in cuius vertice est veluti vmbella, vel labarum sig. Pannoniam prouinciam. Eriz. f. 421.

80 Mulier sedens in cathedra, & cubitu sinistro inhærens cornucopiæ, & manu dextera pateram tenens, signific. Concordiam Deam. Erizzus fol. 421.

81 Mulier coronata sedens super orbem, & in dextera cornucopiæ, in sinistra sceptrum tenens sign. Italiam prouinciam tenentem orbis imperium. Eriz. f. 423.

82 Mulier more sacerdotali induta rem sacram faciens in ara, quam ante se habet, sign. deitatem deam. Eriz. f. 426.

83 Mulier in sinu habens puellum, & in vtroque latere vnum, sign. Pietatem Deam. Erizzus fol. 427.

84 Mulier sedens super cathedram sinistra cornucopiæ tenens, & dextera bilancem sig. monetā deam, Eriz. f. 453.

85 Mulier habens in capite coronam turritam, & dexteram manum ante se porrigens, & in sinistra tenens cornucopiæ, quæ mulier adhæret arboris trunco, & dextero pede premit uirum nudum iacentem in aqua, sig. vrbem Damascenorum. Eriz. f. 454.

86 Mulier pannis induta, & habens brachia, & manus expansas super duas sportas spicis plenas, & in sinistra ramum tenens sig. abundantiam liberalitati in tempore penuriæ procuratam. Eriz. fo. 463.

87 Mulier alata cū clipeo in manu dextera, in quo erant: BRITAN. signific. victoriam, quam habuit Imperator de. Britannis. Seb. Erizzus fol. 464.

88 Mulier tenens in dextera clauum nauis, & in sinistra cornucopiæ sig. fortunam obsequentē. Eriz. fo. 465.

89 Mulier iacens humi, & dormiens cum sinistro brachio sub capite, & dextero elato, & uir descendens de cęlo armatus clipeo, & lancea, sig. Martem, & Deam Siluiam virginē Vestalē per quos sig. origo Romæ.

90 Mulier alata in curru cum ferula regens quadrigas, sig. victoriam de Britannis habitā. Eriz. fol. 467.

91 Mulier ligata manibus, quæ ante se habet aliam mulierculam, & victoria alata scribēs in clipeo affixo pro trophæo, quæ victoria tenet palmā in sinistra, sign. Britanniam deuictam ab Imperatore. Erizzus fo. 472.

92 Mulier alata tenens in dextera coronam ciuicam, & in sinistra palmam, sign. victoriam de Armenis habitam ab Imperatore. Seb. Erizzus fol. 478.

93 Mulier alata tenens cum ambabus manibus coronam ciuicam sig. victoriam de Armenijs, & de Parthis habitam. Eriz. fo. 487.

94 Mulier sedens cum mitra in capite, & habens apud pedes clipeum, & alia spolia, & arma. sign. Armeniam prouinciam deuictam. Erizz. fol. 491.

95 Mulier alata tenens in dextera palmam, & sinistra tangens tropheum, super quem inest clipeus sig. victoriam de Parthis habitam. Erizz. fol. 495.

96 Mulier habitu succincta habens in dextera pateram, & in sinistra hastam ex cuius humeri veluti semiluna apparere videtur. sig. Dianã Deam Erizz. f. 498.

97 Mulier alata tenens in dextera palmam, & sinistra tangens trophæum habentem clipeum, in quo sit scriptum VICTO. PAR. signific. victoriam de Parthis habitam. Scbast. Erizzus fol. 503.

98 Mulier sedens super arma spolia, & clipeos apud tropheum cum manibus sub genis sig. prouinciã Armeniam ab Imperatore deuictam. Erizz. fol. 518.

99 Mulier sedens super spolia caput armata, habẽs post aliam mulierem alatam tenentem in sinistra palmam, & dextera coronantem, sedẽtem, & ante se habens virum stantẽ, & armatum porrigentem dexteram mulieri sedenti, signif. Romam coronatam a victoria, habita ab Imperatore de Parthis, & Armenijs. Seb. Erizzus fol. 519.

100 Mulier alata tenens ambabus manibus coronam, & habens ad pedes clipeos duos sign. victoriam ab Imperatore de quodam Perinnio, Erizz. f. 533.

101 Mulier alata tenens ambabus manibus clipeũ, & habens ante se aliam mulierem armatam caput, & sedens super clipeos, & arma ante quam adest tropheum onustam spolijs, signific. victoriam de Britannis habitam. Erizzus fol. 534.

102 Mulier stans, & pube infra est similis termino quadrato cum pedibus humanis a pube supra usque ad collum referta mãmis muliebribus, & supra caput habet, veluti sportam fructibus plenam, & a dextera, & sinistra pendent habenæ, quib. videtur regere quatuor ceruos duos a dextra, & duos a sinistra, sign. Dianam deam Ephesiorum. Erizz. f. 538.

103 Mulier tenens in manu serpentem sig. Higiam, seu deam salutem. Erizz. f. 545.

104 Mulier magna sedens super cathedram in sinistra tenens manipulum spicarum, & dexteram extollens, ut aliquid ostendat antequam est arbor, vel vitis è qua duo pueri fructus, vel vuas decerpunt, & eis duas sportas quas habent ante se impleri uidentur, sig. temporum fœlicitatem, Erizz. f. 553.

Mulier sig. Deam Cererem, pueri signific. anni tempora.

105 Mulier stans cum galea in capite ramo oliuæ in dextera, & in sinistra tenens clipeum, & hastã sig. Mineruam paci feram. Choul. f. 87. M. Aurel. arg. & commod. sine hasta.

106 Mulier bene induta, & stans cum virga in sinistra, & tenens in dextera pateram, quam porrigit serpenti complexo aram, sig. salutem, seu sanitatem sacra facere Esculapio. Choul. fol. 96. Ant. Pius æneo, & M. Aurel. arg.

107 Mulier stans, & adhærens columnæ tenens in manu dextera magnum serpẽtem cuius caput apponit ad os suum, tamquam eum osculatura signifi. salutem. Choulus fol. 96. M. Aurelius arg.

108 Mulier induta triplici ueste cum galea in capite, & post se habens clipeum adhærentem arbori oliuæ, sub qua ipsa est mulier, et tenet in dextera pateram, quam porrigit serpenti, qui est super aram multis spinis inuolutus, et uicto alata habens itidem pateram fructibus plenam, quam pateram uidetur offerre illi serpẽti, sicut mulier, sign. Mineruam sacra facere Esculapio. Choul. f. 97. M. Aurel.

109 Mulier sedens in cathedra, et cum dextera porrigens pateram serpenti adhærenti columnæ super quam est imago, cuiusdam deitatis signific. salutem sacra facere Aesculapio. Choulus fo. 97. com.

110 Mulier induta habitu conuenienti viduę sedens in cathedra cum sceptro in sinistra, et ab utraque parte cathedræ habens duas columbas, signific. pudicitiam Deam. Choulus f. 98. Iulia Pia arg.

111 Mulier induta stola tenens in sinistra hastam, et in dextera pileum sig. libertatem deam. Chou. fo. 99. Galba æne. Traia arg.

112 Mulier stans, et habens in sinu duos filios, et quatuor ad pedes sign. fęlicitatem temporum. Choul. f. 101. Faustina æneo.

113 Mulier stans cum cornucopiæ in sinistra, et caduceo in dextera, sig. fœlicitatem temporum. Choul. f. 101. Caracalla arg. Tacitus arg.

114 Mulier bene induta, et sedens in cathedra habens pedes super lapidem quadratũ, & tenens in sinistra sceptrum, et in dextera pateram sig. iustitiam. Choul. f. 103. Hadria. arg. et Alexãd. mammea æneo.

115 Mulier stans, et induta tenens in sinistra cornu copiæ, et in dextera bilancem, sign. æquitatem. Choul. f. 103. Gordianus, et Diocletianus arg. et Philippus, et Constans æne.

116 Mulier bene induta, et caput velata tenens in sinistra arculam, et sustinẽs partem suæ vestis superioris, et dexteram extollens, ucluti eam porrectura alicui ante se habens aram, in qua sit ignis, et ardens, sig. pietatem. Choul. f. 109. Antoninus æneo, et Hadrian. arg.

117 Mulier stans, et induta tenens in sinu duos pueros, et ad pedes habens duos alios, signifi. pietatem. Choulus fol. 110. Antoninus arg. et æneo.

118 Mulier induta, et caput velata tenens in dextera hastam, et sedens, et habens ante se tres pueros nudos, sig. pietatem. Choul. f. 110. M. Aur. arg. et æneo.

119 Mu-

119 Mulier sedens in cathedra induta, et caput velata, et habens in sinistra sceptrum, et inter genua puellam stantem, quam cum dextera sua tenet, signific. pietatem. Choulus fol. 111. Domitia. arg.

120 Mulier induta, et stans tenet manus suas super duos pueros, quorũ habet vnũ ab utroque latere, signific. pietatem. Choulus f. 111. Sabina æneo.

121 Mulier induta, & sedens in cathedra tenens in sinistra sceptrum, & in dextera ramum oliuæ, signifi. clementiam. Choulus fol. 113. Vitilius argen.

122 Mulier induta, & stans in dextera tenẽs sceptrũ, & in sinistra cornucopiæ orbem præmens sinistro pede, quem cũ toto crure, usque ad genu nudum ostendit, sig. æternitatem. Chou. f. 113. Titus Vesp. ęneo.

123 Mulier induta, & stans a sinistra eleuãs aliquantulum limbum vestis suæ, & in dextera habens orbem, super quem iacet auis, quæ uidetur ciconia, vel ibis, sig. æternitatem. Chou. fo. 113. Faust. æneo.

124 Mulier induta, & stans, & tenens in singula manu caput hominis coronatum sig. æternitatẽ. Chou. f. 114. Hadria. æneo.

125 Mulier induta, & stans, & tenens in singula manu caput hominis binum, veluti Iani bifrontis caput, sign. æternitatem. Choul. f. 114. Hadria. æneo.

126 Mulier in curru attractio a duobus leonibus sig. Imperatricem deificatam, & ob hoc sign. æternitatem. Chou. f. 115. Faust. æneo.

127 Mulier ab vmbilico supra nuda, & infra indumento velata humi iacens, & brachio sinistro adhæret vasi cuidam e quo exit vitis, quæ eam contegit, & mulier coxa dextera, & crure tãgit globum cœlestem, stellis, & Zodiaco distinctũ: quem quodque tangit manu, & brachio dextero, ante quam sunt quatuor, quorum primus offert mulieri vuas, secundas spicas cũ florum corona, tertius vas plenum liquoris, & quarta est victoria cum ramo palmæ in manu sign. tellurem Deam. Chou. f. 116. comm.

128 Mulier sedens in cathedra tenẽs in dextera tres spicas, & in sinistra facem accensam, & pede sinistro præmens serpentem sig. Cererẽ. Chou. f. 117. C. memm. arg.

129 Mulier stans in curru attracto a duobus serpentibus, & tenens in manibus duas faces accẽsas, & habens post se veluti vncum, sig. Cererem. Chou. f. 117. M. Volteius arg.

130 Mulier ambulans, & habens in manibus duas faces accensas, sig. Cererem. Choulus fol. 117. Pansa argent. & aliquando habet porcam ad pedes.

131 Mulier stans & tenens in dextera spicas, & in sinistra cornu copiæ, sign. pacem. Choul. f. 118. Ottho, & Vesp. arg.

132 Mulieres tres indutæ salientes circum ignem ardentem humi, & ipse se ipsas manibus tenẽtes, signifi. Bacchides facientes donum quoddam Bacco. Chou. f. 121.

133 Mulier vna ferens in humero vannum, & duæ aliæ sonantes cornua: in medio quarum est veluti genuflexus satyrus inspiciens alias duas mulieres sedentes super saxum seminudas, & alias omnino nudas apud lincem animal, sign. Bacchides facientes sacra Bacco. Choul. f. 121. Antoninus Pius.

134 Mulier induta stans, & tenens in dextera mensuram, & in sinistra cornucopiæ, signific. liberalitatem. Choulus fol. 124. M. Aurel. & Gordian. æneo.

135 Mulier induta, & stans tenẽs in dextera sceptrũ & in manu sinistra Palladem sig. nobilitatem. Chou. f. 129 Antoninus Geta arg.

136 Mulier induta, & stans tenens in dextera caduceum, & in sinistra cornucopiæ signific. fœlicitatem publicam. Choulus fo. 134. Galba, & Titus æneo.

137 Mulier sedens in cathedra tenens in sinistra sceptrum, & in dextera scuticam, sign. Iunonem Lucinam. Chou. f. 136. Lucilla ęneo.

138 Mulier stans induta, & tenens in sinu duos filios paruulos, & habens ad pedes duos alios, signific. fæcunditatem. Choulus folio 137. Faust.

139 Mulier induta, & stans habens ad pedes puerũ nudum stantem, & manus ad eam porrigentẽ, & ipsa tenet in sinistra cornu copiæ, signific. fælicitatem. Choulus fol. 137. Iulia mamma æneo.

140 Mulier habens in capite galeam induta lorica tenens in sinistra sceptrum, in dextera victoriam alatam porrigentem sibi coronam lauream, & quæ mulier tenet pedem dextrum supra galeam humi iacentem, sign. Romam. Choulus fol. 139. Nero arg. quæ mulier sedet super clipeos, & arma.

141 Mulier induta veste, & galeam habens in capite tenens in sinistra sceptrum, in dextera victoriã alatam, & porrigẽtem coronam, & ipsa mulier sedet super clipeos, & arma sig. Romã. Choul. fo. 139. Philipp. arg.

142 Mulier induta, & galeam in capite habens, et sceptrum in sinistra, & in dextera tenens globum, quem porrigit viro astanti, armato lorica & clamide, & hastam in sinistra tenente, & dextera accipiente globum a muliere, & habẽti sub pedibus captiuum nudum, & ligatum, quæ mulier sedet in medio templi, aliquando est sine viro, & captiuo, sign. Romam tradere orbem conseruandum Imperatori, qui debellauit prouinciã. Chou. f. 139. M. Sentius æneo, & aliquando habet victoriam in manu.

143 Mulier seminuda, & habens pannum cinctum, & tenens in capite galeam, & habens ocreas, & sedens adhæret septem collibus, et tenet manum dexteram suam subter caput suum, et in sinistra habet sceptrum, quæ sustinet genu sinistro, & ante se habet imaginem viri iacentis in undis, et coronati, et tenentis in manu iuncum sign. Romam sedere super septem collibus apud fluuium Tiberim. Choul. fol. 140. Vespas. æneo.

144 Mu-

144 Mulier induta, & sedens super cathedram, & tenens in sinistra lauri ramum, & in dextera globum, super quem stat victoria alata, & tenens coronam sig. Romam. Choul. f. 140. Hadria. arg.

145 Mulier induta habens in capite galeam, tenens in dextera sceptrum, & sedens super clipeos, & arma signific. Romam. Choul. f. 140. M. Aure. æneo.

146 Mulier bene induta tenens in sinistra sceptrũ, & in dextera cornu copiæ, & sedens super orbem stellis ornatum, sig. Italiam fertilem, & orbis dominam. Choul. fo. 141. Antoninus Pius æneo.

147 Mulier alata tenens in sinistra palmam, & in dextera coronam induta, & stans aliquando habens in dextera cornucopiæ, aliquando habens in sinistra trophęum, & in dextera caduceum, & aliquando habena in sinistra aquilam insigne militare, & aliquãdo habens in sinistra palmam, & in dextera coronam, & habet sub pedibus globum, aliquando loco palmæ habet labarum, significat victoriam. Choulus fol. 144.

148 Mulier induta, & sedens in cathedra, tenens in dextera nauis clauum, & in sinistra cornu copiæ, signif. fortunam. Choul. fol. 167. Traian. æneo.

149 Mulier induta, & stans tenens in dextera nauis clauum, & in sinistra cornucopiæ. sig. fortunã. Choul. fol. 167. Traia. arg. & Antoninus pius fo. 168. & Hadria. aur. ibid.

150 Mulier induta, et sedens humi habẽs in sinistra cornucopię, & cubitu dextero adhærẽs rotæ, sig. fortunam. Chou. f. 168.

151 Mulier induta, et stans tenens in sinistra cornucopiæ, & dexteram iungens dexteræ uiri astantis, sign. fortunam. Choulus fo. 168. Traia. æneo.

152 Mulier stans induta, et tenens in sinistra nauis clauum, & in dextera cornucopiæ, & ramũ lauri, sig. fortunam facere triumphare, quem uoluerit. Choul. f. 169.

153 Mulier stans induta habens tantum pectus, et brachium dextrum nudum, tenens in dextera victoriam, in sinistra sceptrum, et cubitu sinistro adhærẽs magno clipeo affixo humi, sign. Venerem victricem. Choulus fol. 173. Caracal. æneo.

154 Mulier induta, & stans tenens in dextera galeam, in sinistra sceptrum, & ad pedes habens clipeum, signific. Venerem victricem. Choul. fol. 173.

155 Mulier habens pectus, & ventrem nudum cætera veste coperta, tenens in dextera pomum, in sinistra palmam, & adhærens magno clipeo, & habens ante se puerulum alatum cum pomo in manu dextera, qui puer est nudus, signific. Venerem victricem. Choulus fo. 173. Plautilla argen.

156 Mulier induta, et stans tenens in dextera pomum, et in sinistra nauis clauum, sig. Venerẽ. Faust. æneo.

157 Mulier stans in curru, & tenens sceptrum, quẽ currum trahunt duo Cupidines alati uolantes, signific. Venerem. Choulus fol. 175. Aug. argen.

158 Mulier stãs in medio templi extracti super quatuor columnas. sig. Venerem genitricẽ. Chou. f. 175. Aug. arg.

159 Mulier bene induta, & stans, tenens in sinistra sceptrum, & in dextera simpullum sig. vestam. Chou. f. 179. Vesp. arg.

160 Mulier stans, & induta tenens in sinistra sceptrum, & in dextera imaginem paruam mulieris indutæ, quæ tenebat in dextera hastam, & in sinistra clipeum, signific. Vestam, & imaguncula significat Palladium. Choul. f. 179. Iulia Pia arg.

161 Mulier induta, & sedens super cathedrã tenens in dextera simpullum, sig. Vestam. Choul. fol. 179. Claud. arg.

162 Mulier sedens super cathedram, & bene induta tenens in sinistra sceptrum, & in dextera pateram, sign. Vestam. Choulus fol. 179. Vespa. æneo.

163 Mulier habens in capite galeã, & induta sedens super cathedram, & tenẽs in sinistra sceptrum, & in dextera orbem super quem sit x, & habẽs post se clipeum, & stellam, & ad pedes habet canem sig. Romam suscipere vota pro Imperatore. Chou. f. 211.

164 Mulier habens in capite pullum equinum, & in dextera copiæ cornu, sig. fortunam apud Smyrneos. Valer. f. 34.

165 Mulier habens caput, & comas equi, circum cuius caput illudunt imagines draconum, & ferarum plurium, quę mulier induta est nigra palla ad talos demissa, iu cuius manu una delphinus est, in altera columba, & sedet super saxũ in antro sign. secundum nonnullos Cererem, quæ per pabulum, & opulentiam mystice fingitur, quæ pabulum, & opulentia sunt incitamentum ad illecebras, & petulantiã, id quod significat caput equinum, & spiræ draconum significat amatorios nodos, voluptariasque implicationes, et delphinus sig. amorem, colũba uero sign. Venerem, secundum vero alios ea mulier sign. Venerem: nam Ceres, & Venus sunt idem. alij vero dicunt illam mulierem significare naturam rerum per caput equinum, velocissimos cœlestium orbium motus, per columbam tractus aereos, per delphinum mare, per anguiũ inuolucra sinuosos terrarum lapsus, per reliquas feras sig. animalium omnium uirtus, per saxum terræ firmam soliditatem. antrum denique & palla nigra ea plurima, quæ de rerũ causis, et originibus minus cõperta delitescunt significari dixerunt. Val. f. 103.

166 Mulier pubetenus usque et infra serpens sign. nimpham nomine Echidnam sig. vapores exalantes a mari, quatenus nimpha sign. vim humidi, quę rei subministrat alimentũ, quatenus serpens sig. flumina tortuosis flexibus progredi. Valer. f. 103.

167 Mulier pubetenus corpore formoso, cuius pa-

pillæ

pillæ lasciuę tumentes totumque pectus ac ceruix pulcherrima colore cutis nitidissimo mira ebeuius oculis protilijt hilaritas, quæ intuentē quemlibet in amorem procliuiter alliciat; reliquum ante corporis horridum, & squammarū scabricie asperum & intractabile interne demum in longum anguem desinit, cuius caput in extrema parte positum, acre admodum sit & mordacissimum. Quæ mulier siue monstrum non est alis prædita, sed sphingis instar facta neque sequitur, ut sphinges, sed ut draco acutissimum sibilum ædit, feras quasque, vel velocissimas cursu superat, & capit deuorat q; hominem uero illecebris blandiciisque dolosis allicit captumque manibus vncorum more factis, & capite angumo mordens tenente dilaniat, & uescitur. sign. sirtes anguipedes quę itidem sign. improbitatem & lasciuiam. Valer. f. 108.

168 Mulier in literis sacris sign. sensum siue carnem Valer. f. 108.

169 Mulier umbelico tenus cætera in uiperam desinentia. sign. Araxam, apud Scytas mulierem famosæ salacitatis & luxuriæ. Valer. f. 110.

170 Mulier habens in dextera caput serpentis, & in leua lapideum sceptrum. sig. Iunonem dominam. Valer. f. 111. vide serpens 46.

171 Mulier hastæ cum sinistra manu adnixa, & cum dextera serpentē in spiras conuolutum. sign. Iunonem conseruatricem, per serpentem imperium, per hastam defensionem sign. Valer. f. 111.

172 Mulier gradiens stola ad pedes demissa capite galeato, ancile sinistra gestans, læua tropheum quod humero inhæret sustentans, a latere vero serpens draco prorepit capite surrecto magnis voluminibus terga trahens. sign. Romā serpens sign. præfectum militum cuius nomē esse in numo inscriptum, ut habetur in numo Cæsaris Dicat III. Valer. f. 113.

173 Mulier stans cum caduceo, & ramo oliuarum. sig. pacem numus Vespa. Valer. f. 115.

174 Mulier alata cum caduceo, & cum serpēte quodam a pedibus abeunte. sig. pacē, serpentis vero habitus. sig. alio ablegatum. Val. f. 115.

175 Mulier alata dextera uestimētum a pectore ad faciem tollens, & læua caduceum exporrigit, & pedibus serpentem sinuosum calcat sig. pacem condonatam bello oppresso, serpens .n. sig. bellum. Valer. f. 115.

176 Mulier tenens in dextera caduceum, & in sinistra hastam. sig. felicitatem temporum. Valer. f. 116.

177 Mulier læuo cubito collumellę assurgentis capitulo innitens, & dextera caduceum tenens. sig. felicitatem publicam. Valer. f. 116.

178 Mulier stans palla induta dexteram eleuans sinistra uero hastam tenens. sign. æternitatem numus argent Faustinæ.

179 Mulier nuda pedes inter terram & aquam tenens, & stans habens sinistram eleuatam cum face ardente quam videtur aerem & ignem celestem attingere. & cum dextera tenente facem aliam ardentem uersus terram, qua uidetur terram accendere, hæc mulier est cincta in medio sui quadam chatena, qua tenetur ab alia muliere habente caput inter nubes, qd non uidetur, reliquum uero corpus apparet cum hac muliere adest puellus quidam alatus cum face ardente, & est supra mulierem alius puellus alatus cum pauone apud pectus ipsius mulieris, tertius sedens in terra non alatus sed tenens cornucopiæ. & quartus itidem nun alatus in aqua cum tridente. Prima mulier. sign. materiam primam. secunda sig. spuriam intelligentiam. primus puer sig. ignis elementum. secundus sign. aerem. tertius sign. terram. & quartus aquam. primā mulierem teneri a secunda sig. materiam primam inesse intelligentiæ imperfectæ, nam perfecta est immaterialis. Achiles Bocchius Emb. 28.

180 Mulier abiens cum uiro, se baculo percutiens cum acri uultu. sig. mulierem, quæ secundo marito nupserit nil amplius curare de morte prioris, neque uel proprios filios, dummodo cum marito oblectetur. quod diuinitus expressit Homerus. Achilles Bocchius Symb. 37.

181 Mulieres duæ quarum vna sedet super spheram quandam, & habet velum circundatum oculis ponderans, cum sinistra manu in bilance uirtutes & diuitias, sed apud ipsam diuitiæ prę ponderant virtutem. Altera uero mulier stās & oculis apertis ponderans uirtutē, & diuicias sed apud ipsam uirtus præponderat diuitias. prima sig. vulgi opinionem, quæ præponit diuitias virtuti. secunda uero sign. prudentum rationem pluris facientem virtutem quam diuitias. Achilles Bocchius Symb. 41.

182 Mulier armata tenens in sinistra pomū, & dexteram lateri dextro affixam. quam præcedit morio quidam faciens morias siue, vt aiūt moreschas post uero ipsam. sequitur alia mulier alata tenens in sinistra trophæum, & in dextera regiā coronā. prima mulier sig. virtutem. secūda sig. gloriam, quæ sequitur uirtutem esse solidam. Morio vero ante cedens sig. gloriā quę preuenit uirtutem, esse meras nugas & inanē. & ideo habet flabellum pauoninis pennis cōpositum quod extollit & sig. ipsam vanam gloriam. Achilles Bocchius Symb. 42.

183 Mulier iacens ab vmbelico supra nuda, & infra induta adhęrens sinistro brachio uasi cuidā, in quo exit arbor quercus, quę iā & quatuor alias mulieres legit dexterā uero ipsa mulier iacens tenet supra firmamentum stellarum, ad cuius pedes mulier alata in sinistra tenens palmam, & dexteram extollens, ante quam sunt tres aliæ mulieres supplicantium more sign. Deam Tellurem. Erizzus f. 556.

184 Mulier stans apud quam sunt duæ tritici spicæ, & in sinistra tenens quædam instrumenta rusraria, & in dextera aratrum, quæ mulier erat habitu succincto. sig. Tellurē Deā. Erizzus f. 558.

185 Mulier stans & tollens brachia ad stellam quādam sig. prouidentiam. Erizzus f. 559.

186 Mulieres duę alatę, ad quarū pedes sint duæ aliæ

captiuæ inter quas alatas sit trophæum, quod ambæ tenent manibus sig. victoriam de Britannis habitam. Erizzus fol. 561

187 Mulier alata cum corona in dextera, et palma in sinistra super humerum signi. victoriam de Parthis habitam Erizzus fol. 563

188 Mulier in dextera tenens clauum nauis, et in sinistra tenens cornucopiæ sig. fortunam deam Erizzus fol. 580.

189 Mulier sedens in cathedra, et pedibus tangens columnam, et dexteram tenens in capite, et in sinistra habens nescio quid sign. securitatem deam. Erizzus fol. 588.

190 Mulier sedens habẽs turrim in capite, et in dextera victoriam, et in sinistra cornucopiæ. sign. urbem Adrianopolim. Erizzus f. 591.

191 Mulier alata scribens in clipeo affixo cuidam tropheo, signif. victoriam de Britanis habitam. Erizzus f. 594.

192 Mulier armata, & sedens super spolia, & arma tenẽs in dextera victoriam alatam, & habens post se aliam victoriam, quæ eam coronat ad cuius mulieris pedes iacet genuflexa alia mulier, sign. Romam cui germania supplicat. victoriæ illæ, sign. debellationem Germaniæ ab Imperatore factam. Erizzus f. 619.

193 Mulier in curru attracto a duob. tauris, sig. Dianam siue lunam. Erizzus fo. 632. & sign. lunæ exaltationem, in signo Tauri.

194 Mulier adhærens dextera haste cuidam & brachio sinistro adhęrens columnæ sig. seueritatem Erizzus f. 643.

195 Mulier stans tenens in dextera Pileum & in sinistra clauam, & post se habet stellam sig. libertatem deam Erizzus. fol. 646. Quæ sig. solem cuius sacerdos fuit Imperator.

196 Mulier sedens in cathedra, & tenens in dextera virgam. signif. securitatem deam Erizzus. 687.

197 Mulier stans & induta habens in sinistra cornu copiam & in dextera virgam, vel clauam & ad pedes orbem sig. prouidentiam deam Erizzus fol. 689.

198 Mulier sedens, & in dextera tenens pateram, & in sinistra tenens cornucopiæ, signi. concordiam deam. Erizzus f. 691.

199 Mulier stans & induta, porrigens dexteram uiro habenti in sinistra hastam siue uirgam, sign. Miletum vrbe Ionię congratulari Imperatori mulier est vrbs & uir est Imperator. Erizzus f. 699.

200 Mulier stans & extendens brachia uidetur uelle inouere Taurũ, qui stat a dextris, & leonem a sinistris, sign. Aotium Coloniam Taurus, sig. studium agriculturæ, & leo significat. terram, quæ omnia, sign. frugum abundantiam, quæ cedat in honorem principis. Erizzus f. 705. ego uero interpretarer Taurum, signi. modestiam & leonem, sign. animi fortitudinem.

201 Mulieres duæ caput turritæ inuicem dexteras sibi tangẽtes, quarum una habet clauum nauis, & altera nescio quid, quod uidetur malleus, in medio earum ad pedes sunt duæ nauium proræ, sig. Smirnam, & pemithum ciuitates simul Imperatoris memoriam colere. Erizzus f. 710. Ego crederem illas duas ciuitates uenerari prudentiam et fortitudinem Imperatoris.

202 Mulier nuda in sinistra tenens pomum & cum dextera pudenda sibi uidetur contegere uelle ab utroque latere cupidines habens alatos, qui in manu singulas contienent faces, sig. deam venerẽ. Eriz. fol. 711. et sig. eam protetricem vel insigni vrbis seleuciæ vel sign. speciosam faciem & decorem totius corporis, Imperatoris.

203 Mulier iuuenis quæ egreditur e marini concha marina, sig. Venerem deam. Erizzus f. 712.

204 Mulier tenens in manu concam marinam, quæ mulier sit coronata rosis, & floribus, postquã sequantur gratiæ, & ab vtroque latere sint cupidines, & Mercurius, significat venerem deam. Erizzus f. 712. & hoc signific. congressus Venereos indigere suaui, & eleganti sermone. Erizzus. 718.

205 Mulier iuuenis, & pulchra ĩ curru attracto à columbis, vel à cignis sign. venerem deam Erizzus fol. 712.

206 Mulier sedens super arietem sig. venerem communem vel vulgarem deam. Erizzus. f. 712.

207 Mulier armata, & iuuenis sig. aliquando venerem armatam. Erizzus. f. 713.

208 Mulier tenens in altera manu capita papauerum & in altera pomum sign. venerem deam Erizzus. f. 714.

209 Mulier tenens in dextera victoriam & in sinistra hastam & adhærens clipeo sig. venerem victricem Erizzus f. 715.

210 Mulier pulcr, quæ ambabus manibus præhendit, attrahit ad se Martem Deum. sig. venerem victricem. Errizzus. f. 715.

211 Mulieres duæ tenentes clipeum in manibus, sig. duas victorias de Persis ab Imperatorib. habitis. Erizzus. f. 723.

212 Mulier sedens super saxum habens coronam turritam in capite & tenens super brachium dextrũ auẽ quandã, & pede premit ippogrifum siue equum pegasum, sign. vrbem Samosatam, quæ recolit famam Imperat. Erizzus f. 728.

213 Mulier stans cum ramo oliuæ in dextera & virga in sinistra, sig. pacem initam cum Persis ab Imperatore, Erizzus f. 731.

214 Mulieris caput uelutam cum quibusdam turribus super se, super quas est quadrupes quoddam, sig. vrbem Antiochiæ. Erizz. f. 733.

215 Mulier sedens super leonem, quæ tenet in dextera sceptrum, & habet nescio quid in capite, sig. Deam Siriam siue Ream. Erizz. f. 737. ærat insigne vrbis Hieropolis.

216 Mulier sedens super leonem, & habens in altera manu sceptrum, & in altera colum, & tenens in capite radios, habens apud se turrim, & cestum siue Zonam virgineam, significat Siriam deam siue Iunonem. Erizzus fol. 740.

217 Mulier q̃ in curru trahitur a leonibus, habẽs in capite turres, vel sedens sup̃ leones, uel habens

apud

apud ſe illos, & tenens in manu timpanum, ſig. Siriá deam Erizzus. fol. 741.

218 Mulier alata tenens in dextera coronam eſt in ſiniſtra palmam ſig. victoriam de Scitis habitá. Erizzus fol. 746.

219 Mulier ſtans, & coronata tenens in dextera caduceum, & in ſiniſtra corno copiæ ſig. fęlicitatem Deam Erizzus fol. 746.

220 Mulier in habitu ſuccincto, & tendẽs arcum ad cuius pedes ſit canis currens ſig. Dianam deam, quæ eſt prolectrix Epheſiorum. Erizzus fol. 747.

221 Mulier ſtans, & tenens in dextera ramum, & in ſiniſtra virgam ſign. pacem deam. Erizzus. folio 750.

222 Mulier in habitu ſuccincto, & tendens arcum ad cuius pedes eſt canis, currens, & poſt eam eſt arbor ſig. Deam Erizzus fol. 753. Quæ eſt dea Epheſiorum.

223 Mulier ſtans in curru atracto a duobus Tauris ſig. Dianam Erizzus.

224 Mulier habens apud ſe canes, & ceruos ſig. Dianam. Erizzus fol. 755.

225 Mulier induta pelle cerui, ab humero cuius pendet pharetra ſagittis plena, quæ mulier in altera manu fert lampada, & in altera, ſerpentes duos, apud quam eſt canis leporarius ſig. Dianam. Erizzus fol. 760.

226 Mulier ſtans, & bene induta adherens cum cubitu ſiniſtro columnæ, & in ſiniſtra tenens virgam, & dexteram ibi apponens capiti ſig. ſecuritatem Deam. Erizzus fol. 763.

227 Mulier ſtans cum quodam inſtrumento in ſiniſtra apud quam eſt columna, ſupra quam eſt victoria, cum corona triumphali in manu ſig. Iuliam coloniam fęlicem, & victoria ſig. honorem Principis a Colonia illi attributum. Erizzus fol. 764.

228 Mulier ſtans, & induta tenens polum in capite & in ſiniſtra habens cornucopiæ, & dextera cum patera ſacrificãs ſuper aram ante ſe aſtantem ſig. fortunam Deam Epheſiorum. Erizzus fol. 766. & ſig. fęlicitatẽ populi Epheſiorum propter Imperium Imperatoris.

229 Mulier tenens in altera manu cornucopiæ, & in altera clauum nauis ſig. fortunam &

230 Mulier tenens manu velum nauis, & iacens inter maris vndas ſig. fortunam &

231 Mulier iacens ſuper ſumitatem ſaxi ſig. fortunam &

232 Mulier iacens ſuper ſumitatem montis expoſita cunctis ventis ſig. fortunam &

233 Mulier ſedens ſuper rotam ſig. fortunam &

234 Mulier tenens in manu puerum plutonem ſig. fortunam &

235 Mulier habens ſub pedibus orbem ſig. fortunam &

236 Mulier ceca ſig. fortunam.

237 Mulier ſtans, & induta, & habens brachia extenſa, & in ſingula manu tenet ſingulas Dianas habentes arcus ſuos ſig. vrbem Epheſum Erizzus fol. 769.

238 Mulier in habitu ſuccinto tenens per cornua ceruum humi iacentem ſig. Dianam Deam. Erizzus fol. 771.

239 Mulieres tres tenẽtes in ſiniſtra cornucopię, & in dextera bilancem, & habẽtes colliculos ſub pedibus ſig. Monetam Deam. Erizzus fol. 777

240 Mulier ſtans, & in ſiniſtra tenens ramum oliuæ, & in dextera tenens facem accenſam, terram verſus cum qua accendit, & comburit loricas, clipeos, arcus, pharetras, & arma iacentia ad baſim aræ aſtantis ante ipſam, quæ mulier habet poſt ſe columnam erectam in cuius vertice ſtat imago quædam cum haſta in manibus, & ad baſim columnæ iacet clipeus ſig. pacem Deam. Choulus fol. 12.

241 Mulier ſtans, et tenens in ſiniſtra cornucopiæ, et in dextera tenens facem accenſam cum qua accendit clipeos, et arma, ſig. pacem Deam Choulus fol. 12

242 Mulier tenens in dextera ramum oliuæ, et in ſiniſtra caduceum, et ſtat ſig. pacẽ Deam Choulus fol. 13

243 Mulier ſtans, et tenens in dextera palmam, et in ſiniſtra baculum ſig. pacem Choulus f. 13.

244 Mulier tenens in dextera pateram, et in ſiniſtra cornucopiæ ſig. concordiam Choulus fol. 22.

245 Mulier ſimilis ploranti, et meſta cum manu dextera ad malã, et ſedens ad pedes Trophei oouſti armis, et clipeis, galeis, et ſpoliis ſig. Iudeã captam. Choulus fol. 10

246 Mulier meſta cum dextera ſub genis, et ſedens ſuper loricas, galeas, clipeos, et alia arma, apud palmæ arborẽ ſig. Iudeam captam. Choulus folio 10

247 Mulier ſtans, et manibus ligatis humero adheret arbori palmæ ſig. Iudeam captam. Choulus fol. 11

248 Mulieris caput velatum in vna parte nummi, et in altera duæ dexterę ſe ipſas taogentes in quarum medio eſt, caduceus ſig. cõcordiam. Choulus fol. 23

249 Mulier ſtans ſuper aram tenens in dextera vas quoddam, et in ſiniſtra haſtã, et ſerpẽtes duos cingentes arã ſuper quam ſtat mulier, et extollentes ſua capita tam alta quam habet mulier ipſa, ſig. concordiam. Choulus fol. 24

250 Mulier bene ornata, et ſtans tenet in quaque manu inſigne militare ſig. concordiam. Choulus fol. 25. probo. br. et Seuerina arg.

251 Mulier ſtans et bene ornata tenens in ſiniſtra cornucopiæ, & in dextera inſigne militare, ſig. concordiam. Chou. f. 25. Quintulis arg.

252 Mulier properans, cum dextera tenens ramum oliuæ, & cum ſiniſtra præhendens partem poſteriorem veſtis, & aliquantulum extollens eã, ſig. Spem Deam. Cou. f. 28. Hadria æneo. nu. et Antoni æneo. nu.

253 Mulier tenens in dextera ſpicas, et in ſiniſtra pateram, et ſtans, ſig. fidem. Chou. f. 30. Plotina æneo. nu.

254 Mulier ſtans et porrigens brachium dextrum, et in ſiniſtra tenens cornucopię, ſignifi. fidem. Cholu. f. 30. Veſpeſian. æneo nu.

255 Mulier ſtans, et tenens in dextera vas fructibus

plenum, et in ſiniſtra habens manipulum ſpicarum, ſign. fidem, Choulus fol. 30. Domit. æneo nu.

256 Mulier ſeminuda tenens in dextera haſtam, et in ſiniſtra tenens cornucopiæ, et habens pedē dextrum ſuper galeam, ſig. virtutem. Chou. fo. 33. Vitel. ęneo nu.

277 Mulier ſtans & tenens in dextera pateram, in ſiniſtra haſtam, & ad pedes habens pauonem, ſig. Iunonem. Choulus fo. 44. Iulia Pia, & Fauſti. æneo.

258 Mulier armata, & ſedēs adhæret cubitu ſiniſtro clipeo, in dextera tenens victoriam alatam cū corona triumphali, in dextera ipſius victoriæ ſig. Mineruam victricem. Choulus fo. 46. Liſimach arg. & æneo.

259 Mulier induta, & ſedens ſuper cathedrā tenens in dextera pateram, & adhærens cubito ſiniſtro ſuper caput viri coronati paruuli ſtantis, ſign. baſim columnę, ſig. pietatem. Choulus f. 58. Calig. æneo.

260 Mulier ſtans & induta tenens in ſiniſtra ſceptrū & habens ad pedes orbem diſtinctum zodiaco & ſtellis quem ipſa mulier videtur digito dextræ indicare, ſig. prouidentiam. Choulus fol. 63. Traianus æneo.

261 Mulier ſtās & eleuās manus ad orbem diſtinctū ſtellis & zodiaco, ſig. prouidentiam Chou. f. 63 Pertinax æneo.

262 Mulier ſtolata & ſtans tenens in dextra orbē, & nauis Clauum, & porrigit orbem viro cuidam, ſig. prouidentiam. Choulus f. 63. Titus æneo.

263 Mulier ſtans & induta ſtola cum ſceptro in ſiniſtra, & habens ad pedes orbem, ſig. prouidentiam. Choulus f. 64. Caracalla æneo.

264 Mulier habens in ſiniſtra cornucopię, & in dextera manipulum ſpicarum, & ad pedes ſportā ſpicis plenam, ſig. prouidentiam. Choul. f. 64. Alexand. mamme æneo.

265 Mulier tenens in dextera orbem, & in ſiniſtra ſceptrum, ſign. prouidentiam. Choulus fo. 64. Probus arg.

266 Mulier tenens in ſiniſtra cornucopiæ, & in dextera ſceptrum, & ad pedes orbem, ſig. prouidētiam. Choulus f. 64. Florianas arg.

267 Mulier nuda ab umbelico ſupra, & habens pectus & totum torax refertum mammis, & ab vmbelico infra cincta erat multis zonis inter ſę p interualla diſtinctis, quæ interualla ſcatebāt omnium genera Aunibalibus, & extendebant manus ſuas e quibus pendebant, ueluti duę tela venatoria habentia haſtas ſuas globulatas & ex altera parte habebat virum aſtantem & indutum tenētem uirgam in dextera circum quā virgam ſerpens ſe ipſam voluebat & ex altera parte erat mulier ſtans, & ad pedes ſuos habebat veluti rotam, ſign. Dianam Epheſiā aliquando inuenitur ſine uiro & ſine illa muliere quorum loco ſunt uel duo canes uel duo cerui. Choul. f. 73. Anton. Pius æneo, & Comodus æneo.

268 Mulier ſtans & induta tenens in manibus facē accenſam, ſig. Dianam luciferam et ſign. lunam plenam. Choul. f. 73. Iulia pia arg.

269 Mulier ſedens in curru attracto a duobus ceruibus, ſign. lunam luciferam ſiue lunam plenam. Choulus f. 73. Iulia pia æneo.

270 Mulier in habitu ſuccincto tenēs in ſiniſtra ueru uenatorium, & cum dextera tenens ceruum per cornua, ſig. Dianam venatricem. Choul. fo. 74. Hoſtilius arg.

271 Mulieris caput cum pharetra & ſagittis, cane, & vera uenatorio, ſig. Dianam venatricem. Choulus f. 75. Poſtumus arg.

272 Mulier cum arcu in ſiniſtra, & cum ſagitta in dextera extracta e pharetra, & cum cane venatorio, ſig. Dianam venatricem. Choulus fo. 76. Aug. arg.

273 Mulier turribus coronata caput ſedens in curru attracto a duob. leonibus habens in ſiniſtra timpanum, quod ſuſtinet cum genu ſiniſtro, & in dextera tenet ſpicas ante leones & uir aſtans & adhærēs arbori pino dexteram ſuam tenens ſibi ad guttur, & cum ſiniſtra ſubleuat orbem ad cuius pedes eſt baculus veluti vncus, ſig. Cibelem deam, leones ſign. nullam terram adeo ſterilem, quę ſi colatur non fiat fertilis turres in capite, ſig. ciuitates, & ædificia in terra condita, timpanum ſig. terræ rotunditatem ſiue uentos, in ea incluſos, ſpicæ ſig. ſolam terram alere hominem, vir ſig. atim. Choul. f. 81.

274 Mulier turrita caput ſedens ſuper leonem currentem tenens dextera fulmen Iouis, & in ſiniſtra ſceptrum ſig. Cibelem Deam ſiue Siriam, & hæc ſign. principis indulgentiam in aliquem. Choul. f. 83. Seuer. argent. & Geta.

275 Mulier turrita caput ſedens in cathedra inter duos leones, & habens in dextera ramum pini & in ſiniſtra ſceptrum & adhęrens cubita ſiniſtro timpano, quod habet in cathedra, ſig. Cibelem deam. Choulus f. 83. Iulia pia arg. & ferè eodem modo. Fauſtina minor æneo.

276 Mulier turrita caput ſedens in curru attracto a duobus leonibus, ſig. Cibelem Choulus. f. 84. C. Volterius. arg.

277 Mulier cum magno numero mammarum cum duobus leonibus ſuper brachia, & uaria animalia a ſe producta circum ſe & duæ ceruæ ad pedes ſuos, ſign. Cibelem deam, mammæ ſign. eam nutrire mundum, leones & animalia ſign. eam eſſe deam naturæ ceruæ, ſig. Cibelem, & Dianam eſſe eandem. Choulus f. 84.

278 Mulier accendens lucernam ad quęrendā dragmam, ut eſt Lucę ſign. 18. diuinam ſapientiam quæ accendit lucernam carnis humanæ ad redimendum hominem perditum. Diuus Bernardus, & Laurētus V. mulier, quę ab abſcondit. 32 t.

279 Mulier induta habitu molli, & deliciato ornato mirto, & roſis incedens per urbem modo hos modo illos feriens, & vultu ſimulans pudicitiam, & pudorem, ſig. luxuriam, & pudicitia, & pudor ſimulatus, ſignif. eam luxuriam, quæ cui detur pudica, & honeſta magis commouere. Equicola in primo libro de natura amoris.

280 Mulier induta talari veste & stans tenēs in dextera normam lacem ardentem circinum & perpendiculum ad cuius pedes sit cribrum. & ad brachium dextrum habet serpentem inuolutum. significat Dialecticam esse vallum disciplinarum.
Achilles Bocchius. Simbolo 62.

281 Mulier circumuoluta rotæ quæ habeat capillos in fronte, & alas siue talarias ad pedes. signif. occasionem rotari neque vnquam stabilē esse. Achilles Bocchius Symbolo 71.

282 Mulier nuda sedens super delphinem in mari librans cum dextera in bilance quadratū quoddam in altera lance, & in altera rotundū quoddam, & habens ante pectus cor torque aurea pendēs a collo, quod cor est oculatum, & hęc mulier habet inscriptionem, cognosce, elige, matura. sign. acumine ratione, & diligentia unumquemquem beati posse: nam cor oculatum, sign. prudentiam: torques aurea. signifi. doctrinam ciclicam. libra sign. æstimationem iudicium, & electionem. delphinus sign. lentam celeritatem. laurus sign. honorem. portus sig. animi quietem & securitatem. fulgor coeli sig. spem immortalis vitæ. hæc mulier habet in capite lauream. & uidetur ingredi portum, & est nescio quid splendoris in aere fulgens. Achilles Bocchius Symbolo 106.

283 Mulieres duæ quarum vna est nuda, & alata & in sinistra tenet clauum nauis, dexterā vero sustinet spheram quæ pendet a cathena retenta a manu inter nubes positā. Altera vero mulier induta & in sinistra habet cornucopiæ & dextera sustinet eandem speram, in qua est lucerna quadrata quę est circundata tribus circulis & ardet, eius enim ignis ascendit in altum, & splendet vndique: sphera ipsa habet circulo spheræ celesti conuenientes, adsunt quoque lilia quinque in circulo quodam adpicta. quę omnia sig. quod mens orbem illustrat, retinet sapientia mentem. nam lucerna pensilis. sign. mentem, tres circuli. sign. intellectum, voluntatem, & memoriam. cathenā demissa. sign. rerum seriem. ignis ascendens. sign. mentis in Deum eleuationem. lilia quinque. signifi. sapientiam, pacem, iustitiam, fidem, & liberalitatem. mulier nuda. sign. bonam fortunam & altera sign. copiam. Achilles Bocchius Symb. 130.

284 Mulier induta cum cornucopia in altera manu & in altera bilancem tenens. sig. deam monetā & per cornucopię sig. quod per pecuniam omnia comparantur. per bilancem uero sig. quòd apud antiquos pecunia non numerabatur, sed pendebatur. Aeneas Vicus libr. 1. cap. 4. de nummis.

285 Mulier sedens in habitu regio circa quam omnes virtutes assistunt nil aliud curantes, nisi vt illi rem gratam faciant. signi. apud Cleantem voluptatis gratiā omnia fieri & tentari. Equicola lib. 6. de natura amoris.

286 Mulier cum ciconia, sign. pietatem. Aeneas Vicus lib. 1. cap. 19.

287 Mulier regio ornatu induta sedēs supe, Hidrā regia, quadam sella & tenens cratera in manu è quo latices propinare uidetur cuidam turbæ ei altanti. sign. fictam religionem, siue secūdum Prophetæ descriptionem. sign. Babiloniam. sig. etiam vel superstitionem, vel heresim. Secundum annotationes Ioann. Baptistę Caballaræ viri doctissimi in Alciatum Embl. 6. Alciatus Embl. 6

288 Mulier sedens super dolium induta ueste viridi & suspiciens leta in cęlum, tela mortis refracta tenens in manu, & super dolium adest cornix auis. adest quoque vir in dextera tenens uas. in sinistra habens fascem spicarum tritici. medius adest puer, post mulierem sedentem est alia mulier tenens in manu frenum. sig. spem tenere letum hominem vsque in mortem. mulier sedens super dolium sig. spem. sedere super dolium. sign. solam spem in fundo uasis Pandoræ resedisse. tela mortis fracta in manu tenere. sig. uel morti addictos adhuc spe viuere. vestis uiridis sig. per spem omnia esse læta. cornix sig. futurum bonum tempus. vir cum vase & spicis sig. bonum euentum, puer sig. cupidinem precipitem. mulier stans post sedentem. sig. Rhamnusiam vindicem & frenantem nequis speret nisi quod liceat. Alciatus Embl. 44. v. cornix quę est super dolio 16.

289 Mulier sedens super Aiacis monumentum & sibi lacerans comas. sig. virtutem & viros bonos a falsis iudicibus sæpe peruerti. Aiax enim dolo malo ab Vlisse in Achilis armorum iudicio Grecis inique iudicantibus deuictus est. Alciatus Embl. 48.

290 Mulier deambulans squalida & comedens serpentes cum baculo in sinistra, & dexterā tenēs ad pectus. sig. inuidiam. & hoc sig. inuidos pasci virulentis suis cogitationibus alterius bono dolentes, seipsos consumentes, & maledictis alios lacerantes. Alciatus Embl. 71.

291 Mulier sedens & uirga quadā tangens varia animalium genera. leones, lupos, vrsos. canes, hircos, &c. sig. Cyrcē conuertentē hoīes in belluas. v. Cyrce. Alc. Emb. 76. v. Cyrc. v. Vlisses 9.

292 Mulier collocans iuuenē mortuum inter lactucas sig. Venerē plorantē Adonim ab apro occisum. & hoc sig. lactucas extinguere Venerē. sicuti eruca herba excitat illam. v. Adonis. v. lactuca. & Venus. Alciatus Embl. 77.

293 Mulier sedens in turri in sede collocata supra adamante quadro habens ante se columnam Christallinam. sig. animam Lauræ in corpore inuiolabili quæ mutauerat ante sanguinem calidum in frigidum & humidum in siccum. cū summa constantia. quę omnia sig. Lauram cepisse fieri melancoliam & inde contemplationi aptam. Franc. Petrar. in ode illa, Tacer non posso &c. Iul. Camil. f. 48.

294 Mulier nuda habens capillos in faciem uersos nullos in occipite. tenens in dextera nouaculam. cum sinistra tenens uesum super humeros uolitans, ad pedes habet talaria & stat super rotam in mare fluitantem. significat

 tempo-

temporis occasionem, capilli in faciem versi, sign. occurrentem oportere scire capere occasionem. nam si præterit, impossibile est retrocapi, quod sig. in occipite caluam esse. Talaria ad pedes sig. occasionem statim aufugere. Status super rotam fluitantem, sig. occasionem, usque rotari. modo huc, modo illuc, vt instabilem diuerti. nouacula in manu dextera sig. occasionē esse quauis acie acutiorem. Alciatus Embl. 121 V. puer 11.

295 Mulieres tres talis ludentes, quæ earum prior moreretur, & illa cur male cesserat alea. ridens de sorte, attamen statim a tegula de tecto cadēte occisa est, duabus reliquis obstupentib. sign. malam fortunam semper præsto adesse, potius quàm bonam. Alc. Embl. 129.

296 Mulieres tres vetulæ cęcæ tardigradæ, sequētes aliam mulierem volantem, quæ habet alas, & pedes, sicuti Harpiæ aduncos, manibus, & unguibus rapacem sign. litas, idest supplicationes Iouis filias reparantes, sed tardè, mala, quæ celeriter facit volans: quæ sig. Aten, idest calamitatem a Ioue de cœlo deiectam, ut hominibus inferat mala, est enim noxæ dea. Hoc Homeri figmētum sig. bona tardius, mala verò celerius contingere. Alc. Emble. 130. V. Ate. Sanctius ibidem. V. litæ.

297 Mulier nuda genu, & pectus tenens alterum pedem in terra, & alterum in mare, & manu dextera tangens sepulchrum Amarantho viridi, eiusque purpureo flore decoratum. sig. Thetidem matrem ad Achillis monumentum progressam, & quod sig. strenuorum virorum nomen esse immortale; nam Amaranthus sig. immortalitatem, quod illius flos non smittat colorem, neque in asperrima hyeme. Alc. Embl. 135. V. sepulchrum 7.

298 Mulier gestans in capite calatum plenum Persicis (non Persicis, sed forsan Perseis, vel Author Albutius errat) & alium in manu, sig. hominē literatum apud exteros esse in maiori precio, quàm in patria. Persica enim in Perside sunt noxia, & nullius grati odoris: translata verò ad nos sunt bona, & odoris gratissimi, & habent folia linguæ similia, & fructus suut cordi non dissimiles, quæ significat eloquentiam cum prudentia couiunctam. Albutius ad Alciatum. Emble. Alcia. 142.

299 Mulier sedens capite, & oculis uelatis, quam senex, & iuuenis certatim petunt, ut secum remaneat. sig. Penelopem, quæ rogante, & patre, vt apud se maneret, & Vlisse, ut secum diuerteret. velo oculos occlusit. quo facto pater intellexit eam cum coniuge velle abire, sed pudore non audere rem patri palam facere, quod sign. nephas esse prohibere, quod naturæ iubeat lex. est enim naturale, vt vxor sequatur maritum patre relicto. Hoc symbolum forsan Homerus deduxit ab vxoribus Iacob. Alciatus Emb. 196 V. Penelope.

300 Mulieres duæ sedentes singulę super vnicornu, & subsidium ferentes Rugerio ad Logistillam pergenti contra monstra illum opprimentia, sign. honestum amorem dissipare, atque amouere viles curas a corde. Ariosti cantu 6. Clem. Valuaso.

301 Mulier, quæ stat in ponte, quo itur ad Alcinam, & neminem transire permittit, nisi precio soluto sig. auaritiam mulierum, quæ sui copiā non faciunt nisi numerata pecunia. Et ideo illa uocabatur Eriphila, idest amans pecuniam. Ariosti cantu 6. Clem. Valuas.

302 Mulieres bellicosæ, quæ sine viris urbes, & regnum suum regebant. sign. mulieres esse non minus idoneas ad quodius arduum opus exequendum, quam viri sint. Ariosti cantu 19. Clemens Valuas.

303 Mulieres, quæ a paucis deceptæ decreuerunt omnes viros occidere. sign. paucorum ingratitudinem multis nocere. Ariosti cantu 20. Cle. Valuas.

304 Mulieres, quæ decreuerunt regnare sine viris, sed postea, se non duraturas cognoscētes decretum temperarunt. sig. leges factas contra naturam non esse stabiles. Ariosti cantu 20. Clem. Valuas.

305 Mulieres, quæ aufugerunt, audito Aistulphi cornu sonitu. sig. vnumquemque facile redire ad illud, ad quod eum sua natura inclinat. illæ enim mulieres factæ erant bellicosæ antea, sed postea ad suam naturam reclinarunt. Ariosti cantu vt supra.

306 Mulier Pinabelli irridens Marphisam propter Gabrinam, & amittēs ornamenta, & equum. sig. illum, qui alios irridet, sæpe irrisiones, & damna pati. Ariosti cantu 20. Clemens Valusorus.

307 Mulier Pinabelli, quæ a Marphisa fuit spoliata, facit vt aliæ mulieres quoque a marito spolientur, sign. eos, qui cum alios iniuria afficiunt, pusant obtegere opprobria sua. Ariosti cātu 22. Clem. Valuas.

308 Mulierum imagines adhærentes poetarum imaginibus. sign. poetas extollere mulieres ad summum gloriæ. Ariosti cantu 42. Clemens Valuaso.

309 Mulieres nobiles, & equites egregij gaudentes, quòd Ariostus deuenisset ad finem operis sui, sig. nobiles animos charam poetarum gloriam habere, atque literatorum hominum. Ariosti cantu 46. Clem. Valuas.

310 Mulieris simulachrum, quod esset sine pedib. & manus tantum haberet, & pennas. apud Scythas sig. fortunam. Petrus Crin. li. 1. c. 6. de honesta discipl.

311 Mulieris simulachrum, quod capite fulciret polum & altera manu cornu Amaltheæ haberet. apud Smyrneos sig. fortunam. Petr. Crinit. vs supra.

312 Mulier sedens tantum, ut dicitur una natę super scamno, & tenens vnum crus eleuatum quasi deambulatura. in dextera tenet duas alas, & est ea pars qua sedet: in sinistra tenet testudinem, & est ea pars, qua tenet crus eleuatum. sign. velocitatem sedendo, tarditatem temperare surgendo. alæ sign. uelocitatem. & sede-

re

re signific. tarditatem. testudo signific. tarditatem, & eleuare crus sign. velocitatem. Poliphi lus lib. 1.

313 Mulier nata cum dentibus sig. exitium illi vrbi, vel loco vbi sit nutrita, ut habetur de Valeria, quæ fuit deportata ad Sessapiam vrbem florentissimam, quæ tamen iuxta portentum Valeriæ corruit. Petrus Crin. lib. 22. cap. 5. de honesta discipl.

314 Mulierem indui veste virili, uel uirum indui ueste muliebri abominandum esse, ut est Deuto. 22. sig. cōtra naturā esse, ut fœmina exerceat actus viriles. & vir exerceat actus muliebres, vel sig. esse cōtra naturam, ut caro dominetur spiritui. Lira sup. Deut. 22. & Laure. in uerbo abominari.

315 Mulierem prægnantem percutiens, ut est Exo. 21. fig. illum, qui scandalizat animam infirmā habentem in se verbum Dei, nōdum opere in lucem productum. Orig. sup. Exo. hom. 10. & Laur. in verbo abortire. V. abortus.

316 Mulier meretrix petens a Salomone, vt puer viuus diuideretur, ut est 3. Regum 3. fig. synagogam petentem, ut Christus crucifigeretur, ut qui ab ipsa separatus, neque ab Ecclesia haberetur, quam sig. mater vera pueri. Laur. in verbo abscindere.

317 Mulier induta veste talari, & faciem fascia uelatam, & virgo toto corpore nuda. sig. mulieres Lacedæmones, quæ nuptæ velabant faciem, virgines vero aperta fronte in medium prodibāt. & hoc sign. virgines ab oībus debere, & posse conspici, vt ex vultu animi quoque qualitas dignosci posset. Costalius pegmate 77.

318 Mulieres tres nudæ seipsas manibus complectētes, sign. tres gratias, Aglaiam, Euphrosinem, & Thaliam, & hoc sign. gratos bene de se merentibus esse oportere. & vna earum præcedit, & duæ sequuntur, quod signific. gratiam duplicem debere sequi beneficium. Costal. pegmate 83.

319 Mulier stans, & habens vultum Furiæ similem, tenens dexteram sub gremiale, & in sinistra habens Polipum. signifi. Hermoniam ingratam, scilicet de se benemeritis, & in omnes illiberalem: contrariam profectō tribus Charitib. Costal. pegma. 84.

320 Mulier vna colloquens cum Rege pro tribunali sedente, qui habet aures asininas: apud quam mulierem sunt duæ aliæ, quarum vna habet in dextera facem ardentem, & cum sinistra impli cat puerum per capillos, ante istum est uir, qui eam intuens toruo oculo signific. calumniam, fallaciam, proditionem, & liuorem puer sign. illum cuius paterna bona per calumniam, & comites a fisco absumpta sunt. Rex sign. principem arrigentem aures, quas habet longas ad delationes, & calumnias. Costal. pegm. 95. hęc possent esse calumniæ prosopopeia.

321 Mulier quæ abscondit fermentum, ut est Matt. 13. & Luc. 13. sign. diuinam sapientiam, quæ abscondit se sub carne humana, ut hominem perditum redimat. Laur. V. mulier accendens lucernam 278.

322 Mulier quærens drachmam, fig. Christi Dom. N. carnem, vel humanitatem quærentem saluum facere hominem perditum. Idem sig. mulier abscondens fermentum. V. Mulier 321. & 278. de muliere quærente drachma, habetur Lucæ c. 15. de abscondente fermentum est Lucæ 13. Laur. & D. Aug. tractat. in D. Ioannem 7. & 9.

323 Mulier excipiens Christum in domum suam, ut est Luc. 10. sig. Beatissimam Virginem, quę in vtero Dei filium suscepit. Et mulier amicta Sole sig. eandem Virginem Mariam, quæ profundissimum diuinæ sapientiæ, ultra quam credi potest, penetrauit abyssum. Ruper. 11. de Victor. verbi Dei. & Laur.

324 Mulier, quæ circundedit virum, ut est Hier. 31. sign. Beatissimam Virginem, quando in vtero habuit filium Dei.

325 Mulier cui dicitur, quid parturis, ut est Isaiæ cap. 45. signifi. Beatissimam Virginem, quando in utero habebat filium Dei. D. Hieronymus supra Isai. cap. 45. & supra Hierem. 31. & Lauret.

326 Mulierem amictam Sole latuisse in solitudine 1260. dies a facie serpentis sign. Ecclesiam latere a facie Antichristi per annos 1260. nam dies sig. annum, qui anni 1260. conficiunt generationes 42. computatis annis 30. pro singula generatione, quæ 42. generationes incipiunt ab incarnatione Domini N. Iesu Christi, & finiunt anno Dom. N. I. 1260. Ioach. lib. 2. cap. 16.

327 Mulier amicta Sole, et Luna sub pedibus eius, et in capite eius corona duodecim stellarum, et in vtero habens, clamabat parturiens signif. Ecclesiam, quæ in verbo prædicationis clamando, et parturiendo laborat. et in ordine octauo partium Apocalypsi, sign. Ecclesiam, uel ordinem beatarum virginum, et in serie partium quartæ partis, signifi. Ecclesiam, siue ordinem Doctorum. et secundum gratiæ prærogatiuam, signific. gloriosam cœli Reginam Matrem Domini Nostri Iesu Christi. Ioachim Apoc. f. 154.

328 Mulier amicta Sole, etc. signific. Ecclesiam Doctorum, sicuti eius filius sign. exercitum omnium Iudæorum, quo regnaturi sunt cū Christo D. N. Ioach. vt sup.

329 post Mulierem serpentem misisse ex ore suo aquam, tamquam flumen, sign. Diabolum excitasse contra Ecclesiam Arrianam perfidiam, quam sig. aqua. Ioach. Apoc. f. 161.

330 Mulier vna amicta sole cum luna, & stellis, sig. vnum numero ordinem contemplantium modo tripatita varietate distinctum, cuius caput prælati sunt, cuius pedes subiecti, ipsi uero inter utrunque, igitur sol, signif. contemplatores, stellæ sign. prælatos monachorum, & luna sig. ipsos monachos. Ioachi. fol. 67. Donc. capitulo 14.

331 Mulier quæ habeat in capite triplicem coronā regiam, sig. eam fuisse matrem Regis Simandij, quæ

quæ fuit filia Regis, vxor regis, & mater Regis, hæc quoque sign. Blancam Mariam, quæ fuit filia Ducis uxor Ducis, & mater Ducis. Valer. f.303.

332 Mulier stans quę in læua tenet bilances libratas in dextera uero habet fasces virgarum cũ securi. Hanc mulierem sequũtur duæ aliæ captiuæ, quarum vna ensem præfractum manu, præten dit, altera uero innititur conto, prima mulier, sign. iustitiam. Secunda, sign. nimiam seueritatem. Tertia sign. nimiam lentitudinem, quod totum signi. iustitiæ virtutem debere medium locum tenere inter seueritatem, & lentitudinem ad puniendum. Valer. f.315.

333 Mulier stans cum hasta in dextera, & Galea in sinistra, sub cuius pedes libri strati sint, sig. Thelesillam mulierẽ, quæ cæsis argiuis a Cleomene iussit senes, et pueros mænia tueri, & obuia hostibus incursantibus facta eos exceperit, fuderit atque fugarit. Valer. f.317.

334 Mulier quæ Læua pallam sustinet, & dextera auiculam cum luna supersidente porrigit, sign. Faustinã, sed Hieroglyphicum, sig. æternitatem Valer. f.328.

335 Mulier singulari figura, obrotunda quidem, & in acutum prominente, quæ circa medios humeros resideret euiusmodi est coagmentatæ figura terræ, & quæ habitu sedentiş erat sig. uestam deam. Valer. f.344.

336 Mulieres tres quarum una induta uestem versicolorem, habens in capite coronam septem stellis insignitam, & tenens ingentem colum, secunda mulier habeat uestem passim stellatã manibus in pendentium magno numero fusorum fila immisis, modo hunc modo illum torquere uidetur utraque palma ad tortoram composita. Tertia habet uestem attractam, & filis forfice detruncandis insultat, & fusi passim iacentes solo alij modico, alij plurimo obuoluti stamine, & fila sint picta narijs coloribus, sig. tres Parcas, de quibus suo loco. fila, sig. subtegmen mortalium intentionum. Stamen, sig. Dei numen, utpote firmius, & eam gratiam, quæ stabilis atque incommutabilis in nobis permanet, quæ nostræ intentionis, subtegmen admittit, ui boni operis indumentum contexatur. Valer. f.356.

337 Mulier quæ habebat pedicas pedibus, sig. Venerem, quam Lacedemones Morpho uocant. Valer. f.356. vide venus Morpho.

338 Mulier quæ cum sinistra innitatur conto, & in dextera tenens spicam, calatho ante pedes proposito, sign. Cererem. Valerianus fol.404. V. spica.

339 Mulier pileo caput cooperta, cærulea palla hinc inde ab utroque humero reiecta, eaque ad humum usque fusa, interiore uero rubra tunica, imo limbo ad pedis vnius altitudinem albo cuius superiorem, inferioremque marginem aureæ fibræ duæ circumeunt. Brachia nuda utrinque exporriguntur binas vtraque manu spicas ostentantia sub pedibus naues duæ frumento onustæ, sig. Africam, quæ sit tritico ferax. unde Horatius.

Quicquid de Libicis verritur areis.

Valer. fol. 404. v. spicæ duæ.

340 Mulieres pulsantes ollas uacuas, et per urbem currẽtes apud Laconas, sig. regem esse mortuũ, et ciuitatem Rege orbatam animo carere quemadmodum erant ollæ illæ inanes, et uacuę; vas enim plenum, et obturatum, sig. animum vas uero uacuum, et apertum, sig. mortuum. Valer. f.406.

341 Mulier sedens in sella dextera porrigens pateram, et in sinistra tenens duo cornua copię, sign. concordiam siue amicitię confirmationẽ. Valer. f.308. aliquando sig. clementiam, ut est in nummo Antonini pij.

342 Mulier tenens in sinistra cornucopię, et in dextera Thyrsum a solo ad capiti usque frondibus, et corollis ornatum, sign. hilaritatem, in nũmo Faustinæ. Valer. f.309.

343 Mulier porrigens pateram, et cornucopiæ duo in numis Otacillæ, sig. concordiam augustam. Valer. f.409.

344 Mulier tenens in sinistra cornucopię, et dextera habet incensam facem, qua incẽdit arma, quę ad pedes sunt posita, et perdit illa, signi. Pacem æternam. August. in nummo Antonini.

345 Mulier cum caduceo in dextera, et cum cornu copiæ in sinistra, sign. fęlicitatem temporum. in nummo Luc. Septimij. Valer. f.509.

346 Mulier tenens in sinistra cornucopię, et in dextera ventilabrum cereale, sig. liberalitatem Augustam. in nũmo Antonini Germ. Aug. Vale. fol.409.

347 Mulierem nequam abscindendam a carnibus suis, ut est Ecclesi. 25. sign. doctrinam peruersam amouendam esse ne alicui sit scandalum. Laur. in uerbo abscindere.

348 Mulier sedens super saxum quadratum, quæ præbet lac duobus puellis vni ad dextrum huber, et alteri ad sinistrum, sign. iustitiam. pueri sign. unus sinister, s. bellum, et alter pacem. Costalius 1. pegmate, sed secundum Caballarium est iustitiæ prosopopeia satis inepta, quę nullis notis iustitiam referat.

349 Mulier in nubibus sedens, et inter stellas habens in dextera gladium euaginatum, sig. iustitiam ob iudicantium sordes sese in cœlum rẽtulisse. Costalius 2. pegma.

350 Mulierum senatus quæ de repub. consulere ui deantur, qualis fuit ille quem Heliogabalus in stituit, sig. illos Iudices, et Senatores, qui publica, et priuata pro vxorum voluntate, et libitu omnia gerunt. Costal. 3. pegmate.

351 Mulier succincta tenens in sinistra facem tãdẽ tem, in dextera arcum, et stans erecta super aram. sign. Dianam Lesbiam, et sig. amicos, qui torua fronte hospites amicos domi suscipiunt, et hilari facie illos abeuntes prosecuntur, quòd apud Lesbios Dianæ statua uidereẽ torno aspectu, conspicere in templum ingredientes, cum uero egrederentur illis arridere. Costalius pegmate. 9.

353 Mulier sedens satis commode in catedra ad dexteram habens altare in quo est vas: & nescio quid veluti serpens. sign. Cassandram Priami filiam, quæ cum multa vera prædiceret, nullam tamen apud homines faciebat fidē, quod sig. viros sapientes sæpe neglectos esse. Costalius peg. 18. v. Cassandra.

354 Mulier sedens super bestiam coccineam plenam &c. sig. Romam tempore gentilitatis, & vniuersam hominum impiorum multitudinem.

355 Mulierem tenere poculum aureum plenum vino abominationis &c. sig. post fornicationem a D. Deo uero impios ita inebriari abominatione & luxu, ut omnino a corde illorum excludatur Spiritus S.

356 Mulierem habere scriptum in fronte nomen magnæ Babilon. &c. sig. impudentes peccatores eo Vesanię deuenire, ut etiam de sceleribus suis glorientur & ea omnibus palam faciant.

357 Mulierem esse ebriam sanguine Sanctorum & Martirum Christi D. N. I. sig. nullibi & nunquam effusum tantum sanguinem iustum, quātum in Imperio Romano in tempore Testamenti noui.

358 Mulier stans super altare & tenens digitum indicem manus dextræ ad os quasi silentium indicet, sig. Deam Angeroniam, siue ut alij dicūt Agenioram. quæ sig. silentium. Costalius pegm. 33.

359 Mulier armata sedens & tenens dextera hastam & sinistra librum. sig. Palladem. præesse armis & literis, & sign. respūb. præclarissime sē habere cum Principes homines Philosophantur, uel cum Philosophi imperant. sig. etiam uiros armis & literis excellentes. Costalius pegmate 40.

360 Mulier ut est Exod. 3. signific. Ecclesiam coniunctam Christo. Et mulier infelix Anna, ut est 1. Reg. 1. sig. Ecclesiam quæ dicitur, Mulier propter fæcūditatem, & dicitur, infelix propter tribulationes. Lauret.

361 Mulier patiens fluxum sanguinis curata a Christo D. N. dum iret ad domum Archisinagogi. sign. Ecclesiam ex gentibus qui credendo præuenerunt Iudæos. sig. etiam publicanos, & peccatores qui prius crediderunt quam Sacerdotes & pharisei. Lauretus. Idem sign. mulier Chananæa cuius fides a D. N. maxime laudatur.

361 Mulier quę effudit unguentum super caput & pedes Christi D. N. ut est Matth. 26. sign. Ecclesiam ex gentibus. Et hanc sig. Mulier quæ suscepit Eliseum, ut est 4. Reg. 4. & hanc sign. mulier fortis, ut est prouerb. 31. & hanc sign. mulier gratiosa, quæ habebit gloriam, ut est Prouerb. 11. Lauret.

363 Mulier timens Deum, de qua est prouerb. 31. sig. sacram scriptu. quæ doceat Deum timere. Lauret.

364 Mulier fortis quæ uenit procul & de ultimis finibus, ut est prou. 31. sig. ipsam fidem quæ ab antiquis patribus deriuatur.

365 Mulier pariens, ut est Leuit. 12. sign. mentem quæ producit opus. Et mulier prægnans, ut est Exod. 21. sig. animam concipiens bonum propositum. Lauret. Et Philo de specialib. legib.

366 Mulierem pulchram bello captam adamare, ut est Deuter. 21. signif. amplecti philosophiam quæ non sit diuinæ legi contraria. Glos. ord. in Deut. 21.

367 Mulier meretrix diligens stratum adulterorum ut est Isai 54. & Ierem. 5. sig. hæreticos defendentes dogmata diabolica. Glos. Ordin. in Isai. 57.

368 Mulierem aperirem pharetram ad omnem sagittam, ut est Ecclesiastici 26. sig. omni peccato consentire. Glos. ord. Ecclesiast. 26.

369 Mulierem fuisse sumptam de uiro: sign. unitatem, & concordiam, quæ inter uirum & uxorem esse debet qua nulla maior esse posit, cū alter scilicet sciret alteram se genuisse, & hæc se ex illo profectam. atque ita ut eadem uidearur res uir & uxor, nihilque sit quod illos diuidat & disiungat, quo nihil esse potest rei familiari, & coniugali uitæ salutarius. Hugo de Sanct. Victor. & Petrus Bongus cap. de unitate.

370 Mulieris semen serpentis caput fracturum. sig. D. N. I. C. destructurum regnum diabolicū illius potestatem euersurum. August. ferentillus in tract. de ætatib. mundi.

371 Mulier captiua quæ post 30. dies luctus esset futura vox heri sui, ut est Deuter. cap. 21. sign. animam quæ in peccatis est facta captiua cum tamen a Deo pulchra esset facta, & cum herus suus, idest Christus, capiat eam in vxorē ducere, opus est per dies 30. vt ipsa lugeat patrem & matrem abrasis capillis & vnguibus, & sit induta vestimento lugubri. quod sign. animam oportere agere pœnitentiam, & relinquere memoriam mundi, & illecebras carnales, & peccatum in quo est mortua, & tandem per agnitionem Sanctissimæ Trinitatis fieri Christi D. sponsam. Petrus Bongus cap. de num. 3. fol. 79.

373 Mulier stans induta veste talari, & tenens manus supra pectus quasi in signum doloris, & respiciens vas quoddam continens supra se illud instrumentum, quod in horologijs vocant tempus. & habet schedulam in qua sint hæc verba ουτως απαντα, idest sic omnia sign. hominem qui indicet se paratum in omni tempore ad patientiam. Hieronymus Ruscellus in insigni Herculis 2. & ducis 4. Ferrariæ.

374 Mulier sedens super spheram tenens sceptrum in manu & habens dexteram porrectam, sig. æternitatem. Valer. f. 288.

375 Mulier quæ summis læuæ digitis pallam tollit, & dextera sphærulam porrigit sign. æternitatem. Valer. f. 288.

376 Mulier tenens in læua sceptrum, & in dextera spherulam quam porrigit. sign. fortunam. Valer. f. 288.

277 Mulier insistens spheræ tenens in manu nouaculam

culam, & penes se habens clauum naualem, & cornucopiæ, sig. fortunã sphera sig. illius voluptatem. nouacula, sig. abscisionem fælicitatis. Clauus sign. regimen, quod habet fortuna, in hominum uita. cornucopiæ, sig. bonorum largitionem, quam cui vult præbet. Valerianus f. 288.

378 Mulier insidens leoninæ sellæ spheram inter manum atque genu continens, signif. Cibelem deam, & sphera, signific. orbem terrarum. Valer. f. 289.

379 Mulier alata mouens spheram, in qua erat S. P. Q. R. sign. victoriam addicere orbem senatui populoque Romano. Valer. f. 289.

380 Mulier stans & leua contum tenens, & radio, quem in dextera habet spheram voluens, sign. prouidentiam. Valer. f. 289.

381 Mulier leua tenens baculum cui inititur, cuius apex in lituum flectitur, & sphera vertitur, sig. prouidentiam. Valer. f. 289.

382 Mulier leua porrigens eum dextera spheram, sign. prouidentiam deorum. Valerianus folio 289.

383 Mulier cum cornucopiæ, & habens in dextera radium, quo versat spheram ad pedes iacentem, sign. prouidentiam. August. Valeria. f. 289.

384 Mulier iacens humi ad basim cuiusdam metæ, & porrigens sinistrum brachium super rotam sign. aquam Traianã, quod mulier, sig. aquam rota, sign. cursum. Valer. f. 289.

485 Mulier iacens humi cum rota superne posita, sign. uiam Traianam, & nota quod rota superne posita, signif. in uia cursum superius fieri, in aqua inferius, & ideo in aqua Traiana rota est infra nimpham. Valer. f. 289.

386 Mulier iacens humi tenens læua ramum frondibus vestitũ & dextera rotam currulem iuxta genu sig. viam Traianam.

387 Mulier iacens humi cum arundine infra se, & habens apud se aquæductum fornicatum in se miciraculum. sig. aquam Traianã. Valer. f. 289.

388 Mulier sedens in lapide quadrato signi. Sapientiam. Valer. f. 290.

389 Mulier velata facie, sig. pudorẽ vel quod nouæ nuptæ ad maritum ducendæ præ pudore faciẽ velarẽt: vel vt aiunt Greci propter Penelopem quæ patri roganti, vt apud se maneret discedente Vlisse, ea faciem velauit vt indicaret patri se cum marito libentius iturum, sed non audere propter pudorem patri negare. Valer. f. 295.

390 Mulier sedens cũ velo supra faciem, & habens indicem dexteræ ad iugulum admotum, sign. pudicitiam.

391 Mulierem tollere calciamentum viri, vt est Deuter. 25. signi. errores à veritate separare. Lauret. in verbo accipere.

392 Cum muliere aliena accumbere super cubitum. vt est ecclesiast. 9. Signi. homines torpentes à bono opere, vel signi. homines, qui se nimium tradunt philosophiæ genuliciæ, Lauret. in verbo accubitus, & fere idem signi. recumbere in idolo, vt est 1. Corinth. 8. nam signi. nimium vacare lectioni poetarum gentilium eosque in ore passim habere. Lauret. vt supra.

393 Mulier sedens in cathedra, & tenens in dextera pateram tamquàm porrigens eam, sig. concordiam Nummus Argenteus Traiani.

394 Mulieres alienigenæ, vt est 3. Regum. 11. sign. scientias gentilium, & mulier aliena sig. philosophiam in qua non est multum immorandũ, vel signi. concupiscentias carnis, & oculorum, & superbiam vitæ. Lauret. in verbo alius.

395 Mulier habens in dextera pileum, & virgam in sinistra, & ante se stellam, sig. libertatem. Valer. fol. 292.

396 Mulierum sanctorum nullam fieri mẽtionem in Genealogia Saluatoris nostri, sed earum quas scriptura reprehendit. sig. Quòd qui propter peccatores venerat de peccatoribus nascens omnium peccata deleret. D. Hieronimus super Matth. cap. 1.

397 Mulieres septem, quæ apprehenderunt vnum virum, vt est apud Isaiam sig. septem sephiros inferiores, quæ accipiunt vnum Christum D. nam ipse est, qui recipit omnium sephiros influxus, quam rem idem Isa. expressit cum dixit requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus fortitudinis, idest Iustitię, & c. vnde septem sephiri. sig. illa septem dona Spiritus sancti, quibus Christus Dominus præ participibus suis vnctus fuit. Archangelus Burgon. in 43. conclus. Cabal. Pici.

398 Mulieres septem, quæ apprehenderunt vnum virum, vt est Isa. 4. & 11. signif. septem dona Spiritus sancti, quæ apprehenderũt Christum & in ipso corroborata sunt, vel sig. omnes gentes, quæ apprehenderunt Christum D. per fidem. Origen. in Isa. hom. 3. & Ruper. in Isa. 14.

399 Mulieres opulentæ vt est Isa. 32. mulieres opulentæ surgite, sig. ciuitates sicuti filiæ confidentes sig. oppida, & villas, & suburbana. Quòd sint tàquàm filiæ ciuitatum, Gouschelius lib. 2. elocution sacrar. script.

400 Mulier sig. animam. Gouschel. lib. 6. elocut.

401 Mulier apprehendens verenda eius, qui cum viro suo rixatur, vt est Deuter. 25. sig. animæ portionem inferiorem præferentem generabilia, & corruptibilia Deo. vel sig. Synagogam apprehendentem & crucifigẽtem humanitatem Christi. Philo de speci. leg. & Ruper. 1. supra. Deuter. 38.

402 Mulieris fortis digitos apprehendere fusum, vt est prouerb. 31. sig. bene operari. Beda in prouerb. 31. & Lauretus in verbo apprehendere.

403 Mulieris caput velatum stola in nummo aureo Iulij Cæsaris, sig. pietatem ipsius Cæsaris, & ab altera nũmi parte Lituus, guttus & securis, tria religionis instrumenta sig. ipsius Cæsaris religionem. Aeneas vicus in quinto nummo Iulij Cæsaris.

404 Mulierem è viri costa eductã fuisse sig. coniuges semper debere esse collaterales, & counitos, neque vnquàm dissidere tanquàm vnum quoddã, vel sig. virũ prouenire à latere dextro Dei, & mulierem à sinistro, vt est apud Theologos

logos Hebræos, vel sig. Quod sicut proportio non reperitur quadrati ad costam nisi per quadratos productos alterum ex diametr, alterū ex costa primi quadrati. Sic resultat vera proportio, vel vnio in eo, qui ex vtroque producitur, vnde illud, & erunt duo in carne vna. F. G. P. 369. T. S. vel sign. mulierem, & virum necessario similes esse diametro, & costæ quadrati, nūquam enim Diametrum quadrati erit cōmensurabilis costæ, sed si diameter est par costa, est impar, vel si diameter est impar costa est par, & numeri pares sunt materiales, & fœminei; numeri vero impares sunt viriles, & Deo addicti, & sicut quadratus ex diametro productus habet duplam proportionem ad quadratum ex costa deductum. Sic ex deducta prole per diametrum, & costam idest per marem, & fœminam resultat oblectatio Franc. Georg. P. 370. T. S.

417 Mulier nuda tenens dextrum pedem super rostrum nauis, & in dextera tenens tria hominis femora in triangulum compacta. sign. Siciliam insulam. Et tria femora. sign. tria promontoria Pelorū, Lilibęum, & Pachinum: pes dexter innitens rostro nauis. sig. iussu Cęsaris exercitū ex Sicilia nauibus in Africam trāsmissum. Aeneus vicus in quarto nummo Iulij Cæsaris caput quod est, in priori nummi facie cum inscriptione. C. Cæsar Imper. Cos. iter signific. imaginem prouinciæ.

418 Mulieres ascendentes a Galilęa in Hierusalem, vt est Mar. 10. signi. ascendentes a volubilitate mundi ad cęlestis patriæ quietē. Lauret. in verbo ascendere. Idem sig. Ioseph ascendens a Galilæa in Iudeam.

419 Mulieres conspergentes adipem. vt est Ierem. 7. sign. vacantes idololatriæ. Glos. ordin. Iere. 7

420 Mulieris caput in vna nūmi argentei parte. sine vlla inscriptione. in altera vero Tropheum cū duobus captiuis altero mare, & altera fœmina mulieris caput, sig. Victoriam, quam habuit Cęsar de Pharnace, & Tropheum cum inscriptione. Cæsar, sig. spolia, de quibus Vergilius lib. 1. Aeneid. Cum dicit.

Hunc tu olim Cælo spolijs Orientis onustum
Accipies secura, vocabitur hic quoque votis.

Aeneas Vicus in nummo septimo, Iulij Cæsaris.

421 Mulieris caput ex acantho coronatum. in vna parte nummi argentei sine vlla inscriptione. signi. pontum prouinciam, & acanthus signifi. arborem, qua apparatus triumphi pontici in pharnacem fuit. Aeneas Vicus in nūmo octauo Iulij Cæsaris. in altera parte nummi est tropheum cum secure.

422 Mulier sedens, & pulsans Citharam aleuticam. sign. Tertiam faciem arietis, & est Veneris. & signi. subtilitatem in operibus mansuetudinē, ludos, gaudia, & limpidationes. Appon. Astrolab. planum Ioannis Angeli.

423 Mulier stans, & in dextera manu tenens colū. signi. vndecimum gradum Arietis, & hominē hospitalem.

424 Mulier sedens in tribunali. tenens manum dexteram eleuatam. sig. decimumo ctauum Arietis gradum, & hominem diligentem pacem.

425 Mulier nuda tegens pudibunda perisamate, & extendens manum dexteram. signi. vigesimum quartum Arietis gradum, & mulierem optantem virum, aut virum optantem mulierem.

426 Mulier stans erecta, & bene vestita. sign. vigesimum octauum Arietis gradum, Et hominē hilarem atque pacificum.

427 Mulier austera equum ducens sellatum in dextera manu. sign. trigesimum Arietis gradum, & hominemem volentem alteri dominari.

428 Mulier tenens in manu caudam vnius equi. sig. secundum Tauri gradum. & hominem vacantem, & ociosum.

429 Mulier antiqua habens caput pepulatum. siue vitta ligatum cetera nuda tegens pudibunda perismate. sign. tertium Tauri gradum, & mulierem, quæ in senectute virum optat, & quæ cupiat esse iuuenis.

430 Mulier manu dextera flagellum tenens. significat quartum Tauri gradum, & hominem iracundum.

431 Mulier formosa stans erecta. sign. septimū Tauri gradum. & hominem, qui sit futurus mente superbus.

432 Mulier tristis sedens supra scabellum, signific. octauum Tauri gradum, & hominem, qui erit tristis, & humilis.

433 Mulieres duæ simul stantes, & cum cane in medio eorum ludentes, signi. decimum Tauri gradum, & hominem, qui erit ociosus, & venereis actibus incumbens.

434 Mulieres duæ stantes, & manus stipulatas habētes, sign. duodecimum Tauri gradum, & hominem, qui erit bonæ voluntatis.

435 Mulieres duæ se inuicem percutientes, sign. decimum tertium Tauri gradum, & hominem, qui erit litigiosus, & rixosus.

436 Mulier aquam fundens de vna olla in aliam, signifi. decimum nonum gradum Tauri. et hominem, qui erit dans dulcia verba.

437 Mulier ducens equum freno, signi. vigesimum octauum Tauri gradum, & hominem, qui velit alteri dominari.

438 Mulier ducens Asinum freno, vel ducens hircum cornibus. signi. vigesimum nonum Tauri gradum, et mulierem, quæ velit marito dominari.

439 Mulieres duę nouæ sponsæ tenentes se manib. complicatis. signifi. septimum gradum Geminorum, sig. hominem, qui erit nuptialis.

440 Mulieres duæ stantes, et flentes. sign. duodecimum gradum Geminorum, et hominem, qui erit tristis.

441 Mulieres duæ simul in lætitia sedentes. sig. vigesimum quartum gradum Geminorum. et hominum, qui lætus erit.

442 Mulier ociosa stans, et flens, sign. vigesimum octauum gradum Geminorum, et hominem qui erit vagabundus.

443 Mulier stans bene ornata tenens in dextera florem,

rem, ſig. primam faciem cancri, & eſt veneris, & eſt viuacitatis ſenſus ſubtilitatis communitons, & eorum, qui faciunt ſe ab hominibus amari. Aſtrolab. plan.

444 Mulier cum viro Ludens ad menſam. ſig. ſecundam faciem cancri, et eſt mercurij, et eſt ioculationis Hilaritatis mulierum, diuitiarum, et hubertatum.

445 Mulieres duæ vacãtes, et ſimul vt turres ſtantes. ſig. ſecundum gradum cancri, et hominem, qui erit ocioſus.

446 Mulieres duæ ſedentes, et duo viri ante eas ſtantes. ſig. Tertium gradum Cancri, et hominem ſeruientem alteri ad placitum.

437 Mulier virgo ſtãs, et ocioſa expectãs virum ſig. Quartum gradum Cancri, et hominem, qui erit libidinoſus.

448 Mulier ſtans virum expectans ſig. Quintum gradum Cancri, et hominem luxurioſum.

449 Mulier poſt domum ſtans ſe abſcondens ſign. Octauum gradum Cancri, et hominem, qui erit piger atque laſciuus.

450 Mulier tenens fuſum in manu dexterà ſig. Nonum gradum Cancri, et hominem, qui erit laborioſus.

451 Mulier ſtans ocioſa: ſign. decimum Septimum gradum Cancri, et hominem qui erit piger.

452 Mulieres duæ ſimul alea ludentes ſig. Decimum octauum gradum Cãcri, et hominem, qui erit gaudens.

453 Mulier ſtans, et dcondans ventrem. ſign. Vndecimum gradum Leonis, et hominem, qui erit impudicus. Aſtrulab. planum Ioannis Angeli.

454 Mulier bene ornata, et formoſa. ſign. Duodecimum gradum Leonis, et hominem, qui erit pudicus, et caſtus.

455 Mulier bene ornata expectans ſpectaculum viri. ſig. Primum gradum Virginis, et hominem vel feminam, quæ ſit amator, vel quæ ſit amatrix, ille mulierum hæc virorum. Aſtrolabium planum Ioannis onopeli.

456 Mulieres duæ ocioſæ ſtantes. ſig. Secundum gradum Virginis, et hominem, qui erit ocioſus, et vagabundus.

457 Mulier bene ornata ſtans ocioſa. ſign. Sextum gradum virginis, et hominem, qui erit ocioſus.

458 Mulier ſimplex ſtans ocioſa. ſig. Septimum gradum virginis, et hominem, qui erit piger.

459 Mulier facie rubea bene ornata, et ſtans ocioſa. ſig. Nonum gradum virginis, et hominem, qui iracundus erit, et luxurioſus.

460 Mulieres duæ colligentes, ſignific. tertiumdecimum gradum virginis, & hominem, qui locoſus erit.

461 Mulieres duæ ſimul ſtantes in lætitia ſignific. quintumdecimum gradum virginis, & hominem, qui erit iocundus.

462 Mulier nuda deferens humeris ſuis hircum, & agnum, ſignific. vigeſimum ſecundum gradum virginis, & hominem, qui erit impudicus.

463 Mulieres duæ ocioſæ ſtantes, ſignific. vigeſimũ ſeptimum gradum virginis, & hominem, qui erit ocioſus.

464 Mulier flens ſuper infirmo iacente in lecto, ſign. octauum gradum libræ, & hominem, qui triſtis erit.

465 Mulier ſtans & circumſpiciens, ſig. duodecimũ gradum libræ, & hominem, qui erit uagabundus, & ocioſus.

466 Mulier ſtans, & ocioſa, ſign. vigeſimum nonum gradum libræ & hominem, qui erit ocioſus.

467 Mulier tenens aliam mulierem per capillos, & eam baculo percutiens, ſignifi. tertiam faciem ſcorpij, & eſt facies Veneris, & bellorum uarietatis ac violentiarum fornicationum cum ira, & ſuperatione. Aſtrolab. planum Ioannis Angeli.

468 Mulier pulchra ſtans, & ocioſa, ſigni. decimum quintum gradum ſcorpij, & hominem, qui erit ocioſus.

469 Mulier pauperi dans elemoſinam, ſign. decimũ ſextum gradum ſcorpij, & hominem, qui erit miſericors.

470 Mulier poſt Ianuam ſe abſcondens, ſignif. decimum octauum gradum ſcorpij, & hominem, qui piger erit & ocioſus.

471 Mulier tenens fuſum in manu dextera, ſignifi. vigeſimum quartum gradũ ſcorpij, & hominẽ qui erit laborioſus.

472 Mulier portans cunabulum in dorſo ſuo, ſign. quintum gradum ſagittarij, et hominem, qui erit laborioſus.

473 Mulier ſtans, et ocioſa, ſignific. ſeptimum gradum ſagittarij, et hominem qui erit ocioſus

474 Mulier mulierem cultro transfigens in pectore, ſig. vigeſimum tertium gradum ſagittarij, et hominem, qui erit homicida.

475 Mulier pulchra ſedens in ſcabello, ſignific. vigeſimum nonum gradum capricorni, et hominem, qui erit letabundus.

476 Mulier ſedens et filans, ſig. primam faciẽ Aquarij et eſt Veneris, eſt anſiandi ſemper pro lucro et nunquam quieſcendi, laborum minutionum paupertatis, et vilitatis. Aſtrolab. planum.

477 Mulier præcedens et uir ſequens eam, ſignific. quintum gradum Aquarij, et hominem, qui erit ſolicitus.

478 Mulier iacens ęgra in lecto, ſig. decimum ſeptimum gradum Aquarij, et hominem, qui erit infirmus, et ocioſus.

479 Mulier decrepita, baculo ſe ſuſtenſans. ſign. Vigeſimum gradum Aquarij, et hominem, qui erit debilis.

480 Mulieres duæ virgines mutuo colloquentes, et ſtantes. ſig. Quintum gradum piſcium, et hominem, qui erit iocundus.

481 Mulier veſte lacerata induta ſig. Vigeſimum ſecundum gradum piſcium, et hominem, qui erit impudicus.

482 Mulier per ſe nauigans in naui. ſig. Vigeſimum tertium gradum piſcium, et hominem, qui erit inſtabilis.

483 Mulier viro caput ſecuri amputans in ſomnis. ſig. vigeſimum ſextum gradum piſcium, et mulierem, quæ erit homicida.

484 Mu-

484 Mulier aspiciens se in speculo. significat trigesimum gradum piscium & hominẽ, qui erit superbus & nõ castus. Astrolab. planum Ioannis Angeli.

485 Mulier habens in manu sinistra malum punicũ & in dextera flabellum, & pro puluillo duas vndas, & in extremos digitos duos annlos. sig. Africam, malum punicum. sig. Pœnos. flabellum. sig. ardores prouinciæ. duæ vndę sig. duo maria Oceanum, & Mediterraneum. & annuli duo. sig. ex duobus maribus se circundari. Valer. f. 398.

486. Mulier contemnens amatorem suũ, vt est Hierem. cap. 3. sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum &c. sig. quod Ecclesia Greca erat se se auersura a fide vera. & secundo se se conuertere debebat, at tertio de ea erat desperandum. quod vtinam ne hoc tempore nostro sit. attamen Abbas Ioachim idem f. 11. dicit. Vnde patet quòd postquam conuersi fuerint ad Deum reliquię filiorum Israel, quidam ex eis priori superbiæ innitentes iugum Domini abijcient, & putantes statuere perfidiam pristinam, non ualebunt, quia multitudo eorum in fide persistet. v. Græci.

487 Mulier leprosa in capite, vt est Leuit. 13. sign. mulierem, quæ habet uel uirum, vel ducem hæreticum. Lauret. in uerbo lepra.

488 Mulier cui datæ sunt duæ alæ Aquilæ magnæ, vt volet in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis a facie serpentis, vt est Apocalip. 12. significat Ecclesiam, cui data sunt duo imperia, Orientale, & Occidentale. nam Aquila significat Monarchiam Romanorum, quæ habuit duas alas. Orientale, & occidentale imperium, quibus ipsa Monarchia sustentabat Ecclesiam. Marcus Antonius Louisinus in Epistola ad Inquisitorem Reuerendum F. Aurelium Schulinũ. v. Aquila cuius alæ duæ &c. v. Ala 9.

489 Mulier nuda stans & tenens in sinistra hastam, & habens dexteram extensam & expansam. cum cupidine ad pedes. sig. Venerem Genitricem. Valer. f. 254.

490 Mulier habens in leua manu speculum, & adhęrens columellæ cuidam sig. fidem. & columna sig. fidei rectitudinem & firmitatem, vbi & speculum sig. fidem. Valer. f. 254.

491 Mulier tenens in manu caduceum, & altera apprehendens Imperatorem. significat felicitatem.

492 Mulieres viginti manibus abscissis circa cadauer vnius virginis. significat viginti ancillas Micerini Aegyptiorum Regis, quib. Regina manus absciderat, quod earum ministerio pater abuteretur filia.

493 Mulier sedens super bestiam coccineam, plena nominibus blasphemiæ &c. de qua D. Io. Apoc. sig. Constantinopolim Ciuitatẽ Babilonieam meretricem. M. Antonius Louisinus sup. Esdram. f. 34. Et hæc mulier dicitur ebria de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martirum Iesu. & sig. Constantinopolim fuisse abũdaturã sanguine in morte Christianorũ qđ pter Valentis psecutionem, Mahometis secundi in anno D. 1453. die 29. Maij. persecutio talis fuit, vt Christianorum centum sexdecim millia cæsa sint. Louisinus, vt supra.

495 Mulier venatrix cum arcu in manu sig. Dianam quæ sig. dolores pungentes parturientes siue puerperas. Cart. fol. 109

496 Mulier quædam tota lignea præter manus, & pedes, & faciem marmoream, quæ tota tegebatur a panno lineo exceptis partibus marmoreis. sig. Dianam siue Lucinam Cart. f. 109. habebat alteram manum extersam, quæ sig. facilitatem partus in parturientibus: aliquando habebat clauem, quæ idẽ sig. dolores pungentes in partu, & post, vel sig. hanc Deam esse allatricem lucis, cum ipsa partum prodat in lucem, habebat aliquando sertum siue coronam in capite ex dittamo herba, quæ sign. facilitatem partus, quòd hæc herba parturiẽtibus partum efficiat facilem, si supponatur mulieribus. Cart. f. 109. aliquando fax sig. Lunam viatoribus noctu lucem afferre. Cart.

497 Mulier induta, vt venatrix, & habens alas in humeris, & in dextera tenens pardum, & in sinistra Leonem, signific. Dianam. Cartar. fol. 110.

498 Mulier habẽs tria capita, dextrum equi, sinistrũ canis, & medium viri rustici, vel apri. sig. Dianam triformem. Cartar. fol. 114. Caput equi signifi. Lunam velocissime Cęlum circuire. caput canis, sig. Luna esse Deam Proserpinam inferni Reginam, quòd Proserpinę sacer sit canis vt Cerberus, caput rustici, vel apri sig. Dianam venatricem in siluis degere, sicut solent apri, vel rustici. Cart. f. 115

499 Mulier induta uestibus nigris, & fuscis, & habẽs in capite duo cornicula sig. Isidem siue Dianã siue Lunam accipere lumẽ a Sole, & tenens in dextera sistrum, & in sinistra vas quoddam, vel sig. genium ægypti, & sistrũ sig. strepitũ quem concitat Nilus in suo augmento, & vas sig. lacus, quos ipse Nilus in effusione efficiet. Cart. fol. 118. vel vas sig. motum aquarum tumidarum, qui fit fluxu, & refluxu ob lunæ cursum. Car. f. 128

500 Mulier habens in toto corpore vbera sig. terrã vel rerum naturam. Cart. f. 118.

501 Mulier coronata Abrotamo, & tenens in sinistra herbam ipsam abrotami, & in dextera nauem sig. Isidem Deam. Cart. f. 119

502 Mulier coronata serpente signi. Isidem. Cartar. fol. 121.

503 Mulier coronata variis floribus, & habens in capite nõnullas spicas, & in medio frontis nescio qđ lucidũ, ut speculũ: ad cuius latera pendebãt duo serpẽtes, tenẽs in dextera sistrũ, in sinistra vas, cuius manubriũ erat serpens, & habens vestẽ superiorẽ stellis, & Luna ornatã in cuius limbo erant varij flores, & fructus intexti, tenens dexterum pedem in terra, & sinistrum in aqua: vestis interior erat varia, modo alba, modo au-

rea & aliquando flammea. superior erat coloris fusci sed clari & lucidi. sig. itidem. vestis varia sig. Lunæ coloris mutationem. uestis superior sign. Lunam non a se sed a Sole lumen accipere. Cartar. f. 134.

Sistrum sig. Lunā propter illius strepitum non pati ab incantationibus magorum & ueneficiarum. Cartar. f. 126.

504 Mulier stans & tenens in manu quædam capita papaueris, & habens ad pedes iugum. sig. Iunonem iugalem. iugum sig. coniunctionem mariti & vxoris. papauera sig. prolem copiosam. Cartar. f. 191.

505 Mulier habens pectus ualde latū & circa se multos filios, & habēs uestem pictam uarijs floribus & capillum contextum viridibus herbis in quo uideant̄ esse lapides preciosi metalla oīa, & copia magna omnium fructuum, & rerum cæterarum. habēs in capite coronā e turribus factam & in manu sceptrum. & tenes timpana & habēs currum attractum a leonibus qui currus habet quatuor rotas. sig. Deam Cybelē uel sig. Terram. corona turrita sig. terrā circundatam urbibus Castellis & villis. vestes sig. arbores & plantas contegere terram. Sceptrum sig. oīa regna, oēs diuitias, & oēs pōtates, vel a terra, vel ꝑꝑ terrā haberi. Timpana sign. duos hemisphera. Currus cū quatuor rotis sign. ꝙ quamuis terra sit immobilis, tñ in quatuor anni partibus moueri & uariari vr̄. Leones sign. rusticos, agricolas semina in terra cōtegere ne ab auib. surripiantur, sicuti leo cauda diuerrit pedū uestigia ne a uenatoribus ea indagine capiatur. vel sig. terrā quāuis aridā & sterilē cultura mollē & fecundā fieri. vel sig. Principes & Reges ita indigere auxilio terræ, sicuti alij oēs quāuis sint, vt leones reges animaliū. habet ēt illa mulier circū se plures sedes q̄ sig. ꝙ quāuis alia oīa moueantur, ipsa tñ est stabilis. uel sig. non solum domos, sed & castella, & urbes peste euacuari; & bello, & alijs calamitatibus. uel sig. super terrā multa loca inhabitata esse. Sacerdotes stantes circū illā armatā cum hastis & clipeis, & galea, & toricis sig. non solū terræ cultores, sed ēt urbium rectores, & regnorum debere non ociosos neq; inermes existere sed vnumquēq; sua arma capere, rusticus rustica ciuis ciuilia, & rex regias, eo ꝙ aliquādo illa mulier hēt clauē in manu sinistra; et illa clauis sig. terrā in hieme semina includere, et in uere ea emittendo se ipsam aperire, aliqñ ista Dea coronabatur sertis quernis, quod sig. antiquos e glandibus victum querere. aliqñ coronabatur serto pineo, quod sig. illā Deam habere phrigiā pro patriā, ꝙ ibi magna esset pinorū copia, uel sig. memoriā Atis iuuenis pulcherrimi ab ipsa dilecti, et ī Pinū postea cōuersi. Istius Deæ Sacerdotes castrabant̄ qđ sig. memoriā Atis iuuēis supradicti ab ipsa amati, q ꝑꝑ furorē, quo affectus fuit, eo qđ Dea illū reiecerit se ipsum lapidi acuto castrauit, et qa ille Atis dū agitaretur furore, ꝑcutiebat caput mō ī parietes, et mō ī arbores, et totū corpus suū diuellebat, et lacerabat ita, et sacerdotes ipsius Deę corpus suū feriebāt, et emittebāt sāguinē e partibus ꝑcussis, qđ sig. vt dixi memoriā illius iuuēis. Atis priuatus mēbro genitali. sig. illos flores ex qb. nunq̄ ꝑueniūt fructus neq; ꝑducūt semē. Car. f. 210. Cybelē habere currū sig. terrā in aere pēdere. & currū sustineri a rotis sig. cęlestes spheras circa terrā verti. Cart. f. 215. id ēt sig. duo leones. vel leones sig. nullā esse ferociā quā nō emolliat pietas materna. Cart. f. 126. vel sign. Deā a leonibus enutritā. aliquādo Cybeles habebat ante se tīpana sistra faces & lāpades, q̄ sig. tonitrua fulgura pluuiās & vētos. Cart. f. 216.

506 Mulier sedens super duos leones habens radios in capite in dextera tenens fusum in sinistra sceptrum bene induta, & habens pulcra brachia, & nuda, sig. Deam Siriam, quæ sig. Iunonē habentem potestatem plurium dearum vtpote Palladis Veneris Dianæ. Nemesis parcarū, & aliarum quoque dearum. Cart. fol. 173.

507 Mulier ætatis perfectæ induta stola matronali tenens in dextera pateram, in sinistra hastam, sig. Iunonem. Cart. f. 173.

508 Mulier tenens suum caput inuolutum panno quodam, & habens in manu sceptrum sig. Iunonem haberi pro Terra, & simulacrum hoc sig. Regna; & diuitias in terra condi, & ex terra haberi. Cart. fol. 177

509 Mulier induta veste variorū colorum cum alia itidem variorum colorum sign. Iridem nunciā Iunonis. Cart. f. 178.

510 Mulier habens caput tectum a quodā velo lucido, & albo, super quod habet coronam impositam a virgine in aere existente, q̄ corona est ornata lapillis preciosis, & habens faciem pulcrā: vestis interior videtur vitrea clara, sed pallium superius est obscurum, & caliginosum, sed tale quod si a lumine tangatur splendeat, & habēs genua cincta fascia variorū colorum: calceariā, quæ habet sunt valde nigra, & in dextera tenet fulmē & in sinistra timpanum. sig. Iunonē, quę sig. aerem, cum suis qualitatibus. Cartar. f. 179

511 Mulier sedens in pulchra sede habens in capite coronam habentem pro radijs horas, & gratias incisas tenens in dextera malum punicum & in sinistra sceptrum, in cuius vertice erat auis Cuculus, sig. Iunonem.

512 Mulier habens caput cinctum albo diademate, & cum sceptro in manu. Quam comitabantur duo iuuenes equestres habentes galeas in quibus erant stellæ pro casside, qui habebāt hastas & erant bene induti. sig. Iunonem, & iuuenes, sig. Castorem, & Pollucem. Cart. fol. 181

513 Mulier iuuenis ornata ad instar sponsæ habens velū flammeum siue rubeū, sig. Iunonem sponsam apud Samum. velum signif. ruborem quo tinguntur nouæ sponsæ prę pudore florij amissi. Cartar. f. 187.

514 Mulier cincta ramis vitis, & tenens sub pedibus pellem leonis sig. Iunonē apud Argiuos, quæ sperneret, & Bacchum, & Herculē, quos sig. rami vitis Bacchū, & pellis sig. Herculē. Car. f. 190

515 Mulier stans, & tenens in dextra hastā, & in sini

stra

ftra clipeum,& habens pro lorica pellem capræ,fig. Iunonẽ fofpitam.apud Lanuuios. Cartar.fol. 190.

516 Mulier fedens in alto tribunali,& habens in capite radios,in dextra forpicẽ in finiftra fceptrũ fig. Iunonem,& forfex fign.artem purgare,& mundificare corpora,ficut facit forfex. Cart. f. 191.vel mulier fedens, vt fupra fig.fortunã populi Rom.vt habetur in nũmis Neruæ Imper.

517 Mulier quædam iuuenis trahens per funẽ nauẽ in qua fit magnus lapis niger ad ripã fluminis aftante magna hominũ copia,fig. Claudiam virginem Romanã,quæ itidem poteft fig.pudicitiã, pp Claudiæ approbatam a dea pudicitiam Cartar.f.221.lapis ille magnus niger. fig. Deã Cibelem, fub illa forma a phrigijs cultam.

518 Mulier cum humeris reftrictis,& quafi in fe collectis fere rotunda, & coronata floribus albis fig. Deam Cybelem. Quod terra fit rotunda,& qui eft albior aliis elementis eam circumdat. Cartar.f.217.

529 Mulier matrona habẽs caput coronatum fpicis, & tenens fafciculum papauerum in altera manu,& in altera facem accenfam: fedens in curru quẽ trahunt duo Drac.alati.fig.Cererem. quæ fig.terrã idoneã culturæ.papauera fig. fertilitatem; Draco fign.fegẽtes non valde altas a terra furgere.vel fig. fulcos nemorofos terræ ; vel figi. memoriã illius Serpentis Salamina in Eleufim ab Euriloco expulfi. Cart.f. 225. fax accenfa in manu fig.fegetem,ab agricolis queri eo tẽpore quo fol magis ardet. Cart.fol.226

520 Mulieres duæ altæ quindecim cubitus; quarum vna erat tota marmorea,& fig. Cererem, alia vero habebat partẽ fuperiorem,quæ faciebat veftẽ ex ligno, cetera marmorea,fig. Proferpinã,ante has erant duæ puellæ cũ veftibus talarijs, q habebant caniftros plenos floribus, quas ego exiftimo fig. ver,& autumnum. & ad pedes Cereris erat Hercules non altior cubitu, quẽ ego arbitror fig. Solẽ non in altitudine fua exiftẽtẽ vt eft in vere,& autũno, erãt i & duæ horæ; quas arbitror fig.duas anni reliquas partes æftatẽ. f. & hiemẽ. Aderat quoq; pan pulfans fiftulã,& Apollo cũ cithara, qui vt arbitror fig. folis tẽperiẽ. Aderant nõnullæ nymphæ quarũ vna ferebat facẽ,& fig.agricolas in ardentiore Sole fruges legere. Et vna habebat duo diuerfa vafa, q fig. & duæ aliæ habebant duas hydrias verfantes aquas,quæ fign. Cereri fieri nuptias fine vino. Vide Cart.fol.229.

521 Mulier tenens in dextera facem,& extendens finiftram ad aliam mulierẽ, fig. Cererem Deam, & illa ad quã Ceres extendebat finiftram fign. Heram filiam ipfius Cereris,& Neptuni Cart. fol.230.

522 Mulier fedens,& tenens fuper genua fceptrum, & calathum fig. Cererem Deam.Car.fol.230.

523 Mulier induta veftibus nigris, & fedens mefta in antro fig. Cererem iratam propter Proferpinæ raptum, vel propter ftuprũ a Neptuno in equum conuerfo fibi illatum. & ifta mulier habebat caput, & collum equinũ,circa quod collum ferpentes errabant, & tenebat in dextera delfinum,& in finiftra columbam.Cart.f.232.

524 Mulier porrigens dextera quædam germina, q videantur recens nata,fig. Bonam Deam.Cart. fol.236.quæ bona Dea dicebatur Fauna.quod faueret mortalibus in omnibus neceffitatibus. Cartar.fol.283.

525 Mulier habens caput coronatum uitis pampino,vel habens fuper caput vitem cum uuis, & tenens in finiftra fceptrum, & habens ad latus ferpentem, & uirgam mirteã,fig. Bonam Deã ferpens fig.patrem Faunum conuerfum in ferpentem filiam violaffe, pampinus, vel vitis fig. memoriam,quòd pater Faunus uoluit eam vino ebriam reddere,vt rem fecũ haberet, quòd non potuit,uirga mirtea fig. quòd illa percuffit caput patris fibi eam inferentis,fceptrũ fig.poteftatem, quòd exiftimabant antiqui bonam Deam habere eandem poteftatem quam Iuno.Cartar.f.237.

526 Mulier tenens cum manibus in finu fuo anferẽ. fig.Proferpinam dum amouiffet lapidem, fub quo latitabat anfer illa, quæ aufugerat, dediffe occafionem,vt Ercinius fluuius inde ortũ haberet.Cart.fol.239.

527 Mulier pulcherrima ufque ad umbilicum, fed inde habens membra luporum, & canum vlulantium,& latrantium cum caudis delfinorum, fig.Scillam monftrum. Cartar.fol.248,

528 Mulieris meretricis nutus fig. hereticorum opera,quibus fanctitatem fimulãt.Lauretus in verbo annuere.

526 Mulier iuuenis,& pulchra variis floribus coronata,& induta uefte, quæ fimiliter eft vbique floribus contexta, qui flores funt variis coloribus facti.

530 Mulier habens pro crinibus ferpentes induta nigra vefte vfque ad pedes,quam veftẽ cingit iti dem ferpens,& tenet aliquando ftimulum,vel flagellum in manu,fig. Liffam quartam furiam. Carta.fol.292.v,furiæ.2.

531 Mulieres feptem habẽtes tantũmodo caput, et faciem humanam fed macram,& ieiunio extenuatam:reliquum uero corporis erant,vt aues magnæ cum magnis alis,et vnguib. Griphium fimilibus,fig.Harpias.Cartar.f.293.

532 Mulieres habẽtes faciem collũ, et pectus humanum,quibus ferpentes defcendant ab earũ capite, reliquum corporis fit auis cum vnguibus rapacibus fig. Striges. Cartar.

533 Mulier habens pedes equinos fig.Lamiam. Cartar.fol.296.

534 Mulier habens faciem, et pectus pulcherrimũ, et afpectu iucundum, et reliquum corpus defi nens in ferpentẽ adeo quod totũ illud corpus præter pectus,et faciẽ eft uti ferpens finiens in caput ferpentis horribilis,et illud corpus eft tectũ fquamis duriffimis.fig.Lamias.habẽt p manib. vngues rapaciffimos,et acutos. Car.f.296.

535 Mulier habens capillos, & faciem albã fimilem lacti,& a pube infra definens in pifcem,aliquando trahitur in curru fuper aquas, & Delphinis q regũtur,& filiab. Tritonis,q mulier extẽdẽs

pulchra brachia sibi facit vmbellam cum panno purpureo. sign. Galatheam. Cartar. folio 243.

536 Mulieres tres pulcherrimæ usque ad pubem, sed inde desinentes in pisces, quarum una canit, secunda pulsat lirã, & tertia inflat tibiam, sign. Syrenas. Cartar. f. 246.

537 Mulier a superiori parte, & ab inferiori piscis, quæ cingatur catena aurea, signif. Eurinomem filiam Protei ab Figalensibus pro dea cultam. Cartar. f. 258.

538 Mulier habens caput humanum cætera uero piscis, sign. Nimpham Derceturn matrem Semiramis a Siridis pro dea cultam. Cartarius fo. 258.

539 Mulieres tres indutę vestibus nigris talaribus habentes pro capillis serpentes, & pro Zona serpentem in manibus serpentes, & faces accẽsas, sig. furias infernales. Alectum, Tesiphonẽ, & Megeram, Cartar. f. 288.

540 Mulier pulcherrima aspectu, tenens in dextera puerulum, & habens caput coronatum spicis tritici, aliquando rosis, aliquando oliuæ, & aliquando lauro, bene induta, signific. pacem. Carta. f. 316.

541 Mulier pulchra aspectu tenens in dextera pãteram, & in sinistra cornucopiæ aliquando sceptrum ex quo oriantur fructus, signif. concordiam. Cartar. f. 317.

542 Mulier Iuuenis, quæ videatur vir habens capillos non tam longos, quicinca caput inuolui possit neque mammas in pectore, quæ videantur mulieris, sed potius Iuuenis, pinguis, & delicati brachia pulchra sed rubicunda, bene induta, sedens, ramos oliuæ tenens in gremio, sign. Palestram Deam filiam Mercurij, ramus oliuæ, sign. in illius exercitatione athletas oleo vngi solere. Cartar. f. 325.

543 Mulier habens magnas alas sedens super paruum collem tenens super sinistrum brachium puerum album dormientem, & super dextrum puerum nigrum isidem dormientem, illius ue stis erat stellis ornata, sign. noctem, puer albus sign. somnum, puer niger, sign. mortem, mulier illa habet pedes distortos, aliquando habet in capite coronam ex papaueribus factam, aliquando habet currum cum quatuor rotis, quæ sign. quatuor partes noctis: illa est coloris fusci. Cartar. f. 330.

544 Mulier pulchra magna, honeste ornata, tota lucida & splendens, & pręcipuę habens oculos lucidos, & rutilantes induta vestibus albissimis sign. veritatem. Cartar. f. 368.

545 Mulier honeste ornata, & habens duas alas, sig. virtutem, alæ sign. honorem, & gloriam a quibus uirtuti additis tamquam alis feruntur per ora virum. Cartar. f. 369.

546 Mulier mesta dolens male induta, & habens vestes laceratas a fortuna male accepta apud Lucianum, sig. uirtutem. Cartar. f. 369.

547 Mulier male induta, & properans uti peregrinus, signific. uirtutem, & signif. uirtutem hinc abire. Cartar. f. 369.

548 Mulier Matrona sedens super saxum quadratum, sig. virtutem stabilem, & firmã. Car. f. 369

549 Mulier adhærens cum brachio sinistro cuidam columnæ, & tenens in dextera serpentem sign. virtutem f. 369.

550 Mulier seuera, sed simpliciter induta existens in capite uiæ arctæ, & difficilis: sed quæ fiat latior & facilior ac iocundior in fine, sign. virtutem. Cartar. f. 370.

551 Mulier aspectu pulchra, lasciua, & iocunda propter artificiosos ornatus existens in uia lata, & florida, quæ tamen fiat difficilis, et pręcipitosa in fine, sig. voluptatem. Cartar. 370.

552 Mulier balba cum oculis, & habens manus mãcas, et pedes distortos colore pallida, quæ tamen incipiat loqui distincte, et erigere ac colorem mutare, signific. voluptatem apud Dantem. Cartar. f. 370.

553 Mulier irata capillis flauis, et sanguine sparsis et passis tota impetuosa tenens in dextera scuticam, quam concuti, et in sinistra facem ardentem, quam mulierem sequuntur uiri se ipsos gladijs vulnerantes, signific. Bellonam, et viri signific. illius sacerdotes. Cartarius folio 364. Aliquando habebat tubam ad os classicum canens.

554 Mulier habens faciem pallidam, et sedens tamquam regina super tribunal elatum, et habens sub pedibus uirtutem, sig. Deam volupiam siue deam voluptatum, quæ pessum dat uirtutem. Cartar. f. 373.

555 Mulier stás super altare cũ pannis inuolutis circa gulã, & os sig. Deam Angeronã. Pãni ad os inuoluti sig. eam liberasse populum ab angina, uel sign. illos, qui tacere mala, ut dissimulare sciunt, tandem aduersa omnia vincere, vel sig. non opus esse aperire mysteria religionis secreta. Cart. f. 374.

556 Mulieres iuxta illud Beati Cyrilli. Veh mulieribus excisis de petra durissima. sign. quosdam religiosos mendicantium, qui erant futuri nimium molles. Abbas Ioach. in Cyrill. & Theolospho. f. 13.

557 Mulier Sareptana de qua in Testamento ueteri habetur, signific. in nouo Ecclesiam Romanam, uel sign. nutricem D. Benedicti, sicuti Helias sign. ipsum Diuum Benedictum. Theolospho. f. 39.

558 Mulierum opus, & ludus puerorum, ut est apud philosophos Chimistas. sig. operationem chimistarum in opere lapidis modo bene, modo male accidere, modo operatorẽ errare, modo corrigere, modo ipsum lætari, modo mærere, ita quòd veluti puer, & mulier modo lętus, modo tristis existat. Author incertus lib. de Alchemia c. 41.

559 Mulier tergens pedes D. N. capillis, ut est Luc. 7. sig. animam humiliantem se fide, ne per carnis sapientiam elata videretur: & Maria extergens pedes Dom. Nostri, ut est Ioan. 11. & 12 sig. facientes eleemosinas de rebus temporalibus, quas sign. capilli. Lauretus in uerbo abstergere.

Mu-

561 Mulierem abuti viro, vt est Eccles. 25. signific. mulierem imperare viro, vel sig. rationem parere appetitui, et carni Lauretus in verbo abuti.

562 Mulierem appropinquare ad partum, vt est Isai. 26. signifi. ex timore bene operari. Glossa interli. Isa. 26. & Lauretus in verbo accedere.

563 ad Mulierem menstruatam accedere, vt est Eze. 18. sign. amplecti doctrinam peruersam. Lauretus in verbo accedere.

564 Mulier, quæ enixa est serpentem. signific. bellum Marsicum, Alexander ab Alexandro. lib. 2. cap. 31

565 Mulier afferens alabastrum vnguenti, vt est lucæ 7. signifi. hominem exercentem bona opera, quæ bonam opinionem generant. Lauret. in verbo afferre. Idem, sign. afferre aromata Salomon, vt est 3. Reg. 2.

Apud Mulierem alienam non esse multum immorandum, vt est Prouerb. 7. signifi. vtendum quidem esse, sed non permanendum in doctrina seculari. Clemens Alexandrin. lib. 1. stromatum.

566 Mulier stans in cursu, & in dextera habens sceptrum, et cum sinistra regens habenas, quibus duo pueli alati trahũt currum ante quos puellos est Lira. signifi. venerem, sceptrum signifi. venerem esse Reginã generationis duos puelli signi. cupidinem, & Anterota. Cithara, signifi. concentum, & coniugationem concordiamq; omnium naturæ virtutum generationi rerum concurrentium. Aeneas Vicus in primo nummo Iulij Cæsaris.

567 Mulier media inter duos viros indicans illis duas arcas clausas, & eisdem optionem arcarũ præbens, vt vnus vnam, & alter alteram capiat quisque pro libitu suo, arcæ vero erant vna plũbo, & altera auro plena: sed neutrum apparebat, signi. fortunam elegenti aurum fauisse, alterum vero destituisse. Sambucus fo. 26 quòd emblema a Caballara arguitur, ut pacũ quòd eius vis ea sermone figurarum pendet, & ea pictura sermo patere non possit.

568 Mulier vetula legens in gremiale plurima crania humana, vt in colle, vbi erat templum pietatis humaret sed cum eo deuenisset vetula, & crania demitteret illa de colle huc, & illuc descendentia laborem pium reddidere vanum signifi. varios hominum esse sensus, & quot capita, vt ait ille, tot esse sententias. Sambucus, fol. 65.

569 Mulier ab umblico ad pedes fasciata ab vmbilico ad caput nuda multa undique ubera habens in pectore ad aurem dexteram habens Lunam, ad sinistram uulturem in manu dextera duas alas accipitris, in sinistra tenẽs Elemẽta, a deatris est templum quadratum habens pro pinnaculo spheram celestem. Quod templum nubes circundant: a sinistris est templũ rotundum habens pro pinnaculo Globum elementorum. sig. naturam. cuiuius partes deatere, sig. metaphisicam, & sinistre, sign. phisicam. Sambucus fo. 74. V. Mulier 691. ubi terræ symbolum explicatur.

570 Mulieres duæ quarum una stans adheret oliuę & tenet in dextera hastam, in sinistra clipeum, & in capite galeam, altera uero similiter armata sedet, & ita adhæret arbori, sign. interdum requiescendum. Sambucus. fol. 137.

571 Mulier sedens habens in capite galeam in dextera hastam, in sinistra sceptrum, tenens pedem dexterum supra testudinem. iuxta quam mulierem sit hedera adhærens parieti, inter quam serpant serpentes. signifi. Virtutem semper uirescere, uel etiam neglectam mulier etiam signific. uirtutem. serpens in hedera, signific. prudentem uirere. Sambucus folio 140

572 Mulieres tres quarum una nuda tenet pedes supra caput alterius mulieris quasi sedentis, & tenentes brachia lata, & in manibus librum habentes & liber videtur stare supra Canem alatum, mulier nuda habet horologium in manu dextra, & in sinistra facem, á dextris nudæ est altera mulier, & ipsa stans, sed induta habitu simplici, tenens in dextera pugionem nudum, & laqueum ad cuius pedes est puteus, a sinistris nudæ est altera mulier stans induta uario habitu expandens sinistrem, & in dextera tenens hastam. Ad pedes huius sinistræ est chimera. ad pedes dexteræ est sphina, ad pedes nudę, quę est media est, canis alataus. ante mulierem, supra cuius caput nuda tenet pedes, est columna teres. sig. Historiam. Dialecticã Retoricam, & Grammaticam, mulier nuda. sign. Historiam, dextera sig. Dialecticam. sinistra sig. Rhetoricam, & mulier sedens sig. Grãmaticam. Canis alatus. sig. Historiam, Sphinx, sig. Dialecticam. Chimęra, sig. Rhetoricã. & columna teres sig. gramaticã Sambucus. fol. 142

573 Mulier stans, & tenens in sinistra manu arundinem, uel normam mensoriam, & Circinum. in dextera uero tenẽs simiam, ad illius latus dexterum adest mensa, super quam sunt multa uariaque instrumenta, ad pedes in latere sinistro est Tabella habens inscriptum, Chaos signific. apud Sambucum folio 50. poeticem.

574 Mulier pulchra sedens cum floribus in manibus, quam iuuenis aspiciat, ante quam sit Leo lepus equus piscis auis, & alia animalia, signific. pulchritudinem mulieri datam pro armis, quibus superat omnia, Sambucus fol. 144.

575 Mulier sedens in Curru triumphali tenens in sinistra ueru cum carne, pane, uino, & huiusmodi obsonijs gulę, ad cuius sinistrum latus est Tigris. & puellus cęcus, & mulier plorãs, & equus niger. ad dexterum latus est mulier extollens Coronam Lauream, & est equus albus, & quidam arcu iaculans. sig. uoluntatem esse duplicẽ bonam scilicet, & improbam. bonam secuntur glnria, & uirtus, & equus albus malã uina Venus, gula, amor, & furor. et equus niger. Sambucus fol. 172.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

576 Mulier in horto vbi sint plurimi varijque flores ex, quibus velit sertum texere, sed dubium ex quibus. sign. in delectu copiam esse Sambucus fol. 196

577 Mulier induta albis, & preciosis indumentis. signifi. artem chimicam realem philosophiã Io. Baptista Nazarius in primo somnio cap. 1.

578 Mulier induta habitu, cuius color tam varius, vt discerni non posit cuius coloris determinati esset. sig. artem Chimiæ sophisticæ. Nazarius in primo somnio cap. 3.

579 Mulier induta pelle Hienæ ferens lumẽ in quadam spelunca obscura. sig. cognitionem domatricem aduersę fortunę ferre lumen intet tenebras ignorantiæ. Nazarius in primo somnio cap. 10.

580 Mulier quę equitet animal simile Testudini nisi quod ad extremum caudæ habet caput serpentis. mulier est tota pilis referta. habet dextrum brachium aridum tremulentum, & Paraliticũ. Sinistrum vero piugue, & forte. Oculus dexter illi erat Toruus, & aranea tela tectus. Sinister vero horribilis, & inflammatus. dextrum uber erat pecorinum, & vacuum: sinistrum erat caprinum distentum pendens, & luridum. Corpus huius mulieris erat aridum, & siccum quale est corpus ethicum, & febricitans. illius venter tumidus, vt Idropś. habebat calceos veluti plumbeos scilicet graues. putebat vndiq;. in dextera tenebat Iaculum, in sinistra Clipeum, & Testudinis testa. in cuius medio erat pictus vir stans, & tenens pedem supra pedẽ, & manus in sinu indutus mendici habitu. Supra cuius caput erat velia auis. & videbatur totus lassus. sign. Accidiam, Nazarius in somnio 2. cap. 2. & 4. Vir ille pictus in clipeo sig. ignauiam, & Velia auis, sign. ociũ. Nazarius somn. 2. cap. 4.

581 Mulier induta habitu mecanico, signific. artem Chimicam realem vsualem. Nazarius somn. 2. cap. 5.

582 Mulieris alienæ speciem admirari, vt est Eccle. 9. sig. capi. elegantia verborum hęreticorum. D. Hieron. in Ierem. 23.

583 Mulieris caput spicis triticeis coronatum. in nũmo cum literis. Dict. ter. cos. tert. sig. cereris caput quod sig. abundãtiam tritici, qua vrbs Roma potita est Cæsaris causa post triumphum Africanum: ex Africa enim ingẽs frumenti copia peruecta est. Aeneas Vicus in 19. nummo Iulij Cæsaris.

584 Mulier stans, & vestibus induta læua conto innitens, & dextera caduceum porrigens. in argen. nummo Cæsaris. cum inscriptione. L. Flaminius. IIII. Vir. sign. Cæsarem remp. pacasse. pacis enim belliq; arbiter à Senatu factus fuerat. mulier vero. sig. in hoc nũmo pacem. caduceus enim est pacis nota. & cõtus belli. Aeneas Vicus in 27. numino Iulij Cæsaris.

585 Mulier lignea præter faciem manus, & pedes marmoreos, sig. Mineruam frenatricem apud Corinthios. carta fol. 397.

586 Mulier induta subtilissimo panno, & succincta habens alas, & tubam ad os, quæ uidetur currere habens per totum corpus aures, & oculos præcedens currum Martis, sig. famam. Cartar. fol. 396. secundum Virgilium habet pennas per totum corpus etiam, & quia fama est, vel bona, vel mala. Si est bona habet alas candidas. si mala habet alas nigras, vel vespertilionis. pręcedere currum Martis, sign. sæpe ante bellũ multa dici, quæ postea non sunt vera. Cartar. fol. 396.

387 Mulier habens caput altum labra liuida, & pallida, oculos luscos, & corruptos lacrimis plenos, quę per malas emanant, manus instabiles, & motu citissimas fert gladium infixum in pectore, habet tibias, & pedes subtiles, & distortos & circa se nubem tenebrosam, & obscuram, quæ vti rethe eam circundat, sign. Discordiam. Cartar. fol. 40 t.

588 Mulier habens vestem factam ex lineis quamplurimorum colorum, quæ non sint inter se compositæ sed disiunctę ita, quod vna non cõtineat aliam, quæ vestis modo tegat mulierem modo non cum crinibus partim aureis partim argẽteis partim nigris, & partis leucotheis, qui partim compositi partim dispersi, partim in pectore, partim super humeros volitent. sig. Discordiam. Ariostus. vel etiam Cartar. fol. 402.

589 Mulier succinta habens tibiam sinistram nudã vsque ad medium femur tenens in dextera malum granatum, & sign. Victoriam apud Athenienses, & ideo est sine alis, quod Athenienses nolebant victoriam abse auolare. Cartar. folio 404.

590 Mulier alata succincta tenens in dextera elata coronam lauream, & in sinistra ramum palmæ, & aliquando tenens solum ramum Lauri sig. Victoriam. Cartar. fol. 404.

391 Mulier alata armata lęta, & aspectu iocunda sed tota puluere aspersa, & sudore, porrigens cum manibus sanguine aspersis spolia, & mancipia victoribus, sig. Victoriam. Cartar. f. 407.

592 Mulier habens duos vltus siue duas facies alteram albam, & alteram nigram sig. fortunam indifferentem bonam, scilicet et malam, facies alba sig. bonam fortunam, & facies nigra signifi. fortunam malam, Cartar. fol. 459.

593 Mulier uoluens duos clauos nauticos, signific. fortunam indifferentem, scilicet bonam, & malam, Cartar. fol. 459.

594 Mulier tenens in altera manu cornu copiæ, & in altera clauum nauticum geminum, signific. fortunam. Alexander Neapolitan. lib. primo, cap. 13.

595 Mulieres duæ, & sorores cultę in templo prenestino, sign. fortunam bonam, & malam. Carta. fol. 450.

596 Mulier habens caput, & pectus humanum, & in pectore duas mammas, ut habent mulieres reliquum uero corporis sit leenæ, sign. sphingem, & habet magnas alas Cartar. fol. 297.

597 Mulieres tres quarum iunior tenet colum: secunda, quæ est maior natu, quàm prima net filum, & super fusum inuoluit: tertia, quæ est iã senex,

ſenex,& truncat forpice filum.ſig.Parcas. Carta.f.299.

598 Mulier habens dentes, & vngues aduncos exiſtẽs horribilis ſupra omnia horribilia ſig. Mortem tertiam parcarum. Cart.f.301.

599 Mulieres quatuor quarum ſenior ſedeat ſuper tribunali altiori, & reliquæ tres ſedeant ſuper tribus alijs tribunalib. non tã altis, vt prius quę tres ſint æquo interuallo ſeparatæ,& tenẽt maximum fuſum ex adamante factum, vnà cum dextera, media cum dextera & ſiniſtra, tertia cum ſiniſtra indutæ veſtibus albis, & habentes in capite coronas regias, & fuſus aſcendebat p media genua ſenioris mulieris,quæ altior alijs ſedebat.prima & ſenior ſign. neceſſitatem.reliquę tres ſig.Parcas.aliquando habent in capite flores Narciſi.aliquando faſciam albam: & aliquando ſunt indutæ purpura, aliquando habent alas,& caput ſparſum farina alba.Cartar. fol.303.

600 Mulier iuuenis,& virgo aſpectu virili, & ſeuero oculis glaucis tenens in dextera lanceam lõgã, & in brachio ſiniſtro clipeum chriſtallinũ,habens in capite galeam auream, in cuius vertice ſit ſphinx, quam duo Griphes mediam tenẽt. aliquãdo habet ſuper galeam gallum. eſt armata torace in cuius pectore eſt caput Gorgonis, aliquãdo habebat ſuper galeam coronam, ſiue ſertum ex oliua.aliquando ſicuti mulier priuata ſedebat ſupra tribunali elatum cum colo,& fuſo ſtamina ducens,aliquando habebat ſupra galeam noctuam auem. aliquando habebat eã ad pedes. aliquãdo illi erat ſacra aurea lucerna ardens.ſig.Mineruam.Carta.f.357. aliquando habet apud ſe duos pueros, qui teneãt gladios diſtrictos,& minari videntur. habet ad calcem haſtæ ſerpentem.Carta.f.380.

Galea ſig.ingenium viri ſapientis, facilè ſeipſum tueri: aurum ſuper galeam ſig. ſplendorem diuinæ mentis illuminare ingenia noſtra, & intellectus humanos. Carta.f.358. Sphinx ſuper galeam ſign.prudentum reſponſa ea eſſe debere,vt vulgo videantur ſphingis ęnigmata. Carta.f.360.vel ſig.myſteria religionis verborum tricis velanda.Gallus ſign.vigilantiam,& audaciam militum, qua in bello vti debent. oliuà ſig. illam fuiſſe inuentricem olei conficiendi: colus ſig.illam fuiſſe omnium penè artium inuentricem. Noctua ſign. prudens conſilium. oculi glauci ſicuti noctuæ ſign. virum prudentem,cognoſcere res difficiles,& occultas, ſicut noctua uidet in tenebris. aurea lucerna ſign.viros indigere vigilijs, vt fiant prudentes. Cartar.fol.376.pueri ſign.vnus terrorem, & alter ſig.timorem. Cart.f.376.ſerpens ſign.prudentiam.Cart.f.380.

601 Mulier tenens in capite polum mundi,& in manu cornucopiæ ſign. fortunam. dare,& eripere diuitias,cui vult.polus ſign.res noſtras illius facultate verti, ſicut cœlum uoluitur circa polum. Cartarius fol.459.

602 Mulier ſtans,& tenens in dextera clauum nauticum,& in ſiniſtra cornucopiæ ſign. fortunã. Clauus ſig.rerum humanarum regimẽ eſſe in manu fortunæ. Cart.f.460.

603 Mulier iuuenis cui ventus a retro flans faciat veſtes ante tremere, & uentillare, tenens in gremio omnia omnium rerum ornamenta, quorum partem alteri tradebat, & alteri capillos vellere videbatur, alios vero virga in capite percutiebat, & aliquando quos prius illexerat,aſpere manu percutiebat ſign.fortunã, modo hunc,modo illum,uel extollẽtem,uel deijcientem.Cart.f.462.

604 Mulier matrona honeſte induta, & ſedẽs quaſi męſta,cui alia mulier iuuenis,& pulchra porrigit manum: & poſt matronam eſt puella adhærens ſedi matronæ.ſig. fortunam. matrona ſig.fortunam pręteritam. mulier iuuenis ſign. fortunam præſentem, & puella ſig. fortunam uenturam. Cart.f.463.

605 Mulier iuuenis alata tenens in ſiniſtra frenum, & in dextera menſuram, ſiue normã ligneã,& habens pedes ſuper rotam ſig.Nemeſim Deã. frenum ſign.hominem debere linguam frenare,& menſura ſig.hominem debere cũcta negocia ſua metiri. Cart.f.464.

606 Mulier bene induta & ſtans, tenens in dextera vas,in quo erant inſculpti quidam Aethiopes puſilli.& tenens in ſiniſtra ramum fraxini, & habens in capite coronam, cuius radij erãt in formam ceruorum,& victoriarum ſig. Deam Nemeſim.Cart.f.466.

607 Mulier iuuenis,& pulchra, aſpectu terribilis non ſuperba, neque humilis, ſed talis, quòd honeſta ſeueritate omni veneratione digna eſſe uideatur: & quæ habeat oculos acutiſſimi uiſus.ſig.iuſtitiam.Cart.fo.466. aliquando habet bilancem,aliquando vero,& faſces conſulares, quæ omnia ſignific. qualitates iuſti iudicis.

608 Mulier virgo, & nuda ſedens ſuper lapidem quadratum,& tenens in altera manu bilancẽ, & in altera enſem diſtrictum. ſign. iuſtitiam. Cart.f.467.

609 Mulier ſine capite ſignific.iuſtitiam. Cartarius fol.467.

610 Mulier tenens cum ſiniſtra aliam mulierẽ per collum humi diiectam,& dextera eam baculo percutiens.ſig.iuſtitiam punire iniuriam. Car. fol.467.

611 Mulier quam Ouidius in ſecundo Metamor. ita deſcribit.

Pallor in ore ſedet macies in corpore toto
Nuſquam recta acies liuent rubigine dentes,
Pectora felle virent lingua eſt ſuffuſa veneno,
Riſus abeſt,niſi quem viſi mouere dolores;
Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis
Sed videt ingratos intabeſcitq; videndo,
Succeſſus hominum carpitq;,& carpitur unà
Suppliciumq; ſuum eſt.

ſig.inuidiam.Cart.f.471.

612 Mulier alata,& ſedens ſuper pilam magnã, ſig. fortunam.Cart.f.474.

613 Mulier cęca,& inſana ſtans ſuper ſaxum rotundum ſig.fortunam.Cebes in Tabula, & Carta.

fol.

fol.476.

614 Mulier ſedens ſuper columnam humi iacētem pulchra,& bene ornata,& aliquando turpis,& male induta,tenens cum manu clauum nauticum.ſig.fortunam.Cart.f.476.

615 Mulier nuda habens capillos longos uerſus frōtem reuolutos,& occipitium penè glabrum, & nudum, & habens ad pedes talaria, & ſtans ſuper rotam,vel pilam magnam ſig.occaſionem, apud quam erat alia mulier dolens, & aſpectu meſta,quæ ſig.pœnitentiam,quòd qui non capiant occaſionem dum adeſt, eos poſtea pœnitentia ſequitur.Cart.f.480.

616 Mulier ſine pedibus, ſed habens manus alatas, ſignific.apud Scithas fortunam. Cartarius fol. 480.

617 Mulier vitrea ſig.fortunam, quæ cita abit ſicuti vitrum cito frangitur.Cart.f.480.

618 Mulier pulchra ſedens, & tenens ad latus dexterum Cupidinem alatum cum arcu in manu. & habens ad latus ſiniſtrum cornucopiæ, ſig. amatoribus nō prodeſſe pulchritudinem, neq; virtutem, ſi fortuna eis non faueat, vel quòd opus eſt diuitijs, quæ eſt mulierum auariſſima natura.Cart.f.483.

619 Mulier nuda in medio mari, & procelloſo uelificans.ſig.fortunam.Cart.f.485.

620 Mulier in vertice acuti ſaxi, vel montis, ut facili vento deijci poſsit.ſig.fortunam. Cartarius fol.485.

621 Mulier ſuper equum, quoad fieri poteſt aufugiens,quam ſequitur vir cum arcu tenſo, & ſagitta eam iaculatur, ſign. fortunam aufugere a fato; nam vbi fatum, ibi non poteſt fortuna. Cart.f.485.

622 Mulier ſedēs ſuper pulchrum tribunal tenēs in ſiniſtra caduceum, & in dextera cornucopiæ, ſig.fœlicitatem,caduceus ſig.virtutē, & cornu copiæ diuitias. Car.f.489.

623 Mulier ſedens in aditu,cuiuſdam arcis benè ornata; ſed non cum artificio, & coronata pulcherrimis floribus, ad quam omnes uidentur uelle adire,ſed pauci perueniunt, qui habēt ducem virtutem,ſig.fœlicitatem. Cart.fol.489.& Cebes in tabula ſua.

624 Mulier pulcherrima nuda, & iuuenis exiens è mari,ſig.Venerem ortam mari. Cartarius fol. 530.

625 Mulier pulcherrima nuda, & iuuenis exiens è mari,quam excipit Cupido ſig.Venerem. Car. fol.531.

626 Mulier pulcherrima nuda, & iuuenis tenens in manu concham marinam, uel pedibus ſtans in ea,& habens in capite coronam ex roſis, ſign. Venerem.Cart.f.531.

627 Mulier nuda,& coronata myrto ſtans, & habēs in pectore flammulas, & tenens in dextera orbem, & in ſiniſtra tenens tria poma, in curru attracto a duobus Cignis, & duabus columbis in quo curru erant tres mulieres ſeipſas auerſas manibus tenentes ſig.Venerem. & illæ tres ſig.gratias.Cart.f.536.Cigni ſig.cantus ſuauitatem ad luxuriam facere.Columbæ ſignifi.laſciuiam;neque enim vnquam cocunt,quin prius inuicem oſculentur,& in omni tēpore cocunt. Cart.f.533.

628 Mulier in mari portata ſuper dorſum a Tritone,qui propria cauda illi facit vmbram ſig. Venerem.Cart.f.533.

629 Mulier penè nuda, & pulcherrima habens niſi velum ſubtiliſsimum ceruleū circa ſe,& habens ante ſe multos cupidines, & tres gratias, & cū pulchris ſertis pulcherrimas horas apud ſe ſig. Venerem.Cart.f.538.

630 Mulier mediocriter ornata ſedens ſuper caprū, & tenens pedem ſiniſtrum ſuper teſtudinem, & habēs manum ſiniſtram ſuper caput capri, & tenens dexteram ſuam ſuper ſuum pectus. ſig.Venerem illam,quæ pertinet ad generationem. Teſtudo preſſa a muliere ſign.mulierem debere cuſtodire domum ſuam, ueque multū loqui,quòd teſtudo ſemper ſit in domo; & nō habeat linguam,& ſig. mulierem,quantum poteſt,debere abſtinere a coitu,quòd teſtudo per acto coitu ſępe relinquitur a mare auerſa,vnde fit prędaaquilæ,& alijs animalibus, & ideo illa fugit,quantum poteſt mares. Cartarius folio 541.

631 Mulier pulcherrima induta veſte talari porrigēs cum dextera imaginem victoriæ, & in ſiniſtra tenens neſcio quid ſimile vmbilici lapidei, vel ſpeculi.ſig.Venerem victricem,quam Græci dicunt Nicoforam. Car.f.545.

632 Mulier tenens cum ſiniſtra clipeum adhærentē terræ in quo ſunt ſculptæ duæ breues figurę,& cum dextera porrigit victoriam. ſig. Venerem victricem.Cart.f.546.

633 Mulier ſtans & cum vna manu extollens ueſtis oram,& cum altera oſtendit pomum. ſign.Venerem.Cart.f.546.

634 Mulier ſedens,& tenens cum altera manu quędam papaueris capita, & cum altera pomum, & habet in capite uelutí cardinem.ſig.Venerē. Cart.f.546.

635 Mulier ſedens cum velo tegente totum caput, & faciem more Venetarum mulierum, & habens pedes compedibus ligatos, ſig. Venerem Morphum. pedes ligati ſig. mulieres maritatas fide firmiſsima in coniuges eſſe debere. Carta. f.547.vel ſig.vltionem Tindarei in Venerem, quòd eius filiæ nimis in Venerem fuerint procliues.Cart.f.547.

636 Mulier calua ſign.Venerem caluam, quòd mulieres ex proprijs capillis fecerunt funes ad iaciendos lapides contra Gallos obſidentes Capitoluim.Cart.f.548.

637 Mulier cum ueſtibus muliebribus, ſed habens barbam,& tenens in dextera pectinem. ſig.Venerem barbatam,cui uota reddiderunt mulieres Romanæ, quibus ferè omnibus ex quodā morbo ceciderant omnes,& pili,& capilli. Cartar.f.550.

638 Mulier ſedens,& meſta cum pallio cooperiente illam totam,ſig. Venerem plorantem mortem Adonis.Cart.f.553.

639 Mulieres ferentes imagines mortuorum in lectuli,

ctuli,& deducentes ad sepulchra,tamquam hu matur: apud Athenienses sign.memoriam doloris,quem habuit Venus pro morte Adonis. Cart.f.553.

640 Mulieres quatuor pulchræ flauis capillis indutæ uelis subtilissimis, & ambulantes super aridas spicas,tam leues,vt eas neque frangant, neque torqueant aspectu suaui, & iucundo canentes suauissimè,& uoluentes orbem, uel pilam, & in illius reuolutione afficiūt aspicientes magna delectatione, habentes malas colore eo asper-sas,quo sunt a laborè calefacti. habētes oculos lucidos,& motu ueloces;sign.horas, quæ sign. quatuor anni partes,quæ Ver,Aestas, Autumnus,& Hiems sunt.Carta.fol.559. & istæ quatuor habent coronas in capite,prima ex florib. secunda ex spicis,tertia ex vua,& pāpinis;quarta ex oliuis; & Apollo sæpe habebat illas in manu sua dextera,quod sign.a Sole prouenire uarietatem anni; & aliquando habebant Venerem sociam, quod sign. Venerem sine Gratijs nil valere. nam horæ,& gratiæ sunt eædē.Cart. fol.559.

641 Mulieres tres habentes uestes aureas, et faciem manus,et pedes eburneos, et una habebat rosam in manu, altera habebat talum lusoriem. tertia ramum mirti:sig.gratias. Cart.f.562.V. Gratias.

642 Mulier sedens in sella dextera manu ad aurem appressa sinistra, tropheum in uirgula tenens, eture sinistro quàm longum est exporrecto, sig.securitatem. manus ad aurem signifi. fiduciam. Crus exporrectum,sign.ocium. Valeria. fol.214.

643 Mulier sedens, ara ante posita radium læua tenet,dextera caput ab occipitio sustentat; signific.securitatem,uel otium,et desidiam. Valeri. ut supra.

644 Mulier sedens dextera, sagittam tenens læuam supra caput attollit innixam sellæ.sign.securitatem orbis.Val.ut sup.

645 Mulier sedens cum radio in læua,et dextera capiti,et sellæ innititur,sig.securitatem perpetuā. Val.f.214.

646 Mulier sedens, et lactans puerū unum, et duos habens ad pedes colludentes. sig. securitatem. Vale.ut sup.

647 Mulier stans,tenens læua Scipionem, et dextera Aquilam.sign.securitatem Pop.R. Valeriā. ut supra.

648 Mulier iuuenis pulcherrima habens in capite coronam pulcherrimis gemmis ornatam: quæ gemmæ uidebantur ex igni,et aqua compositę inter quas erant multi uniones, albissimi, rotundi,et longiores ipsorum natura. habens capillos super humeros passos, qui uidebantur aurei. habens quoque circa collum torquem argenteum,habentem signa aurea in filo inserta ad instar racinti, habens dexteram extēsam, et elatam, et cum digitis summis sibi tangebat caput in fronte, ubi erat carbunculus pendens de corona, et cum sinistra tenebat paruā sphe ram. pes dexter erat nudus, et sinister a talari ueste tectus: quæ uestis erat ueluti ex illis,quas ferunt iuuenes rusticæ.sig.prudentiam. Eustathius in li.2.Ismenij. Corona, et torques sign. prudentiam curare tantummodo animi diuitias,et ornamenta parum, uel nihil curans delitias corporis,quod sig. uestis rustica, et pedes nudi. nam caput ornatum sig.animum; et reliquum corporis desinens in nudos pedes, sig. animum semper splendere uirtutibus, quas signif.gemmæ, & corpus omnibus tandem ornamentis spoliandum.

649 Mulier iuuenis tota armata habens in sinistra clipeum fortissimum,& in dextera hastam. habens super humeros clamidem squammis contextam.in capite galeam ornatissimam, habēs faciem virginis,sed oculos acriores, quam conueniat virgini: eius baltheus erat cingulum, illud quod dicitur mitra. manus & digitos virgineos certè, sed duros qualis quercus,significa fortitudinem. Virgo armata sig. fortitudinem, & animo,& corpore incorruptam. Eustath.li. 2.Ismenij.

650 Mulier iuuenis pulchra aspectu grauis tum uisu, tum uestitu habens in capite coronam ex floribus,& folijs varijs, & multis:in quibus tamen non inerant rosæ. habens comas nō multum longas,sed inter flores inuolutas,illius ornamentum album, quali vtuntur nouæ nuptæ tegebat dimidiam frontem. Illius uestis alba, & subtilissima, ad instar retis facta. longitudinis,& latitudinis mediocris ad pedes tamen vsque descendens, cum manu dextera tegebat, cum uola mamam dexterā, & cum digitis sinistram, ita ut uideretur sine mām̄is. cum sinistra vero tenebat sibi uestem super femora ab anteriore parte,ne ventus,qui flabat,eam indecore moueret:ad calces etiam inuoluebat sibi vestem,& tenebat pedem dextrum supra sinistrū & itidem femur dextrum cohærēs sinistro, sig. temperantiam. Eustath.in lib.2.Ismenij.absentia rosæ inter flores sig.lasciuiam nihil cum tēperantia habere commercij,quòd rosa sig.lasciuiam cum sit sacra Veneri.

651 Mulier exiens de quadam nube iuuenis, & pulchra visu sereno,& grato, cuius indumentum erat coloris,ut aiunt granæ aliquantulum tendens in album,illa pars corporis, quæ si indumentum aperiatur,albissima uideri solet, nullo modo in ea poterat uideri, cuius comæ super humeros sparsæ, & ipsa tota intenta aspiciebat cœlum,& in dextera habebat flammam ignis, & in sinistra bilancem: & pedes usque ad suras erant nudi. signifi. Iustitiam. exire de nube,signific.iustitiam è cœlo in terram aspicere,et iudicia, et facta humana perpendere. illam tenere oculos in cœlum,sign.iustitiam esse cęlestem,& humani nihil habere. Eustath.li. 2. Ismenij.

652 Mulierem suscipere semen,ut est Leui.c.12. sign. mentem admittere suggestionem. Laur.in verbo accipere.

653 Mulier horrifica facie, & habitu squallido sig. terrorem præcipuè apud Corinthios. Valerianus

nus fol. 227.

654 Mulier cum tribus capitibus vno equino, vno humano, sed facie valde rusticana, & tertio canino, sig. Dianam, quæ dicitur Hecatea. Valer. fol. 229.

655 In Mulieris naso ortas esse spicas farris, & eandem mulierem uomuisse grana farris; & eodẽ anno, qui fuit ab vrbe condita 658, ante Christum Dominum Nostrum 94. bubonem in Capitolio occisum multa ędificia fulmine icta. Lupum Romæ in priuata domo occisum. Iouis statuas auratas cum columnis suis humi cęcidisse, sign. Romanum Senatum, & populum faciendum hęredem Ptolomei Regis Aegypti. Iul. Obseq. prod. 109.

656 Mulier gradiens tenens in sinistra clipeum, & in dextera trophęum, ad cuius latus draco additus capite surrecto repit, magnisque voluminibus terga trahit. in nummo cum literis C. CLOVI. PRAEF. in cuius altera nummi parte est caput victorię, cum literis Cæsar Dict. TER. mulier sign. Romam victricem hostis spolia gestantem, quam Clouius Præfectus modestiæ causa cudi uoluit, ut non Cæsaris, sed Reipub. honorem indicare uellet, cum pro patriæ libertate semper se pugnasse Cæsarem professum sciret. & hæc imago sign. victoriam Cæsaris insignem de Ponto. vnde Virg. in primo,

Hanc tu olim cęlo spolijs Orientis onustam
Accipies secura.

vel sign. victoriam de Iuba parta in Libia. Nam serpens sig. Asiam, vel sign. Aphricam, ut habetur in nummis Augusti, & Hadriani Anto. Pij. & Septimij Seueri. Aeneas Vicus in nummo 16. Iulij Cęsaris.

657 Mulieris caput usque ad dimidium pectus, et habens alas in nummo argenteo, sig. caput uictoriæ, & in altera nummi parte est victoria nuda alata in curru agitans bigas, quæ sign. memoriam spectaculorum, quæ Cæsar edi curarat in vrbe victoriarum gratia. in hac nummi parte erat inscriptio: L. Mussidius. Longus. Aeneas Vicus in nummo vigesimoquarto Iulij Cæsaris.

658 Mulier stans induta duplici ueste, tenens in sinistra hastam, ad pedes habens scutum, & in dextera porrigens uictoriunculam, in nummo argenteo cum inscriptione L. Aurelius Buca, sig. Venerem genitricem, quæ & victrix dicta est. Vestis Veneris genitricis duplex sign. quòd naturalis operatio fit in sensitiuis, & vegetatiuis animantibus, seu sign. quòd duobus in elementis inferioribus terra, s. & aqua fit generatio. Eandem Venerem genitricem dici, & victricẽ signifi. eos homines quos magnitudo mundi vincere non potuit, a libidine sæpe compressos fuisse. vt Hercules fuit ab Omphale, Alexander a Roxanna, & Cęsar a Cleopatra, Augustus a Liuia. Fulgent. in Mytholog. & Aeneas Vicus in 35. nummo Cæsaris. Eadem Venus aliquando sedet cum inscriptione. L. Buca. hęc sig. Cæsarem cum fauore Veneris a quo omnium dus erat, toties victorem fuisse.

672 Mulier quæ habebat os obligatum, & sigillis obsignatum, sign. Deam angeronam, quæ sub illo gestu, sig tacendum esse nomen numinis, in cuius potestate esse vrbs Roma ne ab hostibus euocari posset. Vel secundum Nasurium, sig. eum, qui suos dolores, & anxietatis dissimulat patientiæ beneficio ad maximam peruenire voluptatem. Valer. f. 261.

673 Mulier stans cum hasta in sinistra, & cubitu ipsius sinistræ innitens clipeo suprapposito sphęræ mundi, & ipsa mulier est succincta amictu breuiori, & dextera porrigens victoriunculã cum inscriptione. M. Mettius. B. Secundum aliquos, sign. Romam per Cæsarem orbis victricem. alij vero existimant, quod sign. Venerem victricem, qua fauente, Cæsar supposuerit sub sua tutela orbem. Aeneas vicus in 38. nummo. Iulij Cæsaris, est etiam in alio nummo cum inscriptione. Macer.

674 Mulier stans & hastam tenens in sinistra, & victoriunculam dextera porrigens cum inscriptione P. Sepulius Macer, sign. Venerem Genitricem vel victricem, in altera uero numi parti est caput Cæsaris cum sua stella octo radiorum, quæ sig. ipsius veneris sidus. Aeneas vicus in 39. nummo. Iulij Cæsaris.

675 Mulier stans & cubitu sinistræ innitens scuto, quod est supra spheram mundi in regiones diuisi, & dextera porrigens malum. in nummo argento cum inscriptione. C. Meridianus, sig. Venerem Genitricem, qua fauente, Cæsar orbis terrarum dominium est consecutus. Aeneas vicus in nummo. 41. Iulij Cæsaris.

676 Mulier nuda, quę habet ensem ueluti habebãt milites antiqui cinctum, & ad eius latus sinistrũ est Cupido quidã stãs, qui imponit capiti suo galeã militarẽ, & ad pedes Mulieris est lorica. Mulier ipsa, sig. Venerem, & ipsa Venus hoc modo signif. milites cum se voluptatibus addicunt, statim armorum, & honoris obliuisci, quod euenit Annibali apud Capuam. Gabriel Simeonus libro de illustratione Epitaphiorum antiquorum.

677 Mulier erecta inhęrens hastæ, & tenens in dextera paruum. Mineruę simulachrum, in altera nummi parte ab Antonino Geta filio Septimo Imperatoris cusi cum litteris. Nobilitas, sign. Nobilitatem per littera, armã parari, & acquiri nam Minerua, sig. & litteras & arma. Gabriel Simeonus lib. ut sup.

678 Mulier ad vmbilicum, & inde desinens in piscẽ sign. Deam Derectum siue Atargatem, cultam a Sirijs apud Ascalonem ciuitatem. Valerian. fol. 223.

679 Mulier quæ totum corpus habeat mammis refertum, sign. terram, quæ admirabilem copiam nutrimenti omnibus rebus quamuis diuersissimis a se creatis subministrat. Ioannes Goropius in principio sui Vertumni. vbi tamen nõ illi exprimit mulieris effigiem, tu tamen lege, mulier 573. Vbi naturæ Symbolũ explicatur.

680 Mulier forma ac filo virginali, aspectu vehemẽti, &

ti, & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate, sign. iustitiam, vel potius iudicem iustitiæ antistitem oportere esse grauem sanctum, seuerum, incoruptum, inadulabilem, contraque improbos, nocentesque immisericordem, atque inexorabilem, erectumque, & arduum, ac potentem vi, & maiestate æquitatis, veritatisque terrificum. Aulus Gellius li. 14. cap. 4.

681 Mulier quæ manu sinistra sustineat puerum sopitum album, & dextera alterum nigrum, sed distortis pedibus, & dormienti similem. signif. noctem, quæ habet, & somnum, & mortem in manibus. Natalis Comes in Mytholog. lib. 3. cap. 13.

682 Mulierem peperisse mõstrum in tempore Alexandri Magni, quod superioris corporis partes hominis, sed mortuas: inferiores diuersarũ bestiarum, sed viuentes sign. repentinam regis interfectionem; superuixerant. n. deteriora melioribus. Isid. li. 11. c. 3.

683 Mulier prægnans si pariat octauo mense, & foetus intermoriatur. signifi. ipsam quoque mulierem esse de eodem partu emorituram. Rhodiginus libro 12. cap. 13. lection. antiq. Vide nume. 8.

684 Mulier prægnans si in octauo mense concubuerit. sign. natum futurum lentoris mucosi oppletum, & cute fœda. Rhodig. vt supra. V. numerus octonarius.

685 Mulier iuuenis pulcherrima cum vestibus coloris varij, & cum serte variorum florum in capite signific. Deam iuuentam. Cartarius fol. 59.

686 Mulieres nouem ad instar nimpharum indutæ, & coronatæ varijs floribus habentis, vna Historiam. 2. Tragœdiam. 3. Comediã. 4. Tibias. 5. Citharam. 6. Lirãm. 7. Heroicas compositiones. 8. Spheram Astronomicam. 9. Rhetoricã. sig. Musas nouem, Clium, Melpomenem, Thaliam, Euterpem, Therpsicorem, Eratum, Calliopem, Vraniam, & Polymniam, & iuuenis cum lira In medio earum, sig. Phœbum. Cartar. fol. 61.

687 Mulier sedens supra serpentem, sign. matrem Arati, qui fuit filius Aesculapij. Cartarius fol. 89.

688 Mulier sedens in alto tribunali, tenens pateram in manu, & habens ante se altare, super quo sit serpens cõuolutus, nisi quòd extollit caput sig. salutem Deam. Cart. f. 91.

689 Mulier tecta tota, vel capillis incisis alijs mulieribus, vel velleribus ubique intercisis sig. salutẽ Deam. Cart. f. 92.

690 Mulier tenens in dextera parte sinus puellum, & in sinistra puellam sugentem lac, quæ puella videatur emittere è fronte duo cornicula, signifi. Tetidem, ut puer sig. Apollinem, & puella sig. Dianam. Cart. fol. 96. & Tetidem tenere Apollinem in dextera parte sig. Solẽ à summo conditore in orbis creatione in parte Orientali positum: & puella in sinistra sig. Lunam in Occidentali locatam. Cart. f. 98.

691 Mulier habens Cæsariem coloris aurei, sedens in sede aurea, & habens vestem eiusdem coloris sig. auroram. Cart. f. 99. & aliquando trahitur in curru a Pegaso, & tenẽs in manu facem ardentem sig. eandem auroram. Cart. f. 99. & hoc sig. matutinam horam esse aptiorẽ poetis propter Pegasum.

692 Mulier habens pelles ceruinas ab humeris pendentes pro indumento, & habens arcum, & pharetram sagittis plenam, ibidem pendentes à tergo, tenens in dextera facem accensam, in sinistra duos serpentes, & habens canem venatorium sig. Dianam venatricem. Cartar. fol. 104.

693 Mulier induta, & venatrix, & in cursu quem trahunt duo cerui candidi, sig. Dianam, currus attractus a ceruis sig. Lunæ velocitatem. Cartar. fol. 106.

694 Mulier induta, & venatrix, & in curru attracto a mulo sig. Dianã, & mulus sig. sterilitatem Dianæ, quod Luna per se sit sterilis, vel signifie. Lunam non ex se lucem habere, sed aliunde, sicut mulus non ex suo genere oritur, sed alieno. Cart. f. 106.

695 Mulier induta, & venatrix in curru attracto a duabus vaccis sterilibus, sig. Dianam eadem ratione, qua & trahitur a mulo, aliquando trahitur a iuuencis, qui sunt castrati, eadem ratione. Cart. f. 107. vel propter cornua, quibus & ipsa Luna aliquando est similis.

696 Mulier, quæ habeat in toto corpore quamplurimas mammas. sig. terram habere admirabilẽ succi, siue lactis tum copiam tum varietatem, quo omnia quæ de aluo sua protulit, proportione cuiusque nutriat. Gorop. in Vertumno. fo. 1. & 2.

697 Mulieris semen, & serpentis semen, ut est Gen. 3. mulieris semen sig. electos tam maris, quàm fœminei sexus. & semen serpentis sign. reprobos omnes tam mares, quàm fœminas. Rupertus Abbas lib. 2. cap. 17. de Victoria verbi Dei.

698 Mulier amicta Sole, ut est Apoc. 12. sign. Ecclesiam, siue fidem Patriarcharum ornatam promissione cœlesti, quam promissionem significat Sol, & Luna, quæ erat sub pedibus eius, sig. Patriarcharum vsum legitimum bonorum terrestrium, vtpote qui omissis bonis temporalib. tantum promissioni inhiarent cęlesti. Stellæ duodecim, quæ erant in capite illius, sig. duodecim filios Iacob, qui fuerunt principes duodecim Tribuum populi Israel, vel sig. Apostolos duodecim, qui fuerunt modo quodam fundamentum populi Christiani, quod vero

699 Mulier habeat in vtero, vt est eodem capite, ut supra sig. Ecclesiam, ex quo Deus promisit Abrahæ semen in quo benedicerentur gentes, side concepisse illud semen. Ruper. li. 3. c. 11. de Victo. verbi Dei.

700 Mulierem, ut supra cępisse clamare. sig. Ecclesiam eandem dolore affectam esse, quando Pharao iussit infantes Hebræos in Nilo submergi.

mergi. Rupertus Abbas li. 2. c. 12. de Victoria verbi Dei.

701 Mulierē vt supra, postquā raptus est filius eius masculus ad Deum, & ad thronum eius, fugisse in solitudinem, sign. postquam Christus D. ascēdit in cęlum, illam partem gentis eius, ex qua ipse secundum carnem erat, hoc est Ecclesiam illam Apostolicam, & primam de Iudæis collectam reliquisse cuncta sęcularia, & omnia communia sanctissimè facta vnum cor, & vna animam extitisse, & hoc est verè in solitudinem fugere, relinquere, i. sęcularia. Rupertus Abb. vt supra.

702 Mulieres septem de quibus Esa. cap. 4, ait apprehendent septem mulieres virum vnum, &c. signifi. septem Ecclesias ad quas D. Ioannes scribit Apoc. quæ septem Ecclesiæ sig. septem ordines spirituales, qui a mundi consortio segregati sunt. sicuti & quinque illæ Ecclesiæ principales. sign. quinque alios ordines generales addictos passioni, & actiuæ uitæ: sicuti isti septem sunt addicti contemplationi, & habent relationem ad D. Ioan. Ioach. f. 18. Apoc. Introdu. c. 19. V. panes 5. & 7.

703 Mulieres septem, de quibus Esaias dicit, mulieres septem apprehenderunt sibi virum vnum. sign. idem, quod septem columnæ supra quas sapientia fabricauit sibi domum. Vide colūnæ septem; & hinc aduertendum, quòd propheta vocat eas fœminas, quæ sig. passiones, ut sign. eas fuisse productas. Iul. Camil. f. 60.

704 Mulieres septem, quæ apprehenderunt virum vnum, sig. septem dona spiritus prouenientia a septem fontibus supernis, qui fluunt in puteum, qui dicitur Bersabah, idest puteus septē, qui puteus Christus est D. N. nam alij ex alijs fontibus, sed nullus ex omnibus bibit præter ipsum Dom. N. I. Franc. Georgius problem. 130. t. 3.

705 Mulieribus tria tantum officia imperata, vt ex centum singulis panibus placentam sacerdoti facerent: vt tempore menstrui abstinerent à viris; & vt lucernas accenderent, sig. mulieres nō penitus a sacris abdicandas, cū & ipsæ sint pars viri: sed leuiora illis committenda. Frāc. Geor. prob. 208. t. 2.

706 Mulieres septem tantum à Boccacio in suo Diamerone inductas fuisse. sig. eloquentiæ laudem tractanti non conuenire collocutores plures septem introducere, cum eloquentia ipsa non excedat in suis ideis septenarium numerum. Paul. Hebd. l. 1. c. 3.

1 MVLLVS sig. Dianam siluicultricem, quòd hic piscis ter in anno pariat, & Diana partub. leuandis præsit, vel quòd Mullus venetur lepores marinos hominibus lætales, & ita venator venatrici sacer, vel quòd impediat vim generis, quæ Dianæ est contraria, & ideo illi gratus. Vale. f. 215.

2 Mullus & Sargus. sig. hominem ex aliorum laboribus sibi fructum, & gloriam vsurpantē, quòd mullus sequatur Sargi reliquias, atque vbi ille excitato luto abierit, fodere enim post, mullus descendit, & pascitur. Valerianus folio 215.

1 MVLTITVDO indefinita in sacris litteris sæpissimè accipitur in malam partem; & per consequens sig. omnes damnandos. nam numerare apud Deum, sign. eligere, & non esse in numero apud eum sign. ab eo nesciri, idest reprobari, ut est illud; Amen dico vobis nescio vos; & loquendo de electis dicit, Capilli capitis uestri numerati sunt. ubi uox illa, capilli sign. Apostolos, & fideles omnes, qui exornant Ecclesiā sicuti capilli caput suum. Petr. Bong. capite de multitudine f. 173.

2 Multitudo illa piscium indefinita, quos Dominus noster capi iussit, ut est Luc. c. 5. sig. bonos & malos, quos nūc habet Ecclesia: sed illa multitudo in qua capti, & numerati sunt 153. pisces, sign. electos, quorū certus est, & definitus numerus. Bongus vt sup. f. 176.

3 Multitudo, quòd recedat ab vnitate, & in se habeat confusionem sine ordine numerali. sign. malum. Orig. sup. Ezech. homil. 9. principia malorum omnium est multitudo. Et Laurentius in verbo vnitas.

4 Multitudo gentium, & messis magna, in sacris litteris sunt synonima. Gousch. li. 1. elocu. sacr. scriptu.

1 MVLVS sign. spurium, quòd mulus gignatur non ex suo genere, & non legitimo patre, uel matre. Valer. f. 91.

2 Muli adhibiti vehiculo lunę, sig. eam non lucere suo, sed alieno fulgore, sicuti mulus non suo sed alieno genere procreatur. Vale. f. 91.

3 Mulus in Apollinis oraculo, sig. Cyrum Persarum regē, quod ex nobiliori matre filia Astyagis regis, & patre, qui esset subditus regi Astyagi, quamuis Cyrus natus esset ex legitimo matrimonio. Valer. f. 92.

4 Mulus in Apollinis oraculo secundum nonnullos, sign. non Cyrum, sed bellicas tempestates, quod plurimus sit belli tempore mulorum vsus. Vlerianus f. 92.

5 Mulæ simulacrum, signifi. alienum ab amore, quòd ea sit tantæ efficaciæ contra amorem, vt puluerem, in quo se mula volutauerit, corpori inspersum mitigare amoris ardorem tradant magi. Valer. f. 92.

6 Mulæ sig. sterilitatem, propterea quòd si unquā pareret mula pro prodigio ea expiando habebatur. Valer. f. 92. uel ut ait Horus f. 19. quòd habeat marium obliquam.

7 Mula pariens sign. matronarum impudicitiam, quòd earum pilenta mulis iunctis trahi solita sint. Valer. f. 92.

8 Mulæ partus, significat magna rerum molimina, & præter spem, ac expectationem omnium. Val. fol. 92.

9 Mula sig. regum nescio quid. Regum. 3. Dauid penitet filium meum Solomonē, in mulam meam. Valer. f. 92.

10 Mulus saliens equam, sign. hominem lasciuum, qui Venerē nō ad prolem, sed ad voluptatē tātum atque spurcitiem uteretur. Valer. f. 93.

11 Mu-

11 Mula pruriens correcta cauda, sign. vt mulus saliens equam. Val. f. 93.

12 Muli duo mutuo sese scabentes, sig. mutuum officium, siue operam mutuam.

13 Muli duo liberi depascentes cum armorũ fasce sign. remissionem tributi pro uecturis rerum ad exercitum pertinentium impositi. Erizzua fol. 296.

1 MVNDVM a Deo exornatum fuisse persuasa prius necessitate apud Platonem. sig. illam primam materiæ animæque naturam, quãuis ea cogitetur informis, ab initio tamẽ præparationem a Deo ad formas adeò formabilem suscepisse, vt paratior esse non potuerit. Fici ca. 39. comp. Timæi.

2 Mundus, iuxta illud D. Paul. sic per vnũ hominẽ peccatum intrauit in mundum. sig. vniuersum genus humanum. D. Aug. li. Enchir.

3 Mundo patente apud Romanos nõ licere cuiquam bellum inferre. sig. satius esse occlusa Plutonis fauce eundum ad prælium, quã aperta. mundo. n. patente fiebat sacrum Diti patri, & Proserpinæ. Gyrald. lib. de annis & mensibus. V. Latinarum, solenni. & mundo patente.

4 Mundus Archetypus sign. primum ens Deum, siue exemplar mundi sensibilis. Paul. Scalig. 2. to. fol. 28.

5 Mundum copulatũ figura x. literæ Græcę a Platone dici. sig. illum ob Zodiaci diuersitatem in eius literæ x. figurã coagmentatum esse. Paul. Scalig. 2. to. f. 32.

6 Mundum totum post Christum D. abire, ut est Ioan. 12. sign. futurum, vt totus mundus sit secuturus Christum Dominum, vti eius Saluatorem. Glo. ord. in Ioan. 12. & Lauretus in verb. abire.

7 Mundum dici congeriem malorum, sign. nullo modo ibi bonum esse, ubi sit passio. in mundo est passio, cum in eo sit generatio, corruptio, &c. Rhodig. li. 1. c. 1.

8 Mundum apud Timęum Locrum constare ex mente, & necessitate, sig. mundum ex actu formali, qui est in diuinæ mentis voto præcipuus, & ipsius mentis imago, & ex materia, quæ nõ tam intentione propria, quàm necessaria quadam intentione ad hoc opus accipitur. Rhod. li. 1. cap. 4.

9 Mundi tria principia apud Platonem, quæ sunt bonum, idest Deus. Intellectus eiusdem filius ex paterna luce luminis more manans, & mundi anima ex intellectu diuino, velut spiritus per omnia profluens. signific. Sanctissimam Trinitatem. nam bonum sign. Deum patrem. Intellectus sign. Deum filium. & anima mundi sig. Deum Spiritum Sanctum. Rhodig. lib. cap. 4.

10 Mundus minor apud chimicos sign. ferrum, eo quòd participat terram, plus quàm alia elementa. & eius spiritus, & aquæ sunt alijs virtuosiores, & nominantur vegetabiles animales, & minerales. Ioann. Braceschus li. de ligno uitæ f. 37.

11 Mundi circuitum pręsentem esse ab Oriente in Occidentem, & esse Ionium, atque fatalem, sed aliquando fore alterum cursum huic aduersum ex Occidente in Orientem, & fore Saturnium. in quo spontè nascentes homines a senio ad iuuentutem procedent, alimentaque vltro illis sub æterno vere suppeditabuntur, signif. animam mundi, quam Plato uocat Iouiã cuius lege fatali manifestus hic, manifesti mundi ordo disponitur. Vitam animorum in corporibus elementalibus sensuum actioni deditam reddere. & fore alterum cursum Saturniũ in quo &c. sign. supremum inter angelos intellectum, alios angelos, & animas accendere, & illustrare, & ad intellectualem vitam pro viribus continuè erigere. homines vero, a senio in iuuentutem, &c. sign. angelos, & animas in intellectuali uita propria electione in melius reformari: & quasi in vere perpetuo iuuenescere. Alimenta vltro illis sub æterno vere, &c. sign. Angelos, & animas non per sensus, & operosam disciplinam, sed per lumẽ intimum, summaque cum uitæ tranquillitate, atque uoluptate miris ueritatis ipsius spectaculis perfuncturos, & fruituros. Ficinus in argu. ciuilis Platonici: sed idem Ficinus hanc ipsam rem explicat clarius in 18. lib. Theologiæ Platonicæ c. 8.

12 Mundum, iuxta Proculi sententiam decem modis esse armoniæ participem, animam uerò quatuor tantum, signific. quòd quemadmodum vnitas est causa quaternarij, & quaternarius est causa denarij. ita intellectualem armoniam efficere armoniam animalem, & hanc animalem efficere sensibilem. Georg. Venet. armo. fo. 92.

13 Mundi semen apud Scithas sig. ipsum Noe, qui renouator humani generis fuit. Georg. Vene. arm. f. 108.

14 Mundum stare super duodecim columnas, secundum sapientes Hebræos signific. mundum per duodecim Apostolos incolumem fieri, & super eos sustentari. Rabbi verò Eliezer dixit terram stare super vnam columnam, cuius nomen Zadic, idest iustus, quod signific. terram in Messia saluari, qui propriè uocatur iustus, ut est apud Zachariam capit. nono. Ecce rex tuus tibi ueniet iustus, & Saluator ipse. Vbi aduertendum, quod illud pronomen ipse. Hebraicè, hu, propriè signific. Deum, & est idem, quod Esaias cap. 35. dixit, Deus ipse veniet, & saluabit uos, quæ res signific. Messiam Deum esse. Galat. libro tertio, cap. 21.

15 Mundus intelligibilis, qui ab ipsa vnitate, bonitateque diuina proximè emanat, & ,put natura patitur, quàm simillimus ei non visibilis, sed intelligibilis, intellectualisque exemplaria omnium, quę in hoc visibili gignuntur habens, signif. diuinum intellectum, nõ ipsum bonum, sed optimum boni filium: quem si eum primo bono vnius substantiæ esse intelligamus, Platonem Christianæ Theologiæ magis conciliabimus. Ficinus in nono capit. compendij Pla-

 ton.

tonici Timæi. tu de mundo intelligibili vide infra.

16 Mundum,& numina omnia ex se ipsis dissolubilia fore, si Deus manum amouerit ab eorum conseruatione. sig. Deum, & mundum,& omnia in eo conseruare,& manum abstrahēte domino omnia in nihilum ruitura. Fici.ca.14.cõpen.Timæi.

17 Mundi ipsum diuinum exemplar apud Platonem, signific. Diuinum Verbum, de quo D. Ioannes in principio. Ficinus cap.16.compen. Timæi.

18 Mundos plures esse ab Anaxagora dictũ fuisse, sig. in singulis mundis esse, quidquid in omnibus est, neque est aliquis vnus ex eis, in quo nõ omnia sint, quæ sunt in singulis. Picus in Heptapli proœmio.

19 Mundus, cõcupiscentia carnis, superbia uitæ, Assyria, concupiscentia oculorum, Aegyptus, & Babylon, in sacris literis sunt synonima. Gousſ. li.1.eloc.sac.scrip.

20 Mundi origo, apud chimistas sig. eorũ lapidem, quem dicunt esse nigrum, vilem, fœtentem, nõ emptum precio, & sine aliquo non existētem, leuem in pondere, & vocant illum originem mundi, quia oritur sicut germinantia. Calid.li. secretorum Alchemiæ.c.9.

21 Mundum apud Astrologos finiendũ esse apud signum Arietis sig. mundi durationē per quatuor temporum spacia diuidi, & eum ad finem quarti spacij esse finiendum. nam quatuor sũt signa Zodiaci principaliora duo, s. æquinoctialia, Aries,& Libra,& duo sollstitialia, Cancer,& Capricornus in quibus habent suas exaltationes, quatuor superiores planetę, Saturnus, Iupiter, Mars, & Sol. & sicuti ab Ariete ad Librã perficitur medietas Zodiaci: Ita ab Adam, qui formatus est in Ariete ad D.N.I. qui natus est in Libra. sig. duas quartas mundi; prima enim finit ab Adã ad Moisem, qui natus est sub Cancro. Tertia a D. N. I. ad Antichristum, qui nascetur in Capricorno, quæ quarta finiet in fine piscium apud initium Arietis, in quo Ariete, Mars, & Sol, ignei planetæ habent suas dignitates per quas excitabunt, ita volente Deo ignem, qui putredines mundi purgabit: vt videtur testari scriptura sacra. Petrus de Aliaco c.34.part.3.

22 Mundi apud Platonem causa triplex. efficiens exemplaris,& finalis. efficiens sig. diuinam mē tem. exemplaris sig. idearum seriem in mente diuina conceptam. finalis sig. bonum. Ficinus c.7. Compen. Timæi.

23 Mundum superiorem incorporatum mũdo inferiori mediante corpore sancto, ut est apud Rabbinum Simeonem ben Iohai. Cuius verba quoniam sunt mysterij plena. mihi lubet apponere, quæ ipse dicit, exponens illud Gen. Faciamus hominem ad imaginem nostrã. Postquã in supernis determinatum est in vniuersum de hominis formatione, sanctum corpus, & semina incorporata sunt. In tpe aũt tertio, quod videlicet consequitur primum sanctorũ patrum tempus: & secundum tempus prophetarũ cõpleta est hæc maxima copula, & coniũcti sunt atque incorporati mundi superiores, & mũdi inferiores. ab hinc verò incorporatus est mundus superior, mundo inferiori mediãte corpore sancto. Quodammodo vero videbant mundi, & congratulabantur simul, efficiebanturq; vnum corpus, quoniã quod erat superius erat & inferius, Deus sanctus & benedictus superius,& Deus sanctus & benedictus inferius, & prosiliens spiritus de vagina, venit in vnũ corpus,& in his omnibus vnus tãtum videbatur, ille nimirum cui dicitur Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus exercituum implet terram totã gloria sua,& hoc totum vnum est corpus. Traditũ item est. Postmodum coniunxerunt se, veluti duo corpora, quando vnũ penetrat aliud, hoc, & illud, sicut scriptum est. Torquem auream faciemus tibi cũ notis argēteis. Colligatæ sunt Iustitia,& misericordia, & unitæ sunt uerbo, nec altera sine altera discedit, qua pp sic nobis traditum est: qñ diuiditur corpus a mũdo hoc i. qñ in vniuersum moriuntur hoĩes, totũ quod est hois nequaquam superius ascendit, quēadmodum ascendit hoc, quod sanctum vocamus corpus. tãtæ certæ dignitatis, quod nõ uocatur Adam, i. homo terrestris, & in hoc vtiq; differt à cunctis alijs corporib. legimus quoq; torquē auream,& notas argenteas, qñ vnum sunt Iustitia,& misericordia: non.n. est iustitia sine misericordia. & ppea sequitur. pulchra facta est gena tua pp torquem, & collum tuũ pulchrũ factũ est pp margaritas: torquem, sicut dictũ est torquem auream cum margaritis. ēt scriptũ est, notæ argenteæ collum tuum: qm̃ inter cunctas fœminas in matrona hac reperitur sanctitas, imò diuinitas, quæ consueuerat descēdere super Hierusalem, superq; sanctuarium: & oĩa hæc postq̃ verbum in ea corpus assumpsit, factũq; est de hominũ vniuersitate, i. homo plenus fide. & quid est plenus fide? qm̃. s. in illo inuenitur tota fides. Hæc oĩa Rabbinus ille. in quibus sig. Dei verbum, siue Dei filium, verum Deum verumq; hominem,& sig. Deum de cælo descendisse,& corpus de fœmina sumpsisse. & sig. illam fęminam esse tantæ sanctitatis, quę comparationem non admittat. & tñ iste Rabinus fuit multos annos ante Christi D. natiuit. vide de hoc ipso Rabbino in dictione timor, q. ibi quoque verbi incarnationem, ita explicat, vt non propheta, sed Euangelista videatur, Gala. li.3.c.1.V. Ex carne mea videbo Deum.

24 Mundum fuisse a Deo fabricatum,& distributũ secundum Platonem per numerum ternarij cubum, qui est 27.& secundum Theologos antiquos, secundum numerum literarũ Hebraicarum, quæ sunt 22. quarum quinque sunt duplices, ita quod uideantur esse 27. quarũ tres sig. tria elemēta. Hebræi.n. non habēt aerē pro elemēto, sed pro elementorũ glutino 12. sig. 12. signa Zodiaci. 7. sig. septē planetas, quæ sunt duplici prolatione forti, s. & remissa qñ sũt forti sig. planetas in suis dignitatib. existentibus, quã

do

do remissa. sig. planetas in alienis domibus vagantes. Fr. Geor. probl. 242. t. 6.

25 Mundum dici fabricatum, vel per numeros, vel per literas. sign. mundum fabricatum nō per litteras, vel caracteres, q̄bus verba formamus, vel per numeros, quibus res ipsas numeramus sed per res significatas ab ipsis literis & ab ipsis numeris. nulla enim res est, expressibilis nisi sit, & numerus quisquè respondet rei numeratæ. Sunt enim in archetipo primarij fontes, vnde secundarij egrediuntur varij, ex quibus rerum multitudo, & uarietas resultat. Literæ vero sign. secundarios fontes, s. elementa sidera & signa. & consequenter primarios ex quibus hi secundarij prodeunt, ex quibus primariorū & secundariorum influxibus omnia producta sunt & producuntur, & id quod Theologi dn̄t mundam factum per literas, pithagorici dūt factum per numeros. F. G. p. 246. t. 6.

26 Mundus apud Aristot. sig. Deum. F. G. ar. f. 4.

27 Mundus apud Pythagoricos sig. quaternionem per quē etiam iurabant, nam mundus constitutus, & absolutus est ex quatuor integris, & exæquatis. Item ex quatuor superfluentibus in idem utrinque coalescentibus. Celius Calcagn. lib. de reb. Aegyptiacis.

28 Mundum fuisse fabricatum & completū in sex diebus. sign. mundum esse ex omni parte absolutum: Sicut & numerus senarius est ex omnibus suis partibus perfectus. Nam senarius est numerus perfectus, cum constet omnibus aliquotis partibus, quod nisi foret multipendendum, arithmetici non ducerent id pro re insigni, nec reperiretur in perpaucis numeris. Vocant autem partes aliquotas, partes pluries in numero constituendo resumptas, quas & palam est, dimidiam non excedere. Quare in senario pars aliquota dicitur, unitas, dualitas, & trinitas. Quoniam ex his omnibus cōstat, & nulla dimidiū transit preter id, quod vnitas sexies sumpta, & dualitas, ter replicata, & trinitas bis accepta, & vnitas dualitas & Trinitas iunctæ senarium integrāt numerū. Igitur ut mundus omni ex parte notetur absolutus, haud immerito sex diebus fabrefactus est. Iacobus Naclantus in prælud. cap. 3. ad arcana Christi D. f. 15.

29 Mundus intellectualis, quem uocat Plato opificem mundi materialis. & regem eternæ ciuitatis conuersorem animorum, authorem totius resurrectionis. principium, medium, & finem omnium rerum. datorem diuinarum, & humanarum legum. sig. modulum exemplariū primorum in mente formatum, in mente dico secundum Platonicos, prout est primus ex quatuor circulis. qui sunt mens, anima, natura, & materia. Farra f. 4 t. v. f. 51.

30 Mundus sensibilis. sig. id quod formatum est a natura ex seminibus quæ ipsa natura accipit a conceptibus ab anima, quæ item accipit conceptus ab ideis in mente formatis. Quæ mẽs accipit ideas a diuinissimo Sole, tamquam radios splendoris sui.

31 Mundus supremus sign. ipsum Deum in se ipso consistentem, incomprehēsibilem, ineffabilē, & inaccessibilem. in hoc Deus regnat in propria essentia & in luce in soph, in mundo intellectuali regnat Deus in anima messiæ coniuncta ad Elchai, idest ad Deum uiuentem, & verbum vitæ. Et in sensibili regnat Deus cū ministerio Mettatron principis facierum, qui est intellectus agens animæ mundi. Farra f. 43.

32 Mundum dici ab Indis esse animal Androginū. sig. Deum qui ab illis dicitur mundi anima patris, & matris uicem supplere in animalium generatione, educatione & amore. Archangelus Burgonouensis in dogmate cabalistico 48. ex selectioribus Pici.

33 Mundi huius habitabilis sphera, quę habeat quatuor insignia imperiātia in quator sui partibus Oriente, Occidente, Meridie, & Septentrione cum verbis, Christo Duce. sig. Imperatorem qui Christi D. auspicijs speret se per totum terrarum orbem esse positurum Christi uexilla & eius fidem constituturum. Hieronimus Ruscellus in insigni Ferdinandi Imperatoris.

34 Mundi duo cum uerbis. vnus non sufficit orbis. sig. hominem Principem, qui maiora quærat quàm cæteri omnes adepti sint. vel sig. hominem, qui uere Christianus sit, vt qui cognoscat in hoc nostro terreno & caduco mundo non posse animum explere, sed ad cęlestem adspiret, ad quem vti ad finem homo creatus est. Herōn. Rusc. in insignis Francisci secundi Regis Franciæ.

35 Mūdus intelligibilis apud Platonicos. sig. illam mentem a Deo creatam ante alias creaturas, in qua mente dicunt Deum posuisse ideas & formas omnium reliquarum creaturarum. Nam dicunt in illa mente esse ideam Solis, Lunæ, & hominum, & omnium animalium, plātarum, lapidum, elemētorum, & vniuersaliter omnis creaturæ. & dicunt ideas illas esse res ipsas veriores, quam sunt res ipsæ in suo esse, vt Idea Solis, sit uerior Sol, quam Sol iste visibilis. & sic de reliquis creatis rebus: adeo quòd mens illa, in qua sunt ipsæ rerum creatarū ideæ, a Platonicis dicitur mundus intelligibilis, in quo rerum esse dicitur esse ideale. Et illa mens sine mundus intelligibilis a Platone, a Mercurio, & Zoroastre & ab alijs etiam dicitur filius Dei, sapientia, ratio diuina, & verbum Dei tu vide creaturam unam, & solam. Picus lib. 1. cap. 4. & 5. commentarij supra Cantilenam Hieronymi Beniuieni.

36 Mundum istum sensibilem, ab ęterno fuisse causatum & productum ab illa mente a Deo creata ante alias creaturas, ut aiunt ipsi Platonici. sig. mūdum istum sensibilem iuxta Platonicos non posse non esse æternum, sed quomodo, ret sit creata, & sit æterna viderint ipsi, nos cete cum Ecclesia aliter sentimus. tu lege Picum ut supra cap. 6.

1 MVNVS, benedictio, & pax. in sacr. liter. sunt Synonima. Gouschel. lib. 1. Elocut.

2 Munus sig. sacrificium. Gouschel. lib. 2. vt supra.

1 Murena sig. hominem alienigenarum concubitum appetentem, vel externis matrimonio copulatum, quòd ut aiunt hic piscis sit tantum feminei sexus, & ideo mari egressa serpentibus copulatur, mihi uidetur hoc potius appetentibus exteriorum virorum concubitus mulieribus quàm uiris assignandum, Valer. f. 209. v. Vipera.

2 Murena signifi. mulieribus esse ferendos mores coniugum, quamuis asperos inconditos, & fallaces, quod Murena ferat naturam uiperæ cũ illius congressum appetat.

3 Murena, & vipera complexi signi. adulterium, quod vipera congrediatur cum murena non suę speciei, relicta sępe coniuge propria. Valer. fol. 209

4 Murena irritata ab aliquo. sig. Seuitiam occultã in homine molli, & effeminato, quòd Romani Proceres sæpe exponebant seruos suos excarnificandos a murenis, vt longiori, & duriori ac uituperosiori supplicio punirent. Valer. folio 209.

1 M V R E X alio nomine tribolus, machinula ferrea tetrangulata, quæ in quamuis partem iacta semper aculeo vulnerat clauo, cum titulo. Quocumque ferar. sig. peruersos improbosue semper afficere clade; vel detrimẽto eos, quibus cũ versantur. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 163

1 M V R V M faciendum esse super tectis. sig. custodienda opera bona, ne faciamus ea palam, vt videantur ab hominibus. & sic omittamus meritum eorum Deo. f. G. C. 352

2 Muri Hierusalem. Iuxta illud Hieremiæ. j. & super omnes muros eius in circuitu; sig. Doctores de quibus scriptum est, non opposuerunt se murũ pro Israel. sicuti in eo loco Portæ. sig. Prælatos, & vrbes Iuda, sign. auditores. Abbas Ioachim in Hierem. f. 5. v portæ, vel muri signi. virtutes quibus muniuntur homines contra diabolicas tentationes. portæ, sig. sensus exteriores aperiendi in bono, & claudendi in malo urbes Iuda, sig. affectiones unanimes, uel cogitationes mundas.

3 Murum quasi rumpi, ut est Iob 30. sig. fidẽ Christi penè deseri, uel disciplinæ munimenta dimitti. Lauretus in verbo abrumpere.

4 Murum diuidere inter sanctuarium, & locum vulgi in templo, ut est Ezech. 42. sig. non omnes admittẽdos ad mysteria ne sanctum detur canibus. Lauret. in uerbo abscindere.

5 ad Murum accedere, & uinci, ut est 2. Reg. 11. sig. abijcere se grauibus tentationibus sine causa, a quibus mereatur uinci. si quis uero accedat ad murum. & uincat, ut est. 1. Macha. 6. sig. discretam, & fortem obiectionem, qua habetur uictoria. Lauret. in uerbo accedere.

6 Murorum pinacula, quæ merulos uocant Romanæ urbis sine terræmotu cecidisse sig. ciuiles discordias futuras in urbe Roma Iouis statuam per se in partem sinistram vertisse, anno ab urbe condita, 607. ante Christum Dominũ 95. sign. a Romanis Celtiberos Medos, & Dardanos superandos. Iulius obseq. prodig. 108.

7 Murus æreus, vt est Ierem. 1. sig. hominem fortem in fidei confesśione, & uitæ sanctimonia, quia æs nulla uiolatur rubigine, nec ecsum imbribus deperit, sed uetustate sit fortius. Lauretus in uerbo æs.

8 Murorum ambitus, ut est Prouerb. 25. sig. custodiam silentii. glos. ordi. in Prouer. 25.

9 Murus, ut est Isai. 26. ponetur in ea murus, & antemurale. murus signific. ipsum Deum protectorem, & antemurale, signific. fidem ipsum in Deum Gouschelius lib. 6. Elocut. sacr. scrip.

10 Muri Hierico cadentes ad aduẽtum Iosue, & arcæ. ut est Iosue. 6. sig. diaboli uicta machinamẽta in aduentu Christi D. Orig. in Iosuæ hom. 7. v. Turres cadentes.

11 Murus super quo sponsus nolebat edificare propugnacula argentea, ut est in cantic. ultim. sig. transitum, quod faciendum erat de sinagoga ad Ecclesiam, qui transitus, & iter erat futurus firmus, ut murus ita, ut super eo propugnacula argentea edificari possent, quæ sign. eloquia sacra, & prædicationem uerbi Dei per Euangelium in Ecclesia euulgãda. Argẽtum enim sig. Euangelium. f. G. P. 60. T. 5.

1 M V S sig. detrimentum, quod semper abrodat & inquinet Valer. f. 69. orus. f. 13

2 Mus sig. optionem atq; iudicium, quod in pluribus panibus, & pomis aliisq; similib. esui aptis mus meliores semper seligit, & rodit. Valer. 100. orus 13.

3 Mus sig. imbecillitatem, quod minimo quoq; incommodo exanimescit, vel quod muribus omnibus breuis sit uita. Valer. f. 100

4 Mus albus sign. illecebras, & delicias amatorias, quod sit maxime salax Valer. fol. 100. hic mus albus est ille quem nunc dicimus armenium, uel corrupta uoce armelinum, cuius spolio matronæ optimates pro tuendis manibus, & ore a frigore utuntur, lege Alciati. Emb. 79. Mus araneus, Mus Zibellinus, siue armelinus, & Moscus Arabicus. sig. lasciuiam, uel quòd salax natura, uel quod eo utantur mulieres molles, Alciatus emb. 79.

5 Mus albus signi. mũditiam interminatam, quod limo ante hostium illito, potius capi permittat, quam fędari uelit Vale f. 100.

6 Mus albus sig. castitatem intemeratam, quæ diuina tantum flamma succendatur, quod id animal mortem, potius quam maculam uelit. Valer. f. 100.

7 Mus in nũmis insulptus sig. argiuorum monetã Valer. f. 100.

8 Mus sig. parasitum, quòd parasitus alienum cibum edat, ut mures. Zograp. 24.

9 Mus signific. uatem, et diuinum, quod si domus aliqua minetur, ruinam statim aufugit Zograp. 31.

10 Mus ab æluro comprehẽsus sig. eum, qui in manus hostium illapsus, miserabiliter auxilium imploret.

implorет Valer.fol.100.

11 Mus Hecatem, Prouerb. sign. qui in manus hostium inciderit, illorum ducem implorat, quòd aluti muribus inferni sint in tutela Hecatis. Vale.f.100.

12 Mus ab Ostreo deprehensus sign. captiuum ob gulam: ut sunt illi, qui victus ergo diuitum mẽsas ambiunt, uel sign. illos, qui nimio victu delicato sibi mortem accelerant. Alcia. Emble. 94. Ostreum quoque sig. inculpatam tutelam. sicuti mus vellicans, Ostreum sign. supplicium propter gulam. Ioan. Bapt. Caballarius in Alcia. annot.

13 Mus sub tecto iacens in nido suo signific. decimum quintum gradum Cancri, & hominem, qui domi manere cupiat. Astrolabium Ioann. Angeli.

14 Mus paruus in nummis insculptus, signific. Acginos populos. Aeneas Vicus lib. 1. de nummis cap. 8.

15 Mus quem vocant Armelinum, qui ob lutum positum ante hostium suæ habitationis, cum verbis malo mori, quàm fœdari. signific. hominem, qui potius quàm faceret, quicquam indecens, esset paratus omnia perpeti. Bartholomæus Tægius libro secundo de arte fabricandi insignia.

16 Mus, rana, auis, iaculum, aratrum. pro literis ab Idanthura Scitarum rege ad Darium, qui iam Ostrum traiecerat bellum minitantem missa: secundum Orontopagum tribunum militarẽ Darij, sig. Scithas tradituros Imperium Dario. Nam mus sign. habitationes, rana sign. aquas, auis sig. aerem, iaculum sign. arma, & aratrum sig. regionem: sed secundum interpretationem Xiphodris, sign. nisi exercitus Darij, tamquam auis euolauerit, uel tamquam mus terram, aut tamquam rana aquam subiuerit, non esse effugiturum Scitharum tela; non enim erat domi nus regionis. Clemens Alexandr. in Stromat. li. 5. f. 264.

17 Mus positus in manu statuæ Sethonis Regis, qui deuicit Sennacherib, sign. victoriam a Sethone habitam miraculoso murum auxilio. de Historia tu lege Thomam Porcacchium in funeralib. f. 50.

1 MVSAS, & somnum habere apud Corinthios altare commune sig. studia, & somnum sibi inuicem succedere, & opem ferre debere. Cart. fol. 329.

2 Musæ nouem sig. doctrinæ atque scientiæ nouẽ modos, per quos eas acquirimus.

Prima enim dicitur Clio, & sig. velle doctrinam de eaque addiscenda cogitare.

Secunda Euterpe, & sign. delectari in doctrina quam velis.

Tertia Melpomene, & sig. meditari in doctrina, & in ea instare.

Quarta Thalia, & sign. capere doctrinam, in qua tu instas.

Quinta Polymnia, & sig. memorari in doctrina id quod capis.

Sexta Erato, & sign. inuenire tuo Marte simile eius, quod memineris.

Septima Terpsicore, & signific. iudicare quod inuenias.

Octaua Vrania, & signific. eligere de quo iudicas.

Nona Calliope, & sig. bene proferre id, quod elegeris. Fulgen. li. 1.

3 Musas explumare Sirenas, signific. doctis uiris nihil esse cum meretricibus. Alciatus Emblema. 115.

4 Musæ nouem sign. tres tonos plenum medium tenuem, tres accentus acutum grauem circum flexum, tria tempora, præsens, præteritum, & futurum. Vale. f. 350.

5 Musæ, quæ secundum aliquos erant tantum quatuor, sig. apud Græcos, quatuor illorũ linguas, Ionicam, Atticam, Doricam, & Aeolicã. Valer. f. 350.

6 Musæ, quæ secundum aliquos erant quinque tantum, sig. quinque hominis sensus. Valer. fol. 350.

7 Musæ quæ apud aliquos erant septem, signific. liram septicordem, vel fistulam compactam septem cicutis, vel sign. septem climata, uel septem planetas, vel sign. septem uocales. Valer. fol. 351.

8 Musæ, quæ apud aliquos erant tres, sign. tria sapientiæ genera, quibus tota philosophiæ ratio impletur. Rationale, Morale, & Speculatiuum: quæ singula diuiduntur in tria. Rationale Grammaticale, Rhetoricum, & Dialecticum. Morale diuiditur in Monasticum, Oeconomicum, & Politicum: & Speculatiuum diuiditur in Physicum, Mathematicum, & Theologicum. Phornutus in spec. de Natu. Deorum: & Petrus Bongus cap. de Ternario. fol. 98. V. Pallas 9.

9 Musarum chorea a veteribus celebrata, in qua Musæ ad Apollinis imperium perpetuò recinunt & saltant. sig. in qualibet sphæra tum cœlesti, tum elementali esse animantia, quæ perpetuò cantant laudes summi opificis Dei. nam Apollo signific. Deum. Rhodiginus lib. 1. cap. 3.

10 Musas ab Orpheo dici natas ex Ioue, & Memoria sign. scientiæ fontem esse insitum nobis ab omnium patre, sed non latis profluentem, nisi quis corriuarit. Nam & idem Poeta scribit memoriam continere mentem, excitareque omnia, sinuosis, ut ita dicatur, animi anfractibus delitescentia, & illatebrata. Rhodig. lib. secundo, cap. 4.

11 Musæ sig. mentis conceptus æternarum rerum contemplatorum, quæ intellectu tantum perspici possunt. Budæus in de studio instituendo.

12 Musę habentes coronas ex pennis, uel habẽtes pennas in capite sign. Musas superasse Pierias, quæ ab ipsis Musis conuersæ fuerunt in picas. vel sig. Musas superasse canendo syrenas, & in memoriam uictoriæ detraxisse illis pennas, & in capite gestasse. Cart. f. 62.

13 Musæ ab Apolline in girum tenentes altera alte

ram, circumductæ fig. artes liberales a lumine supernaturali illustratas indigere alteram altoris. Cart. f. 62.

14 Musas esse existimandas Syrenibus iucūdiores. Symbolum Pythago. fig. orationem utilem anteponendam esse delectabili. Clem. Alex. lib. 1. Stromatum.

15 Musæ sign. scientias, & laudabiles disciplinas. Bartholom. Tæg. lib. secundo, de arte fabrican. insignia.

16 Musas coronari palma, fig. hominem, qui nauaturas sit operam philosophicis studijs, debere eniti, vt primum de se ipso victoriam pariat, ut s. vincat affectus suos, & se ad uirtutes dispo nat. Battho. Tæg. vt supra.

17 Musas solas non esse colendas, sign. litteras humanas cum alijs maioribus disciplinis coniungendas esse. Barthol. Tægius lib. 2. de arte fabr. insignia.

18 Musarum ducem Herculem dici ab Eumenio Rhetore. signific. laborem esse necessarium ad adipiscendas scientias. Bartholomæus Tægius, vt supra.

19 ad Musas adiri per Parnasi duo iuga, vt est apud Theocritum, signific. mores, & scientias per laborem acquiri. Bartholomæus Tægius, vt supra.

20 Musas manibus inuicem se tenentes choream in gyrum ducere. fig. omnes artes liberales, & disciplinas inter se complexas esse, & concatenatas esse, adeò quòd girum quendam faciant, quæ dicitur Encicloped ía. Bartholom. Tæg. vt supra.

21 Musas alatas esse, fig. homines litteratos debere cum alis cognitionis, & operum extollere se ad nominis sui immortalitatem. Tægius, vt supra.

22 Musas debere anteponi Syrenis, vt aiunt Pythagoras, & Plutarchus. fig. hominum sermonem debere esse purum sine fuco, sine affectatione, & plus virium, quàm ostentationis habere. Tægius vt supra.

23 Musæ virgines, sign. scientiarum fructum nasci ab ingenij iudicio, & virtutem occultam sui ipsius naturali ornamento cōtentam esse. Chou. fol. 164.

24 Musas incolere montes, & nemora, sign. doctiores, & excellentiores homines libentius solos, quàm cum ignoranti plebe vitam degere. Chou. f. 165.

25 Musas habitare in vrbe Aptera, vt ait Pausanias signific. hominem non debere permittere, vt verba temere ex ore euolent. aptera enim interpretatur sine alis. Bartholom. Tæg. lib. 2. vt supra.

26 Musas habere pro nutrice Euphemem, vt inquit Pausanias, fig. hominem, qui cogitat proficere in litteris, debere esse virum probum, & animi temperati. Bartholomæus Tegius, vt supra.

27 Musas & Palladem esse tutas a sagittis cupidinis, vt scribit Lucianus. fig. hominem, qui addictus sit Musis debere abstinere a nimia Venere, vt ait ille.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore.

Tægius, vt supra.

28 Musas esse virgines, & puellas sign. studia bonarum litterarum seruari debere in sua puritate, neque vlla re sophistica ea corrumpere. Bartholomæus Tægius libro secundo, de arte fabric. insignia.

29 Musas esse filias Iouis, & Mnemosinæ, sign. homines, qui incumbunt bonis literis, debere esse peracri ingenio, & memoria tenaci. Orpheus enim Ioui attribuit acumen ingenij, & Mnemosinæ memoriam. Bartholomæus Tægius, vt supra.

30 Musas colere montes sign. homines addictos bonis litteris debere remouere se a ciuili tumultu & in solitudinem abdere. Bartholom. Tægius, vt supra.

31 Musæ tres apud Varronem signific. vna vocem, altera signific. aerem ictum. & tertia signific. sonum, qui ex aquæ motu fit. Valerianus fol. 281.

32 Musæ sub tutela Herculis positæ signific. poetarum, & musarum quietem magnanimorum indigere protectione. Equicola in lib. 2. de natura amoris.

33 Musas non sagittari a cupidine, fig. mulieres modestas, & honestis virtutibus occupatas non subijci venereis illecebris. Equicola lib. 6. de natu. amo.

34 Musę sig. nouem gradus consonātię, & dissonantiæ communissimæ, qui sunt

Primus in ratione, & est opinio cum ipsa rei veritate consentiens. &

Dissonantia est. Opinio falsa a veritate dissentiens.

Secundus in imaginatione. & est consecutio rationis. &

Dissonantia est. Prosecutio externorum.

Tertius in effectu: qui est, quando effectus tēperaner rationem sequitur. &

Dissonantia. Quando intemperanter sequitur imaginationem.

Quartus in sermone decoro. Quatenus rectam rationem sequitur. &

Dissonantia. Quatenus in indecoro tumultuariam imaginationem sequitur.

Quintus in cantu. decorum imitari sermonē. &

Dissonantia. indecorum imitari sermonem.

Sextus in sono. cantum decore imitante. &

Dissonantia. cantum indecore imitante.

Septimus in saltu concinno ad choræam pertinente. &

Dissonantia. In inconcinno saltu ad choræam pertinente.

Octauus. In quadam membrorum corporisq; totius cōpositione tā spectaculo grata, quàm exercitio gymnastico prompta. &

Dissonantia. In compositione ingrata spectaculo, & exercitio non prompta.

Nonus in artificiosis cuiuslibet artis operib. musica quadam proportione compositis. &

Dissonantia, in operibus non musicè, neq; per pro-

proportionem compositus. Ficinus in lib. 3. de Rep. Plato.

35 Musæ apud Platonem sign. sphæratum mundi animas, quę sphęræ sunt octo, quæ habent octo animas, anima quoque totius mundi efficiunt nouem, quę sig. nouem Musas. nā ex concentu omnium octo sphęrarum nascitur armonia communis, quæ efficit musam Caliopem, quæ omnes dicuntur etiam Syrenes Deo canētes. Fici. in argu. Ionis.

36 Musas ab Ioue principium habere, sign. Iouem esse mentem Dei, a qua mens animæ mundi, quam mentem sign. Apollo, habere illustrationem dicitur, & ab Apolline musæ ipsæ ducuntur. nam mens animæ mundi, sicut ipsa illustratur a mente Dei, quam signific. Iuppiter, sic ipsa quam signific. Apollo ducit concentum omnium sphęrarum. Ficinus in argu. Ionis.

1 MVSBIA apud chimistas sig. Tuciam Alexandrinam. Garland.

1 MVSCA sign importunitatem atque impudentiam: nam millies eam expelle, millies redibit, nullam tuorum commodorum rationem habens. Valer. f. 191.

3 Musca signific. pertinaciam hostis in hostem, qui nil usquam prætermittit, donec inimicum percusserit. Valer. f. 191.

3 Musca sign. cacodæmonem Beelzebub. iuxta D. Hieronimi sententiam. Valer. f. 191.

4 Musca sign. impurum, & maleficum hominem Valer. f. 191.

5 Musca sign. Idolatriæ purcitiam. iuxta illud Solomonis; muscæ moriturę exterminant olei suauitatem. Valer. f. 191.

6 Muscæ moriturę exterminant olei suauitatem, dictum Solomonis, signific. malignum esse muscarum genus, perinde ac Beelzebub, vt uel si moriendum sit, dum aliqua noceat, quippe uel bonos alicuius mores corrumpat, vel virtutem aliquam infringat, se quoque simul perdi pro nihilo habeat. Valer. f. 161.

7 Musca sig. rem comminus gestam, quòd Lacones in clipeo eā gestare solerent, & adeo proxime ad hostes accedere, ut vel musca puilla ab illis noscis pnssee. Valer. f. 191.

8 Musca sig. indocilitatem: nam musca, & hirundo semper nobiscum versantur, & nunquam mansuescunt. Valer. f. 191.

9 Musca canina siue Cynomya, sig. sectam Cyncio rum Philosophorum, quòd illi ad reliquas improbitatis suæ deceptiones voluptatem etiam & libidinem inter bona summa commemorabant. Valer. f. 191.

10 Muscæ iuxta illud Beati Cyrilli. Sed pedetentim muscarum stercoribus, & viarum pulueribus fuscabuntur, sign. quosdam Religiosos futuros adeo molestos & importunos ad petēdum, ut sibi dentur opes, & commoda, quòd erunt veluti muscæ importunæ, & inquietæ. Abbas Ioachim in Cyrillum; & Theolosphorus f. 13.

11 Muscam recedere ab Aegypto, ut est Exod. 8. sign. remotionem curarum, & solicitudinum seculi, quæ mentem quiescere nō sinunt. Glo sa Ordin. sup. Exod. 8. & Lauretus in verbo abire.

12 Muscas nullas fuisse in loco ubi Hebræi Sacrificabant sua animalia, sign. ibi non fuisse malos Spiritus ubi recta fierent Sacra: nam muscæ, quæ sunt animalia demoniaca, & inutilia importuna, & plusquam satis molesta, signif. malos spiritus, & Spiritus mortis, & deducentes ad mortem. Franciscus Georgius. Poblemate 126. to. 2.

13 Muscas morientes perdere vnguenti suauitatē, vt est in Ecclesi. 10. significat. in operibus nostris nil diabolicum esse imponendum, ne omnia ruant. F. G. p. 87. to. 5.

1 MVSICA qua Cygni senescētes pollere dicuntur, sig. morum compositionem, qua senes fulgere debent. Valer. f. 164.

2 Musica Thracia, sig. Tubal musicam: nā ei admodum similis erat. Clemens Alex. in adhortatoria ad Græcos.

3 Musica apud Platonem in 1. de legibus sign. ordinem cuiuslibet proportionis non solum in sermone, cantu, sono, saltu, sed & gymnastico quoque ludo gratiaque conuiuij. Ficinus in 1. de legibus platonicis.

4 Musicam & Gymnasticam a Platone simul iunctas esse, signifi. in rebus fortitudinem, & temperantiam necessario iungendas, neque alteram sine altera existere oportere. quòd Musica sig. temperantiam, & Gymnastica, sign. fortitudinem. Alta petātur per temperantiam nō spernantur humilia, & per illam publicas, & priuatas propulsemus in iurias, per istam abstineamus ab illis. Ficinus lib. 3. de Rep. Plato.

5 Per Musicam siue Arithmeticam per Amatoriā, & Philosophiam facilius & fælicius ad Deum conscendi, ut est apud Plotinum in libro de triplici reditu ad Deum, sign. hominem dum intelligit rerum consonantias, vnde resultat musice, & armonia, & pulchritudo, suapte natura delectari rebus pulchris, ex quarum pulchritudine, quæ est quædam diuinitatis imago, subuehi facile, & cum iucunditate ad contemplandam ipsam diuinitatem. Archangelus Burgono. in 57. conclus. Cabal. Pici. dicitur etiam apud Platonem in eodem sensu per Mercurium Venerem, & Solem facilius, & fælicius, ad Deum conscendi. v. per Mercurium Venerem &c. sed ut res facilior fiat. sciendum est Musicam esse duplicem naturalem, & rationalem. Naturalis est consonantia partium omnium, quę sunt ī nobis, sicut Origēes exponit illud Christi Domini: ubi fuerint duo uel tres in nomine meo, in medio eorum sum. Duo inquit sunt congregati, quando corpus uel animalis homo ummittitur animæ uel homini spirituali ab eo nihil discrepans, sed perfecta consonantia ipsi adhærens, et tres sunt congregati, quando isti ambo homines sunt cum Deo concordes obseruantes ad unguem ea, quæ præcipit docet et innuit, tunc enim adimpletur, quod alibi Christus Dominus ait. Pater meus diliget eum,

eum, et ad eum ueniemus, et apud eum mansionem faciemus. Musica uerò rationalis est quando intellectus noster est adeo cum omni intelligibili proportionatus, ut omnia intelligere possit, sed potissime Deum, quantum est mortalibus fas. tunc autem incitatur Venus siue amatoria, et amor diligenda proportionata et cognita, quantum ea diligenda cognoscit. Deinde succedit uera philosophia. idest contẽplatio absoluta, & clara rerum diuinarum, quæ est vera philosophia. Nam contemplatio est fixio mentis in specula æterna cum admiratione suspensa. Archang. Burgou. in 57. concl. Cabal. Pici.

6 Musica imbuere iuuenum animos ab antiquis frequentatum sig. iuuenum animos per musicam fingi, & accommodari ad honestatem, cũ musica conducat ad omnia, & præcipuè ad actionem cum virtute coniunctam, vt testantur Plato, & Cicero, & Plutarchus. Et maximè Paulin. Hebd. I. 2. c. 5.

1 MVSMONI insidens Sardus eques. sign. copiã magnam malorum de musmone. V. Plin. lib. 8 cap. 49. Sardus eques signifi. malum virum. & musmo sign. malum iumentum. Alcia. Emblemate 186.

1 MVSTELLA sign. aruspicem, uel eum, qui quoquo modo futura prædicat. Valer. fol. 99. V. Vit 261.

2 Mustella sig. infortunium, quòd hoc animal inauspicatum infaustumque esse perhibetur ijs quorum domos inhabitat, quòd insidiatur animalibus, præsertim auibus. Valerianus fol. 99.

3 Mustella sig. mulierem tentantem facere facinore virilia, quòd osseo sit genitali prędita. Valer. fo. 99. Orus 18.

4 Mustellam a Thebanis coli, sign. Herculis ortus memoriam: nam ancilla mustella nomine in Alcumenę partu Iunonem decepit. Clem. Alexand. in adhortato. ad Gentes.

5 Mustella ingrediens in os Bufonis. cum verbis Callidior errat, sign. hominem, qui sequitur amatam mulierem in se ipsum crudelem. Ioan. Bapt. Pittonus in Insigni Cęsaris Paueli. V. infra mustella 8.

6 Mustella sig. natales sermonis. Nam dicunt mustellam per aures concumbere, & sic concipere, parere vero per os; sicut & sermo per auditum concipitur, & per os, & linguam euulgatur in lucem. Celius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

7 Mustella quę habeat ramum rutæ in ore, & eat contra bufonem, qui rostro aperto videtur eam uelle deglutire, cum verbis, Amat victoria curam, sig. hominem, qui ostendat se cum prudentia esse iturum obuiam inuidis, & inimicis, qui sibi struant insidias, & damna parent. Nam bufo adeo aduersatur mustellæ, ut si forte illa non sit rutæ amuleto munita, statim concidit, & vires amittit, ut facilè fiat bufonis cibus, sed cum mustella, uel uidet, uel sentit odorem bufonis, statim currit ad rutam, & decerpto ramo uenit contra bufonem, qui sentiens odorem, rutæ tabescit, & disrumpitur Vincentius Ruscellus in Insigni Francisci Medicei.

8 Mustella, quæ ingerat caput in os bufonis, cum verbis, Callidior errat, sign. hominem, qui demonstrat homines etiam calidiores, & astutiores capi ab muliebribus illecebris, & scientes in propriam calamitatem irruere. Nam mustella, quæ est animal cautum, tamen temere irruit in os bufonis, vbi vt plurimum emoritur: sicut homo, qui alias sit prudens, tamen si incidat in mulieris malæ amorem nimium incautus sæpe periclitatur. Camillus Camillius in Insigni Cæsaris Pauesij. Vide supra, mustella 5.

9 Mustella marina sig. hominem cibum immodicè sumptum euomentem, ac nihilo secius insatiabiliter mox crapulãtem, quòd ea ore pariat, innatansque mox, quæ pepererãt conuenatur & pascitur. Val. f. 215.

1 MVSTVM, ut est illud Matth. 9. vinum nouum mittunt in utres nouos. sign. Spiritus Sancti feruorem, quo Apostoli repleti loquentes varijs linguis a Iudæis dicti sunt musto pleni, ut est Actor. 2. Gouschel. lib. 2. elocut. sacrar. scriptur.

1 MVTVVM accipere, signific. doctrinam ab aliquo docente addiscere. Lauretus in uerbo accipere.

1 MYRRINAE Tymbus. Vide Tymbum Myrrinæ.

1 MYRRHAM amasse patrem, et ex eo Adonẽ genuisse, sign. id genus arboris Solem cupere, qui calore suo arborem facit augere, et in corticibus scissuras facere, per quas succus lachrimosus exit suauis, quem fabulæ uocant Adonim, quod interpretatur suauitas. Fulgentius lib. 3. uide Myrrha per iota.

2 Myrrham a Sacerdotibus Aegyptiacis in meridie adoleri solitam esse, sign. multam, et grauẽ euaporationem, a terra ui solis euocatam, cum euaporatione myrrhina temperandam esse ne noceret, calefactio enim dissoluit, ac proscindit quicquid est in ambiente aere cœnosi, ac perturbati. Cœlius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

3 Myrrham a Sabæis non adoleri suis Dijs, significã qua afficiebãtur Sabæi in suos Deos, quòd solam myrrham ex omnibus odoribus apud se gigni non sciuissent. Alexander ab Alexan. li. 4. Gen. cap. 17.

4 Myrrha, quæ allata fuit a Magis Christo D. sig. Carnis mortificationem. Diuus Gregor. in Matth. 2.

5 Myrrha sig. Christi Domini humanitatem, et per consequens mortalitatem eius ac mortem ipsam. Lauret.

6 Myrrha electa, sig. Christum D. primogenitum mortuorum. Lauret.

7 Myrrha sig. fidem mortis, passionis, et resurrectionis Christi D.

8 Myrrha sig. carnis mortificationes cum passio-

ne Chriſti D. coniunctam, et ſig. abiectionem mortuorum operum.

9 Myrrha oblata Chriſto Domino in paſſione in potum, ut eſt Marc. 15. ſignifi. amaritudinem peccatorum noſtrorum, pro quibus patiebatur. et

10 Myrrha qua unctus eſt Chriſtus D. in ſepulchro, ut eſt Ioan. 19. ſig. noſtri corporis futuram incorruptionem.

11 Myrrha, ut eſt Exod. 30. ſig. pœnitentiæ amaritudinem, et ſig. continentiam, quæ luxum uoluptatis, et fluitantia carnis incentiua deſiccat. Lauretus.

12 Myrrha, ut eſt illud Eccleſ. 24. quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris, ſign. Beatiſſimam Virginem Matrem. Titus Proſper Martinengius in Theorocodia cap. 20.

1 MYSTERIVM iniquitatis, ut eſt illud Apoſtoli, etiam nunc operatur myſterium iniquitatis, ſign. Neronem, qui ſign. ipſum Antichriſtum, ſicuti enim Abel, et Dauid fuerunt figura Chriſti Domini Noſtri, ita Nero fuit figura Antichriſti. Ioannes Pariſienſis f. 44.

2 Myſterium ſig. prædicationem ſecundum Chriſtum D. ut eſt illud 1. Corint. 2. Loquimur ſapientiam Dei in myſterio reconditam, et ut eſt Daniel 2. ordinem ſomnij reuelati. tandem myſterium, ſig. quicquid occultum, et ab hominibus ignoratur. Gouſchelius lib 2. Elocution. Sacr. Scrip.

3 Myſteria Eleuſinia quorum ſignum erant hæc verba. ieiunaui, potum confectum bibi, ex ciſta accepi, poſtquam feci, depoſui in calathum, & ex calatho in ciſtam, quæ myſteria ſign. Cereris defatigationem, & riſum ob pudenda Baubus uiſa. Clemens Alexandrinus in adhortatoria ad Gentes.

4 Myſtica Expoſitio eſt enim per minima intelliguntur maiora, uel per modica plura, ſiue in bona parte ſiue in mala, ut cum in Rege Babilonis intelligitur Diabolus. Ioach. f. 13. Apocal.

N

1 N, LATINA ſiue, Græca ſign. ea quæ ſunt intrinſecus, & ad id accommodatur. Iacobus Gohorius libro de Vſu & miſterijs notar.

2 N. Latina, in pontificum libris, ſignific. nephaſtum. N. L, ſign. non liquere. N. D. ſign. neci datum id eſt mortuum ſine vulnere, ut veneno, aut fame. Valer. f. 314.

3 N. Apud quendam, ſign. lapidis diſſolutionem quæ fit per Eſcateſin, ideſt per furnum ſecretum. vide M. & apud eundem ſign. corpus lapidis. & O. ſign. Spiritum lapidis, & P. ſignifi. animam eiuſdem lapidis.

4 N. apud quendam, ſignific. aerem compoſiti lunæ.

5 N. apud quendam, ſignific. aquam metallorum.

6 N. apud quendam, ſignifi. Fermentationem, in arte chimica, & eſt tertiumdecimũ principiũ, & ſenſuale.

7 N. apud quendam, ſign. tincturam, in arte chimica, & eſt duodecimum principium in figura. S. & ab eodem ſcribitur primo per colorẽ viridem, & croceum, & tunc ſignifi. tincturam qua M. ideſt ens perfectum tingi debet, & ſecundo ſcribitur per quinque colores, & tunc ſign. quòd ens perfectum quorumlibet ſignificatorum per ſ. t. v. z. ſe deberet induere dictam tincturam, ut fiat id quod ſignificatur per Q. &c.

8 N. IN prima omnium lingua, quia ſonum uiolentia quadam elidit, vt per nares ferè pars eius erumpere uideatur, ſignifi. ea, quæ negamus, & quo nee, ideſt non, niet, ideſt nihil, noit numquam, &c. Goropius in Hermath. lib. 7. f. 15 t.

9 N. IN Alphabeto primæ linguæ notat, &, cõiunctionem, ſed in oratione, quæ myſtica eſt in ipſo alphabeto incipit tertiam partem orationis: nam a b c d e f g h, faciunt primam partem illius, & i l m, faciunt ſecundam. & n o p q r ſ t u faciunt tertiam. & redit hũc ſenſum, & exaltat pecudem uti ipſe eſt ad te. Goropius in Hermath. lib. 9. f. 216.

1 NAAM iratus deſcendens ab Heliſeo, ut eſt 4. Reg. 5. ſig. rudes deſpicientes baptiſmum, & legem Chriſti D. tamquam inutiles, vel ſig. Gẽtiles, antequam Chriſtus D. crucifigeretur ipſo per ſe Chriſto loquente non credidiſſe, ſed poſtea docentibus Apoſtolis ad baptiſmum fideliter veniſſe. Laur. in verbo abire.

2 NAAM ſerui accedentes, ut illi conſulerent ablotionẽ in Iordane, ut eſt 4. Reg. 5. ſig. Gentiles conſulentes rudioribus, ut ſuſcipiant baptiſmum. vel ſig. bonos miniſtros principum, qui citra adulationem eis vera dicunt. ſæpe enim Deus minori reuelat id, quod eſt melius. Gloſſa ord.

1 NAASON, ſign. Chriſtum Dom. quod interpretatur augurium, eo quod Chriſtus D. nouerit præterita, præſentia, & futura, uel quòd Naaſon interpretatur ſerpentinus, & ideo ſig. Chriſtum Dominum. iuxta illud Moſis, Exaltauit ſerpentem æneum in deſerto. Raban. in Matth. c. 1.

1 NAAS aſcendit ad tabes, ut eſt 1. Reg. 11. ſign. quod gula tentat ieiunantes. D. Greg. 1. Reg. 11. & idem ſign. Amalech pugnans aduerſus Iſrael poſt defectum panis, & aquæ, quia tunc diabolus, & caro magis tentant, quando abſtinemus ab alimentis. Origenes in Exod. homil. 11.

1 NABVCHDONOSOR recedens a Hieruſalem, ut eſt Hiere. 21. ſig. diaboli imperium ceſſans. Idem ſig. ſceptrum Aegypti recedens, ut eſt Zich. 10.

2 Nabuchdonoſor abſorbere Babylonem, ut eſt Hiere. 51. ſig. diabolum deuoraturum malos. Laur. in verbo abſorbere.

3 Nabuchdonoſor, ſeruus Dei, exactor, columba, baculus impiorum, & virga dominantium, in

ſacris

sacris litteris sunt synonima. Gouschl.li.1.eloc. sacr.script.

4 Nabuchdonosor Rex Babylonicus, sign. diabolum. Rupertus lib.6.cap.4.de Victoria verbi Dei, sicut Dauid signifi. Christum Dominum regem supernæ Hierusalem. Rupertus, ut supra cap.4.

5 Nabuchdonosoris statuæ caput aureum, quam in somnio vidit, sig. Regnum Babylonicum, eo quòd aurea statua, quam postea Nabuchdonosor erexit adorandam, fuit magnum principium Idolatriæ, & potissimum diaboli instrumentum aureum, & tanto peius quanto aurũ est reliquis metallis preciosius. Pectus uerò statuæ, quam Rex vidit in somnio erat argenteũ, & sig. Regnum Medorum, eò quòd Amã Agagites obtulit Assuero Regi decem millia talẽta argenti, ut gentem Hebræam deleret, & hoc sig. quòd Regnum Medorum tãtò minus erat nociturum populo Dei post Babylonicũ, quãto minus ualet argentum, quàm aurũ. Statuæ eiusdem venter, & fęmora ex ęre, sig. Regnum Macedonum, & Græcorum, quia Antiocus Rex Græcorum pessimus, erat terrefacturus in ollis, & sartaginibus æneis matrem cum septem filijs. & fęmora statuæ ideo erant ænea, vt sig. in templo sancto Hierusalem Gręcos illos libidinem, & luxum nephandè, & execrabiliter fuisse expleturos: & venter, & fęmora fuerunt ænea, ideo quia illud metallum est durũ, & sonorum, & ea de causa sig. Græcos fortes, s. & eloquentes; & tibiæ illius statuæ ferreæ, & pedum eius vna pars ferrea, & altera testacea. sig. Regnum Romanorum, quòd sicut ferrum edomat omnia, ita Romanum Imperium omnia alia Imperia edomuit, Tibias esse diuisas sign. populi Romani diuisionem inter Cæsarẽ, & Pompeium; inter Antonium, & Octauianum; & hoc secundum Rupertum li.6. ca.19. de Victoria verbi Dei. At ut ego reor, sign. populi Romani Imperium fuisse diuidendum in Orientale & Occidentale, quam rẽ attribuit. Rupertus pedum ferro, & testæ; ego uero potius dixerim pedum materias dissimiles. sig. in utroque Imperio differentiam fidei. Nã post Constantinum in Orientali Imperio semper ferè fides titubauit. tu tamen lege Ruper.li.6. c.16.17.18.19.& 20.

6 Nabuchdonosorem non solum amisisse mentẽ, sed etiam formam, quando fęnum comedit. Ruper.li.6.c.29.

1 NADAB, & Abihu offerentes ignẽ extraneũ acriter punitos fuisse. sign. in diuinis præceptis nil vltra tentandum, quod a Deo commissum est. Fran.Geor.

1 NAPTA, de qua Dan.c.3. sig. inuidiam. Barth. Pisanus li.1. fructu 2.

1 NAPHTA sign. laudem esse comitem benefactorum; ignis enim insequitur naphtam vbicũque fuerit; & hoc secundum Costalium pegmate 121. Sed hoc forsan esset clarius, si diceretur Naphtam sig. benefacta, & ignem sign. laudem. non enim Naphta sequitur ignem, sed ignis sequitur Naphtam, sicuti non benefacta sequuntur laudem, sed laus sequitur benefacta.

1 NARCISUS positus in porta Veneris, sub antro in tertio gradu Theatri Iulij Camilli, sign. mundanam pulchritudinem in rebus naturalibus, & optabilibus. Iul.Camil.f.92.

2 Narcisus positus in porta Veneris sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli. significat pulchritudinem, decorem gratiam, modulum, amare spem, optare, &c. & habebit duas cathenas. Iul.Camil.f.131.

3 Narcisus positus in porta Veneris sub talaribus in sexto gradu Theatri Iulij Camilli. sign. pulchrum facere, facere amare, facere desiderare, facere sperare. Iul.Camil.f.139.

4 Narcisus positus in porta Veneris sub Prometheo in septimo gradu Theatri Iulij Camilli, sig. artem pigmentariam, & fucorum. Iul. Camil.fo.146.

5 Narcissus se ipsum speculans in fontem, & suam ipsius imaginem diligens, in florem sine fructu conuersus, sig. φιλαυτίαν, siue amorem sui ipsius, vel sig. illos, qui sua tantum amant postpositis melioribus, flores tantum, sed non fructus ullos percipere nõ sine magno malo suo. Alc. Emble.69.

6 Narcisi fabula apud Orpheum sign. animæ nostræ infęlicitatem, quæ corporis sui pulchritudinem, quæ est suę ipsius animę pulchritudinis vmbra, potius amet quam suam, vel Dei sui cõditoris. Deus enim numquam decipitur, vt qui ita amet pulchritudinem angeli, quæ est vmbra pulchritudinis Dei, vt suam negligat, neque angelus ita amat animæ pulchritudinem, quæ est vmbra pulchritudinis angelicæ, ut suã spernat, sed anima nostra, quod dolendum est, potius corporis pulchritudinem, quæ est vmbra pulchritudinis animæ, quàm suam eligit amandam. Fici.c.17. orat.6. conu.Plat.

7 Narcisi fabula apud Orpheum sig. antiquos aliquos existimasse fœlicitatem positã esse in pulchritudine. Fran.Geor.

1 NARDUS, iuxta illud Cantic.ca.1. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum, sigific. conceptionem Beatæ Virginis dedisse odorem puritatis, & innocentiæ, eum esset absque originali peccato. Galatinus libro 7.cap.5.

2 Nardus, Aloe, Mirrha, Crocus, & id genus aromatum, signific. sanctorum virtutum opera, & signific. profectus, qui habetur in Sanctis. Vide Aloe. Gouschelius libro 6. Eloeut. sacrar. scriptu.

3 Nardus, ut est Cant.1. signific. Deitatem Christi Dom.N. eiusque virtutem, & maiestatem, doctrinam, & charitatem. Gloss. ordinar. in Cant.1.

4 Nardus sign. opera bona, sincera charitate redolentia, vel sig. virtutes Ecclesiæ, seu vitam Sanctorum, quæ dum esset rex in accubitu suo, dedit odorem suum. Origen. & D. Gregor. in Cant.1.

5 Nardus

5 Nardus pistica, ut est Mar. 13. sign. integritatem fidei Ecclesiæ ex gentibus, & sign. eius iustitiã. D. Hiero. in Marc. 13.

6 Nardus sig. humilitatẽ ex charitatis affectu procedentem. Ruper. super Can. t. & 4.

7 Nardus, ut est illud Cantic. t. Dum esset rex in accubitu suo: Nardus mea dedit odorem suũ, signific. Beatissimam Virginem Matrem Mariam. Titus Prosper Martinengius in Theotodia. cap. 19.

1 NARES in Deo, signific. illam perscrutationem qua ipse hominum corda odoratur. Iuxta illud, Ascendit fumus de naribus eius. Vale. fol. 237.

2 Naris emunctæ aliquem dici in sermone, signific. illum esse acri iudicio. Valerianus, ut supra.

3 Nares corrugatæ, signific. derisum. inflatæ sign. contemptum, motæ signific. fastidium. Ioannes Baptista Porta lib. de furtiuis literarũ notis.

4 Nares, ut est Prouerb. 11. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra, & fatua sign. fatuitatem, ut est 2. Reg. 22. de naribus eius ascendit fumus, sig. antiqui hostis instigationem, ut est Isa. 2. quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius signifi. præscientiam, ut uero est Iob 39. Gloria narium eius terror. sign. spei nostræ cogitationem. Gouschelius lib. 6. elocu. sacr. scriptu.

5 Nares in sanctis Angelis sign. perceptionem earum, qua summam illam suauissimã fragrantiam pro viribus admittentes, cætera, quæ eiusmodi non sint scitè diiudicant, ac penitus fugiunt. D. Dionys. in 15. cap. cœlest. Hierarch.

1 NASCENTES pronos in terram effundi videri, & quod ad dexteram est, hoc ad sinistram, & quod ad sinistram ad dexteram fieri. significat in authoribus huius uitæ conditionem esse mutatam; hoc enim putat mundus iste dextrum, quod est sinistrum. D. Aug. in sermone de laude Crucis.

1 NASVS sign. sagacitatem, quòd & Festus nasutum uocet sagacem, quòd vniuscuiusq; rei statum exploret, & prius, s. sentiat, quam inspexerit. Vale. f. 237.

2 Nasus, uel nimis paruus, uel nimis magnus, uel obtortus a lege prohibitus ministrare altari. sign. illos homines, quibus talis sit nasus esse, qui nulla in diuinis institutionibus probẽt, vel quibus tam bona, quam mala placent, uel ut ait ille, quibus praua tantum placent. Valeria. fol. 237.

3 Nasus, ut est Cant. 7. Nasus tuus sicut turris, quę est in Libano, signific. Sanctorum prouidam discretionem: per nasum enim discernimus odores, & fœtores. Gousche l. lib. 6. elocu. sacr. scriptu.

1 NASSA, piscatoria decipula, quæ intra se, & ad ostium habeat ciuitates, cum titulo, Virtutis fortuna comes. fuit Symbolum Timothæi Atheniensium Ducis, quod vel pictores innuebant, sign. fortunam ei dormienti, opes, & potentiam arrogare, uel quod secundum eius æmulos, significat non eius virtuti, sed fortunæ potius tantam fœlicitatem ascribendam esse. Claudius Paradinus libro de Symbol. Heroic. fol. 158.

1 NATVRA apud Platonem sig. materiã. Ficin. c. 39. comp. Timæi.

2 Naturæ nomen, prout est a primogenia, & naturali lingua oriundum, si adamussim examinetur, suis partibus exactè sig. naturæ ipsius materiam, & formam. Nam Nat. interpretatur humidum, & ur perfectio. Vnde naturæ nomen notat humidi perfectionem, quæ nihil aliud est, quam calor agens in humidum, ea ratione ut res generentur, crescant, atque consistant. Cum vero humidum materię loco sit, in quam calor agit. confestim de naturæ nomine intelligitur, & res omnes naturales ex materia, & forma constare, & ipsum humorem materiam esse, & ignis vim formandi facultatem habere. Si verò contraria illis, quæ in naturæ nomine continentur, spectentur, statim constabit, nomen naturæ sig. rerum naturalium corruptionem, & mortem. nam si humidum, & calor sunt causa generationis, siccum & frigidũ erũt causa corruptionis, & mortis. Gorop. in Hermath. li. 7. f. 164.

3 Natura, quæ habeat causas gignendi, augendi, & minuendi, carens omni sensu, & figura apud Stratonem, significat. Deum. Franc. Georgius.

4 Natura apud Platonem sig. legem tertiam. Fici. in arg. Minois. V. prouidentia.

5 Naturalis virtus, quæ in epate animalis existit, sig. Iouem, quòd Iuppiter præsideat Epati, & sanguini. Fran. Geor.

6 Naturam appellari magam, sign. res naturales certis quibusdam veluti pabulis inter se allici, & quasi inescari, vel sign. res omnes creatas mirum nexum, certumque ordinem natura constantem habere, ex quo antipathia, & sympathia consurgit, cum quo ordine mundus in secum seipso connectitur: dicunt enim Indorũ sapientes mundum esse animans, pasim masculum, atque fœmineum, mutuoq; membrorum suorum amore vbique coire, atque ita cõsistere, Vinculum verò membrorum inesse sibi per infinitam mentem, quæ totam infusa per artus agitat molem, & magno se corpore miscet, vel sig. Deum sapienter, & suauiter omnia efficere, atque moliri, prophanum, indoctumque vulgus sua maximè ecelantem arcana, reconditasque causas operum intimis penetralibus, & scientiæ septis interclusis prodire in vulgus, & quasi prostitui non sinentem, quas qui tamen diu meditando per philosophiæ cãpos ingressi attingunt, & summis obscuritatũ velis obductas inspiciunt, & spectant, atque intelligunt, sapientes sunt, & Magi dicũtur. Paul. Hebd. l. 6. c. 1.

7 Naturam appellari admixtionem sig. omnia ex pugnantibus esse confecta. Vnde Empedocles ait

ait naturam nihil esse eorum, quæ sunt, nisi solum admixtionem, & mixtorum immutationē Paul. vt sup.

1 NAVIS signific. diuinæ prouidentiæ ordinē, & ille qui temonem regit, sign. Deum principem, & caput ordinis esse. Farra. f. 185.

2 Nauis cum titulo en altera, quæ vehat Argo. fuit Symbolum gentis Francorum siue Francorum priscis temporibus, qua sing. excellentiā artis naualis, & pyraticę qua illa gens plurimū valebat, vel sign. nobilitatem suæ gentis, ut potè, quæ a Troianis oriunda esset, & nauigatione in ea loca ubi sedes posuerunt deuenisse. Claudius Paradinus lib. de Symbol. Herocis f. 109.

3 Nauis a ventis ad litus appulsa & quæ habeat anchoram iactam cum titulo seruiendum tempori, neque reflandum ventis, sign. ad prudentem virum attinere scire, ut aiunt vti foro, & seruire scænæ. Achilles Bocchius Symbolo. 134.

4 Nauis quam venti, & fluctus vndique premunt & quæ iamiam ad vndas fatiscere videatur, adquam tamen duæ stellæ vel faculæ ad mali sum mitatem accedant, signific. spem proxime futuram, aiunt enim nautæ si duo lumina in summa tempestate affulserint, spem portendere certam salutis, eaque uocāt Castorem, & Pollucem. Alciatus Emblem. 43.

5 Nauis ab Echeneide siue remora retenta, sign. paruam rem quandam modicamue occasionē impedire egregia ingenia ab honesta laudabilique actione. Echeneis enim, sign. impedimentum. Nauis uero retenta, signifi. opus leui de causa interruptum. Alciatus Emblc. 82.

6 Nauis ad cuius malum sit vir alligatus, & alij nauæ terga vertentes syręnis ipsius canētibus, sig. Vlissem, & eius socios pretereuntes syrenarum scopulos, vt est apud Homerum, quod sign. solos prudentes uiros euitare mundi voluptates. Syrenes enim quas ore, & corpore virgineo in piscem desinente descripsit Homerus canoris uocibus harmonicisque organis nautas cum vectoribus allectantes remorantes, ac denique mergentes, sig. mundi voluptates, mare enim sign. mundum, mulieres, quæ aspectu candore, forma & sermonis blanditie alliciunt non euitantur nisi a studiosis, & peregre proficiscentibus. Alciatus. Embl. 115.

7 Nauis rostrum siue puppis, vel etiam tota nauis in nummis, in quorum aduersa parte sit Ianus sig. Iaui nauigationem in Italiam: vnde Ouidius
Ac bona posteritas puppim signauit in ære,
Hospitis aduentum testificata Dei.
Valerianus folio 335.

8 Nauis per quam apostoli sequuntur præceptorē suum, sign. purissimam intellectus nostri sublimitatem, per quam vnimur vnitati diuinæ a rationali parte nostra. Farra. f. 71.

9 Nauis cum remigio per mare tranquillum uolans, sig. felicitatem. Valer. f. 334.

10 Nauis salutis apud Athenienses enim, eo tempore interuallo, quo Nauis ab Apollinis sacerdote Athenis ad Insulam Delum quotannis mittebatur, & in eo templo, quo solet nauis ibat, & redibat, Athenis non licebat quemquā interficere, & ideo dicebatur nauis salutis. Valerianus f. 324. vel quòd Theseus cum ciuibus suis saluus redierit.

11 Nauis cum piscatore, signifi. Christianę pietatis successum felicem: summus enim Pontifex eo utitur sigillo: nam hoc ipsum multis annis antea præmōstratum fuit, futurum esse, vt unius aduentu in Italiam verus Dei cultus haberetur, non enim de Noe siue de Iamo sed de D. Petro, & eius naui tenendum est illud Ouidij *Hospitis aduentum testificata Dei.*
Valerian. fo. 334.

12 Nauis in nūmo, quæ cum vellere, & stella in antenna, & ab altera nummi parte caput cum tridente, figuif. sospitamentum siue quòd aliquis Neptuni ope sospes factus sit. Valer. f. 335.

13 Nauigare conto uel remulco, signif. quempiam alicui insidiari, quod vulgo dicimus nauigare sottaequa. Valer. f. 335.

14 Nauis apud Aegyptios, sign. Lunam, quòd apud eos fictum sit lunam vehi nauigio, quod profecto sign. Isidem alias a Ioue raptam naue cuius insigne esset vacca. Val. f. 335. uel quòd nauis egregia a Sesostri The bis Aegyptijs donata fuerit. Valer. vt supra.

15 Nauis apud Tyrios, sign. illos existimare se fuisse primæ nauigationis authores.

16 Nauis tridentalis in nummis Agrippæ, signific. Agrippæ victoriam naualem, quam habuit cōtra Sex. Pomp. de qua Vergilius non semel. Valer. f. 335.

17 Nauis in qua sit unus, qui anchoram prętendat demissurus, sign. hominem, qui rebus suis tutelam, & præsidium parauerit opportunum. Valer. f. 335.

18 Nauis stans in aquis, sign. vndecimum gradum Cancri. & hominem, qui piscator erit.

19 Nauis in aqua fluens, sign. trigesimum gradum Cancri, & hominem, qui erit vel nauta uel piscator. Astrolabium planum Ioannis. Angeli.

20 Nauis quæ sit una parte inclinata in aquam, sig. secūdum gradum leonis, & hominem, qui erit infortunatus in aquis. Astrolab. Plan. Ioan. Angelus.

21 Nauis sig. humanam fragilitatem, quòd dū prospero vento, velis plenis, placido mari cursum peragit sæpe insperato, & repente frangitur. Cicero plorans mortem Lucij Crasii. Iulius Camillus in Discursu Theatri f. 5.

22 Nauis & vento & remis impulsa tamen ab Echeneide remorata, signific. nihil esse negligendum, nam sępe minima quoque magno sunt impedimento. Sambucus folio 205.

23 Nanium classem maximam, in aere visam, lanā nigram, e terra ortam, lapides pluisse, locustas infinitas aerem obscurasse, e terra dum aratro finderetur e glebis pisces prosiliisse, anno ab vrbe condita. 581. ante Christum Dominum. 171. signific. grauissimas seditiones in Aetholia,

ætholia, Bellum a Perseo contra Romanos excitatum, & victoriam Romanorum de Liguribus. Iulius obseque prodig.67.

24 Nauis anchoris firmata, quæ tamen a ventis exagitetur, cum verbis, firmata resistunt, sign. hominem, qui cogitet suas res in tuto collocasse, licet ab aduersarijs conturbetur. Bartholomeus Tægius iu lib.2. de arte fabricandi insignia.

25 Nauis in arena detenta, cum verbis, aderit mox ventus et vnda, signific. hominem, qui speret cito se consecuturum rem sibi vtilem, & honestam.
Bartholamæus, Tegius. lib. 2. de arte fabric. insignia.

26 Nauis in medio mari trãquillo nauigans, quam Fortuna, & Pallas regant, cum uerbis. optanda nauigatio, sig. vitæ hominis cursum felicem tum in rebus fortunæ subditis tum etiam in illis, quæ virtute parantur. Bartholamæus Tegius, ut supra.

27 Nauis fracta arborem, etiam media in aquis procellosis immersa, cum verbis. Meminisse iuuabit, signific. hominem, qui post calamitatem speret fortunam secundam. Ioanne Baptista Pittonus in Insigni. Accademici Vagi.

28 Nauis apud Aegyptios, signific. solem, quod sol per aerem dulcem, & humidum ingrediens gignit, tempus. Clemens Alex. in strom. lib. 5. fo. 263.

29 Nauis in medio maris procellosi, & ventis undique agitata, cum verbis. Durate, signifi. hominem, qui sibi proponat constantiam, & patientiam, in aduersis, post quæ, prospera ac felicia speret. Hieronymus Ruscellus, in Insigni Antonij Perenotti.

30 Nauis rostrum cum anchora clauo, & armis in modum trophęi congestis, sign. victoriam naualem. Sebast. Erizzus. f.135.

31 Nauis dimidia rostrata, sign. victoriam naualem Erizzus f.167.

32 Nauis sign. reditum principis. Erizzus f.234.

33 Nauis rostrata cum remorum ordinibus, et cum suis nautis, signific. felicitatem Erizzus f.370.

34 Nauis, quadrigæ, & animalia, signific. ludos circenses. Erizzus f.577.

34 Nauis cum velis plenis, & nautis prospere nauigantibus, quæ habeat circa se delphinos natantes, signifi. felicitatem principis. Erizzus. f.579.

34 Nauis cum suis ordinibus remorum, & plena militibus cum suis insignibus militaribus, sign. Imperatorem ire ad bellum. Erizzus fo.709.

35 Nauis prora, sig. Imperatorem præpositum cũcto mari. Erizzus f.778.

36 Nauis prora, sig. Romam. Choulus f.17.

37 Nauis quę in medijs vndis currat plenis velis, cũ verbis meliora lapsis, sig. mulierem, quæ demõstret se sperare, quod res suæ semper in melius sint progressuræ, tam in humanis quam in spiritualibus. Hieronymus Ruscellus in Insigni Isabellę Gonzagæ.

38 Nauis, in qua sit fortuna tenens velum tensum, & virtus regens clauum & sit stella ad quam cursus dirigatur, cum uerbis, vtriusque auxilio, sig. hominem, qui demonstrat in cursu uitæ suæ sibi proposuisse virtutẽ pro duce, & optasse fortunæ auxilium rebus suis, vel sign. hominem, qui demonstrat se direxisse omnium suarum cogitationum cursum ad mulierem à se dilectã, quam pro polari stella signum habet, cui cum operibus virtuosis inseruiendo, speret tandem fortunę auxilio eam sibi propitiam fore. Hieronymus Ruscellus in insigni Hieronymi Girardi.

39 Nauis cum velis demissis, & remiges utantur remis in medio mari posita, cum verbis, proprijs nitar, sign. hominem, qui demonstrat se conaturum euadere procellas, & discrimina huius, vitæ & tandem tutum ad portum peruenire, licet ob mortem principis sui cessauerit fauor, qui erat sibi adiumento. Nauis sig. ipsum hominem vela, sig. fauorem, remi sign. proprias vires, Mare sign. cursum uitæ, procellę vel scopuli, sig. aduersitates. Camillus Camillius in Insigni Scipionis Gonzagæ.

40 Nauis quæ regitur varijs sententijs & progreditur iuxta cursum naturę, quæ sit plena ardentissimis flãmis & preciosis mercibus, ad cuius regimen stant 7. fratres, & in malo habet leonẽ pictum, & habet extra crocodilum pictum sig. primam causam regere uniuersum secundum cursus uarios naturarum. Cart. f.67.

41 Nauis quæ per mare nauiget ad littus, in quo sit arbor, quæ habeat appensum vellus aureum, cum verbis, aspirantibus auris. significat hominem qui demonstrat se sperare in hoc cursu uitæ cum fauore sui Principis consequi felicitatem, quæ proueniat ex uirtute. Nam in hoc Symbolo nauis quæ est in figura illius quæ dicta est Argo. significat hominem, uel familiam illius, cuius est hoc insigne. Mare significat hunc mundum. Vellus aureum significat virtutem. Venti Austri significant fauores ex familia Austria.
Camillus Camillius in insigni Leonardi Valmaranæ.

42 Nauis parua vel liburna, quam colebant Germani. sig. Deam Isidem. Cartar. f.119.

43 Nauis habens pro malo Thirsum, & pro prora caput pantherę, siue habens proram in caput pantheræ effictam, & habens remos hedera ligatos, & vela rubea, in quibus auro sit contextus mons Tmolus, super quem mulieres bacchari videantur, & habens fontem emittentem ex se vinum, in cuius puppi sit iuuenis coronatus hedera, & uite cum Thirso in manu, & habens apud se pantheras, & tigrides & nautę videantur in mare prosilire, sig. Nauẽ Bacchi, in qua piratæ conuersi sunt in delphinos. Cartar. f.432.

44 Nauis institoris portans de longe panem suum ut habetur prouerb. vlt. sig. Beatam Virginem Mariam, quæ portauit panem, vitæ qui de cęlo descendit. Franc. Georg.

6 Nauis quę sola sine nautis a uentis impulsa Rugierij arma Rotolando in maiori necessitate illius gestauit. sign. Diuinam prouidentiam regere nos & res nostras. Ariosti cant.41. Clemens Valu.

7 Nauis significat Prædicatores, qui conuehunt verbum Dei cibum necessarium cunctis gentibus. significat etiam ea de causa Episcopos, qui tenentur cibare suos greges cibo cœlesti. Franc. Georg.

8 Nautæ qui timentes, ne nauis mergeretur ingressi sunt in sciphum, qui mergitur, & nauis in portum saluatur. significat consilia humana sæpe decipi. Ariost. cant. 41. Clemens Valuas.

1 NAVTILVS siue Nautilus piscis, qui in medio mari quiescit, cum uerbis, pustquam alta quierunt. significat hominem qui demonstrat suam intentionem esse amouere se a rixis & contentionibus, & se se dedere quieti & animi tranquillitati quantum potest. neque id turpi ignania sed prudenti potius ac cauta secessione. Nautilus enim dum mare est quietum, deambulat super æquora modo pedibus pro remis utens, modo cartilaginem quandam expandens, ea tamquam velo velificat, si uero mare sit turbatum ipse implet concham suam aqua & descendit in profunda maris & ibi quiescit, cum uero rursus alta quierunt, redit ad suam deambulationem.

Camillus Camillus in insigni Ioan. Baptistæ Titoni. & hac de causa.

2 Nautilus significat prudentem hominem qui in actionibus suis sibi semper proponat honestum & gloriosum finem, vt qui in exequendo eas obseruet temporis oportunitatem, nec temere sed pro occasione in agendo se gerat. & hoc etiam in amore potest recte considerari. Camillus ut sup.

1 NAZAREI quibus erat interdictum vinum, acetum, vua uel sicca, vel recens, acini uel vinaciæ. sig. Deo oblatos & deditos debere abstinere a sapientia rerum humanarum quæ est secundum carnem, & tumefacit hominem superbia, & ambitione. nom vinum & illa omnia significãt rerum mundanarum sapientiam.

Francis. Geor. prob. 197. tom. 2.

2 super Nazarei caput nouaculam non poni iussum fuisse. sign. influxus supracœlestes non recidendos ab illis qui Deo inseruiunt, nam capilli. sign. influxus supracœlestes, a quibus cœlestes influxus influunt in Deo dedicos. F.G. probl. 198. t. 2.

3 Nazareos absolutos a consecratione, vel dedicatione illa iussos fuisse radere capillos & igni tradere. sig. Deo dicatos cum sint in meliorem vitam aut cultum assumpti, debere illos influxus quos suscipiebant, rursus quodam modo Deo sacrificando reddere. F.G.p. 199. t. 2.

4 Nazareos completo uto & tempore consecrationis iussos Deo sacrificium offerre. significat Deo sacra facienda pro audacia, qua vsi fuerant, in uouendo id quod non erat in manu sua posse seruare, nisi Dei summa benignitate. Franciscus Georgius Problemate 200. to. 2.

5 Nazareis barba, & capite raso vinum concedi, signific. quando homo est liber a diuinis, & vacat ciuilibus debere uti prudentia, & sapientia humana pro ut opus est Franc. Georg. p. 201. to. 2.

1 NAZARET per Zain, & non per Sade scriptum vocabulum, habet quatuor significata, & primo significat segregatum a profanis vsibus, & hoc sign. Christum Dominum Nostrum in eo natum, futurum verum segregatum a profanis vsibus.

Secundo significat consecratum, vel Sanctificatum Deo, quod signifi. Christum Dominum Nostrum a Deo sibi sanctificatum iuxta illud. Ioannis capitulo 10. quem pater Sanctificauit.

Tertio significat principem vel principatum, quod, signific. Christum Dominum Nostrum esse regem regum, & Dominum dominantium iuxta illud Diu Ioannis Apoc. cap. 3. & 19.

Quarto significat coronam, quod signifi. Christum Dominum Nostrum eum esse qui coronat fideles suos, iuxta illud Apocalip. cap. 2. & dabo tibi coronam uitæ. Franc. G. p. 473. to. 6.

1 NEBVLAE sig. velamentũ misteriorum, iuxta illud, & nebulæ puluis pedum eius, quod, & caligo, sig. iuxta illud Caligo sub pedibus eius. Valer. fol. a 82.

2 Nebula sign. abolitionem peccatorum, iuxta illud Deleui, ut nubem iniquitatem tuam, & quasi nebulam peccata tua. Valerianus fol. 283.

3 Nebulam ut cinerem a Deo spargi, ut est psal. 147. signific. tribulationis rigorem a Deo temperari, vel signific. per obscuram permissionem ad pænitentiam duci. D. Augu. psal. 158.

1 NECESSITATE regnante Saturnum castrasse Cęlium patrem, & Iouem ligasse Saturnum signific. munera dei, in Spiritu recipienti necessario à summa Dei perfectione decidere, Nã fecunditas naturæ diuinæ, dum in Deo est, est integra, sed cum in Angelo recipitur, tunc minuitur, & quodammodo mutilatur; nam in Deo est infinita, in Angelo terminata, & ideo videtur modo quodam castrata, vel ligata, dicitur autem regnante necessitate, quia neque dãtis neque accipientis voluntate, sed ea necessitate, qua effectus causæ suæ æquari non potest, necessario accidit, & hoc modo Saturnum castrasse cęlium, significat Angelum terminare in se vim illam Dei infinitam, quæ scilicet diuina uis in deo est infinita antequam in Angelum descendat, vbi uero descendit in Angelo ex infinita fit finita, & quodammodo manca, & mutilata siue castrata. Ita & Iouem, ligasse Saturnum significat ani-

animam mundi uim ab angelo acceptam, in se ipsa naturæ suæ defectu angustioribus limitibus coarctore, nam maior est potentia angeli, quam potentia animæ mundi. Ficinus cap. 12. Rac 5. conuiuij Plato. Vel sign. Planetæ Saturni malignitatem Iouis benignitate coerceri. Ficinus ut supra.

1 NECESSITAS quæ habet tres filias, & quę fatalem fusum inter genua vertat, & una cum filiabus celestia volnat, & ipsa sit supra mundum, & filiæ partim extra mundum, & partim declinantes ad mundum, significationem mundi vires ad fatalia pertinentes. vocat autem Plato. eam necessitatem, non quod vel naturæ uel rationi inferat violentiam, sed quòd omnia in suo quodam ordine ab opifice rerum instituto conseruat, neque permittit quicquam leges illius adeo transgredi, quin mox regrediatur in leges.

2 Necessitatem voluere cęlos in genibus suis summa cum facilitate, sign. legi diuinæ nihil reluctari, imo omnia suauiter, & cum quodam contemplationis gaudio fieri, & cum infima sui parte id agere.

3 Necessitatem habere tres filias. Lachesin, Clothon, & Atropon. sig. vegetalem animæ mundi partem tribus nominibus appellari.

Lachesis, signifi. animę mundi partem vegetalem esse rerum seminibus grauidam, & vitarum sortibus atque formis, quas descensuris infert animabus.

Clotho signific. animæ mundi partem vegetalem ordine suo missas uitę sortes euolere in actum viuendi, & in effectum explicare.

Atropos signific. animę mundi partem vegetalē, vitas iam euolutas, in actu progressu quodam indeclinabili ad incuitabilem usque terminum conseruare atque custodire.

Has tres parcas canere ad syrenum motus harmonicos, sig. fatales uitas ad effectum per celestes motiones influxusque procedere.

4 Necessitatis sedes, & filiarum in quibus sedent, significationem fatalis ordinis firmitatem, quasi oporteat mobilium progressionem ab ipsa motoris immobilitate regi atque ordinari.

Sedium paria interualla, sig. iustam tum inter fata tum per fata distributionem fieri.

Vestes albæ quibus sunt indutæ, significationem fatorum naturam inuiolatam, & innocentem.

Corona qua vnaquæque coronatur, signi. Imperium fati.

Parcas cantare, signific. per temporum interualla ea congruitate digerere singula, qua diuina mens momento quidem intuens temporibus digerenda præscribit, & ideo parcas canere temporanea. Sed Lachesis præterita, Clotho præsentia. Atropos futura, in præterito, signific. præteritum presens, & futurum, in presenti signific. presens, & futurum, in futuro signific. futurum solum, quæ significationes, signific. Lachesim præcipuam dignitate, & Clothon secundo loco, & Atropon tertio.

Parcas tractare manibus globos, & matrem no sig. animæ mundi uires inferiores habere maiorem cognitionem cum globis, quam illius ipsius animæ substantiam.

Lachesin tangere globos ambabus manibus sig. in exordio existere medium, & finem.

CLOTHON ampliorem, & ab extrinseco tangere ambitum, & cum dextera, & Atropon tangere angustiorem, & ab intrinseco, & cum sinistra, signific. euolutionem vitæ per media, & prosperiorem contingere. Atropos verò, signifi. ineuitabilem terminum & ab intrinseca iam prouenire proprietate coepta, & in angustum desinere. Ficinus nix de Rep. Plato.

Parcas coelum intermissione quadam temporis tangere signific. fata partim res ipsas tractare, & partim non, vel signific. mundanæ animæ virtutem in ipsa suæ integritatis dignitate constantem actionem suam rebus gubernandis accommodare, ac vicissim dum accommodat non misceri, vel signific. quam intermissionem in operatione sua, fata dicuntur habere, non in se quidem sed in effectu demonstrare, vel signific. animas nostras alias in prouidentia omnino esse, alias prorsus in fato, aliàs in vtroque simul. ibidem.

ad Lachesim animas naturali quodam instinctu accedere signific. in generali corporeæ machinæ natura omnium specierum semina existere, & certis non solum formis, & modis, sed temporibus quoque pullulare, idque non solum in generali, sed in speciali atque indiuidua. ibidem.

Ex Lachesis genibus sortes animarum accipi a propheta & per ordinem in animas transferri, signi.. per prouidentiæ diuinæ sanorem, & per concursus fatalis opportunitatem id omne fieri. Nam Propheta sign. vniuersalem primumque prouidentiæ influxum in animam. & sign. opportunitatem, sub qua fit fatalis concursus, vt animæ ad id ferantur, quo & fatum pertert uniuersale. ibidem.

Parcas gubernare vniuersum manibus, & sortes animarum accipi e genibus Lachesis, signific. vniuersi gubernationem esse præstantiorem animarum dispositione, & ideo illa quidem manibus, hæc autem genibus fieri dicitur. ibidem.

Parcas sedere in tribunali, sig. auctoritatem, & iudicium. ibidem.

1 NECESSITAS apud Platonem signific. mundi materiam, quia non propter seipsam, sed tamquam ultimis formis necessaria sit introducta, & quod mundus ob eius admixtionem deforme nonnihil necessario patitur. sig. etiam animam mundi in primo processionis suæ signo, velut informem, materię instar con sideratam. utraque enim tam anima quam materia in primo originis suę signo informis quidem est, sed facile est formabilis per intelligentiæ munus. unde & animæ ipsi rationes

seminaque formarum naturalium infunduntur, & materiæ infunduntur qualitates atque formæ.
Ficinus cap.39. comp.Temæi.

1 NEC Rex Aegypti qui in extremis Regibus Aegyptijs in sacris literis legetur. sign. Reges Francorum & precipue Carolum. qui uiriliter pugnauit contra nouos Assirios idest contra Saracenos. & Regnum Aegypti post Necaonem sig. Regnum Francorum. v. Pharao. Ioach.lib.4.cap.17.

1 NEPTVNVM, placasse mare a ventis perturbatum, ut est apud Vergilium. sig. summam rationem, quæ est nostræ mentis pars superior debere appetitum a perturbationibus conturbatum placare, licet enim appetitus moueatur & a iudicio sensuum, & a parte mentis inferiore quæ dicitur ratio, ad intellectum tamen spectat illum reddere tranquillum. Neptunus.n. est qui in mari summum habet Imperium. & licet multa numina mari præsint, quæ sig. multas animæ vires appetitui præesse, nulla tamen maius habet imperium quam intellectus ipse quem significat Neptunus. Landinus 3. Camaldul.

2 Neptunum obiecisse Euro & Zephiro ventis, quod essent ex Titani sanguine orti. sig. summam rationem redarguere eas perturbationes quæ contra ordinem naturę appetitum in transuersum agant. qui appetitus summæ rationi potius quam uel sensibus, uel inferiori rationi parere debet. & Titanes Deis bellum gessere quod nil aliud. sign. quam naturæ repugnare & illius ordini resistere, & contrauenire. Landinus ut sup.

3 Neptunum minitatum fuisse uentis se sumpturum ab eis maiores pęnas quam illi acceperint ab Aenea. sig. quod animus a perturbationibus ad tēpus perturbatur. Sed si intellectus in hominem imperium sibi uindicat, tunc perturbationes quæ proueniunt a falsa opinione, penitus sepultæ sunt.
Landin. ut sup.

3 Neptunum dispersas nubes in unum collegisse & collectas fugasse, & statim solis splendorem apparuisse. sig. quod intellectus primo prosequitur singulas falsas opiniones, quas sign. nubes. & in unum congerit & confutat. quib. confutatis apparet veri cognitio, quam signif. Solis splendor.

4 Neptuno dari tridentem, signifi. aquam habere triplicem virtutem, ut sit liquida, fecunda & potabilis. &

5 Neptuno datam fuisse Amphitritem in coniugem sign. aquam contineri a tribus elementis cœlo, aere, & terra, Amphi enim interpretatur circumcirca. Petrus Bongus cap. de Ternario f. 94.

6 Neptunus apud Georgium Gemistium Platonicum fig. illam primam mentem Angelicam quam primū creauit Deus, & cui ut aiunt Platonici Deus dedit munus creādi cetera omnia post se. hæc ēt dicitur Saturnus, qui castrauit Cęlum patrem suum, de quo tu vide venus 171. Dicitur etiā, ab Homero oceanus pater Deorum, & hominum. Ioannes Picus in lib. 2.cap.16.& 17.Cōmēt. in cātilenam. Hieronymi Beniuienij. v. oceanus.6. vide venus. 171.

1 NICOLAITAE quidam fuerunt, quia Nicolao uno ex 7. ab Apostolis electis in quorum numero fuit & D. Stephanus, qui Nicolaus reprehēsus, quod nimis vxori inseruiret, quod esset pulchra, ut hanc rem dissimularet, vxorem prostituit, asserens omnia communia esse debere: hinc multi adhærentes facta est secta Nicolaitarum, qui in Apocalipsi, signific. corruptores bonorum morum. Vel signific. eos qui manentes in fide nepharia docere audent. V. mons magnus ardens. Ioachim. Apoch. f.71.

1 NECROLII apud Paracelsum, sig. in chimicis præparationes sophisticas, quæ non sustinent Iudicium cinericij. sicuti.

2 Necrolios excludi e cancellis vitæ longę, signifi. supradictas præparationes nō ingredi in opus magnum, quod a Gebro opus tertij ordinis nuncupatur. &

3 Necrolios aperire fenestram, in Cyphanto, sign. non sine præparationibus primi ordinis perfici magisterium chimicum: nam Cyphantus est Embrio Philosophorum. Leo Suauius in scholijs Paracelsi f.313.

1 NECTAR apud Platonem, sign. lumen diuinum in uoluntate animæ; sicuti ambrosia, signifi. lumem in mente. Ficinus. in Arg. Phileb.

2 Nectar apud Platonem, sign. lętitiam, qua fruuntur animæ beatæ in uisione pulchritudinis diuinæ. Ficinus capitulo. 14. Orat. 7. conuiuij Platoni.

3 Nectar V. Bacchus 46.

1 MEMBROD in prima lingua interpretatur pręripiens panem. Nem enim notat aufero, & rapio, brod uero panis, & mystice, sign. Tyrannum, & eum qui per uim nobis tollit tam ea, quæ ad hanc vitam sunt necessaria quam, quæ ad futuram, & ad sempiternam. Goropius in Indoscythicis f.549.

1 NEMESIS dea sign. uim solis obscurare alium omnem splendorem, & tacere quòd appareat id quod ante latebat. Cartarius folio 464.

2 Nemesis a sig. iustitiam, quòd puniret superbos & iniustos. Cartar. f.466.

3 Nemesis dea tenens in manu equi frenum, & cubitalem mensuram, sign. nec verbo nec facto quemquam ledendum esse. Nam ist dea male actorum aut improbe dictorum vindex. mensura cubitalis, sig. moderationem in rebus agēdis, & frenum, signific. linguæ continentiam. Alciatus. Emblem. 27. Valerianus f. 355. & 365.

4 Nemesis, sig. numen diuinæ iustitiæ qua Deus in puniendis flagitijs utitur. Georg. Venet. Arm.f.211.

5 Nemisis virgo, & victrix, signifi. numen quo
illi

illi, qui ex malefactis delinquebant, puniebantur, quam rem signifi. quod victores Nemesim vocabant nonnulli dixerunt esse eam vim Fortunæ, alij iustitiæ filiam, alij vim quandam inter celestes discurrentem, prima rerum semina, quæ fatorum, & fortium vires temperat, & emendat, rebus humanis trutinam adhibens, e cœloque terrena despectans, nocentes punit bonis pręmia largitur, fingitur alata, & quæ habeat sub pedibus rotam, quod signif. eam non permittere diu impios pręesse atque grassari sed eos velocissime punire. Sanctius in Alciati emblemate. 44

6 Nemesis, & spes simul iunctæ, signific. illicitum non sperandum. Alciatus emblemate 46. v. spes. 1.

7 Nemesis apud Platonem lib. de legibus dialogo 4. dici Angelum iudicij. signifi. vnumquemque hominem habere synderesim, quæ per conscientiam, vel consoletur ob recte, vel puniat ob male facta, & præcipue ob superbiam. Dicunt enim Platonici omnium, & fauorum, & verborum exactam rationem diuino iudici esse reddendam. Cuius Angelus nobis præest, quasi superioris iudicis vicarius, & minister, vt nos à turpibus reuocet, prouocet ad honesta, & consentientes quidem tranquillitate conscientiæ nutriat, & delectet, dissentientes uero perturbatione conscientiæ vexet. vbi delectat ab antiquis gratia nominatur, vbi vexat dicitur furia, & gratia quidem triplex, quoniam præteriti præsentis, & futuri gratia bonos oblectat. furia quoque triplex, quia malos similiter eruciat, & vtrobique fatum, & parca triplex nominatur. dicitur, & Nemesis, præsertim ab Orpheo vbi in superbos animaduertit. profecto veteres, vt indicarent superbiam Deo maxime omnium dissonare obedientiam humillimam exigenti, dixerunt, superbos non solum diuina censura, vt cętera uitia, sed etiam indignatione puniri, propriumq; ad punitionem eiusmodi numen introduxerunt Nemeseos nomine nuncupatum, quod quidem facit potentiam in brachio suo, dispergitque superbos mente cordis sui. Collige e multis pcipue quatuor legē, iudicium, iustitiam, & Nemesim, Horum exemplum accipe in te ipso. Habes in mē te legem, quid agendum, quid non communi norma dictantem; & honestum quidem prosequendum, turpe vero vitandum. Habes, & in ratione iudicium distinctiori quadam argumētorum discursione discernens, id, quod in hac vel illa actione positum est, honestum esse vel turpe. Habes in voluntate iustitiam eligentem ita prosequi ita fugere, vt ratio per mentes leges prosequendum iudicauit, vel fugiendum. Habes in imaginatione eiusq; affectu Nemesim turpibus actionibus, vel verbis succēsentē atque legitime indignantem. Ficinus in 4. Dialogo de legibus Platonis.

8 Nemesis sig. imaginationis affectum, qui turpibus actionibus verbisq; succenset atque legitime indignatur. v. g. Ficinus in 4. de legib. Plat.

9 In Nemeseos manu ramum mali poni solere. sig. antiquius Nemesim effengi solere in habitu Veneris, quam malus arbor. signif. valerian. lib. 54. f. 395.

10 Nemeseos Phiala insculpta Aethiopibus. signi. Oceanum fluuium, quem Aethiopes accolūt. Valer. ut sudra.

11 Post aurem dextram Nemeseos locum tangere cum digito annulari. sign. veniam a Deis poscere de factis aut dictis male perpetratis. Alexander in Genial. lib. 5. cap. 26.

1 NEMINEM vacuū corā Deo apparere iussum fuisse sig. Deum a nobis pietatis opera, & fide viua semper expetere. f. 6. p. 204. T. 2.

1 In NEOMENIIS clangi solitū cornibus. sig. tunc renouari cornua Lunæ f. G. P. 530. T. 2.

2 Neomenia, vt est Numer. 28. sign. Ecclesiæ coniunctionem cum Christo Domino, quæ coniunctio non percipitur a carnalibus, tūc enim renouatur Ecclesia, aut anima, quando coniungitur Christo Domino, & ut luna coniuncta soli non videtur: ita perfectio Ecclesiæ aut animæ nihil uidetur esse, si Christi D. perfectioni comparetur. Origen. in Numer. home. 23.

3 Neomenia, vt est Ezech. 45. & 46. sig. annos æternos, qui sunt semper in nouitate, D. Hiero. in Ezech. 45. & 46. & ut est Psal. 80. D. Augu. Psal. Psal. 80.

4 Neomenia, ut est Psal. 80. sig. aduentum Christi Domini, quo renouamur, quo transactis iā priscis omnia noua iam facta uidemus, & sig. etiam Christi Domini. resurrectionem. Cyrillus 4. super Ioan. 28.

5 Neomenia sig. intelligentiam innouatam, & diuinitus inspiratam. Sicut lumē accipit lumen a Sole. Ricard. de Sancto Victor. de Somnio Nabuchdon. 13

1 NEPHTALIM dictum fuisse Ceruū emissum, & dantem eloquia pulchritudinis forte obuenturam planitiem Galileæ, unde semper primi fructus colligebantur ad oblationē Dei. quod sig. illum dictum dātem eloquia pulchritudinis. F. G. P. 394

2 Nephtalim, & Zabulon. v. Zabulon, & Nephtalim.

1 NEPHTHYS Dea apud ægyptios sig. hemisphęriū inferius sicuti Isis sig. hemisphęrium superius Valer. lib. 5. capite. Orizon.

2 Nephthys sig. oram siue marginem terræ mare attingentem, & hanc Nephthym mortem uocatam tradunt, quod sit quasi uitæ terminus, quam Nephthym dicunt eum Tiphone iungi idest cum mari, quod mare sig. Typhon, cum uero Nilus superfluēs exundásq; uberius promouet, dicunt Osiridem Nephthy admisceri Cęlius calcag. lib. de rebus ægyptiacis.

3 Nephthym Typhoni nuptam primo fuisse sterilem. signific. ab initio terram infæcundam extitisse, Typhonis uero impotentia & Tyrannis. signific. uim squalloris præcellentem, & genitabilem naturam humectationis

offocantem. Calcag.ut supra.

4 Nephthys, sig. eam obscuritatem, quæ sub terra latet. sicut Isis, sign. eam lucem, quæ supra terram emicat. Calcag.

1 NEPTVNVS sig. aquam Elementum. Equicola lib. 2. de natura amoris.

2 Neptunum uocari possidona, sign. solum aquæ Elementum formare imaginem in se spectantium. Fulgentius lib. 1.

3 Neptunum ferre tridentem, signific. triplicem aquarum naturam liquidam, fecundam, & potabilem.

4 Neptuni Amphitritem esse vxorem, sign. quod tribus elementis conclusa sit in cęlo in aere, & in terra, & in nubibus, ut sunt & fontes, & putei. fulgentius lib. 1.

5 Neptunus in Nummo N. Agrippæ consulis tertium, Cimba quæ erat in medio duorum equorum agens equos cum flagello sublato, & habens in puppi Cimbæ aquilam alis surrectis sig. M. Sextum Pompeium. Valer. f. 321.

6 Neptunus apud Platonicos, sign. eam virtutem quæ generationibus præest. Picus in Heptap. cap. 4.

7 Neptunus sig. vim effectiuam aquæ marinæ cuius vim generatiuam, sign. Amphitrites, quam vim apud Aegyptios, sign. Nilus. Georg. Venet. armo. fol. 211.

8 Neptunus præpositus piscibus Zodiaci signi, sig. intelligentiam regentem illud signum, & curantem hominis pedes. Georg. Venet. arn. fol. 114.

9 Neptunus sig. spiritum, qui mari percurset. Celius Calcagninus lib. de rebus ægyptiacis.

10 Neptunus sig. Noa. Qui fuit pater Chami, quē Babilonij coluerunt sub nomine Beli. & Noe dictus est Neptunus propter diluuium, quod autē Belus fuerit filius Neptuni. Diodorus siculus est testis; & quod Chamus habuerit matrem lybiam: sign. ipsi Chamo a patre lybiam attributam fuisse, vel ipsum chamum in lybia erexisse idolomaniam, & se coli fecisse sub nomine Ionis Hammonis. cuius Chami sub nomine behet, quæ vox in prima lingua signat statuam, & interpretatur seruans memoriam alicuius, quam statuam erexit Nembrot ipsius Chami nepos, nam Behelt non est nomē proprium viri, vt multi crediderunt, sed ipsius statuæ. Sed Phisicæ Belus signific. Solem, vt qui se ipsum, & cætera videretur seruare, quem prudentiores colebant, vt Dei simulachrum, licet ignorantes, & Plebeij non intelligentes constiterunt in ipsis imaginibus creaturam pro creatore stulte adorando. Goropius in Hermath lib. 8. folio 194. & 195. vide Belial.

11 Neptunus positus in porta lunæ secundi gradus Theatri Iulij Camilli signif. Elementum aquæ purissimum, & simplicissimum Iulius Camillus fol. 78.

12 Neptunus positus sub antro in porta lunæ tertij gradus Theatri Iulii Camilli sign. aquæ elementum mixtum.

13 Neptunus positus in porta lunæ sub Talaribus in sexto gradu Theatri Iulii Camilli signifi. vadum trāsire aquam, abluere aqua madefacere, bibere, & irrorare Iulius Camillus fol. 138

14 Neptunus in porta lunæ sub Prometheo in septimo gradu Theatri Iulii Camlli, signifi. artes supra aquas, aquæductus fontes fabrefactos, pontes portus armamenta naualia artem nauticam, & pisaturam. Iulius Camillus. f. 144.

Neptunus signifi. aerem per maria manentem, vt ait Cicero libro primo de natura Deorum. Natalis comes in Mythologiæ libro secundo, cap. 8. f. 53

19 Neptunus sign. aquæ ipsum elementum. Natalis, vt supra.

17 Neptunus signific. spiritum, vel mentem diuinam, quæ per maria est diffusa, & quæ totam aquæ naturam ac molem à corruptione præseruat, quod quidem nil aliud est, quam anima per elementa diffusa, sicut in animalibus est, & in plantis, quæ si ab illis recesserit, siue harmonia sit, & quædam symmetria, siue numerus seipsum mouens, siue diuina quædam, & immortalis οὐσία, corpus ad corruptionem statim properare necesse est, quare, & si elementa nobis non viuere apparent, tamen diuina quadam uirtute, & potentia seruante ab interitu ita sunt commista itaque fermentata, vt ab ea seruentur a corruptione. Hanc vim diuinam in æthere sign. Iupiter. in aere Iuno, in aqua Neptunus, Natalis comes, vt supra.

18 Neptunum fuisse ab Arno nympha educatum, sign. mari negandam esse fidem. vnde illud, mene huic fidere monstro? [illegible]. enim negationem signat. Natalis ut supra.

19 Neptuno Taurum imolari, signific. Mare imitari Tauri & furorem, & mugitum. Natalis ut supra.

20 Neptuni fuisse Amphitritem coniugem, signifi. aquam esse veluti corpus Maris, & Neptunū esse Spiritum, qui est veluti uir & aqua, ut mulier. Natalis ut supra.

21 Neptunum aliquando fingi nudum, sign. aquarum dulcium naturam, illæ enim aquæ sunt saluberrimæ, quæ nullum habent colorem, vel qualitatem apparentem. Natalis ut supra.

22 Neptum Deum e terra percussa excitasse equū, signific. motum velocem aquarum fieri e repercussione terrarum Cartar. f. 252. vel signif. equos exposcere campos latos spaciosos, & apertos quales mare ipsum, sign. Cart. fo. 252. Vel signific. Neptunum fuisse primum domitrem equorum.

23 per Neptunum factum iuramentum ab ijs, qui exercebant ludos equestres. apud Homerum signific. Neptunum fuisse inuentorem equi & eum primum domuisse. Cartarius folio 252.

24 Neptunum dici equestrem apud omnes gentes sign. illum inuenisse equum, & primum domuisse. Cartr. f. 252.

25 in Ne-

25 in Neptuni ortu Opim indicasse Saturno se peperisse pullum equinum. sig. Neptunum nominandum equestrem, vel sig. illum fuisse habiturum curam equorum. Cartarius folio 253.

26 Neptunum euertere fundamenta Troiæ, apud Vergilium sign. fundamenta & mœnia esse sacra Neptuno, sicuti portæ sunt sacræ Iunoni, Turres & arces Palladi. Cartarius folio 255.

27 Neptunum a Græcis dici Enogiseum. sig. motus aquarum esse causam terræmotus. Cart. f.256.

28 Neptunus sign. pisces. sicuti Venus signif. olera, & Ceres sign. panem. Iuxta illud Næuij coquus edit Neptunum, Venerem, & Cererem. idest piscem, olera, panem. Valer. f.195.

29 Neptuni tridens signif. triplicem illius potestatem. Neptunus enim habet facultatem tollendi æquoris placandi & seruandi. Natalis Comes in mytholog. lib.2. capit.8. folio 53.

30 Neptunum fuisse equi inuentorem. sign. virum quendam Thessalum Neptunum vocatũ primum omnium equitandi artem excogitasse. Quamuis non desint qui id ad nauigationem referant, quoniam viderunt nauigia quasi super maris dorso equitare. Natalis vt supra.

31 Neptunum vehi curru super æquore comitanti bus Tritonibus & reliquis marinis monstris. sig. cum multo vndarum strepitu vndis, quasi rotis carinæ subiectis, naues per tempestates deferri. Natalis ut sup.

32 Neptunum produxisse equum in Palladis contentione pro nomine Athenis imponendo. signific. Neptunum voluisse Athenienses nauigationem exercere, & in maritimis negocijs versari. Palladem vero proposuisse Athenarum ciuibus esse melius operam agriculturæ nauare, & regionem arboribus ornare. & vtraque opinione coram iudicibus proposita Palladem obtinuisse sententiam. Plutarchus in uita Themistoclis. & Natalis vt sup.

33 Neptuns apud Platonicos sign. eam virtutem, quę generationibus præest. Picus in Heptaplo cap.3.

34 Neptuno ab Nestore per filios sibi carissimos & suauissimos, apud mare boues sacrificatos esse apud Homerum. sig. Deo gratissimum & sanctissimum Sacrificium esse quod a familiaribus & amicis viris oblatum est. Atheneus lib.1.cap.4.

35 Neptunum & Apollinem fabricasse mœnia Troiana Laomedonti. sign. Laomedontem vsum fuisse pecunijs sacris illis Deis pro fabricatione mœnium, sed cum promisisset Sacerdotibus se restituturum pecunias, noluisse tamen. atq; ideo in magnas calamitates incidisse. Quod sign. Deũ cultum non sine calamitate negligi. Natalis Comes in mytolog. lib.2. capit.8. folio 53.

36 Neptuno fuisse in gentem filiorum numerum. sig. maris esse maximam piscium fertilitatem. Natalis ut sup.

37 Neptuni filios fuisse admodum crudeles. sign. piscium inter se esse magnam voracitatem. Natalis ut sup. f.54.

38 Neptunum retulisse gratias Delphino. sig. homines debere memores esse beneficij accepti. Natalis vt sup.

39 ob Neptunum neglectum a Laomedonte, multas fuisse Troianas calamitates. sig. homines in Deum impios non posse non luere debitas pœnas. Natalis ut sup.

40 a Neptuno Theseũ impetrasse Hippolyti mortem, quæ postea sibi erat futura summo dolori. sig. homines sæpe a Deo petere ea, quæ si Deus concederet, detrimento illis essent futura. Natalis ut sup.

41 Neptunus sig. formæ fœturam quæ est in Deo vnum ex attributis diuinis. Georg. Venetus. Fr. Georg. arm. f.7

42 Neptunus apud Platonem. signif. numen fouens generationem atque gubernans. Ficin. in Critia.

43 Neptunum apud Platonem ex muliere filios ꝓcreasse. signif. numen fouens generationem, vel ex terra genuisse, vel afflatu quodã ex priori uiuendi forma in alteram formam regenerasse. Ficin. in Critia.

44 Neptunum procreasse quinque partus. sign. in materiæ mari perpetua agitatione quinq; corporum formas componi. scilicet lapides, metalla, plantas, animalia partim ratione carentia, & animalia ratione prædita. Ficinus in Critia.

45 Neptunum ex quinque partubus decem filios procreasse, geminos enim quisque partus edit sign. in quouis composito elementalem coalescere virtutem, & simul quandam cœlestem infundi, quam medici uirtutem nominant specialem. Ficin. in Critia.

1 NEREIDES, apud antiquos sig. virtutes particulares effectrices aq marinæ sicuti Nymphæ sig. vires particulares aquarum dulcium. Georg. Venet. arm. f.211.

Nero v. Aman. 4.

1 NESSAMAH, apud Hebræos sign. intellectum quem Aristoteles vocat agentem. & Plotinus uocat simpliciter intellectum, & alij spiraculum vitæ. D. Augustinus vocat portionem superiorem, Plotinus uocat etiam oculum. D. Ioannes vocat lucem, quæ lucet in tenebris. Archan. Burgonou. in 11. concl. Cabal. Pici.

1 NESTORIS poculum. quod erat geminis fundis & aureis clauiculis baccatum quatuor ansis coaptatum super quas erant quatuor columbæ aureæ, & quod Nestor solus poterat tollere. sign. Astrologiam. quæ ab longa & antiqua obseruatione profecta, certissimi consilij scientia multum in rebus arduis habet momenti. poculum ipsum quod erat argenteum

gentum. sig. ipsum cœlum. clauiculi ex auro sign. Sydera. quatuor columbæ fm Alciatum Emblem. 101. sig. pleiadas fm vero Ioan. Baptistam Caballariam sig. quatuor mundi cardines, vel potius sig. quatuor uẽtos uenientes a quatuor cardinibus quos. sig. quatuor ansæ. q solus Nestor illud poterat tollere. sign. Astronomiã nõ nisi ab longo tẽporis cursu posse perdisci. & nisi a uiris bene cordatis, iuditio consilioque præditis. Gemini vmbilici in poculo sig. magnam & minorem feram in cœlo, Alciatus embl. 101. Atheneus lib. 10. cap. 12. & Sanctius in Alciati Emblemate eodem. Atheneus ponit quod erant sex columbæ quæ sig. sex pleiadas quæ apparent, sunt enim septẽ sed una est obscura. Nestorem uero solum potuisse illud tollere, ut habetur in prouerbio stilla asidua saxum cauat. sign. asiduitatem multum ad rem adiuuare.

2 NEVPHAREM sunt animantia quæ habitant in aere terræ, vt in poris terræ. Leo Suauius in cõpendio philosoph. & medicin. Paracelsi f. 24. sed tamen apud chimicos. sig. chimicas quasdam operationes. Suauius ut supr. f. 25. Idem intellige de trifertibus Melusinis diemeis durdalibus Lorindt Naiadibus, & id genus.

1 NICANOR abiens multa minatus aduersus templum, ut est 2. Machab. 14. sign. diabolum, qui cum fideles superare non potest ad grauiores machinandas tentationes se conuertit. Lauret. in uerbo abire.

2 Nicanor ruens cum armis suis, vt est 2. Macha. 15. sig. diabolum victum. Heliodorus, ut est 2. Machab. 3. sign. idem. Lauretus in uerbo cadere.

1 NIGRVM & fœtens apud chimistas sign. manualem compositionem artificis de tribus pulueribus, de quibus agitur in Hieme, & miscentur in ueris opere: & hæc compositio siue mixtio dicitur fœtens, quod ex fœtenti spiritu componitur. Autor incertus lib. de alchimia capit. 11.

2 Nigrum nostrum apud Aros, quod alio nomine & propriè dicitur Alchimia. sign. modum & opus ducendi Elixir ad effectum. Autor incertus lib. de Alchimia cap. 29.

1 NIHILVM negatiuum sign. creationem specierum in primis indiuiduis. &

2 Nihilum priuatiuum. sig. Generationem in medijs indiuiduis. &

3 Nihilum æternitatis sig. salutem & vitam æternam in postremis indiuiduis. Paulus Scaliger lib. 1. cap. 3. de rerum causis. Vide indiuidua.

1 NILVS sig. temperantiam, quòd sicut Nilus alluit Aegyptum, quæ in diuinis literis voluptatum, & deliciarum illecebras, sign. sic temperãtia detergit voluptatum, & delitiarum maculas. Valer. fol. 153. & 243.

2 Nili simulacrum factum e lapide nigro, significat eum transire per Ethiopas nigros, & ad nostrum mare deuenire. Cartar. fol. 267.

3 Nilus significat annum, quòd numeri literarum eius dictionis in Idiomate greco, sign. 365. qui est numerus dierum anni. hoc modo N. sign. 50. ε. sign. 5, iota sign. 10. λ. sign. 30. ο. sign. 70. Σ. sign. 200. qui omnes sunt. 365. Heliodorus in lib. 9. de Historijs æthiopicis. Vel sig. annum, quod incremento sign. æstatem, decremento sign. autumnum, & floribus, qui ex ipso nascuntur, & partu crocodilorum, sig. ver. Heliodorus, ut spra.

1 a NINIVE non recedere rapinam, ut est Nahum. 3. sign. in mundo dæmones, & Hæreticos semper rapere, qui ea de causa dicuntur fures, & latrones. Laur. in uerbo abire.

2 Niniue scissa, & dilacerata, ut est Naum. 2. sign. animam vitijs dissipatam. Lauretus in verbo abscindere.

3 Niniue milites abductos esse, ut est Naum 2. sig. fortes, & eruditos gentilium a Christo D. tractos esse, ut captiuarent intellectum ad fidẽ ipsius. Lauret. in uerbo abducere.

1 NIOBEM factam fuisse super filiorum sepulchris lapideam, signifi. eam reuera super sepulchra filiorum sibi statuam marmoream imponi fecisse, quæ omnia Palephatus fatetur se vidisse.

2 Niobem in marmoream statuam cõuersam fingi, sign. potentum mulierum superbiam tirannidum duritiem inflexam, & rigiditatem implacabilem, obstinationem, & peruicatiam. Alciatus Emblem. 67.

1 NISI vt est Hebr. 6. nisi benedicẽs benedicã tibi, sign. certi affirmatiuam particulam, & non negatiuam ibi exponendam censet Gousch. li. 2. f locut. sacr. scripr.

1 NITRVM iuxta illud Hierem. si laueris te nitro munditiæ, & multiplicaueris herbam berith. sig. iustitiam vel cordis puritatem. sicuti Herba berrit, sign. carnis integritatem, & hæc duo scilicet nitrum, & herba berith, quæ est saponaria. sig. doctrinam utilem, quę modo blanditur modo redarguit. Abbas Ioach. in Hierem. f. 8.

2 Nitro lauari, vt est Ierem. 2. sig. verbo Dei mentem pungente, peccatorum sordes diluere. D. Hieron. sup. Hiere. 2 & Lauret. in verbo ablucre.

3 Nitrum apud Chimistas sig. id quod barac. Io. Garland.

4 Nitrum. v. Algali.

1 NIX glacies, & grando apud vates diuinos. signific. duritiam, & rigorem delinquentium Taler. f. 282.

2 Nix liquescens ob solem, sign. hominis præsentiam imminuere famam. Sambucus fol. 44.

3 Nix liquescens ob solis radios in summo monte, signific. res humanas in summo tandem declinare. Sambucus f. 46. Emblem. 31.

4 Nix, Grando, frigus, Nebula Christallus, signif. maliciam humanam, & opera praua, Gousch. lib. 6. Elocut. sacr. scrip.

6 Nix ut est illud Iob. 37. Magna, & inscrutabilia facit Deus, qui præcipit Niui, ut descendat super terram, sig. Beatissimam Virginem Matrẽ.

Titus Prosper Martinengius in Theotocodia cap. 12.

6 Nix, vt est illud Iob. 9. si lotus fuere quasi aqs ni uis. sig. animæ mundiciẽ, & candorem, Vitæ cęlestis. D. Hieron. in Iob. 9. & sign. baptismum. Euch. For. spir. 3.

7 Nix sig. Verbum Dei, quod nix fœcundat terram, & prohibet volucres cœli ne habeant in ea sedem; sic & verbum fœcũdat animam, nec sinit dæmones in ea sedem habere. D. Ambr. in luc. 4. & D. Hieron. In Isai. 55

8 Niues, quibus præcipit, vt descendant in terram vt est Iob 37. sign. sublimia sanctorum corda, quæ cum in solida contemplatione pascuntur tamen pro fraterna charitate ad humilis prædicationis verba descendunt. D. Greg. 27. mor. 17. & 18

9 Niues descendentes in terram. sig. gratiam, quã Christus D. induxit in terram. D. Hieron. in Iob 37. & sign. doctrinam, & dona spiritus sancti, quibus anima infunditur, & germinat. D. Hieron. in Zach. 10.

10 Niuis frigus temperatum, ut est illud Prouerb. 31. non timebit domui suæ a frigoribus niuis. sig. zelum bonorum operum tum in Deum tũ etiam in proximum Franc. Georg. in Armon Cant. 1. Tono. 7. cap. 19

19 Nix, cuius Thesauros Deus ingreditur, vt est Iob 38. sig. corda prauorum, cum Deus eos ad candorem iustitiæ reducit D. Gregor. 29. moral. 11.

12 Niuem dare sicut lanam, vt est Psal. 147. signifi. Deum homines frigidos facere calidos, & aptos ad calefaciendum in igne charitatis, ut sint vestes Christi D. D. Augustin. in Psal. 147

13 Nix, vt est illud Iob 6. qui timet pruinam irruet super eum nix sig. iniquitatem, qua abundante refrigescit charitas. D. Greg. 7. mor. 12.

14 Ab Niuium aquis transire ad calorem nimium signific. iniquitatum suarum frigora declinare, & ad veram fidem, vel sanctitatis habitum venire, Lauretus in uoce nix.

55 Nix, ut est illud Prouerb. 31. non timebit a frigoribus niuis. sign. pœnam inferni. Beda sup. Prouerb. 31.

16 Nix in æstate, vt est Prouerb. 26. sig. gloriam, & dignitatem indigno collatam vel stulto Beda in Prouerb. 26.

17 Nix Libani non deficiens de petra agri, vt est Ierem. 18. signi. rei impossibilitatem, vt est illud Virgilianum.

Ante leues ergo pascentur in æthere ceruí, &c.

D. Hieron. in Prouerb. 18.

1 NOCTVA sig. Mineruam, siue quod habeat oculos cesios, quibus qui præditi sunt præstantioris, & acutioris ingenij feruntur esse, siue propter lucubrandi contemplandique munus quòd animi uis nocturni potissimum temporis silentio uegetatur, siue quod nusquam noctuarum vis maior quàm Athenis, ubi dea ipsa præcipue colitur, existat. Val. f. 146

2 Noctua sig. cæcitatem, quòd in media luce cæcutiat, vnde illa triplex Demosthenis exprobratio, quod Minerua delectaretur tribus acerrimis bestiis, noctua, dracone & populo Atheniensi. in noctua cęcitatem, in dracone liuorẽ in populo notans instabilitatem. Vale. f. 146.

3 Noctua in ostensis sig. sapientiam, vt probatum fuit per Hieronis ostentum. Val. f. 146.

4 Noctua sig. studentes uanę sapiẽtiæ, quòd sicut noctua acutißime cernit cum interdiu cęcutiat ita illi, qui uanæ sapientiæ studijs incumbunt sunt acutißima mentis acie, hebetißima uerò caligineque oppleta ad veram lucẽ hallucinãtur. Vale. f. 146.

5 Noctua sacris comedi prohibita sign. illos uiros qui ueteris legis contemplatioue, & scientia gloriantur, Euangelicam uero charitatem ferre non possunt. Val. f. 147.

6 Noctua uolans sig. Atheniensibus uictoriam, quia auis Mineruæ sacra sit, quæ Minerua credebatur etiam male consulta Atheniensibus fortunare. Valer. fol. 147. & Sanctius in Alciati Emblemate. 19.

7 Noctua sig. pecuniã propter furtum Gilippi, q plurimos numos noctua insignitos e publica pecunia Lacedemonem ferenda sub tegulis occultauit, seruus uero illius ne dominum proderet, & publicæ rei consuleret, dictitabat, sub hęri sui tegulis plurimas noctuas cubitare, quare tandem intellecta, apparuit furtum. Valer. fol. 147.

8 Noctua superuolans leonem sig. Atheniensium prudentia hostus ferocitatem deuictam. Val. fol. 147.

9 Noctua sig. mortem, quod testimonio oratorũ, & poetarum sit noctuam esse mortis indicium Valer. f. 147.

10 Noctua, & cornix sig. duos hostes capitali odio sibi inuicem detrimenta, & insidias parantes, quòd hæ aues mutua damna inter se exerceãt. Valer. fol. 148

11 Noctua desugens oua sua. sig. abstemium, quòd ea oua ebriosis per triduum propinata abstemios efficiant, Val. fol. 148.

12 Noctua cum passere, vel alia auicula sign. patrocinium frustra imploratum, quòd auiculæ spe rantes insidias aucupis euitare ad noctuas aufugiunt, ubi maxime pereunt. Val. f. 148

13 Noctua sign. sapientiam. Erizzus. f. 282.

14 Noctua cum alis expansis, & tenens sub pedib. palmam sign. uictoriam. Choulus. fol. 45. numus atheniensis arg.

15 Noctua Aesculapij sig. medicũ uigilare debere plus in nocte pro ægrotãte quàm in die. Choulus. f. 95.

16 Noctua super aram cum alis expansis sig. Aesculapium. Choulus. f. 95. Nero aureo.

17 Noctua in medio clipei. quod erat isigne Atheniensium, signi. sapientem debere esse paucorum uerborum; nam noctua est auis parum admodum uocalis, & in tenebris est oculatißima. Alciatus Emblem. 19.

19 Noctua in sepulchris. sign. puellam amatam, & detentam a Senc. v. bubo super cadauer. Alciatus Emb. 116.

19 No-

19 Noctua magna quiescens. sig. decimum octauũ gradum Aquarij & hominem qui erit inuidus Astrolab. planum Ioannis Angeli.

20 Noctua volans a dextris coram duobus regib. sig. presagium certi triumphi. Costalius pegmate 69.

21 Noctuam Palladi sacram esse. sig. sapientiæ proprium esse, illic, vbi totum hominum vulgus valde occupatum est, quietem agere, & contra vbi plebs nihil videt quod agat, plurimum videre. Noctua enim & tempore, quo cæteræ aues ad pastum euolant, quiescit, & quo cæteræ quiescunt, & dormiunt, vigilias & prędas agit, & tum maxime videt, cum reliquæ per tenebras caligant. & quia nulla alia est auis, quæ prudentius se se custodiat aduersus alias quã ipsa noctua. Goropius in Hieroglyp. lib. 6. f. 93.

22 Nocturnum secundum in horis Canonicis constare ex tribus Psalmis in diebus Dominicis. sign. legis tempus habere tres distinctiones. Quarum prima fuit a Moise usque ad Dauid, in qua vigilauerunt Sacerdotes ut Aaron, & hanc refert psalmus conserua. Secunda fuit a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonicam in qua uigilauerunt Iudices, ut Gedeon, & hanc refert psalmus, Exandi Domine iustitiam meam. Tertia a transmigratione usque ad Christum Dominum, in qua uigilauerunt Reges, & hanc refert. Diligam te. Vel tres psalmi in secundo nocturno sign. tres ordines Sanctorũ, qui pręcesserunt scilicet legislatores cum suis imitatoribus, Psalmistas cum suis & Prophetas, & dici Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, singulis Psalmis. sign. ordines illos singulos prædictos seruiuisse tribus diuinitatis personis. Michael Thimotheus in Diuinum officium quęstione quadragesimaquinta, tract. 2.

23 post Noturnum secundum legi Lectiones Sanctorum patrum in horis Canonicis. sign. nos debere imitari Sanctorum patrum opera sancta, ut doceamur uiuere ad illorum Sanctissima instituta. Michael vt supra quæst. quadragesimasexta.

24 Nocturnum tertium in horis Canonicis continere tres psalmos in diebus Dominicis. sign. tempus gratiæ habere tres distinctiones, quarum prima est Apostolicæ & Euangelicæ prædicationis, in qua uigilauerunt Apostoli, & hanc refert psalmus Cœli enarrant, quia in omnem terram exiuit sonus eorum. Secunda fuit tempus impugnationis per hęreses emergentes in qua vigilauerunt Martyres, quã refert Psalmus Exaudiat te, quia Dominus ꝓtexit eos in die tribulationis eorum. Tertia distinctio temporis gratiæ fuit, quando eliminatis hęresibus confessores vigilauerunt, & hanc refert psalmus Domine in virtute &c. Michael Timotheus in diuinum officiũ qu. 42. tract. 2.

25 Nocturno tertio legi Euangelium, in horis canonicis in diebus Dominicis. significoncordia & consonantiam legis Euangelicæ cum veteri Testamento. Michael ut supra quæstione 48.

26 in Nocturnis ferialibus cantari 12. psalmos. signific. homines fideles debere singulis horis noctis Deo inseruire. & ideo pro 12. horis noctis dici 12. psalmos. Michael ut supra quest. 70.

27 in Nocturnis ferialibus psalmos recitari binos & binos. sign. Laudes nostras, uel opera nostra nihil ꝓdesse sine charitate, quæ ad minus inter duos consistit. Michael ut supra questione 71.

28 Nocturnis singulis legi tres lectiones, sig. doctrinam electorum trium temporum. vel sig. tres uigilias de quibus Dominus ait si uenerit in secunda, si in tertia vigilia uenerit &c. quæ tres vigiliæ sig. tres ætates hominis. pueritiam, iuuentutem, & senectutem, in quibus bene uigilare debemus. Michael ut sup. questione 72.

29 tria Nocturna quæ dicuntur in Natiuitate Domini. Primum sig. patres ante Legem. vt Abraham, Isaac, & Iacob. Secundum sign. patres sub lege, vt Dauid & reliquos Prophetas. Tertium signi. Apostolos, Martires, & alios Sanctos in tempore gratiæ. Micha. ut sup. q. 30. tract. 3.

30 in duobus Nocturnis primis Natiuitatis D. nõ dici ad Antiphonas alleluia. sig. Patres ante legem & in lege fuisse priuatos gaudio, quia nõ erant in patria, ubi canitur alleluia. Michael ut supra quæstione 31. tract. 3. &

41 in Nocturno tertio Natiuitatis D. dici alleluia. sig. patres post aduẽtum Christi D. post mortem si iusti fuerint non defraudari suo gaudio quia statim ascendunt in patriam. Micha. vt sup. quæst. 32.

1 NODVS quo annectuntur manus hominibus in 10. de Rep. apud Plat. signifi. actiones profectusque priuationem. Ficinus mox de Rep. Plat.

2 Nodus Gordianus implicitus, in porta Mercurij sub antro in tertio gradu Theatri Iulij Camilli, sig. quantitatem continuam implicitam, ut sili globus.

3 Nodus Gordianus explicitus positus, vt supra, sig. quantitatem continuam explicitam. Iulius Camillus f. 90.

4 Nodus Gordianus implicitus positus in porta Mercurij sub talaribus, in sextò gradu theatri. Iulij, sign. implicari intricare, & annectere. Iulius Cam. f. 138.

5 Nodus Gordianus explicitus ubi implicitus, sig explicare dissoluere, & extricare. Iulius Cam. f. 138.

6 Nodus Gordianus ab Acinace incisus, cum verbis nihil interest quo modo soluatur, sig. hominem, qui determinet decidere litem cum armis, quam ciuili iure non potuit. Bartholo-Tægius lib. 2. de arte Fabr. insignia.

7 Nodus Gordianus positus super altare cum uerbis, ὅπως ἔλω, idest aut ingenio aut ui signi. homi-

hominem, qui promittat se enodaturum diffi cultates in aliquo negocio, aut ut ingenij, aut uehementia studij, aliqui dicunt, quod nodus ille, sig. opera Aristotelica, quæ explicata sunt a Iacobo Zabarella, ut ait Vincẽtius Ruscellus in Insigni ipsius Iacobi.

1 Noe ab Adam usque ad Noe decursas esse 10. generationes quas summus, & iustus Deus ob hominum malitiam diluuio delere uoluit, sig. per numerum denarium, qui est numerus perfectus malitiam omnino completam, in cuius ultionem omne humanum genus, quod peccauerat excepta familia Noe, aquis delendum esse. in quibus decem sufficere extimauit dominus sententiam ultionis, ne uideretur absque insta causa supra modum extendere manum suam, & non tam ex ueritate indicij, quàm ex passione iracundiæ delicta filiorum hominum in furore punire. Iachim, lib. 1. conc. Vtr. Test. cap. 1.

2 Noe signi. ordinem laicorum continentium, qui propter hospitalitatem sunt grati Deo, quod ipse diuersa genera animalium congregauit in in arca ad saluanda ea. Ioach. apocal. fol. 57.

3 Noe sign. Christum D. N. Nam quinque centenaria annorum, quæ peregerat Noe cum genuit Sem Cham, & Iaphet sig. quinque ætates, quæ finierant quando D. N. genuit secundum Spiritum Apostolos. quos sig. Sem. qui præsertim steterũt in fide, nam rebelles, ut Iudas. sig. Cham. Ioach. f. 73. Conc. cap. 31

4 Noe primus filius, qui dicitur Sem. & interpretatur nomen. sig. fructus quos homo ad mentis penetralia deducere debet, Deo notos esse oportere.

5 Noe secundus filius dictus Cham, & interpretatur calor, signifi. hominis probi opera non debere esse tepida aut frigida, sed calida esse debere.

6 Noe tertius filius Iaphet dictus, qui interpretatur pulcher siue dilatatus. sign. opera, quę Deo danda sunt, utpote omnium rerum pulcherrimo pulchra esse oportere.

7 Noe, & tres filios cum suis uxoribus simul in arcam ingressos fuisse. sign. opera Deo placitura debere esse coniuncta cum gratia siue charitate. Georg. Venet. arm. f. 109.

8 sub Noe imperio animalia in arca placida extitisse sig. sub Imperio hominis in arca mentis suæ dominantis, & quiescentis omnes passiones subiugatas quiescere. hanc rem sign. æolus præmens ditione uentos, ut est apud Verg. Ratio enim in humana domo omnibus præsidet, & uires bestiales imperio premit, & domat sicuti Aeolus uentos Georg. Venet. arm. f. 109

9 Noe apprehendens columbam, ut est Genes. 8. sign. iustum amplectentem simplicitatem, & uirtutem. D. Ambros. de Noe. 18

10 Noe familia saluata numero octonario signific. Iustos tantummodo saluãdos: nam numerus octo signi. iustitiam, quod semper in pares partes diuidatur æqualiter usque ad unitatem. F. G. P. 97

11 Noe plantasse uineam, & ea factum ebrium fuisse sign. illum inuenisse artem, quæ produceret scientiam rerum inferiorum, qua intenderet semen suum, & filios stabilire qua in re quia humanius procurabat, quod diuinitus quærere debebat, ignominiam, & illusionem a filio passus est. F. G. P. 100.

12 Noe maledixisse Chanaam, & non Cham sign. propter Chanaam Cham illusisse patri, & eum ligasse magicis, ne amplius gigneret Franc. G. P. 103.

13 Noe ædificans altare Domino. Signi. Christum Do. instituentem in Ecclesia unuum ritum sacrificij corporis, & sanguinis sui. Lauret. in uerbo ædificare.

14 Noe agricola, ut est Gene. 9. sig. Deum patrem iuxta illud Ioann. 15. pater meus agricola est, D. Ambr. de Noe 29

15 Noe aperiens fenestram arcæ, ut est Gen. 8. sig. uoluptatis impedimenta esse auferenda, quæ non sinunt mentem ad superiora euolare. D. Amb. de Noe. 20

16 Noe aptans arcam, ut est Genes. signifi. Christum sibi fabricantem Ecclesiam. Origen. in Genes. hom. 2.

17 Noe bibens uinum, quo inebriatus, ut est Genes. 9. signi. Christum D. ob amorem in genus humanum extasim passum. Laur. in uerbo bibere.

18 Noe sign. ios, a quibus Ecclesia gubernatur. sicut arca, quę sign. Ecclesiam, ab Noe gubernata fuit in diluuio. D. Augustinus lib. secundo, quæstionum Euangelic. cap. 44. Et Georgius Ederus in lib. 2. oconom. Tab. 22.

19 Noam fuisse uocatum Agenorem a Phœnicib. & Iapetum eius filius dictum Cadmum sign. ipsum Noam docuisse Phœnices religionem, & omnes scientias, quas abiecerant propter Chami abominosam licẽtiam, & giganteam in eis introductam naturã, Agenor enim in Phęnicum lingua notat lucis craterem, quo cognomine ab illis Noe insignitus est propter religionis, & scientiarum lumen illis denuo impertitum. Iapetum uero eius filium ab eisdem cognomine Cadmi appellatum sign. Iapetum docuisse eos litteras primæ linguæ, & quia cũ patre ad eos ab orientalibus regionibus uenerat, uocatus est Cadmus idest Orientalis homo. & hic fuit, qui postea easdem litteras ex Phęnicia in Græciã dictus est attulisse. & quæniam Noe diutius in Phœnicia commoratus est, & ad eius arbitrium omnia constituta sunt ideo dictus est Agenor Rex Phœniciæ. Goropius in Hieroglyph. lib. 1. folio 9. & 20. in u. Cadmus 9.

20 sub Noe in arca fuisse omnia obediẽtia. V. Aeolus 8.

21 Noe, qui in prima lingua dictus est Noacht sig. hominem, qui necessitatis curam, & rationem habeat. Noe enim signat necessitatem, & acht. curam, & rationem. Hebræi enim proferunt Noach cum littera Chet finali, licet latine dicatur Noe. tau enim in prima lingua sicut facile admit-

ſo admittitur ſigificationis cauſa ita, & facile cauſa pronunciationis adimitur. Noach. ergo dictus eſt, quod ad ipſum præter cæteros attineret curam neceſsitatis ſalutis publicæ habere cum ſciret in diluuio ſibi a Deo annunciatũ homines omnes eſſe perituros. ne ſcilicet ipſe cũ familia inter ceteros periret, quam admonitionem toties audiebat, quoties nomine ſuo vocabatur. Garopius in Indoſcythicis f. 549.

22 Noe ſign. præpoſitos bonos, qui regunt, & gubernant Eccleſiam eo modo, quo Noe in diluuio gubernauit arcam, & Daniel ſign. viros ſãctos continentes, & Iob ſign. viros coniugatos iuſtos, & bene uiuentes. & hi tres viri quos Deus eſt liberaturus de magna tribulatione, vt eſt apud Ezechielem 14. ſig. tria hominum genera, præpoſitos, continentes, & coniugatos. D. Auguſt. lib. de urbis, excidio. & Petrus Bongus. cap. de ternario. f. 84.

1 NOEMI aduerſans Ruth uolenti ſibi adhęrere, vt eſt Ruth. 1. ſign. Iudęos impedientes Gentiles ne venirent ad fidem. Lauret. in verbo aduerſari.

2 NOLENTES, vt ſibi alii appropinqnent, vt eſt Iſai. 65. ſign. Hæreticos, & Hipocritas. D. Hieron. in Iſai. 65

1 Nomen nouum quo vocandus erat Chriſtus D. N. I. iuxta illud Iſai. 62. ſign. ꝟ Ieſv nomẽ triliterum, qui continet in ſe duas literas quadriliteri, Iod, et vau Iod, quæ ſign. patrem, & Vau ſign. vitam arborem vitæ, & panem vitæ, & ſign. filium. duę vero he in nomine quadrilitero ſign. ſpiritum ſanctum, in prima ſignifi. quemadmodum ſpiritus ſanctus eſt nexus patris, & filij, & ſecunda he ſign. quemadmodum Spiritus ſanctus eſt medium, & opifex quo pater, & filius, ſe nobis communicãt, & hæ duæ he mutatæ ſunt in literam ſim in nomine Ieſu, quæ ſign. ſcbat id eſt requiem, quod ſig. Ieſum ueniſſe ad dandam requiem animabus noſtris F. G. P. 219. T. 3.

2 Nomen Ieſu demonſtratum fuit a Iacob quando dixit ipſe erit expectatio gentium. in Gen. 49. Verba enim hebræa ita dicunt Iabo, Siloh, velo, ex quibus primæ literæ ſumptę per regulam Cabbalæ faciunt Ieſu. prima enim littera Sabo eſt Iod. prima Siloth, eſt Sim, & prima velo eſt Vau, quę ſimul iunctæ efficiunt nomẽ ipſius meſsi de quo loquebatur Iacob. Hoc modo quoque elicitur ex pſal. 71. & benedicẽtur in ipſo. Hebraicæ enim dicitur Samim Semo vaitbarcu. nam prima Ianin litera eſt Iod, prima Semo eſt Sim, & prima Vaitbarcu, eſt Vau, quæ faciunt Ieſu, & in Pſal. 95. vbi loquitur de meſsia, quando dicit exultabunt campi, & omnia. Hebr. enim Iahaloz, Sadai, Vecol. prima Sadai eſt Sim, & prima Vecol eſt Vau, quæ iunctæ faciunt Ieſu F. G. P. 221. t. 3

3 Nomen duodecim literarum, quæ ſunt Aleph. bet. bet, nun. Vau. res, vau, he, he, cops, dalet. ſcim, quæ ſonant ab, Len, Veruah, Haccados, vel baccodes, quæ interpretantur pater filius, & Spiritus Sanctus, vel ſanctitatis dici unum nomen cum ſint tria. ſign. tres perſonas diuinas unum eſſe ſecundum naturam, id eſt vnũ Deum. Galatinus lib. 2. cap. 11. tu lege Fratrẽ Fauſtinum Taſſum in Sermone ſexto, ad hebræos.

4 Nomen, quod raginta duarum litterarum, quę ſunt aleph, bet, Aleph. Lamed bet, Nun, Aleph Lamed, res Vau, he he Coph, Dalet Scim Aleph, lamed, aleph bet lamed, lamed aleph ſcim lamed ſcim he, aleph lamed he Iod, mẽ, Caph Iod aleph mem, aleph lamed vau he aleph het dalet, quæ interpretantur. Pater Deus, Filius Deus, Spiritus ſanctus Deus, veruntamen nõ ſunt tres dij ſed vnus Deus. ſign. tres perſonas vnum Deum eſſe, & Trinitatem in unitate, & vnitatem in trinitate conſiſtere, & ſicut nomẽ 12. literarum extrahitur à nomine tetragrammo, ita hoc nomen 42. litterarum extrahitur a nomine 12. literarum. Galatinus lib. 2. cap. 12. vide Fratrem Fauſtinum, vt ſupra.

5 Nomen Adonai, quod eſt plurale, & interpretatur Domini mei ſigni. diuinas perſonas patrem filium, & Spiritum Sanctum, ſed ne uiderentur tres Dei, ſed unus tantum intelligeretur, cautum ne cum plurali uerbo, uel adiectiuo, ſed tantum ſingulari iungeretur cum pro Deo intelligendum eſſet, ſicuti, & de Elohim dictum eſt. Galatinus lib. 2. cap. 13. Frater Fauſtinus, ut ſup.

6 Nominis immutatio. ſign. aliquam operationẽ nominibus ineſſe, Abrahæ enim additum fuit he elemẽtum, quod Deus detraxit nomini Saræ, idq; factum fuit, ut numeri nominis Abrahæ aſcenderent ad numerum 248. ut plene obſeruare poſſet 248. præcepta legis affirmatiua, illam uero litteram he retractam fuiſſe Saræ, quæ ſign. partem animalem, ſignif. animali parti detractum eſſe, ut eius uis repugnans ſpiritui quem ſign. Abraham imminueretur, & ita fieret pars animalis obediens parti ſpirituali, & hoc quoque ſign. quod poſt nominis Abrahæ augmentum, & Saræ imminutionem Sara ſemper uocauit Abraham Dominu ſuũ. F. G. P. 428. t. 6.

7 Nomen Dei quod ſcribitur per aleph be Iod he id eſt Ehic, & interpretatur, fui ſum, ero ſig. omnimodam, & ſempiternam Dei ſtabilitatem. Quod hoc nomen complectitur differentias trium temporum uerbi ſubſtantiui indicatiui modi, nam he, & Iod, quæ ſunt ſecunda, & tertia litera huius nomini, ſig. primam perſonam, quæ eſt tertia apud Hebreos in tempore præterito uerbi ſubſtantiui, quæ eſt he, ad, Iod, tau Iod, id eſt Gaithi, quæ interpretatur fui. quarta litera huius nominis, quæ eſt, hi, ſig. primam perſonam præſentis temporis, quæ conſtat ex he uau he, id eſt houe, quæ interpretatur ſum. aleph uero, quæ eſt prima huius nominis ſolet apponi ad indicandam primam pſonam futuri temporis cuiuſcunque uerbi. ſig. primam futuri ipſius uerbi ſubſtantiui, quæ apud nos interpretatur ero. Galatinus lib. 2. c. 14. Frater Fauſtinus Taſſus in Sermone ſexto

ad

ad Hebræos.

8 Nomen dei quod scriptur per Aleph, Gimel, Lamed, Aleph, idest agla, sig. tu potens in æter num dominus; nam aleph primum, sign. atha, idest tu, Gimel, sign. Ghibor, idest potens. Lamed, sign. leholam, idest in æternum, aleph, secundum, sign. Adonai, id est dominus, Galat. lib. 2. cap. 15. F[illegible] Faustinus ut supra.

9 Nomen dei quod [illegible]bitur per scin dalet Iod, idest Sadai. sign. ipsius Dei sufficientia[illegible] dai, enim interpretatur sufficit, [illegible] aster idest, qui ex quo potest, quod Sadai, interpretatur, qui [illegible]ficit, vel qui su[illegible] ens est uel qu suf ficient[illegible] est, quod soli competit Deo. Galat. lib. 2. [illegible]p. 16. & Frater F[illegible]t. ut sup.

10 Nomina decis septuaginta duo deducta ex tribus [illegible] uersic[illegible] cap. 14. qui incipiunt, & mouit [illegible] qui tres ve. siculi habent singuli 72. [illegible] nominatione dicuntur dec es septuaginta duo nomina, Dei trisillaba per decem modos [illegible] inuentos, primus modus accipit literam primã primi versus, quæ e[illegible] vau, & ultim[illegible] secundi versus, quæ est he, & prima tertij versus, quæ est [illegible]au, & fit uau he [illegible]au, et [illegible] pri[illegible] men primi modi. Secundum [illegible] ita dicitur, cape secundam [illegible] primi v[illegible]sus, quæ est Iod, cape pe[illegible]nam[illegible]ndi [illegible]us, quæ est Lamed, & sec [illegible] iam ter[illegible] us, quæ est Iod, & ita ex Iod, Lamed, & Iod, fit secundum nomen primi modi. & de reliquis satis, hæc nomina p[illegible] tres sillabas, sig. tres diuinas per sonas. Gal. lib. 2. cap. 17. V. Deus 349.

11 Nomen patris, quod hab[illegible] scriptum in fron tibus milites Christi apud [illegible]oannem. Apoc. 14. sign. Caracterem impressum cuique in Baptismo. F.G. p. 146. to. 4.

12 Nomine tetragrammo nullam rem unquam nominatam fuisse nisi Deum, & Messiam, sig. Messiam rerum Deum esse. Galatinus lib. 3. cap. 7.

13 Nomen Mesiæ exponi per 12. literas sic[illegible] & te tragrammaton, sign. [illegible] de Messia, quo & de Deo, lit[illegible] 12. qui[illegible] exponitur nomen Messiæ sunt Gimel uau, phe, [illegible]t Cuph, quod interpretatur corpus, nun. scin Samec he, idest necessaria, quod interpretatur anima, nau ab mun aleph Lamed, ide[illegible] uben el. Q[illegible]od interpretatur filius Dei, quæ omnes literæ sunt 12. & dicũtur corpus anim[illegible] & filius Dei: similiter nomen Messiæ expo[illegible] in per literas 42. sicuti est nomen tetragrammaton, significat. eodem modo dici de Messia, quo & de Deo, ut supra dictum de 12. literæ autem sunt Caph. aleph Scim r[illegible], he nun phe, Scim tre mẽ Scim Caph, Lamed, [illegible]eth, vau he bet Scim res aleph, Daleth, mem al[illegible], h[illegible] Dalet, Caph, Coph, he aleph, lamed, he aleph, Dalet, mẽ, mem Scim, Iod, he aleph, he Dalet Quę omnes explicant, hęc verba latine [illegible]cut anima ratio[illegible]s, & caro homo unus[illegible] Deus, & homo Me[illegible]as vnus. Galatinus libro 3. capitulo 9.

14 Nomina Messiæ de quibus Esaias. cap. 9. sic ait, infans natus est nobis, filius datus est nobis, & erit principatus super humerum eius, & uocabitur nomẽ eius admirabilis, cõsiliarius, Deus, fortis, pater sempiternus princeps pax, ad multiplicandum principatum, & pacis non erit finis, quæ nomina quoniam peruertuntur ab Hebræis libet apponere expositionem Rabbini Haceados quem ipsi Hebræi uocant magistrum nostrum Sanctum s[illegible]pra Igitur nomina secundum illum m[illegible]gistrum, significat. Quia, Messias [illegible]rus est [illegible], & homo vocatum, est nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobis[illegible]m. Deus, in corpore scilicet, & car ne nostra, quem admodum, Iob testatur cap. 19. & ex carne mea uidebo Deum, Itẽ quia deus est mirabilis, consiliarius dicitur, excogitauit enim mirabile consi[illegible]um saluandi omnes animas, quæ propter Adæ peccatum conde mnatæ sunt, nec possunt ullo pacto saluari nisi Rex Messias mortem acerbissimam multaque [illegible]rmenta subeat, Idcirco dictus est Gheuer idest uis, & quia sua est omnis fortitudo deus fortis vocatur. Item quia ipse est æternus pa ter sempiternus dicitur [illegible] Item quia in diebus eius pax multiplicat[illegible] princeps ac pax appellatur, Item quia ipse festinabit, ut auferat animarum spolia, quæ in Inferno torquentur, vocatur expeditus, spoliator festinus prædator, [illegible] autem eos saluabit, & ad paradisum adducet vocatur Iesus, quod idem est quod Saluator. Hæc ille. Galatinus lib. 3. cap. 17.

15 Nomina in diuinis masculina, sign. actum efficiẽtem. Ficinus in Cratilo. Platonis.

16 Nomina in diuinis fæminina, sign. potentiam ca pientem. Ficinus ut supra.

17 Nomina in diuinis statum significantia, sig. diuinorum substantiam. Ficinus ut sup.

18 Nomina in diuinis motũ significantia, sig. actionem improprie intellectualem propriẽ uerõ animalem. Ficinus in Cratilo. Platonis.

19 Nomen nouum de quo Esaias cap. 61. ita loquitur, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Dei nominabit sign. Sanctissimum nomen Iesu, quo nullus vnquam in sacris literis nominatus fuit; nam Iesus Naue, Iesus Syrach, & Iesus Iehosua, quo nullum differt apud Hebręos, Iehosua enim interpretatur deus saluabit, & Iesua interpretatur Saluator, quod sig. homines omnes indigere ut deus, qui esset saluator illos saluos faceret. Iesua autẽ, qui fuit Saluator nõ indigebat alio saluatore, sed illo omnes alij opus habebant, quod & esset deus, qui saluare posset, & homo, qui moriendo diuinæ Iustitię satis valeret facere.
Galat. lib. 3. caP. 18.

20 Nomen aliud quo Deus vocauit suos, ut est Isai. 65. significat. nomen Christianorum a Christo D. Glossa inter in Isa. 65.

21 Numen Dei, ut est illud Samuelis. Nam nõ deseceret Dominus populum suum propter nomen suum magnum, quoniam placuit Dño, ut vos sibi faciat in populum, sign. Christum D.

L esse

ſoadmittitur ſigificationis cauſa ita,& facile cau ſa pronunciationis adimitur. Noach. ergo dictus eſt, quod ad ipſum præter cæteros attineret curam neceſsitatis ſalutis publicæ habere cum ſciret in diluuio ſibi a Deo annunciatũ homines omnes eſſe perituros.ne ſcilicet ipſe cũ famılıa inter cęteros periret, quam admonitionem toties audiebat, quoties oomine ſuo vocabatur. Garopius iu Indoſcythicis f. 549.

22 Noe ſign.præpoſitos bonos,qui regunt, & gubernant Eccleſiam eo modo, quo Noe in diluuio gubernauit aream, & Daniel ſign.viros ſãctos continentes,& Iob ſign.viros coniugatos iuſtos, & bene uiuentes. & hi tres viri quos Deus eſt liberaturus de magna tribulatione, vt eſt apud Ezechielem 14.ſig. tria hominum genera, præpoſitos, continentes, & coniugatos. D.Auguſt.lib.de urbis,excidio.& Petrus Bongus.cap.de ternario.f.84.

1 NOEMI aduerſans Ruth uolenti ſibi adhęrere, vt eſt Ruth. 1. ſign. Iudęos impedientes Gentiles ne venirent ad fidem. Lauret. in verbo aduerſari.

2 NOLENTES, vt ſibi alii appropinqnent, vt eſt Iſai.65.ſign.Hæreticos,& Hipocritas. D.Hieron.in Iſai.65

1 Nomen nouum quo vocandus erat Chriſtus D.N.I. iuxta illud Iſai.62.ſign. *** Ieſv nomẽ triliterum, qui continet in ſe duas literas quadriliteri, Iod, et vau Iod, quæ ſign. patrem, & Vau ſign. vitam arborem vitæ, & panem vitæ, & ſign.filium.duę vero he in nomine quadrilitero ſign.ſpiritum ſanctum, in prima ſignifi. quemadmodum ſpiritus ſanctus eſt nexus patris,& filij,& ſecunda he ſign.quemadmodum Spiritus ſanctus eſt medium, & opiſex quo pater, & filius, ſe nobis communicát,& hæ duæ he mutatæ ſunt in literam ſim in nomine Ieſu, quæ ſign.ſebat id eſt requiem, quod ſig. Ieſum uenisse ad dandam requiem animabus noſtris F.G.P.229.T.3.

2 Nomen Ieſu demonſtratum fuit a Iacob quando dixit ipſe erit expectatio gentium. in Gen. 49. Verba enim hebræa ita dicunt Iabo, Siloh, velo, ex quibus primæ literæ ſumptę per regulam Cabbalæ faciunt Ieſu. prima enim litera Sabo eſt Iod. prima Siloh, eſt Sim, & prima velo eſt Vau, quę ſimul iunctæ efficiunt nomẽ ipſius meſsi de quo loquebatur Iacob. Hoc modo quoque elicitur ex pſal. 71.& benedicẽtur in ipſo. Hebraicæ enim dicitur Samim Semo vaiibarcu. nam prima Ianin litera eſt Iod, prima Semo eſt Sim, & prima Vaıbarcu, eſt Vau, quæ faciunt Ieſu,& in Pſal.95.vbi loquitur de meſsia, quando dicit exultabunt campi, & omnia. Hebr. enim Iahaloz, Sadai, Vecol. prima Sadai eſt Sim,& prima Vecol eſt Vau, quæ iunctæ faciunt Ieſu F.G.P.221.t.3

3 Nomen duodecim literarum, quæ ſunt Aleph. bet.bet, nun. Vau.res, vau, he, he, cops, dalet. ſcim, quæ ſonant ab, Len, Veruah, Haccados, vel baccodes, quæ interpretantur pater filius, & Spiritus Sanctus, vel ſanctitatis dici unum nomen cum ſint tria. ſign.tres perſonas diuinas unitam eſſe ſecundom naturam, idest vnũ Deum. Galatinus lib. 2.cap. 11. tu lege Fratrẽ Fauſtinum Taſſum in Sermone ſexto, ad hebræos.

4 Nomen, quod raginta duarum litterarum, quę ſunt aleph, bet, Aleph. Lamed bet, Nun, Aleph Lamed, res Vau, be he Coph, Dalet Scim Aleph, lamed, aleph bet lamed, lamed aleph ſcim lamed ſcim he, aleph lamed he Iod, mẽ, Caph Iod aleph mem, aleph lamed vau he aleph het dalet, quæ interpretantur. Pater Deus, Filius Deus, Spiritus ſanctus Deus, veruntamen nõ ſunt tres dij ſed vnus Deus.ſign. tres perſonas vnum Deum eſſe,& Trinitatem in unitate, & vnitatem in trinitate conſiſtere, & ſicut nomẽ 12.literarum extrahitur à nomine tetragrammo, ita hoc nomen 42. litterarum extrahitur a nomine 12.literarum. Galatinus lib. 2.cap. 12.vide Fratrem Fauſtinum, vt ſupra.

5 Nomen Adonai, quod eſt plurale, & interpretatur Domini mei ſigni. diuinas perſonas patrem filium,& Spiritum Sanctum, ſed ne uiderentur tres Dei, ſed unus tantum intelligeretur, cautum ne cum plurali uerbo, uel adiectiuo, ſed tantum ſingulari iungeretur cum pro Deo intelligendum eſſet, ſicuti, & de Elohim dictum eſt. Galatinus lib. 2.cap. 13. Frater Fauſtinus, ut ſup.

6 Nominis immutatio.ſign.aliquam operationẽ nominibus ineſſe, Abrahæ enim additum fuit he elemẽtum, quod Deus detraxit nomini Saræ, idq; factum fuit, ut numeri nominis Abrahæ aſcenderent ad numerum 248. ut plene obſeruare poſſet 248.præcepta legis affirmatiua, illam uero litteram he retractam fuiſſe Saræ, quæ ſign.partem animalem, ſignif.animali parti detractum eſſe, ut eius uis repugnans ſpiritui quem ſign. Abrabam imminueretur, & ita fieret pars animalis obediens parti ſpirituali,& hoc quoque ſign. quod poſt nominis Abrahæ augmentum, & Saræ imminutionem Sara ſemper uocauit Abraham Dominu ſuũ. F.G.P.428.t.6.

7 Nomen Dei quod ſcribitur per aleph be Iod he ideſt Ehie,& interpretatur, fui ſum, ero ſig. omnimodam, & ſempiternam Dei ſtabilitatem. Quod hoc nomen complectitur differentias trium temporum uerbi ſubſtantiui indicatiui modi, nam he,& Iod, quæ ſunt ſecunda, & tertia litera huius nomini, ſig. primam perſonam, quæ eſt tertia apud Hebreos in tempore præterito uerbi ſubſtantiui, quæ eſt he, ad, Iod, tau Iod, ideſt Gaithi, quæ interpretatur fui. quarta litera huius nominis, quæ eſt, hi, ſig. primam perſonam præſentis temporis, quæ conſtat ex he uau he, ideſt houe, quæ interpretatur ſum. aleph uero, quæ eſt prima huius nominis ſolet apponi ad indicandam primam perſonam futuri temporis cuiuſcunque uerbi. ſig. primam futuri ipſius uerbi ſubſtantiui, quæ apud nos interpretatur ero. Galatinus lib. 2.c. 14. Frater Fauſtinus Taſſus in Sermone ſexto

ad

ad Hebræos.

8 Nomen dei quod scriptur per Aleph, Gimel, Lamed, Aleph, ideſt agla, ſig. tu potens in æternum dominus: nam aleph primum, ſign. atha, ideſt tu, Gimel, ſign. Ghibor, ideſt potens. Lamed, ſign. icholam, ideſt in æternum, aleph, ſecundum, ſign. Adonai, id eſt dominus, Galat. lib. 2. cap. 15. Frater Fauſtinus ut ſupra.

9 Nomen dei quod [illegible]ibitur per ſcin dalet Iod, ideſt Sadai. ſign. ipſius Dei ſufficientiam dai, enim interpretatur ſufficit, &ſcin, ſig. aſſer ideſt, qui ex quo potet, unde Sadai, interpretatur, qui ſufficit, vel qui ſufficiens eſt uel qui ſufficientia eſt quod ſoli competit Deo. Galat. lib. [illegible] cap. 16. & Frater Fauſt. ut ſup.

10 Nomina decis ſeptuaginta duo deducta ex tribus [illegible] is verſiculis E[illegible] di cap. 14. qui incipiunt, & mouit ſe Angelus, qui [illegible] es v[illegible]. ſiculi habent ſinguli 72. literas quarum combinatione eliciuntur dec[illegible] es ſeptuaginta duo nomina, Dei triſillaba per decem modos a cabaliſtis inuentos, primus modus accipit literam primã primi verſus, quæ eſt [illegible], & ultima ſecundi verſus, quæ eſt he, & prima tertij verſus, quæ eſt vau, & fit uau he [illegible], et eſt primum nomen primi modi. Secundum nomen primi modi ita eheitur, cape ſecundam literam primi verſus, quæ eſt Iod, cape pe[illegible]lt nam ſecundi verſus, quæ eſt Lamed, & ſec[illegible] lam tertij uerſus, quæ eſt Iod, & ita ex Iod, Lamed, & Iod, fit ſecundum nomen primi modi. & de reliquis ſatis, hæc nomina p[illegible] tres [illegible] ſig. tres diuinas perſonas. Gal. lib. 2. cap. 1[illegible]. V. Deus 349.

11 Nomen patris, quod habebant ſcriptum in frontibus milites Chriſti apud D. Ioannem. Apoc. 14. ſign. Caracterem impreſſum cuique in Baptiſmo. F. G. p. 146. to. 4.

12 Nomine tetragrammo nullam rem unquam nominatam fuiſſe niſi Deum, & Meſsiam, ſig. Meſsiam rerum Deum eſſe. Galatinus lib. 3. cap. 7.

13 Nomen Meſiæ exponi per 12. literas ſicuti, & tetragrammaton, ſign. eodem modo de Meſſia, quo & de Deo, literæ 12. quibus exponitur nomen Meſsiæ ſunt Gimel uau, phe ideſt Cuph, quod interpretatur corpus, nun. ſcim Samec he, ideſt neceſſaina, quod interpretatur anima, uau ab muu aleph Lamed, ideſt uben el. Quod interpretatur filius Dei, quæ omnes literæ ſunt 12. & dicũtur corpus anima, & filius Dei: ſimiliter nomen Meſsiæ expoſitum per literas 42. ſicuti eſt nomen tetragrammaton, ſignific. eodem modo de Meſſia, quo & de Deo, ut ſupra dictum de 42. literæ autem ſunt Caph. aleph Scim [illegible] he [illegible] un phe, Scim tre mẽ Scim Caph, Lamed, [illegible], vau he bet Se m res aleph, Daleth, mem [illegible], he Dalet, Caph, Coph, he aleph, lamed, hæ aleph, Dalet, mẽ, mem Scim, Iod, he aleph, he Dalet. Quę omnes explicant, hęc verba latine ſicut anima rationalis, & caro homo unus, ita Deus, & homo Meſsias vnus. Galatinus libro 3. capitulo 9.

14 Nomina Meſsiæ de quibus Eſaias. cap. 9. ſic aſt, infans natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & erit principatus ſuper humerum eius, & uocabitur nomẽ eius admirabilis, cõſiliarius, Deus, fortis, pater ſempiternus princeps pax, ad multiplicandum principatum, & pacis non erit finis, quæ nomina quoniam peruertunt ab Hebræis libet apponere expoſitionem Rabbini Haccados quem ipſi Hebræi uocant magiſtrum noſtrum Sanctum ſupra igitur nomina ſecundum illum magiſtrum, ſignific. Quia, Meſsias futurus eſt Deus, & homo vocatum, eſt nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus, in corpore ſcilicet, & carne noſtra, quem admodum, Iob teſtatur cap. 19. & ex carne mea uidebo Deum, Itẽ quia deus eſt mirabilis, conſiliarius dicitur, excogitauit enim mirabile conſilium ſaluandi omnes animas, quæ propter Adæ peccatum condemnatæ ſunt, nec poſſunt vllo pacto ſaluari niſi Rex Meſsias mortem acerbiſsimam multaque tormenta ſubeat, Idcirco dictus eſt Gheuer ideſt uis, & quia ſua eſt omnis fortitudo deus fortis vocatur. Item quia ipſe eſt æternus pater ſempiternus dicitur. Item quia in diebus eius pax multiplicatur princeps ac pax appellatur, Item quia ipſe feſtinabit, ut auferat animarum ſpolia, quæ in Inferno torquentur, vocatur expeditus, ſpoliator feſtinus prædator, quia autem eos ſaluabit, & ad paradiſum adducet vocatur Ieſus, quod idem eſt quod Saluator. Hæc ille. Galatinus lib. 3. cap. 17.

15 Nomina in diuinis maſculina, ſign. actum efficiẽtem. Ficinus in Cratilo. Platonis.

16 Nomina in diuinis fæminina, ſign. potentiam capientem. Ficinus ut ſupra.

17 Nomina in diuinis ſtatum ſignificantia, ſig. diuinorum ſubſtantiam. Ficinus ut ſup.

18 Nomina in diuinis motũ ſignificantia, ſig. actionem impropríe intellectualem propriẽ uerò animalem. Ficinus in Cratilo. Platonis.

19 Nomen nouum de quo Eſaias cap. 61. ita loquitur, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Dei nominabit ſign. Sanctiſsimum nomen Ieſu, quo nullus vnquam in ſacris literis nominatus fuit; nam Ieſus Naue, Ieſus Syrach, & Ieſus Iehoſua, quo nullum differt apud Hebręos, Iehoſua enim interpretatur deus ſaluabit, & Ieſua interpretatur Saluator, quod ſig. homines omnes indigere ut deus, qui eſſet ſaluator illos ſaluos faceret. Ieſua autẽ, qui fuit Saluator nõ indigebat alio ſaluatore, ſed illo omnes alij opus habebant, quod & eſſet deus, qui ſaluare poſſet, & homo, qui moriendo diuinæ Iuſtitię ſatis valeret facere.
Galat. lib. 3. caP. 18.

20 Nomen aliud quo Deus vocabit ſuos, ut eſt Iſai. 65. ſignific. nomen Chriſtianorum a Chriſto D. Gloſſa inter in Iſa. 65.

21 Nomen Dei, ut eſt illud Samuelis. Nam nõ deſereret Dominus populum ſuum propter nomen ſuum magnum, quoniam placuit Dño, ut vos ſibi faciat in populum, ſign. Chriſtum D.

L eſſe

esse nomen patris, & illud psal. benedictio Domini super uos, benediximus vobis in nomine Domini, signific. eundem Christum Dominū quod quemadmodum nomen vnumquemq; manifestat, qui non uidetur, sic Christus D. apparens cognosci fecit patrem in semetipso qui inuisibilem. Goropius in lib. . Hermath. f. 12. & 13 & Nomen Dei, sig opera soli Deo conuenientia, quæque ab alio, quam a Deo fieri nequeunt, quoniam per ea Deus sic declaratur, uti homo quiuis per suum nomen. Goro. ut supra.

22 Nomen nouum quod os domini declarabit, vt est Isa. 62. signific. nomen non nuper inuentū sed nuper dispersum. Gouschelius lib. 3. Elocut. Sacr. Scrip.

23 Nomen nouum scriptum il calculo candido, q nemo scit nisi qui accipit, ut est in Apocal. p. signifi. nomen Christiani, quod nomen nemo nouit vere, nisi qui uicerit concupiscentias mūdi, & occultum prostrauerit aduersarium, hoc est nomen illud de quo Esaias 65. inquit, & vocabit seruos suos nomine alieno, in quo qui benedicendus est super terram, benedicetur in domino amen, & cætera sequentia. Ioach. Apocalip. f. 73.

24 Nomen sanctissimum Iesus de quo Habacuc, cap. 3. ita inquit, Ego autem in Deo gaudebo, exultabo in Deo Iesu meo, & Ezras lib. 3. cap. 3. sic ait, reuelabit filius meus Iesus cum ijs, qui cum eo lætabūtur, & Rabbenus Haccados, qui fuit ante Rabbinum Nehumiam ben Haccana qui Hehumias antecessit saluatoris nostri aduentum per annos quinquaginta, a quo aduentu D. N. Messiæ ipse prophetauit se abesse tantum per annos quinquaginta, de qua re scripsit ad Haccanna filium suum, quem messiam visurum putabat. Haccados ita de Iesu D. N. scriptum reliquit in libro Gale Razeia, quem ad Antoninum consulē scripsit. quia Messias homines saluabit vocabitur Iesuah. Gētes aūt alterius nationis, q fidē eius sectabunt vocabūt eum Iesum, & propterea inuenies hoc nomen Iesus designatum in textu Genes. quadragesimo nono, recedet sceptrum de Iuda, in primis literis horum verborum, quæ sunt hebraice Iauo filo velo, si enim acceperis primas literas harum dictionum Iesu eędem literæ conficient, Hec omnia ille Haccados, & sibilla [illegible], in quibusdam verbibus quorum primæ literæ nomen Messiæ expressit hoc modo latine reddītis verbis: Iesus Christus filius Dei Saluator Crux, quæ res, sig. salutem humani generis per Crucem fieri debuisse. Galatinus lib. 3. capitu lo 18.

25 In Nomine Sanctissimo Iesu sunt duæ literæ tetragrammi, Iod scilicet, & vau, quæ signific. in Christo D. esse totam diuinitatem. Iod quæ, sig. numerum denarium vltimum simplicium numerorum: vlterius enim in simplicibus pro gredi non possumus, sic deus est vltimus noster finis, & cui debentur decimæ, Vau. uero sig. Christum Dominum esse uitæ authorem, omnes beatificantem, in uita æterna, quam sē [illegible] quietem, sign. Scim in nomine Iesu, quę constituit si inuertatur duas he, quæ sunt in tetragrammo & ipsi Scim, quod sit prima sabbat dictionis, sign. Christum D. fuisse daturum hominibus verum Sabbatismum, ex quo patet in nomine Iesu esse tetragrammum & idem esse quod diuinitatem ostendat. Archang. Burgon. in 7. conclusion. cabal.

26 Nomina blasphemiæ, quæ erant scripta super capita bestiæ ascēdentis de mare, signific. omnia, quæ sunt contraria Christiano nomini quicquid enim fit aut dicitur ad iniuriam creatoris blasphemia est. Ioachin. Apoc. f. 164.

27 Nomina Dei decem, quæ dicuntur decem sephiroth. He heie. [illegible]h, tetragramaton prolatum Elohim, [illegible], El, [illegible], tetragrammaton, Zeuaoth, Elohim, Zeuaoth, Sadai, Adonai. quæ singula habent varia cog[illegible] ēta. de quibus tu lege suo loco.

Archangelus Burgono. in Apologia in Petrū Garzam.

28 Nomen Dei vocari penè a cunctis gentibus per quatuor litteras, sign. Deum per quatuor gradus cuncta disponere, per essentiam, per esse, per uirtutem, & per actionem, quam rem Lacedemonij, signific. per illum suum Iouem habē tem quatuor aures, & apud Orpheum neptunum impellens quadrifores currus, sign. idem, & furores quatuor [illegible] tes, a musis a [illegible] sio, ab Apolline, et a Venere, sign. idem, & quatuor animalia visa ab Ezechiele, & quatuor Cherubim, in quatuor rotis, & quatuor animalia, quę vidit Daniel de mari ascendentia, & ventos quatuor pugnantes, & quatuor animalia plena oculis, quæ vidit Diuus Ioannes, & quatuor Angeli quibus datum est nocere terræ & mari stantes super quatuor angulos terræ tenentes ventos quatuor, quæ omnia nomini Dei quadrilittero conueniunt.

Archangelus Burgonouensis in 6. Conclusio. cabalistica.

29 Hoc est Nomen meum, in textu Hebræo illud hoc dicitur hu per aleph vau, & he quæ sunt tres litera, & vna syllaba, sig. patrem filium, & Spiritum sanctum esse nomen Dei; nam Aleph. sign. patrem, vau sign. filius, & He, sig. Spiritum [illegible] tres literę sed vna syllaba, & uoa pro nūciatur [illegible] sig. [illegible] personas sed unū Deū aleph sig. patrem [illegible] tem. vau sign. filium [illegible], & He, sig. Spiritum sanctum vnientem naturam diuinam cum humana. F. G. 31. to. 3. & Archangelus Burgonouensis in 30. conclusione Cabalist. P. ct. Vide Iehoua 11.

30 Nomen tetragrammum apud Hebræos iheoha cum quatuor literis scribitur Iod, he vau, he, quæ tres literæ singulæ continent numerum circularem, vnde illæ tres literę complectuntur omnes numeros, qui circulares dicuntur, sign. omnia a Deo cuius Iheoha est nomen produci, & tandem ueluti circulo facto ad ipsum ipsum

sum vnde producta fuerant reuerti.] Fran. Geor. Armon. Cantic. 1. Tono. 3. capit. 116. & fo. 54. & Archangelus Burgon. in 3. dogm. caba. & in conclusi. 7. cabalistica.

31 Nominis tetragrammi diuisio in 12. nomina quarum singula applicantur singulis 12. signorum Zodiaci, quas diuini nominis reuolutiones Hebrei vocant hauaia, signi. igneum orbem accipere a Deo uirtutes, quas singulas in duodecimo distribuat, prout quodque signum Zodiaci habet vim particularem influẽdi. Franciscus Georgius in Armon. Cantic. 1. Tono. 4. cap. 1.

1 NORANDINVS qui se pro coniuge in eundem carcerem intrusit, ut Lucinam vxorem liberaret, signifi. vim veri amoris, ut amatum liberet, uel mortem appetere. Ariosti cantu. 17. Clemens Valuasorus.

2 Norádinum instituisse Hastiludium publicum pro lętitia Lucinæ liberatæ, sig. festa similia in populis sæpe habuisse originem lętam. Ariosti cantu. 17. Clemens Valuas.

3 Norandinus conseruans a Griphone Seluciæ principem, sign. Reges debere semper conseruare virtutem virorum fortium. Ariosti cantu 17. clem. valuas.

4 Norandinus qui propter arma Martani, quibus fuerat indutus Griphon, male tractat Griphonem, signifi. principem, qui leui quadam, & minima quaque coniectura facit sententiam, exequi suam. Ariosti cantu. 17. Clemens Valuas.

5 Norandinus qui cognita immerito iniuria facta a se Griphoni cupit ei in omnibus satisfacere, signific. principes debere restituere omnia, quæ iniuste subditis suis eripuerint. Ariosti cantu 14. Clem. val.

6 Norandinus, qui liberaliter concedens Marphisæ arma, eadem consequitur, quæ alio modo nunquam habuisset, signifi. sæpius liberalitate acquiri id, quod aliomodo haberi non liceret. Ariosti cantu. 18. Clemens Valuasor.

1 NOTARICON siue notariacon est pars Cabalæ, in qua ponitur littera vna pro tota dictione, quę littera sit uel in primo, uel medi, o uel extremo dictionis loco, quod patet ex 65. Isaiæ vbi dicitur, & benedicentur in Deo Amen, quæ dictio Amen. apud Hebręos habet tres literas. a. m. n. a signifi. adonai m. signific. melech. n. signifi. nomen, quæ tres dictiones, signific. dominum regem fidelem Farra folio. 162.

1 NOVACVLA incidens lapidem cum titulo. superstitio religioni proxima, sign. Dęmonis eam esse artem, ut impostura, & fallis commentis homines eludat atque decipiat. alludit ad Augures Nauis tempore Tarquinij prisci. de quo Liuius. Claudius Paradinus libro de Symbol. Heroi. fol. 191.

2 in Nouaculæ acie, siue cuspide prouerb. signifi. in discrimine summorum. Adagiũ in acie nouaculæ.

3 Nouacula ascendens super caput, ut est 1. Reg. 1. significat prælatos, aut milites rapientes temporalia. D. Greg. 1. Reg. 1.

4 Nouacula cõducta, ut est Isaiæ capitulo septimo signifi. Assyrios quos dominus erat adducturus super populum Iuda peccatorem in vltionem suam, qui Assyrij etiam uocantur columba. Diuus Hieronymus in Isaiam capitulo 7.

1 NOVVM quod facit deus Iuxta illud Ierem. 31. sign. Deum in aduentu Christi D. N. factu rum fuisse nouum hominem e cœlo cęlestem, natum nouo modo, nouum qui omnia innouaret, nouum quia non purum hominem, sed hominem Deum uel Deum hominem. F. G. P. 40. T. 4.

2 Nouus, va, vum, v. Alius. a nm. 1.

3 Nouare nouale, ut est Hieremiæ. 4. nouaui vobis nouale. sign. populum Christianum in Ecclesia innouandum fuisse, vt mores. & vitam a vitijs in virtutem a rebus terrenis ad cœlestia conuerteret. Abbas Ioachim in Hierem. folio 11.

4 Nouare nouale, vt supra, sig. domi manere cum supellectile Gouschelius libr. 3. Elocutionum sacrar.

1 NOX cœlum & æther. apud Orpheum, significat omnia diuinitatem, nam nox, sig. patrem, cœlum sig. filium, & æther sig. Spiritum S. Farra fol. 189.

2 Nox apud Orpheum, sig. Ensoph. in Cabala. Picus in conclusione 15. de modo intelligendi himnos Orphei.

3 Nox in Sacris literis sæpe sig. præsentis vitæ tenebras, & hallucinationem, sicuti tempus matutinum, sig. tempus post hanc uitam futurum, iuxta illud: nox præcessit, dies autem appropinquat. Vale. f. 332.

4 Nox vna, in qua Eunuchi Pharaonis ambo uiderunt Somnium, sign. diem iudicij, in quo boni, & mali iudicabuntur. Lauretus in verbo vnitas in appendice numerorum.

5 Nocte tota ambulare usque ad lucem, ut est 1. Reg. 31. signifi. continuare opera bona usque ad finem uitæ. Lauret. in uerbo ambulare.

6 Nocte, ut est Isai. 15. quia nocte uastata est &c. sign. repente, illico, Gouschelius lib. 3. Elocution. Sacr. Scrip.

7 Nox ut est illud Apocal. 12. proiectus qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die, ac nocte, signfi. aduersitates sicuti dies signifi. res prosperas. libro. 6. Elocution. sacript. scrip.

8 Nox sign. tenebras, quæ erant ante elementorũ diuisionem. Cartar. f. 308.

9 Nox apud Orpheum, sig. Deum patrem, quem Hebræi uocant coronam, & unitatem, sicuti cœlum apud eundem Orpheum sig. filium, & æther apud eundem signifi. spiritum sanctum quasi naturam quandam ab nocte, & cœlo procedentem. Farra f. 103.

10 Nox in qua frustra piscatus est D. Petrus, sed mane sequente in uerbo D. N. cepit piscium

magnam copiam, & postea Dominus Noster secum sumpsit prandium. Nox sign. illam tribulationem quam habitura est Ecclesia Dei in sexto tempore. Et prandium, quod fuit mane sequente noctem, capta prius piscium multitudine, signific. gaudium, quod habitura est Ecclesia post tribulationem, sed quia Dominus Noster post prádium dixit D. Petro sequere me, signific. post illud gaudium futurum bellum illud magnum, de quo Diuus Ioannes in sexta parte Apocalips. ait cum dicit. Vidi Bestiam, & reges terræ præparatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Ioach. Apoc. fol. 121.

2 Noctis accessus, vt est Ruth. 3. sign. cessationem tenebrarum propter Christi aduentum in mũdum allata fidei luce. Lauretus in verbo abire, uel signific. transitũ huius uitæ ad lucem futuræ.

3 Noctem præcessisse, vt est Roman. 13. sign. tempus peccati ignorantiæ, & veteris hominis recessisse. Orig. in Rom. 13.

4 Nox sig. præsentem uitam, & dies signi. tempus futuræ beatitudinis, Gouschelius lib. 3. Elocu sinn. sacr. script.

5 Nocti gallum immolari, vt est apud Thegenem lib. secundo de Diis signific. noctem esse silentio addictam, & gallum esse animal silentii contrarium. Natalis Comes lib. 3. Mytholog. cap. 12.

6 Ex Nocte natos esse amorem, dolum, metum laborem, inuidentiam, fatum, senectutem, mortem, tenebras, miseriam, querelam, gratiam, fraudem, pertinaciam, parcas, Hesperidas, somnia, & cæt. signific. ex inscitia, & malitia hominum natas esse illas pestes. Nam inscitia & malitia est mentis humanæ, nox quædam, & est omnium calamitatum nostrarum parens, & altrix. Natalis, vt supra.

7 Noctem esse antiquissimam, signific. antequam Sol, & cœlum fierent, nullam fuisse lucem.

8 Noctem ex Erebo, & ab inferis venire. signi. vmbram terræ diametraliter Solem sequi.

9 Noctem in curru vehi. sign. nihil, quod cum labore fiat, esse diuturnum, &

10 Noctem esse matrem omnium. signi. eam antecessisse partum omnium rerum. Natalis, vt supra.

11 Nox in qua traditus est Dominus noster Iesus Christus signifi. tempus illud, de quo scribitur in Apocalipsi. al. en loco ubi agitur de Regno bestiæ; quæ percussura erat Babilonem usque ad eum locum ubi cantatur a sanctis alleluia. Ioach. Apocal. fol. 4. & hoc intellige de nocte naturali: nam nox in die passionis fuit duplex naturalis scilicet præcedens diem, in qua captus est, Dominus noster, & nox miraculosa facta ab hora sexta usq; ad horam nonã, qñ passus est Dominus Noster, & hæc nox tenebrarum per tres horas sig. tempus illud, quod exprimitur in apocalipsi ab eo loco, ubi dicit vidi Cœlum apertum, & bestiam, & reges terræ, &c. usq; ad incarcerationem satanæ. Ioach. f. 4. Apocalip.

12 Nox in die sexto hebdomadæ, qui fuit dies in quo passus est Dominus noster Iesus, duplex facta signi. in secundo statu futura bella duplicia in sexto tempore, sicuti duo Gomor mannæ collecti Ioach. in Apoc. fol. 4. in die sexto a populo Israel in deserto sign. bella duo, quę fuerunt in primo statu in populo Hebręo sub Holoferne, & sub Aman, illo Assirio, & isto Macedone. Et quoniam dixi noctem duplicẽ in die passionis Domini nostri Iesu fuisse uerum est: nam prima fuit nox naturalis, secunda fuit quando in morte Domini nostri Iesu, factę sunt tenebræ super faciem mundi.

1 Nubere in mense Martio apud Romanos non bonum haberi, pręsertim donec ancilia conderentur. signifi. uirum a muliere superatum iri, quod Mars a Minerua de matrimonio fuerit superatus. vnde Minerua obtenta uirginitate est appellata Nerine. Porphirion.

1 Nubes in sacris literis sig. Prophetas. iuxta illud Esaiæ, & mandabo nubibus meis ne pluant super eam, suple uineam. mandatum fuit prophetis ne amplius effunderẽt oracula sua sup populum Israel post aduentum Domini. Valer. f. 282.

2 Nubes sign. tempora iniquorum. iuxta illud velut nubes pertransiuit salus mea. Valer. f. 282.

3 Nubes sign. Apostolos iuxta illud, & virtus eius in nubibus. ueluti procul extantes, & supra terrena negocia in altum euectos. diuinique insuper spiritus aqua plenos, qua mox arua campos, & vniuersam terram mundarint, & fecundissimam reddiderint. Valer. f. 282

4 Nubes, quæ circundedit Christum D. N. ascendentem in cœlum sig. Deum patrem filio obuiam factum, & complectentem. D. Augustinus sermone nono di D. N. I. ascensione.

5 Nubes, quæ per diem ducebat Hebręos signifi. Spiritus sancti gratiam, qua semper ad bonum reducimur, Gregorius Nisenus in vita Mosis.

6 Nubes sign. expositores paginæ sacrę, sicuti uenti signifi. prędicantes euangelium, & fulgura signific. corripientes illos, qui peccando contra Dei legem faciunt. Abbas Ioachim in Hierem. f. 10

7 Nubes magna, vt est Ezechielis cap. primo, nubes magna, & ignis inuoluens. sign. magistros, & doctores secularium scripturarum, atque etiam sacræ scripturæ ad literam. Ioachim, ut supra. f. 12

8 Nubes recedens a tabernaculo, ut est Num. 17. sic. gratiam Spiritus Sancti deserere murmuratores Laur. in uerbo abire, & sig. Christum, & Spiritum Sanctum deserentes Sinagogã murmurantem aduersus ipsum Christum D. N.

9. Nubes, & nubulum, apud Chimistas sig. argentum uiuum v. unguentum solutum. Ioannes Garlan.

Garlandius lib. 1.cap.5. de mineralibus.

10 Nubes suscipiens Christum Dominum, ut est Actorum primo signific. Deum patrem refrigerantem ipsum Christum D. Lauretus in verbo accipere.

11 In Nube apparens gloria Domini, ut est Exod. 6. sig. manifestationem misericordiæ, & protectionis diuinæ. D. Greg. 1. Reg. 3. uel sign. Christi D. manifestationem per incarnationem, aut resurrectionem, aut in iudicio cum omnibus sanctis. Lauretus in uerbo apparere.

12 Nubes in sacris literis, signific. Sanctos spiritus occulto quidem lumine supra mundanum impleri modum, ceterum primitiuam illam primoque apparentem lucem modeste renerenterque suscipere, eamque sequentibus absque inuidia pro suo cuiusque captu secunda deriuatione transfundere. D. Dionisius cap. 15. cele. Hierar. de nube habetur Apocalip. cap. 10.

13 Nubes in Sanctis Spiritibus, sign. quòd illis fęcunditas, & vis item animandi, & augendi, ac perficiendi adsit, (iuxta intelligibilis imbris fœcunditatem, quæ subiectum gremium ad uitalem partum pinguibus euocet pluuijs. D. Dionis. cap. 15. Celest. Hierar.

14 Nubes ut est Isai. 40. qui sunt isti, qui ut nubes volant, signific. Sanctos prædicatores idest apostolos, quia sicut nubes pluuiā portant, & irrigant terram, ita Sancti prædicatores portant doctrinam Euangelij, & irrigant corda arentia. Gouschelius lib. 6. Elocution. Sacr. Scrip.

15 Nubes sine pluuia, & est Iudas. Nubes sine aqua quæ a ventis circunferuntur, sig. Hypocritin sine fide. Gouschelius lib. 3. alocut.

16 Nubem transire, ut est Iob. 30. sign. velociter aliquid fieri Gousch. lib. 3. Elocution.

17 Nubecula ascendens de mari, ut est 3. Reg 18. sig. Christi D. humanitatem, in cœlum eleuatam, & imbrem dona Spiritus sancti in terrā mittentem. Lauret. in verbo ascendere.

18 super Nubem leuem dominum ascendisse, ut est Isai. 16. sig. verbum factum esse carnem in utero virginis D. Hieron. Isai. 19.

19 Nubes spargere lumen, vt est Iob. 37. & 38. sig. Apostolos aut prædicatores Christum D. prędicare. D. Hieron. Iob. 38.

20 Nubes sign. carnem a Christo D. induendam, non modo quia nubes est natura leuis, & per hoc carni, quæ sine peccato fuit, quadrans, sed & quia solis radios ita oculis nostræ imbecillitatis solet obtegere, ut non solum opprimantur, sed & nę hebetentur, ita si Christi Domini caro non contemperaret immensum diuinitatis lumen, oculi nostræ mentis ad illius præsentiam caligarent. Iacobus Naclantus in præludiorum capitulo primo fol. 4.

21 Nubes iuxta illud Ezechielis. 14. ascendam super altitudinem nubium, sign. Angelos omnes alios quos Lucifer præ se despexit. Rupertus abbas, lib. 1. cap. 10. de victoria verbi Dei, & hāc rem, sig. astra, ut est illud ascendam in cęlum, & super astra Dei exaltabo solium meum. vnde ascendere in cęlum, sign. superbiæ tumore uelle super alios præstare, & Deo, similis fieri. Rupertus ut supra.

22 Nubes sign. prophetas, qui fuerunt post Oziam sicuti cęli sign. prophetas, qui fuerunt ante ipsum Oziā, quòd sicuti cęlo sereno, & in nocte cadit ros minutulis stillis, & guttulis, ita ꝓphetæ ante Oziam, qui fuit princeps status pertinentis ad saluatorem, loquebantur verba subtilia, & spiritualia, quæ non multum madefacerent corda hominum ad præparandum se in aduentum messiæ, & ideo de illis dictum est rorate cęli; sed prophetæ, qui fuerunt post Oziam ceperunt loqui uerba clara, & aperta, et copiosa adeo quod veluti nubes emiserint pluuiam fecundam in mentes hominum adprępa randum se in iram Domini, & ideo dictum est de illis, & nubes pluant iustum, & terra germinet Saluatorem. Ioach. l. 4. c. 2.

23 Nubes lucida quæ obumbrauit Apostolos in monte Tabor, sign. virtutem patris, & filij de qua Angelus dixit Mariæ, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Henus ? Georg.

24 Nuditas in Sanctis Angelis, sign. quòd illi sint liberi absoluti, & expediti atque exterioris omnis abiectionis labe sint puri, & ad diuinæ simplicitatis similitudinem pro uiribus tendant. M. Dionys. 15. cap. cælest. Hierarch.

1 NVDVM & discalceatum incedere, ut est Isai. 20. sig. viuere ignominiosum propter peccata. D. Hieron. Isai. 20.

1 NVMERORVM quatuor sunt species vocalis formalis, rationalis, & diuina. Numerus vocalis est mercatorum: numerus de quo numero magister Iordanus multa disserit, & per hanc numerum Aristoteles in uehitur in Platonem, idque non recte, Plato enim formalem considerat, Aristoteles uero vocalē, qui necessario est relinquendus Theologizantibus, si recte Ezechielem & D. Ioannem explicare voluerint. Nam Sacra Scriptura vt probe sentit Diuus Augustinus, & Pythagorici atque Academici, parum curant de uocali numero, intendentes ad proportionem, ex illo resultatem, quam numerum formalem, vel naturalem vocant, quem formalem numerum Theologi obseruantes facile Ezechielem, & D. Ioannem exponunt. Numerus igitur formalis nihil aliud est, quam aliquorum proportio a vocali abstracta, ut exempli gratia in numero quaternario, respectu diuersorum, est multiplex proportio, dupla videlicet, tripla, sesqui altera, & sesquitertia reperitur, unde resultat diapason, bis, diapason diapente, ac diatessaron, & etiam tonus, si quatuor sumuntur, tria, & vnum, quæ reddunt. 8. & iterum quatuor. 3. & 2. quæ faciunt. 9. a quo numero ad 8. est proportio sesquioctaua, excedit nāque in uno & facit tonū, & sic resultat harmonia, & data est homini harmonia, quia deus disposuit oīa in numero pōdere, & mēsura, qn̄ oia sūt cōso-

nentiſsima,& pręcipue homo perfectiſsimum Dei opus. Hæc pœne ad verbum (Archangelus Burgon. in 55. concluſ. Cabal. Pici.) Et eſt alia ratio, quia in hunc mundum antiſtes homo venit intellecturus omnia, Hinc neceſſe ei fuit cum omnibus proportio tum habere.

Vnde reſultat tertia numerorum ſpecies ratio nalis ſcilicet , Nam operari nequit in obiectum potentia,niſi quatenus cum eo proportionem habeat.ex quo Mercurius dixit Muſicen noſſe nihil aliud eſſe, niſi cunctarum rerum ordinem ſcire, quemque ſit diuina ratio ſortita ,ordo enim ſungularum rerum in vnũ omnium rerum artificem ratione collatus con ficit concentum quendam melo diuino dulciſſimum atque veriſsimum. Alius quoque numerus rationalis eſt, qui eſt proportio,quam habet anima ſiue intellectus cum rebus intelligibilibus,quia niſi talem cum rebus proportio nem haberet,& conueniētiam non poſſet eas intelligere,vti nec oculus viſibile apprehenderet niſi cum tali viſibili per ſpeciem cõueniret. Diuinus. quarta ſpecies numeri eſt diuina, & hic numerus ab vnitate nunquam diſcedit nã licet ſint tres perſonæ diuinæ in Deo:tamen identificantur,Decem item ſint ſephirot,vnũ ſunt tamen in diuinitate,quia nunquam diſcedunt ab vnitate.Hinc apud Picum eſt illa concluſio intelligẽs in arithmetica formali poteſt intelligere, quòd operari Sem ammephoras eſt proprium rationalis naturæ, ad cuius concluſionis intelligentiam ſciendum, quòd Sem dicitur nomen ammephoras expanſum ſignificat ſiue declaratum , & ſi qui uult operari per nomẽ explicatum a Moſe in 216.literis,eſt opus inuocare Deum non numero vocali, voces enim efficaciam non habent,ſed voce ſpirituali,&numero formali,quem intellectus abſtrahit a vocali, quæ res eſt propria rationalis naturæ. nõ.n.clamore excitatur Deus, vt putabant ſacerdotes Baal, quibus ab Helia dicitur clamate voce maiori: forſitan Deus eſt in diuerſorio , aut in itinere , aut certe dormit. Si enim aliqua oratiõe in ſupplicatione vtimur non ideo ſit,vt Deum,vel Angelos ſillabis uel dictionibus,tamquam erga mortales vſi commoueamus , ſed vt uires noſtras in ardorem formalis numeri incitemus , & fiduciam in eum,quaſi anchoram figamus. Archangelus, vt ſupra.

2 Numerorum, & menſurarum quadruplex eſt ratio. nam numerus eſt aut vocalis.aut naturalis,aut rationalis,aut diuinus, & par ratio eſt, de menſuris,qui quidem numeri,& ſi proportiones habent ad inuicem, aliud tamen, & alius eſt vnuſquiſque illorum Franciſc. Georg. Problem. 1.30.tom.2

Vnum poſt quinque nihil poſt quinque millenum colloca,vt eſt apud Gerardum Dont.ſig. hanc vocem vinum.nam. v. ſignific. quinque, 1.ſig.vnum n. ſig. nihil quinq;,& m.ſigni.mil le. Leo Suauius in compẽdio philoſoph.& medicinæ Paracelſi.fol.52.

3 Numeros vnum,decem, & centum , a Deo diſtributos vnum ſummo ſacerdoti. Decem Leuitis, & centum populo. ſignific. numerum, quo perfectior eſt perfectiori quoque aſsignãdum. numerus vero quo ſimplicior eſt,eo eſt perfectior. Vnde vnitas datur ſummo Pontifici,& menti. Denarius datur Leuitis,& animæ rationali. Centenarius datur populo , & animæ ſenſuali. Franciſcus Georgius Problem. 187.tomi 2.

4 Numerũ formalẽ ſiue ſubſtantialem apud Plotin.lib.6.Enn.6.habere ſex gradus ſign.ſubſtãtias ſiue intelligẽtias habere ſex diſtinctiones, quarum prima eſt,vt ipſe ſubſtantiæ ſint ſuper ideas:ſecunda diſtinctio eſt in ipſis Ideis ingenita:tertia in ſubſtantijs corpore vacuis , ſolutisque:quarta in eiuſmodi uiribus, atque facul tatibus,quinta in corporibus apte coniugatis, in corporibus ei ſdem diuulſis.Fabius Paulin. Hebd.L.5.c.2.

5 Numerus ſolennitatis ſign.numerum ſeptenarium,quia pertinet ad ſolennitatem iuris poſitiui.&,quod ad publicam utilitatem eſt inducta illa ſolennitas numeri, & ad bonum publi cum reſpicit,& quòd illi non poteſt etiam cũ iuramento teſtator renunciare , & demum quòd eſt indiuiſibilis,& irreparabilis,& quòd teſtator, qui non perhibuit ſeptem teſtes videtur noluiſſe ualere teſtamentum, & dicitur inteſtatus decedere. Paulinus. Hebr. l. 5. cap.5.

6 Numeri 1.2.4.6. 8. 12. quibus Plato utitur in Epinomide ſign.proportiones duplam ſeſqui alteram, & ſeſquitertiam.Nam inter unum,& 2.& inter 2.& 4.& inter 4.& 8. & inter 6. & 12. eſt proportio dupla. inter 4. et 6. & inter 8.& 12.eſt proportio ſeſquialtera.inter 6. & 8.eſt proportio ſeſquitertia. Quæ ꝓportiones apud pithagoricos ſign.interualla ſpherarum cęleſtium. Nam. Pythagorici. ubi ſpherarum interualla dimetiuntur, terram ad firmamentum comparant.Item ad Lunam, & Solẽ in quibus ſane comparationibus interuallum a terra ad Solem comparatum ad interuallum ab eodem Sole ad firmamentum efficit inter terram,& Solem proportionem ſeſquialterã. inter Solem uero,& firmamentum efficit pro portionem ſeſquitertiam,& in illa quidẽ proportione diapente conſonantia naſcitur, & ex hac naſcitur diateſſaron,ex quibus certe ambabus conficitur proportio dupla, & conſonantia diapaſon. uolunt,& a terra ad Lunam fieri diateſſaron,ſicut ad Solem fit diapente,& a Sole ad firmamentum iterum eſſe diateſſaron. & hę proportiones itidem apud Platonem forſitan ſign.eos ordines,quos natura in actionib. & paſſionibus elementorum ſeruat. Nam pro portio dupla conducit ad ſubſtantialem ſpeciẽ generandam , & ſeſquialtera ad familiarem ſpeciei effectionem atque figuram , & ſeſquitertia ad accidentia quædam communiora. & forſitan ſign.ordines in humorib.noſtris. Nã dupla proportio ſign.ordinem inter ſanguinẽ

& pitui-

& pituitam. sanguis enim duplex est ad pituitā et pituita ad bilem, & bilis ad atram choleram Quod si duplas habent, habeot & sesquialteras & sesquitertias, vt inquit Ficinus sig. & forsitan ordinem in auditu. Nam in eo sunt gradus aeris 4. ignis tres, duo aquæ, & terræ vnus. 4. ad est sesquiteria. 3. ad 2. est sesquialtera. 2. ad vnum dupla.
Ficinus in Epinomide Platon.

6 Numeri 1. 2. 3. 4. apud Mathematicos, pro proportione sign. Prudentiam, Temperantiam, Fortitudinem, & Iustitiam. Equicol. lib. 6. de natura amoris.

7 Numeri inserti a Platone in Timæo. sign. diuina sicuti mensuræ signif. naturalia. & mathematica sign. diuinorum simul & naturalium naturam. Ficinus in primo capit. Timæi Plat.

8 Numeri musici. sign. animam. quatenus ipsa est motionis principium quòd & ipsi numeri sint mobiles. & sign. eam quatenus incorporea est. quòd & ipsi sint incorporei, sicuti figuræ sign. eam, quatenus ad corpora naturaliter declinat. Ficinus capit. 27. comp. Timæi.

9 Numeri pares, quibus utitur Plato in fabrica animæ mundi. sign. naturam animæ diuisibilis, & virtutem femineam sicuti impares. sign. naturam animæ indiuisibilis & uirtutem masculam. Fic. cap. 33. comp. Timæi.

10 Numeri, quibus Plato utitur in fabrica animæ mundi, qui sunt lineares superficiales & solidi. sign. animam penetrare per omnia & amplificari passim penitusque implere. Ficinus cap. 33. comp. Timæi.

1 Numeri, quibus vtitur Plato in fabrica animæ mundi, qui ita dispositi sunt, ut ex vna parte per pares desinant in octo. & per impares ab altera parte desinant in 27. qui scilicet octo & 27. sunt solidi. sign. animam, vtraque solida, scilicet tam composita quam simplicia prorsus implere. Fic. cap. 33. comp. Tim.

12 Numerorum interualla quibus vtitur Plato in fabrica animæ mundi sub proportione dupla sesquialtera, sesquitertia, & sesquioctaua. sig. animam simili proportione participare, tam quinque rerum genera, quàm duo generum elementa. Quæ duo elementa generum sunt terminus & infinitudo, & quinque genera sunt essentia, identitas, alteritas, status, & motus. sit igitur exempli gratia comparatio essentiæ ad cuncta simul cōiuncta sesquioctaua. Nam forma totius communis vno saltem excedit gradu quasi tono proprias partium qualitates. Sit sub essentia infinitudo, id est formabilis aptitudo, & comitetur hanc terminus, velut ipsius forma. sitque termini ad infinitudinem proportio dupla, superari enim oportet ab actu potentiam patiendi. Infinitudinem sequatur alteritas, sed terminum comitetur identitas, atque hæc ipsa identitas alteritatem superet sesquialtera ratione. post hæc sequatur motus alteritatem, & status identitatem, superetque status motum proportione sesquitertia. Quòd si proportiones hic explicatæ considerentur inuenientur & triplę & quadruplæ. Nam motus ad infinitudinem inuenietur triplus. & status ad infinitudinem inuenietur quadruplus. Ista interualla siue eorū proportiones sign. ēt nō tm̄ proportionē in aīa secūdum supradicta quinque genera, & duo elementa, sed uires animæ singulis illis generibus & elementis respondentes. scilicet. vnitatem animæ respondentem essentiæ. voluntatem infinitudini. intelligentiam termino. imaginationem alteritati. rationem identitati. vim generali motui. & virtutem connectendi statuti.
Ficinus cap. 33. comp. Timæi.

13 Numerorum figura secunda, qua vtitur Plato in fabrica animæ mundi, in qua primum ponit ex una parte. 6. 8. 9. 12. 16. 18. 24. 32. 36. 48. & ex altera parte, eosdem 6. 9. 12. 18. 27. 36. 54. 81. 108. 162. sign. genera, & elementa rerum quæ in anima sunt, & quæ opposito se inuicem modo respiciunt, qualitates duas inter se inuicem reddere. Velut si vbi terminus tangit infinitudinem, indefinitā reportet termini qualitatem, atque uicissim vbi infinitudo tangit terminum determinatā infinitudinis subeat passionem, & in termino fit infinitudo quodammodo terminalis, & uicissim in ipsa infinitudine terminus indefinite progrediens. Ficinus cap. 35. comp. Timæi Platon.

14 Numerorum supradictorum tonus. sign. in anima plenum ipsius animæ motum pulsumque tam in se ipsa, quam in cœlo. sicuti hemitoniū sig. motum remissiorem in elementis, & vsq; adeo a primo deficientem, ut perfectionis eius dimidia minorem suscipiat portionem.
Fic. cap. 35. comp. Timæi.

15 Numerus ineffabilis apud Lisidem Pithagoricum. significat Deum. Farra Septena. folio 211.

16 Numeri pars. apud Platonem in Philebo sign. excessum & defectum, in magno & paruo, q̄ magnum scilicet & paruum apud eundem Platonem in Philebo dicuntur infinita, quatenus in his definitum sit nihil.
Paulus Scaliger. 2. tom. f. 26.

17 Numerus apud Anaxandrum. sign. hominis animam. &

18 Numerus se mouens apud Aristoxenum. significat hominis animam. Georg. Venet. Arm. f. 29.

20 Numerus pondus & mensura secundum Platonem dicūtur numeri, figuræ, & solidum. numeri sig. formas rerum specificas, figuræ siue mensura. sign. vires unicuique rei præstitas, vnde illud vnicuique dedit secundum propriā mensuram; pondus uero siue solid. sig. rerum inclinationes, quæ ueluti pondus trahunt siue ad bonum siue ad malum. Vnde illud D. Augustini Pondus meum amor meus illuc feror vbi amo. Et numic in mundo, sig. medietatem

arith-

arithmeticam mensura,siue figura, sig. medietatem Geometricam, & pondus siue solidum, sig. medietatem musicam Georg. Venet. arm. fol.95.

21 Numerum,& sapientiam simul iungi,ut est Eccles.2.circuiui ego, & inclinaui cor meum, ut scirem, & considerarem, & quærerem Sapientiam,& Numerum, sig. numerum, & sapientiam idem esse, sed ratione diuersa acceptam. Nam vt est sap.8.vbi dicitur de sapientia quòd attingit a fine vsque ad finem fortiter, & dispo nit omnia suauiter, ea potentia qua fortiter a fine usque ad finem attingit, dicitur numerus, ea uero qua disponit omnia suauiter, sapientia proprie vocatur,cum sit vtrumque vnius eiusdemque sapientiæ. D.August.lib.2.de libero arbitrio.Tom.1.colum.632.B.

22 Numerus rerum creatarum a Deo secundum species est inuentus a Theologis antiquis hoc modo. omnis res, quæ creata est, habet proprietatem quandam, per quam a singulis ipsa differt, & constat tum circa corpus tum circa animam secundũ proprietatem literarum Hebraici alphabeti ingredientium in nomen illius rei,quod nomen impositum fuit singulis reb. ab Adam,prout erat singularum proprietas, & proprietas illa exprimebatur a literis ingredien tibus nomen, veritas autem combinationum literarum ascendit ad summam numeri sequẽtis vz. 112400259082719680000. Quæ combinationes debent intelligi absque vocalibus, & apicibus siue accentibus, quæ uocales & accentus adeo multiplicant illas varietates combinationum supradictarum, ut numerus apud nos sit nec expressibilis nec supputabilis Deo soli procul dubio cognitus,qui numerus, sign. res indiuiduales a principio creationis vsque ad finem mundi extremum. F.G.P.244. titul.6.

Quomodo autem fiant illę combinationes.v.lib. formationis mundi ab Abraham compositi.v. etiam.Alexandri Farræ septenarium.&c.v. etiã F. G. p. 22.t.1.v. Arcangelum Burgonouensem in 26.dogmate cabalistico Pici fol.121.

23 Numerus impar. in literis contentis in nominibus proprijs extractus,si unus cum altero com paretur in certamine vel in iudicio, ut esset unus contra vnum uel tres contra tres, signifi. quod minor natu semper vincit,se uero nume rus sit par, & ponatur idem numerus par contra eundem parem, ut esset 2. contra 2.signifi. quod maior natu vincet, si uero non essent nu meri contendentium equalis, maior numerus vincet. Iacobus Gohorius lib.de vsu & misterijs notarum.

24 Numerus impar in uocalibus nominum impositorum,sign.clauditates,oculorum priuationẽ vulnera siue eiusmodi aduersos casus a dextris, si uero sit par,sign.in sinistris partibus corporis. Iacobus Gohorius lib.de usu, & misterijs notarum.

25 Numeri apud Pythagoreos,signif. res incorporeas. Paulus Scaliger Epistemonis li.4.fo.270.

26 Numerus impar apud Arithmeticos uocatur nomine patris,& numerus par uocatur nomine matris. Rhodig.lib.2.cap.54.

27 Par Numerus & maxime binarius,sign. materiã sicuti impar,sign.formam F.G.armo.f.37. uel numerus par sig. fœminam naturam,& patien tem,sicuti impar sign.marem,& agentem,par, sig.Deos inferos,& impar sign Deos superos vnde illud vergilij.

Numero deus impare gaudet.

Iacobus Gohorius lib.de usu, & misterijs notarum,& Lauretus in Tractatu de numeris in initio.

28 Numerus par sign.legem veterem, sicuti numerus impar signif.legem nouam,lex enim uetus erat infirma, & noua est robusta,& constans.

29 Numerus par est uel perfectus uel diminutus uel superfluus,numerus perfectus, sign. virtutem, quæ non est neque diminuta neque superflua: numerus vero diminutus, & superfluus,sign.vitia,quæ ab ipso medio discedunt, numerus perfectus pat, qui ex suis partibus quotis conficitur, ut sex, qui ex tribus duabus, & una partibus constat, quæ simul conficiunt sex.diminutus,ut octo, qui constat ex quatuor duabus,& vna,ex quibus tantum septem fiunt numerus superfluus, ut duodecim,qui constat ex sex quatuor tribus duabus,& una,quæ conficiunt sexdecim. Laur.ut sup.

30 Numerus singularis in sacris litteris, ut plurimũ bonum,sicut pluralis sign.malum,quia quamdiu in bono sumus, vnitatẽ nostram, in eo quì vnus est,seruamus,nimirum Deo adiuncti, cũ autem in malum prolapsi sumus, tũ uero procul a Deo remouemus, ac pro uno multi sumus. Petrus Bongus cap.de vnitate.f.45.

31 Numerus impar,quo gaudet Deus,signifi. ternarium non enim quouis numero impare gau det deus, sed ternario maxime omnium; nam est primus numerorum imparrium,& initium corporum solidorum constantium ex pluribus areis, & sicut Deus est principium omniũ quæ aguntur, ita primus ternarius numerus omnium reliquorum,per se ipsum auctus,triãgulum constituit parium laterum, quæ prima est earum figurarum, quæ pluribus constant lateribus,& triangulus ipse simplex, & æquilaterus sign.diuinitatem,siue est rerum cælestiũ effigies,ut pote quòd sit sibi æqualis,& propte rea difficiliter moueatur, & ad malum declina nare minime posit, Petrus Bongus cap.de ter nario f.70.

32 Numerum parem,& imparem a Pithagora dici rerum principia,sign.ex forma, & materia res constare:nam numerus par sign.materia subiectum vel fœmininũ principium vel passiuum : impar uero sign.formã, & masculinum principiũ,vel actiuum ; nam Pythagoras habet pro principijs rerum materiam,& formam, uel feminam,& masculum,vel passiuum,& actiuum quæ sunt idem. Franciscus Georgius problemate.420.tom.5.

33 Numerus pondus, & mensura quibus Deus creauit

creauit omnia, ut est sapientiæ cap. sign. sanctis simam Trinitatem. Nam numerus proueniés ab unitate sign. Patrem, qui est summa vnitas, & fons omnium numerorum. Pondus, signif. filium, qui est sapientia, quæ omnia librat, & mensura, sign. Spiritum Sanctum, qui vnicuique prout conuenit tribuit portioné. Petrus Bongus cap. de Ternario. f. 90.

34 In Numeris cubum a radice per quadratum mediate procedere, & a quadrato immediate, sig. Spiritum Sanctum a patre per filium procedere, tamquam diuina motio a patre per filium, in Spiritu sancto in diuinis terminetur, ut censuerunt Cirillus, Gregorius Theologus, & Damascenus, licet apud latinos dicatur nulla in diuinis mediata processio, sed hæc discrepantia potius est in modo disserendi, quam in re, et Greci, et Latini optime conueniunt. Tu de hac re lege Iacobum Fabrum in commentario ad Richardum adiecto, et lege Petrum Bongum cap. de terrar. f. 109.

35 In Numeris vnicum tantum actum inuariabilé, & unam tantum potentiam item innariabilé reperiri, demonstrat, quod solus quinarius, qui est impar, et numerus masculinus, et semper in se ipsum desinens, signifi. actum, et senarius, sign. potentiam, quia est numerus par et femininus, et ipse semper in se desinés, ideo hi duo numeri dicuntur circulares, ac sphærici, et hac etiam de causa videntur, sign. æuum, cuius omnis finis est ut principium, est enim euũ semper idem, vel ut aiunt alij, et præcipue Heraclitus, quinarius videtur sign. principium illud, quod temperat vniuersum, de quare tu lege Petrum Bongum capi. de quinario folio. 183.

35 Numerus quilibet planus æquilaterus, sign. animam, sicut numerus linearis sig. superos æternos. Paulus Scaliger in vigesima conclusione de philosophia doctrinali, quæ sunt numero. 73. f. 749. lib. 14. Epistemon.

36 Vnarius apud Tritemium, cum dicit. Vnarius non est numerus, sed omnis numeri fons, & origo. Binarius primus numerus ab unitate disfectus est, reijciatur itaque binarius, & Ternarius, ad vnitatis simplicitatem reducibilis erit, quæ uerba signi. modum conficiendi quintam essentiam ex uino, atque etiam ex alijs rebus tam metallicis quam non, quá rem si quis exacte perspicere cupiat, legat Gerardum Dornũ in praxi artificij chymici capite primo, qui Dornus ita interpretatur supradicta verba Tritemij Vinum ante separationem fuit corpus unicus, at post separationem eius in annam oleum, & Terram ab Vnario dissectus est binarius, quia quelibet istarum trium partium duas partes in se continet, vnam puram, & alteram impuram; sicuti aqua continet Lunam puram, & mercurium impurum, Oleum habet Solem purissimum, & Martem immundum. Terra habet Iouem purum, & Saturnum impurum. Reijciatur itaq; binarius cuiusuis harum trium partium, idest earum impuritas, & Ternarius hoc est tres istę partes puræ Sol, Luna, Iupiter erũt, videlicet quælibet erit per se reducibilis ad vnitatis simplicitatem, hoc est horum trium quod libet fiet vnum corpus simplicissimum, & medicina præ cæteris simplicissima. Quod iam de vino dictum est, de alijs etiam solutionibus intelligi potest. Hæc Dornus ille Paracelsi discipulus.

37 Vnitas, quam Sisenij adorabant, ut refert Misar. lib. Antiquitatum, sig. Deũ, ut quæ similis esset diuinæ creaturarum origini, æternoque principio. Nam vnitas est ante alteritatem, & quod est ante alteritatem, æternum est, & alteritas & mutabilitas idem est: & quod mutabilitatem naturaliter præcedit, immutabile est, & quod est immutabile est æternum. Alteritas, sicut numerus, posterior est vnitate. Vnitas ergo natura prior est alteritate, & quoniam naturaliter præcedit alteritatem, vnitas est ęterna. Et quia alteritas, & in æqualitas sunt simul natura, quia vbi inæqualitas, ibi necessario alteritas, & e conuerso, & quia inæqualitas est posterior æqualitate, cum inæqualitas per resolutionem deducatur ad æqualitatem, sequctur, ut æqualitas sit ante alteritatem, & quod est ante alteritatem est æternum, æqualitas ergo æterna. Et quoniam effectus prioris causæ est natura prior effectu posterioris, & vnitas est causa connexionis, & binarius est causa diuisionis, & diuisio, & alteritas simul sunt natura. sed quia vnitas præcedit binarium, sequitur, ut connexio pręcedat diuisionem, & alteritatem, & quod præcedit alteritatem est æternum, connexio erit æterna, & quoniam plura æterna esse non possunt, sequitur, ut vnitas æqualitas, & connexio sint vnum, & hæc est illa Trina vnitas, quam Pythagoras docebat adorandam. Et quia res quælibet a Deo patre habet esse, quia vnitas est vnitas, sig. Patrem. & a filio habet specificatũ esse, quia est æqualitas. æqualitas sig. filium, & quia a spiritu sancto habet esse perfectum, quia nexus siue connexio est connexio sign. Spiritum Sanctum. Vnitas ergo æqualitas, & connexio, signif. tres sanctissimæ Trinitatis personas. Petrus Bongus cap. de Ternario. fol. 106. & 107.

Vnitas Saturnia sig. mundi intelligibilis vnionem intra se omnia implicantis, & ideo prisci Theologi finxerũt Saturni filios Iouem Neptunum & Plutonem sibi mundum diuisisse, Quod sig. post intelligibilem mundum, qui tanquam pater gubernat mundum sensibilem, quem sensibilem ipsi Theologi diuiserunt in tres regiones cælestem, terream, et mediam, primam Ioui, mediam Neptuno, et terram Plutoni assignantes, sensibilem mundum ab intelligibili complecti, et regi, et Ioui datum esse fulmen trifidum, Neptuno tridentem, et Plutoni tricipitem canem Cerberum, sig. in trinitate unũ esse deum, qui in omnibus est idem, quam rem sig. tres illos Deos uocatos esse Iouis nomine. Bongus ut supra f. 114.

Vnitas quas cũ reliquis sex portionibus Plato vti tur

tur in fabrica animæ mundi.sign.ipsam animæ vnitatem,simplicitatemque sublimem, & propriam diuinæ unitatis imaginem,& in ipsa manentem.Ficinus cap.33.comp.Timæi.

Vnitas qua utitur Plato in fabrica animæ mundi signi.spatium,quod est a terra ad Lunam.Ficinus.c.24.Cump.Timæi.

Vnitas siue monas binarius, & ternarius de quibus tritemius ad Principem Ioachimum,& ad alium amicum suum scribens.sign. Deum materiam,& compositum:nam monas siue vnitas,sign.Deum secundum Philolaum:binarius siue Dias sign.materiam,& ternarius signific. compositum siue corpus Vel.sig.animã spiritum,& corpus,quòd Augurellus. ita cecinit.

Verum si reputes tria sunt primordia tantum.
Dehinc duo, dehinc etiam r.Et si videris unũ.
Tantum erit.

Vel secundum Hermetem monas siue pater. signific. solem binarius, vel dias, vel mater signific.Lunam.corpus, nel ternarius,vel eius nutrix sign.terram, de quib.lege Iacobum Gohorium libello de vsu,& misterijs notarum.

Vnitas prima pars ex septem, quibus Plato animam conflatam dixit sign. animæ supremum maximeque intellectuales, quod uniformem, atque unam essentiam totius animę simplicem que declarat,diuinæ vnitatis imaginem referẽs & in ipsa remanens, & est quasi centrum animæ,manet enim secundum partem hanc anima à totis inseparabilis entibus. Fabius Pauli. Hebd.lib.3.cap.3

Vnitas est mas, & fœmina par, & impar non numerus sed fons,& origo numerorum, initium,& finis omnium,& principij, & finis insciens,ad summum refertur Deum,eiusque intellectum a sequentium numero rerum, & potestatum sequestrat,neque inferiore post Deũ gradu frustra eam desideraueris,& sign. mentem e summo natam Deo,quæ vices nesciens temporum,in vno semper,quod adest,quo cõsistit,cumque vtpote vna non sit innumerabilis,innumeras tamen generum species, & de se creat, & intra se continet. Macrob. 1. de somno Scipionis.

Vnitas, quæ est mensura communis omnium numerorum obtinens puncti uicem,& quamuis ipsa sit principium numeri interualli, & lõgitudinis,eorum tamen non est capax, & est maximum absolutum, & infinitum, quo maius dari nequit, neque minus: immutabilis substantia,principium,communicatio,& finis omnium,supra numerum, supra totum, sine diuisione,& sine parte,& tãdem Deus ipsa est. Qui est autor,& opifex vniuersi huius, in ipsa vnitate omniformiter existit omnis numerus coniunctus in ipsa, & quantum ab vnitate digreditur,tantum discernitur,& multiplicatur, & sicuti a puncto prouenit linea,& linea generat superficiem,ita motus unitatis creat alteritatem,& ipsa binarum.alteritas enim assignatur duobus,binarius uero signifi.compositionem,cum sit vnitatis cumulus, in compositis requiritur proportio materialis, & formalis & cum binarius sit confusio,signifi.materiam, quæ ut habeat aliquam perfectionem,vertitur ad numerum primum imparem, qui est ternarius,qui diuinis est maxime idoneus,& iõ,sig. formam.Alexan.Farra in septenario,f.168

Vnitas apud Pythagrum sig.Deum bonum, & intellectum: sicuti apud eundem dualitas sig. Demonem,& malum, quod in ea sit materialis multitudo.Georg.Venet.arm.f.7.vt Alex. Farra in septenario f.211

Vnitas,& dualitas apud nonnullos sig.hominis animam,idest indiuisibile,quod sig.unitas, & diuisibile,quod sig.dualitas.hoc idem sig. punctum,& distantia.Georg.Venet.armon.f.29. v.punctum,& distantia.

Vnitas sign.omnia in uerbo præexistentia,nam erant idem cum ipso verbo. Secundum vero Orpheum anima collocans suum caput in intellectu primo, & ipsa unitas sicuti binarius, uni duplam proportionem ad primam continet,sign.progressum ipsius animæ a Deo. ternarius sign.animæ egressum ad Deum. ternarius sign. egressum animæ a seipsa,ut circa alia peragenda uersetur, nouenarius sig. retrocessionem animæ ad sese,ita quod processus a seipsa, annectatur progressui, quem facit ab eo, qui eandem præcedit,et regressus ad seipsam a regressu suipsius ad præcedentem ipsam opificem dependeat. reliqui vero duo termini siue numeri,octo scilicet,et viginti septem cum ex solidis constituantur.signifi. conuersionem corporum,quibus annectitur ipsa anima,nam et mundus habet corpus corruptibile, et feculentum,et rursus habet aliud corpus celere,et incorruptibile.Sicuti,et homo,qui similiter babet duo corpora,elementa octo, qui est cubus et solidus binarij,qui sign. materiam, sign.corpus elementare,et feculentum tam mundi quã hominis,et numerus 27.qui est cubus, et solidus ternarij,sign.corpus cęleste, et incorruptibile tam mundi quam hominis.Georg. Vene. Armen.f.92.

Vel secundum Sirianum vnitas signif.totum,et perfectum mũdum, binarius sig.multitudinẽ et rerum narietatem in ipso mundo, diuisio vero per pares,et impares numeros, idest per binarium,et quaternarium,et ternarium, et nouenarium sign.masculinum,et fęmininum incipiendo a Deis usq; ad sturpes,et plantas, per binarium,et ternarium,sign. id quod masculinum, et fęmininum in Deis est,per quaternarium, et nouenarium sign. id quod masculinum,uel fęmininum in generibus melioribus et superioribus nobis est,per binarij quadratum, idest octo, et per ternarij quadratum, i. 27.sig.omnes vitæ species usque ad terrestres, et ultimas,easque in primo reducendo.Geor. vt supra.

Vnitatem esse Deo sacram sig. Deum maxime esse unum,et indiuisibilem, a quo cætera vnitatem habent,eoque perfectiora sunt,quo magis ad diuinam unitatem appropinquant, et

hinc

hinc est, quod unitas in allegorijs ferè semper fig. Bonum. Lauretus in verbo vnitas in appēdice de numeris.

Veritatem esse sacram virginitati, signifi. ipsam vnitatem in se ductam nihil generare, sicuti faciunt alij numeri. Lauret. in verbo vnitas in appendice numerorum.

Vnitatem animæ supra mentem esse, sign. Characterem summi boni, qua vnitate ipsa mens, non rerum rationibus Ideis, sed primo rerum principio, quod ipsum unum est, iungitur. Ficinus in argumento Theteti.

Vnitas sign. mundum, qui tantum intelligentia percipitur, qui dicitur archetypus, ad cuius ima gin: ē Mundus sensibilis factus est, & sicut vnitas sig. Archetipum ita senarius sig. hunc sensilem Petrus Bongus cap. de vnitate.

Vnitas sign. taciturnitatem, sicut dualitas sign. loquacitatem, quemadmodum enim vnitas, in se ducta minime limites egreditur, sed vno vnum perseuerat, maneique vnitas, & monadis nomen inditum, dualitas uero principiū est diuisionis indefinitum, statim enim a se deficit, duplicatione in multitudinem tēdens. Eodem ferme modo sermo ab vno prinoque ne quaquam recedens, vere est, ac dicitur arcanus, Bongus, ut supra.

Vnitatem de se simpliciſſimo ductu generare æqualitatem, sign. patrem Deum unicum, & superexcelsam vnitatem, cui vt ius rationem detulerunt Pythagorei, de sua substantia filiū gignere suæ fecunditatis expressionem consubstantialemq; imaginem, & vnitatis ductus in æqualitatem, procedere connexionem per omnia utrique conformem, significat. Patrem, & filium sibi consubstātialem amorem, utriusque nexum, & spiritum spirare. Petrus Bongus cap. de ternario f. 108. & 105.

Vnitatis, & numerorum totam fecunditatem trino ductu absolui. sign. diuinam, & immensam fœcunditatem in super immenso ternario perfectam, & absolutam esse, omnis enim numerus, uel est radix, vel tetragonus, vel cubus Radix sign. Patrem, tetragonus, qui gignitur a radice sign. filium, & cubus, qui procedit, & a radice, & a quadrato, sign. Spiritum Sanctum Bongus, ut supra.

Vnum duo Pythagoricum Simbolum, sig. signa vnitatis, & denarij, quæ apud Græcos, & Hebræos signantur per Iota, & punctum. Barbaris vero, & latinis, sign. vnitatem simplicem, q̄ vnum, & duo. Zarates Pithagoræ præceptor, sign. per nomina propagationis. Paulus Scaliger tom. 2. Misc. f. 14

Vnum apud Alcyneonem Crotoniatem. signif. principium rerum effectiuum sicut duo apud eundem, vel binarius infinitum significat opifi materiale subiectiuum, & multitudinis omnis initium. Georg. Venet. Arm. f. 28.

Vnum apud Pythagoricos nominatur per Apollinis nomen. v. Apollo.

Vnum de quo D. Iacobus dicit, qui offenderit in vno, factus est omnium reus. sig. charitatem quæ est ipse Deus: nam Deus Charitas est, & qui offendit in charitate offendit in Deo, & qui in Deo offendit, fit omnium reus. tu lege D. Augustinum Sermone quarto, de tempore & Epistola 29. ad D. Hieronimum. lege Petrū Bongum cap. de vnitate, qui tamē uidetur ponere unū pro charitate, quatenus est dilectio Dei, & proximi, qui est primus fructus honorum spiritualium, ut ait Apostolus ad Galat. 5.

Vnum siue vnitas apud Pythagoricos antè omnia genuerit, vel produxit duo, & cum Deus quod quid est in Deo unum, & duo, quæ significant tria, erunt Deus vnitus ... ssentia ... quæ comprehensio infinitatis tribus addu... cta format tetractim siue quaternitatem pitha ... quam illi uocant fontem perpetuæ, & semper fluentis naturæ, quæ tetractim ... ineffabile nomen ... Farra sept. fol. 2 2.

Vnum, & duo apud Pithagoram, vnum signifi. identitatem, & duo sig. alteritatem siue diuersitatem, duo apud Alcmeonem coetaneum Pythagoræ sig. multitudinem, quæ in contrarietate deducta, sig. Empedoclis litem.

Vnum apud Zaratam Pithagoræ præceptorem sign. patrem, & duo sig. matrem, quæ duo scilicet pater quem sig. vnum, & mater quam sign. duo generant tetractim, vt dictum supra fontem omnium idearum.

Vnum apud poetas veteres sig. Zenā nomē Ioui adhibitum, & duo signi. Heran nomen Iunonis, & Iuppiter sig. formam, & Iuno sig. materiam.

Farra Septi. 213.

Vnum dicentes Deum, sign. Deum esse unum, non numero, sed simplici vniuersitate intelligi volumus. siquis enim dicat vnum hominem, aut unum equum, hic vnum pro numero posuit, quia possit, & alter homo, uel equus esse, & tertius. Vbi autem secundus, vel tertius adijci non potest, unus si dicatur, non numeri, sed vniuersitatis est nomen. Deum nanque dicimus vnum, non quid sit exprimentes, sed quo modo sit id, quod est, enunciantes. nam quid sit, sciri non potest, cum sit super omnem esse tiam, & super omne intelligibile: posse tamen dici illum esse vnitati simillimum, immo esse tialiter, & simpliciter esse unum, a quo, & per quod, & in quo, & ad quod omnia sunt, & ordinantur, & permanent, & continentur, & implentur, & conuertuntur. & esse primum vnū, & conuertuntur. & esse primum vnum, & primum ens. Vnum apud Platonem in Parmenide sign. diuinum esse, in quo omnia uitam habent, tamquam rami in radice, & licet uniuersæ creaturæ inter se genere, specie, et numero sint differentes, unicum tamen habent esse in ipso primo, non secus ac radij solares in ipso Sole, et riui in fonte, et uirtutes in sapientia. Omnia ex Deo ita sunt, ut nusquam, vel minima quæ que deferantur a Deo, vtique enim diuina uiget vnitas, per quam res quæque con sistunt, ac perpetuo quodam intimoque circu

lo ad

ro ad Deum ipsum a quo & in quo sunt, mirabiliter reuoluuntur, alio quin repente in nihilum prorueerent &c. Petrus Bongus cap. de vnitate.

Vnum apud Platonem in sophista. sign. vnum specie. de quo solo est intelligentia & scientia. Vnum uero de quo agit in Parmenide. sig. esse diuinum in quo omnia radicata sunt. F.G. prob. 362. t. 5.

Vnum oportere fieri hominem v. hominem oportere fieri unum.

Vnum summe, & ens summe secundum Aristotelem. sig. Ideam ipsam secundum Platonem, quibus Verbis Plato & Aristoteles vterque. sig. æternitatem Dei mentem esse causam omnium rerum. Paulus Scalig. tom. 2. misc. f. 17.

Vnum constitutum esse contra vnum, vt est Eccles. 33. sig. materiam, quæ est pura potentia constitutam esse contra Deum, qui est purus actus. Fran. Geor.

Vnum, species specierum, seminarium sempiternum rationum, & proportionum, bonum, Apollo, Mas, Deus, Infinitum, Cupido, Concordia, Pietas, Amicitia, forma apud Philosophos sunt synonima. & sig. primam causam. i. ipsum Deum. Fabius Paul. lib. cap. Hebd.

Vnus, duo, tres. in principio T[illegible] Platonici. vnus sig. Solem apud Pythagor. & sig. Deū Patrem. Duo sig. lucē apud eosdem, & sig. Deū filium. Tres sig. lumen, & sig. mentem angelicam, & quartus qui laborabat valetudine sign. splendorem, qui sig. materiam primā. Quæ semper alteratur pp mutationes modo latens mō apparens. Iul. Caml. l. f. 73. Ideæ Theatri.

Vnos in sacris literis, vt est illud quod dicit de Helchana erat vir unus, & 1. Corin. 9. omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauiū. vox illa vnus sig. iustum. sed in uoce vnus accipit brauium, signat id quod iusti in plurali numero. vt sit sensus omnes quidem currunt, id est operantur sed tm̄ iusti assequuntur brauiū æternæ vitæ. tu aūt lege Origenē in hom. vnic. in lib. Reg. cur peccator non possit dici unus. & lege Pet. Bong. cap. de unitate. &

Vnus dicitur Deus, quia nunquam a semetipso alter efficitur, hoc est nunquam mutatur, nunquam in aliud uertitur. Bongus ut sup.

1 NVMERVS binarius siue du[illegible] sig. corporeā naturā, & in sacris sig. im[illegible]nda, quod is numerus sociandis generand[illegible]q; corporibus aptari solet. & pp hoc in Genesi in secunda die non scribitur, & uidit Deus quod esset bonū, cū in reliquis diebus scribatur, quod profecto. sign. numerum dualem non esse bonum. Quòd diuidat ab unione, & dual[illegible] sig. fœdera n[illegible]ptialia. Hic numerus in tertio capite primi Regū ab Heli dicitur esse numerus pessimi spiritus sicuti ternarius est numerus Dei. Valerianus folio 269.

Dualitas attribuitur materiæ diuisibili, & rebus corruptibilibus. Et ideo sig. materiam. Philo de legib. special. & Laur. in verbo binarius in appendice numerorum.

Dualitas apud Pythag. sig. dæmonem, ac malum in qua dualitate est materialis multitudo. Petrus Bong. ca[illegible] unitate f. 39.

Dualitas sign. [illegible]rtalem corporum coniunctionem, sicut unitas sign. Virginitatem quæ efficit hominem Angelis similem. Petrus Bong. ut sup. f. 41.

Dualitas apud Pytagoricos sign. Isidem. & sig. Di[illegible]nam. Nam quemadmodum Diana sterilis est, ut Plato inq[illegible] in Theæteto, sic & prima dualitas cum principium sit diuersitatis, inæqualitatis, dissimilitudinis, & omni careat efficiendi facultate, ex qua sua cuique fæcunditas inest. Petrus Bongus capit. de binario. fol. 47.

2 Numerus binarius sig. Iudæorum obstinationē qui duas essentias, & naturas in uerbi hypostasi non crediderunt fuisse coniunctas, quod mysterium si cognouissent Iudæ., nunquam filiū Dei & hominis Iesum C[illegible]um morti tradidissent. Petrus Bong. cap. de binario f. 48.

3 Numerus binarius sig. hæreticos qui relicta Ecclesia Catholica sibi nouas confingunt societates. Binarius enim est qui primus recedit ab vnitate, quæ sign. summum bonum. & qui recedunt a summo bono, boni esse non possunt. Bongus ut sup. f. 50.

4 Numerus binarius sign. discordiam, confusionem, opinionem mutationi obnoxiam, & motum nunquam consistentem. Bongus ut supra f. 32.

Binarius sign. fidem titubantem. Bongus fo lo 52.

Et ideo D. Petrus & D. Ioannes ambo cucurrerunt ad sepulchrum dubitantes de resurrectione. & illi duo euntes in Emaus similiter dubitarunt. & milliaria septem cum dimidio. sign. certitudinem mortis & sepulturæ. Sed dimidium Octauij. sig. dubitationem resurrectionis de hac re. v. Emaus. Bongus. f. 53.

5 Numerus Binarius a Pythagoreis infaustus censetur, nec inter numeros computatur. Quòd binat. sig materiā, quæ suapte natura mala est, & defectus. Hinc quanto aliquid est magis materiale [illegible]nto magis a perfectione elongatur. & imperfectioni adhæret. vnde binarius qui materiam. sig. censet malus & infaustus. binarius itaq; dr materia, quia post summam Dei ueritatē materia est primum ens, quę cum Deo sit d[illegible]c [illegible] inter numeros computatur, qa nu[illegible] non a materia nec a Deo colliguntur, s[illegible] e[illegible]bus iam formatis resultant. Fran. G. prob. 418. tom. 5.

Binarius ubi adest sig. ibi exercendam esse seueritatem, sicuti Ternarius. sig. misericordiam & clementiam. & hac de causa tres Angeli iuerūt ad Abraham, & duo ad Sodomam. Petr. Bōg. cap. de binario f. 54.

Binarius sig. Hypocritas. qui nunc spiritualia sectari videntur, nunc terrenis actionib. et negocijs inuoluuntur. Bong. ut sup. f. 57.

Binarius in sternutatione. sig. infelicitatē. Bong. ut sup. f. 59. v. in sternutatione siquis.

Binarius

Binarius in rebus in quibus apud antiquos cupiebatur auspicium si essent aut Martiæ aut Saturniæ, sig. infelicitatem rei per quam auspiciũ capiebatur. Petrus Bongus ut sup. f. 59.

Binarius sign. naturam corpoream, quod dualis numerus sociandis generandisque corporibus aptari soleat, & hac de causa.

Binarius sig. matrimonium siue fœdera nuptiarum. Petrus Bongus ut sup. folio 67.

Dualitas qua vtitur Plato in fabricando Animam mundi, sig. processum animæ in proprietatẽ suam vnitate inferiorem, & quadam iam ratione multiplicem. Ficinus. cap. 33. comp. Timæi.

Dualitas qua vtitur Plato in fabrica animę mundi, sig. spatium, quòd est a terra usque ad solem duplum scilicet a terra ad lunam. Ficinus. cap. 34. comp. Timæi.

Ternarius est primus incompositus, vt prima multitudo incomposita, diffusiua absque inuidia in omnes creaturas, ac illud fecundum, quod est in ea multum, multitudinis productiuum, & illud essentiale, quod est in ea vnum omnis productionis fons, et origo simul, & omnis processionis initium, & omnis substantiæ immutabilis permanentia perpetua mente intuetur, ac respicit, & ita se se in ipsum retorquet per modum vnitatis, & dualitatis semetipsum multiplicans tetractimque producens, signific. summam Trinitatem seipsam contemplantem in se ipsa tetractum producentem, quæ tetractis est omnium, quæ creata sunt, Idea, qua idea siue tetracti omnis progressio perficitur unde oritur illa, decas quam appellamus decem omnium rerum genera generalissima: nam tetractis originaliter sigilatim posita de omnipotente potentia ad energiæ actum exiens producit decem. vnum enim. 2. 3. & 4. decem conficiunt. Paulus Scalig. 2. tom. misc. f. 14.

Ternario numero Deum fuisse omnia complexum, ut ex Platone, & Aristotele colligitur, quia posuit in omnibus principium medium & finem, signific. in omnibus messe Trinitatis vestigium. Deus enim per ternarij quadratum, qui est nouenarius, & per cubum eiusdem, qui est uiginti septem, compleuit totam fabricam corruptibilium rerum cælestium, & spiritualium. namque fecit nouem genera corruptibilium, & generabilium, nouem cœlos, & nouem choros exercitus Angelorum, terminando unumquodque illorum in suo denario, qui naturam sapit utriusque, & per cubum denarij reuertitur ad unum, idest ad millenarium, vltra quem alius non datur numerus. vnde Deo solus ternarius est addictus, & hinc est quod Dei nomen licet sit tetragrammũ, tres tñ tantum sunt literæ, nam litera he geminata sig. Dei opificis geminam productionem alteram quam facit ad intra diuinarum personarũ, & alteram quam fecit ad extra ipsarum, s. creaturam, & ternarius numerus est diuinus: nam ab vnitate nunquam discedit, licet tres sint personæ diuinæ, in Deo tamen identificantur, & licet decem sint sephirot, unum tamen sunt in diuinitate. Archangelus Burgon. in 55. conclusion. cabal. Pici.

Ternarius qui est prima figura omnium figurarum, sign. ipsam diuinissimam triadem, nobis quodammodo eam oculis subiciens, sed si ternario addatur altitudo, ut fiat corpus, tunc erit quaternarius siue tetractis, & fiet pyramis quæ est primum omnium corporum, & sicuti ternarius absque altitudine sign. Sanctissimam Trinitatem, sic quaternarius ex triade factus, sign. verbum humanatum corpore assumpto. Quam rem autor primæ linguæ signif. nomen diuinitatis per tres litteras exprimens, Deus. n. in prima lingua dicitur. Got. at volens verbũ humanatum indicere illud expressit per quatuor litteras, sign. ternarium demonstrat diuinitatem, & quaternarium uerbum humanatum. Goropius in Hieroglyph. lib. 16. fol. 251.

Ternarius dum distinguendæ in diuinis hypostaseon diuersitati numeri applicatur, signfi. Spiritum sanctũ: quem admodum enim dum hac ratione ternarius quaternario comparatur, e ternario superficiem metiens prodit meta siue Pyramis quaternario significata, quæ omnium corporum primas tenet, Ita de Spiritu sancto natus est agnus, multo magis inter omnia corpora, & cælestia primogenio sibi iure vindicans principatum. Quòd si ternarius in quaternarium ducatur, duodenarius existet, qui est numerus Herculi sacer, ut qui sig. totam rerum vniuersitatem, quam Hercules idest Christus D. ab omnibus monstris, & ab omni vitio purgauit, & quam vniuersitatem Christus Dominus duplici uita perfecit, quam duplicem uitam duodenarius in prima lingua expressus, sig. dicitur enim tuuele-ueo, de qua tu v. Duodenarius. 9. Goropius ut supra f. 252.

Ternarius signific. amoris uinculum, vnde ille in Antiphane scripit se misisse suæ Melibeæ, tria aurea mala, & Salomon dicat funiculum triplicem difficillime rumpi, & quod ternarius ad Amorem faciat de cydonijs veneri sacris Bęotus ille loquitur, cum uocet illa mala aurea, sub quorum nomenclatura ille intelligit aurum, quo Athenienses quidam a Rege Persico corrupti fuerant, & ideo dicit ea poma habere semen amarulentum. Goropius in vertumno. folio 68.

Ternarius quo nihil est vberius, ad mysticas at reconditas significationes, est primus numerus; Nam Pythagorei binarium non esse numerum dicunt, sed quandam confusionem unitatem, & sicuti apud eosdem, referente Plutarcho, vnitas dicitur Apollo, & Binarius lis, & audacia, sic ternarius vocatur iustitia quæ est summa

esse nomen patris, & illud psal. benedictio Domini super uos, benedicimus vobis in nomine Domini, signific. eundem Christum Dominū quod quemadmodum nomen vnumquemq; manifestat, qui non uidetur, sic Christus D. apparens cognosci fecit patrem in semetipso quamuis inuisibilem. Goropius in lib. 1. Hermath. f. 1a. & 13 & Nomen Dei, sig opera [illegible] Deo conuenientia, quæque ab alio, quam a Deo fieri nequeunt, quoniam per ea Deus sic declaratur, uti homo quiuis per suum nomen. Goro. ut supra.

22 Nomen nouum quod os domini declarabit, vt est Isa. 62. signific. nomen non nuper inuentū sed nuper dispersum. Gousche[illegible]us lib. 3. Elocut. Sacr. Scrip.

23 Nomen nouum scriptum il calculo candido, q̄ nemo scit nisi qui accipit, ut est in Apocalip. signifi. nomen Christianū, quod nomen nemo nouit vere, nisi qui uicerit concupiscentias mūdi, & occultum prostrauerit aduersarium, hoc est nomen illud de quo Isaias 65. inquit, & vocabit seruos suos nomine alieno, in quo qui benedicendus est super terram, benedicetur in domino amen, & cetera sequentia. Ioach. Apocalip. f. 73.

24 Nomen sanctissimum Iesus de quo Habacuc, cap. 3. ita inquit, Ego autem in Deo gaudebo, exultabo in Deo Iesu meo, & Ezras lib. 3. cap. 3. sic ait, reuelabit filius meus Iesus cum ijs, qui cum eo lætabitur, & Rabbenus Haccados, qui fuit ante Rabbinum Nehumiam ben Haccana qui Hehumias antecessit saluatoris nostri aduentum per annos quinquaginta, a quo aduentu D.N. Messiæ ipse prophetauit se abesse tantum per annos quinquaginta, de qua re scripsit ad Haccanna [illegible] suum, quem messiam visurum putabat. Haccados ita de Iesu D. N. scriptum reliquit in libro Gale Rezeia, quem ad Antoninum consulē scripsit. quia Messias homines saluabit vocabitur Iesuah. Gētes aūt alterius nationis, q̄ fidē eius sectabunt vocabūt eum Iesum, & propterea inuenies hoc nomen Iesus designatum in textu Genes. quadragesimo nono, recedet sceptrum de Iuda, in primis literis horum verborum, quæ sunt hebraice Iauo silo velo, si enim acceperis primas literas harum dictionum Iesu eę dem literæ conficient, Hec omnia ille Haccados, & sibilla Eritrea, in quibusdam verbibus quorum primæ literæ nomen Messiæ expressit hoc modo latine redditis verbis: Iesus Christus filius Dei Saluator Crux, quæ res, sig. salutem humani generis per Crucem fieri debuisse. Galatinus lib. 3. capitulo 18.

25 In Nomine Sanctissimo Iesu sunt duæ literæ tetragrammi, Iod scilicet, & vau, quæ signific. in Christo D. esse totam diuinitatem. Iod quæ, sig. numerum denarium vltimum simplicium numerorum: vlterius enim in simplicibus progredi non possumus, sic deus est vltimus noster finis, & cui debentur decimæ, Vau. uero sig. Christum Dominum esse uitæ authorem, omnes beatificantem, in uita æterna, quæ [illegible] scilicet quietem, sign. Scin in nomine Iesu, quę constituit si inuertatur duas he, quæ sunt in tetragrammo, & ipsa Scin, quòd sit prima sabbat dictionis, sign. Christum D. fuisse daturum hominibus verum Sabbatismum, ex quo patet in nomine Iesu esse tetragrammum, & idem esse quod diuinitatem ostend[illegible]t. Archang. Burgon. in 7. conclusion. c[illegible]

26 Nomina blasphemiæ, quæ erant scripta super capita bestiæ ascendentis de mare, signific. omnia, quæ sunt contraria Christiano nomini quicquid enim fit aut dicitur ad iniuriam creatoris blasphem[illegible] est Ioachin. Apoc. f. 104.

27 Nomina Dei decem, quæ dicuntur decem sephirot [illegible]t. He hese.iah, tetragramaton pro[illegible] Elohim, El, Eloha, tetragrammaton, Zeuaoth, Elohim, Zeuaoth, Sadai, Adonai. quæ singula habent varia cogn[illegible]ta. de quibus tu lege suo loco.

Archangelus Burgono. in Apologia in Petrū Garsam

29 Nomen Dei vocari pene a cunctis gentibus per quatuor literas, sign. Deum per quatuor gradus cuncta disponere, per essentiam, per esse, per uirtutem, & per actionem, quam rem Lacedemonij, signific. per illum suum Iouem [illegible] tem quatuor aures, & apud Orpheum [illegible] [illegible] pellens quad[illegible] iuges currus, sign. idem, & [illegible] quat[illegible] prouenientes, a musis [illegible] ab Apolline, et a Venere, sign. idem, & quatuor animalia visa ab Ezechiele, & quatuor Cherubim, in quatuor rotis, & quatuor animalia, quę vidit Daniel de mari ascendentia, & ventos quatuor pugnantes, & quatuor animalia plena oculis, quæ vidit Diuus Ioannes, & quatuor Angeli quibus datum est nocere terræ & mari stantes super quatuor angulos terræ tenentes ventos quatuor, quæ omnia nomini Dei quadrilittero conueniunt.

Archangelus Burgonouensis in 6. Conclusio. caba[illegible]istica.

29 Hoc est Nomen meum, in textu Hebræo illud hoc dicitur hu per aleph vau, & he quæ sunt tres literæ, & vna [illegible] patrem filium, & Spiritum sa[illegible]ctum, [illegible] nomen Dei; nam Aleph. sign. patrem, vau sign. filius, & He, sig. Spiritum [illegible] tres literę sed vna syllaba, & una pronūc[illegible] uo, quod sig. t[illegible]es personas sed nuū Deū al[illegible] [illegible] m[illegible] mittentem. vau sign. filium m[illegible], & He, sig. Spiri[illegible] anctum vnientem naturam diuinam cum humana. F. G. 3 1. to. 3. & Archangelus Burgonouensis in 20. conclusione Cabalist. Pici. Vide Iehoua [illegible]t.

30 Nomen tetragrammum apud Hebræos iheoha cum quatuor literis scribitur [illegible], he vau, he, quæ tres literæ singulæ [illegible] numerum circularem, vnde illæ tres literę complectuntur omnes numeros, qui circulares dicuntur, sign. omnia a Deo cuius Iseoha est nomen produci, & tandem ueluti circulo facto ad illum ipsum

sum vnde producta fuerant reuerti. Fran. Geor. Armon. Cantic. 1. Tono. 3. capit. 16. & fo. 54. & Archangelus Burgon. in 3. dogm. caba. & in conclusi. 7. cabalistica.

31 Nominis tetragrammi diuisio in 12. nomina quarum singula applicantur singulis 12. signorum Zodiaci, quas diuini nominis reuolutiones Hebręi vocant hauaia, signi. igneum orbem accipere a Deo uirtutes, quas singulas in duodecimo distribuat, prout quodque signum Zodiaci habet vim particularem influēdi. Franciscus Georgius in Armon. Cantic. 1. Tono. 4. cap. 1.

1 NORANDINVS qui se pro coniuge in eundem carcerem intrusit, ut Lucinam vxorem liberaret, significa. vim veri amoris, ut amatum liberet, uel mortem appetere. Ariosti cantu. 17. Clemens Valuasorus.

2 Norādinum instituisse Hastiludium publicum pro lętitia Lucinæ liberatæ, sig. festa similia in populis sæpe habuisse originem lętam. Ariosti cantu. 17. Clemens Valuas.

3 Norandinus conseruans a Griphone Seluciæ principem, sign. Reges debere semper conseruare virtutem virorum fortium. Ariosti cantu 17. clem. valuas.

4 Norandinus qui propter arma Martani, quibus fuerat indutus Griphon, male tractat Griphonem, significa. principem, qui leui quadam, & minima quaque coniectura facit sententiam, exequi suam. Ariosti cantu. 17. Clemens Valuas.

5 Norandinus qui cognita immerito iniuria facta a se Griphoni cupit ei in omnibus satisfacere, signific. principes debere restituere omnia, quæ iniuste subditis suis eripuerint. Ariosti cantu 14. Clem. val.

6 Norandinus, qui liberaliter concedens Marphisæ arma, eadem consequitur, quæ alio modo nunquam habuisset, signifi. sæpius liberalitate acquiri id, quod aliomodo haberi non liceret. Ariosti cantu. 18. Clemens Valuasor.

1 NOTARICON siue notariacon est pars Cabalæ, in qua ponitur littera vna pro tota dictione, quę litera sit uel in primo, uel medi, o uel extremo dictionis loco, quod patet ex 65. Isaiæ vbi dicitur, & benedicentur in Deo Amen, quæ dictio Amen. apud Hebręos habet tres literas. a. m. n. a signifi. adonai m. significa. melech. n. significa. nomen, quæ tres dictiones, signific. dominum regem fidelem Farra folio. 162.

1 NOVACVLA incidens lapidem cum titulo. superstitio religioni proxima, sign. Demonis eam esse artem, ut impostura, & fallis commentis homines eludat atque decipiat. alludit ad Augures Nauis tempore Tarquinij prisci. de quo Liuius. Claudius Paradinus libro de Symbol. Heroi. fol. 191.

2 in Nouaculæ acie, siue cuspide prouerb. significa. in discrimine summorum. Adagiū in acie nouaculæ.

3 Nouacula ascendens super caput, ut est 1. Reg. 1. significat prælatos, aut milites rapientes temporalia. D. Greg. 1. Reg. 1.

4 Nouacula cōducta, ut est Isaiæ capitulo septimo signifi. Assyrios quos dominus erat adducturus super populum Iuda peccatorem in vltionem suam, qui Assyrij etiam uocantur columba. Diuus Hieronymus in Isaiam capitulo 7.

1 NOVVM quod facit deus Iuxta illud Ierem. 31. sign. Deum in aduentu Christi D. N. factu rum fuisse nouum hominem e cœlo cęlestem, natum nono modo, nouum qui omnia innouaret, nouum quia non purum hominem, sed hominem Deum uel Deum hominem. F. G. P. 40. T. 4.

2 Nouus, va, vum, v. Alius. a um. 1.

3 Nouare nouale, ut est Hieremiæ. 4. nouaui vobis nouale. sign. populum Christianum in Ecclesia innouandum fuisse, vt mores. & vitam a vitijs in virtutem a rebus terrenis ad cœlestia conuerteret. Abbas Ioachim in Hierem. folio 11.

4 Nouare nouale, vt supra, sig. domi manere cum supellectile Gouschelius libr. 3. Elocutionum sacrar.

1 NOX cœlum & æther. apud Orpheum, significa. omnia diuinitatem, nam nox, sig. patrem, cœlum sig. filium, & æther sig. Spiritum S. Farra fol. 189.

2 Nox apud Orpheum, sig. Ensoph. in Cabala. Picus in conclusione 15. de modo intelligendi himnos Orphei.

3 Nox in Sacris literis sæpe sig. præsentis vitæ tenebras, & hallucinationem, sicuti tempus matutinum, sig. tempus post hanc uitam futurum, iuxta illud: nox præcessit, dies autem appropinquat. Vale. f. 332.

4 Nox vna, in qua Eunuchi Pharaonis ambo nide runt Somnium, sign. diem iudicij, in quo boni, & mali iudicabuntur. Lauretus in verbo vnitas in appendice numerorum.

5 Nocte ietra ambulare usque ad lucem, ut est 1. Reg. 31. signifi. continuare opera bona usque ad finem uitæ. Lauret. in uerbo ambulare.

6 Nocte, ut est Isai. 15. quia nocte uastata est &c. sign. repente, illico, Gouschelius lib. 3. Elocution. Sacr. Scrip.

7 Nox ut est illud Apocal. 12. proiectus qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die, ac nocte, signifi. aduersitates sicuti dies significa. res prosperas. libro. 6. Elocution. script. scrip.

8 Nox sign. tenebras, quæ erant ante elementorū diuisionem. Cartar. f. 308.

9 Nox apud Orpheum, sig. Deum patrem, quem Hebræi uocant coronam, & unitatem, sicuti cœlum apud eundem Orpheum sig. filium, & æther apud eundem signifi. spiritum sanctum quasi naturam quandam ab nocte, & cœlo procedentem. Farra f. 103.

10 Nox in qua frustra piscatus est D. Petrus, sed mane sequente in uerbo D. N. cepit piscium

magnam copiam, & postea Dominus Noster secum sumpsit prandium. Nox sign. illam tribulationem quam habitura est Ecclesia Dei in sexto tempore. Et prandium, quod fuit mane sequente noctem, capta prius piscium multitudine, signific. gaudium, quod habitura est Ecclesia post tribulationem, sed quia Dominus Noster post prãdium dixit D. Petro sequere me, signific. post illud gaudium futurum bellum illud magnum, de quo Diuus Ioannes in sexta parte Apocalips. ait cum dicit. Vidi Bestiam, & reges terræ præparatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Ioach. Apoc. fol. 121.

2 Noctis accessus, vt est Ruth. 3. sign. cessationem tenebrarum propter Christi aduentum in mũdum allataq; fidei luce. Lauretus in verbo abire, uel signific. transitũ huius uitæ ad lucem futuræ.

3 Noctem præcessisse, vt est Roman. 13. sign. tempus peccati ignorantiæ, & veteris hominis recessisse. Orig. in Rom. 13.

4 Nox sig. præsentem uitam, & dies signi. tempus futuræ beatitudinis, Gouschelius lib. 3. Elocusion. sacr. script.

5 Nocti gallum immolari, vt est apud Thegenem lib. secundo de Diis signific. noctem esse silentio addictam, & gallum esse animal silentio contrarium. Natalis Comes lib. 3. Mytholog. cap. 12.

6 Ex Nocte natos esse amorem, dolum, metum laborem, inuidentiam, fatum, senectutem, mortem, tenebras, miseriam, querelam, gratiam, fraudem, pertinaciam, parcas, Hesperidas, somnia, & cæt. signific. ex inscitia, & malitia hominum natas esse illas pestes. Nam inscitia & malitia est mentis humanæ, nox quædam, & est omnium calamitatum nostrarum parens, & altrix. Natalis, vt supra.

7 Noctem esse antiquissimam, signific. antequam Sol, & cœlum fierent, nullam fuisse luçem.

8 Noctem ex Erebo, & ab inferis venire. signi. vmbram terræ diametraliter Solem sequi.

9 Noctem in curru vehi. sign. nihil, quod cum labore fiat, esse diuturnum, &

10 Noctem esse matrem omnium signi. eam antecessisse partum omnium rerum. Natalis, vt supra.

11 Nox in qua traditus est Dominus noster Iesus Christus signifi. tempus illud, de quo scribitur in Apocalipsi. ab eo loco ubi agitur de Regno bestiæ; quæ percussura erat Babilonem usque ad eum locum ubi cantatur a sanctis alleluia. Ioach. Apocal. fol. 4. & hoc intellige de nocte naturali: nam nox in die passionis fuit duplex naturalis scilicet præcedens diem, in qua captus est, Dominus noster, & nox miraculosa facta ab hora sexta usq; ad horam nonã, qñ passus est Dominus Noster, & hæc nox tenebrarum per tres horas sig. tempus illud, quod exprimitur in apocalipsi ab eo loco, ubi dicit vidi Cœlum apertum, & bestiam, & reges terræ, &c. usq; ad incarcerationem satanę. Ioach. f. 4. Apocalip.

12 Nox in die sexto hebdomadæ, qui fuit dies in quo passus est Dominus noster Iesus, duplex facta signi. in secundo statu futura bella duplicia in sexto tempore, sicuti duo Gomor mannæ collecti Ioach. in Apoc. fol. 4. in die sexto a populo Israel in deserto sign. bella duo, quę fuerunt in primo statu in populo Hebręo sub Holoferne, & sub Aman, illo Assirio, & isto Macedone. Et quoniam dixi noctem duplicẽ in die passionis Domini nostri Iesu fuisse uerum est: nam prima fuit nox naturalis, secunda fuit quando in morte Domini nostri Iesu, factę sunt tenebræ super faciem mundi.

1 Nubere in mense Martio apud Romanos non bonum haberi, pręsertim donec ancilia conderentur. signifi. uirum a muliere superatum iri, q Mars a Minerua de matrimonio fuerit superatus. vnde Minerua obtenta uirginitate est appellata Nerine. Porphirion.

1 Nubes in sacris literis sig. Prophetas. iuxta illud Esaiæ, & mandabo nubibus meis ne pluant super eam, suple uineam. mandatum fuit prophetis ne amplius effunderẽt oracula sua sup populum Israel post aduentum Domini. Valer. f. 282.

2 Nubes sign. tempora iniquorum. iuxta illud velut nubes pertransiuit salus mea. Valer. f. 282.

3 Nubes sign. Apostolos iuxta illud, & virtus eius in nubibus. ueluti procul extantes, & supra terrena negocia in altum euectos. diuinique insuper spiritus aqua plenos, qua mox arua campos, & vniuersam terram mundarint, & fecundissimam reddiderint. Valer. f. 282

4 Nubes, quæ circundedit Christum D. N. ascendentem in cœlum sig. Deum patrem filio obuiam factum, & complectentem. D. Augustin. sermone nono di D. N. I. ascensione.

5 Nubes, quæ per diem ducebat Hebręos signifi. Spiritus sancti gratiam, qua semper ad bonum reducimur, Gregorius Nisenus in vita Mosis.

6 Nubes sign. expositores paginæ sacrę, sicuti uenti signifi. prędicantes euangelium, & fulgura signific. corripientes illos, qui peccando contra Dei legem faciunt. Abbas Ioachim in Hierem. f. 10

7 Nubes magna, vt est Ezechielis cap. primo, nubes magna, & ignis inuoluens. sign. magistros, & doctores secularium scripturarum, atque etiam sacræ scripturæ ad literam. Ioachim, ut supra. f. 12

8 Nubes recedens a tabernaculo, ut est Num. 17. sic. gratiam Spiritus Sancti deserere murmuratores Laur. in uerbo abire, & sig. Christum, & Spiritum Sanctum deserentes Sinagogã murmurantem aduersus ipsum Christum D. N.

9 Nubes, & nubulum, apud Chimistas sig. argentum uiuum v. unguentum solutum. Ioannes

Garlan.

Garlandius lib. 1.cap.5. de mineralibus.

10 Nubes suscipiens Christum Dominum, ut est Actorum primo signific. Deum patrem refrigerantem ipsum Christum D. Lauretus in verbo accipere.

11 In Nube apparens gloria Domini, ut est Exod. 6. sig. manifestationem misericordiæ, & protectionis diuinæ. D.Greg. 1.Reg.3. uel sign. Christi D. manifestationem per incarnationem, aut resurrectionem, aut in iudicio cum omnibus sanctis. Lauretus in uerbo apparere.

12 Nubes in sacris literis, signific. Sanctos spiritus occulto quidem lumine supra mundanum impleri modum, ceterum primitiuam illam primoque apparentem lucem modeste reuerenterque suscipere, eamque sequentibus absque inuidia pro suo cuiusque captu secunda deriuatione transfundere. D. Dionisius cap. 15. cele. Hierar. de nube habetur Apocalip. cap. 10.

13 Nubes in Sanctis Spiritibus, sign. quòd illis fœcunditas, & vis item animandi, & augendi, ac perficiendi adsit, (iuxta intelligibilis imbris fœcunditatem, quæ subiectum gremium ad ui talem partum pinguibus euocet pluuijs. D. Dionis. cap. 15. Celest. Hierar.

14 Nubes ut est Isai. 40. qui sunt isti, qui ut nubes volant, signific. Sanctos prædicatores idest apostolos, quia sicut nubes pluuiā portant, & irrigant terram, ita Sanct prædicatores portant doctrinam Euangelij, & irrigant corda arentia. Gouschelius lib. 6. Elocution. Sacr. Scrip.

15 Nubes sine pluuia, & est Iudas. Nubes sine aqua quæ a ventis circunferuntur, sig. Hypocritas sine fide. Gouschelius lib. 3. elocut.

16 Nubem transire, ut est Iob. 30. sign. velociter aliquid fieri Gousch. lib. 3. Elocution.

17 Nubecula ascendens de mari, ut est 3.Reg 18. sig. Christi D. humanitatem, in cœlum eleuatam, & imbrem dona Spiritus sancti in terrā mittentem. Lauret. in verbo ascendere.

18 super Nubem leuem dominum ascendisse, ut est Isai. 16. sig. verbum factum esse carnem in utero virginis D. Hieron. Isai. 19.

19 Nubes spargere lumen, vt est Iob. 37. & 38. sig. Apostolos aut prædicatores Christum D. prędicare. D. Hieron. Iob. 38.

20 Nubes sign. carnem a Christo D. induendam, non modo quia nubes est natura leuis, & per hoc carni, quæ sine peccato fuit, quadrans, sed & quia solis radios ita oculis nostræ imbecillitatis solet obtegere, ut non solum opprimantur, sed & ne hebetentur, ita si Christi Domini caro non contemperaret immensum diuinitatis lumen, oculi nostræ mentis ad illius præsentiam caligarent. Iacobus Naclantus in præludiorum capitulo primo fol. 4.

21 Nubes iuxta illud Ezechielis. 14. ascendam super altitudinem nubium, sign. Angelos omnes alios quos Lucifer præ se despexit. Rupertus ab bas. lib. 1. cap. 19. de victoria verbi Dei, & hãc rem, sig. astra, ut est illud ascendam in cęlum, & super astra Dei exaltabo solium meum. vnde ascendere in cęlum, sign. superbiæ tumore uelle super alios præstare, & Deo, similis fieri. Rupertus ut supra.

22 Nubes sign. prophetas, qui fuerunt post Oziam sicuti cęli sign. prophetas, qui fuerunt ante ipsum Oziā, quòd sicuti cęlo sereno, & in nocte cadit ros minutulis stillis, & guttulis, ita prophetæ ante Oziam, qui fuit princeps status pertinentis ad saluatorem, loquebantur verba subtilia, & spiritualia, quæ non multum madefacerent corda hominum ad præparandum se in aduentum messiæ, & ideo de illis dictum est rorate cęli; sed prophetæ, qui fuerunt post Oziam ceperunt loqui uerba clara, & aperta, et copiosa adeo quod veluti nubes emiserint pluuiam fecundam in mentes hominum adpręparandum se in iram Domini, & ideo dictum est de illis, & nubes pluant iustum, & terra germinet Saluatorem. Ioach. l. 4. c. 2.

23 Nubes lucida quæ obumbrauit Apostolos in monte Tabor, sign. virtutem patris, & filij de qua Angelus dixit Mariæ, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Hemus? Georg.

24 Nuditas in Sanctis Angelis, sign. quòd illi sint liberi absoluti, & expediti atque exterioris omnis abiectionis labe sint puri, & ad diuinæ simplicitatis similitudinem pro uiribus tendant. M. Dionys. 15. cap. cælest. Hierarch.

1 NVDVM & discalceatum incedere, ut est Isai. 20. sig. viuere ignominiosum propter peccata. D. Hieron. Isai. 20.

1 NVMERORVM quatuor sunt species vocalis formalis, rationalis, & diuina. Numerus vocalis est mercatorum: numerus de quo numero magister Iordanus multa disserit, & per hunc numerum Aristoteles in uehitur in Platonem, idque non rectè, Plato enim formalem considerat, Aristoteles uero vocalē, qui necessario est relinquendus Theologizantibus, si rectè Ezechielem & D. Ioannem explicare voluerint. Nam Sacra Scriptura vt probe sentit Diuus Augustinus, & Pythagorici atque Academici, parum curant de uocali numero, intendentes ad proportionem, ex illo resultatem, quam numerum formalem, vel naturalem vocant, quem formalem numerum Theologi obseruantes facile Ezechielem, & D. Ioannem exponunt. Numerus igitur formalis nihil aliud est, quam aliquorum proportio a vocali abstracta, ut exempli gratia in numero quaternario, respectu diuersorum, est multiplex proportio, dupla videlicet, tripla, sesquialtera, & sesquitertia reperitur, unde resultat diapason, bis, diapason diapente, ac diatessaron, & etiam tonus, si quatuor sumuntur, tria, & vnum, quæ reddunt. 8. & iterum quatuor. 3. & 2. quæ faciunt. 9. a quo numero ad 8. est proportio sesquioctaua, excedit nãque in uno & facit tonū, & sic resultat harmonia, & data est homini harmonia, quia deus disposuit oia in numero pōdere, & mēsura, vñ oia sūt cōso-

nantißima,& pręcipue homo perfectißimum Dei opus. Hæc pœne ad verbum (Archangelus Burgon. in 55.conclus. Cabal. Pici.) Et est alia ratio, quia in hunc mundum antistes homo venit intellecturus omnia, Hinc necesse ei fuit cum omnibus proportio tum habere.

Vnde resultat tertia numerorum species rationalis scilicet, Nam operari nequit in obiectum potentia, nisi quatenus cum eo proportionem habeat. ex quo Mercurius dixit Musicen nosse nihil aliud esse, nisi cunctarum rerum ordinem scire, quemque sit diuina ratio sortita, ordo enim singularum rerum in vnū omnium rerum artificem ratione collatus conficit concentum quendam melo diuino dulcissimum atque verissimum. Alius quoque numerus rationalis est, qui est proportio, quam habet anima siue intellectus cum rebus intelligibilibus, quia nisi talem cum rebus proportionem haberet, & conuenientiam non posset eas intelligere, vti nec oculus visibile apprehenderet nisi cum tali visibili per speciem couenirèt. Diuinus. quarta species numeri est diuina, & hic numerus ab vnitate nunquam discedit nā licet sint tres personæ diuinæ in Deo: tamen identificantur, Decem item sunt sephirot, vnū sunt tamen in diuinitate, quia nunquam discedunt ab vnitate. Hinc apud Picum est illa conclusio intelligēs in arithmetica formali potest intelligere, quòd operari Sem ammephoras est proprium rationalis naturæ, ad cuius conclusionis intelligentiam sciendum, quòd Sem dicitur nomen ammephoras expansum significat siue declaratum, & si qui uult operari per nomē explicatum a Mose in 216. literis, est opus inuocare Deum non numero vocali, voces enim efficaciam non habent, sed voce spirituali, & numero formali, quem intellectus abstrahit a vocali, quæ res est propria rationalis naturæ. nō.n. clamore excitatur Deus, vt putabant sacerdotes Baal, quibus ab Helia dicitur clamate voce maiori: forsitan Deus est in diuersorio, aut in itinere, aut certe dormit. Si enim aliqua oratiōe in supplicatione vtimur non ideo fit, vt Deum, vel Angelos syllabis uel dictionibus, tamquam erga mortales vsi commoueamus, sed vt uires nostras in ardorem formalis numeri incitemus, & fiduciam in eum, quasi anchoram figamus. Archangelus, vt supra.

2 Numerorum, & mensurarum quadruplex est ratio. nam numerus est aut vocalis. aut naturalis, aut rationalis, aut diuinus, & par ratio est, de mensuris, qui quidem numeri, & si proportiones habent ad inuicem, aliud tamen, & alius est vnusquisque illorum Francisc. Georg. Problem. 150. tom. 2

Vnum post quinque nihil post quinque millenum colloca, vt est apud Gerardum Dorn. sig. hanc vocem vinum. nam. v. signific. quinque, 1. sig. vnum n. sig. nihil quinq;, & m. signi. mille. Leo Suauius incompēdio philosoph. & medicinæ Paracelsi. fol. 52.

3 Numeros vnum, decem, & centum, a Deo distributos vnum summo sacerdoti. Decem Leuitis, & centum populo. signific. numerum, quo perfectior est perfectiori quoque asignādum. numerus vero quo simplicior est, eo est perfectior. Vnde vnitas datur summo Pontifici, & menti. Denarius datur Leuitis, & animæ rationali. Centenarius datur populo, & animæ sensuali. Franciscus Georgius Problem. 187. tomi 2.

4 Numerū formalē siue substantialem apud Plotin. lib. 6. Enn. 6. habere sex gradus sign. substātias siue intelligētias habere sex distinctiones, quarum prima est, vt ipsę substantiæ sint super ideas: secunda distinctio est in ipsis Ideis ingenita: tertia in substantijs corpore vacuis, solutisque: quarta in eiusmodi uiribus, atque facultatibus, quinta in corporibus apte coniugatis, in corporibus eisdem diuulsis. Fabius Paulin. Hebd. L. 5. c. 2.

5 Numerus solennitatis sign. numerum septenarium, quia pertinet ad solennitatem iuris positiui. &, quod ad publicam utilitatem est inducta illa solennitas numeri, & ad bonum publicum respicit, & quòd illi non potest etiam cū iuramento testator renunciare, & demum quòd est indiuisibilis, & irreparabilis, & quòd testator, qui non perhibuit septem testes videtur noluisse ualere testamentum, & dicitur intestatus decedere. Paulinus. Hebr. l. 5. cap. 5.

6 Numeri 1. 2. 4. 6. 8. 12. quibus Plato utitur in Epinomide sign. proportiones duplam sesquialteram, & sesquitertiam. Nam inter unum, & 2. & inter 2. & 4. & inter 4. & 8. & inter 6. & 12. est proportio dupla. inter 4. et 6. & inter 8. & 12. est proportio sesquialtera. inter 6. & 8. est proportio sesquitertia. Quæ ꝓportiones apud pithagoricos sign. interualla sphærarum cęlestium. Nam. Pythagorici. ubi sphærarum interualla dimetiuntur, terram ad firmamentum comparant. Item ad Lunam, & Solē in quibus sane comparationibus interuallum a terra ad Solem comparatum ad interuallum ab eodem Sole ad firmamentum efficit inter terram, & Solem proportionem sesquialterā. inter Solem uero, & firmamentum efficit proportionem sesquitertiam, & in illa quidē proportione diapente consonantia nascitur, & ex hac nascitur diatessaron, ex quibus certe ambabus conficitur proportio dupla, & consonantia diapason. uolunt, & a terra ad Lunam fieri diatessaron, sicut ad Solem fit diapente, & a Sole ad firmamentum iterum esse diatessaron. & hę proportiones iidem apud Platonem forsitan sign. eos ordines, quos natura in actionib. & passionibus elementorum seruat. Nam proportio dupla conducit ad substantialem speciē generandam, & sesquialtera ad familiarem speciei effectionem atque figuram, & sesquitertia ad accidentia quædam communiora. & forsitan sign. ordines in humorib. nostris. Nā dupla proportio sign. ordinem inter sanguinē & pitui-

& pituitam. sanguis enim duplex est ad pituitã et pituita ad bilem, & bilis ad atram choleram Quod si duplas habent, habent & sesquialteras & sesquitertias, vt inquit Ficinus sig. & forsitan ordinem in auditu. Nam in eo sunt gradus aeris 4. ignis tres, duo aquæ, & terræ vnus. 4. ad est sesquiteria. 3. ad 2. est sesquialtera. 2. ad voum dupla.
Ficinus in Epinomide Platon.

6 Numeri 1. 2. 3. 4. apud Mathematicos, pro proportiooe sign. Prudentiam, Temperantiam, Fortitudinem, & Iustitiam. Equicol. lib. 6. de natura amoris.

7 Numeri inserti a Platone in Timæo. sign. diuina sicuti mensuræ signif. naturalia. & mathematica sign. diuinorum simul & naturalium naturam. Ficinus in primo capit. Timæi Plat.

8 Numeri musici. sign. animam. quatenus ipsa est motionis principium quòd & ipsi numeri sint mobiles. & sign. eam quatenus incorporea est. quòd & ipsi sint incorporei, sicuti figuræ sign. eam, quatenus ad corpora naturaliter declinat. Ficinus capit. 27. comp. Timæi.

9 Numeri pares, quibus utitur Plato in fabrica animæ mundi. sign. naturam animæ diuisibilis, & virtutem femineam sicuti impares. sign. naturam animæ indiuisibilis & uirtutem masculam. Fic. cap. 33. comp. Timæi.

10 Numeri, quibus Plato utitur in fabrica animæ mundi, qui sunt lineares superficiales & solidi. sign. animam penetrare per omnia & amplificari passim penitusque implere. Ficinus cap. 33. comp. Timæi.

1 Numeri, quibus vtitur Plato in fabrica animæ mundi, qui ita dispositi sunt, ut ex vna parte per pares desinant in octo. & per impares ab altera parte desinant in 27. qui scilicet octo & 27. sunt solidi. sign. animam, vtraque solida, scilicet tam composita quam simplicia prorsus implere. Fic. cap. 33. comp. Tim.

12 Numerorum interualla quibus vtitur Plato in fabrica animæ mundi sub proportione dupla sesquialtera, sesquitertia, & sesquioctaua. sig. animam simili proportione participare, tam quinque rerum genera, quàm duo generum elementa. Quæ duo elementa generum sunt terminus & infinitudo, & quinque genera sunt essentia, identitas, alteritas, status, & motus. sit igitur exempli gratia comparatio essentiæ ad cuncta simul cõiuncta sesquioctaua. Nam forma totius communis vno saltem excedit gradu quasi tono proprias partium qualitates. Sit sub essentia infinitudo, id est formabilis aptitudo, & comitetur hanc terminus, velut ipsius forma. sitque termini ad infinitudinem proportio dupla, superari enim oportet ab actu potentiam patiendi. Infinitudinem sequatur alteritas, sed terminum comitetur identitas, atque hæc ipsa identitas alteritatem superet sesquialtera ratione. post hæc sequatur motus alteritatem, & status identitatem, superetque status motum proportione sesquitertia. Quòd si proportiones hic explicatæ considerentur inuenientur & triplę & quadruplæ. Nam motus ad infinitudinem inuenietur triplus. & status ad infinitudinem inuenietur quadruplus. Ista interualla siue eorũ proportiones sign. et nõ tm̃ proportionẽ in aĩa secũdum supradicta quinque genera, & duo elementa, sed uires animæ singulis illis generibus & elementis respondentes. scilicet. vnitatem animæ respondentem essentiæ. voluntatem infinitudini. intelligentiam termino. imaginationem alteritati. rationem identitati. vim generali motui. & virtutem connectendi statui.
Ficinus cap. 33. comp. Timæi.

13 Numerorum figura secunda, qua vtitur Plato in fabrica animæ mundi, in qua primum ponit ex una parte. 6. 8. 9. 12. 16. 18. 24. 32. 36. 48. & ex altera parte, eosdem 6. 9. 12. 18. 27. 36. 54. 81. 108. 162. sign. genera, & elementa rerum quæ in anima sunt, & quæ oppositio se inuicem modo respiciunt, qualitates duas inter se inuicem reddere. Velut si vbi terminus tangit infinitudinem, indefinitã reportet termini qualitatem, atque uicissim vbi infinitudo tangit terminum determinatã infinitudinis subeat passionem, & in termino sit infinitudo quodammodo terminalis, & uicissim in ipsa infinitudine terminus indefinite progrediens. Ficinus cap. 35. comp. Timæi Platon.

14 Numerorum supradictorum tonus. sign. in anima plenum ipsius animæ motum pulsumque tam in se ipsa, quam in cœlo. sicuti hemitoniũ sig. motum remissiorem in elementis, & vsq; adeo a primo deficientem, ut perfectionis eius dimidia minorem suscipiat portionem. Fic. cap. 35. comp. Timæi.

15 Numerus ineffabilis apud Lisidem Pithagoricum. significat Deum. Farra Septena. folio 211.

16 Numeri pars. apud Platonem in Philebo sign. excessum & defectum, in magno & paruo, q̃ magnum scilicet & paruum apud eundem Platonem in Philebo dicuntur infinita, quatenus in his definitum sit nihil.
Paulus Scaliger. 2. tom. f. 26.

17 Numerus apud Anaxandrum. sign. hominis animam. &

18 Numerus se mouens apud Aristoxenum. significat hominis animam. Georg. Venet. Arm. f. 29.

20 Numerus pondus & mensura secundum Platonem dicũtur numeri, figuræ, & solidum. numeri sig. formas rerum specificas, figuræ sive mensura. sign. vires unicuique rei præstitas, vnde illud vnicuique dedit secundum propriã mensuram; pondus uero siue solid. sig. rerum inclinationes, quæ ueluti pondus trahunt siue ad bonum siue ad malum. Vnde illud D. Augustini Pondus meum amor meus illuc feror vbi amo. Et numic in mundo, sig. medietatem arith-

arithmeticam mensura, siue figura, sig. medietatem Geometricam, & pondus siue solidum, sig. medietatem musicam Georg. Venet. arm. fol. 95.

21 Numerum, & sapientiam simul iungi, ut est Eccles. 2. circuiui ego, & inclinaui cor meum, ut scirem, & considerarem, & quærerem Sapientiam, & Numerum, sig. numerum, & sapientiam idem esse, sed ratione diuersa acceptam. Nam vt est sap. 8. vbi dicitur de sapientia quòd attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, ea potentia qua fortiter a fine usque ad finem attingit, dicitur numerus, ea uero qua disponit omnia suauiter, sapientia proprie vocatur, cum sit vtrumque vnius eiusdemque sapientiæ. D. August. lib. 2. de libero arbitrio. Tom. 1. colum. 632. B.

22 Numerus rerum creatarum a Deo secundum species est inuentus a Theologis antiquis hoc modo. omnis res, quæ creata est, habet proprietatem quandam, per quam a singulis ipsa differt, & constat tum circa corpus tum circa animam secundú proprietatem literarum Hebraici alphabeti ingredientium in nomen illius rei, quod nomen impositum fuit singulis reb. ab Adam, prout erat singularum proprietas, & proprietas illa exprimebatur a literis ingredientibus nomen, veritas autem combinationum literarum ascendit ad summam numeri sequẽtis vz. 1124002590827719680000. Quæ combinationes debent intelligi absque vocalibus, & apicibus siue accentibus, quæ uocales & accentus adeo multiplicant illas varietates combinationum supradictarum, ut numerus apud nos sit nec expressibilis nec supputabilis Deo soli procul dubio cognitus, qui numerus, sign. res indiuiduales a principio creationis vsque ad finem mundi extremum. F. G. P. 244. titul. 6.

Quomodo autem fiant ille combinationes. v. lib. formationis mundi ab Abraham compositi. v. etiam. Alexandri Farræ septenarium. &c. v. etiã F. G. p. 22. t. 1. v. Arcangelum Burgonouensem in 26. dogmate cabalistico Pici fol. 121.

23 Numerus impar. in literis contentis in nominibus proprijs extractus, si unus cum altero comparetur in certamine vel in iudicio, ut esset unus contra vnum uel tres contra tres, signifi. quod minor natu semper vincit, se uero numerus sit par, & ponatur idem numerus par contra eundem parem, ut esset 2. contra 2. signifi. quod maior natu vincet, si uero non erunt numeri contendentium equalis, maior numerus vincet. Iacobus Gohorius lib. de vsu & misterijs notarum.

24 Numerus impar in uocalibus nominum impositorum, sign. claudítates, ucnlorum priuationẽ vulnera siue eiusmodi aduersos casus a dextris, se uero sit par, sign. in sinistris partibus corporis. Iacobus Gohorius lib. de usu, & misterijs notarum.

25 Numeri apud Pythagoreos, signif. res incorporeas. Paulus Scaliger Epistemonis li. 4. fo. 270.

26 Numerus impar apud Arithmeticos uocatur nomine patris, & numerus par uocatur nomine matris. Rhodig. lib. 2. cap. 54.

27 Par Numerus & maxime binarius, sign. materiã sicuti impar, sign. formam F. G. armo. f. 37. uel numerus par sig. fœminam naturam, & patientem, sicuti impar sign. marem, & agentem, par, sig. Deos inferos, & impar sign Deos superos vnde illud vergilij.

Numero deus impare gaudet.

Iacobus Gohorius lib. de usu, & misterijs notarum, & Lauretus in Tractatu de numeris in initio.

28 Numerus par sign. legem veterem, sicuti numerus impar signif. legem nouam, lex enim uetus erat infirma, & noua est robusta, & constans.

29 Numerus par est uel perfectus uel diminutus uel superfluus, numerus perfectus, sign. virtutem, quæ non est neque diminuta neque superflua: numerus vero diminutus, & superfluus, sign. vitia, quæ ab ipso medio discẽdunt, numerus perfectus par, qui ex suis partibus quotis conficitur, ut sex, qui ex tribus duabus, & una partibus constat, quæ simul conficiunt sex. diminutus, ut octo, qui constat ex quatuor duabus, & vna, ex quibus tantum septem fiunt numerus superfluus, ut duodecim, qui constat ex sex quatuor tribus duabus, & una, quæ conficiunt sexdecim. Laur. ut sup.

30 Numerus singularis in sacris litteris, ut plurimũ bonum, sicut pluralis sign. malum, quia quamdiu in bono sumus, vnitaté nostram, in eo qui vnus est, seruamus, nimirum Deo adiuncti, cú autem in malum prolapsi sumus, tũ uero procul a Deo remouemus, ac pro uno multi sumus. Petrus Bongus cap. de vnitate. f. 45.

31 Numerus impar, quo gaudet Deus, signifi. ternarium non enim quouis numero impare gaudet deus, sed ternario maxime omnium; nam est primus numerorum imparrium, & initium corporum solidorum constantium ex pluribus areis, & sicut Deus est principium omniũ quæ aguntur, ita primus ternarius numerus omnium reliquorum, per se ipsum auctus, triãgulum constituit parium laterum, quæ prima est earum figurarum, quæ pluribus constant lateribus, & triangulus ipse simplex, & æquilaterus sign. diuinitatem, siue est rerum cælestiũ effigies, ut pote quòd sit sibi æqualis, & propterea difficiliter moueatur, & ad malum declinanare minime possit, Petrus Bongus cap. de ternario f. 70.

32 Numerum parem, & imparem a Pithagora dici rerum principia, sign. ex forma, & materia res constare: nam numerus par sign. materia subiectum vel femininũ principium vel passiuum: impar uero sign. formã, & masculinum principiũ, vel actiuum; nam Pythagoras habet pro principijs rerum materiam, & formam, uel feminam, & masculum, vel passiuum, & actiuum quæ sunt idem. Franciscus Georgius problemate. 420. tom. 5.

33 Numerus pondus, & mensura quibus Deus

creauit

creauit omnia, ut est sapientiæ cap. sign. sanctissimam Trinitatem. Nam numerus proueniẽs ab unitate sign. Patrem, qui est summa vnitas, & fons omnium numerorum. Pondus, signif. filium, qui est sapientia, quæ omnia librat, & mensura, sign. Spiritum Sanctum, qui vnicuique prout conuenit tribuit portionẽ. Petrus Bongus cap. de Ternario. f. 90.

34 In Numeris cubum a radice per quadratum mediate procedere, & a quadrato immediate, sig. Spiritum Sanctum a patre per filium procedere, tamquam diuina motio a patre per filium, in Spiritu sancto in diuinis terminetur, ut censuerunt Cirillus, Gregorius Theologus, & Damascenus, licet apud latinos dicatur nulla in diuinis mediata processio, sed hæc discrepantia potius est in modo disserendi, quam in re, et Greci, et Latini optime conueniunt. Tu de hac re lege Iacobum Fabrum in commentario ad Richardum adiecto, et lege Petrum Bongum cap. de terrar. f. 109.

35 In Numeris vnicum tantum actum inuariabilẽ, & unam tantum potentiam item inuariabilẽ reperiri, demonstrat, quod solus quinarius, qui est impar, et numerus masculinus, et semper in se ipsum desinens, signifi. actum, et senarius, sign. potentiam, quia est numerus par et femininus, et ipse semper in se desinẽs, ideo hi duo numeri dicuntur circulares, ac sphærici, et hac etiam de causa videntur, sign. æuum, cuius omnis finis est ut principium, est enim æuũ semper idem, vel ut aiunt alij, et præcipue Heraclitus, quinarius videtur sign. principium illud, quod temperat vniuersum, de quare tu lege Petrum Bongum capi. de quinario folio. 183.

35 Numerus quilibet planus æquilaterus, sign. animam, sicut numerus linearis sig. superos æternos. Paulus Scaliger in vigesima conclusione de philosophia doctrinali, quæ sunt numero. 73. f. 749. lib. 14. Epistemon.

36 Vnarius apud Tritemium, cum dicit. Vnarius non est numerus, sed omnis numeri fons & origo. Binarius primus numerus ab unitate dissectus est, reijciatur itaque binarius, & Ternarius, ad vnitatis simplicitatem reducibilis erit, quæ uerba signi. modum conficiendi quintam essentiam ex uino, atque etiam ex alijs rebus tam metallicis quam non, quã rem si quis exacte perspicere cupiat, legat Gerardum Dornũ in praxi artificij chymici capite primo, qui Dornus ita interpretatur supradicta verba Tritemij Vinum ante separationem fuit corpus unicus, at post separationem eius in aquam oleum, & Terram ab Vnario dissectus est binarius, quia quęlibet istarum trium partium duas partes in se continet, vnam puram, & alteram impuram; sicuti aqua continet Lunam puram, & mercurium impurum, Oleum habet Solem purissimum, & Martem immundum. Terra habet Iouem purum, & Saturnum impurum. Reijciatur itaq; binarius cuiusuis harum trium partium, id est earum impuritas, & Ternarius hoc est tres istę partes puræ Sol, Luna, Iupiter erũt, videlicet quælibet erit per se reducibilis ad vnitatis simplicitatem, hoc est horum trium quodlibet fiet vnum corpus simplicissimum, & medicina præ cæteris simplicissima. Quod iam de vino dictum est, de alijs etiam solidioribus intelligi potest. Hæc Dornus ille Paracelsi discipulus.

37 Vnitas, quam Sissenij adorabant, ut refert Minar. lib. Antiquitatum, sig. Deũ, ut quæ similis esset diuinæ creaturarum origini, æternoque principio. Nam vnitas est ante alteritatem & quod est ante alteritatem, æternum est, & alteritas & mutabilitas idem est: & quod mutabilitatem naturaliter præcedit, immutabile est, & quod est immutabile est æternum. Alteritas, sicut numerus, posterior est vnitate. Vnitas ergo natura prior est alteritate, & quoniam naturaliter præcedit alteritatem, vnitas est ęterna. Et quia alteritas, & inæqualitas sunt simul natura, quia vbi inæqualitas, ibi necessario alteritas, & e conuerso, & quia inæqualitas est posterior æqualitate, cum inæqualitas per resolutionem deducatur ad æqualitatem, sequetur, ut æqualitas sit ante alteritatem, & quod est ante alteritatem est æternum, æqualitas ergo æterna. Et quoniam effectus prioris causæ est natura prior effectu posterioris, & vnitas est causa connexionis, & binarius est causa diuisionis, & diuisio, & alteritas simul sunt natura. sed quia vnitas præcedit binarium, sequitur, ut connexio pręcedat diuisionem, & alteritatem, & quod præcedit alteritatem est æternum, connexio erit æterna, & quoniam plura æterna esse non possunt, sequitur, ut vnitas æqualitas, & connexio sint vnum, & hæc est illa Trina vnitas, quam Pythagoras docebat adorandam. Et quia res quælibet a Deo patre habet esse, quia vnitas est vnitas, sig. Patrem. & a filio habet specificatũ esse, quia est æqualitas. æqualitas sig. filium, & quia a spiritu sancto habet esse perfectum, quia nexus siue connexio est connexio sign Spiritum Sanctum. Vnitas ergo æqualitas, & connexio, signif. tres santissimæ Trinitatis personas. Petrus Bongus cap. de Ternario. fol. 106. & 107.

Vnitas Saturnia sig. mundi intelligibilis vnionem intra se omnia implicantis, & ideo prisci Theologi finxerũt Saturni filios Iouem Neptunum & Plutonem sibi mundum diuisisse, Quod sig. post intelligibilem mundum, qui tanquam pater gubernat mundum sensibilem, quem sensibilem ipsi Theologi diuiserunt in tres regiones cælestem, terream, et mediam, primam Ioui, mediam Neptuno, et terram Plutoni assignantes, sensibilem mundum ab intelligibili complecti, et regi, et Ioui datum esse fulmen trifidum, Neptuno tridentem, et Plutoni tricipitem canem Cerberum, sign. in trinitate unũ esse deum, qui in omnibus est idem, quam rem sig. tres illos Deos uocatos esse Iouis nomine. Bongus ut supra f. 114.

Vnitas quas cũ reliquis sex portionibus Plato vti-

tur

tur in fabrica animæ mundi.sign.ipsam animæ vnitatem,simplicitatemque sublimem, & propriam diuinæ unitatis imaginem,& in ipsa manentem.Ficinus cap.33.comp. Timæi.

Vnitas qua uitur Plato in fabrica animæ mundi signi.spatium,quod est a terra ad Lunam.Ficinus.c.24.Comp.Timæi.

Vnitas siue monas binarius, & ternarius de quibus tritemius ad Principem Ioachimum,& ad alium amicum suum scribens.sign. Deum materiam,& compositum:nam monas siue vnitas,sign.Deum secundum Philolaum:binarius siue Dias sign.materiam,& ternarius significompositum siue corpus Vel.sig.animá spiritum,& corpus,quòd Augurellus. ita cecinit.

Verum si reputes tria sunt primordia tantum.
Dehinc duo, dehinc etiam recte si uideris unũ.
Tantum erit.

Vel secundum Hermetem monas siue pater. signific. solem binarius, vel dias, vel mater signific.Lunam.corpus, uel ternarius,vel eius nutrix sign.terram,de quib.lege Iacobum Gohorium libello de vsu,& misterijs notarum.

Vnitas prima pars ex septem,quibus Plato animam conflatam dixit sign. animæ supremum maximeque intellectuales, quod uniformem, atque unam essentiam totius animę simplicem que declarat,diuinæ vnitatis imaginem referẽs & in ipsa remanens, & est quasi centrum animæ,manet enim secundum partem hanc anima à totis inseparabilis entibus. Fabius Pauli. Hebd.lib.3.cap.3

Vnitas est mas, & fœmina par, & impar non numerus sed fons,& origo numerorum, initium,& finis omnium,& principij, & finis insciens,ad summum refertur Deum,eiusque intellectum a sequentium numero rerum, & potestatum sequestrat,neque inferiore post Deú gradu frustra eam desideraueris,& sign. mentem e summo natam Deo,quæ vices nesciens temporum,in vno semper,quod adest,euo cõsistit,cumque vtpote vna non sit innumerabilis,innumeras tamen generum species, & de se creat, & intra se continet. Macrob. 1. de somno Scipionis.

Vnitas, quæ est mensura communis omnium numerorum obtinens puncti uicem, & quamuis ipsa sit principium numeri interualli, & lõgitudinis,eorum tamen non est capax, & est maximum absolutum, & infinitum, quo maius dari nequit, neque minus: immutabilis substantia,principium,communicatio,& finis omnium,supra numerum, supra totum, sine diuisione,& sine parte,& tãdem Deus ipsa est. Qui est autor,& opifex vniuersi huius, in ipsa vnitate omniformiter existit omnis numerus coniunctus in ipsa, & quantum ab vnitate digreditur, tantum discernitur,& multiplicatur, & sicuti a puncto prouenit linea,& linea generat superficiem,ita motus unitatis creat alteritatem,& ipsa binarum.alteritas enim assignatur duobus,binarius uero signifi.compositionem,cum sit vnitatis cumulus, in compositis requiritur proportio materialis, & formalis & cum binarius sit confusio,signifi.materiam, quæ ut habeat aliquam perfectionem,vertitur ad numerum primum imparem, qui est ternarius,qui diuinis est maxime idoneus,& iõ,sig. formam.Alexan.Farra in septenario,f.168

Vnitas apud Pythagrum sig.Deum bonum, & intellectum: sicuti apud eundem dualitas sig. Demonem,& malum, quod in ea sit materialis multitudo.Georg.Venet.arm.f.7. vt Alex. Farra in septenario f.211

Vnitas,& dualitas apud nonnullos sig.hominis animam,idest indiuisibile,quod sig.unitas, & diuisibile,quod sig.dualitas.hoc idem sig. punctum,& distantia.Georg.Venet.armon.f.29. v.punctum,& distantia.

Vnitas sign.omnia in uerbo præexistentia,nam erant idem cum ipso verbo. Secundum vero Orpheum anima collocans suum caput in intellectu primo, & ipsa unitas sicuti binarius, uni duplam proportionem ad primam continet,sign.progressum ipsius animæ a Deo. ternarius sign.animæ egressum ad Deum.ternarius sign. egressum animæ a seipsa,ut circa alia peragenda uersetur, nouenarius sig. retrocessionem animæ ad sese,ita quod processus a seipsa, annectatur progressui, quem facit ab eo, qui eandem præcedit,et regressus ad seipsam a regressu suipsius ad præcedentem ipsam opificem dependeat. reliqui vero duo termini siue numeri,octo scilicet,et viginti septem cum ex solidis constituantur.signifi.conuersionem corporum,quibus annectitur ipsa anima,nam et mundus habet corpus corruptibile, et feculentum,et rursus habet aliud corpus celere,et incorruptibile.Sicuti,et homo,qui similiter habet duo corpora,elementa octo,qui est cubus et solidus binarij,qui sign.materiam, sign.corpus elementare,et feculentum tam mundi q̃ hominis,et numerus 27.qui est cubus, et solidus ternarij,sign.corpus cęleste, et incorruptibile tam mundi quam hominis.Georg. Vene. Armon.f.92.

Vel secundum Sirianum vnitas signif.totum,et perfectum mũdum, binarius sig.multitudinẽ et rerum uarietatem in ipso mundo, diuisio vero per pares,et impares numeros, idest per binarium,et quaternarium,et ternarium, et nouenarium sign.masculinum,et fęmininum incipiendo a Deis usq; ad stirpes,et plantas, per binarium,et ternarium,sign. id quod masculinum, et fęmininum in Deis est,per quaternarium, et nouenarium sign. id quod masculinum,uel fęmininum in generibus melioribus et superioribus nobis est,per binarij quadratum, idest octo, et per ternarij quadratum, i. 27.sig.omnes vitæ species usque ad terrestres, et ultimas,easque in primo reducendo,Geor. vt supra.

Vnitatem esse Deo sacram sig. Deum maxime esse unum,et indiuisibilem, a quo cætera vnitatem habent,eoque perfectiora sunt,quo magis ad diuinam unitatem appropinquant, et

hinc

hinc est, quod unitas in allegorijs ferè semper sig. Bonum: Lauretus in verbo vnitas in appẽdice de numeris.

Veritatem esse sacram virginitati, signifi. ipsam vnitatem in se d[illegible]ctam nihil generare, sicuti faciunt alij numeri. Lauret. in verbo vnitas in appendice numerorum.

Vnitatem animæ supra mentem esse, sign. Characterem summi boni, qua vnitate ipsa mens, non rerum rationibus Idcisq[illegible], sed primo rerum principio, quod ipsum unum est, iungitur. Ficinus in argument. Theeteti.

Vnitas sign. mundum, qui tantum intelligentia percipitur, qui dicitur archetipus, ad cuius imaginẽ Mundus sensibilis factus, & sicut vnitas sig. Archetipum ita senarius sig. hunc sensilem Petrus Bongus cap. de vnitate.

Vnitas sign. taciturnitatem, sicut dualitas sign. loquacitatem, quemadmodum enim vnitas in se ducta minime limites egreditur, sed omnino vnum perseuerat, maneique vnde & monadis nomen inditum, dualitas uero principiũ est diuisionis indefinitum, statim enim a se deficit, duplicatione in multitudinem tẽdens. Eodem ferme modo sermo ab vno primoque nequaquam recedens, vere est, ac dicitur arcanus, Bongus, ut supra.

Vnitatem de se simplicissimo ductu gignere æqualitatem, sign. patrem Deum [illegible], & superexcelsam vnitatem, cui vnius rationem detulerunt Pythagorei, de sua substantia filiu gignere suæ fecunditatis expressionem consubstantialemq; imaginem, & vnitatis ductus in æqualitatem, procedere connexionem per omnia utrique conformem, signific. Patrem, & filium sibi consubstãtialem amorem, utrusque nexum, & spiritum spirare. Petrus Bongus cap. de ternario f. 108. & 105.

Vnitatis, & numerorum totam fecunditatem trino ductu absolui. sign. diuinam, & immensam fæcunditatem in super immensa ternario perfectam, & absolutam esse, omnis enim numerus, uel est radix, vel tetr[illegible]s, vel cubus Radix sign. Patrem, tetrag[illegible] gignitur a radice sign. filium, & cubus, qui [illegible] & a radice, & a quadrato, sign. Spiritum Sanctum Bongus, ut supra.

Vnum duo Pythagoricum Simbolum, sig. signa vnitatis, & denarij, quæ apud Græcos, & Hebræos signantur per Iota, & punctum. Barbaris vero, & latinis, sign. vi[illegible]tem simplicem, q̃ vnum, & duo. Zarates Pithagoræ præceptor, sign. per nomina propagationis. Paulus Scaliger tom. 2. Misc. t. 14

Vnum apud Alcyneonem Crotoniatem. signif. principium rerum effectiuum, sicuti duo apud eundem, vel binarius infinibilis [illegible] principiũ materiale subiectiuum, & multitu[illegible] initium. Georg. Venet. Arm. f. 28.

Vnum apud Pythagoricos nominatur per Apollinis nomen. v. Apollo.

Vnum de quo D. Iacobus dicit, qui offenderit in vno, factus est omnium reus. sig. charitatem quæ est ipse Deus: nam Deus Charitas est, & qui offendit in charitate offendit in Deo, & qui in Deo offendit, sit omnium reus. tu lege D. Augustinum Sermone quarto, de tempore & Epistola 29. ad D. Hieronimum. lege Petrũ Bongum cap. de vnitate, qui tamen uidetur ponere unũ pro charitate, quatenus est dilectio Dei, & proximi, qui est primus fructus donorum spiritualium, ut ait Apostolus ad Gala. 5.

Vnum siue vnitas apud Pythagoricos [illegible] nerat, unde producit duo, & cum [illegible] Deus [illegible] quid est in [illegible] unum, & duo, quæ [illegible] conficiunt tria, etenim Deus vnitus essentia [illegible] quæ comprehensio infinitatis [illegible] adiuncta format tetractum siue quaternitatem pythagoricam, quam illi uocant fontem perpetuæ, & semper fluentis naturæ, quæ tetractis sign. ineffabile nomen [illegible] nium. Farra Sept. fol. [illegible] 2.

Vnum, & duo apud [illegible] m, vnum signifi. id[illegible]m, & duo [illegible] alteritatem siue diuersitatem, duo apud Alcmeonem coetaneum Pythagorę sig. mi[illegible]es, quæ in contrarietate deductæ, sig. Empedoclis litem.

Vnum apud Zaratam Pythagoræ præceptorem sign. patrem, & duo sig. matrem, quæ duo [illegible] licet pater quem [illegible] num, & mater quam sign. duo generant ter[illegible] m, vt diuum supra fontem omnium idearum.

Vnum apud poetas veteres sig. Zeuã nomẽ Ioui adhibitum, & duo signi. Heram nomen Iunonis, & Iuppiter sig. formam, & Iuno sig. materiam.

Farra Septi. 213.

Vnum dicentes Deum, sign. Deum esse nonm, non numero, sed simplici vniuersitate intelligi volumus. siquis enim dicat vnum hominem, aut unum equum, hic vnum pro numero posuit, quia posset, & alter homo, uel equus esse, & tertius. Vbi autem secundus, vel tertius adij ci non potest, unus sit dicatur, non numeri, sed vniuersitatis est nomen. Deum nanque dicimus vnum, non quid sit exprimentes, sed quo modo sit id, quod est, enunciantes. nam quid sit, sciri non potest, cum sit super omnem essẽ tiam, & super omne intelligibile. posse tamen dici illum esse vnitati simillimum, immo essẽ ualiter, & simpliciter esse unum, a quo, & per quod, & in quo, & ad quod omnia sunt, & ordinantur, & permanent, & continentur, & implentur, & conuertuntur. & esse primum voũ, & conuertuntur. & esse primum vnum, & primum ens. Vnum apud Platonem in Parmenide sign. diuinum esse, in quo omnia uitam habent, tamquam rami in radice, & licet uniuersæ creaturę inter se genere, specie, et numero sint differentes, unicum tamen habent esse in Ipso primo, non secus ae radij solares in ipso Sole, et riui in fonte, et uirtutes in sapientia. Omnia ex Deo ita sur t, ut nusquam, vel minima quæ quæ deserantur a Deo, vbique enim diuina uiget vnitas, per quam res quæque consistunt, ae perpetuo quodam intimoque circu

lo ad

Binarius in rebus in quibus apud antiquos cupiebatur auspicium si essent aut Martiæ aut Saturniæ, sig. infelicitatem rei per quam auspiciū capiebatur. Petrus Bongus ut sup. f. 59.

Binarius sign. naturam corpoream, quod dualis numerus sociandis generandisque corporibus aptari soleat, & hac de causa.

Binarius sig. matrimonium siue fœdera nuptiarum. Petrus Bongus ut sup. folio 67.

Dualitas qua vtitur Plato in fabricando Animam mundi, sig. processum animæ in propriétatē suam vnitate inferiorem, & quadam iam ratione multiplicem. Ficinus. cap. 33. comp. Timæi.

Dualitas qua vtitur Plato in fabrica animę mundi, sig. spatium, quòd est a terra usque ad solem duplum scilicet a terra ad lunam. Ficinus. cap. 34. comp. Timæi.

Ternarius est primus incompositus, vt prima multitudo incomposita, diffusiua absque inuidia in omnes creaturas, ac illud fecundum, quod est in ea multum, multitudinis productiuum, & illud essentiale, quod est in ea vnum omnis productionis fons, et origo simul, & omnis processionis initium, & omnis substantiæ immutabilis permanentia perpetua mente intuetur, ac respicit, & ita se se in ipsum retorquet per modum vnitatis, & dualitatis semetipsum multiplicans tetractimque producens, signific. summam Trinitatem seipsam contemplantem in se ipsa tetractum producentem, quæ tetractis est omnium, quæ creata sunt, Idea, qua idea siue tetracti omnis progressio perficitur unde oritur illa, decas quam appellamus decem omnium rerum genera generalissima: nam tetractis originaliter sigilatim posita de omnipotente potentia ad energiæ actum exiens producit decem. vnum enim. 2. 3. & 4. decem conficiunt. Paulus Scaliger. tom. misc. f. 54.

Ternario numero Deum fuisse omnia complexum, ut ex Platone, & Aristotele colligitur, quia posuit in omnibus principium medium & finem, signific. in omnibus messe Trinitatis vestigium. Deus enim per ternarij quadratum, qui est nouenarius, & per cubum eiusdem, qui est uiginti septem, compleuit totam fabricam corruptibilium rerum cælestium, & spiritualium. namque fecit nouem genera corruptibilium, & generabilium, nouem cœlos, & nouem choros exercitus Angelorum, terminando unumquodque illorum in suo denario, qui naturam sapit utriusque, & per cubum denarij reuertitur ad unum, idest ad millenarium, vltra quem alius non datur numerus. vnde Deo solus ternarius est addictus, & hinc est quod Dei nomen licet sit tetragrammū, tres tantum sunt literæ, nam litera he geminata sig. Dei opificis geminam productionem alteram quam facit ad intra diuinarum personarū, & alteram quam fecit ad extra ipsarum, s. creaturam, & ternarius numerus est diuinus: nam ab vnitate nunquam discedit, licet tres sint personæ diuinæ, in Deo tamen identificantur, & licet decem sint sephirot, unum tamen sunt in diuinitate. Archangelus Burgon. in 55. conclusion. cabal. Pici.

Ternarius qui est prima figura omnium figurarum, sign. ipsam diuinissimam triadem, nobis quodammodo eam oculis subiciens, sed si ternario addatur altitudo, ut fiat corpus, tunc erit quaternarius siue tetractis, & fiet pyramis quæ est primum omnium corporum, & sicuti ternarius absque altitudine sign. Sanctissimam Trinitatem, sic quaternarius ex triade factus, sign. verbum humanatum corpore assumpto. Quam rem autor primæ linguæ signif. nomen diuinitatis per tres litteras exprimens, Deus. n. in prima lingua dicitur. Got. at volens verbū humanatum indicere illud expressit per quatuor litteras, sign. ternarium demonstrat diuinitatem, & quaternarium uerbum humanatum. Goropius in Hieroglyph. lib. 16. fol. 251.

Ternarius dum distinguendæ in diuinis hypostaseon diuersitati numeri applicatur, signsi. Spiritum sanctū: quem admodum enim dum hac ratione ternarius quaternario comparatur, e ternario superficiem metiens prodit meta siue Pyramis quaternario significata, quæ omnium corporum primas tenet, Ita de Spiritu sancto natus est agnus, multo magis inter omnia curpora, & cælestia primogenio sibi iure vindicans principatum. Quòd si ternarius in quaternarium ducatur, duodenarius existet, qui est numerus Herculi sacer, ut qui sig. totam rerum vniuersitatem, quam Hercules idest Christus D. ab omnibus monstris, & ab omni vitio purgauit, & quam vniuersitatem Christus Dominus duplici uita perficit, quam duplicem uitam duodenarius in prima lingua expressus, sig. dicitur enim tuneleuen, de qua tu v. Duodenarius. 9. Goropius ut supra f. 252.

Ternarius signific. amoris uinculum, vnde ille in Antiphane scripit se misisse suæ Meliberæ, tria aurea mala, & Salomon dicit funiculum triplicem difficillime rumpi, & quod ternarius ad Amorem faciat de cydonijs veneri sacris Bœotus ille loquitur, cum uocet illa mala aurea, sub quorum nomen clatura ille intelligit aurum, quo Athenienses quidam a Rege Persico corrupti fuerant, & ideo dicit ea poma habere semen amarulentum. Goropius in vertumno. folio 68.

Ternarius quo nihil est vberius, ad mysticas at recouditas significationes, est primus numerus; Nam Pythagorei binarium non esse numerum dicunt, sed quandam confusionem unitatem, & sicuti apud eusdem, referente Plutarcho, vnitas dicitur Apollo, & Binarius lis, & audacia, sic ternarius vocatur iustitia quæ est summa

 perfe-

perfectio, & quatenus est virtus, est medium duorum vitiorum vtrinque reductum, quorũ alterum est afficere iniuria, & alterum affici, quod utrumque est fugiendum. Ternarius ergo sign. summam perfectionem, & eam iustitiam, quæ generaliter accipitur, de qua Dominus dixit nisi iustitia vestra abundauerit plusquam scribarum, & pharisæorum non intrabitis in regnum cœlorum. Petrus Bongus cap. de ternario. f. 69.

8 Numerus ternarius apud Arithmeticos, sig. pulchritudinem. Equicola lib. 2. de natura amoris.

9 Numerus ternarius, & denarius in Arithmetica mystica sunt numeri formales, & numeri numerorum, secundum illud Tritemij. Quum per similitudinem binarij a ternario redierit, in unitatem deinceps iam facile in denarium consurget, signific. secundum nonnulos compositionem medicinæ philosophicæ iuxta illud Augurelli, sunt tria deinde duo, dein recte si scieris vnum tantum erit. Ternarius, signific. & dictam compositionem medicinæ sed denarius, signific. proiectionem ex spagirico Axiomate. Leo Suauius in scholijs de uita longa Paracelsi f. 194. & 195.

Ternarius signific. laudem sacrationem atque diuinam, sicut binarius. & reliqui pares numeri, signific. laudem humanum atque moralem quatenus in eorum partitionis iusta utrinque fit distributio, iustitia enim in ipso pari est quasi dissoluta, nec ullum habet cardinem, quo innitatur, sed in ipso ternario, vel alio impari numero semper ipsum vnum est medium quasi centrum, atque numen quo aquæ distributio regitur, & sed quod quasi finem refertur. Petrus Bongus cap. de ternario folio 69.

Ternarius ut impariom numerorum primus, signific. principium viniuersi ordinis. Nam propter medium sui ipsius uinculum intra se posidet, & propter centrum circularis existit, & propter comparationem extremorum ad medium est vniuersi ordinis principium. Petrus Bongus ut supra.

Ternarius significat principium medium, & finem unde illud. tria sunt omnia, & apud priscos Theologos, ut ipsi signific. in Deum esse referenda principium medium, & finem, tria in sacrificijs offerebantur. Bongus.

Ternarius sign. ad cultum Dei secundum Philosophos tria esse necessaria. Adorationem propter reuerentiam. Thus, Ob distributionem suauissimæ cognitionis diuinæ, & cœlestium, ac terrestrium uirtutum, & Hymnum secundum Pythagoram, propter cœli concentum. Bongus ut supra.

10 Numerus ternarius signific. vniuersum, quòd constat ex æternis ex temporaneis, & ex eorum medijs, & æterna sub trinitatis proprietate posident in essentia simplicitatem, in virtute stabilitatem, & in actione reflexionem.

Temporalia rursus in trina dimensione habent essentiæ emptitiouem, uirtutis mobilitatem, & actiones transitum, quibus triditatibus si anima, quæ est earum medium addatur fit septinarius numerus, & si ipse in trinitatem diuidatur, fit numerus nouenarius, qui numeri a Platone in mundi animæ fabrica commendantur. anima enim vel respicit seipsam, vel respicit superiora vel respecit inferiora.

Trinitas numerorum signific. principium medium, & finem rerum. signific. triplicem in causis proprietatem. Nam causæ sunt in seipsis, efficiunt effectus, & factos reducendo perficiunt. signific. & treplicem effectuum proprietatem, Nam effectus sunt in causis. proceduut ab illis, & conuertuntur ad illas. signific. & animæ triplicem proprietatem, Nam sublimes causas cum infimis connectit effectibus, manet in se ipsa, & declinat ad effectus, et ascendit ad causas. Ficinus cap. 3 2 comp. Timæi.

Significat etiam animam triplici septenario mũdum regere primo occultis quibusdam septem verbus planetarum in firmamento per causas dominantium. Secundo septem planetarum formis in globis septem firmamento subiectis. Tertio septem muneribus planetarum generationem sub luna regentibus. quippe cum sub luna uinificum lumen soli subijciatur. calor vrens Marti. in terra superficies varia Mercurio: moles tota Saturno humor aereus Ioui. humor aqueus Lunæ. humor mixtus Veneri. Et causæ agentes sequantur Solem, materiæ Lunam, fecũditas causarum agẽtium Iouem. materam fecunditas Venerem, expeditio velox ad effectum propter vehementiam Martem, & propter dexteritatem multiformemque virtutem Mercurium, & cunctorum permanens continuatio Saturnum.

Signifi. et tres animæ mundanę vires, quæ regunt et septinarios a quib. cardo supra dictorum septenariorum progreditur.

Sign. etiam tres animæ mundi vires sub intelligentia quasi sub firmamento, scilicet rationem vniuersalem, imaginationem, et vegetationem.

Sign. etiam rationis vniuersalis tres circulos, primum ab anima ad causam amandam, atque ui cisim naturali quodam instinctu clam, ita ferente. Secundum a retum causis ad effectus considerandos, atque econuerso. Tertium a formis Ideisque magis uniuersalibus ad minus vniuersales decursus vicissimque recursus.

Qui tres circuli cum quatuor circulis reliquarũ duarum uirium scilicet imaginationis, et vegetationis; nam imaginario habet duos circulos, et uegetatio duos, qui quatuor cum tribus rationalibus conficiunt septenarium, circuli imaginationis, et uegetationis sunt primus reflexio naturalis ad causam suam. Secundus est ab eisdem formis ad eadem certa quædam interuallis certis, et perpetuis reuolutio, per quam et in cęlo configurationũ, et sub

coelo

cœlo transformationum temporalis, et certa re
uolutio prouenit. Ficinus cap. 32. comp.
Timæi.

Trinitas qua utitur Plato in fabrica animæ mun
di, sign. regressum eius ad unitatem tumpro-
priam tum diuinam. Ficinus cap. 33. comp. Ti
mæi.

Trinitas siue ternarius, quo vritur Plato in fabri
ca animæ mundi, significe. spatium, quod est a
terra ad solem. Ficinus capitulo 34. comp.
Timæi.

Triplex harmonicus tractatus, quo utitur Plato
in fabrica animæ mundi, sign. triplicem concor
diam, animæ, & corporis, et inter animæ par-
tes inuicem, atque inter corporis partes inui-
cem. Ficinus cap. 35. comp. Timæi.

Tria numina scilicet Apollo Iupiter, & Minerua
legum latoribus præsidentia uidentur, sig. di-
uinam Triuitatem in ferendis legibus necessa-
rio inuocandam, quòd perfectæ leges ferri non
possint, humana duntaxat facultate sed Deo
solo auxiliante. Ficinus in primo de legibus
Plato.

Trinitates tres de quibus Proclus. V. Trisertes.

Ternarius numerus, signifi. corpus. Nam ut ait
Aristoteles, ea magnitudo, quę ad unum est di
uisibilis, linea est, quæ ad tria, est corpus, atque
preter has nulla alia prorsus est magnitudo,
propterea quòd ipsa tria omnia sunt, et ipsum
ter in omnem partem se fundit. Nam ut Pytha
goræi inquiunt ipsum omne, ac omnia tribus
sunt definita, finis enim medium, et principiū
vniuersi numerum habent, hæc autem triadis,
qua propter a natura quasi legibus acceptis, et
in Deorum Sacrificijs celebrandis hoc uti nu-
mero solemus. Hæc Aristoteles, & Petrus Bō-
gus cap. de ternario f. 69.

Ternarius sign. ligationem, sicuti, & sig. Purifica
tionem siue lustrationem. vnde Virgilius.

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores
& illud

Idem ter socios pura circumtulit vnda.

Bongus ut supra f. 71.

Ternarium adhiberi in actionibus, sign. per ip-
sum ternarium uehementiam maiorem impri
mi in ipsis actionibus. Plinius enim lib. 28. ita
dicit. terna despuere deprecatione in omni
medicina mos fuit, atque ex hoc effectus adiu
uari. Bong. ut sup. f. 71.

10 Numerus Ternarius. sign. uel animam uel Deū
nam in capite 3. libri primi Regum. Heli Sa
cerdos suspicatur dualem uumerum esse pes-
simi spiritus, sicuti ternarium indicat esse Dei.
nam cum Angelus bis uocasset Samuelem.
Heli iudicauit tertiam uicem expectandam es-
se. Valer. f. 269.

Ternarius sign. mundum angelicum, mundum
cœlestem, ac sensibilem, & mundum huma
num. significat mundum angelicum, quia
summus Deus voluit, vt suum beneficium plu
ra sentiret, quod erat summæ benigni tatis, pri
mum quidem cogitatione concepit angelicas
potestates, & statim ipsa cogitatio transiuit in
opus, quod uerbo complebatur, & spiritu
perficiebatur; nam eorum quæ fiunt causa est
pater, filius effector, & Spiritus Sanctus perfe-
ctor. ita ut patris voluntate Spiritus existant
filij actione in rerum naturam producantur,
& Spiritus sancti præsentia perficiantur. Nam
isti Spiritus sunt velut secundi splendores, &
ministri primi illius lucis per quam côditi sunt,
ipsi dicuntur mundus angelicus siue intelle-
ctualis, qui est natura impatibilis & mobilita-
tis expers, & primæ luci proximus sed longo
proximus interuallo. Et ternarius, signifi. mun-
dum cęlestem, qui constat ex materia, ut ocu-
lis pateret corporis, & comprehendit vni-
uersum illud, quod ex cœlo, & terra, & omni-
bus quæ in medio sunt cernitur conceium, &
sicut primus mundus est itelligibilis, & spiri-
tualis, iste secundus est corporeus, & materia-
lis, & est medius inter intelligibilem, & huma-
num, nam omne, quòd creatum est vel extre-
mum uel medium, & ternarius signific. mun-
dum humanum, qui a Deo omium extremus
creatus fuit, & compositum ex duobus præce-
dentibus spirituali scilicet, & materiali, ut per
ternarium mundus fieret, vel intelligibilis, vel
materialis, vel mixtus ex utroque, homo enim
constat ex anima, & corpore, & sicut mundus
Angelicus, ut simplex est omnium actus, ita
mundus humanus est simplex, & vniuersalis
omnium potentia, & mundus cęlestis est quic-
quid superest sensibile, & mixtum ex actu &
potentia, fit igitur, vt omnia sint tria tantum,
duo uidelicet extremi intellectus Angelicus, &
humanus, & reliqua omnia, quæ vtriusque in-
tellectus medio clauduntur, & primus mun-
dus Angelus scilicet dicitur vniuersale affirma-
tiuum. tertius mundus dicitur vniuersale nega
tiuum eo, quod in homine nullus est actus a
principio, & mundus medius dicitur particula
re affirmatiuum et negatiuum. Petrus Bon-
gus cap. de ternario f. 77. 78. 79.

11 Numero ternario Deum gaudere, significe.
Deum gaudere forma quam ternarius signifi.
vel significe. Deum gaudere, vt colamus eum
omni numerorum extensione, quæ est trina,
latum longum, & profundum, vel significe.
Deum gaudere, ut eum colamus tribus
modis corde lingua, & opere. Franci-
scus Georgius problemate folio 203. tomo
secundo.

12 Numerus ternarius est primus numerus; nam
vnitas non est numerus, & binarius non est
numerus, sed pluraritas vnitatum confusa, &
ideo, significe. materiam, numerus ternarius
est masculinus, & primus uumerus, & præ-
cedit quaternarium, qui est fœmininus, &
componitur ex ternario, & vnitate, &
hoc significe. hominem primo adeo crea-
tum, & postea ex masculo fœminam a Deo
factam, sicuti quaternarius, ex ternatio, &
vinitate, quæ unitas, sign. Deum.

Franciscus Georgius problemat. folio. 150.
tom. 5.

36 Numero Ternario a Deo omnia complecti. significat in omnibus esse principium, medium, & finem. Vel significat per ternarij quadratum qui est 9. vel per cubum ternarij qui est 27. omnium rerum corruptibilium cœlestium, & spiritualium fabricam consistere. nouem namque sunt genera corruptibilium, & generabilium. nouem sunt cęli, & nouem angelorum chori. F.G.p.310.t.5.

37 Numerum ternarium a Pythagoreis primum numerum haberi. significat Deum & materiam non numerandos cum entibus formatis, etenim q summa vnitas est omne ens transcēdit: materia uero que est binarius, omni enti substernitur, nec inter entia vera connumeratur, vt ipse differit Eusebius. vnde cum Deus sit supra ens & materia sit infra ens, non constituunt numerum, nam numeranda tantum sunt ea, quæ formata sunt. aut puræ formæ siquæ sunt. F. G. p. 419. tom. 5

38 Numerus Ternarius simplex. sig. simplicissimā Trinitatem. Arm. f. 40.

39 Numerus ternarius quadratus, s. nouem. sign. 9. ordines Angelorū. 9. spheras. & 9. genera rerū corruptibilium & generabilium. Arm. f. 40.

30 Numerus ternarius cubus, siue solidus videlicet 27. sig. omnes simul enneades, siue tres supradictos nouenarios. F. G. arm. f. 40.

31 Ternarius quadratus. sign. Angelos esse a prima triade immediate creatos, sicut enim nouenarius prouenit ex ter tribus, & ex ternario primo progignitur. Ita nouem Angelorū chori a prima vnius substātiæ triade immediate creati sunt. Summū aūt primumq; principium ab vniuersis Theologis in eiusdem instantiæ vnitate sub personarum Trinitate sine sui diuisione celebratur. Rationabile itaq; est sacrū principij numerum nempe ternarium in se ductū antistantium illi antiquissimarum ac immaterialium substantiarum peperisse frequentiam, vt sicuti nouem sunt glorificationes speciales in diuinis, ita essent nouem Angelorū Chori. Petrus Bongus cap. de Ternario f. 80.

32 Ternarium siue Trinitatem esse omnium rerū mensuram, vt aiunt Pythagorici. significat bonum per se esse principium, medium, & finem. Nam Deus creat singula, mox rapit ac perficit. Vniuersa enim ab illo perenni fonte effluunt, dum nascuntur, deinde in eundē refluunt, dū originē illam suam repetunt, postremo perficiūtur, vbi in suū redierint principium. Petrum Bongus cap. de Ternar. f. 116.

33 In Ternario numero omnia esse creata. significat Sanctissimam Trinitatem fuisse creatricem. Nam Deus vnus & trinus creauit Angelos in tribus ordinibus, & singulos ordines triplices, tres cœlos. tres species luminarium Solem, Lunam, & Stellas. tria secula, superius medium, & inferius, tres temporis differentias, præteritum, præsens, & futurum. tres species damnatorum spirituum aëream terream & infernalem. tres species animalium aeream, terream, & aquatilem. tres sunt orbis partes, Asia, Affrica, & Europa. tria nomalia in paradiso fuerunt, Adam, Eua, & Serpens. Tres arboris species à Deo plantatæ; arboris vitæ, arboris boni & mali scientiæ, & arboris pomiferæ. Adam & Eua cum tribus litteris appellati sunt. homines ornati tribus potentijs. memoria, intellectu & uoluntate. tres filios Adæ nominat scriptura. Chaim, Abel, & Seth. tres sunt species charitatis, in Deum, in proximum, & in semetipsum. Deus remunerat amicos in tribus: in diuicijs, in filijs, & in vita longa. tres erant benedictiones quibus benedicebatur electis, & tres maledictiones quibus implicabantur mali. peste, penuria, & bello. tres filij Noe fuerunt a quibus orbis renouatus. tria solaria habuit arca, ter columba emissa fuit. Thare habuit tres filios, tres fuerunt coniuges Abrahæ. tres fuerunt eius confederati. tres Angeli apparuerunt illi. tres heminas farinæ coxit Sarra pro Angelis. tres oblationes Abraham obtulit Angelis aquam pro pedibus, panem pro cibo, & arborem pro tecto. aqua sign. Baptismum, panis sign. sanctissimam Eucaristiam, arbor signific. crucis lignum. tria dedit in cibum Angelis, vitulum, butirum, & lac. tres actus vrbanitatis egit Abraham cum Angelis, iuit obuiam, humiliauit se, & comitatus est eos. tria munera dedit seruus Abrahæ Rebeccæ aurea vasa, et vasa argenta, et indumenta. tribus nominibus dicta est Rebecca. Naharà, et Bethule, et Vlma, quæ significant virginem. tres greges ouium uidit Iacob. apud puteum aquę viuę. trium dierum iter habuit Abraham dum iret ad imolandum filium. tres sunt Patriarchæ quorum dicitur esse Deus Abrahā, Isac, et Iacob. in tres gentes Hebræi diuisi sunt in deserto. Sacerdotes. leuitas, et Israelitas. tres sunt leges diuinæ. lex naturæ ab Adam, ad Mosem, lex Mosis vsque ad Christum D. et lex Euangelica. tres leges ab Hebręis obseruantur Mosaica, Caballa, et Talmudica, in tribus testibus stat ueritas iudicij. tres ut aiunt uenturi sunt pręuij in iudicium. Enoch, Helias, et Ioannes Euangelista. tres fuerunt Prophetæ in deserto. Moses Aaron, et eorum soror Maria. tres diuersi ministri ministrabant Sacerdoti, et templo Gersonitę Cohatitę, et Mararitæ. Iacob, fugit socerum per tres dies, tria pignora dedit Iudas Tamar nurui suę. sigillū, Zonā, et baculū. tres palmites vuę vidit eunuchus Pharaonis. tres dignitates datę fuerūt Ioseph, a Pharaone, sigillū, torques aurea. et vestis bissina. tria signa beneuolētię ei cōcessa sunt, equitatio in iumēto Regis, proclamatio patriæ Aegypti, & cōiunx oīum nobilissima. tres mēses Moses fuit abscōsus a patre, anteq̃ ꝓijceretur in aquas. tres dies deābulauit Moses ꝑ desertū, pascens pecora, & tertio die ei apparuit Deus, q in primo sermone, quē habuit cō Mose, ter seipsū nominauit. tria somnia dedit Deus ipsi Mosi. triū dierū iter habuit populus ī deserto anteq̃ peruenıret in Montē Horeb. ꝑ tres dies Deus locutus

est

est Mosi. tres dies fuerūt tenebræ in Aegypto, triū dierū iter habuit populus a transitu Maris rubri, & tertio die factum est miraculum ligni inter aquas amaras, per tres dies voluit Deus homines abstinere a mulieribus, antequam lo queretur secum. post tres menses ab exitu Ae gypti, data est lex, tres ascenderunt montem pro salute populi Moses Aaron, & Hur. tres sunt montes qui dicuntur Dei. Sinai. Horeb. & Sion. tres ordines inter coniuges seruandi vi-ctus vestitus, & vsus naturalis, tria metalla fue runt in templo aurum argentum, & æs. tres la pilli preciosi fuerunt per quatuor distinctio-nes in Ephod. tribus donis prædicto fuit Be-zalel artifex tabernaculi. Sapientia intelligentia & scientia, ter in veteri testamento ieiunatum est per quadraginta dies, & noctes, bis a Mo-se, & semel ab Helia, tres fuerunt, qui ieiuna-runt per quadraginta dies, & noctes Moses Helias, & Christus Dominus. Tribus cubiti-bus erat altum altare in quo fiebāt holocausta, tres erant lucernæ per latera candelabri aurei, tres species arborum fuerunt, quibus facta fuit arca Noe. scilicet Pinus, lignum Sethim quo facta est arca tabernaculi, & cedrus, quo vsus est Salomon in fabrica templi, tres vir-gæ fuerunt mysteriosæ in veteri lege. Virga Mosis, Virga Angeli Gedeonis, & baculus Helisei. ter templum fabricatum, a Solomone a Zorobabele, & ab Herode, tres amici Iob. Eliphaz, Zophar, & Beldad, ter Iob grauiter attritus. in re in filijs, & in corpore, ter indica-uit affectionem, scidi uestimenta, totondit ca put, & humi se prostrauit, tria dixit prostratus nudus, exiui, nudus reuertar, & Deus dedit, & Deus abstulit, &c. ter Deus argumentatus est in discussione Iob, tres in natiuitate dicti iusti, Noe, Daniel, & Iob, tres filiæ Iob omnium pulcherrimæ, tres, qui cum inuocarent Deū meruerunt responsum Moses, Aaron, & Sa-muel. tres dies tardauit Iosue in transitu Iorda nis post mortem Mosis, tria sunt insaturabi-lia, tria sunt difficilia, tres sunt species sacri-ficiorum, quibus vsus fuit Dauid in corona-tione Salomonis, tres sagittas fecit Ionathas pro Dauid tres liberati de fornaci. Ananias, Misael, & Hazarias, tres fuerunt Ciuitates refugij, extra, & tres citra Iordanum, ter in an no Hebræi debebant inuisere templum, tres species lapidum, quibus usus est Salomon in templo, tres species arborum portabantur in celebratione Senophegiæ palma, myrtus, & Salix, tria fuerunt posita in arca fœderis, Tabu læ legis, virga Mosis, & Phiala manna plena, ter Balaham percussit asinam, & in tertia vice, locuta est Asina. Alinus ter ductus ad res maximas, a Mose, vt liberaret populum, ab Abraham, vt immolaret filium, & a Prophe ta misso ad Hieroboam, tribus cuspidibus con fixum est cor Absalonis, tres anni penuriæ in tempore Dauid, & tres dies pestis propter eum, tribus vicibus Rex Israel iussu Helisei percussit terram, tres filij Iesse seruierunt Sauli, ter Esaias mensurauit se super cada-uer resuscitatum ab eo, tribus annis manda-to Eliæ non venit pluuia super terram, ter He lias fecit implere Hidrias aqua pro sacrificio, tribus diebus ieiunauit Thobias, tres dies ora-uit filius eius, tres dies ieiunauit Hester. ter in die orabat Daniel. tribus annis fuit pax inter Regem Israel, & Regem Assiriæ, tres dies filij Prophetarum quæsiuerum Heliam, tres fuerunt illi, quos Heliæ Deus dixit fo re Zelatores honorem Dei, Iehu, Hazae-lem, & Helisæum, tres fuerunt Zelatores Dei, Phineas Daniel, & Helias, tribus annis Esaias mandato Dei iuit nudus, & discalcea tus, tria verba scripta fuerunt in pariete con-tra Regem Babiloniæ, tres memorandas ca-ptiuitates habuerūt Hebræi. Aegyptiacam per annos 430. Babilonicam per annos 70. Ro-manam per annos a Tito vsque ad hæc tempo ra, & quousque Deo placebit, tria fuerunt pec cata populi Hebræi, & super quartum Deus noluit conuerti, tres gradus dignitatis Mes-sias erat habiturus, testimonij, Nuncij, Et Imperatoris omnium gentium, tria officia debebat efficere, saluare, reuelare mysteria, & illuminare gentes, tres virtutes erat habi-turus Messias sapientiam intelligentiam, & scientiam, tres sunt lamentationes Hiere-miæ super ruinam Sinagogæ, quæ lamen-tationes habent per ternos versus litteras al phabeti, ut signific. offensionem Hebræo-rum factam contra sanctissimam Trinitatem, Ionas stetit per tres dies, & noctes in uen-tre Ceti, qui signific. tres dies, & noctes mor tis Christi Domini. tres maximas Clades ha-buerunt Hebræi ob mortem Domini Nostri primam a Tito, in qua cęsa, & capta sunt bis mille millia, & septingenta ac nonaginta quattuor millia, in secunda amiserunt terram pro missionis. In tertia fuit eorum dispersio pergē tes ita, vt sint omnibus despectui, & odio, tria munera acceperunt gentes à Christo Do-mino pacem, Spiritum Sanctum, & Regnum cœleste, & hæc per tria verba baptizando in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, triplex funiculus difficile rumpitur, ceremo-moniæ penè omnes triplici modo faciendæ, dictiones omnes in lingua sancta, positæ in scriptura sacra, quæ tres tantum litteras ha-bent signific. mysterium Sanctissimæ Trinita-tis, & ideo diligenter considerandas esse, vt Sadai Dei nomen, quod signific. Sanctissi-mam Trinitatem, Zur, Eloha, Emeth, idest veritas, Chesed idest, misericordia, Zedech, idest iustitia, Iasciar idest rectum, Or idest lux. Chether, corona Melech, Rex, Cohen sacerdos, Zob, bonum, Chatham sapiens, Dan gath scientia. Iessod fundamētum. Cabod glo ria, & hoc nomen Cabod conuenit in nume-ro secundum Caballisticum Arithmeticum modum cum ineffabili Iehoua idest 26. nam gloria est sigillum diuinitatis, cum quo e-tiam Ecclesia sigillat officia sua, attribuens glo-

riam patri, & filio, & spiritui sancto Iesang etiam idest saluator, Hod decocum, Nezzach triumphus, Chebes Agnus, Chahab Ecclesia, & aliæ omnes dictiones trium litterarum tam ad misericocdiamquàm ad iustitiam attinẽtes sint, vel nomina uel pronomina, vel verba nõ sunt in sancta lingua, & in scripturis sacris sine mysterio. Hebræi in ciccuncisione, obseruant hunc ternarium numerum. Nam tres adsunt veluti testes vnus incidit pellem præputij, & duo tenent puellum, & dicunt Abrahamũ habuisse tres compatres in circuncisione Haner, Escol, & Mamce, accipiunt tria, tertã sepulcrorum suocum positam in patinum, in qua terra abscondunt carnem abscisam a preputio, vinũ cum quo gratias agunt Deo, & tria oua, quæ ponunt in patinam, inquam fundunt vinũ quo abluunt circuncisionem, quam tec lauant, accipiunt cathedram, libcum apectum, & tertium dicunt esse Heliam quem dicunt ibi adesse inuisibilem, ut sit testis circuncisionis filiorum Isracl. Sed ut clarius appareat Hebræos antiquos habuisse cognitionem sanctissimæ trinitatis, sicut neotherici teluctentuc sciẽdum Hebræorum esse cõsuetudinem in puerperio suarum mulierum inscribece in thalamis purpuræ hæc tria nomina, quę dicunt esse Angelorũ qui amoueãt maleficia ab infante, & puerpera Sanoi, Sansoni, & Samnagalaps, & postea scribunt nomen Sadai, & tũc credunt pucrperiũ, & infantem tutos ab malis spiritibus, & alijs maleficijs, hic nõ lubet fabulam ponere de Lilith. prima Adæ coniuge quam Hebræi nostri temporis fingunt. sed dicam tamen illa tria nomina non esse Angelorum, ut ipsi Hebræi asserunt, nomina. Sed esse Dei nomina, & sig. sanctissimam Trinitatem. Nam illa tria nomina non sunt Idiomatis Hebræi, sed Ægypti, & interprætantur primum nomen Sanoi. primus ramus diuinitatis, & secundum Sansanoi, interpretatur secundus ramus diuinitatis, & tertiũ Sãna galaph. interpretatur tertius camus diuinitatis, quæ tota est charitas, & tria ista nomina sig. pecsonas diuinitatis, quartum vero nomen Sadai, quod est Dei nomen, & unum ex illis, quæ sunt trium littecarum, & sig. Trinitatẽ omnipotentem esse vnum Deum, tribus uicibus Hebræi infundunt aquam in abluẽdis manibus, & ter madefaciunt sibi faciem in abluendo eam. Et cum scripturi sunt aliquid momenti, ut puta diploma vel instrumẽtum, vel librũ legis, ter se abluunt totos in balneis, ter in ipsis se mergẽtes, mulieres hebrææ in earum pucgationibus tec se abluunt, ieiunãtes, facientes elemosinam, & orantes, quando uero egrediuntuc domo, habent in sinistca parte ianuæ in exeundo, sed in dextera ab ingressu, rotulum, aiunt quendam cartæ pergamenæ, in quo scripta sunt hæc uerba. Quæ inueniuntuc in Deu. 6. Dominus Deus noster, Deus unus est, diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde. &c. Quæ uerba ter scripta sunt in illa pergamena, & ter ab illis dicuntur, & super ipsa verba est, nomẽ Dei Sadai scriptum tribus litteris, quod nomen tec tangunt tribus digitis, & volentes nolentesue ter sibi faciunt crucis signum. nam illis tribus digitis cum quibus tetigerunt nomẽ Dei Sadai, tangunt sibi oculum destrum, & sinistrum, & os, ter in die tenentur orare, & discumbentes antequam cibum capiant, ponunt tres panes unum super alium, & superponentes salem, Deo gratias agunt, & ex pane illo faciunt tcia frusta, & de illis cunctis domesticis perhibent antequam sumant alium cibum, & ferè idem faciunt in pascha azimorum, capientes azimum panem, qui est medius inter alios, & diuidunt illum, cuius medietatem cõmedũt, aliam vero medietatem ceponunt sub mantile ex qua euntes cubitum comedunt singuli tres buccellas, & in vigilijs Paschæ abscondunt tria frusta panis, ut faciant diligentiorem inuestigationem domi, ne forte quid fermentati reliquum esset p dies illos octo. Et in uespera Paschæ, ante quam cænẽt, implent tria pocula vino, & ter agunt gratias Deo. tres species Hebræorum in sinagoga surgunt ad legenda Biblia. Sacerdotum leuitarum, & Israelitarum, tribus regcediuntur in fine suarum ocationum, tribus vicibus. Hebræorum filij agunt gratias Deo, in legendo lectionem alicuius prophetæ comedeutes caseum antequam comedant carnẽ, comedunt tres bucellas panis, mirtus, qua utentur in tabernaculis, non est bona, nisi habeat terna folia pec singulos nodos, in illis tabernaculis ponunt myrtum se habeutem ut supra, & citrum sine macula, ter pulsant siue clãgunt cornu tciplicatum, prima die anni tec iactant herbam post humeros, quando cedcũt a sepeliendis eorum mortuis. Hæc omnia collegi a Raphaele Aquilino in tractatu primo. v. Sanoi Sansanoi. t.

31 Numerus quaternarius sig. in potẽtia perfectionem numeri denarij, quòd in se cõuneat in potentia ipsum denarium nam. 1. 2. 3. 4. conficiunt decem. sign. etiam Harmoniam rationis musicæ, quòd cõprehendit proportiones diatessacon, diapente, diapason, & disdiapason. Diatessacon habet proportionem sexquitertiam, quatuoc ad tria. Diapente habet pcoportionem sesquialteram, trium ad duo. Diapasõ habet proportionẽ duplam duorum ad vnũ. Disdiapason habet propoctionem quadruplã quatuor ad vnum, signi. etiam solidi natucam Nam. vnum. sig. pũctum, duo sig. lineam, tria sig. superficiem. & quatuor sign. corpus. Nam linea est longitudo sine latitudine. Superficies est longitudo cum latitudine, & cocpus est lõgitudo cum latitudiue, et profunditate, sig. etiã æquabilitatis, et iustitiæ mensuram, quòd sit primus numerus quadrangulus pariter par. et quòd pec compositionem consistat e duobus in duo, et ex bis duo, consonantiæ pulcherrimam ceferens speciem. Philo in mundi Creatione.

Quaternarius sig. vim iustitiæ, Petrus Crinitus de Honesta disciplina lib. 22. cap. 6.

Quaternarius de quo Pytagoras erat ſolitus dicere Quaternarij non eſſe obliuiſcendum, apud chimicos, ſigni. medicinæ philoſophicæ perfectionem, in quaternario ſic numeramus. 1 2 3 4. qui efficiunt decem, ſcilicet una pars medicinæ ſuper decem imperfecti metalli proijcitur. Leo Suauius in ſcolijs de vita longa Paracelſi. f. 195.

Quaternarius ſiue quatuor, ſign. ignem, in quo eſt principium, cuſtodiæ a malo. Gnrop. in Hermath. lib. 7. f. 155.

Quaternariũ eſſe fontẽ æternę naturę ſiue vitę ſeſe per omnem rerum creatarum vniuerſitatẽ diffundentis, & omnia vel per ſe ipſa; uel per eaſdem formas perennantis. v. quatuor. primo.

Per Quaternarium a Pythagoreis iurari ſolitum ſign. quaternarium eſſe numerum fundamentalem, cum omnia fundamenta quaternario diſtributa ſint, & ideo ipſi tamquam ſolido fundamento fidem, & iuramentum inhærere uolebant. vel ſign. quaternarium eſſe radicem denarii, qui eſt numerus completus, Ideo iurando per quaternarium iurabaut per omnium rerum fundamentum, ut eſt apud eos.

Iuro ego per Sanctũ pura tibi mente quaternũ
Aeterne fontem naturæ animique parẽtẽ. vel ſign. illos iurare per quateruarium utpote, qui ſignificaret Sanctiſſimum nomem tetragrammum, a quo omuia prouenire ſciebant. Fran. Geor. p. 422. to. 5. t. p. 19. tom. 1. Franciſc. G.

Quaternarium in denarium, qui ſcierit explicare, habere modum, ſi ſit peritus cabalæ deducendi ex nomine ineffabili uomen ſeptuagintaduarum literarum. ad quam rem explicandam ſciendum eſt, quod Exod. 14. ſunt tres ſententię ſiue, ut uocant Hebræi paſſuctim, & quęlibet illarum habet ſeptuagintaduas literas quæ voitæ reddunt nu. 216. & p has. 216. literas Moſes diſtinctè protulit nomen ineffabile, & diuiſæ ſunt aquæ maris rubri, nos autem utimur pro nomine expanſo, Dei nomine quatuor literis notato, quæ illas 216. literas, ſign. componentes illud nomen expanſum, quod facile eſt cognitu illis, q ſciũt explicare quaternariũ ideſt Iod, he uau he, יהוה. in denariũ hoc modo, Iod prima litera, ſign. vnum, he ſecunda litera, ſig. duo, quæ duo vnita uni reddunt tria vau tertia litera, ſig. triaquæ unita tribus præcedentibus, ſignifi. ſex, he quarta litera, quator, quæ unita ſex præcedentibus, ſig. denarium uumerũ, ſed ponatur numerus hoc modo. 1 2 3 4. & accipiatur numerus arhitmeticus a prima litera, quæ eſt Iod, & ſig. 10. ſecunda litera he, ſig. 5. uau, ſign. 5. & he quarta, ſig. 5. qui numerus ſi couueniatur aſcendit ad. 26. ſed aſſociando dictos numeros, ut denarius cum quinario iungatur effic. 15. & 15. cum ſenario vau efficitur. 21. & 21. cum quinario he quartæ literæ efficiunt. 26. ſumantur ergo. 10. 15. 21. & 26. conficient. 72. ex quare patet concluſio propoſita, quod qui ſcierit explicare quaternarium &c. Hæc. Archangelus Burgonouenſis in 54. concluſ. cabaliſt. Pici.

32 Numerus quadratus eſt cuiuſque numeri, in ſe ducti, habet enim quotuſquiſque fuerit in ordine quadratus totidem in latere monades, quare conſtabit rectis angulis, vt

```
. . . .        . . . . .        . . . . . .
. . . .        . . . . .        . . . . . .
. . . .  vel   . . . . .  vel   . . . . . .
. . . .        . . . . .        . . . . . .
               . . . . .        . . . . . .
                                . . . . . .
```

& huiuſcemodi numeri, ſig. rectas rationes, recta enim ratio perennis eſt virtutũ fons: oportet vero equalia eſſe quadranguli latera. Aequalitas porro mater eſt iuſtitiæ uirtutis ceterarum ducis, & principis. vnde patet numeros quadratos eſſe æqualitatis iuſtitiæ, & omnis virtutis ſigna, & uumerum quaternarium ſignificare vtranque naturæ ſpeciem, videlicet corporis expertis, & corporeæ. Incorporeæ nimirum, in ſuperficiæ, quam explent tetragoni, corporeæ autem in altera dimenſione, quam abſoluunt cupi quartam ſedem in omnigeometrica progreſſione tenentes. Petrus Bongus cap. de. Quaternar. f. 135.

Quatuor dies ad generationis progreſſum octo diebus a Platone ſubiuncti, ſign. in natura animæ vegetalis vim, & effectum quendam quodammodo regnare ad formandum corpus ex elementis quatuor conſtitutum. Ficinus, in 10. de Rep. Plat.

33 Numerus quaternarius, ſign. mundi plenitudinem, quòd primus numerorum impelet omnẽ eorum differentiam, primum parem, ac primum imparem in ſe complectens, & quòd implet ſimplicem numerorum progreſſionem, quando terminis quatuor explet denarium, uno duobuus tribus, & quatuor, denarium perfecte conſumans, & quòd implet proceſſum dimenſionem, terminis videlicet quatuor aſſequens, ſigno, longitudine, latitudine atque profunditate, & quòd implet muſicam conſonantiam. Nempe intra quaternarij limites, dupla tripla quadrupla ſeſquialtera ſeſquitertia diapaſon, diſdiapaſon diapẽte diateſſaron coercentur. & quòd implet naturam ad quatuor uſque terminos procedentem, ſubſtantia quantitate qualitate, & motu, & quòd implet vniuerſum ſiue quod in natura ſiue quod ſupra naturam; eſſentia, eſſe, virtute atque actione, & quòd implet elementorum fontem, igni, aere aqua, & terra, & quòd implet quatuor gradus ſuper mundum ſupernum, unum terminum infinitudinem, & mixtionem, & quod implet primam intelligibilemque mentem. mentem mundumque ſimpliciter intellectualem, & mẽtem mundumque animalem ſenſibilis mundi ducem, & quòd implet ſupremæ mentis gradunm attinentia unitatem, eſſentiam, vnitatem eſſentialem, & eſſentiam vniformem.

Et

Et quòd implet omnium rerum edi rum naturas in mundi opifice, in anima mundi in natura, & in formis.

Et quòd implet plagarum mundi digestionem, aprimo cœlo usque ad aeris principium, inde usque ad medium aerem, inde usq; ad terram, & terra sit plaga quarta, & quòd in qualibet earum plagarum implet exercitus rationalium habitantium deorum mundanorum, Angelorum, Dęmonum, & animarum particularium.

Et quòd sub cælo implet tempora ueris æstatis autumni, & hiemis. Et quòd implet humores, Et quòd implet complexiones & quod implet affectus, Et quòd super tempus implet uirtutes, Et quòd implet in æternitate uirtutum exempla.

Et quòd in metaphisicis implet elemēta, q̄ sunt essentia esse, uirtus, & actio, & quòd in mathematicis implet elementa, quæ sunt signum, linea, planum, & profundum, & quòd implet elementa phisica, quæ sunt seminaria naturæ uirtus, pullulatio naturalis, adulta forma, atq; compositum.

Et quòd implet spherarum naturam: nam in sphera consideratur natura medij, consideratur & natura circumferentiæ longissime inter se distantis tam proprietate, quàm situ. consideratur insuper hinc quidem spatium quatenus propria uirtus centri porrigitur, inde uero consideratur spatium, quatenus propria magis vis circunferentiæ protenditur, unde quatuor computantur plagæ mundi, & quatuor similiter elementa.

Et quòd implet rationis musicę progressionē, nam procedere inter cognata ad quadrupiam usque progressionem duntaxat apud musicos est concessum, longiori enim progressione aures offenduntur, & quòd implet per tres qualitates quasi per trinas dimensiones, & solida, quædam, ter quoque, processionem usque ad solida. Nam pedoplam ad octo quarto gradu peruenimus, qui primus est solidus, & per triplas similiter quarto gradu ad 29. impleti progressionem, qui item solidus numerus est secūdus. & quòd per quadruplas, quarto loco ad 64. peruenit, qui est tertius numerus solidus. Quater enim quator conficiunt 16. & quater 16. conficiunt. 64. Ficinus cap. 23. compendij Timei.

Et quòd implet mundi spiritum, scilicet intellectu in sa immobili, motore autem, ea rectore spheræ anima motore quidem mobili, & perse ipsum mobili, tertio intelligentia quadam, quæ animæ spheræ a Deo & intellectu superiore diuinitus insit est, quarto natura siue seminaria uitalique uirtute ab anima passim infusa materiæ. Ficinus capite 26. comp. Timei.

Et quòd implet quatuor vitas mundi saturniam Iouialem veneream, & dionisicam, & quòd implet quatuor sensus, primum animæ mundi communem. Secundum sensum animarum sphærarum, & stellaruoi. Tertium sensum particularem particularum animarum, & quartum sensum plantarum. Ficinus cap. 26. comp. Temæi.

Et quod implet animæ mundi quatuor gradus scilicet a media terra virtutem connectendi, a media aqua uirtutem uitalem, a medio aere virtutem sensualem, & a medio igni virtutem rationalem. Item a media mundi sphera vim connectendi, a sphera lunæ medio vim generabilem ingenerabiliumque vitalem, a sole mundi corde vim sensualem, a Zodiaco medio firmamenti vim rationalem. Ficin. cap. 27. comp. Timæi v. anima mundi.

34 Numeras quaternarius sioe quaternitas qua Plato vititur in fabrica animæ mundi; signif. progressionem animæ a se in materiam quatuor elementorum gradibus digerendam. Ficinus cap. 33. comp. Timæi.

35 Numerus quaternarius, quo uritur Plato in fabrica animæ mundi, sign. spatium, quòd est a terra ad Mercurium. Ficinus cap. 34. comp. Timæi.

36 Numerum quaternarium, & ignem in prima lingua eodem nomine appellari, signific. quaternarium significare ignem, propter pyramidem, quæ est in quaternario, & pyramis est prima figura, quæ itidem signific. ignem. v. pyramis. Goropius in Hieroglyph. libro 16. f. 151.

Quaternarius sign. solidi naturam, cum numeri præcedentes, sig. res incorporeas. vnitas enim sign. punctum, dualitas, signific. lineam, & ternarius, sign. superficiem, & quaternarius, sign. corpus solidum. Petrus Bongus cap. de quater. fol. 133.

Quaternarium esse sacrum Mercurio tamquam animarum præfecto, & custodi, sign. in anima esse veluti quatuor fundamenta, scilicet. mentem scientiam, opinionem, & sensum quibus omnes artes, & scientæ constant, & quibus nos homines ratione præditi sumus. Nam mens est vnitas apud Pythagoricos, & scientiæ accomodatur binarius, & opinioni ternarius, Nam ternarius, sign. multitudinem, & sensui accomodatur quaternario, nam quaternarius, sign. corpus, & sensus tantum corporea percipit. Petrus Bongus cap. de quater. f. 168.

Quaternarius signific. animam, nam dicunt Pythagorici eam constare ex quatuor elementis spiritualibus, quæ sunt uis concupiscibilis, irascibilis, rationalis, & voluntaria. & si anima uti intellectualis motui harum uirium moderatur, elucescunt quatuor uirtutes Cardinales: nam si moderatur concupiscentiæ fit temperantia, si irascibili fit fortitudo, si rationabili fit prudentia, & si voluntariæ fit iustitia, quas uirtutes Plato uocat diuina bona, & D. Ambrosius dicit eas significare Temperātiam ab Aquila, fortitudinem a Leone, prudentiam ab homine, & Iustitiam a vitulo. Bongus cap. de quaternario f. 169.

Quaternarius sign. animæ progressum ad veritatem. Nam vnitas sig. animæ essentiam, quod ipsa

Ipsa unitas sit incorporea sicut anima, tum quod vnita sit respectu partium corporis, & potentiarum eius, etiam ad ipsam animam cō grue ternarius referri potest ob eius indissolubile vinculum mediæ vnitatis. Nam in ternario circa medium eius, idest vnum, extat vtrinque pariter vnum, quasi simplicia, & diuina circa diuinum, siue Deum, sed hæc numeris demonstranda. Dic ter 1. fiunt. 3. duc Ternariū in seipsum proueniunt 9. quæ multiplicata p ipsum ternarium elicient 27. ter 27. dant 81. & hinc patet, quod quaternarius idest numerus quater repetitus redit ad primam animæ essentiam, quæ est vnitas, & hic progressus sēper proueniet ex proportione quaternarij tripla. Nam si dices ter 81. fiunt 243. si dices ter 243. fiunt 729. & si dices, ter 729. fiunt 2187. & si dices ter 4187. fiunt 6561. accipias ergo quatuor primos numeros, qui sunt 3. 9. 27. & 81. & inuenies quartum numerum terminari in vnitatem, quæ sign. Deum, & animæ essentiam, tertium terminari in 7. secundum terminari in 9. & primum in 3. qui sunt 3. 9. 27. & 81. per quem ordinem inuenies, ut ita dicam infinitè quaternarium terminari, nam si dices ter 6561. fiunt 19883. & iterum si dices ter 19783. fiunt 59349. & si dices ter 59249. fiunt 177147. & si dices ter 177147. fiunt. 531441. de quibus quatuor numeris si accipiātur extremi erunt 3. 9. 7. & 1. & sic erit vque in infinitum, sed ut ad mysteria reuertamur, diligenter attende, quomodo prima animæ progressio est, qua de simplici essentia, quam vnitas sign. in ternarium sanctum, se extendit, vbi iam per concupiscentiam aliud appetat, aliud per iram contemnat, per rationem inter vtrūque discernat, & admodum erudite ab vnitate in ternarium anima profluere dicitur, quia essentia omnis secundum Philosophum naturaliter est potentia sua, quod vero eadem vnitas in ternario multiplicante ter inuenitur, signi. animam non per partes, sed totam, in suis potentijs consistere, vt ait D. Augustinus lib. de spiritu, & anima, & quod a ternario in nouenarium fit progressio, signifi. in anima progressionem ad regēdam humani corporis musicam, quæ nouenario mensuratur, quia nouē sunt in humano corpore foramina, quibus secundum temperantiā regularem influit, & effluit omne, quo vegetatur ac regitur idem corpus.

Tertia progressio, quæ fit ex 9. in 27. qui numerus est solidus, ac trina dimensione ad similitudinem corporis extenditur, signi. visibilia omnia, quæ sunt extra per sensus infinitis actionibus dispensanda.

Quarta progressio, quæ est ex ter 27. in 81. in qua vnitas apparet in summo, signifi. animam post huius vitæ terminum, quem iuxta Regiū Prophetam, sign. numerus 80. ad suæ simplicitatis vnitatem reditum facere, a qua prius discesserat, quando ad regimen corporis descendebat, & ista quarta progressio secundum aliquos, est ille quaternarius Pythagoricus, quē illi vocabant animæ quaternarium, nam istæ quaternarius prouenit ex ternario quater multiplicato, & quia Trinitas animæ rationali, & formis conuenit, ideo etiam differt a quaternario corporis, qui dualitate constitutus est. Dualitas enim materię, & corpori applicatur, & sicut in quaternario animæ, qui progreditur a Ternario, qui constat ex tribus vnitatibus, progressio in quarto loco semper terminat in vnitatem, a qua ternarius incipit, ita quaternarius corporis, qui ex binarijs constat, progressione quarta semper desinet in binarium, ut si dicas bis 2. sunt 4. bis quatuor sunt 8. bis 8. sunt 16. bis 16. sunt 32. hic in loco quarto progressio prima terminat in dualitatem, a qua quaternarius incipit. Item in secunda progressione si dices bis 32. sunt 64. bis, 64. sunt 128. bis 128. sunt 256. & quarto loco secundæ progressionis si dices bis 156. fiunt 512. & terminat in dualitatem Item in tertia progressione, si dices bis 512. fiunt 1024. si dices bis 1024. fiunt 2048. si dices bis 20.48. fiunt 4096. & si in quarto loco tertiæ progressionis dices bis 4096. fiunt 8192. qui quartus locus etiam terminat in dualitatem, & sic semper procedet, & quia dualitas applicatur materiæ, & corpori, quæ sunt diuisibilia, ideo hic quaternarius sig. quidquid a dissolubilibus suscipit compositionem, esse dissolutioni obnoxium. Sicuti materia, & corpus est, dualitas enim est dissolubilis, quia in duas partes diuidi potest, sine medio constringente, ut est in ternario, qui sign. animam, qui habet medium indissolubile vnitatē scilicet, quę est indiuisibilis. Hæc omnia ex Petro Bongo cap. de quaternar. f. 171. 172. 173. & 174.

37 Numerus quaternarius platonis in fabrica mundi ex imparibus, qui habeant radices circulares sign. mundi corpus circulare esse, nam quinq; si in se reducantur, fiunt vigintiquinque, quinquies enim quinque conficiunt, uigintiquinque, qui numerus vigintiquinque, ex quinario in circuli morem multiplicatur, qui itidem vigintiquinque, quinquies multiplicati conficiunt simili circulo centum vigintiquinque, & dicuntur circulares ratione finis, quod desinunt in seipsos. Ficinus. cap. 17. Compen. Timæi.

Vel sign. mundi corpus circulare diuidi in partes quinque, ignem cœlestem, sublunarem. aerem, aquam, & terram. Ficinus, ibidem.

Vel sign. Deum in mundo intelligibili excogitare vim formabilem, quam Pythagorici, & Platonici infinitudinem vocant, & excogitare alteram vim formatricem, quam ijdem Pythagorici terminum uocant, & ex his duobus excogitare tertiam quandam ex hac mixtione formam, quam formam quoque dicunt, quasi triplicem animaduertere, habentem nonnihil infinitudinis, nonnihil termini, & nonnihil proprij quas quinque veluti vires, vel formas, scilicet infinitudinem, terminum, & tertiam partici-

cipan-

cipantem infinitudinis, & quartam participantem termini, & quintam participantem proprij sign. ipse quinarius.

Quinarius, & denarius, signifi. Connubium Petrus Crinitus lib. 22. cap. 6. de Honesta disciplina.

38 Numerus quinarius, sign. animæ compositionē & portionem, primo, quia sicut quinarius ex primo pari primoque impari conitet, sic anima ex diuidua indiuiduaque natura, quòd numerus par sit diuiduus, impar uero indiuiduus quod in partes pares diuidi nequeat. Secundo quoniam genera, quibus a Deo componūtur omnia per quinque distribuuntur, quæ sunt essentia, idem, alterum, status, & motus, & animam velut omnium mediam præcipua quadam ratione ex ipsis quinque omnium generibus compositam esse arbitratur. Tertio quia cum anima sit medium vniuersi naturaliter suscipit quinarium vniuersi numeri medium. Nā cum quinquies rite denarium diuidamus, medium est æque distans in qualibet diuisione quinarius, si diuidas decens in vnum, & nouē, quinarius est, medius nouē quatuor hinc inde existentibus, addendo, & detrahendo addendo vni, & detrahendo nouem, & sic in reliquis si diuidas decem in octo, & duo, quinarius existit medius octo, tribus hinc, & inde existentibus. Si diuidas decem in septem, & tria, quinarius est medius, septem duobus hinc inde existentibus, si diuidas decem in sex, & quatuor, quinarius est medius, nam inter quatuor, & sex quinarius existit. Ficinus cap. 27. comp. Timæi, lege Bongum cap. de quinario. f. 171. & infra. 14.

Quinque capita in distributione vniuersi tum corporis animalibus tum animi ipsius a Platone in medium apposita, signi. in vniuersi tum corporis tum animi concordia, quinque necessario requiri, primo animæ & corporis subsistentiam secundo partium vtriusque concordiam, tertio speciem resultantem de concordia partium, quarto virtutes speciei, quinto actiones. Ficinus cap. 27. compendij Timæi.

39 Numerus quinarius sign. quinque sensus hominis exterioris sicuti septenarius, signifi. septem virtutes animæ, in quibus 12. rebus perfectio hominis continetur.

40 Numerus quinarius sign. quinque ordines hominum in Ecclesia, qui quasi spiritual. ter im.. plerent munera quinq; sensuum carnis. nam ordo presbiterorum signific. aures spirituales Deus enim dedit presbiteros in Ecclesia sua quasi aures ad informandos, & docendos discipulos in doctrina Euangelij, Diacones, signific. os ad euangelizandum, quod a presbyteris didicerunt. Episcopi sign. manus, qui verè fidei fortitudine defenderent gregem sibi creditum a lacerationib. bestiarum, virgines, sig. oculos, qui sedeant contemplātes ea, quæ Dei sunt, & expectante spem beatam, & aduētum Saluatoris nostri, Clerus sign. nasum, quasi ad currendum in odorem vnguentorum suorum sub quo, & vniuersa multitudo credentium cōtinetur.

41 Numerus quinarius, sign. quatuor Euangelia, & librum actuum Apostolorum, quæ quinq: Historiæ sign. illos supradictos quinque ordines ordinatim, & sign. primum statum, cui attribuuntur quinque panes ordeacei, qui sign. quinque libros Moisi.

42 Numerus quinarius signi. Legis plenitudinem. Gouschelius lib. 6. Elocution. sacr. scrip.

43 Numerus quinarius sign. ea, quæ sunt lubrica, & tremula, & instabilia, & sign. materiam, & humida. Goropius in hermath. lib. 7. f. 156

44 Numerus quinarius sig. animal, nam sicut quaternarius, sign. corpus, ita quinarius sign. corpus anima formatum, vel quod viuētium sint tantum quinque genera, vel quòd tātum sint quinque genera eorum, quæ habitant mundum, illa Deus Angelus Heroes, homines, & Bruta, ista homines quadrupedia repentia natantia, & volatilia Petrus Bongus cap. de quinario f. 174.

Quinarius sign. animam, quòd ipsa in quinque videatur partitiones admitti posse, in vegetantem sentientem, appetentem, irascentem, & ratiocinantem, vel quod ipsa anima dum peregrinatur in corpore, habet tantum quinque gradus per quos ad sapientiam progredi possit, sensum imaginationem rationem, intellectum, & mentem, vel quia quinque sunt animales affectus turbidi. Ira dolor metus solicitudo, & inuidia, quibus imperat mentis prudentia. Bongus, ut supra.

45 Numerus quinarius, vtcumque exprimatur, sig. sensus, vt sunt quinque illæ uirgines fatuæ, & quinque prudentes, quæ sign. sensus homanos unde est illud in præceptis Mosaicis, qui peccasset in sanctis, quintus timeri adijcere, & aliquid insuper vltra, quod commisisset, ut siquis quinque sensuum opus peruerterit, & debito honestoque vnumquemq; defraudarit oportere eos sinceros, & integros Deo restituere, mox alios quinque interiores adijcere, & horum omnium denique summam, & solidationem quandam super addere, firmum, scilicet, bene agēdi propositum, si Deo satis ex asse facere voluerit. Et illud, quod ab uno mense vsque ad quintum annum didragmæ quinque in oblationem darentur, quæ oblatio gemina te in numero, sign. nt ea quæ puer sensibiliter audit uidet gustat, odoratur, & tangit, & conduplicet cum ad intellectum ea accommodatæ fuerit institutus. Valerianus libro 37. folio 270.

Quinarius sign. animam constare ex natura diuidua, & indiuidua, quia ipse constat ex primo pari, & primo impari idest binario, & Ternario Bongus cap. de Quinario f. 175.

Quinarius numerus in circulo denariæ reuolutionis dicitur sphericus, nam omnes numeri sphæræ ad quinque reducuntur: id autem fit per quinque lineas in sphera ductas, quarum singulæ continent decem, hoc modo, nam

unitas



vnitas superat a Senario per quinque, dualitas superatur a septenario, per quinque; ternarius superatur ab octonario per quinque, & sic de reliquis. vnde patet, quod quinarius in denario sphærico reuoluto est veluti centrum, qui quinarius si dupla proportione multiplicet, fiet denarius, qui in duplo excedit quinque, quæ proportio est arithmetica formalitas. Sim se multiplicabitur millesimam generationem procreabit, quia decies decem reddit centum, & decies centum reddit mille, quod si perpetuo hoc facias apparebit infinitas, quæ sig. regnum omnium seculorum a Cabalistis Ensoph nominatum, est Deitas in se sine indumento. Archangelus Burgon. in 66. conclusio. Cabal. vide supra. 3.

Quinarius si per denarium multiplicetur a scendit quinquagenarium, qui est numerus portarum intelligentiæ, qui assignetur sephiræ Binah attribuæ Spiritui sancto, habent enim sephirot suos gradus differentes nam Binah habet gradus 50. & Chocinah, quæ sign. sapientiam habet 32. gradus, qui dicuntur Semitæ sapientiæ, & multi præclari viri peruenere ad aliquos horum graduum, nemo tamen ascendit ad gradum intelligentiæ quinquagesimum, quem si quis habuisset sciuisset. mundum producere. Moses enim attigit nisi quadragesimum nonum gradum, & quinquagesimus est ei negatus, quæ est finis graduum intelligentiæ Birach, & principium Chocmah, quem gradum non intrat nisi pater, & filius, & Spiritus sanctus Abraham ascendit ad Gedulah. Isaac ad Geburah. Iacob ad Tipheretet, Prophetæ, & D. Paulus ad Nezah, & Hod, quæ duæ sephiræ vocantur tertiũ Cœlum. & dicuntur duo ubera, quæ lactarunt Prophetæ, has lactauit Salomon, & Moses. Archangelus Burgon. in 67. conclus. Cabal.

Quinarius sig. matrimonium: nam ipse constat ex primo pari, & primo impari idest ex fœmina & mare, nam par sign. fœminam, quod par in æquas partes secatur, & diuisus relinquit in se ipso spacium, & principium capax. sed impari si diuidatur semper restat medium gignẽdo aptũ, & ideo sign. masculum. Petrus Bongus cap. de quinario. f. 176

Quinarius sig. omnia composita ex materia, & forma. nam quaternarius sign. materiam, quæ est quatuor elementorum simplicissimorum mundi corporum complexio, & vnitas, signi. formam, quę quatuor elementis pacem imponit. Bongus, vt supra. f. 178.

Quintam partem tradere sacerdoti aut Domino rei, ut est Leuit. 5. & 6. sig. sensum illum offerre Deo per quẽ, quis peccauit, ne amplius per ipsum peccet, uel sig. lingnam offerre con fitendo peccata, & laudibus Deum prosequendo. Bongus, vt supra. f. 181.

Quinto anno fructibus nouæ arboris vesci licere, vt est Leuit. 19. sig. sig. post gratias Deo habitas, & actas, vtendum esse rebus per quinq; sensus ad intelligendum. Bongus, vt supra.

Quinarius per expansionem Cabalisticam, sign. quindenarium. nam 1. 2. 3. 4. et 5. conficiunt quindecim, & quindenarius sign. sensus, eo quod quinque sensus triplicem habent collectionẽ, nam est res tangibilis est tangens, & actio tangendi, & sic de reliquis. Petrus Bongus cap. de quinario. f. 183.

Quinarium apud Pythagoricos esse sacrum Mineruæ, sign. sterilitatem eo quod fingatur virgo, vel quod dicatur nata Luna quinta, sicut dicuntur nati omnes, qui steriles fuere, & hac de causa, ut Titanis filios intelligamus fuisse steriles, dicunt eos natos Luna quinta. Antiqs enim creditum est, quidquid Luna quinta nasceretur sterile atque damnosum fore. Hinc illud quintam fuge. Nam pallidus orcus Eumenidesque satæ, et quæ sequuntur. Sed sæpius probatum, ut peierantes luna quinta intra quin que dies non raro mori, & forsan ex hac causa Hesiodus in libro de diebus dixit quintas fuge Namque illarum pallidus Orcus, tum diræ Eu menidum facies toto orbe vagantes castigant, siqua in terris periuria falsum affirmant, quæ lis alterne agitata creauit, tu lege Bongum cap. de numero 25 f. 59. lege Rhodiginum 22. lib. cap. 10. de lection. Antiq.

Quinarius sicuti, & numerus 25. qui sunt cogna ti sign. homines sensuales, & mundo deditos propter quinque sensus, quibus vita corporea transigitur. D. Hieronym. in Ezech. cap. 40. & 48. & Petrus Bõgus cap. de numero 25. f. 60.

Quinque filię Salphaad, vt est Num. 27. sig. opera quinque sensuum, uel ipsos quinque sensus, & ista opera proueniunt ex obliuione, & non ex memoria. nam.

Quinque anni aurei sig. memoriam peccatorũ per quinque sensus commissorum. Bongus c. de numero 25. fol. 60.

Quinque in domo vna, vt est Lucæ 12. sig. animam, carnem, appetitum rationalem, appetitum concupiscibilem, & irascibilem. D. Ambros. in Lucam. cap. 12

Quinque ciuitates loquentes lingua Chanaam, vt est Isai. 19. significat quinque sensus D. Hieronymus in Isai. vt supra, & Bongus, vt sup.

Quinque ciuitates, quæ igne sulphureo absumptę sunt, vt est Genes. 19. sig. sensuales omnes qui suos quinque sensus libidinose tractarint eo igne consumendos. Bongus cap. de nume. 25. fol. 60

Quinque reges Madianitas iussos a Domino perimi, ut est Num. 41. signi. sensus per quos regnat peccatum esse mortificandos ne vltra regnarent per eos vitia. Bongus cap. de numero 25. fol. 60.

in Quintum diem Agnũ asseruari, vt est Exod. 12. sign. Christum D. veram victimam fuisse purgaturum quinq; nostros sensus. Bongus, ut sup. f. 61

In Quintam partem frugum Aegyptios multatos esse, vt impenderent Pharaoni, ut est Gen. 47. sign. mundanos ac sensuales homines sem

per

per impendere pro tributo Principi Diabolo quinque sensus,& ea,quæ ab eis male pro pro ueniunt. Bongus, ut supra.

Quinque viri quos habuit Samaritana ad lubidinem, sign. quinque sensus, & quinque fratres Epulonis sign eosdem sensus, & quinque iuga boum, propter quæ inuitatus recusat ire ad cænam. signific. homines, qui mundanis rebus dediti recusant ire ad cæleste conuiuium. Bongus, vt supra. f. 61

46 Numerus senarius in mundi fabrica a Platone positus ex his, qui pares sunt, & habent radices circulares sign. mundi corpus esse circulare. Nam sexies sex conficiunt triginta sex, & sexies triginta sex conficiunt ducentum decem, & sex, & sicuti 36. circuli modo sex in se multiplicatis conficiunt 36. ita, & triginta sex sexies multiplicati conficium 216. & sex desinit in se modo quodam circulari, sicuti & quinarius nam quinarius, & senarius sunt primi, qui habeant radices circulares quinarius ex imparib. & senarius ex paribus. Ficinus cap. 17. Comp. Timæi.

Vel sign. mundi corpus circulare diuidi in sex partes, in ignem cœlestem erraticum, & non erraticum sublunarem, aerem, aquam, & terram. Ficinus ibidem.

Vel sign. Deum in mundo intelligibili excogitare sex vires infinitudinem, terminum, & tertiū habentem nonnihil infinitudinis, & quartum habentem nonnihil termini, & quintum habē sem nonnihil proprij, & sextum scilicet, illius mundi munus inclinantis ad inferiora producenda. Ficinus ibidem v. septenarius, & quinarius.

Senarium esse sacrum vestæ. signifi. uestam, quæ nil aliud est quam illud ipsum, quod in creaturis supremam Dei imāginem, absoluit in senario, idest in Dei Throno rebus omnibus in essentia locandis, præesse, est enim vesta idea prima rerum omnium, sine omni medio a Deo impressa omnem rerum essentiam colligās, & inter se, & cum Deo, & hinc est, quod senario qui est vestæ sacer, attribuatur vinculum. Vnde senarius sign. coniugium, qui senarius item est sacer veneri, quæ amori coniugali præest: vera autem venus, quæ est pulchritudinis Dea est ipsa Christi Domini mors, qua in sexta die, veneris scilicet, & hora illius coniugium inter Deum, & Ecclesiam fœdere perpetuo initum, & contractum est, vnde omnis honos, & pulchritudo mortalibus a Christo D. promanat, tu v. Venus apud Cimbros. Senarius in prima omnium lingua dicitur ses, uel a set, quod, vt verbum, notat pono, & colloco quoniam in senario fit positio, & collocatio omnium rerum in essentia, & quod ex forma, & materia quæque res fiat vnum, nam duæ litteræ, s, s, in voce ses, sign. formam, & materiam, & e, quæ est in medio in eadem lingua denotat vnum, vel ses dicitur quasi so es, idest ad essentiam, vel ad esse, eo quod res omnes in senario deducantur ad esse. Senarius enim est ordo ille Angelicus qui dicitur Thronus, uam præcedit prima patris persona, & secunda filij, & tertia Spiritus Sancti, qui ternarius in essentia est vnum, licet tres sint hipostases in personis, sequitur secūdus Ternarius, qui per seraphin non gerit integram Dei similitudinem sed eam duntaxat, quæ paternæ personæ respondet. sicut per che rubin filij typum refert, at Throuus, qui est senarius vtramque vtrinsque personam colligans, & totam Trinitatis speciem accipiens, superemum rotundum est ex vnitatis, binarij, ternarijque ideis vnum orbem constituens, idest similitudinem primam, & absolutam ferens ipsius Trinitatis, sub tribus personis distinctæ in ipso, & adequate comprehensis, vnum, duo, & tria senarium integrū absoluunt atque æquāt. V.S. & Goropius in Hermatb. lib. 8. f. 180.

47 Numerus senarius, quòd est primus numerus perfectus, quia ex partibus aliquotis combinatis, vno videlicet duobus, & tribus ad unguem resultat: nam partes suæ iuxta se positæ ipsum gignūt, & quælibet insuper duæ partes aliquo tę combinatæ senarium conficiunt, ut sexies vnum, ter duo, bis tria sig. esse perfectam mundi fabricam, F.G. Arm. f. 35

48 Numerus senarius sign. hominis initium, & appositissime sign. etiam absolutionem peccatorum. Gouschelins libro 6. Elocution. sacr. script.

49 Numerus senarius apud Pythagoreos sig. mundum sensibilem; sicuti vnitas sign. mundum archetipum, & qui intelligentia percipitur, & etiam senarius numerus genitalis, ob quam rē Pythagorei vocant ipsum coniugium. Clemēs Alexandrinus in lib. 5. stromat. f. 275.

50 Numerus senarius sign. quoque ipsum summū opificem deum, & illius perfectam fabricam, quod in senario per sua membra digesto non deest aliquid nec superest nec deficit, uec excedit quicquam, nec effluit, nec influit aliquid, nec alienis indiget adminiculis, sed æqualis tēperatusque est, & suis partibus viribusque nititur atque consistit: partes quoque gignentes genitum similem genitori reddunt. F.G. arm. fol. 35.

Sexta generatione himnos finiendos esse secundum Orpheum sign. in rebus creatis non posse vltra procedi, cum in senario tota sit perfectio terminata. Franc. Geor. arm. f. 32. v. in Aetate sexta futurum.

Senarium à Pythagora vocatum esse fecundum coniugium vt ego reor (dicant alij quidquid velint) signifi. per senarium tertium ordinem Angelorum, qui dicitur Thronus, in quo præest prima omnium Idea ad coniungendū masseriam, & formam rerum omnium creandarū quam coniunctionem Pythagoras vocauit cō iugium, & quod ex coniunctione materiæ, & formæ fiunt omnes res creatæ, ideo vocauit fecundum, ad hanc meam opinionem facit perfectio ipsius senarij, in quo a Deo dicitur omnia esse completa, & esse perfecta: nam vidit Deus omnia, quæ fecerat, & erant valde bona

Goro-

Goropius vero in Hermath. lib. 8. f. 180. existimat Pythagoram doctum fuisse ab Abari Scytha, hoc arcanū, ut pote Cymbricū, in quo per senarium interpretaretur coniugium inter Christum D. & Ecclesiam factam in die sexta per mortem ipsius Christi D. in Cruce. tu v. vesta senarium esse sacrum.

Senarium esse sacrum veneri, & vestæ sig. ipsum numerum esse aptissimum ad omnia firmo nexu continenda. firmitas aut coningit ei ab amore Spir. Sanct. omnia ualidissimo nexu colligato. & quia in prima lingua dicitur, ses, quod est vocabulum circulare, & prouenit a uoce, ser, quæ interpretatur constitio. & sign. per suas litteras, s, e, & s, Sanct. Trinitatem, quarum prima patrem, secunda filium, & tertia Spir. S. igitur Senarius ab antiquis Cimbris habitus est pro firmitate, perfectione, & pulchritudine totius vniuersi, & hac de causa dicitur illū veneri propter pulchritudinē, & vestę propter firmitatē. v. Io. Pier. Hierogl. in Hieroglyph. f. 24.

Senarius, sig. generationem, & nuptias, cū eius partes simul collectę ipsum gignant, simileq; genitum reddant genitori. constat n. ex ternario, binario, & vnitate, q̄ simul conficiunt sex. & quia Ternarius est primus numerus impar, qui sig. vim masculā, & binarius sit primus par & sig. vim femineā, ideo in se continet, tū ppe minantis masculi, tū feminæ gignendā speciem suscepturæ. & quia in eo emiste cū mascula est tum femina, ideo generationi, & nuptijs est sacer. Clem. Alex. lib. 6 strom. & Petr. Bōg. cap. de Senar. f. 186. & Hac de causa.

Senarius a Pythagoricis vocatur Gamos. hoc iugū propter utriusq; sexus mistione conficiatur. Bongus ut supra.

Senarium esse sacrū veneri, quæ fuit mater Harmoniæ. sig. ex senario prouenire primam Harmoniā. Nā per primū motū rem hoc est binariū collatus Senarius facit 12. inter quos duos numeros, duo medij inueniunt, 8. & 9. porro 12. ad 6. gignit diapason symphoniā, 9 ad 6. gignit diapente, 8 ad 6. diatessaron producit. & propterea Senarius constat ex proportione dupla, quam intra se proxime continet, ea est 4. ad 2. qui numeri simul iuncti senarium conficiunt. quod in ceteris numeris vix poteris reperiri, nisi in quibus seruata fuerit natura Senarij. Petr. Bong. cap. de Senar. f. 186. & 187.

Senarius sig. tempus huius uitæ. Nā gloria Dñi p sex dies inchoauit sup mōtes Sinai cooperiēs illā nube: ut est Exod. 24. Bōgus vt sup. f. 195.

Senarius significat labores, & tribulationes, vnde sextus mentis in quo factum est verbū Domini in manu Aggæi Prophetæ, non habet solemnitates Desinent mensis septimus. D. Hieron. in Aggæum cap. 1. & Bong. ut sup.

Senarius sig. redemptionem humani generis, quæ est facta in sexta mundi ætate, in sexta die, & hora sexta. & in hora sexta Diuo Petro in excessu mentis facta est uocatio gentibū omniū per submissionē vasis Euāgelici delati cœlitus, & purificatio omnigenū animaliū in eodē consistentium, delata ad eum voce diuinitus reuelata est, dicēte sibi, Surge Petre, occide & manduca. Petrus Bongus cap. de senario f. 198.

Septenarius sig. diuinam tranquillitatem. Farra in proœmio septenarij. Hic numerus constat ex 1. 2. & 4. Qui numeri efficiunt proportiones duplum & quadruplū sub consonantia diapason, & disdiapason. Vel diuiditur in 1. & 6. vel ex 2. & 5. vel 3. & 4. ex quibus diuisionibus oriuntur variæ proportiones ex 1. & 6. prouenit proportio sexcupla quæ efficit maximum spatiū inter harmonicos tonos. & ex 2. & 5. ostendit armoniam magnam & diapason æquiualenteui. & ex 3. & 4. oritur harmonia prima supra tertia, scilicet diatessaron. Qui præterea in naturalibus rebus septenarius sig. figuram rectam quæ neque cadat neque pendeat. Nam rectangula figura cum sit qualitatum principium & constet ex 3. 4. & 5. & tres & 4. sint essentia septenarij faciunt angulum rectum. Qui non recipit neque magis neque minus & cum triangulus rectangulus sit principium figurarum & qualitatum, & proueniat a ternario & quaternario qui sunt ipse septenarius, videtur dicendum septenarium esse principium & fontem figurarū & qualitatū, & ternarius est numerus planæ figuræ e unitas. n. pro puncto ponitur, binarius pro linea & ternarius pro superficie. Sed quaternarius addit altitudinem & fit corpus solidum, vnde septenarius est principiū rerum corporaliū & incorporalium. Et septenarius nō est neque generās neque generatus, neque ex generantibus, neq; ex generatis, & est liber a generatione actiua & passiua, & ideo sig. uictoriam natam sine matre, & sign. Regem vniuersi nam omne, quod non generat, neque generatur alienum est nota vnum est. Quod nil aliud quā Deus ipse, septenarius, sign. lunæ cursum, nam multiplicatus in se conficit 28. in quibus luna conficit cursum suum. Septenarius, sig. rerum perfectionem nam omne corpus actiuum habet tres dimensiones longum, altum, & latum, & hæ continentur quatuor terminis puncto linea superficie & profunditate. Septenarius sig. perfectionē denarij, nam 1. 2. 3. 4. qui conficiunt denariū, sunt quatuor termini inter quos cadunt tres diminutiones vnius ad duorū ad tria, & trium ad quatuor. Quæ conficiūt septenariū. 4. termini & 3. diminutiones. Septe. sig. dispositionē siue fabricam cœlorum, nam 7. sunt circuli quibus cœlū cingitur, arcticus antarticus tropicus æstiuus, tropicus brumalis, æqnoctialis Zodiacus & lacteus. 7. sunt planetæ. 7. sunt stellæ vrsæ cœlestis. 7. pleiades, in septenariis mensium, in quibus duæ maximæ celebritates iubētur in lege & 2. æquinoctij fiūt. In hoīe sunt 5. sensus vis genitalis & organū vocis. 7. partes principales, caput, pectus, uenter, 2. manus, & 2. pedes. 7. interiora stomacus, cor, pulmo, splen, iecur, & 2. renes. 7. sunt animi instrumēta 2. oculi. 2. aures, & nares, & os. Septem attinent ad sensum visus, corpus distantia, figura, magnitudo, color, motus, & status. Septem mutationes vocis, acuta, grauis,

circumflexa, aspera, lenis, longa, breuis. 7. Modus sursum deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, antrorsum, retrorsum, & circum. 7. Corporis excrementa oculorum, narium, aurium, oris, urinæ, fecis, & sudoris. Septimo die menstruum cessat. Septimo mense fœtus perfectus in ventre. Septimo die iudicantur febres acutæ. 7. sunt ætates. Septem, sign. numerum infinitum. Septies cadit iustus. Septies laudandus Deus. Septies purgatur argentum. Septem sunt petitiones in oratione diuina. Septies septem uerba in ipsa oratione. 7. dona Spiritus sancti. 7. Ecclesiæ Sacramenta. 7. vitia mortalia. 7. psalmi contra eadem 7. vitia. 7. sigilla libri signati. 7. cornua agni. 7. oculi. Septem angeli. 7. agni sanctificationis. 7. quinarij operum Platonis. Septem septenarij operum legum a Iustiniano dispositi. Septem gradus reductionis humanæ ad Deum. Al. Farr. in prooemium septen.

Septenarius, sign. Mineruam quando accipitur Minerua pro Idea mentis illustratæ. Farra fol. 34. cap. de Zoroastro. siue de regno Dei.

Septenarij proportio, sign. Musicam absolutam unde Aegyptij per septem literas vocales in duobus digitis inscriptis, sig. musam vel ipsam musicam absolutam. Nam proportio vnius ad sex habet interuallum maximum in se proposita, quo quidem acutissimum a grauissimo separatur. Proportio quinque ad duo, vim plurimam in harmonia demōstrat ipsi τῷ διαπασῶν æmula. Et ternarius cum quaternario omnem amplexatur harmoniam. diatessaron diapente & diapason, & oēs proportiones arithmeticā Geometricā & Musicam. Valer. f. 350.

Septenarius sign. humanæ vitæ vehiculum. Petrus Crinitus de honest. discipl. lib. 22. cap. 6.

Septenarius sign. requiem æternam. Gouschelius lib. 6. elocution. sacrar. scriptu.

Septenarius vt est 1. Reg. 2. donec sterilis peperit septem, sign. numerum perfectum. Vnde & D. Petrus rogans de remissione, dixit dimittam vsque septies. Sed audiuit responsum, scilicet in septenario & denario. Nam septenarius propter Sabbatum, & denarius propter legis præcepta, sunt Hebræis numeri familiares. Gousch. lib. 2.

Septenarius apud Philosophos, signif. Ducem & rectorem omnium rerum. Soli enim septenario nec gignere nec gigni natura dedit, & id quod neque procreat neque procreatur, immobile manet; procreatio enim in motu est, quandoquidem, & quod procreatur non vacat motu, mouetur enim alterum vt gignat, alterum vt gignatur. Solus autem nec mouet, nec mouetur antiquus ille princeps, & auctor, cuius imago septenarius merito dici potest. Petrus Bongus cap. de septenario. fol. 198.

Septenarius apud Pythagoricos, sign. Mineruam quæ non partu est edita, sed ex Iouis est orta capite. Sicut septenarius est sine genitore, & sine filijs intra denarium. Et hac de causa apud Pythagoricos dicitur Pallas eo quod Pallas sicut Minerua semper fuerit virgo, & sterilis quia Deus quiescere fecit septimum diem ab operibus suis, quæ fecit. Vnde Philo de septenario siue hebdomada dixit, Illud vnum solum sincerum esse hebdomadam sine matre; ex se ipso solo genuit, nulla prorsus adhibita materia. Et alibi de die septima, idest Sabbato. Tertia lex est de semper Virgine sine matre nata hebdomada, ut creatura assueta eius ocio reminiscatur eius, qui cuncta facit inuisibiliter. Vnde videtur quod septenarius sign. Mineruam, & Minerua sign. Lucem infinitam siue sapientiam, quæ est verbum Dei æternum. Petrus Bongus, vt supra fol. 199. & Nicolaus Cusanus lib. 3. & sexto. excitation.

Septenarius multiplicatus complicatus & in se ipso explicatus facit octuaginta quatuor. Nam septem constant ex tribus & quatuor. Et multiplicando ter quatuor, efficiunt 12. qui 12. explicati per septem conficiunt 84. qui est numerus Orphicorum Hymnorum, in quibus explicatur tota magia naturalis, sicuti in Dauidicis psalmis tota cabala continetur. Et iste septenarius, signif. omnem diuinitorem, & omnem absolutissimam perfectionem. Farra. sep. fol. 204. lib. de philosophia symbolica.

Septenarius apud Philonem, sign. victoriam perpetuo virginem, & sig. ipsum Deum. Farra sept. fol. 216. lib. de philosophia symbolica.

Septenarius signif. lunam, quia si ab uno usque ad septem, quantum singuli exprimunt numeri, tantum antecedentibus addendo procedas, inuenies Trigonum viginti octo nasci ex septenario, qui sic natus numerus aptus est ad restituendam lunam in id momentum, ex quo primum cœpit sensibiliter crescere, & ad quod decrescendo recurrere solet. Petrus Bongus cap. de septenar. fol. 203.

Septenarius signif. absolutam eloquentiam, in cuius mysterio, ut ait Rabbinus Isaac Bonschola, uisæ sunt septem spicæ plenæ in uno calamo. Quæ signif. septem dicendi Ideas ad eloquentiam perficiendam necessarias, quas etiam signif. argentum septies repurgatum. Fabius Paulinus Hebd. lib. 1. cap. 3. vide columnæ septem.

Septenarius, signif. creatorem & creaturam. Nam constat ex ternario & quaternario, ternarius signif. artificem inuisibilem, & quaternarios, signif. visibilis materiæ primarias substantias, vt ternarius signif. creatorem ob sanctissimam Triadem, & quaternarius, signif. creaturam ob quatuor elementa, quæ rerum omnium causæ sunt, & semina. Petrus Bongus cap. de septen. fol. 212.

Septenarius sign. id, quod in rebus secundum naturam rectū est, quodque flecti nequit. Nam triangulus rectus constans angulis, quod est qualitatum principium ex his numeris 3. 4. conficitur; tria uero & quatuor, quæ sunt materia, seu essentia septenarij.

rectum

rectum faciunt angulum. Nam angulus obtusus & acutus, sign. inæqualitatem confusionem, & imparitatem alius enim alio obtusior vel acutior est. At angulus rectus nullam recipit comparationem, neque alius cum alio collatus rectior dicitur, neque suam naturam aliquando commutat, sed in simili eademque ratione manet. Quòd si triangulus rectis angulis constans principium figurarum sit, & qualitatum, & hic a ternario & quaternario procedit, septenarius, qui ab his enascitur, cuiusque figuræ potest, & qualitatis fons reuera putari. Huc accedit & illud, quòd ternarius planæ figuræ numerus est, quandoquidem iuxta unitatem est punctum, in binario linea, & in ternario numero superficies constituitur. Quaternarius ad solidum corpus pertinet per accessionem vnitatis accedente ad superficiem altitudine. Quo perspicuum fit essentiam Septenarij, & Geometriæ, & dimensionis, quæ cernitur in solido, ac vt summatim dicatur rerum tum corporearum, tum corpore vacantium principium esse. Habet igitur quodlibet corpus actiuum tres dimensiones longitudinem latitudinem, & altitudinem siue profunditatem, quatuor item extremitates punctum, lineam, superficiem, & solidum ex quorum compositione nascitur Septenarius. Impossibile autem erat corpora septenario metiri, iuxta illam e tribus dimensionibus suisque finibus compositionem, nisi primorum numerorum Ideas, uidelicet vnius, duorum, trium, & quatuor, in quibus ratione Cabalistica denarius fundatur, septenarij naturam in se complecti contigisset. Nam dicti numeri habent quatuor terminos & tria intervalla, siue tres dimensiones, primam nempe, ab vno ad duo, secundam, a duobus ad tria, & tertiam a tribus ad quatuor. Quare non immerito a proprietatis uocabulorum studiosis absolutorius nuncupatur numerus septenarius, cum eo absoluantur, & perficiantur uniuersa, qui geminam vinciendi vim tenet, ipsius enim partis uincula prima sortitæ sunt, ternarius cum una medietate, & quaternarius cum duabus. Tot igitur uirtutibus insignitus septenarius, quas uel de partibus mutuatur, uel etiam totus exercet, iure plenus & habetur, & dicitur. Nam & huiusmodi partes septenarij ad eum ferme sensum interpretari debent, vt sign. sacri mysterij plenitudinem quandam tam in diuinis litteris quam apud Poetas. Homerus enim, quem nulla præterisse videtur doctrina in quinto Odissæ omnibus numeris beatos significat de quibus hæc cecinit. Quod est ex Vergiliana traductione. O terque quaterque beati. Et Tibullus de se ipso. O mihi felicem terque quaterque diem. Et Tobias in 9. capite. Cum optat benedictionem in terciam & quartam generationem. De hac re tu lege Hugonem Victorium de sacramentis fidei lib. 4. Et Petrum Bongum cap. de septenar. f. 214. & 215.

Septenarius sign. id quod perfectum est. Nam de remissione peccatorum percunctanti Petro, quoties condonare deberet fratri qui in illum peccasset, & post quotam culpam repelli deberet a uenia, num usque septies? Respondit Dominus non dico tibi septies, sed usque septuagies septies, hoc est, resipiscenti in infinitum offensam condonabis. Neque enim hoc numero terminus circunscribitur ueniæ, uerum semper per eum condonandam esse proximo noxam, & quoties peccatum confessus fuerit, ac resipuerit, illi ignoscendum esse, mandatur. Hugo de uerbis Domini sermon. 15. & Bongus cap. de septenar. f. 215. in v. numerum. 490.

Septenarius, sign. multitudinem, nam inter septem dies totum includitur tempus, Theodoretus Heracliensis, & Bongus cap. de septen. f. 216.

Septenarius, signif. Ecclesiæ perfectionem. Diuus Augustinus lib. 17. de ciuitate Dei.

Septenarius, signif. Ecclesiæ vniuersitatem. am Diuus Ioannes scribit ad septem Ecclesias per quas intelligit scribere ad uniuersam Ecclesiam id, quod illis septem scribit. Et septem columnæ, quas sapientia supposuit domui suæ. Et septem stellæ quæ positæ sunt in arcturo, sign. eandem Ecclesiæ vniuersitatem. Diuus Augustinus in epist. ad Galatas cap. 9. & Diuus Gregorius in Iob. cap. 9. & Diuus Hieronymus in Zachar. cap. 8. & Diuus Augustinus lib. 17. cap. 4. de ciuitate Dei. Et Beda lib. 1. cap. 1. in Apocal. & Petrus Bongus cap. de septen. f. 216.

Septenarius, sign. totum vitæ tempus. Nam in Exod. 12. 13. & 34. Scriptum est fermentum non inueniri in domibus Iudæorum. Quod sign. vitium esse submouendum, vt omni vitæ nostræ tempore in simplicitate ac puritate viuamus: Et septem diebus azima comedere, vt est 1. Reg. 6. Sign. cunctis vitæ nostræ diebus meminisse nos debere humilium Christi D. actionum. Petrus Bongus cap. de septen. fol. 218.

Septenarius, sign. tempus huius sæculi usque ad finem. Nam septem menses, quibus arca stetit apud Philistæos idem sign. Bongus, vt supra.

Post septenarium dierum mulierem enixam masculum purgari. Et illam quæ peperisset fœminam, purgari post dies quatuordecim, sign. hominem qui viriliter egerit in hoc seculo, in quo adhuc aliquidum purgari non possumus, in futuro, quod sig. dies octaua, purgandú esse. Quia in futuro seculo eius mater, id est caro in resurrectione ab omnibus vitijs emúdabitur, sed illú hominé, qui in hoc seculo nihil habuit in se virilitatis aduersus peccatú, at remissus

Effeminatus permansit in actibus suis, neque in præsenti sæculo, neque in futuro purgandum esse ab immunditia sua. Petrus Bongus cap. de septen. f. 218.

Septenarius, sig. remissionem, & Indulgentiam. nam septimo mense cuiuslibet anni, & septimo quoque anno fiebant remissiones, & post quadratum septenarij cuiusque obligationis remissio condonabatur, & anno septuagesimo populus fuit liberatus a Babylonica seruitute. Bongus, ut supra f. 219.

Septenarium dici numerum libertatis sig. in eo fieri liberationem a pœnis vnde Oratio Salomonis absoluitur septem petitionibus, & Oratio Saluatoris nostri similiter habet septem petitiones, & vltima petit vt liberemur a malo, & habet 49. verba qui est septenarius quadratus. Bongus, supra.

Septenarius sign. æternum. Vnde illud Virg.

Terq; quaterque solū scindendū glebaque uersi,
Aeternum frangenda videntibus vliter:

quater idem uidetur esse, quod æternū: sed in numero signifi. infinitum.

Terque quaterque manu pectus percussa decorū:
vbi ponitur ter, quater pro sæpius. Fab. Paulin. Hebr. l. 5. 5. 3.

Septenariū tam dierum quam annorum seruari iustū in lege, sig. memoriam requiei dominicæ in fabrica mundi, sed septenarius quadratus qui est quadragintanouem annorum sign. memoriam requiei in archetipo factæ, quæ est ut in quinquagesimo quoque anno influxus superioris mundi rursus renouentur F.G. par. 440. & 441. t. 4.

Septenarium dici numerum iuramenti, signifi. Hebræos solitos esse adducere septenarium quasi testem iuramenti, vnde apud eos iurare dicitur septenare, & Abraham initurus fœdus cum Abimelech statuit septem agnas in testimonium. Petrus Bongus cap. de septenario fol. 219.

Septenarius sig. Saturnum qui est septimus ascē dendo, & signifi. requiem, cui septimus dies addictus erat, qui interpretatur requies. &

Septenarius signifi. septimum millenarium mundi in quo teste D. Ioanne in Apocal. captiuato Dracone malorum suggestore Diabolo, quiescent mortales, tranquillam vitam degentes. &

Septenarius sig. legem mosaicam propter Sabbatum. Bongus, ut supra.

Septenarius sig. sterilitatem, quæ non est ex benedictione. Septenarius enim inter steriles est quod sit orbatus partibus aliquotis. &

Septenarius sig. iniquos vnde septem sunt capita Draconis septem diadematibus insignita, & septem Angeli mali cum septem phialis iræ Dei. &

Septenarius sig. humiliationem, vnde Iacob seruiuit septē annis pro Rachele. & expertus est septē Labani persecutiones, & septies adorauit pronus in terram pro reconciliatione cum fratre Esaù. &

Septenarius sig. perpetuam, & insolubilem vltionem, & punitionem perfectam. Vnde septem sunt nouissimæ plagæ in Apocal. capit. 15. Quoniam in illis, ut ait Beda consumata est ira Dei. Bongus, ut supra folio. 220.

Septenarius sign. rectangulam formam, quæ est principium qualitatum. nam Philo dicit hanc constare ex his numeris, 3. 4. 5. tria autem & quatuor, quæ sunt essentia septenarij rectum angulum efficiunt. Fabius Paulin. Hebd. l. 5. capit. 3.

Septenarius sign. prudentiam, siue sapientiam, cui maximè, est accomodatus, & in quo illa, tanquam in firmissimo solo radices egit, nec diuelli sine interitu potest. Fabius Paulin. leg. 5. Hebd. cap. 5.

51 Numerus septenarius, cum quinario adiuncto conficit duodenarium qui est misterijs cœlebetrimus, in quo Deus hominis totius perfectionem in septenarias virtutes interiores animi, & in quinario sensus corporis exteriores, noluit contineri, quod & in Sinagoga antiquorum patrum. Et in Ecclesia Christianorum satis luculenter, & misteriose demonstrat, nam in Sinagoga prius distributæ terræ promissionis quinque portiones tribub. quinque a Moisé & postea septem a Iosue & in Ecclesia Christi D N. prius quinq; principales fundatæ sunt a Petro, & postea a Paulo, & Ioanne septē Ecclesiæ, & dominus primum fecit miraculum in quinque & postea in septem partibus. Ioach. f. 16. Apocal. Introduct. cap. 18.

Septenarius sig. purificationem, & munditiem. vnde septem animalia munda ingrediuntur in arcam, & Moses septem diebus expiat altare, & septem vicibus aspergit, & septem diebus consecrantur manus pontificum, &c. Petrus Bongus. c. de septenar. f. 223.

In septimo de legibus Platonem egisse de studijs hominum, sig. esse officia studiorum per septē ętates hominum disposita. s. in prima ætate debere tradi litteras, in secunda musicam, in tertia Gymnasticam, in quarta Arithmeticā, in quinta Geometriam, in sexta Astronomiam, septimo uero loco Dialecticam, i. methaphisicam. Fabius Paulin. lib. 5. Hebd. c. 5.

Septenarius apud antiquos credebatur signifi. omnia summa, tam bona, quam mala, vt septem colles intra Romana moenia signifi. totius orbis terrarum imperium, ex quo, ut ait Dyonisius Alicarnasseus in quarto septimontij, & festum, & feria susceptæ diuino, ut putabatur oraculo iubente. septem loca, per quæ mare ingreditur ad ipsas Venetias, pari septenario uidentur sig. par imperium ipsis Venetis quod Romanis, cum etiam nomina ipsa Romanus, & Venetus paria sint in numero septenario. Sed et idem septenarius sig. summum malum. Vnde illud Virgilij. 5.

Infœlix, cui te exitio fortuna reseruat.
Septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas.

Quasi dixisset. Iam cumulata est, & ad summum peruenit ærumnarum tua infoelicitas,

quæ

quæ attigit ſeptenarium: Vnde & illud; ſepties perijt, ideſt funditus perijt, vt adnotauit Rhodiginus, tu lege Fabium Paulinum in Hebdo. lib. 5. cap. 4. Vide infra ſeptenarius ſignifi. res ſummas.

Septēarius ſig. iuſtitiam, nā eius pars, quæ poſita eſt in negotijs eſt duplex ... & ... autē habet ſeptem partes: Venditionem, emptionem, mutuum, fideiuſſionem, cōmodatum, depoſitum, & locationem cum conductione. Et Acuſia habet ſeptem partes: Furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, ſerui alieni corruptionem, per inſidias illatum neceſſe, & falſum teſtimonium, & altera pars Acuſiæ, quæ eſt actionum uiolentarum, ſicuti prima eſt clandeſtinarum, itidem habet ſeptē partes. Verberationem, vincula, mortem, rapinam, debilitationem, maledictum, & contumeliam. Et diuiſiones agrorum ferè ſemper per ſeptem fiebant, & Iuriſconſulti legum partes ſeptem fecerunt. Paul. Hebd. li. 5. c. 5.

Septenarius ſig. remunerationem tam in bonū, quàm in malum: nam vt ait Plutarchus, Iuppiter ob iudicium Tireſiæ, quod pro ipſo contra Iunonem pronunciaſſet, dedit ei, ut ſeptem ætates vinceret. Et Iuno contra Troes irata pœnas ſumpſit ab Aenea per annos ſeptem. Paul. vt ſupra.

Septenarius ſig. expiationem, & placationem. Varro tradit Oreſtem expiari non potuiſſe ex Apollinis oraculo, niſi ſeptem fluminibus, quę vno alueo miſcerētur, ablueretur, vel vt ait Scaliger li. 1. quæ vno de fonte erūperent, & Dantes in ſuo Purgatorio dixit.

Sette P nella fronte mi deſcriſſe
Col punton della ſpada, & fa che laui
Quando ſe' dentro queſte piaghe diſſe.

Et hoc huic numero attribuitur ob Symbolū, quod habet puritatis; candidam enim & ſimplicem ſig. virginitatem: vnde dicitur, & virgo, & Pallas. Paul. Hebd. li. 5. c. 5.

Septenarius ſig. oracula; nam Lucianus in Philopſeudo dicit Memnonē vaticinatum ſeptem verſibus: & Sybilla in 6. apud Virg. in bis ſeptē concludit vaticinium Aeneæ, & alibi de præſagio pluuię.

Preſſo ter gutture corui, aut quater ingeminăt,

& Pontanus de Trigella.

Septē ara circū, & fumos flant Thura Sabæos.

Paulin. vt ſupra.

52 Numerus ſeptenarius apud Hebræos dicitur Sabah. & eodem modo dicitur iuramentū, ita quod iurare, & ſeptenare apud illos eſt idem. inde Abrahæ ſeptem agnæ, & multa ſimilia. & iurare apud Hebræos ſig. vocare in ſuum fauorem influxum ſeptem ſuperiorum numerationum, ſi dicit verum: ſin fallit vocare malum eundem influxum in peierantem. Fran. Geor. prob. 291. to. 5.

53 Numerum ſeptenarium ab Academicis infœcundum dici, ſig. ſeptenarium intra denarium non conſtitui, neque conſtituere hoc eſt, nō gigni, neque gignere: in eo enim non ſunt numeri aliquoti, qui poſſint eum gignere, neque ipſe alium gignit: & ideo quia eſt numerus infœcūdus, quod non gigneret ex ſe punitio datur infructuoſis in vinea Domini per numerum ſeptenarium: iuxta illud, & ſuper peccatores ſeptuplum. Franciſcus Georgius problem. 305. tom. 5.

Septenarius ſig. fortitudinem, quæ ſpectatur in animo, & in corpore, vnde clipei fortiſſimorū vt Aiacis, Aeneę, Turni, &c. deſcribuntur ſeptēplices. & Mars cadens occupauit ſeptem iugera, ut eſt apud Homerum 1. & Achilles dictus a Lycophrone ſepticubitus. & Sāpſon habuit fortitudinem in ſeptem capillis. Fab. Paul. li. 7. Hebd. c. 6.

Septenarius ſig. expugnationē. Vnde Agamemnon quinquies multiplicato nauium ſeptenario ad expugnandam Troiam eſt profectus, vt ait Higinus 5. 249. & Reges fuere 49. præter ipſum Imperatorem omnium. Plaut. in milite actu 4. videtur ad hāc rem alluſiſſe, cum nominat ſeptem perſonas, & poſtea ſubiungit. oppidum quoduis videtur poſſe expugnari dolis. Paul. vt ſupra.

Septenarius ſig. confutationem, & reprehenſionem in re litteraria, quaſi reſpondentem expugnationi in re militari. Nā Cornelio, & Bebio Coss. in agro Scribæ Petilij ſub ianiculo arcæ duæ lapideæ ſunt repertæ, in quarum altera corpus Numæ fuerat, in altera ſeptem Latini libri de iure Pontificio, totidemque Græci de diſciplina ſapientiæ ſcripti, quibus religiones omnes diſſoluebantur, & reprehendebantur, quare Senatus decreto cremati ſunt. Liuius li. 10. Deca. 4. Lactan. li. 1. de falſa religione, qui etiam author ad hoc confirmandum ſeptem; & ipſe adhibet libros in confutanda religione falſa; tu lege Paul. vt ſupra.

Septenarium ſignific. auxilium: vnde Vergil. in 10. dixit. *Miſerande iaceres*

Ni fratrum ſtipata cohors foret obuia Phorci
Progenies ſeptem numero, ſeptenaq; tela
Conijciunt.

& Xenophon in lib. 7. de Cyri expeditione dicit. Seuthes acceſſit auxilium laturus cum ſeptem equitibus præcipuis. Pauli. lib. 5. Hebdo. cap. 5.

Septenarius ſignifi. victoriam; nam vt Philo inquit. Philoſophi hunc numerum ſimilem eſſe voluerunt victoriæ matre carenti. & quidam in lib. 4. de Rep. obſeruat victorias, & commutationes ingētes Rerump. & Regnorū, vt plurimum factas in ſeptimo menſe. Vide Paulinū, vt ſupra.

Septenarius ſignific. captiuitatem, & ſterilitatem. Roma enim capta fuit Luna ſeptima, & ſeptem menſes barbaris ſeruiuit, & Vlixes fuit captiuus apud Aegyptios ſeptem annos. & ſeptem res nominabantur in deditionibus faciendis, & ex Liuio cognoſcitur. Fabius Paulinus libro 5. Hebdom. cap. 5.

Septenarius ſig. parſimoniam, & frugalitatem. Paul. vt ſupra.

Septenarius sig. uitam, qua corpus sustentatur, & ideo hic numerus a Philosophis atque à medicis *φωνηεις*, appellatur, quod in hoc infantes victuri nascuntur, & quia uita sustentatur cibo, quo destitutum corpus interit. idem numerus, sign. epulas, & conuiuia unde apud ueteres conuiuijs septem tantum adhibebantur ut est in 2. Illiadis, & Martialis in 10. dicit, septem sigma capit, sex sumus adde lupum, in quo uersu dictio sigma sign. simposium. i. conuiuium, eo quod sit prima littera simposij nominis. Tu lege Paulinum. Hebd. libro quinto cap. 6.

Septenarius sign. hospitalitatis magnificentiam. Homerus in ultimo Odiss. septẽ munera Vlissi hospiti facta, inter quæ erant septem auri talenta. Paulinus Hebd. l. 5. c. 6.

Septenarius sign. nuptias, quia uitæ prospicerè dicitur, & corporum saluti consulere, vel quia componitur ex impari, & pari, quæ sign. marẽ, & feminam. Paulinus ut supra.

Septem sig. rei iterationem frequentem, ut argentum septies purgatum, sign. argentum sæpius purgatum, & Sterilis septem peperit, sig. multos peperisse, & septem Ecclesiæ, sign. multitudinem & D. Chrisostomus dicit septenarium in literis sacris, sig. infinitam multitudinem, & forsan illa Vergilij loca.

Septem illum totos perbibent &c.
Immania septem terga boum.

Valerianus fol. 262.

Septenarius signific. Spiritum sanctum iuxta illud Esaiæ, & requiescet super eo Spiritus Domini, & postea explicat septem dona ipsius Spiritus S.

Septenarius sign. perfectionem etiam secundum naturæ instinctum: nam sacrum septies purgatum igni ex inde non augit perfectionem, cum usque ad septimam concoctionem semper melior fiat, in qua septima concoctione quiescit, & potius lapidescit, quam patitur liquationẽ. unde prouerb.

Septimæ decoctionis saccarum, sign. virum sagacissimum atque vaferrimum.

Septenarius sig. totius humanæ uitæ cursum iuxta illud septem diebus comedetis azima & D. Paulus: Epulemur non infermento veteri neque in fermento malitiæ, & nequitiæ: sed in azimis sinceritatis, & veritatis, & non ad tempus sed omni nostra vita sinceri & mundi a formẽto mundi esse debemus. Nam si septem diebus holocausto mata afferro debemus, necesse est diebus septem nos pures permanere; nam sacra facientes nullius criminia sibi ricesse dèbent.

Septenarius sig. mortem, nam ut annotauit Bodinus in lib. 4. Reip. quamplurimi Imperatores in septimo mense mortui sunt, & fere cunctis claris uiris in aliquo uitæ septenario contigit diem suum obire, & præcipue in nono sptenario. Qui est anno uitæ 63. Paulinus lib. 5. cap. 6. Hebp.

Septenarius signific. mortuorum apparitionem, nã post septimũ diẽ, & post septimũ mẽsem se se hominibus dicebantur ostendere, ut Lucianus dicit in philopseudo. Paulinus Hebd. lib. 5. cap. 6.

Septenarius sig. lætitiam, ex quo Ouidius in quit

Terquater imperij lætus honore tui.

Paulinus lib. 5. cap. 7.

Septenarius sign. apotheosim. i. deificationem, ex quo Sannazarus in. egloga. i. in qua fecit apotheosim Phyllidis ponit numerũ septẽ ararũ numerum septem sacrificiorum marinorum, & numerum septem Sertorũ, & seuerus sibi ædificauit septizonium sepulchrum, quod haberet septem uias, & quod haberet septem solaria. Fabius Paulin. ut supra.

Septenarius sign. sacrificia, quia ex septem tantũ speciebus animalium fiebant, oue, sue capra, boue, gallina, ansere, & boue farinaceo. Paulin. lib. 5. cap. 7.

Septenarius sign. moerorem, unde Vergil. de Orpheo loquens ait,

Septem illum totos perbibent ex ordine mẽses
Fleuissẽ.

& pontanus Adonide. l. 1.

Nouus dolor attigit omnes.
Septem illi totis ripa latuere diebus.
Et septem plenis spumanti margine ripis
Exiluere cauo digressi fluminis alueo.

Paulinus. Hebd. lib. 5. cap. 7.

Septenarius sig. odiũ unde iuuenalis satyra. 6.

Inque diem septenis oderit horis.

& Cicero. in verrem. septem habuit actiones, in Antonium uero quatuordecim septenario duplicato. Paul. ut sup.

Septenarius sign. indignationem, & iram iuram, vnde Ouidius lib. 1. Metamorphoseos ait.

Terificam capitis concussit terq́, quaterque.
Cæsariem, qua terrã, mare sidera mouit.

Paulin. ut sup.

Septenarius, sing. crudelitatem, que est odium efferatum, vnde Nero per septem dies spectauit Romæ incẽdium è turri Mæcenatis, & Iuuen. Sat. 6.

Tene duos? septem, si septem forte fuissent &c.

Paulin. ut sup.

Septenarius sign. amorem, qui odio contrarius est nam Leander apud Ouidium, cum expectasset septem dies, non potuit amplius.

Septima lux agitur, spacium mihi longius anno
Solicitum raucis, ut mare feruet aquis.

Et Symætha apud Theocritũ ait. Latinis uerbis.

Terque quaterque die se ad nos cõferre solebat.

idest ut ait Paulinus Hebd. lib. 5. cap. 7. Valde amabat, vel ut habetur ex Plotino. amor efficit septem, nam primum duos in unum coniũgit, & sic sunt tria, & cum in utroque uno sint duo, efficit quatuor, quæ omnia efficiunt septem, duobus ipsis solidis permanentibus, vel quia in ludis septenarius numerus venus est vocatus, quæ est mater amoris.

Septenarius sign. castitatem apud Chianos, ut ait Pluthare. lib. de mulierum virtutibus per 700. annos, nulla fuit mentio neque adulterij neq;

uidij virginitati ob modestiam, & castitatē mulierum Chianensium. Paulin. ut supra.

34 Numerus septenarius signif. Deum, quod sicut Deus est solus Dux, & princeps vniuersorum semper singularis, & immobilis. ita septenarius inter numeros solus est, qui non gignit, & non gignitur: cum reliqui omnes uel gignāt, & non gignantur, vel gignantur & nō gignāt, vel & gignant, & gignantur. signifi. Palladem, quod Pallas sit sine matre, & sit virgo. ita septenarius non gignitur, & non gignit. Valerianus fol. 271.

Septenarius sig. pulchritudinē, unde apud Græcos ἑπτάπεπτος Κόμη, i. pulchra coma, quòd septies tonderi posset, & apud Romanos insederat hæc opinio, quòd qui leporem edisset septem diebus, esset pulcher. Paulinus Hebd. li. 5. c. 7.

Septenarius sig. pietatem, quòd Sertorius parētem defunctum septem diebus luxit, & Socrates innocentissimus septuagenarius est interfectus, ut numerus esset eius innocentię argumentum. Paul. vt sup.

Septenarius sig. memoriam, & monumentum, vnde septem sunt orbis miracula, & Plautus in Cur. de milite.

Statuam vult dare auream
Solidam faciundam ex auro philippæo, quæ fiet
Septempedalis, factis monumentum suis.

Septenarius sig. diligentiam, & sedulitatē, siue laborem. Ouid. in 1. Fast.

Ter quater euolui signantes tempora fastos.

idest diligentissimè, summoque labore. Paulin. vt supra.

Septenarius sign. quietem, quia septenarius numerus tam in mundo, quàm in nobis confessione omnium habetur pacatissimus, & a seditione, bello, contentione alienissimus. Paulin. vt supra.

Septenarius sign. hominem: homo enim ut ait Beda in lib. 1. de templo Salomonis. tomo 8. septenario numero comprehenditur, quaternario 5. propter corpus, quod ex quatuor elementis consistit: ternario verò propter triplicem hominis interioris differentiam, quā scriptura sancta nobis ostendit, cum diligere nos iubet Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota virtute. Paul. Hebd. l. 6. c. 1.

Septenarius sig. hominis totius immunditiam. animæ per tria, & corporis per quatuor. Paul. vt supra.

Solis fuisse septem greges taurorum, & septem ouium, quibus singulis gregibus inerant quinquaginta, vt apud Homerum; qui septem greges taurorum conficiebant 350. capita, & idē septem greges ouium. sig. dies anni apud antiquos Græcos fuisse 350. licet alij dicant fuisse 354. & alij apud alios 355. sed hoc nihil refert quò ad mysterium. tu lege Paulinum Hebdo. lib. 6. c. 3.

Septenarius sign. Deum, nam septenarius, vt inquit Philo lib. 1. de opificio mundi, neque gignere, neque potest natura gigni, & quod neque gignit, neque gignitur, permanet immobile: generatio enim est in motione; quando & quod gignitur non sine motu est, partim quidem ut generet, partim vt generetur, solus verò neque mouet, neque mouetur Deus princeps & Dux, cuius dici potest decenter imago septenarius, ut ait Philolaus. Est enim Dux, & princeps omnium Deus in sempiternum, qui stabilis est, & immobilis ipse sibi ipsi similis, & alter ab alijs. Legendus Cornelius Gemma li. 1. de arte Cydog. & Paulinus Hebdom. lib. 7. cap. 3.

Septenarius sig. Beatissimam Virginem Dei matrem. Nam septenarius virgo appellatur, & D. Bernardus per septem columnas, per quas sapientia ædificauit sibi domum, intelligit sanctissimam Dei matrem, quæ habuit omnia Spiritus S. copiosissima dona, & quia Ecclesia mysticè ipsi Beatissimæ Virgini septem instituit festa, vt ait Paul. vt supra ca. 4. qui tamen nisi sex nominat. vel potius ob illius septem & gaudia, & dolores; quibus præ cæteris mulieribus affecta fuit.

Septenarius sign. Sanctos, qui comparantur Aquilæ ob septem proprietates, quibus & Aquila sig. Sanctos, qui vt ait D. Thom. comparātur Aquilis septempliciter. s. propter uolatus altitudinem, qui sig. eminentiam cōtemplationis, propter odoris subtilitatem, qui sig. feruorem dilectionis. propter loci sublimitatem, qui sig. studium cœlestis conuersationis. propter motus uelocitatem, qui sign. promptitudinem bonæ operationis: propter diuturnā renouationem, quæ sig. studium internæ emundationis, & profectus. propter membrorum pulchritudinem, quæ sig. decorem virtutum. propter filiorum solicitudinem, quæ sign. solicitudinem sanctorum. Paul. Hebd. l. 7. c. 4.

Septenarius sig. iustorum beatitudines siue māsiones, quas Iustinianus in octonario psalm. Et Galat. lib. 12. c. 12. septem esse dicunt, per quas iusti ipsi comparantur Soli, Lunæ, cœlo, stellis, fulgoribus, lilijs, & lampadibus. Paulin. vt supra.

Septenarius sign. impiorum pœnas ob septem apud Inferos mansiones, quę a Dante dicuntur, Gyroni ab Hebræis uocantur. Sceol, Auadon, Gbe, Duma, Zalmaueth, Heretzachthith, Heretzia, & latinè possunt interpretari, Infernus, perditio, vallis, vel profundum; silentium, vmbra mortis, terra inferior, & terra sitiens, licet alij aliter sentiant. Paulinus Hebdom. lib. 7. cap. 4.

Septenarius sig. septem virtutes, quæ correspondent septem beatitudinibus, per quas virtutes eliminantur septem capitalia, uel potiùs mortifera peccata. paupertas spiritus est contra superbiam, comitas iram eliminat; luctus inuidiam pellit, esuries iustitiæ deturbat accidiam, misericordia arcet auaritiam, mundities cordis emundat gulam, & pax exterminat luxuriam. Paul. vt supra.

Septenarius sig. vniuersam ecclesiam: nam primum

mum septem sunt litteræ in hoc verbo ecclesia, & septem sunt ecclesiæ ad quas scripsit D. Ioann. & vt inquit Beda septenarius sign. vniuersitatem, quòd septem diebus cunctum hoc sæculi tempus euoluatur, & septem ponitur pro semper, vt illud septies in die laudem dixi tibi interpretatur ab eo alio in loco, semper laus eius in ore meo. Paulinus Hebdo. vt sup. cap. 5.

Septenarius sig. legem veterem, sicuti sig. etiam legem Euãgelicam, siue nouum Testamentũ, præsertim si consideretur per se: nam si cõsideretur cum ueteri, octonarius signific. ipsum nouum Testamentum. Paulinus Hebd. lib. 7. cap. 6.

Sigilla Septẽ libri clausi, ut est in Apoc. sig. Christi Dom. mysteria, quæ in scriptura sacra clausa erant antẽ carnis assumptionem. Paulinus, vt supra.

Septenarius sig. laudem Dei, iuxta illud, septies in die laudem dixi tibi, & nouo testamento ab Ecclesia septem horæ canonicæ institutæ sunt. quibus laudes Deo canuntur. Paulin. Hebd. vt supra.

Septenarius sig. solennitatem. septem enim institutæ a Deo reperiuntur solennitates, quarum singulæ septenario ferè constabant. Paul. vt supra.

Septenarius sig. sacrificia, nam species sacrificiorum in ueteri testamento tantum sex erant, vt in nouo septimum perficeretur in oblatione Christi D. Paul. vt sup.

Septem dies per quos animæ siue de cœlo descendentes, siue de terra ascendentes quiescũt in prato, sign. vel septem planetas, vel septem septenarios dierum, quibus ante motum fetus in aluo quiescit, uel sign. septem quosque dies, in quibus gradatim in vtero formæ mutantur secundum aliquos, vel fortè sign. animas, tunc steriles esse per numerum sterilem demõstrari. nam septenarius neque ex aliquo numero gignitur aliquoties repetito, neque gignit aliquem intra decem, & ideo aptissimè conuenit animabus adhuc vtrinque a generatione vacantibus. & ob hoc Pythagorici hunc numerum assignant Palladi, quæ neque ex matre sit genita, neque ipsa genuerit; & hic numerus conuenit animis adhuc a terrena matre semotis, & vniuersum sub Palladis sapientia contemplantibus. Fici. in 10. de Rep. Plat. V. Senarius, & septenarius, & quinarius.

Septenarius sig. consecrationem, nã per septem ordinum gradus ad sacerdotalem dignitatem peruenitur. Paul. Hebd. l. 7. c. 6.

Septenarius sig. Dei iustitiam, vnde illud Leuit. 26. si non obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata uestra, & conteram superbiam duritiæ uestræ, & mox sæpius repetit septem percussiones, septem plagas usque in septuplum. Paulinus Hebdo. li. 7. c. 6.

Septenarius sig. Dei potentiam, ut est Iosue ca. 6. septem sacerdotes Dei mandato tollunt septem bucinas, & septimo circumdant ciuitatem, & cupiunt cum septimo die. Et in Exod. Moyses septimo quoque die ingrediebatur ad Pharaonem ad Dei potentiam declarandum miraculis. Paul. vt supra.

Septenarius sig. Dei gloriam. vnde Exo. cap. 24. cum ascendisset Moyses in montem, operuit eum nubes, & habitauit gloria D. super Sinai tegens illum nube sex diebus, & septimo die vocauit eum Dominus de medio caliginis. Et gloria Christi Dom. N. in monte, ubi erant septem personæ apparuit splendor illius septem vicibus maior, quàm splendor Solis. Paulinus vt supra.

Septenarius sig. Dei misericordiam, vnde annus septimus, & quinquagesimus erant anni remissionis Dei ipsius mandato instituti. Paul. vt supra.

Septenarius signific. fidem, unde ad confirmandum pactum Abraham statuit septem agnas gregis seorsum, ut est Genes. 21. Paulinus, vt supra.

Septenarius sig. expiationem, unde dicitur Leuit. cap. 4. cumq; intinxerit digitum in sanguinem, asperget eum septies coram Domino cõtra velum Sanctuarij, &c. Paulinus Hebdom. lib. 7. c. 6. qui plurima adducit exempla de expiatione.

Septenarius sig. perfectionem, nam ut est Gen. 2. Deus dicitur septima die compleuisse omnia, & quieuisse, non quia Deus nihil postea agat, sed quoniam ordo rerum perfectum, atque defixum habuit statum, qui numquam mutatur; ideo cessasse dicitur, & septimũ diem nobis colendum statuit in signum rationis septimæ, quæ in nobis constituta est, in qua diuinarum humanarumq; rerum cognitionem assequimur ex inde perfectionem. Paul. Hebdo. li. 7. ca. 6.

Septenarius sig. res summas tam aduersas, quàm prosperas, vnde in Genes. 41. septem sunt vaccæ tenues portendentes septenariæ famis calamitatem, sicuti & septem spicæ tenues eãdem penuriam sig. & idem septenarius sig. summas res prosperas, ut habetur de septem bobus, & spicis pinguibus; quæ signifi. septenarium frugum abundantiam summam. Paulinus Hebd. vt supra. Vide septenarius apud antiquos credebatur, &c.

Septenarius sig. funera, ex quo ut ait D. Augu. de Ioseph. & fecit luctũ patri suo septem dies: Nescio vtrum inueniatur alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum nouẽ dies: quod apud Latinos nouendial appellant. Vnde mihi uidentur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorum istum in mortuis suis numerum seruant, qui magis est in Gentilium consuetudine. Septimus uerò dies authoritatem in scripturis habet, unde alio loco scriptum est; luctus mortui septem dierum, fatui autem omnes dies uitæ eius. Paulinus, vt supra.

Septenarius sig. libertatem, nam septimo anno seruis

seruis dabatur libertas, unde illud Exod. 21. si emeris seruum Hebræum: sex annis seruiet tibi, in septimo egred.etur liber, & in septuagesimo anno facta est liberatio a Babylonica serui tute. Paul. vt supra.

Septenarius sig. lætitiam, unde in Iudic. cap. 14. Sampson septem diebus fecit conuiuium, ex quo colligitur nuptiarum solennitatem per septem dies durasse. Fab. Paul. Hebdom. lib. 7. cap. 6.

Septenarius sig. ieiunium, quod fit ex aliqua calamitate, ut habetur 1. Reg. c. 31 Cæso Saule, viri iabes ieiunauerunt septem diebus. & Esdræ lib. 4. cap. 5. & ego ieiunaui diebus septem vlulans, & plorans. Paul. vt sup.

Septem viri, quos Asmodæus interfecit uolentes eum Sarra concumbere potius luxuriæ, quàm posteritatis causa. sig. doctores prophanos, siue doctores gentium, qui tantum huius uitæ, quàm per septem uoluitur dies, nouerãt vitam, de æterna nihil dicere sciebant, atque ideo sunt omnes à diabolo rapti. Thobias verò, qui primum facta ad Deũ oratione ingressus est ad eam. Paul. vt supra.

Numerus septenarius signifi. vniuersi ordinem, quòd septem sint veluti totius gradus. materia sensibilia, natura, sensus, ratio, intellectus, & summum bonum.

In Septimo die Deum quieuisse. sign. Deum in seipso, qui est vniuersi septimus veluti gradus quieuisse. namque aliorum omnium finis est ipsum summum bonum. Ficinus in 10. de Repu. Plato. Vel sig. Deum in mundo intelligibili septem excogitare infinitudinem. terminum, & tertiam vim habentem nonnihil infinitudinis, & quartam habentem nonnihil termini, & quintam habentem nonnihil proprij, & sextam munus illius mundi ad inferiora producenda inclinantis, & septimam. eiusdẽ mundi veluti imaginis relationem ad patrem, in quo quidem gradu quasi die septimo conquiescat. Ficinus cap. 17. compen. Tim. vide quinarius, & senarius.

Septenarius quo vtitur Plato in fabrica animæ mundi. sign. virtutem eius animę per septem planetarum spheras clementa recturam. Fici. c. 33. comp. Timei.

Septenarius sign. Regna, nam Deus, vt habetur Deut. c. 7. pollicetur Hebræis Imperium septẽ gentium, & in 1. Regum c. 11. dicitur venite, eamus in Galgala, & innouemus ibi Regnum, nam septem sunt litteræ in verbo Galgala, qđ non caret mysterio, & Dauid in Hebron regnauit annis septem. Paulinus Hebdom. lib. 7. cap. 6.

Septenarius sig. fœcunditatem, vt est Exod. cap. 1. erant omnes, qui egressi sunt de fœmore Iacob septuaginta, & filij Isai erant septem, & Dauid erat septimus, & Hieroboal habuit 70. filios, & Acab erant 70. filij &c. Paul. Hebd. li. 7. cap. 6.

Septenarius sign. resurrectionem, nam puer resurrecturus ad fruendam vitam, vt est 4. Reg. c. 4. oscitauit septies, & oculos aperuit, & resurrectio vniuersalis futura est in septima ætate. Paul. vt sup.

7. Hæc nota, quæ apud arithmeticos, & nummularios sig. septem. in antiquis monumentis sig. Centurionem; vt habetur, ex illo. M. Pompeio M. F. ANI Aspro 7. leg. xv. &c. Valer. fol. 271.

Numerus Octonarius.

OCTONARIVS primus numerus cubicus, formatus a duobus: nam bis duo bis conficiunt octo, qui sig. materiam; vnum enim est principium mũdi intelligibilis, sicuti duo sunt principium mundi sensibilis, & sicut ab vno fit tetractis, ita a duobus fit octonarius primus cubicus, & sicut tetractis sign. mundum intelligibilem, ita octonarius sig. mundum sensibilẽ. & apud Pythagoricos infinitum sign. Deum 1 vnum sig. Ideas. & duo sig. materiam. & sicuti piramis est forma animæ mundi, ita octonarius est materia, a Piramide quæ constat ex tetracti, & ab octonario simul iuncti efficitur duodenarius, vel dodecædrus, qui sign. vniuersum, qui dodecædrus cum habeat senarium sui generatorem numerum perfectissimum, qui multiplicans suum generatum duodenarium, conficit septuagintaduos quinarios totius mundi, quibus præsident 72. intelligentiæ regentem totum orbem, quæ intelligentiæ pari modo multiplicatæ per nouem numerum ordinum angelorum, & per octo itidẽ exeunt septuagintaduo. Farra in philosophia Symbolica. f. 214. v. Octonarius.

Numerus octonarius versuum In singulas litteras distributus a propheta in Psal. 118. signifi. perfectum virum in ipso psalmo secundum doctrinam Euangelicam consummari, ut per omnes viginti duas Hebræi sermonis literas sub sacramento Ogdoadis erudiremur. Hoc etiam sig. legem veteris Testamenti in libros 22. esse distributam, ut. s. cum literarum numero conuenirent: & quamuis alijs addiderint librum Tobiæ, & Iudith, vt cum elementis Græcis numerus par esset, inter quos Græcos, & Hebræos Romani, quo ad literas medij reputantur, id tamen non sine mysterio quoq; factum est, ex quo & illud Pilati, ut in titulo Crucis D. N. his tribus linguis scriberetur Iesum esse regem Iudæorum. sign. in tribus his maximè linguis sacramentum voluntatis Dei, & beati regni expectationem complendam esse D. Hilarius in prolo. explan. psalm.

Numerus Octonarius apud Pythagoricos sig. iustitiam: nam hic numerus, & [illegible] paridorum primus est, primusque omnium in n[illegible]meros ita soluitur pariter pares, hoc est in bis quaternos vt nihilominus in numeros æque pariter pares, diuisio quoque ipsa soluatur, hoc est in bis binos, rursus qua æqualitate resoluitur, eadem quoque contexitur. Nam bis bini bis octonarium constituunt, æqualitatis iustæ simulacrũ. Ficinus

Ficinus in 4. de Rep. Plato. V. Bongum cap. de Octonar. f. 226.

Octonarius quo vtitur Plato in fabrica animæ mundi sig. vim ipsius animę per octauam sphe ram planetas gubernaturam. Fici. c. 33. comp. Timæi.

Octonarius, qui definit a parte numerorum pa rium, quibus vtitur Plato in fabrica animæ mũ di. sig. sphæræ Iouis distantiam a terra. f. octies tantum a terra ad ipsum Iouem, quantum est a terra ad Martem. Ficinus cap. 34. compend. Timæi.

Octonarius in scripturis diuinis sig. magnarum rerum sacramenta. nam octo animæ ingressæ sunt in arcam Noe, quæ mundo pereunte sal-uatæ sunt. octauus filius Iesse fuit Dauid quẽ elegit Dominus. octauo die fiebat circuncisio, quæ purificabat Hebræos. octauo die Dominus resurrexit. numerus octonarius est quem Arithmetici actu primum quadrantem appel lant. & quem Philolaus Pythagoricus uocat ar moniam Geometricam, quòd in ipso omnes videantur armonicæ conuenire rationes. Iacob. Gouschelius libro 6. Elocutio. sacrarum scriptur.

Octonarius apud Orphuem significabatur per octo nomina numinum, quæ erant Euander, idest ignis, aqua, terra, cœlum, Luna, Sol, Mithras, & Nox, vt per octonarium sub his numinibus intellectum ostenderet in iuramento se obtestari diuinam iustitiam: & in Aegyptia columna itidem erant posita octo deorum no mina, quæ erant Saturnus, Rhea, Osiris, Spiritus, Cęlum, Terra, Nox, & Quies. Et eredẽdum est hos fuisse octo Xenocratis Deos, de quib. meminit. Cicero lib. de natura Deorum, per quos antiqui sig. iustitiam. Petrus Bongus c. de octonario f. 227. V. infra octo numina.

Octonarium esse sacrum Dionysio apud antiquos Theologos, sign. Dionysium natum esse octauo mense. in cuius rei testimonium Naxos insula Dionysio sacra habuit hanc prærogatiuam, ut Naxiæ mulieres octauo mense salutariter, & pariant, & fœtus vitales edant, cum ubique ferè gentium omnes eo mense geniti intereant, & manifesto etiam versentur in peri culo. Bongus vt supra.

Octonarius sig. Testamentum nouum, sign. cor pornm resurrectionem, & signifi. maiestatem regni Dei. Petrus Bongus, vt supra fol. 228. & 230.

Numerus Octonarius dierum, quem subeunt animæ, quæ in prato septem dies contemplatæ fuerint vniuersum sub Palladis sapientia, & octauo die apparente octonarium subeunt, qui & gignitur, & primus est inter numeros so lidus. sig. conuenientiam, quam habet corpus ad quod illæ animæ sint accessurę. Octonarius sign. soliditatem, quia ex binario per seipsum ter repetito, & in se redeunte creatur dimensionem trinam significante: nam ex bis duo bis. octo complentur. & quemadmodum in musica uox septima est penitus dissona, octaua uerò maxime consonans ob id quoque sig. consonare oportere tam corpus animę, quàm vtrunque fato, ut cœlestis anima ineat cum corpore terreno commercium. Cuius quidem consonantiæ tandem expletis numeris animæ iam ipsi, & terra dissonet, & consonet cœlum, si modo futura sit fœlix. Proinde, quòd quatuor dies ad generationis progressum octo die bus Plato subiungit, sig. in naturæ anima vege tati vim, & effectum quendam quodammodo iam regnare ad formandum corpus ex elemẽtis quatuor constitutum. Ficinns in 10. de Repub. Plato.

Octonarius sig. ætatem octauam mundi, in qua homines resurgent. Aeterna etenim dies, quę expleta septem dierum vicissitudine sequitur, s. octaua est. Vnde etiam Psalmista resurrectio nis diem considerans, quia de extremi iudicij districtione erat locuturus, præmisit titulum, dicens. In finem Psalmus Dauid pro octaua. Vt enim quam octauam diceret, demonstraret, diem illam tremendi terroris in Psalm. 6. inchoatione secutus est dicens. Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. Modò enim quisquis per flagella cor ripitur, & correptionibus emundatur, in man suetudine corripitur, non in ira. In districto autem illo examine omnis argutio, atque correptio ira est, quia venia post correptionem non est. Huius octonarij numeri causa est, quod post Sabbatum Dominus uoluit a mor te resurgere. Dies quippe Dominicus, qui tertius est a morte Dominica a conditione dierũ numeratur octauus, quia septimum sequitur. Vnde & ipsa vera nostri redemptoris passio, & vera resurrectio significauit aliquid de suo corpore in diebus passionis suæ. Sexta enim feria passus est, Sabbatho quieuit in sepulcro, dominico, die resurrexit a morte. Præsens etenim vita nobis adhuc sexta est feria, quia in do loribus ducitur, & in angustijs cruciatur. Sed Sabbato quasi in sepulchro quiescimus, quia requiem animæ post corpus inuenimus. Do minico vero die, uidelicet a passione tertio, a conditione vt diximus octauo, iam corpore a morte resurgemus, & in gloria animæ etiam cum carne gaudebimus. Quod ergo mirè Saluator noster fecit in se; hoc ueraciter sign. in nobis, ut nos dolor in sexta, & requies in septi ma, & gloria excipiat in octaua. Hæc ad verbum D. Greg. in Ezech. hom. 16. f. 161. & Petrus Bongus c. de octonario fo. 229. alludit ad hoc, & f. 231. V. Herum Pamphilium.

Octo nomina per quæ Orpheus diuinam iustitiam obtestans iurare solebat, Ignem, Aquã Terram, Cœlũ, Lunam, Solem, Phanetam, & Noctem, sig. per octonarium numerum deorũ iustitiam diuinam, numerus enim octonarius sign. iustitiam, & illa numina sig. naturam diuinam nobis maxime auxiliantem, Ficinus in 4. de Rep. Platonica, vel sign. illa octo numina, quæ erant inscripta in Aegyptiaca columna, scilicet Saturnus, Rhea, Osiris, Spiritus, Cœlum,

terra

tertia mox pariter, sig. iustitiam. ratione, qua supra. Ficinus in 4. de Repub. Platonica. v. sup. Octonarius apud Orpheum.

Octonarius a Philolao Pythagorico vocari harmoniam Geometricam, sign. in octaua mundi ætate fore rerum omnium renouationem. Nam apud Pythagoræos septenis harmonicis modis absoluitur quæque consonantia, eoque cum ad septimam peruentum est ad primum redit progressus, quare in modorum Octonario initium, & finis vnum sunt, in septenario autem nequaquam, & is Octonarius, cum sig. perfectiorem, facile sig. progressum a Deo in Creaturas, qui a Creaturis rursus in Deum resilit, & reflectitur. Petrus Bongus cap. de octonario fol. 229. v. infra octonarium cantatum fuisse.

Octonarius sign. veram vitiorum circuncisionem Petrus Bongus cap. de numero. 24. v. templū Domini 96.

Octonarius signifi. peccatorem. Nam in Apocal. cap. 17. Bestia quę erat & non est, & ipsa octaua est idest peccatrix. Octo enim sunt principalia uitia, quæ genus humanum infestant. Gula, fornicatio, auaritia, ira, tristitia, accidia, vanagloria, & superbia. Petrus Bongus cap. de numero octoginta. f. 123.

Octauo mense prægnans si pariat, & fœtus moriatur, sign. etiam matrem emorituram. Rodiginus lib. 12. cap. 13. lection. antiq. v. mulier 695.

Octauo mense pręgnans si concubuerit, signific. natum futurum lentoris mucosi oppletum, & cute fœda. Rhodiginus vt supra. v. mulier 696.

Octonarium cantatum fuisse a Pimandro in solutione vmbraculi, ut est apud Trimegistum, sign. in solutione animæ a corpore viri iusti seruari iustitiam, quæ sig. per octonarium, quòd diuidatur in partes æquales, quòd. s. seruauerit vir iustus eam iustitiam, quam nos decet implere, uel quod in octaua apud musicos consumatur diapason symphonia perfecta, qua reducitur harmonia ad eundem, unde cępit tonum, licet sub alia claue. Hinc anima redeunte ad Deum sub ratione finis, a quo uenit, sub ratione principij, uidetur octonarium canere. Frā. Georg. proble. 287. to. 5. Vide octonarium a Philolao.

1 NOVENARIVS quo utitur Plato in fabrica animæ mundi, sign. munus ipsius animæ octo spheras in unam formam conciliaturum. Fici. c. 33. comp. Timæi.

2 Nouenarius quo utitur Plato in fabrica animæ mundi, sign. spatium, quod est a terra ad Martem nouies scilicet tantum quantum est a terra ad Mercurium. Ficinus cap. 34. comp. Timæi.

3 Nouem anni quos Plato, & in Minoe, & in primo de legibus sæpe nominat, signific. quasi necessarios esse ad leges ab ipso Ioue discendas nouem angelorum ordines, per quos volunt interpretes ipsa legis sanciendæ ratio ad homines usque transfertur. Ficinus in primo de legibus Platon.

4 Numerarius annorum numerus quo vtitur Plato in Minoe & in primo de legib. sign. etiam trinum sapientiæ, & trinum clementiæ usum, tum in lege ipsa, ad quam condendam requiruntur anni nouem tum in iudicio magistratus, tū in ministeris, & ipsa rerum executione. Tum etiam in ipsis rerum actionumque principijs medijs, & finibus. Ficinus in primo de legibus. Platon.

5 Numerus nouenarius apud antiquos, sign. aliquando non proprie, nouem enim ponitur pro septem, ponitur pro duobus, ponitur pro quinquaginta Valer. f. 350.

6 Numerus nouenarius, ut ait Gouschelius lib. 2. Elocut. Sacr. Scrip. signific. malam partem, nunquam enim, ut ipse ait in Sacris literis, legitur in bonam partem. Nam, ut est Ierem. 39. Hierusalem anno nono a Babilonijs expugnatur, dies propitiationis, & expiationis mensis septimi post diem nonam celebratur. Et Ageo fit sermo domini vicesima quarta die noni mensis.

7 Numerus nouenarius, signifi. horam nonam in qua Christus Domini Noster emisit spiritum Gouschelius libro 6. Elocutionum Sacrarum Scriptur.

8 Numerus nouenarius mortalibus potius, & rebus seculi competens quam diuinis, signific. rerum, & operum imperfectionem ac diminutionem, quòd non accedat ad perfectionem denarij sed unitate sit minor, et citra illum deficiens. Petrus Bongus cap. de nouenario. f. 232. v. primitias & decimas dari iussas. v. hora nona.

9 Nouenarius sign. pœnas, & dolores sicut Denarius, sign. clementiam. D. Hieronimus in Ezechielem exponens illud in anno nono, decimo mense, decima mensis. Nouenarius inquit pœnarum, & dolorum numerus est, & semper sequitur iustitiam, & decimi mensis, & diei decimæ clementia temperatur. Bongus ut supra fol. 234.

10 Numerus nouenarius, sign. multitudinem numerorum, & maiorem, quam sit nouem, & minorem etiam. Valer. f. 271.

11 Per Nouem hebdomadas non dici alleluia. v. per Hebdomadas nouem.

12 Nouem cubitorum fuisse longitudinem, Og. regis Basan, qui sign. Diabolum, signifi. malos Dæmones esse distributos in nouem gradus, qui sunt pseudo thei. Spiritus mendaciorum, vasa iniquitatis siue uasa mortis, siue vasa furoris, siue vasa iræ, siue vasa interfectionis, & interitus. Quarto loco secuntur vltores scelerū, præstigiatores, aereæ potestates, Furiæ. criminatores siue exploratores, & nonus gradus est tentatorum, ac insidiatorum. Petrus Bongus cap. de nouen. f. 235.

13 Nouenarius, sig. Idololatras, quod nouem sunt totius sensibilia mundi partes, qui Idololatræ cum debuissent illas nouem sensibilis mundi partes transsilientes, venire ad perfectum nume-

numerum, qui est super omnes Deos: Decimam nẽpe partem, ad Dei cognitionem post creaturas desiderando creatorem, euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dum simulachris diuinos honores tribuunt, atque adorationem a creatore ad creaturas transferunt colentes, ac seruiẽtes creaturæ, potius quàm creatori. Petr. Bongus c. de nouenar. f. 236.

24 Nouenarius numerus sign. hæreticos, vel alios extra Ecclesiam positos. Nam si vnum in augmentum Nouenario addatur, quandam formam vnitatis explet, & in denariũ surgit, quo numero, videlicet denario tanta fit complexio, ut ultra illum alius numerus non excrescat, nisi hic idem denarius repetatur a capite, hoc est ab vnitate, & hæc per infinitatem numeri regula custoditur. Vnum ergo ad vnitatem suam custodiẽdam non indiget nouem, sed nouem indigent vno, vt quædam effigies vnitatis compleatur, idest denarius in eundem modum, & illi, qui intra vnitatem Sanctæ Ecclesię sunt collocati, quos vnum sig. & qui non indigent auxilio eorum, qui sunt extra positi per hæresim, vel per infidelitatem, & illi, qui foris sunt, quos sign. nouem. indigent adiutorio electorum, ut per eorum ministerium, ac intercessionem mereantur Sanctæ Ecclesiæ incorporari, quoniã aliter saluari nequaquam possunt. Bongus, vt sup. f. 237.

25 Nouenarius sig. rem bellicosam. Nam Pythagorei assignabant Marti nouenarium, & Scorpioni eius domicilio. Cum enim nati alicuius horoscopum aucupari vellent, computabant nomen nati, & vtriusque parentis per singulas literas, & collectam totius numeri summã, per duodecim diuidebant, & si remansisset vnum, sig. leonem, si 2. sig. Aquarium. si 3. sig. Capricornum. si 4. sig. Sagittarium. si 5. sig. Cãcrum, si 6. sig. Taurum. si 7. sig. Arietem. si 8. sig. Libram. si 9. sig. Scorpium. si 10. sig. Virginem. si 11. sig. Pisces. si 12. sig. Geminos. & similiter si vellent scire Planetam dominatorem natiuitatis nati, agebant vt supra, & diuidebãt numeri summum per nouenarium subtrahendo quoties fieri potuisset, & si remansisset vnitas, aut quaternarius sig. Solem. si remanebant 2. aut 7. sig. Lunam. si 3. sig. Iouem. si 5. sig. Mercurium. si 6. sig. Venerem. si 8. sig. Saturnum. & si 9. sig. Martem: & in Oraculis, ut est Gen. 14. sign. Nouem reges inter se grauissimè afflictantur: qui mysticè sig. quatuor affectus contra quinque sensus pugnare inter se, vt totam animam, quasi ciuitatem in ruinæ periculum adducant. Petrus Bongus cap. de nouenar. fol. 240.

26 Nouenarius sig. beatitudinis, siue diuinitatis priuationem. Nam apud Ethnicos, si quis deorũ per stigiam paludem peierasset, per nouem annos priuabatur Nectare, & Ambrosia, atque ab omni Deorum consuetudine abstinebant a mensa, scilicet, & concubitu. Bongus, ut supra, fol. 241.

17 Nouenarius apud antiquos sig. mestitiam. Nam aiebant Venerem hilaritatis Deam per nouẽ dies ab Erycis monte in secessum abire, & per eos dies nullas columbas in eo regionis tractu apparere; sed post nonam diem vna prænunciante, omnes turmatim subsequi, & ea die maximam lætitiæ demonstrationem fieri. Bõgus, vt supra f. 242.

18 Nouenarius sig. illud tempus, cum & suppositũ nostrum tanto doloris sensu dissoluitur; & anima ipsa nudata, & perterrefacta illi tremẽdo sistitur, ex cuius sententia, vel summa gloria, vel horrendi cruciatus pendeant. Duo enim sunt vitæ fidelium status, alter quidem in uia, qui futuri figura censetur, & octauus benedictione perficitur, alter in patria, vbi Deum facie ad faciem videbimus, qui denario numero perfectus habetur. Mors ipsa ferè sit medium quoddam terribilis, horrendique transitus: non tam huius corporeæ naturæ dissolutione, quàm diuini iudicij, vltionisq; diei expectatione. Hoc igitur tempus nouenarius, sign. Bongus ut supra f. 244.

19 Nouenarius numerus, qui à Platone in animæ constructione ponitur, sig. regressum, & perfectionem generatiuam intellectualium regressum. sicuti quaternarius sig. animæ processum circa corpus cum imitatione virium genitaliũ productiua. Fabius Paulinus Hebdom. lib. 3. cap. 3.

Neminem, vt ait Aristoteles, inuenisse numerũ vltra denarium, sign. denarium esse collectum ex omnibus partibus numeri fundamentalis quaternarij: nam 1. 2. 3. 4. decem cohficiunt, vel sign. quod quatuor numeri cubici cõstant ex decem proportionibus, ex quibus iuxta Pythagoreos vniuersum constat, vel sign. secundum Academicos, quia non adest idea numeralis in formalibus numeris excedens denariũ. Fraciscus Georgius problemate 277. & 278. tomi 6.

Numerus Denarius.

Denarium de quo Tritemius in epistola ad amicum suum quendam sign. in eo numero secundum Aristotelem ortum omnem, atque interitum rerum complecti, vel secundum alios signific. in arte mystica decem esse medicinas, quas una suo ambitu contineat, de qua Augurellus.

Surrepta demum nobilis fato pecus,
& iterum.
Suspirans cadit, & graue pondus inani
Corpore vellus adest.

Iacobus Gohorius libro de vsu, & mysterijs notarum.

Denarius, & quinarius signific. connubium. Petrus Crinitus lib. 22. cap. 6. de Honesta disciplina.

Denarius per notas arithmeticas expressus hoc modo 10. sign. rationalis fabricæ imaginem. Quemadmodum enim denarius ex vnitate, & priua-

priuationis forma conflatur, ita humana substantia animo, & corpore constat. Humanus intellectus est quidem intellectus, non tamen p se, sed intellectus inditus alteritati corporis, corpus autem ad animum, uicem non entis obtinet, vnitatis igitur character, signifi. hominis animum sed, o, alteritatis, & priuationis appositio in Denario, sign. hominis corpus. Quem admodum enim uera, & perfecta Denarij essenna est vnitatis species, tamen conducit & ad eius substantiā articulus priuationis. Pari analogia verum hominis esse, est precipua animi portio. (a forma enim pronenit esse secundū Phylosophum) ad ipsius hominis tamen substantiam quoquo pacto corporea desideratur appendix. Bongus cap.de denario.f.5.

Denarium primum inter numeros excipere unitatis speciem in priuationis nota, sign. primam humanam substantiam texisse corporeo amiculo animum insignem specie diuina. Bongus ut supra.

Supra Denarium quicquid est numerorum esse sine priuationis nota, & sine extera sede, & esse se ipsum fulciens, & sustentans, sign. quicquid est animo humano eminentius, esse corporis, ac sensuū exsors in sua ipsius sede sigi, ac stabilir.i. Petrus Bongus vt supra.

Numerus denarius, sign. temporum perfectionem, quòd sit numerus perfectus, per quem & in quem omnes numeri terminantur, in denario numero generationum summus Deus magnas monstrauit, & fecit mundi mutationes Ab Adam ad Noe sunt x generationes, & in decima Deus diluuio mundum submersit, a Noe ad Abraam decem generationes, & in decima Dominus immisit sulphur, & Ignem, in Sodomam, & Gomorram, ab Abraham, in Obeth, Dominus voluit tabernaculum, & Arcam federis in manus gentium alienigenarum cadere, ab Obeth in Ioas decē generationes, & in decima * Azael Rex Syrie exterminauit, Israel, ab Ioā in transmigrationem Babilonicā decem generationes, & in decima facta est trāsmigratio. Ioach.l.2.cap.19.

In Denario numero Deum sibi elegisse in Genealogia hominum celebriori virum perfectū, ut ab Adam, Noe fuit Decimus quem D.elegit, a Noe Abraham fuit decimus D. vero noster Iesus Christus fuit decimus septimi denarij a Deo incipiendo secundum generationem legalem, quod sig. per reuolutionem denarij, & septenarij secretiore sacramento Christum D. Deum reuertentem ceteros conducē do secum adducere. Georgius uenetus Armo.f.84.

Denarij numeri notæ si Hebraico more notentur, ut a dextris in sinistram procedant sicuti, & decima sphera mundi rotatur, hec modo. 10.9.8.7.6.5.4.3.2.1. Denarij formæ, quæ est dræcipuum eius esse, quæ vnitatis nota scribitur, nota priuationis videbitur obesse, quo minus superiori immaterialium numerorum cætui adnumeretur, & signific. humanum intellectum esse quidem diuinam effigiem, sed corporis obice e choro simplicium diuinarum imaginum eliminatam esse. Fatentur enim Theologi magis ad imaginē Dei, simpliciter loquendo, Angelum accedere, cū principaliter attendatur ista imago secundum intellectualem naturam, quæ perfectiori modo in Angelis reperitur, cum sint formæ simplices intellectuales, quam facit Homo, qui constat, ex corpore & anima. Petrus Bongus cap. de denario.f.8.

In Denarij notatione cū scribitur ita 10.9.&c. priuationis notam, o, quamquam media sit inter.9.numerorum simplicium supremum, & Denarij vnitatem, longius tamen abesse a nouenario, nihil enim ei cohæret, sed ad animam spectare Denarij, illiusque esse naturalem positionem, cum qua substantiam quoque denariā adimplet, signific. corporis molem, licet inter extremam simplicium intelligentiarum, & humanam intelligentiam habeatur media, tamē nihil ad Angelicum intellectum pertinere, sed ad humanum totam spectare. Petrus Bongus ut supra.

Numerus denarius librorum de Repub. apud Platonem, signific. integram absolutæ Reip. formam in illis contineri. Nam numerus denarius est omnium numerorum integerrimus numerus tum intra se numeratos continens tum ex se innumeros replicans. Ficinus in 1. de republica Plato.

Numeri citra Denarium eo quod sint absoluti, & simplicissimi immateriales nulli numerorum alteritati, & varietati permixti simplicibus descripti notis, signific. formas cælestes absolutas, quæ sortitæ sunt substantiam extra ac supra materiam, nullis alteritatibus subiugatæ Petrus Bonges cap.de denario f.8.

Denarius signific. Angelici chori restaurationem, & signific. spem cælestium præmiorum, & hoc probatur ipsius Christi D. exēplo qui remunerat laboratores in uinea Denario, qui dicitur diurnus, ut sign. præmium cæleste esse lucem perpetuam sine nocte Bongus, ut supra f.9.

Denarius apud Pythagoricos sig. super cælestem mundum. sicuti centenarius, signific. mundum cœlestem, & millenarius, signific. mundum elementarem. Fons, & principium Denarij est unitas, & Deus quem signific. vnitas, & punctum, est fons, & principium Angelorum. Denarius est radix millenarij cum unica diuisione, est enim pariter impar, & ut linea centenarius est quadratus, & habet duas diuisiones, ut superficies, millenarius vero est cubus, & habet tres diuisiones. vnitas & punctum est simplicissima, & nullam patitur diuisionem, & ob hoc signific. Deum. Denarius, eo quod est unica diuisione, signif. Angelos, qui diuiduntur saltem in actum, & potentiam siue in esse, & essentiam. Centenarius, quia duplicem admittit diuisionem, sig. mundum cæleste, eo quod & corpora ipsa

Bongus ut supra. v. saga cilicina. v. Lamech. filios.

Vndenarius signi. uitia eo quod sit numerus inter primos redundantes, & incompositos, Pythagorici enim perfectum numerum suis ad æquarum partibus dicebant, sig. virtutem, sicuti numerum abundantem, vel diminutum dicebant, sign. vitia, omnis enim uirtus moralis medio inter plus, & minus residet loco, & uitium habet locũ uel in excessu uel in defectu. Bongus ut supra fol. 19.

Per Vndecim Dies sacerdotis gentiles non fecisse Sacra Dijs superis, vide Sacerdotus gentiles.

Vndenarius numerus signifi. nothos siue spurios, vnde prouerbium, homo vndecim vnciarum, quod sign. hominem, cui desit aliquid ad perfectionem humanæ naturæ: nam libra quę est duodecim vnciarum, est mensura perfecta, qua fere solent res ponderari, vel certe vndenarius vnciarum sign. malam auditionem, cũ nothi de se male audiant a legibus cum priuentur honoribus. Idem sig. homo vndecim digitorum, ut qui deficiat ad spithamam, quæ constat ex 12. digitis, & hoc alludit ad lignũ, ut plurimum a natura inditum, ut nothi habeant digitum auricularem breuiorem quam habent legitimi, & ideo nothus non potest Spithamã tam longam facere, ut sit mensura 12. digitorum, est autem Spithama manus extensio a pollice ad extremum auricularem, qui cum in nothis sit breuior, non potest complere spatium 12. digitorum, sed hæc opinio quam uana sit, experientia docet. Petrus Bongus cap. de vndenario f. 21.

Numerus duodenarius.

Numerus duodenarius qui iuxta priscorum sententiam est numerus spherarũ celestium, octo & quatuor elementorum, signif. ad mortuum suscitandum opus esse diuina uirtute uniuersi domina, & id interdum ad hominum doctrinã diuina prouidentia fieri. Vel.

Sign. annum magnum, quo hominis anima suũ explet circuitum, per quem in idẽ redeat, duodecim annorum millibus comprehendi, circuitum vero animæ nostræ per duodecim agi annorum millia inde volunt, quia oporteat per omnes discurrere spheras, chorosque dæmonum, & deorum, qui per duodecim ordines digeruntur. Ficinus in 10. de Repub. Platonica.

Numerus Duodenarius per quem animæ ad exordia generationis accedunt, signifi. duodecim ad id opus esse spherarum, & diuinorum dęmonicorumque ordinum adiumento. Ficinus. in x de Rep. Plato.

Vox & cõsonantia duodecima constans ex Diapason, & diapente sua quadam gratia rebus congruens amatorijs, & conueniẽs nuptijs, sig. animas, quę per eum numerũ ad exordia generationis accesserint, per amorẽ quendã ueluti venereũ Ducem iam iam terrenis nuptijs cõciliãdas esse. Ficinus, in x. de Rep. Plat.

in Numero duodenario Platonem non statim post septem adiunxisse quinque, sed vnum, & quatuor, sign. illum inouere voluisse misteria, quæ sub octonario, & quaternario compręhẽduntur, de quibus suo loco. Ficin. nix de Rep. Platon.

Numerus duodenarius a Platone in vrbis, & agri diuisione commendatus. sign. vrbem cum cœlesti regimine. quod fieri posse debere imaginem ferre. Nam apud Platonem, mundi sunt 12. Spheræ Zodiaci 12. signa, in elementis partes 12. nam quodlibet elemẽtum in tres partes diuiditur in summam, mediam, & infimam, quæ non solum situ sed virtute differũt. & ipsa elementa rursus diuiduntur in quatuor substantias, & octo qualitates, quarum 4. sunt masculæ calor frigus leuitas, & grauitas, duæ primæ scilicet, calor, & frigus sunt alterationis principia, duæ secundæ, scilicet leuitas, & grauitas sũt principia motionis quatuor vero sũt fœminæ, scilicet humor, siccitas, rarum, & densum, quod passioni subijciantur 12. sunt menses in quibus Sol suum peragit cursum, & varios producit effectus. & Plat. vult singulas vrbis duodecimas singulis duodecima deorum commendatas, scilicet duodecimo dijs regentibus 12. sphæras, & 12. dijs zodiaci regentib. signa 12. & ordinibus dęmonum sequentium signa cœlestia, & rursus idem Plato cum dicit partes vrbis 12. sequi vniuersi circuitum sign. octauæ spheræ totum circuitum triginta, & sex annorum millibus conficiendum, qui numerus tribus annorum mille duodenarijs perfecti compleur, adeo vt in primo duodenario annorum mille, ex antiquorum sententia signific. iuuenilem mundi totius habitum, in secundo signific. virilem, & in tertio senilem, & quod exercitus Deorum, & dæmonum, & Ioue in duodecim ordines sit distributus, & illos duodenarios, qui ad vniuersum pertinent, signific. duodenarius cuiusque hominis proprius, quatuor humores, quatuor sensus perturbationes, & quatuor virtutes. Ficinus in 6. de legis Platonicis.

Duodecimum dialogum Platonis de legibus leges omnes ad omnia continere, signific. illum ipsum duodecimum dialogum sic omnes leges, quæ ad beatam animæ perfectionem pertineant continere, sicuti deodecimus mundi circulus commune est omnium stellarum firmamentum, & quemadmodum siquis duodecimum mundi circulum penetrauerit perfectionem fœlicitatemque animæ statim inueniet, & consequenter sic ipse Plato vltra duodecimum Dialogum progressurus non tam leges quam beatam animæ perfectionem legibus acquisitam in Epinomide demõstrabit. Ficinus ui 12. di legib. Platon.

Duodenarius numerus in sacris literis signific. Apostolos, qui doctrina Symbolum perfectissima dominum super omnia dilexerunt.

Iacobus Gousche. lib.6. Elocutio. sacr. scr.

Duodenarius numerus in prima lingua expressus, sig. duas vitas, alteram quam Adam primū sortitus est, & alteram, quam in palingennesia non Pythagorica sed Christiana, etiam credentes accipiunt: sicut enim tria in se ducta nouem producunt, ita ducta in quaternarium, qui sig. uitam, duodecim reddunt, & alteram uitam absoluunt, quæ proprium Christi donum est, ternarium ductū in quaternariū, signif. Deum se se naturæ humanæ copulare. Duodenarius igitur signif. vitam illam, quam per Christum D. natura accipit humana, qui solus est vera uox iustum, & decorum hominem coram patre sistens, cuius iustitia & venustate solum nos Deo probare possimus, nec alia ratione seruari queamus patet, quæ nam vox vera iustum, & decorum seruans esset ea, quæ erit inscripta in Isidis phylacter.o, & quid sign. verba Vrim, & Tumim, in pectorali quadrato Pontificis summi Hebræi. Christum Dominum uidelicet supremum uitæ cordisque Phylacteriū veram vocem, quæ quadrati pectoralis, & duodecim lapidibus ornati includi iuberetur, nimirum summi patris splendor atque imago, quā vocem Hebrei per גשן Goscen tantum in eo loco inueniunt, nec ulla apud illos extat Etymologia, sed in prima lingua Coscijn nil aliud notatur quam Boni siue Dei splendor, & imago, & hinc patet. Goscen. uocem quam Græci λόγιον, & latini rationale aluus mysteriū, sig. profecto ueram uocem & Boni splendorē, & imaginē. Christum D. ude Isidis Phylateriū v. litteræ 16. v. ligna duo paraacella. Goropius in Hermath. lib. 9. f. 223.

Duodenarium numerum in prima lingua dici Tuuelf siue tueleuen mystice signifi. duodenarium numerum coniungere in unum duas uitas, quas sign. duo vndenarij primæ linguæ Alphabeti, q̄ duarū uitarū cōiunctio, est admodū necessaria ad pfectionē absolutā mundi, & parui, & magni, de quibus duabus uitis, lege mūdi & parui & magni, de qbus duabus uitis lege, letteræ. 16. Tuuelf. n. interpretatur duę uitę, & vndenarius dicitur Elf. idest una uita. Gorop. in Hieroglyph. lib. 2. f. 20.

Duodenarium imparem Deorū numerum ad æqualitatem redegisse, ut est illud Senecæ impa rem æquasti numerum Deorū, sign. per uitā a Christo D. humano generi restitutam, numerum Angelorum per homines saluandos compensandum fuisse. Nam Lucifer per superbiā uitam in qua ab uno idest Deo patre creatus fuerat amittens, in mortem cum suis incidit sempiternam. Hanc vitam, quæ dr̄ vnius uita vndenarius sign. sed cum vellet Deus illam eandem compēsare, hominem creauit, quo per luciferū decepto, opus fuit, ut externa vnitas undenario adderetur, q̄ cōpleret duodenarium, qui in se continet uitam undenarij, & alterā uitam quæ p externā unitatem addenda erat. Hinc est q̄ vndenarius dr̄ numerus viuentium siue Deorū, qd̄ f. sig. uitam illorum angelorum qui non cum luciferо ceciderunt, & vocatur VIf. i. una uita. Duodenarius vero, quia complectitur uitam ipsius unius q̄ sig. vndenarius, & continet & uitam ab externa unitate additā idest per Christum D. priori adiunctam, ideo ipse duodenarius in eadem prima lingua dicitur tuue leuen, siue tuuelf, quæ interpretatur duæ uitæ, sed obseruandum, quod vox tuue denotat duo, & binarium, ut significationem habeat geminam, alteram qua duæ uitæ intelliguntur, & alteram, qua uita ipsius binarij denotatur. Quemadmodū igitur prior uita vnius vita dicitur, quæ dicitur Elf. quam sig. vndenarius, ita altera uita dicitur binarij uita, q̄ duodenarius addit uitæ vndenarij, & sicuti E leuē siue elf, idest vnius uita dicitur ab uno, & vnitate idest a patre. Ita tuue leuen siue tuuelf. dicitur ab altera vnitate siue binario, qui sig. filiū idest Christum D. & dicitur tuue, ceu, het, uui, e diuisis uocibus, quæ denotant ipsum illud q̄ vnitatem dilatat, uel ipsum vnum dilatatum, quod certe demonstrat filij a patre progressum v. Roma ab Amiano. Gorop. in Hieroglyph. lib. 2. f. 20. & 21.

Duodenarius numerus signifi. labores propter duodecim labores, quos Hercules exanclauit. Goropius ut supra f. 22.

Duodenarius, sign. plenam, & consumatam uirtutē, recepit enim diuisiones, ex quibus cōsurgit ordinatas, multiplicatio ue senarij per binarium, & binarij per senarium, & ternarij per quaternarium, & quaternarij per ternarium. Nec mysterio vacat, quod in eius compositione quinariū elegit, & septenarium. Quinarius fit ex binario, qui sig. materiam, & ternario quā sig. formam. Quinarius est primus cōpositus numerus, septenarius vero qui est secundus cōpositus, & sig. crassiorem materiam, ut qui ternario, & duplicato binario conficiatur. Petrus Bongus cap. de duodenar. f. 21. & 22.

Duodenarius sign. ciuitatem uel mundum: nam in duodenarij partibus omnes concentus totaque harmoniæ ratio continetur. Nam prima sesquialtera nascitur inter tria, & duo, unde quinarius dicitur prima huius proportionis radix, & prima sesquitertia nascitur inter quatuor, & tria. Quare septenarius est radix sesquitertiæ, sesquialtera generat Diapente, & sesquitertia procreat Diatessarō, & Diapente apud Platonem sign. potiores in ciuitate, sicut & diatessaron, sign. deteriores, & imperfectiores in ciuitate, unde patet ciuitatem constare debere ex potioribus, & deterioribus, quæ res symbolice, signie. mundum esse conflatum ex cōpositis perfectioribus, & imperfectioribus. Bongus ut supra.

Duodenarius sig. humanā uitæ, actiuæ & contēplatiuæ perfectionem, eo quod Duodenarius diuiditur perfectis numeris nempe sex & sex: sed quatenus constat ex quinario, & septenario, sign. animæ, & corporis perfectionem, quinarius animæ, & septenarius corporis. Bongus supra f. 22. & 23.

Duo-

Duodenarius sig. mixtum perfectissimum, hominem scilicet, quem quo ad animam ternarius, sign. & quo ad corpus quaternarius. Bongus ut supra.

Duodenarium dici primum vitæ numerum, & primi prouentus, atque incrementi, sig. apud Pythagoricos esse quosdam numeros, quos illi vocant vitales atque fecundos quorum duodenarius est primus. Nam eius simul sumptæ partes 1.2.3.4.6. sextum decimum conflant, & simul ductæ pariunt 144. qui est quadratus duodenarij, & vt duodenarius præcellit superatque quadrato, Nam quaternario, ita & suis partibus efficit, & gignit, quadratum. Est enim 4. secūdus actu quadratus. 16. quartus, & si quod suis efficit partibus videlicet. 16. illi coaluerit surget perfectorum secundus. 28. concrescens ex 16. & 12. quo numero Astronomi lunæ globum proprio motu circa terram circumuehunt, & his de causis Platonici dicunt duodenarium, sign. vniuersalis formæ mundanæ, vel humanæ atque ciuilium gubernatorem, & plurimum rerum propagationi, & mutationi congruere. Bongus ut sup.

Per Numerorum dudenarium omnia sublimia, a Platone diuidi, sign. duodenarium esse celestem, vel sign. ciuitatis celestis excrescentiam: nam duodenarius est primus numerus excrescens, & ideo sign. fertilitatem, & focunditatem & ob hoc 12. Patriarchæ, & 12. Apostoli hoc numero comprehensi sunt, vt sig. eos futuros fecundos, & fertiles in vinea D.N. & quia numerus excrescit in sexdecim, qui est numerus iustitiæ, signific. excrescentiam celestium esse Iustorum, & secundum iustitiam. Francis. G. p. 307. to. 5.

Per Numerum duodenarium partiri cœli signa, sign. in cœlo ternarium numerum, qui est diuinus complicari per quaternarium, qui est elementalis, quod signific. duodenarium esse medium in quo terrena, & diuina coniunguntur medium inter utrumque cōstituens, & quod sapit utriusque naturam. Francisc. Georg. p. 308. to. 5.

Per Numerum duodenarium a Platone partiri omnem statum Regnum, & Imperium, per cubum scilicet duodenarij numeri, qui est, 1728. sign. quia cubus (vltra quem procedi nequit) ipsius duodenarij numeri primo crescentis, qui cubus est, ut dictum 1728. ad quem numerum cū peruenerit Regnum vel resp. aliqua, labefactari incipere, & multoties etiam malo regimine antecorruere: ultra quem numerum nullum dominium permansisse legimus, unde id quod Plato dicit experientia comprobatur, & diuinis oraculis confirmatur Ezechielis, & D. Ioannis, qui Regnum supernum, & omnia ad ipsum spectantia hoc numero duodenario partiuntur, & quia regnum celeste ultra 1728. transcendit, quia in æternum manet, hunc addunt huic numero duodenario numerum millenarium, qui est numerus diuinitatis, & æternitatis per ipsum millenarium complicantes duodenarium. Sacrum & cælestem. Francisc. Geor. p. 315. to. 5.

Duodenarius sign. mysteriorum plenitudinem, quādam. Petrus Bongus cap. de duodenar. folio 29.

Duodennem Christum D. suę disputationis sumpsisse exordium, sign. numerum primar. suæ fidei euangelizantium duodenarium fuisse constituendum. Bongus ut supra f. 30.

Duodecim portæ Hierusalem, ut est Apoc. 21. v. porte 12.

Duodecim sedes Apostolorum, sig. numerositatem omnium iudicantium, sicuti.

Duodecim tribus israel, sign. vniuersitatē iudicādorum. Bongus ut supra.

Duodecim cophini fragmentorum, vt est Matt. 14. sign. omnem dictorū Spiritualium Chorū, qui obscura scripturarumq; (quæ per se turbæ capere nequeūt) & meditādo colligere, & mandata litteris, suo pariter, ac turbarum usui cōseruare iubentur. Petrus Bongus ut sup. f. 31.

Numerum duodenarium esse tam celebrem, & famosum apud Philosophos, & Theologos, sig. illū habere influxum maiorem, quàm alius numerus, quod licet videre apud Iosephum Ciculiam, qui longo discursu ostendit hunc numerum sumere suas uires a duodenaria reuolutione magni nominis tetragrammi, quod nomen propter suos septem ramos influit quoq; vires in septenarium, qui tamen unà cum duodenario eandem habent radicem: nam septē conficitur ex quatuor, & tribus, & terquatuor vel quater tria duodecim conficiunt. F. G p. 292. & 293. to. 5.

Numerus decimus tertius.

Numerus tertius decimus, sig. testamenti noui & veteris Sacramēta. Gousc. lib. 6. Eloc. Sac. sc.

Numerus tertius decimus, sign. Iudęorū impietatē: Nam in decima tertia māsione in exitu de Aegypto populus murmurauit contra Dominum, & Moisen, & in decimo tertio psalmo legitur de vesania Iudæorū cum dicat. dixit insipiens in corde suo, nō est Deus: corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus &c. Et anno tertio decimo circūcisus est Ismael, ut sig. tunc coercendā esse libidinem cum incipit excitari, vel sig. illum qui nō pertineret ad expletionem legis, & Euangelij, quæ lex signatur denario, & Euangelium quaternario, & quia tertiusdecimus excedit primus duodenarium, qui sig. doctrinam Apostolorū, cuius doctrinę tertius decimus sig. transgressionē. Petrus Bōgus cap. de decimo tertio numero. f. 31. & 32.

Numerus quartus decimus.

Numerus qoartus decimus, sig. aduentum Domini Nostri Saluatoris: nam in quarta decima generatione a transmigratione Babilonis ortus est Saluator mundi. Gouschelius lib. 6. Elocution. Sacr. Sacrip.

Numerus decimusquartus sig. Christi D. fidem per decem praecepta, & quatuor Euangelistas. Bong. c. de num. 14. f. 34.

Quartodecimo anno captos fuisse Sodomitas a Chodor Lahomor, ut est Gen. 14. sig. per trãsgressionem legis, & Euangelij homines a Diabolo capi. &

Quartodecimo anno percussionis ciuitatis Ezechielem uidisse ciuitatem nouam, signifi. post tres Tesseradecadas fuisse venturum Christũ Dominum Nostrum, qui nouam sibi Hierusalem erat in Ecclesia aedificaturus. ab Abrahám enim ad ipsum Christum Dominum Nostrum Matthaeus enumerat 42. generationes. Petrus Bongus cap. de numero 13. & 14. fol. 34. & 35.

Numerus Quintusdecimus.

Numerus 15. V. Altare 4.

Numerus quintusdecimus sign. quindecim gradus, quibus templi Hierosolymitani conscendebatur mirabilis altitudo, & sig. quinque sensibus corporeis per Trinitatis gratiam superatis ad atria Sanctae Ecclesiae felici munere perueniri. Gouschdi. 6. eloco. sac. scrip. & Bongus c. de numero 120. f. 141.

Numerus quindenarius propter eius partes septem, & octo sig. vitam huius saeculi, & futuri. vel sig. Testamentum vetus, & nouum; vel sig. Sabbatum animarum in futuro saeculo, & carnis resurrectionem. vel sig. plenam scientiam, & consumatam doctrinam. Petr. Bong. cap. de quindenario. f. 35.

Quindecim gradus quibus ascendebatur in templum, ut est Ezechie. cap. 40. vide Gradus 1. & 2.

Quindecim argenteis, & coro, & dimidio coro hordei meretricem fuisse cõductam ab Osea, ut est cap. 3. sign. Ecclesiam per plenitudinem fidei duorum Testamentorum, & per consummationem prophetiae a Deo sibi electam: nã quindenarius sig. vtrunque Testamentum; sed meretricem fuisse conductam in coro hordei sig. Ecclesiam ex gentibus habuisse plenitudinem in Euangelio, & in dimidio coro sign. ex Testamento veteri fuisse non perfectam plenitudinem; Dominus enim dixit, Non veni soluere, sed adimplere legem: & corus hordei signific. mensuram integram, sed dimidius corus est mensura imperfecta. Petrus Bongus cap. de quindenario fol. 35. & D. Ambros. Epist. 39.

Quindecim cubitis supercreuisse aquam diluuij excedendo altitudinem montium, signific. Sacramentum Baptismi transcendere omnem sapientiam superborum, septem quippe & octo coniunctis quindecim fiunt, & quia septuaginta a septem, & octogінta ab octo denominationem accipiunt, coniuncta ab vtroque numero, centum quinquaginta diebus exaltata fuit aqua magni Cataclysmi nobis significans, atque confirmans altitudinem Baptismi in consecrando nouo homine ad tenendam quietis, quam septenarius sign. & resurrectionis fidem, quam sig. octonarius. Bongus, vt supra fol. 36.

Quindecim diebus mãsisse D. Paulum, cum D. Petro, sig. D. Paulum fuisse constitutum praedicatorem veteris testamenti, quod septenarius sig. & noui, quod octonarius sig. D. Hieron. ad Paulinum, & in proem. li. 17. in Esa. & Bong. vt sup. f. 37.

Numerus Decimus sextus.

Numerus 16. sig. perfectionem: constat enim ex 6. numero perfecto, secundum mathematicos, ut ostendit Euclides in vltima noni, & ex 10. qui apud Philosophos est perfectus. decem enim sunt praedicamenta, & omnis numerus a decimo per circuitum gignitur. & in anno 16. adolescẽs indicat, quis nam futurus sit, & iam potest ex se alium gignere sibi similem. Vnde apud Aegyptios,

Numerus 16. sign. Veneream voluptatem: nam adolescens in anno 16. potest ex se generare, & incipit Veneri indulgere. & si Aegyptij per numeros vellent indicare maris, & foeminae Venereum complexum ostendebant ipsum numerum decimumsextum geminatum, vt per numeri duplicationem sig. & maris, & foeminae uoluptatem Veneream. Bongus cap. de nu. 16. f. 38.

Numerus 16. apud Pythagoricos sig. foelicitatẽ hoc enim exemplis constat. Nam Alexander Magnus, Scipio Africanus, Caius Caesar, Octauius, & ante hos Ioseph filius Iacob. dicti sunt in anno sextodecimo dedisse specimẽ quoddã, & quasi praesagium virtutis, & foelicitatis suae. Vnde & dictus numerus 16. sig. vitae, & doctrinae perfectionem. & sexdecim esse prophetas, quibus in veteri Testamento vtamur, sign. prophetarum mysteria in Euangelio compleri. & ad id referri possunt 16. bases in Occidentali plaga tabernaculi, ut est Exod. 26. & 36. Nam quaternarius numerus, qui sign. Euangelica sacra merito in se multiplicitus sexdecim producit. Bongus, vt sup. f. 40.

Numerus 16. sign. maximum excessum, ut cum dicimus aliquem superare alium amplius 16. pedib. Valer. li. 37. c. excessus. f. 177.

Numerus 16. sig. Christi D. incarnationẽ. Gousche. li. 6. eloc. sacr. scrip.

Numerus Decimus septimus.

Numerus 17. apud priscos Theologos significa. infaustum quid. Nam apud Romanos anniuersalia parentalia fiebant die 17. Februarij. & apud Graecos mortui lugebantur per dies 17. & Aegyptij dicebant die 17. Nouẽb. Osyridẽ interijsse, & Pythagorici uocabãt Lunã 17. antiphraxin quasi oppositionem cum obstructione coniunctam, & quia medius inter sexdecim & 18. obstruit, & disiungit, denique vt multis patet

patet historijs die decima septima mensium vbique fere locorum varia & horrenda portẽta generi humano incommoda euenerunt. de quibus Petrus Bong. cap. de numero 17. f. 41. non inepte tractat.

Numerus 17. sign. vniuersam Sanctorum multitudinem. Nam denarius sign. legem quam nemo seruare potest nisi Spiritus Sancti gratia adiuuetur, quam gratiam septenarius sig. cum itaque legis denario per septenarium Sanctus accedit Spiritus, fiunt decem & septem quæ in trigonum resurgentia conficiunt numerum 153. qui numerus sign. Ecclesiæ sanctitatem, quæ per Christum D. facta est. vt, quoniam septenario numero creatura constat, cum ternarius animæ, & quaternarius attribuitur corpori, susceptio ipsa hominis significetur. ducantur itaque tria species quia pater misit Filium, & pater est in filio, & dono Spiritus Sancti de Virgine nasci dignatus est. Hæc sunt tria: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, Septies autem ipse homo temporali dispensatione susceptus est, vt fieret sempiternus, fit ergo summa numeri 21. vel tria septies. Hæc autem hominis susceptio ad liberationem valuit Ecclesiæ, cuius Christus est caput: at ipsa Ecclesia propter animam & corpus in eodem numero reperitur septenario ductus itaque 21. etiam species propter eos qui per hominem Dominicum liberantur, & fiunt simul 147. cui additur Senarius perfectionis Symbolum, quia ad illud etiam Sacramentum pertineat, quòd Deus sexta die perfecit opera sua. ad 147. cum sex addideris fient omnes 153. qui numerus signifi. electos. Tu uide numerum 153. & Bong. cap. de numero 153.

Numerus Decimusoctauus.

Numerus 18. sign. Ecclesiæ sanationem, nam mulier illa quæ habebat annos 18. in infirmitate, sign. Ecclesiam, quæ erat sananda, eo quod in testimonio legis & in uaticinio prophetię, & in reuelatione gratiæ per infirma opera langueret, & quia numerus 18. perficitur ternario senies ducto. & senarius sign. sextam mundi ætatem in qua a captiuitate diabolica liberatus est homo. Et idem senarius significat sextum diem in quo creatura mundi perfecta est, atque ita senarius sign. bonorum operum perfectionem. Et ternarius sign. tria tempora Dominicæ uisitationis, in quibus Ecclesia ueluti ficus infructuosa fructum negauit, ante legem sub lege & sub gratia. Et hinc est quod Iudæa decimo octauo anno captiuitatis sub Eglon meruit liberari ab Aioth. Qui duas dexteras habuisse dicitur: Quia iustus erat. Iusti enim non habent sinistram. Sed in sinistra dicitur latus. Vnde illud cadent a latere tuo mille & decem millia a dextris tuis. & quia numerus 18. sig. tempus aptissimum, in quo homo meret Dei beneficia, ideo Dauid in psalmo 18. petijt a Deo de peccatis proprijs liberari. Petrus Bongus cap. de numero decimo octauo folio quadragesimo tertio.

Numerus uicenarius.

Numerus uicenarius sig. multitudinem. Vnde Theocritus dicit Hecubam matrem uiginti natorum, neque Hectorem fuisse maiorem, ubi uiginti, sign. multos non autem proprie uiginti. Valerianus lib. 37. cap. uot. xx. f. 237.

Numerus vicenarius sign. infœlicitatem. Nam habet radicem a dualitate, a qua numeri depen dentes nusquam in sacris litteris laudabiliter positi reperiuntur ut sunt 20. 200. 2000. Iacob enim seruiuit annis 20. & Iudæa seruiuit Iabin annis 20. & 20. argenteis uenditus est Ioseph Ismaelitis, & 20. stateres siue sicli quibus constabat virtus in diem. vt est apud Ezechielem cap. 4. signifi. magnam inopiam, pendunt enim circa tres vncias, & quis siclus æstimatur duabus dragmis, uiginti sicli faciebant 40. dragmas, vt innueret famem esse datam in pœnitentiã peccatorum: numerus enim quadragenarius sign. pœnitentiam, & ieiunium. Vnde 20. stateres siue sicli sign. pœnitentiam & laborem populi. & plaga 20. virorum ut est 1. Reg. 14. sign. peccantes per quinque sensus, qui contem... remedia quærunt in quatuor Euangelijs. Et ab anno vicesimo ætatis eligi ad prælium, vt est numerorum cap. 5. sign. ab eo annorum numero præliandum esse vnicuique contra uitia, & ideo ea ætate eliguntur ad pugnam vt habeant bellum contra libidinem ne superentur a luxuria. &

Viginti cubitis esse volumen volans longitudine & decem latitudine vt est Zachariæ. 5. in quo libro omnium peccata descripta sunt, vt unusquisque recipiat secundum opera sua. Vbi numerus uiginti, qui constat ex binis decadibus sign. sustera & tristia, & decas vna, sig. meliora, & prospera. Petrus Bongus cap. de uicenario. f. 46. & 47. & 48.

Numerus uicesimusprimus.

Numerus 21. signif. septenarium mundi natalem & sign. sanctissimam Trinitatem. Nam qui ter septenarium composuerit, unum supra uigesimum procreabit, & quanquam septenarius ob eius uires, & facultates mysticus existat, magis tamen mysticus intelligitur ternarius, ut pote Diuinæ Trinitatis imaginem ferens. Quare mysterium ipsius numeri 21. sublimius extenditur. Abraham enim quantum attinet ad generationem fuit primus & vigesimus a Protoplasto. vt sign. mysterij maiores accessionem. Fuit enim primus fundator ueræ religionis, primus qui & naturæ legem absoluit, & de diuina lege meditatus est, primus qui cultum unius Dei aduersus idola & gentes hominibus persuasit, primus qui & tenebras erroris depellere & malis dæmonibus bellum indicere est aggressus. Hæc Petrus Bongus, cap. de numero 21.

Numerus 21. signif. habilitatem ad superandum impedimenta diaboli. Nam Angelus qui debebat

bat reuelare Danieli ea, quæ erant uentura populo Israelitico per uiginti dies impeditus fuit, & tantum uigesimo primo potuit ad illum descendere, ut eius uotis satisfaceret, & hac de causa.

Vigesimus primus psalmus agit de donis passionis Christi D. cuius beneficio genus humanū ab æterna morte est liberatum ut scilicet mysticæ sig. numerum 21. pertinere ad liberationem humani generis, & hoc obseruandum quod licet multi alij psalmi agant de passione Domini, nullus tamen eam tanta proprietate descripsit, ut uigesimus primus, ita quod non prophetia, sed historia esse uideatur. Bongus ut supra.

Vigesimus primus dies mensis primi usque ad quem per septem dies non licebat uti pane fermentato, sed tantum azymo. ut est Exod. 12. sig. finem uitæ. Et quia is numerus constat ex ter septem, sign. Sacramentum Trinitatis sanctissimæ. D. Hieron. comm. in Agge. cap. 2. & Bongus ut supra.

Numerus 21. signif. uniuersitatem propter triplicatum septenarium. Diuus Augustinus epistola 119.

Numerus uigesimus secundus.

Numerus 22. sign. summam omnium creaturarum. Nam & numerus primogenitorum populi Israel fuit uiginti duo millia & ducentum septuaginta tria. Viginti enim duo millia signif. omnem creaturam, & ducentum septuaginta tria, sign. spatium temporis quo rationalis creatura ut plurimum a concepto ad exitum in lucem manet in utero matris. 273. dies, conficiūt menses nouem, & trea dies decimi, per quos infans in uentre maturescit, & prodit in mundū, ad hoc facit quod Leuitæ qui signif. uniuersos, inuenti sunt tantum 2200. ut est Numer. 3. & quia Leuitæ Iubente Deo connumerati sunt, hic numerus est Deo placens, & isti sacerd. & hac de causa in templo erant tantum 22. sacerdotes. & ut plurimi doctores asserunt, uetus testamentum in 22. libris absoluitur, ut sit par numerus cum Hebræorum litteris, quæ sunt 22. Hugo a sancto Victore lib. 4. Didasc, ca. 8. quomodo 22. sunt elementa, per quæ scribimus Hebraice omne quod loquimur, & eorum initiis nox humana comprehenditur, sic 22. uolumina supputātur, quibus quasi litteris, & exordijs in Dei doctrinam tenera adhuc, & lactens: Iusti uiri eruditur infantia. Sic ille & in psalmo 22. connumerantur decem dona, quibus gaudere solent quibus est uita cum Domino sunt Iacob. a quo 12. Patriarchæ, & 12. tribus fuit ab Adam non sine mysterio 22. &

Numerus 22. sign. species omnium creaturarum quæ sunt 22. ut aiunt Origen. Isidorus, & Georgius Cedrenus, & Bongus, ex quo ut multa hæc quoque accepimus cap. de numero 22. fol. 50. 51. & 52.

Numerus 23.

Numerus 23. est incompositus, atque ideo apud Pythagoricos infaustus, est enim expers perfectionis, unde apud Moysem sig. ultionem diuinam super peccatores. Nam uiginti tria millia fuerunt peccantes in fabricando uitulum, ut est Exod. 32. Quos Moyses fecit interimi usque ad unum. Bongus cap. de numero 23.

Numerus 24.

Numerus uicesimus quartus sign. mysteria superna. Nam, 24. sedes in circuitu sedis, ut est Apoc. 4. sig. Ecclesias cathedrales. Propter concordiā ueteris & noui testamenti. & apud Cabalistas.

Numerus uigesimus quartus thronorum seniorum sign. Reges 24. Regnorum mundi, qui ueri, legitimique Reges sunt ceterum alij putant, quod

Numerus uigesimus quartus sedilium, signif. homines, qui perfectionem operis, quæ senario perfectissimo commendatur, clara Euangelij prædicatione consumant, nam primus perfectus a primo quadrato multiplicatus procreat 24. sed alij dicunt, quod

Numerus 24. sign. cathedrarum prophetarum totum corpus, & numerum. & per ipsos 24. seniores dicunt significari Ecclesiam propter 12. Patriarchas, & 12. Apostolos, a quibus in ueteri & nouo testamento est condita: alij dicunt quod sign. 12. Iudices in ueteri & 12. in nouo testamento. uel ut ibi,

Numerus uigesimusquartus sig. 24. libros Prophetarum & legis. Qui referunt testimonia iudicij.

Numerus uigesimus quartus sign. mundi conditionem, nam in numero 24. Senarius potest per 4. multiplicari, & quaternarius refertur ad 4. elementa, ex quibus subsistimus. Senarius uero refertur ad mundi conditionem, in quo ipsa elementa uersantur. Petrus Bongus cap. de numero 24. fol. 57.

Numerus uicesimusquintus.

Numerus 25. habet uaria, & diuersa mysteria propter euentus uarios in utroque testamento ei adscriptos. Nam dies uigesimusquintus Martij, qui, ut multi testantur autores, fuit prima mundi dies, idem est, in quo conceptus est Christus D. & Saluator noster & in 25. die Decemb. idem Saluator noster nasci uoluit, & in die 25. Martij eidē placuit Cruci affigi, & mori, & iuxta multorum sententias in eodem 25. die Martij uenturus est ad iudicandum uiuos, & mortuos, & in eodem, die ut ait D. Athanasius Adam plasmatus est, & his de causis uidetur quod sign. mundi principium, & mundi finem, & quod sig. humani generis initium reparationem, & iudicium. & hic

Numerus 25. apud Aegyptios sign. homines, qui illecebris, & uoluptatibus huius uitæ dediti semetipsos rebus creatis manciparunt. de quibus D. Ioannes Epist. 1. canon. cap. 2. inquit. Nolite diligere mundum neque ea, quæ sunt

ſunt in mundo. Sed ex contrario.

Numerus 25. videtur quod ſign. homines qui contempto Domino adorant creaturas, ut eſt Ezech. cap. 8. & 11. quòd erant 25. viri habentes dorſa contra templum Domini, & facies ad Orientem, & licet in Leuitico ſeptuaginta dixerint non admittendos Sacerdotes minores natu annorum 25. qui numerus videtur in bonam partem accipi, tamen Hebraica veritas non habet 25. ſed 30. vt D. Hieronymus annotauit in Epiſtola 23. quæ eſt ad Theophilū Alex. & quia 25. numerus habet tantum duas partes aliquotas vnitatem & quinarium, & quia numeri qui nullam habent partem denominatam præter vnitatem. ſign. homines infructuoſos in vinea Domini. & quia numerus 25. dependet a quinario, qui eſt primus incompoſitus, & ſic ex diametro a perfectione diſtat. ſign. & ipſe imperfectionem rei.

Bongus capitul. de numero 25.

Numerus 25. ſignif. perfectionem quinq; ſenſuum eo quòd ſit quadratus ex quinario.

Origen in numer. hom. 3.

Numerus 25. ſtadiorum, ut Ioann. 6. ſignific. perfectionem boni operis intrinſecus, quod quinque ſenſibus perficitur.

Rupert. in 6. ſup. Ioann.

Numerus 25. ſign. impletionem legis quæ quinque libris continetur. & ſign. homines exercentes bonas operationes in proximos per quinque ſenſus.

D. Auguſt. ſup. Ioann. tract. 15.

Numerus 25. quia eſt medietas quinquagenarij. ſignifi. homines habentes mediam perfectionem.

Lauret. in verbo appendice de numeris.

Numerus Vigeſimus ſeptimus.

Numerus vigeſimus ſeptimus, quo utitur Plato in fabrica animæ mundi. ſign. animæ ipſius plenitudinem omnia in omnibus collecturam. Nam ſumma 27. colligit omnes numeros, quibus vſus eſt Plato in fabrica animæ mundi, ſcilicet 1. 2. 3. 4. 9. & 8. qui conficiunt 27. quo poſtremo ad deſignandam animæ ipſius plenitudinem eſt vſus.

Ficinus cap. 33. comp. Timæi.

Numerus 27. quo vtitur Plato in fabrica animę mundi. ſign. diſtantiam ſiue ſpacium a terra ad Saturnum vicies ſepties, tantum quantum eſt a terra ad Iouem.

Ficinus cap. 34. compen. Timæi.

Numerus 27. prouenit a ſummo incogitabili ternario, ſumma ſcilicet menſura quæ ab Hebræis dicitur cheter ſiue corona, & nos patrē vocamus, & ab eius ſapientia, quam nos filium & ab Spiritu S. quæ tres Sanctiſſimę perſonę, primum extra ſe cubum ternarij nouem choros Angelorum creāt, & inde nouem Cęlos & tertio nouem inferiorum rerum genera. Sed nomen Sanctiſsimæ Trinitatis, quod eſt ehieh aſſer ehieh, ideſt ſum qui ſum. miſtice bis ſign. numerum 27. nam prima dictio cum media conficiunt 21. & media cum tertia ibidem ſig. 21. quibus ſi numeri ſimplices pro centenarijs dictionis mediæ ſumantur, ut ſolitum eſt fieri, reddunt 6. quibus additis 21. conficiunt 27. & aduerte quod non ſine myſterio duplicatur numerus 27. nam primus numerus 27. ſig. illum numerum diuinum qui nunquam ab unitate diſcedens eſt Idæa, & fons omnium numerorum, & alter numerus 27. ſign. numerum creaturarum, qui in generibus rerum diſtinguitur & numeratur. Neque vacat miſterio quod uterque numerus 27. coniungitur per dictionem aſſer, q̄ apud Hebręos eſt relatiua, ut Qui apud nos. Et hoc ſig. omnes oparationes, quas Deus habet ad intra & ad extra nobis per relationes indicari, & Deum agere et coniungi nobiſcum per relationes ipſas. Et rurſus obſeruandum quod tres illæ dictiones, quæ explicant Dei nomen, ſign. trinitatem, perſonarum, et media dictio habet tres litteras, quarum quæ media eſt, eſt ſcin, quæ habet tres ramulos in uno corpore, et ſign. ipſam Trinitatem in una eſſentia conſiſtere. Et duæ illæ trinitates litterarū, quæ ſunt in prima et tertia dictione. Quæ ſunt Aleph, He, Iod, et He, ſignifi. duas rerum trinitates ab ipſo Deo emanatarum. Et in ipſo ſanctiſsimo nomine, Aleph littera, quæ eſt prima litterarum, et ſign. unitatem in hoc nomine, ſig. principium, et Iod quæ eſt decima, et ſign. decem in hoc nomine, ſign. finem, et iſtæ duæ litteræ, ſign. Deum principium et finem. He uero prima in hoc nomine, et eſt media inter Aleph, et Iod, ſignifi. primam rerum creatarum fœturam, quæ in mente Dei fit emanantē a primo principio, quod ſignifi. Aleph, et tendentem in ultimum finem, quem ſignifi. Iod, Alia uero litera he quæ eſt ultima litera, tam huius ſanctiſſimi nominis Ehieh, quam ineffabilis tetragrāmi ſig. explicationem rerum in ſuo genere proprio. ex quo Hebræi dicunt Deum benedictum omnia in he fabricaſſe, ſcilicet in prima he in mente ſua rerum Ideas, & in ſecunda he res in proprias formas: hac tamen lege ut ſecūda productio primam conſequeretur, produxiſſe. Et aduertendum in utroque ſanctiſsimo nomine Ehieh & Ieoua, tantum tres literas exiſtere: nā he duplicatur, & ut ſignif. utranque rerum fœturam in mente, ſcilicet diuina & in effectu. Vnde non poteſt dici in illis nominibus quaternarium eſſe, cum ille, cuius ſunt nomina, gaudeat ternario. Et Aleph. Litera quæ eſt prima prædicti ſanctiſsimi nomini Ehieh, componitur ex Vau & Iodim, quæ literæ conficiunt numerum 26. qui ſig. numerum 29. qui ex ſanctiſsimo tetragrammo elicitur. Quod etiam ſig. creaturarū numerum & creatoris in unum conuenire, ſi illis addatur unitas, quam ſign. Aleph. Cum qua unitate numeri fiunt 27. Qui ſunt tres nouenarij in fabrica mundi expreſsi. Quod autē Aleph contineat 27. patet hoc modo. ipſum Aleph, ſign. 1. Vau ex quo componitur ipſum Aleph,

vt duo

ut duo Iodim, sign. 26. Vau, scilicet 6. & Iod Vaum 4. & Iod alterum 2. qui sunt uiginti septẽ Aleph, quatenus sign. unitatem, & mille, signif. D. eum esse principium & finem omnium, & quatenus complectitur unitatem & 26. signifi. Deum unicum in se ipso existere, & diffusum in multigenas creaturas, sicut unitas diffundens se in omnes numeros, nunquam tamen discedens a seipsa. Georg. Venet. arm. fol. 98. Et aduerte quod numeri qui sunt in litteris conficientibus Aleph. idest Iod & Vau, & litterę quę sunt in nomine tetragrammo, idest Iod, He, Vau. sunt numeri circulares qui sunt quinarius senarius & denarius, & ob id signif. Deum qui est uera sphera intelligibilis, & qui dedit omnibus rebus a se productis, ut in circulo, completo mundi cursu, ad ipsum redeant, & He quæ est in illis sanctißimis nominibus, & sign. quinariũ numerum, qui quinarius sign. quintam essentiã in omnibus ex quatuor elementis compositis existentem. Et Vau, quæ sign. sex, qui numerus, sign. illam uitam qua omnia uiuunt. Et Iod quę importat decem, qui numerus sig. diuinitatem ipsam, qua omnia replentur.

Numerus 27. quia est ternarij cubus, sign. plenitudinem & firmitatem rei. Nam numeri quadrati sign. hominem iustum, cordatum & tenacem propositi sancti. Petrus Bongus cap. de numero 27. fo. 65.

Numerum uigesimum septimum tantopere a Platone commendari sign. numerum 27. continere in se omnes proportiones & concentus, dum replentur interualla, vel sign. eum esse ternarij cubum qui sign. formam. Vnde in eo numero impletis interuallis, sign. contineri omnem formam, qua non datur ulterior. Sicut ille numerus in cubum desinens ulterius progredi nequit, uel signif. in ipso numero per duplatas proportiones designari omnis corporea creatura, & per triplatas proportiones designari omnis spiritualis creatura. fol. 6. in 299. t. 5.

Numerus uigesimus septimus, si sexcupletur & multiplicetur per trecentos & octoginta quatuor, in quo numero possunt compleri interualla, quibus completis continet omnem propoportionem musicam, diapason in dupla, diapente in sesqualtera, diatessaron in sesquitertia, tonum in sesquioctaua. Semitonum in sesquidecima septima, uel sesquidecima sexta proportione, quibus proportionibus tota harmonia consumatur, & ha proportiones signif. genera & species rerum omnium, cum hæc illis respondeant. f. & p. 30. t. 5.

Ter tria ter constituunt numerum 27. & sign. potentias nostras ad bonum opus esse paratas per trinitatis confeßionem. Vnde tali die cessauit aqua diluuij et arefacta est terra in quo gerit figuram perfectorum. vt est Genes. 8. Laureti, in apendice numerorum. v. Iesus.

Numerus uiginti octo.

Numerus uiginti octo chordarum, quæ erant in lira perfecta ab antiquis inuenta sign. tresenneades, quæ sunt in mundo minore, idest homine & in mundo maiore. tres enim enneades conficiunt 27. & uigesima octaua sign. animam, quæ est unica uita omnia complens tam in minore quam in maiore mundo, ut unum corpus reddat tam humanæ quam mundanæ fabricæ. Cui numero 28. si quaternarius addatur fiunt 32. qui sign. 32. semitas sapientiæ in quibus Deus benedictus creauit mundum. & quaternarius superadditus numero 28. fabricæ mundanæ sign. illas quatuor litteras ineffabilis nominis tetragrammi, a cuius uirtute omnia felicem sortem consequuntur: nam est illud quod perficit & pulchrificat omnia, & omnia complet. Vnde Moises in fabrica mundi dum feruet opus, semper usus est nomine Elhoim, in perfectione uero fabricæ & hominis & mundi, dixit Iehoua & Elhoim. Georg. Veneti. arm. f. 96.

28 Cubiti longitudinis cortinarum tabernaculi ut est Exod. 26. & 36. sign. longanimitatem perfectam, nam numerus 28. est numerus perfectus, de quo Petrus Bongus cap. de numero 28. fol. 71.

Numerus 28. sig. ipsam uirtutem. Nam numerus iste superuacua progreßione porrigitur nec contracta rursus diminutione remittitur, sed medietatis obtinens terminum suis, ęquus partibus nec crassatur abundantia, nec eget inopia. Habet enim medietatem. 14. septimam. 4. habet quartam. 7. posidet quartam decimam. 2. uicesimam octauam. 1. Quæ in unum redactæ corpus partibus æquant. Nam partes iunctæ, idest 14. 7. 4. 2. & 1. efficiunt 28. qui cum medium obtineat locum inter abundantem & diminutum, merito dicitur numerus uirtutis, Nam suæ partes summam non excedunt, & in unum collectæ a summa non absunt. Sic uirtus inter excessum & defectum media est, neque enim excedit, neque deficit. Petrus Bongus cap. de numero 28. f. 65.

Numerus 30.

Numerus tricenarius signi. Sanctißimæ trinitatis perfectionem. Et hinc fuit quod Dauid anno 30. regnare cœpit, quod sig. Iesum Dominum nostrum in anno 30. incepturum sibi spirituales progignere filios. Et hinc fuit quod Ezechiel anno 30. prophetare incepit. et hinc uenit quod in nouo Testamento Sacerdotes antequam admitterentur ad munus sacerdotij, debebant habere annos 30. & hinc fit, quod in Testamento nouo generationes fiunt annorum triginta. Abbas Ioachim lib. concord. 2. cap. 16.

Numerus tricenarius signif. vitam maritalem, est enim aptus nuptijs, & fructus tricenarius de quo in Euangelio est, quem Dominus daturus est coniugatis, qui uitam suam coniugio minime maculato traduxerunt. Vulerianus lib. 37. cap. centum. f. 269.

Numerus

Numerus tricenarius sign. nuptias apud sacros doctores. Sed apud Aegyptios numerus 32. quia numerus 16. sign. voluptatem, qui duplicatus conficit 32. qui sign. copulam maritalem, in qua duplex fit voluptas tum uiri, tum feminæ. Valer. lib. 37. cap. Nuptiæ. f. 273.

Triginta cubitorum fuisse funiculum qui erat circa mare Aeneum in quo lauabantur Sacerdotes Templum ingressuri, sig. Christum D. anno tricesimo fuisse baptizandum. & fuisse in ffituturum baptisma. Et quia mare illud poterat capere circa tria millia metretarum. sig. quod Apostoli post Spiritus Sãcti gratiã perceptam primo debebant baptizare triamillia hominum. Petrus Bongus cap. de numero 30. f. 75.

Numerus tricenarius sign. integritatem fidei, cum perfectione boni operis, sine qua fides mortua est. vel

Numerus tricenarius sign. spem & desiderium seculi venturi. quia ternarius sign. spem Triplicem de venia, de gratia, & de gloria, denarius autem additus sign. Decalogi adimpletionem, vt scilicet adsit nobis impletio Decalogi sub spe prædicta triplici. Petrus Bongus vt supra.

Triginta iusti, propter quos Deus pepercisset Sodomeis. sig. homines seruantes legem cum fide Trinitatis. Lauret. in appendice numerorum cap. de 30. &

Triginta cameli fœtæ, vt est Genes. 32. sig. homines qui sunt pleni obseruantiæ mandatorũ Dei. Bong. cap. de 30. f. 75.

Triginta uiri recumbentes cum Samuele, vt est primo Reg. 9. sign. homines habentes fidem quæ per dilectionem operatur. Petrus Bongus cap. de numero 30. f. 75.

Triginta filij Iair, sedentes super pullos asinarũ vt est Iudic. 19. sig. sequaces Christi D. quos ille docebat seruare Decalogum in fide sanctissimæ Trinitatis. v. Iair. 1. Bongus vt supra folio 76.

Triginta filij & triginta filiæ Abessan. v. Abessan. 1.

Triginta benedictiones, & triginta maledictiones illis, scilicet qui seruassent legem benedictiones, & qui uiolassent eam maledictiones, sign. seruantibus Decalogum in fide sanctissimæ Trinitatis a Deo benedici, & uiolantibus maledici. Bongus ut supra.

Quod triginta argenteis venditus sit Christus D. sign. per Iudam Iudæos iniquos, qui sequentes carnalia & temporalia, quæ ad quinque sensus corporis pertinent, Christum habere noluerunt, quod quia sexta mundi ætate defecerunt sexies quinos eos tamquam pretium venditi Domini significatum est. Diuus Augustinus lib. 1. quæst. Euang. in Matth. 26. & Bongus ut supra fol. 77.

Numerus tricenarius sign. luctum. Nam populus Israel luxit Aaronem, & Moisem & Mariã sororem eorum per dies 30. Bongus cap. de numero 30. f. 77. v. Mercurius 121.

Triginta diebus missam pro defunctis celebrari quæ 30. missæ dicuntur Gregorianæ, sign. per sacrificium missæ, quicquid in Decalogo legis defunctus deliquerit, sanctissimæ Trinitatis miseratione deleri. Bongus ut supra f. 78.

Tricenarius signif. patres veteris & noui Testamenti. Nam constat ex duobus quindenarijs, & quindenarius constat ex septenario, qui sig. patres veteris Testamenti, & ex octonario qui sign. patres noui Testamenti, & in tricenario primus quindenarius sig. vitam præsentem, & secundus quindenarius sign. uitam futuram. ex quo illi qui pro defunctis seruant tricenarium, sig. se optare mortuis, ut sicut in hac uita fuerunt in fide cum patribus utriusque Testamenti, ita sint cum eis gloriantes æternaliter in futura. Bongus ut supra.

Tricenarius sign. tempus aptum ad deliberationem de aliquo negotio, vt habetur in Deuter. cap. 21. Vbi dantur. 30. dies ad deliberationem an uelit captiuam pro vxore. Bongus cap. de numero 30. f. 78.

Tricesimam mansionem populi Israel in deserto interpretari bonitatem, sign. Quod cum peruenerimus ad perfectum uirum, in sacerdotalem gradum & in ætatem plenitudinis Christi D. possimus cum Dauide in tricesimo psalmo canere. In te Domine speraui non confundar in æternum. D. Hieronymus lib. de 42. mansion. & Petrus Bongus cap. de numero 30. fol. 79.

Numerus 32.

Numerus 32. sign. sapientiam. Nam Rabini Hebræi dicunt Abrahamum in libro de formatione mundi scripsisse sapientiæ esse triginta duas semitas, in quibus Dominus creauit mundum. & hac de causa illi dicunt quod nomẽ Elohim in libro Geneseos triginta duabus uicibus repetitum est. tu de hac re uide semitæ sapientię. Vbi hæc res explicatur. sed

Numerus 32. apud Pythagoreos sign. iustitiam, quia iste numerus semper est diuisibilis in partes æquales usque ad unitatem at

Numerus 32. apud Aegyptios sign. maritalem copulam uel maris & fœminæ congressum. nam fit ex duobus 16. qui numerus sign. voluptatẽ uenereã, de qua re tu uide numerum 16. & hinc est quod numerus 30. propter uicinitatem, ut nonnulli aiunt ad 32. sæpe sign. maritalem copulam. Sed ego reor non propter uicinitatem numi 30. ad 32. Sed propter ætatis uiri perfectionem in quo annus tricesimus ad matrimonium requiritur. Petrus Bongus cap. de numero 32. f. 80.

Numerus 33.

Numerus 33. sign. uitam duplicem, nam in Leuiti cap. 2. mulier quæ peperisset masculum tenebatur post octauam diem permanere 33. dies post quos & mulier, & puer purificabantur, ut signifi. homines non solum indigere prima

natiuitate

natiuitate sed secunda, ut nati in carne renasceremur & spiritu. & hinc est quod apud Ezechielem cap. 41. Vnum latus templi habebat non sexaginta sex sed bis triginta tres cubitus, ut sign. vtramque natiuitatem Deo auctori deberi. D. Hieron. in Ezech. cap. 41. & Bongus cap. de numer. 33. f. 80.

Numerus 34.

Numerus 34. sign. Christi D. uitæ spacium, nam Saluator ipse vixit annos 33. & menses 3. atque ideo anno 34. ipse mortuus ad patrem ascendit. & hac de causa psalmus 34. est secundus inter illos psalmos qui Domini passionem & resurrectionem insinuant, ut sign. Christum D. anno 34. fuisse moriturum & resurrecturum, & Idem.

Numerus 34. quia constat ex duobus primis numeris perfectis 6. scilicet & 28. sign. perfectionem uitæ præsentis, & uitæ futuræ, fuisse in Christo Domino. Qui sexta die, sexta mundi ætate carnem sumpsit, & sexta feria, & sexta hora passus est, senarius enim sign. perfectionem uitæ præsentis, & 28. signif. perfectionem uitæ futuri seculi, eo quod terminatur in 8.

Aliqui diuidunt tempus mundi in quatuor tempora de quibus ad initium annorum Christi Domini ab initio mundi tria præterierunt, scilicet primum tempus usque ad diluuiū, secundum a diluuio ad Moisem, & tertium a Moise ad Christum. Quartum uero dicunt a Christo ad consummationem seculi. Plato enim testatur Moisem interrogasse Dominum, quoad duraturus esset mundus qui respondit, duo semis præterierunt, & duo semis superſunt. Et quia vnumquodque trium præcedentium temporum completum est in 34. Iubileis, vt inquit Bongus, sed quomodo vide ut ipsi uidetur tenendum quod & quartum sit idem facturum. Et hanc rem uidetur signare Daniel, eum in 8. cap. dicit usque ad vesperam, & mane dies duo millia trecenti, & mundabitur sanctuarium. vbi dies ponitur pro anno, & si a primo anno Cyri in quo facta est uisio Danieli, ad Christū tum demes annos quingentos quinquaginta nouem qui detrahendi sunt de annis 2300. remanent anni 1741. Qui complent 34. Iubileos quibus peractis, expectandus est Dominus ad iudicium. Lege Petrum Bongum cap. de numero 34. fol. 82. & 83. vide Iobileus. 9.

Numerus 35.

Numerum 35. a Pythagoreis vocari harmoniam, sign. in ipso numero 35. consistere proportiones ex quibus perfecta resultat harmonia. Constat enim ex numeris 6. 8. 9. & 12. quibus omnes harmonias in se complectitur, & habet omnes proportiones Arithmeticam, scilicet Geometricam, & harmonicam. &

Numerus 35. sign. humani partus, primam perfectionem. Nam vnitate postposita conflatur ex duobus primis cubis, qui sunt octo & 27. quorum 27. est masculus ut pote impar, & octo i e par est fœmina. Et quemadmodum ex ijs numeris animæ mundi Plato asseuerat factam esse compositionem, sic humani partus septem mensium ratio sub numeri 35. multiplicatione procedere perhibetur. Nam si senarius multiplicabit eum, nascetur numerus 210. Qui est numerus septem mensium. Qui septem menses indicant fœtum uiuturum. Petrus Bongus cap. de numero 35. f. 84. & 87.

Numerus 36.

Numerus 36. apud Pythagoricos dicitur mundus & tetractis quæ sit fons perennis naturæ, & per quam Pythagoras iurare solebat. nascitur enim ex multiplicatione duorum quadratorum, quaternarij, scilicet & nouenarij, nam quater nouies, et nouies quatuor fiunt 36. & fit ex tribus cubis. 1. 8. & 27. Et fit ex prima tetracti impariū. 1. 3. 5. 7. & ex prima tetracti paríum. 2. 4. 6. 8. Quæ ambæ conficiunt. 36. Pythagoricam tetractim, & est simul Trigonus & Tetragonus. Trigonus ab Octonario. nam si summamus unitates usque ad 8. fiunt 36. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & est Tetragonus siue quadratus senarij, qui est omnium perfectissimus nam sex sexies sunt 36. Qui numerus est radix numeri humani & numeri bestiæ qui est 666. nam 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. conficiunt 666. de quo numero tu uide. numerus 666. sed ut redeamus ad numerum 36. dicimus quòd significat mortem Christi D. simplam, & mortem nostram duplam. Comprehendit enim tres duodenarios, quorum primus signif. mortem unicam Christi D. in corpore, & reliqui duo denarij sign. duas mortes nostras animæ, scilicet & corporis. Petrus Bongus cap. de numero 36. fol. 87. 88. & 89. Et Beda. quest. in Genes. vide numerus 666.

Numerus 37.

Numerus trigesimus septimus, signif. obseruationem Decalogi propter gratiam spiritus septiformis operantem in nobis. Nam 37. fortes Dauid ut est 2. Reg. 23. sign. homines honorantes fidem & obseruantiam Decalogi gratia septiformis spiritus operante. Laureti in appendice numerorum, numero 37.

Numerus 38.

Numerus tricesimus octauus sign. charitatem, & fidem imperfectam, & languidam erga Deum, & homines. Et paraliticus sedens ad piscinam annis 38. significat hanc rem. Diuus Augustinus tractat. 17. in Ioannem. & Bongus. cap. de numero tricesimo octauo fol. 89. Vel.

Numerus 38 sig. multitudinem & magnitudinę peccatorum, quibus homo languidus in charitate opprimitur. Glos. interl. sup. Ioan. 5.

Numerus 40.

Numerus quadragenarius in uiris sapientibus, sig. tempus congruum nuptijs, quod sig. quoque Isaac, qui quadragenarius duxit vxorem, & Esau. Valer. lib. 37. cap. de 40. f. 273. & Petr. Bong. cap. de 40. f. 89.

Numerus quadragenarius sign. in flagris ignominiam, vt si quis quadraginta verbera accepisset non amplius erat idoneus, uel testimonio, uel ulli honori: & hinc est quod in lege erat scriptum ne verberarent ullum in 40. verberibus. propter quod & D. Paulus quinquies quadragenas plagas vna minus accepit. Valer. lib. 37. cap. ignominia f. 273. & 272.

Numerus quadragenarius sig. etiam redemptionem: nam ijs qui se uouerant Deo a quinto usque ad 20 annum, licebat se redimere dragmis quadraginta, quæ erant 20. didragmæ & non sicli, vt legit Valerian. Nam siclus in pondere pendit duas dragmas; sed numus ualet 4. dragmas Ioseph. lib. 3. cap. 12. antiq. Valer. lib. 37. cap. redemptio f. 274.

Numerus quadragenarius sign. hanc temporalē vitam atque æternam. hac de causa. quia & tempora annorum quadripartitis vicibus currunt. & mundus ipse quatuor partibus terminatur, ab Oriente, Occidente, Aquilone, & Meridie. 40. aūt quater habēt decē ab uno usq; ad quatuor progrediente numero consumant. D. Aug. lib. de concor. Euang. & Bong. cap. de 40. f. 90.

Numerus quadragenarius sig. totū huius seculi tempus. Nam per 40. dies Christus D. a Sathana tētatus est, & illi 40. dies sig. tēpus quo Christi membra, idest Ecclesia ab eodē Sathana tentanda est. Quia mūdus in quo Domino famulamur, & a quatuor uentis delineatur, & a quatuor elemētis erigitur, & quaternarij diurna, & annua curricula peraguntur, diurna, matutinis, meridianis, uespertinis, & nocturnis horarum spacijs, annua vernis, æstiuis autumnalibus hyemalibusq; mensibus. Decem uero sunt præcepta per quorum obseruantiam Domino famulantes contra hostis indefessi malitiam decertamus. ex quo fit ut totūm militiæ nostræ tēpus quadragenarius numerus diserte sign. Beda in com. in Mar. 1. & Bong. cap. de 40. f. 90.

Numerus quadragenarius sig. seculorū integritatem, idest semper, tamquam perficiantur secula per hunc numerum. D. August. in psal. 94.

Numerus quadragenarius sig. fidelium præsentem laborem, sicut quinquagenarius sig. futuram quietem & pacem. Beda lib. de templo Salomonis. & Bong. vt sup. f. 91.

Numerus 40.

Numerum horarum, quibus Dominus stetit mortuus fuisse quadragenarium. & dierum in ieiunio ipsius D. N. Mosis & Eliæ, & annorum in deserto, & verberum in castigādo reos. & in Ecclesiastico ieiunio quadragesimæ. sign. afflictionem & expurgationem: siue purificationem. nam corpus quod quadrifariam est afflictum per denarium numerum, qui est radicalis quadrati, perfecte purgatur. decies quater efficiunt 40. vel sig. influxum superiorum numerationum, quæ sunt decem quater corpus purgare. Franc. Georg. problemat. 291. tom. 4.

Quadragenarius enim numerus dierum quo prægnantes ante fœturam, & post prohibebentur ad sacra accedere. significat mulieres illis diebus grauiori morbo cōflictari, & quod nati sunt morbidi, ac risum continent magno que vitæ discrimine uiuunt, quo quadragesimo die transacto veteres agitabant tesseracoston festum, quod in illis diebus mistica quędam intelligantur.

Petrus Crinitus lib. 22. cap. 6. de honesta disciplina.

Quadragenarius sign. nostri corporis castigationem, & expiationem omnem. Omnis. n. reatus peccatorum in decachordo præceptorum admittitur, qui ductus per quaternariū elementorum, à quo potissimū error prouenit, & culpa, producit quadragenarium. Tu lege Greg. Papam. Homil. 16. in Matth. cap. 4. & Bongū cap. de num. 40. f. 91.

Numerus quadragenarius sign. afflictionem & pœnam, quæ voluntarie suscipitur pro peccatis, & significat perseuerantiam deprecandi pro delictis suis. Petrus Bongus cap. de 40. folio 92.

Numerus quadragesimus. sig. consumationem vel defectum. & ideo Ochozias qui fuit 40. ab Adam fuit impius, & inter Reges Iuda primus interfectus. Ioach. p. f. 274.

Numerus quadragenarius sig. sæpè id quod numerus senarius: nam duobus tantum additis sunt sex hebdomadæ. v. dies quadraginta. Ioac. f. 74. concor. cap. 34.

Numerus quadragenarius sign. Ecclesiam coresurgentem cum Christo D. sicut quinquagenarius signi. perfectionem beatæ quietis, qua labor Ecclesiæ temporalis denario æterno remunerabitur. Nam & ipse numerus quadragenarius æqualibus partibus computatus, addit amplius ipsum denarium, & facit quinquaginta. dimidium quadraginta sunt 20. quarta pars 10. quinta 8. octaua 5. decima 4. vigesima 2. & quadragesima 1. Viginti enim decem octo, quinque, quatuor, duo, & vnum faciunt quinquaginta. cuius computi facillime patet figura. Nam præsens conflictus, quem significat quadragenarius, generat nobis gaudium Iubilei, quod sign. quinquagenarius.

Petrus Bongus cap. de numero quadragenario f. 95.

Per quadraginta dies defunctos lugeri significat. per pœnitentiam 40. dierum peccata sepulchri, & per tot dies accomodatos humiliationi penitē

tium, sig. defunctu in ieiunijs sua defleuisse peccata, & diuinā impetrasse misericordiā vel per a Quadragenarium defunctos lugere, sign. preces fieri pro defuncto, ut qđ in doctrina quatuor Euangelistarum, & in decem preceptis peccauit, sibi condonetur. D. Hieronimus in Epistola ad Iulianum; Bongus, vt sup. f. 95. & 96.

Numerus 40.

Numerus quadragenarius, sign. expiationem, & dispositionem ad diuina suscipienda. Hinc populus Hebræus per 40. annos se pręparauit, & disposuit ad suscipiendam legē; & ad ingrediē dam terram promissam, per 40. annos creuit nequitia populorum expellendorum ab Hebræis, per dies 40. corpus in uentre disponitur ad suscipiendam animam, per 40. dies Moses ieiunauit, ut acciperet legē a Deo. Elias per 40. dies ieiunat, ut audiat vocem Dei. D. N. I. per 40. dies ieiunat, ut debellet inimicum. post resurrectionem per 40. dies moratur in terris, ut ascendat in cęlum. & 40. verbera infligebantur propter errores purgandos, & si Paulus unā minus habuit, sig. illum fuisse ciuem Romanū. Franciscus Georgius problem. 402.

Numerus 42.

Numerus 42. sign. Ecclesiam sanctam, nam nascitur cum. 42. a septenario, & senario; nam sexies septem faciunt 42. senarius uero numerus, sig. laborem, & septenarius sign. requiem. Remig. Matth. cap. 1. & Petrus Bongus cap. de numero 42. f. 97.

Numerus 42. sig. temporalis uitæ peregrinationem 42. sunt mansiones, quas habuit populus Israel in exitu de Aegypto, & de illius seruitute & in terram promissionis ingrederetur, quæ spiritaliter accipienda sunt per has mansiones verus Hebræus transit, qui de terra transire festinat ad cœlum: Aegyptus enim sign. hoc seculum, & terra promissionis, sig. cœlum ipsum a Deo promissam homini patriam. Petrus Bongus cap. de num. 42. f. 96.

Numerus 42. sig. totam Ecclesiæ perfectionem in Christi fide, & gratia consistere; nam numerus trigintia sig. Christi D. fidem, eo quod in anno tricesimo Christus D. cepit prædicare Euāgelium, & nume. 42. sig. Ecclesiam, & quia numeri tricesimi partes, quæ sunt tricesima 1. Quintadecima 2. Decima 3. Sexta 5. Quinta 6. Tertia 10. Dimidia. 15. Quæ simul positę conficiunt. 42. Et quia tricenarius suis partibus. Quadragesimū sm cōplet, hinc est quod. Quadraginta duobus mensibus, ut est Apocalipsi capitu. 11. ciuitas sancta erat calcandam qui numerus non tam signif. Ecclesiæ, ut multi putant extremam persecutionē, sed sig. omne tēpus quo Gentes, & Hæretici illam odio persequentur, persecuntur, ac persecuti sunt propter. sex mundi ætates, & propter septem dies quibus pręteremeantibus & remeantibus omne tempus euoluitur Primasius in Apoca. & Bongus vt supra f. 97.

Quadraginta duo pueri, quos duo ursi interemerunt, ut est 4. Regum 2. signific. annos 42. post Christi Domini passionem fuisse transituros antequam duo ursi, idest Vespasianus, & Titus interimerent Iudæos. Bongus ut supra 98. &

Quadraginta duo millia de Ephraim, quæ Iephte percussit, sign. omnes rebelles, qui in sex ętatibus fuerunt, condemnandos in fine mundi. D. Augustinus in Iud. Quæst. 49. & Bongus ut supra.

Numerus 45.

Numerus 45. sign. absolutam infantis in utero conceptionem, quia totidem diebus ferè semē Embryo factum vegetatur, ac transformatur quousque in corpus organicum perfectum disponatur, sic enim attestantur phisici. Bongus cap. de numer. 45. fo. 98.

Numerus 46.

Numerus 46. sig. ædificationē templi corporei, quod sibi Christus D. ædificauit ex carne Adæ cuius nomen tam apud Hebręos q̃ Græcos ex litteris numerū 46. comprehendentibus cōstatur, quot diebus Saluatoris Christi corpus in utero Mariæ Virginis fuit absolutum, quo ad augmētum, non tamēn quo ad formationem, quæ in instanti facta fuit, ut habet D. Thomas Part. 2. q. 33 art. 1. Tradunt enim Pythagorici, assentiunt Aristoteles, & Hebræorum Cabalistæ ipsa litterarum, elementa certos quosdam numeros possidere per quos ipsa propria nominum possessores futuros uel uictores uel uictos contendendo, prout maior fuerit numerorum summa resultās, ex litteris in ipsis nominibus comprehensis, ut est de Patroclo, & Hectore, Patriclus enim habet numeros tantum 861. & Hector itidem apud Græcos habet numeros 1227. ideo Patroclus ab Hectore occisus est, & quia Achilles habet numeros 1276. Hectorem interfecit, nam maior summa Achillis q̃ Hectoris apparet. unde Terentianus ad hanc rem confirmandam hæc ait. Et nomina tradunt ita litteris facta.

Hac ut numeris pluribus, illa sint minutis
Quandoque subibunt dubia pericla pugnæ
Maior numerus, qua steterit, fauere palmam
Præsagia leti minima patere summa.
Sic & Patroclum Hectorea manu perisse
Sic Hectora tradunt mox Achilli.

Sed de his dicamus intelligi secūdum nomina filijs a parentibus nutu Dei imposita, ut asserit D. Cyprianus libro de Syna & Sion, & quia Adam nomen in prima lingua interpretatur terra caro facta, & quòd nomen illud sit apud Græcos ex primis litteris eorum nominum quę notant quatuor mundi cardines, quę sunt Arctos, Dysis, Anatole, & Mesembria. Nam primæ litteræ conficiunt Adam, ut significet Adam primum dispersum per totum orbem, per Christum secundum Adam fuisse colligendum, & in unionem fidei congregandum. Nā A apud Græcos. notat. 1. D notat. 4. A unū M. 40. Qui numerus est 46. & signific. passionem carnis Adæ, quam carnem figuralem Christus Dominus portauit, & eam in

ligno

ligno suspendit, quæ caro dominica à Deo Patre uocata est Iesu, & Hic numerus 46. signifi. passionem eo quod Iesus passus est anno sexto millesimo, hora sexta, & resurgens a mortuis quadragesimo die in cęlū ascendit. vel sig. passionem Christi Domini quia eius corpus erat figuratum ab templo Salomonis, quod ædificatum fuit annis 46. Diuus Augustinus tractatu 7. & 10. in Expositione D. Ioann. & Beda & Clemens Alexand. & Petrus Bongus cap. de numero 46. fol. 105. & 106. lege Rupertum Abbatem in Ioannis caput. 11. comment. lib. 3.

Numerus 49.

In anno Quadragesimo nono. fiebat remissio semitah, quæ signifi. remissionem faciendam per Christum D. qui uere remissionem peccatorum fecit, & remissio semitah, fiebat in anno 49. qui erat quadratus septenarius nam septies septem efficiunt 49. & septenarius numerus. sig. requiem: nam in septima die Dominus ab opere mundi quieuit, & iuxta hunc numerum constituit Deus, & dies & annos sabbatarios, ut in eis quies haberetur. Quadrato uero septenarij peracto fiebat Iobileus, qui erat in quinquagesimo anno in quo omnia ad pristinum statum reuertebantur, & hoc sig. Iod, & he, literę tetrag. nam Iod, sig. decem, & he, sig. quinque qui numeri sunt primus, & ultimus circulares, ut sig. in quinquagenario omnia ad suam quietem, quæ deus est esse reuersura, decies enim quinque uel quinquies decem efficiunt quinquaginta, & quinarius est primus circularis, & denarius est ultimus. Iod est prima litera trag. & nominis Iesu, he duplex est in nomine tetrag. & in nomine Iesu, est scin, quæ efficit duas he, ut sig. in nomine Iesu, omnia ad quietem deducenda, & uau in nomine Iesu, sig. uitam, quæ erat restituenda per ipsum Iesum, qui est uia ueritas, & uita, & post 49. Diē a resurrectione D. in quinquagesimo scilicet missus est Spiritus sanctus, ut per illum Apostoli nunciarent mundo Euangeliū idest quietem uitæ eternæ, & hac de causa missus fuit cōpleta reuolutione septenarij quadrata, ut sig. renouationem faciendam esse omnium rerum & omnium quietationem. Archangelus Burgon. in 14. conclus. Cabal. Pici.

Numerus quinquagenarius.

Quinquagēarius sig. remissionem, & indulgentiam, quod in testamento ueteri, in anno quinquagesimo cuiusque obligationis fiebat remissio. Valer. f. 274.

Numerus quinquagenarius, sign. multitudinē numerosam ultra quinquaginta, unde illud.

Quinquaginta intus famulæ. &
Quinquaginta artis immanis.

Numerus quinquagenarius, sig. uitam spiritualē & animū illius, qui diuinis intētus sublimia q̄que mēte cōcipiat, & solū contēplationi uacet.

Numerus quinquagenarius duplicatus in centū sig. uitam negociosam, & laboribus plenam: nā centenarius per bis quinquaginta confectus sig. opus quod per Spiritus S. gratiam sit conficiendum, quinquaginta enim est numerus Sacer Spiritui S.

Numerus quinquagenarius, sign. Ecclesiæ latitudinem propter peccatorum remissionem, nisi enim Dominus donasset remissionem peccatorum, Ecclesia non fuisset per orbem terrarum diffusa. Petrus Bongus cap. de num. 50. f. 106.

a Quinquagenario numero Abrahamum incepisse pro indulgentia Sodomorum supplicare, sign. quinquagenarium numerum esse numerum remissionis, & indulgentiæ. V. Abraham. 43.

Quinquaginta ansulæ quibus vndecim saga cilicina sociabantur, sig. penitentiam inducere spē ueniæ. Nam Numerus vndenarius, & saga cilicina sig. pænitentiam, & numerus quinquagenarius in ansulis, sig. Indulgentiam, & remissionem, & Hinc est quod psalmus quinquagesimus petit misericordiam a Deo Petrus Bongus cap. de num. 50. f. 107.

Quinquagenarius sig. remissionem, & libertatem, Nam ut est Numer. 8. leuita a triginta annis ingrediebatur, ut ministraret in Tabernaculo testimonij, & a quinquagesimo anno ministrare cessabat. Bongus ut supra.

ad Quinquaginta denarios, uillicum deduxisse centum, ut est Matth. 18. sign. uillicum iniquitatis facilius fuisse consecuturum misericordiā ob quinquagenarij naturam, quæ ad remissionem respicit, & ea de re uillicus a Domino est laudatus. Bongus ut supra.

Quinquagenarium habere pro radice septenarium, sig. in quinquagenario contineri ea mysteria, quæ habet septenarius. Nam septies septem conficiunt. 49. quibus additur unus ad supplementum quinquagenarij non sine mysterio. septenarius enim propter sabbatum magna semper fuit ueneratione apud Hebręos sed apud nos propter septiformem spiritus gratiam. Annus enim septimus, ut est Deuteron. cap. 15. faciebat remissionem omnis debiti priuati, & in anno quinquagesimo fiebat uniuersalis remissio, ut est Leuit. cap. 25. qui quinquagenarius fiebat ex septenario in se ipsum ducto uno ad summam explendam desiderato, quem unum Spiritus sanctus ab eo, qui est unus adiecit, ut ait D. Cyprianus lib. de Spiritu sancto, qui quinquagenarius est pręsentis seculi meta, futuri initium perpetuitatem sub octaui nomine continens, sic pręsentia terminat, ut nos ad perpetua introducat, est enim & octauus quidem propter septenarium præcedentem, qui sign. seculum præsens, & est primus quia sign. seculum præsens, & est primus, quia est principium futuri seculi diuinæ ac cælestis reip. atq; immortalis uitæ, & hac etiam de causa est primus, quia dies futuri seculi nullos alios dies habet subsequentes, cum ibi solis occubitu non finiatur, atque ideo solus primus, & unus dicendus sit dies. Petrus Bongus cap. de numer. 50.

Numerus sexagenarius.

Numerus sexagenarius, sign. viduitatem uel celibatum, incorrupte seruatum, & fructus sexagenarius de quo in Euangelio, sig. mercedem dandam a D. N. viduis, & celibatum seruantibus per integram uitam. Valerianus fol. 169.

Numerus sexagenarius, significat aptitudinem diuisionis per minimas partes faciendæ. Nam inter numeros sexagenarius, est aptissimus diuisioni, habet enim semissem. 30. Trientem. 20. Quadrantem. 15. Sextantem. 10. Partem quintam. 12. Decimam. 6. Duodecimam. 5. Quintadecimam. 4. Vigesimam. 3. Trigesimam. 2. Sexagesimam. 1. alijs etiam de causis de quibus tu lege petrum. Bongum cap. de numero. 60.

Numerus sexagenarius apud Aegyptios, sign. religionem. Nam crocodili in diebus. 60. pariūt 60. oua, & in 60. diebus ex cludendo fœtui incubant, & 60. annos viuere creduntur, & habent 60. dentes, & 60. diebus quotannis ieiunant, & quia Crocodilus apud eosdem Aegyptios, significat Deum, ut pote solus animalium elinguis, nimirum quia uoce numen nihil indiget, sed iter iustitiæ citra ullum conficiens sonitum, res humanas iuste temperat, & quia, vt aiunt, Crocodilus versans in aqua habet membranulam pellucidam, qua obtegit oculos, quę a fronte descendit ita, ut uidens non uideatur ipse, quæ res sign. Deum respicere omnia, sed eum mortalis nemo videat, ut ait Orpheus siue Onomacrites Atheniensis. Nec quisquā respicit illud Martialis

Verum ipse immensus respicit omnes.

Bongus in cap. de numero. 60. f. 113.

Numerus sexagenarius sign. vires in utero testamento sanctitate præstantes. Theodoretus Cyrenensis Episcopus, in cantic. cap. 3. & 6. Inquit numerum Denarium perfectum esse cōtendunt, senarium autem illis congruere, qui erant sub lege. Bongus ut supra.

Numerus sexagēarius sign. viros, qui optime regunt sensus suos. Gregor. Nissenus in Exhort. 23. & hac de causa.

Sexaginta fortes uiri, qui custodebant lectulum Salomonis, signifi. viros cogitatione efficaces, qui diuina virtute undique tuentur animam ad Dei quietem præparatam aduersus fallaciam spirituum improborum. Ratio enim, quæ quinque corporis sensibus imperat, simul cum ipsis sensibus accepta senarium conficit numerum. At cum diuina præcepta, quæ sunt decē, illi, qui ratione imperat sensibus, perficit, numerum absoluit sexagenarium, ex uirtute uiuens. Bongus ut supra. f. 113.

Numerus sexagenarius.

Numerus sexagenarius, signific. viduitatem, quod mulier id ætatis nata, ad conceptum sit inepta. Sara vero & Elisabeth, miraculo se exceptis, lege Bongum cap. de numero 60. f. 113. vel sign. viduitatem, ut ait D. Hieronimus ad Iouinian, quòd numerus. 60. per dactylogiam fit, cum pollex supprimitur ab indice, ut sig. in quantis affligatur angustijs, & tribulationibus ipsa uiduitas, quæ ita sit vndequaque cohibita.

Numerus sexagenarius sign. redemptionem in mulieribus. quod in Leuitico mulier poterat se redimere triginta didragmis, quæ erāt 60. dragmæ. Bongus, ut supra.

Numerus sexagenarius sign. diuinorum mandatorum custodiam, ut qui constet ductu senarij in denarium, quibus numeris asserunt Hebræi infinitam diuinarum uirtutum copiam significari. Nam, Denarius D. August. lib. 83. quest. cap. 55. teste. sig. totius scientiæ, & sapiētiæ plenitudinem, & senarius, sig. virtutem rerum vniuersarum, vnde sexagenarius sign. vniuersitatem, & perfectionem in vnaquaque re, & idem sig. numerus sexcentenarius, & a sexagenario dum sig. uniuersitatem, & perfectionem, lapis quidam apud Troglodytas, qui continebat uarios multos colores perfectos diceba tur Hexecontalithon idest sexaginta lapidum, quòd hic lapis in parua magnitudine multicolor esset. Petrus Bongus cap. de numero 60. f. 114.

Sexagesimus annus ut est Leuit. 27. sign. uitam spiritualem.

Sexaginta cori farinæ in cibum Salomonis in singulos dies ut est 3. Reg. 4. sign. operum perfectionem. &

Sexaginta cubiti in templo, ut est. Ezechielis, cap. 40. sig. mundi, & operum perfectionem. Petrus Bongus cap. de num. 60. fol. 114.

Numerus septuaginta. V. Aijn. 1.

Numerus 72. signific. mysteria, de quibus agit Glossa in 1. Paralip. cap. 23. & 25. unde numerus librorum veteris, & noui testamēti fuit 72. Georgius Ederus in œconom. Tabula. 41.

Numerus 66.

Sexaginta sex dies purgationis considerari a partu fœminæ, ut est Leuit. 12. signific. in hoc mundo, & in hac uita procurandam esse peccatorum purgationem per pœnitentiam. Lauret. in numerorū appendice cap. de numero sexaginta sex.

Numerus 70.

Numerus septuagenarius, qui componitur ex denario, & septenario, signif. septiformis Spiritus sancti gratiam & legis, cuius sunt decem præcepta, ueram scientiam, vnde phiala, quæ habeat in pondere siclos septuaginta, vt est Numerorum 7. signific. scientiam utriusque testamenti. Petrus Bongus cap. de numero 70. f. 114.

In Septuagenario gradu Enoch inuentus in or-

in ordine generationum, secundum Lucam ascendendo a Christo Domino ad Deum Patrē qui Enoch nequaquam mortis fato perfunctus in Paradisum translatus est, ne mortem videret, sig. homines, qui in gratiam adoptionis filiorum ex aqua, & Spiritu sancto regenerantur post corporis solutionē in æternam requiē suscipiendos forent. nam septuagenarius numerus sign. perpetuam requiem. Vnde & Dauid septuagenarius suum obijt diē, vt sig. se esse dignum quiete perpetua, Bongus, vt sub. fo. 115.

Septuagenarius numerus, sign. vetus testamentum sicut octogenarius sign. nouum, et eadē causa patres antiqui distinxerunt Psalmos in septem, & in octo decades, vt sig. Psalmos continere vetus, & nouum testamentum Bongus vt supra.

Septuagenarius numerus signifi. vniuersum tempus, vnde anni 70. Hieremiæ, quibus prædixerat Templi destructionem, signific. vniuersum tempus, quo est apud alienos Ecclesia. Bōgus, vt supra.

Post Septuaginta annos populum Israel liberatum a seruitute Babylonica redijsse in patriam, & Templum renouatum esse, sign. post euoluta tempora, quæ septenarij dierum. numeri repetitione transcurrunt, Ecclesiæ Dei ad cœlestem Hierusalem ex huius seculi peregrinatione redeundum esse. Nam

Septuaginta annorum tempus signifi. decursum totius vitæ mortalis, quo tempore peracto tandem per Christum Dominum reuocamur ad patriam. Petrus Bongus cap. vt sup. & D. Augustinus in Psalm. 111. & 125.

Septuaginta anni post quos Tyrus restituitur in antiquum statum, vt est Esai. 23. sign. remissionem post penitentiam. &

Septuagesimus annus Hierusalem, vt est Zacha. 1. sign. requiem post labores. &

Septuaginta iuuencos mactari per septem dies incipiendo a 13. & desinendo in 7. singulo die vno minus mactato in festo Tabernaculorum vt numero 29. signific. vt ego reor remissionem post pœnitentiam, eo quòd, & septem, & septuaginta sign. remissionem. Bongus, vt sup. f. 116

Septuaginta palmæ in deserto, & fontes duodecim sig. 70. discipulos, & 12. Apostolos Theophilactus, & Cyrillus.

Numerus 75.

Numerus 75. signifi. naturam sensibilem, & insensibilem, seniorem, & iuniorem, corruptibilem, & incorruptibilem. nam septuaginta. sig. rationem intelligibilem seniorem, & incorruptam. Quinarius vero sign. naturam sensibilem iuniorem, & corruptibilem. sunt enim quinq; substantiarum genera. qua de re quinarius sig. mundum sensibilem, quem etiam signi. Aegyptus, in quam inerant 75. animæ Iacob, lege Philonem, de migratione Abraham, & hac de causa Abraham natus annos 75. relinquit Charram, quæ erat regio sensuum, vt fieret perspicatior, discussa sensuum caligine. Petrus Bongus cap. de numero. 75. f. 118.

Numerus 77.

Numerus septuagenarius septimus signific. remissionem peccatorum v. vndenarius. Gouschelius lib. 6. Elocut.

Numerus septnagenarius septimus sign. plenam peccatorum remissionem post completam pœnitentiam, eo quod Christus Dominus non temere nec frustra septuagesima septima generatione uenit aboliturus omnia peccata. nam in eo numero aliquid latet, quod ad significationē omnium pertinet peccatorum: hoc autem in vndenario, & septenario considerandum est. Nam 11. in 7. & 7. in 11. faciunt 77. vndenarius porro signific. transgressionem denarij. At si denarius signific. beatitudinis perfectionem, vnde est etiam illud, quod omnes conducti ad vineam denario remunerantur, quod fit vbi septenaria creatura, idest homo, Trinitati Creatoris adiungitur, liquet, quod transgressio Denarij signifi. peccatum per superbiam plus aliquid habere cupientis, & integritatem ac perfectionem amittentis, hoc autem septies propterea ducitur, vt signifia. transgressionem factam esse motu hominis, q. est septenaria creatura. Ternarius enim numerus signif. hominis partem incorporeā vnde homo iubetur Deū, diligere ex tota corde, ex tota anima, & tota mente. Quaternarius uero signi. hominis corpus, multis enim modis quadripartita inuenitur corporis natura, quemadmodum, & anima tripartita, vnde ex his coniunctis constantem hominem sign. septenarius a quo homo dicitur creatura septenaria, motus autem in numeris non exprimitur, cū dicimus vnum duo tria quatuor, sed & cum dicimus semel bis ter quater, & sed cum dicimus semel bis ter quater, & quare non septem, & vndecim, sed septies vndecim sign. transgressionem, quæ motu hominis facta est peccantis, hoc est perfectionis fine trangredientis cupiditate amplius aliquid habendi. Petrus Bongus cap. de 77. f. 120.

Numerus 80.

Numerus octogesimus signific. sanctam Christi Domini resurrectionem. Theophilus Antiochenus, in expositione Parabolæ Villici Euangelici, ut est Lucæ cap. 16. ad hoc facit Psalmus octogesimus, & octauus, & octogesimus tertius, qui omnes Ogdoadis continent mysteria resurrectionis Christi Domini, ut Gentium torcularia nouo musto exuberarent, dilatato in diem octauum Mosaicæ legis Sabbatho. Petrus Bongus cap. de nume. 80. folio 122. & 123. & D Hieronym. de Dominica Paschæ, & Hilar. in psal.

Numerus octogesimus significat peccatorem. Nam octoginta viri, qui venerunt rasi bar

bæ, vt est Hierem. cap. 41. significi. peccatorem, & rasio barbæ sign. perditionem virtutum. Bongus ut sup.

Octoginta dies dari separationi, & purgationi mulieris parientis fœminam: sign. tempus quo formata est in agro Dei fœmina, duplum esse ad formationem masculi, quia geminata est pœna peccati in muliere. Bongus ut supra. & Isychius in Leuit. cap. 12. & Lauret. in appendice numerorum.

Octoginta concubinæ, vt est Cant. 6. sign. animas quæ accipiant mercedem rerum terrenarum. Vel sign. animas minus perfectas: Nam denarius numerus sign. scientiam vniuersitatis quæ si ad terrena & corruptibilia referatur q octonarius sign. fiunt octoginta. & quia D. Hieronymus ad Principium Virginem scribit de hoc numero non pigebit me illius sensum apponere. Multam esse diuersitatem animarũ in Christo D. credentium demonstrat canticum canticorum, in quo est scriptum. Sexaginta sunt Reginæ, Octoginta concubinæ & adolescentulæ quarum non est numerus. vna est columba mea, perfecta mea, proxima mea de qua dicitur, viderunt eam filiæ, & beatificauit eam Reginæ, & concubinæ, & laudant eã. quæ ergo perfecta est, & sancta corpore & spiritu, & columba & proxima vocari meretur, quæ autem supergressæ sunt sex dies mundi, & futura regna suspirant, Reginæ appellantur, si qua uero circuncisionem quidem habet octauæ diei, sed adhuc non uenit ad nuptias, hæc concubina vocitatur. Diuersa autem multitudo credentium, quæ needum potest sponsi copulari amplexibus nec de eo liberos parere, adolescentula dicitur. Hæc illæ. Et Bong. vt sup. f. 123. & 124.

Octoginta cori tritici, vt est Luc. 16. sign. fidem resurrectionis Christi D. Lauret. in appendice numer. cap. de 80.

Numerus 81.

Numerum octuagesimum primum apud magos esse omnium numerorũ perfectissisimũ. sign. illum numerum qui nouies nouenum cõprehendit maximam vim habere, & ob illum magos Platoni fecisse sacra: obijt enim die suo natali anno 81. Petrus Crinitus lib. 24. cap. 1. de honesta disciplina. & Petr. Bong. cap. de num. 81. f. 124.

Numerus 91.

Numerus 91. vide Amen 9.

Numerus 86.

Numerus octoginta sex. sig. generationem vitæ carnalis. Nam Abraham erat annorum octoginta sex, quando genuit Ismaelem. Quando scilicet nondum peruenerat ad perfectionem uitæ spiritualis. Quantitas enim octoginta sex annorum duobus disponitur terminis. est enim in deceno limite octonarius, sed senarius in singulari. Senarius numerus perfectus. quodammodo signifi. ipsum Abrahamum, qui fuit uir perfectorum operum, sed parui & frigidi sanguinis. Octonarius verò qui a philosophis dicitur fœmina, & est in deceno limite, quodammodo sign. ipsam Agarẽ matrem Ismaelis, quæ quidem erat infirmior quia erat fœmina, sed fœcundior viro, quia erat iuuencula. Gloss. interlin. in Genes. 16. & Ruper. sup. Genes. 27. & Lauret. in appendice numerorum.

Numerus 90.

Numerus nonagesimus sign. statum perfectiorem. vnde Ezechiel 41. posuit cubita nonaginta pro longitudine Templi. & quia Sarra peperit nonagenaria, vt est Genes. 21. D. Hieronym. in Ezechiel. 41.

Numerus nonagesimus. sign. Angelos qui per additionem denarij hominis fiunt centum. Rupert. sup. Ezechiel. 25.

Numerus Nonagenarius. sig. persecutiones & afflictiones militantis Ecclesiæ. & ideo persecutiones, quas dabit Antichristus illi, sunt nonaginta, vt est In lib. Dan. & psalmus in quo Satan tentauit Christum D. est nonagesimus quod mysterium notauit Athanasius libro de mysterijs psalmorum. & parentes Mosis, vt est Exod. 2. dicuntur per nonaginta dies nimia cura Mosem aluisse. & Dauid per nonaginta dies debebat fugere aduersarios suos, vt est 2. Regum. 24.

Numerus nonagenarius sign. statum imperfectorum, qui cęcantur ignorantia obscuritatis. vnde Heli mortuus est nonagenarius, vt est 1. Reg. 41.

Petrus Bongus cap. da numero 90. f. 124. & fol. 125.

Numerus 98.

Numerus nonaginta octo, cum binario deficiat a centenario, sign. aliquid deesse ad perfectam alicuius maturitatem. Nam Eli erat annis 98. cum mortuus est, qui perfectæ extitisset maturitatis, si Sacramentum geminum cognouisset in redemptoris nostri incarnatione, veram, videlicet diuinitatem in humanitate. sed multa de lege ueteri, plurima de mandatis cœlestibus recte intellexit, sed non omnia necessaria, ideo in anno nonagesimo octauo mortuus est D. Gregor. 1. Reg. 4.

Numerus 99.

Numerus nonagesimus nonus signif. appropinquationem ad perfectionem. & desiderium ad societatem cœlestem. Nam Abraham erat annos natus 99. cum mutauit nomen & accepit circumcisionem, vt est Genes. 17. Golos.

interl. in Genes. 17.

Nonaginta nouem oues, ut est Matth. 18. signi. Angelos. & sign. etiam Iudæos superbos qui se sanos putant, nec se humiliare volunt medico, ideo relinquuntur in montibus idest in tumore superbiæ. Glos. interli. in Luc. 15. & D. August. de verb. apost. serm. nono.

Numerus centesimus.

Numerus centenarius signifi. eos qui uirginitatem incontaminatam seruarunt ad ultimum usque vitæ terminum, & fructus centenarius de quo in Euangelio, sig. mercedem, quam dabit D.N. virginibus, & etiam martiribus secundum Eucherium. Hic numerus est perfectissimus, quod complectitur, quinquagesimum, qui sig. ea, quæ sunt Spiritus, vnde Pentecoste est Spiritui sancto sacra, & bonorum operũ fructus ascendit usque ad ipsum, & continet sacramentum totius rationabilis creaturæ. Valerianus libro 37. capitulo centum folio 269.

Centum apud poetas sign. multos, & non exacte centum, sed eximiam quandam, & summã multiplicationem, quæ rei cui adiecta est, singularem dignitatem, & præstantiam indicat, & aliquando.

Centum sign. numerum infinitum, ut illud

Non michi si lingua centum sint, oraq; cẽtũ &c.

Centum in Sacris litteris, sign. perfectionem temporum, & rerum de quibus agitur. Denarius enim numerus semper signific. perfectionem quia in decem præceptis legis custodia continetur. Actiua enim & contemplatiua uita simul in Decalogi mãdatis coniuncta est, quia in eo & amor Dei, & amor proximi seruari iubetur, Amor quippe Dei ad contẽplatiuam, & Amor proximi pertinet ad actiuam. Denarius autem numerus per se multiplicatus per semet ipsum surgit in centenarium, unde recte centenarius, sign. magnam perfectionem. Petrus Bongus cap. de numer. centum f. 125.

Centum annorum iuuenis, ut est apud Esaiam cap. 65. signific. eruditionem perfectam propter numerum centenarium. Bongus ut supra f. 127. v. Iuuenes centum annorum.

Centum oues de quibus in Euangelio. Matt. 18. & Ioan. 12. sign. plenitudinem rationalium creaturarum, quemadmodum Iudęos, qui crediderunt, & qui credituri sunt, numerus quinquagenarius, sign. qui est ad Centenarium subduplus, & longe distans a plenitudine, unde & Centurio cuius fidem Dominus Israeli prætulit, sign. electos ex Gentibus, qui quasi centeno milite stipati virtutum spiritualium sunt perfectione sublimes, nihil enim a Domino terrenum sed sola æternæ salutis gaudia sibi suisque requirentes. Petrus Bongus ut sup.

Centenarius numerus, licet eodem inflexu digitorum videatur tenere figuram, quam habet Denarius, cuius æqualia latera continet, de læua tamen translatus in dexteram, ac nimium quantitatis magnitudine super crescens, signif. Ecclesiam, & eius fidem, cui pro lege Euangelium creditum est, pro terræ diuitijs Regnum est cęleste promissum. Venerabilis Beda, exponens parabolam seminantis inquit. Christus exijt de sinu patris in mundum ad spargẽdum semẽ doctrinæ suæ per se & prędicatores suos, ut fructus bonę operationis in cordibus fidelium cresceret, bona terra sign. corda perfecta, in quibus verbum Dei generat in alia fidem Trinitatis quam, sign. tricenarius numerus, in alia generat perfectionem bonorum operum quam sign. numerus sexagenarius, Nam quia in senario numero mundi ornatus est expletus, recte per hunc bona operatio significatur, in alio generat perseuerantiam, quæ ad æternã ducit remunerationem, quam sig. numerus cẽtenarius. Nam triginta, & sexaginta in manu sinistra figurantur, Centenarius uero trãsit ad dexteram. Quamuis enim magna sit fides, q̃ nobis nostri conditoris cognitionem reuelat, & quamuis magna sint opera, quibus fides ne sit ociosa consumatur, in hac tamen uita ambo sunt necessaria. Præmium vero fidei, & operationis, quæ per dilectionem exercetur, in futura est uita sperandum, & hac de causa Christiani in.

Centesimo die ab obitu defuncti parentalia celebrari curant, ut sign. mortuos transire a læua in dexteram, a militia in triumphum, a terra in cœlum, a misericordia in gloriam, & a morte in uitam, & hac de causa in repromissionibus, quas Christus D. pollicetur ei, qui pro ipso Domino patrẽ aut matrem, &c. ut est Matth. 19. & Marc. 20. remuneratio fit in.

Centuplum hoc seculo, & ipsum centuplum, signific. æternæ uitæ possessionem. Vnde.

Centenarius, sign. virtutis & gratiæ complementum. Nam Tabernaculi tentoria, quæ erant cubitorum centum, ut est Exod. cap. 27. quæ tentoria, sig uiros uirtute preditos &

Centum cubiti tentoriorum sig. virtutum perfectam dimensionem, & sign. complementum, & perfectionem salutis, & gloriæ, & ad hoc alludit numerus centum cubitorum, quibus constabat altitudo turrium ciuitatis, de qua legitur iudic. cap. 1. Tu lege Bongum cap. de numero centum fol. 129.

In Centenos & in quinquagenos homines Christo Domino super fęnum discumbere iussum esse, sign. homines debere carnem suam calcare, & omnes illius flores, & seculi voluptates quasi arens fœnum sibi subiicere, ut per quinquagenarij numeri pœnitẽtiam ad perfectum centenarij numeri culmen ascendere ualeant. Quinquagenarius enim numerus sig. illos homines, qui adhuc in pœnitentia positi ad conuiuium Domini discumbunt, ut uerbi percipiant auditum. Sed

Centenarius sign. illos homines qui iam pręsumpta ueniæ spe, de solo uitæ æternę desiderio suspirant. Bongus ut supra f. 130.

In centenario bis duci quinquagenarium, qui

quin

quinquagenarius propter Iubileum sig. requiē & in centenario duplicatur, ut sign. hominem prius a malo opere debere quiescere, ut anima post quiescat in cogitatione. & ideo Christus D. distribuit homines super fœnum alios in quinquagenos, & alios in centenos ad discumbendum, ut sign. alios habere requiem a prauis actibus, & alios a peruersis cogitationibus. Bongus ut supra.

In centenario etiam duplicari quinquagenarium, sign. vitam negotiosam. Nam quinquagenarius mystice sign. uitam spiritualem, & animum eius qui diuinis intentus sublimia quæque mēte concipiat, & contempletur & post resurrectionem. D. die quinquagesimo descendit Spiritus sanctus. ut operum nostrorum fructus uberrimi atque pinguissimi ad centenarium usque numerum cumularentur, eorum scilicet qui uitę integri scelerumque puri peregrinationis nostræ cursum piè sanctéque pergetunt. Bongus ut supra f. 130.

A centum bonis ut est Leuiti 26. fugari decem millia inimicorum, sign. centum fideles perfe- qui decem mille contrarias uirtutes. &

Centum milites ut est 2. Paralip. 12. sig. homines qui perfectioni student. &

Centum cubiti a porta interiori templi ad exteriorem ut est Ezech. 40. sign. profectum altiorem eorum, qui iam perfectionem attigisse uidentur. &

Centum cadi olei ut est apud Lucam cap. 16. sign. magnam Dei misericordiam. &

Centum annis fabricatā fuisse arcam Noe, signifi. magnam Dei misericordiam in Ecclesiam, arca enim Noe sign. Ecclesiam, & numerus centenarius sign. magnam misericordiam.

Centum cubiti longitudinis atrij tabernaculi ut est Exod. 28. signif. spem cœlestium. & ipsam cœlestem uitam. &

Centum cubitorum esse longitudinem & latitudinem Templi, ut est Ezech. 40. & 41. sig. operum perfectionem. Bongus ut supra fol. 130. & 131.

Centum arietes in singulos dies, ut est 3. Reg. 4. sign. Duces Christiani, gregis qui cum subditis suis ad æternam gloriam consequendam festinant. Glos. inter in 3. Reg. 4.

Numerus 120.

Numerus 120. signific. legem nam eius legislator Moses uixit annos 120. Petrus Bongus f. 131. cap. de numero 120.

Numerus 120. sign. pœnitentiam propter quadragenarium triplicatum. Quadragenarius enim sign. pœnitentiam. Bongus ut supra fo. 134.

Numerus 120. signifi. terminum uitę hominum, quam Deus intra 120. annos coarctauerit, ne diu uiuendo & peccata, & damnationem nostram augeremus. Carolus Bouillus. lib. de numeris perfectis. & Bongus ut supra f. 135.

Numerus 150.

Numerus centesimus quinquagesimus, sacer esse perhibetur, quod triplum in se contineat quinquagenarium, quasi illum multiplicauerit sanctissima Trinitas. & hac de causa psalmi sunt 150. ut scilicet sign. pœnitentiam misericordiā cum iudicio, & uitam æternam. Quinquagesimus enim psalmus, qui est Miserere mei Deus & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam, sign. pœnitentiam. Et psalmus centesimus. misericordiam & iudicium Cantabo tibi Domine, sig. misericordiam & iustitiam in Christo D. pro electis suis. in psalmo 150. Laudate Dominum in sanctis eius, & omnis spiritus laudet Deum. sign. æternam uitam electis concessam. Ordo enim ita postulat ut si tendimus ad beatam uitam, prius detestemur peccata, & secundo bene uiuamus iustitiam seruando, ut tertio per bona opera perueniamus ad æternam uitam. Et hanc rem sign. illi tres dies qui sunt ante Pascha. Nam primus dies est pœnitentiæ, in quo Christus D. passus est. Secundus est dies iustitiæ, in quo iacuit in sepulchro. Et tertius dies est retributionis, in quo Dominus resurrexit. Pœnitentia cruciat, iustitia tranquillat, & remuneratio glorificat. Petrus Bongus cap. de numero 150. fol. 136.

Centum quinquaginta diebus diluuio superducto a suis criminibus terram fuisse dilutam, ut est Genes. 7. sign. psalmos 150. diluere genus humanum peccatis suis pollutum, & conuenienter reddere absolutum. Cassiodorus enim ita inquit. Psalmorum spiritualis abyssus peccatis inquinata corda mortalium usque ad iudicij tempus perpetua inundatione purificat, & fit nobis ex ipso salutare diluuium, quoad nostrum sensum delictis sordidum redit ablutum Hæc ille.

Numerus 150. sign. sacramenta utriusque testamenti, constat enim ex quindecim decadibus. Quarum septem referuntur ad uetus, & octo ad nouum testamentum, propter rationes in septenario, & octonario adductas. Bongus cap. de numero 150. f. 137.

Numerus 150. diuisus in septuaginta annos, & in octoginta in potentatibus, ut est psal. octogesimonono, sign. duo testamenta vetus scilicet, quod sign. anni septuaginta eorum, qui uiuunt in præceptis legis, & nouum, quod sign. octoginta, qui attribuuntur potentatibus, qui sunt Euangelici, qui tunc ceperunt habere potentiam, quando saluator noster apparuit. Bōgus ut supra f. 138.

Numerus 153.

Numerus 153. sign. electos Nam Christus Dominus post resurrectionem præcepit retia leuari, ut est Ioann. 21. & capti sunt pisces 153. qui erant ad dexteram nauigij, ubi non sunt reprobi. Petrus Bongus capitulo de numero 153, folio

folio 13 & Vide numerus 17.

Numerus 153. diuisus in centenarium in quinquagenarium & in ternarium, centenarius significat gentium multitudinem, quinquagenarius sign. Iudæos ad fidem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis conuersos. & Triadis mysterium additur ut fiant 153. Qui tres dicti numeri mystici coniunctim descripti sunt, ut significant coniunctos esse omnes pios, & credentes in Deum per Iesum Christum Dominum nostrum. Bongus ut supra. f. 139.

Numerus 153. sign. electos quieturos in æterna patria, ubi non est diuisio. Vbi enim est diuisio, ibi requies esse non potest. & annus quinquagesimus faciebat omnes requiescere. sed requies uera est in unitate, si ducatur ergo quinquagenarius & unitas per ternarium fient 153. Et quia cuncta nostra operatio in fide Trinitatis exhibita tendit ad requiem, decem & septem ter ducimus ut ad quinquaginta unum venire debeamus, & quia uera nostra requies tunc est, cum ipsam claritatem Trinitatem agnoscimus, quam in vnitate diuinitatis esse certum tenemus, quinquaginta & unum ducimus, & electorum summa in superna patria quasi centum quinquaginta tria piscium numerum tenemus. Bongus cap. de numero centesimo quinquagesimo tertio. fol. 140.

Numerus 200.

Numerus ducentesimus in sacris litteris in malam partem, ut plurimum reperitur. Et ideo ducenti denarij quibus, Philippus dixit panem emi non posse pro turba sequente, significant fidem titubantem. Et ducentæ capræ, & oues 200. quas Iacob præmittebat Esau, signif. Iacob timorem, quo de Esau afficiebatur. & 200. præputia, quibus Saul uoluit decipere Dauidem signif. insidias, & 200. sicli argentei, quos furatus est Atham, signif. furtum illius. Petrus Bongus cap. de 200. folio 140.

Numerus 215.

Numerus 215. sign. aliquid infaustum. Nam apud Pythagoricos est primus incompositus. & apud Hebræos fuit infaustus. 215. enim annis detenti sunt in Aegypto. Petrus Bongus cap. de numer. 215. f. 141.

Numerus 220.

Numerus 220. sign. placationem & amorem. propter vim ipsius numeri, qui bis reuolutus per reuolutionem Ghilgul reuertitur in seipsum, sicuti amor egressus in amatum, quarit reuolutionem amati in amantem, vel quod in ipso duo centenarij, qui sunt numeri corporei sign. appetitus animales, & duo denarij, qui assignantur Spiritui sancto, sign. appetitus spirituales, qui appetitus animales & spirituales requiruntur, ut coniungantur in amantibus. Franciscus Georgius problem. 236. tom. 1.

Numerus 243. & 256.

Numerorum 243. & 256. interuallum. Quod est 13. sign. differentiam quæ est inter tonum integrum, & hemitonium minus. Ficinus cap. 31. comp. Timæi.

Numerus 300.

Numerus trecentenarius, signif. numerum magnum. Vnde ille:

Expectas endecasillabos trecentum.

Et cum centenarius sit perfectus, ter uero centum signif. aliquid supremum, hinc est quod cubitus arcæ in longitudine tercentum, signif. hominem qui fit a centenario lapsus, hoc est qui a tota ratione summa per ignorantiam deciderit, facile posse per Patris & Filij & Spiritus sancti cognitionem in trecenta restitui. Valerianus lib. 37. cap. eodem gestu. fol. 270.

Numerus trecentesimus, sign. perfectionis plenitudinem. Nam numerus 24. qui est trigonus trecentesimi, sign. legis plenitudinem ac perfectam diuinæ paginæ cognitionem, est enim ea numerorum natura, ut Trigonus habeat eandem significationem, quam habet numerus, cuius ille fit Trigonus. & e conuerso, ut in hoc numero trecentesimo, qui habet eandem significationem, quam habet numerus 24. qui est Trigonus ipsius trecentesimi. Nam si accipias singulos numeros ab unitate usque ad 24. singulos singulis aggregando ascendes ad summam 300. Petrus Bongus. cap. de numero 300. f. 142.

Numerus trecentesimus signifi. sanctissimam Trinitatem. Nam centenarius numerus plenus in omnibus, ac perfectus ostenditur totamque rationalem creaturam sign. nam centum oues, quarum numero vna perierat, ad quam relictis nonaginta nouem in montibus descendit Dominus ut inueniret, & inuentam suis humeris reportaret, ut poneret cum illis nonaginta nouem, quæ non perierant, sign. & Angelos, & homines, sed 99. sign. Angelos & vna illa ouis signif. homines, ad quos Christus Dominus descendit. atque ideo centenarius signifi. & Angelos & homines qui soli sunt rationales creaturæ. Sed quoniam centenarius non ex semetipso subsistit, sed ex Trinitate descendit, & longitudinem, hoc est immortalitatis gratiam ex patre per filium ac Spiritum sanctum suscepit, idcirco triplicatus ponitur, ut pote qui ad perfectionem per gratiam Trinitatis augeatur. Et ex centenario per ignorantiam lapsum, per agnitionem Trinitatis restituat in trecentos. Numerus igitur tercentesimus sign. Trinitatem, & in eo numero continetur etiam omnis electorum exercitus. Petrus

trus Bongus cap.de numero 300.f.142.

Tercentum vulpes quas in caudis igne alligato, Samson immisit in hostium segetes, sign. Ecclesiæ sapientes doctores, & verbi Dei concionatores qui in fide diuinæ Trinitatis dolosam huius mundi sapientiam in melius mutauerunt. Et feruentissimo zelo contra messem hæreticorum exarserunt dolo, dolum opponentes. Nam ignis in cauda sign. perseuerantiam Doctorum in amore Christi Domini, cauda enim sign. operis consummationem, quia in lege cauda offerri præcipitur. Bongus cap. ut supra, fol. 142.

Tercentum viris Gedeonem vicisse aduersarios suos, ut est iudic. 7. signif. in uirtute fidei sanctæ Trinitatis superatie hostes suos, & ad hoc facit Abrahamum tercentis uiris superasse 4. Reges, vt est Genes. 14. Bongus ut supra folio 143.

Tercentum in Arithmetica per litteram Vau exprimi, signif. salutem non esse nisi illis qui per crucem saluandi sunt per fidem Trinitatis, tercentum enim sign. fidem Trinitatis, & Tau per propriam figuram sign. crucem. & qui saluandi erant, ut est apud Ezechielem cap. 9. signabantur in fronte littera Tau. Bongus ut sup.

Tercentesimus numerus sign. Gentes fuisse credituras in crucifixum, quod Tau littera sit littera Græca, & notet 300. & quia gens Græca sign. omnes gentes, iuxta illud D. Pauli Iudæo primum & Græco, quod in lingua gentium, ita excellat Græca, ut per hanc omnes significentur. Hugo de Sancto Victore lib. Miscellaneorum. Et Bongus ut sup. f. 144.

Numerus 318.

Numero 318. fuisse patres Niceni Concilij, & Abrahæ vernaculos quibus superauit Reges qui ducebant captiuum Lot. vt est Genes. 14. sign. illos esse familiares Abrahæ, & Deo coniunctos, qui confugiunt ad salutare signum eius quod sign. litteræ Tau, figura quæ notat numerum 300. & eos qui credunt in Christum Dominum. Nam Iota, & Ita, apud Græcos significant Iesum, & notant numerum 18. adeo quod numerus 318. signifi. homines illos esse Abrahæ domesticos, & Deo charos, qui se credunt Saluatori cruci affixo. Petrus Bongus. cap. de numero 318. f. 144.

Numerus 350.

Numerus 350. sign. perfectionem remissionis & gratiæ, nam in 300. signatur crux in qua facta est iustitia, pro debito humano. Et in quinquaginta signatur remissio ipsius debiti eo quod in quinquagesimo die missus est Spiritus sanctus de cœlo humanis pectoribus gratiam infundens, quare Noe qui a Deo habitus est iustus, impleuit post cataclysmum hunc annorum numerum. Diuus Ambrosius. de Noe & arca. capitulo trecesimo tertio. & Petrus Bongus cap. de numero 350. fol. 144.

Numerus 360.

Numerus 360. apud Platonem commendatur, ut est lib. 6. de legibus. eo quod sit per acommodus ciuili distributioni. Vnde possumus dicere, quod signif. ciuilem distributionem. Nam hic numerus est aptissimus plurimis æquis diuisionibus. Qua de causa etiam Astronomi diuiserunt hoc numero Zodiacum, & omnes alios circulos & spheras. de quibus tu lege Petrum Bongum cap. de numero 360. fol. 145.

Numerus 365.

Numerus 365. Sacerdotum qui sequebantur Deum Persarum qui erat ignis, sign. dies qui excurrebantur a Sole in annos singulos. Tercentum enim & sexaginta quinque sacerdotes apud Persas sequebantur ignem canētes quoquo ignis ille, qui habebatur pro Deo ferretur. Petrus Bongus. cap. de numero 365. folio 146. 147.

Numerus 400.

Numerus quadringentesimus, sign. duram prolis Abrahæ peregrinationem. vt est Genes. 15. & hic numerus, sign. etiam persecutionem & seruitutem. Vnde erant uiri 400. cum Esau dum persequeretur Iacob, ut est Genes. 32. Petrus Bongus cap. de numer. 400. f. 148.

Numerus 490.

Numerus quatuor centum nonaginta sign. peccatorum remissionem. Sed & idem sign. peccatorum ultionem postquam sit remissio; nihil enim coinquinatum ingreditur sanctam Hierusalem, quod autem sign. peccatorum remissionem patet per responsum Christi Domini. Diuo Petro interroganti factum. Non tibi dico septies, sed septuagies septies. Quem numerum nonnulli existimant terminum remissionis, quamuis alij accipiant eum numerum finitum pro infinito, sed non sine maximo mysterio a Domino responsum est per hunc numerum, cuius radix est septenarius. Qui complectitur mystice creatorem & creaturam, tam spiritualem quam elementorum, fit profecto septenarius ex ternario & quaternario. Ternarius est primus incompositus numerus, & prima multitudo incomposita, diffusiua absque inuidia in omnes creaturas, ac illud fœcūdum, quod est in ea multum, multitudinis productiuum & illud essentiale, quod est in ea unum omnis productionis fons & origo simul, & omnis processionis initium, & omnis substantiæ immutabilis permanentia perpetua mente intuetur ac recipiat, & ita sese in se ipsum retorquet per modum unitatis, & duitatis semetipsum multiplicans, tetractimque producens.

Et hic

Et hic ternarius sign. summam Trinitatem se ipsam contemplantem in se ipsa tetractim producentem, quæ tetractis est omnium quæ creata sunt Idea. Qua Idea siue tetracti omnis progressio perficitur, vnde oritur illa decas, quam appellamus decem omnium rerum genera generalissima. Nam tetractis originaliter sigillatim posita de omnipotente potentia in energię actum exiens producit decem. Vnum enim duo, tria & quatuor conficiunt decem. Iste igitur primus ternarius, qui est summus Deus producens quaternarium, qui est tetractis Pythagorica, eduxit in actum omnia quę creata sunt, & in eis ut ex Platone & Aristotile colligitur, reliquit sui imaginem per principium medium & finem, quæ sunt summæ ipsius Trinitatis uestigium. Deus enim per ternarij quadratum qui est nouenarius, & per cubum qui est numerus 27. compleuit totam fabricam corruptibilem rerum cœlestium & spiritualiũ. Namque fecit nouem genera corruptibilium & generabilium, nouem cœlos, & nouem choros exercitusque angelorum, terminando vnũquodque illorum in suo denario, qui naturam sapit vtriusque, & per cubum denarij reuertitur ad unum, idest ad millenarium, vltra quem non datur alius numerus. Vnde solus ternarius est Deo addictus, & hinc est, quod in Dei nomine licet sit tetragrammũ tres tamen tantũ sunt litteræ. Nam littera he geminata signifi. Dei opificis geminam productionem, alteram quam facit ad intra diuinarum personarum, & alteram quam facit ad extra ipsarum, scilicet creaturarum, & ternarius numerus est diuinus nam ab unitate nunquam discedit, licet tres sint personæ Diuinæ: in Deo tamen identificatur quo ad essentiam, & licet sint decem sephiroth, unum tamen sunt in diuinitate. Et quia in Geometricis ternarius est prima omnium figurarum, ideo sig. ipsam diuinissimam Triadem nobis quodam modo eam oculis subiiciens. Sed si ternario addatur altitudo, ut fiat corpus, tunc erit quaternarius, siue tetractis, & fiet Pyramis, quæ est primum omnium corporum, & sicuti ternarius absque altitudine, sign. sanctissimam Trinitatem, sic quaternarius ex Triade factus sig. verbum humanatum assumpto corpore, quam rem auctor primæ linguæ, sign. expriment nomen diuinitatis. Deus enim in prima lingua dicitur Got. Sed quando uoluit indicare uerbum humanatum expressit illud per quatuor litteras uocari ipsum Vvort, ut per tres litteras sign. ternarium demonstrare diuinam Trinitatem in personis, sed per quatuor litteras ostenderet quaternarium indicare uerbum humanatum. Sed ut ternarius simplex sign. simplicissimam Trinitatem, ita ternarij quadratus qui est nouem, sig. tres nouenarios, primum corruptibilium, secundum cœlorum, & tertium angelorum. Ita quod ternarius complectitur uniuersum. Quod constat ex æternis, ex temporaneis, & ex eorum medijs. Et æterna sub Trinitatis proprietate possident in essentia simplicitatem, in uirtute stabilitatem, & in actione reflexionem, temporalia in trina dimensione habent essentiæ compositionem, uirtutis mobilitatem, & actionis transitum, quibus trinitatibus; si anima quę est earum medium, addatur, fit septenarius numerus, & si ipsa anima in Trinitatem diuidatur fit numerus nouenarius, qui numeri a Platone in mundi animæ fabrica commendantur. anima enim uel respicit se ipsam, uel respicit superiora uel inferiora respicit. Profecto ex supradictis patet in ternario innui Deum, & innui omnia creata, in quibus Deus operatur, per ternarium ergo qui est pars septenarij demonstratur Deum in remissione esse causam operatricem ipsius remissionis, ut pote qui sit omnium causa prima & omnium in omnibus potentissima. Quaternarius qui est septenarij reliqua pars; sign. æquabilitatem & iustitiæ mensuram, quod sit primus numerus quadrangulus pariter par, & quod per compositionem cõsistit e duobus in duo, & ex bis duobus referens pulcherrimam consonantiæ speciem. & dicitur significare vim iustitiæ. Quæ propriè spectat ad ultionem. Quaternarius quoque inter alia significata habet ut significet ignem in quo est principium custodię a malo, per quã custodiam deuenitur ad fontem æternæ uitæ; sese per omnem rerum creatarum uniuersitatem diffundentis, & omnia uel per se ipso, uel per formas easdem perennantis. & eo magis quod ipse quaternarius sign. mundi plenitudinem, propter suas qualitates, de quibus tu uide Numerus quaternarius. Vnde patet quod quaternarius habet rationem vltionis, & remissionis. habet rationem ultionis, quia sig. vim iustitiæ habet uim remissionis, quia sig. custodiam a malo per quam deuenitur ad fontem æternæ uitæ. Hæc qua potuimus breuitate de septenarij primariis partibus. Nunc ad ipsum septenarium simplicem deueniamus, qui est radix ipsius numeri quatuor centum nonaginta: Septenarius simplex sign. diuinam tranquillitatem, & licet habeat plures compositiones, ut ex uno & sex, ex duobus & quinque, & ex tribus & quatuor, per quas omnes proportiones fere oriri videmus, in his prætermissis dicimus septenarium in rebus naturalibus significare figuram rectam. Quæ neque cadat, neque pendeat. Nam rectangula figura, cum sit qualitatũ principium, & constet ex tribus quatuor, & quinque, & cum tria & quatuor sint essentiæ septenarij faciunt angulum rectum, qui non recipit neque magis, neque minus, & cum triangulus rectangulus sit principium figurarum, & qualitatum, & proueniat a ternario & quaternario, qui sunt ipse septenarius, uidetur dicendum septenarium esse principium, & fontem figurarum & qualitatum. Et ternarius est numerus primæ figuræ. Nam unitas pro puncto ponitur, binarius pro linea, & ternarius pro superficie, sed quaternarius addit altitudinem, & fit corpus solidum. Vnde septenarius

est prin-

principium rerum corporalium & incorporalium, & septenarius non est neque generans, neque generatus, neque ex generantibus, neque ex generatis, & est libera generatione actiua, & passiua. & ideo sign. uictoriam ristam sine matre, & sign. Regem uniuersi. Nam omne quod non generat, neque generatur alienũ est a motu, & unum est, quod nil aliud est quã Deus, ex his latissime patet per septenarium significari absolute Deum, & res corporeas & incorporeas. & esse significatorem qualitatum in quibus constanr & uirtutes & uitia, per quas qualitates homo redditur afflictus in ultione dum punitur, & tranquillus in remissione peccatorum, dum a Deo per Christum Dominũ iustificatur. Septenarius ergo spectat ad remissionem quæ operatur, ut omnia tendant ad diuinam tranquillitatem, & homo præcipue, & hac de csusa septenarius sig. requiem æternam ad quam homo creatus est. Et quoniam septenarius est nymerus infructuosus, quod non generet per ipsum, significatur punitio quæ datur infructuosis in uinea Domini, iuxta illud Eccles. 40. Et super peccatores septuplum, & hoc pertinet ad iustitiam: sed quia & septenarius sign. Spiritum sanctum, in quo fit remissio consist per radicem numeri 490. cuius numeri septenarius est radix. innui remissionem faciendam in totius humanæ uitæ cursum. nã & septenarius sign. cursum totius humanæ uitæ. At quoniam antea dictum est numerum 490. significare, ultionem, & remissionem, de ultione patet ex numero 400. in quo Abrahæ per Angelum demonstratum est semen suum futurum peregrinum in terra non sua, ubi subijciendum erat seruituti & afflictioni per annos quadringentos, vt est videre in Genes. 15. & hos annos 400. sign. illi 400. viri Esau, quibus Esau insequebatur fratrem Iacob. Numerus uero 90. est infaustus, & numerus tentationis & captiuitatis, vnde psalmus de quo Satan tentans Christum Dominum, sumpsit auctoritatem, est nonagesimus. & dies 90. per quos nutritus est Moses antequam in aquam proiiceretur, dicti sunt dies tristitiæ. vt est Exod. 2. & dies 90. per quos Dauid fugere deberet aduersarios suos. Vnde & Heli mortuus est anno nonagesimo propter obcæcationem ignorãtiæ, & imperfectionis in filios, eo quod iste numerus 60. sign. statum imperfectorum, qui cæcantur igoorantia obscuritatis. Numerus ergo 490. sign. & ultionem peccatorum, & eorundem remissionem faciendam in toto uitæ humanæ cursu, & hanc remissionem fsciendam esse a Deo per Deum & hominem, ipsi hominum generi, nam ternarius sig. Deum, & quaternarius sign. Deum & hominem, idest uerbum humanatum, & septenarius sig. totius humanæ uitæ cursum, & quia septenarius sig. perfectionem secundum naturæ instinctum, sequitur quod nisi per pœnitentiam, & afflictionem homo possit ad diuinam tranquillitatem secundum naturæ ordinem peruenire, iuxta illud, nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Igitur responsum Christi Domini, non tibi dico septies, sed septuagies septies, idest 499. sig. Diuo Petro remissionem faciendam, quotiescunque homo pœnitentiam in hac uita faceret de peccatis suis. Neque illam opinionem admittendam esse, quæ tenet numerum remissionis esse præfinitum in 490. uicibus: nam omnes religiosi, quibus in celebratione missæ remittuntur peccata post bienniũ non possent amplius habere locum remissionis suorum peccatorum. & illis qui sumunt sanctissimum Sacramentum bis terue in hebdomada, quo frequentius sumerent, eo citius priuarentur remissionis beneficio. Sed talium opinio vt pote iniqua absit a nobis.

Numerus 500.

Numeri quingentesimi significatio eo quod redit ad quinquaginta sig. requiem; vt ait Diuus Gregorius lib. 1. cap. 15. moral. Nam denarius numerus sign. summam perfectionem, & quinquagenarius sign. requiem, quia uero fidelibus perfectio quietis promittitur, quasi quinquagenarius decies ductus ad quinquagesimum perducitur, & quo maior est numerus quingẽtesimus quam sit quinquagenarius eo, quingentesimus sign. perfectiorem & præstantiorem remissionem & indulgentiã, quæ quinquagenarius signifi. & hinc est quod Christus Dominus dixit illum plus dilexisse Dominum cui quingenti denarij, quam dilexit ille, cui quinquaginta remissi sunt, ut est Lucæ 7. Petrus Bongus cap. de numero 500. fol. 150.

Numerus quingentesimus apud Latinos significatur per litteram A. quæ apud Romanos erat nota absolutionis rei. Ideo dicebatur littera salutaris. qua de causa numerus quingentesimus uideri potest quod sig. siue absolutionem siue liberationem a periculo. tu lege Bongum cap. vt supra fol. 151.

Numerus 600.

Numerus sexcentenarius, sig. numerosissimam multitudinem & quasi infinitam. Vnde illud Ciceronis venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi. Valerianus lib. 37. cap. de 600. f. 270.

Numerus sexcentesimus sign. completam operum seriem atque supremam perfectionem. & hinc

Sexcentos in aratro percutere, sig. aliquem propter crucem Christi D. crucifigi mundo. & uerbo & opere perfectum esse. &

Sexcenti uiri ut est 1. Reg. 13. sig. homines, opere & cordis deliberatione robustos. Petrus Bõgus cap. de numero 600. f. 152.

In sexcentesimo anno Noë factum esse diluuiũ sign. in sexta die Adamum fuisse creatum, & in sexta ætate mundi commendandum fuisse Sacramentum baptismi. Nam diluuium signifi.

Christi

Christi D. Baptismum. &

In sexcentesimo anno Noe arcam fuisse completam, signif. in sexta ætate ueniente Christo Domino Ecclesiam instituendam fuisse, in quam qui saluandi sunt ingrediuntur, & egressio animalium & hominum de ipsa arca sign. finem mundi, quando iam non erit opus arca, quod fiet post sexcentesimum annum, id est post finitam sextam mundi ætatem. Nam sexcentesimo & uno anno vitæ Noe, idest peractis sexcentis annis Noe arcæ tectum aperitur. & tunc erant omnia peracta & perfecta.

Sexcentesimus numerus, ut diximus, sign. perfectionem, cum enim procedat a senario primo perfecto, tum Græci, tum Latini eo utuntur, ubi rem cui nihil addi potest amplificare contendunt. Bongus ut supra folio 152. & 153.

Numerus 600.

Numerus annorum Noe 600. in quo facta est inundatio diluuij, sign. in sexta ætate futuram gratiam inundationem, quæ una cum bestia quæ ascendit de abysso vastabit Romæ imperium: licet Ecclesia, ut pote quam arca signif. non submergetur ab illis. Nam sex centenarij numeri signif. sex ætates mundi. v. numerus 666. Ioach. folio septuagesimo quarto. conc. cap. 34.

Numerus 612.

Numerus 612. est numerus pacti Dei per quod creauit mundum, & est numerus Iesus & Mariæ. v. pactum.

Numerus 666.

Numerus sexcentum sexaginta sex. diuiditur in tres partes sexcentum qui sign. vniuersitatem temporum secularium ab Adam usque ad finem bestiæ. Quæ erit in temporibus antichristi, nam sexcentum sign. sex ætates mundi. in quibus regnauit bestia in membris suis ab initio seculi. v. Ioach. fol. 74. concord. cap. 34. Sexaginta sig. sex tempora sextæ ætatis in quibus speciali quadam potestate accepta a dracone ipsa bestia persecuta est atrocius Ecclesiam Dei. Sex sign. tempus illius undecimi cornu de quo Daniel. Quod tempus est 42. mensium. Sexies septem menses conficiunt 42. Qui conficiunt tempus tempora & dimidium temporis, idest annos tres cum dimidio, in quibus supra quam dici possit, turbabuntur electi Dei. Vnde & hoc numero comprehenditur ex sexcentis totum quod pertinet ad sex ætates mundi. ex sexaginta comprehenditur totum quod pertinet ad sextam ætatem diuisam in sex tempora. Et ex sex comprehenditur totum quod pertinet ad sextam partem sextæ ætatis, in quo Antichristus euomet omne uirus suum. & postea morietur. Ioach. Apoc. fol. 168. & 169. Vel. primus numerus signif. perfectionem naturæ, quod in sex diebus omnia sunt perfecta. Secundus senarius signif. perfectionem meritorum in obseruantia Decalogi consistit meritum: quod autem sexies sumitur, signif. perfectionem meritorum. Tertius senarius centenariorum signif. perfectionem præmiorum, centum enim signif. præmium quod debetur perfectis. Et quia Antichristus habebit nomen continens numerum 666. continentem & significantem perfectionem naturę, gratiæ, & gloriæ. Quæ triplex perfectio soli Deo conuenit, reputabitur ab insipientibus Deus. Sapientes uero qui habent intellectum, cognoscent, quod ille numerus signif. perfectionem creaturæ, quod per senarium perficitur, qui signif. perfectionem creaturæ. Quod homo sexto die creatus sit. Vel primus senarius unitatum, signif. naturam creatam. Secundus senarius denariorum sign. gratiam datam. Tertius senarius centenariorum signif. gloriam promissam. Ioannes Parisiensis folio quadragesimo sexto.

Numerus hominis numerus bestiæ. 666.

Numerus hominis numerus bestiæ, numerus autem bestię 666. sig. hominem illum, qui non habeat intellectum agentem a Deo concessum habere quidem hominis figuram, sed hominē non esse, sed belluam, nam qui non peruenit ad mille non habet intellectum, qui est portio diuina, quam mille sign. numerus enim millenarius attribuitur Deo. Et ille qui peruenit ad mille habet intellectum & est homo. Vnde in salutationibus dicere solebant. millę tibi, significantes desiderare salutato non modo hominis figuram, sed gradum diuinum. Significatum per mille. Iulius Camillus. fol. 120.

Numerus 666. vt ait Petrus Bongus cap. de senario fol. 193. & cap. de 666. f. 153. est numerus humanus, cuius senarius est radix, nam sicut homo in sexto die gradu perfecto, omni intellectuali ac sensibili ornatu e terra formatus est, & factus finis creationis. Ita senarius numerus est radix humani numeri, quem, qui sit D. Ioannes Apocal. 13. ostendit cum dicit. Hic est sapientia, qui habet intellectum, computet numerum bestiæ, numerus enim eius numerus hominis est, & numerus eius 666. Vnde trino trium primarum vnitatum senario numerus idem bestiæ atque hominis diffinitur, sexcentorum, sexaginta & sex. Hac autem arte humanum numerum ex senaria radice elicies. Volue senarium in seipsum, habebis triginta sex, senarij quadratum, hunc numerum auctum vnitate. id est effectum tricesimum septimum multiplica per numerū decimum octauum, qui est medietas quadrati, conflabitur numerus 666. Qui Trigonus est tricesimus sextus. Hic senarius numerus, signif.

tempus, etiam in illa ratione tripartitæ distributionis, qua una signif. tempus ante legem, secunda signif. tempus sub lege, & tertia signif. tempus sub gratia, in quo tempore Sacramentum renouationis accepimus, ut in fine temporis etiam resurrectione carnis omni ex parte renouati ab uniuersa non solum animæ, uerum etiam infirmitate corporis sanemur. Vnde intelligitur illa mulier quæ signif. Ecclesiam a Domino sanata & curata, quam curuauerat infirmitas alligante Satana, hæc autem mulier decem & octo annos habebat in infirmitate, quod est ter senos. At quoniam multi circa hunc numerum multa dicunt, uidendum cur Bestia id est Antichristus uolet hocnomine ornari. Senarius quo factus est mundus operis perfectionem signif. qui siue simplex, siue per decem, siue per centum multiplicatus signif. eiusdem perfectionis sexagesimum & centesimum fructum. Et hanc rem quoque signif. pondus auri, quod afferebatur Salomoni per singulos annos. Videlicet sexcentorum sexaginta sex millia talentorum. Et quia Salomon erat Typus ueri Regis Messiæ, ille seductor gentium, ut ostendat etiam in hoc se esse uerum Messiam, per eundem numerum nomen accipiet. de quo nomine iu inde loco suo, hoc est in uno nomen, sed iste numerus 666. Quatenus est numerus bestiæ assumit unitatem post senarij quadratum ut fiat 37. quæ unitas per tres senarios cum ipso senarij quadrato multiplicata complet numerum bestiæ, 666. qui numerus quatenus per senarium conficitur, sign. creaturarum perfectionem, quatenus uero ei additur unitas sign. in bestię nomine addi superflue & impie significationem nominis Creatoris, quod nomen est DEVS. Ipsa enim bestia extolletur supra omne quod dicitur Deus, tamquam ipsa sit Deus, & non sit alius Deus præter ipsam. Sed nomen bestiæ est nomen ipsius hominis qui erit ipsa bestia. Nam numerus Dei alius est a numero hominis, duos ergo numeros hic intelligi oportet. est enim numerus creaturæ senarius, & numerus creatoris septenarius, qui sign. æternam requiem. sed numerus creaturę & numerus creatoris debuerat unus esse, at diabolus & homo fecerunt illum diuersum cum elegerint potius proprium quam Diuinū numerum, homo & Angelus creati a Deo fuęrunt ad æternam requiem, sed uterque peccās illam amisit. Senarius enim est proprius creaturæ, sicuti septenarius Dei, ut uero cognoscatur bestiam illam non esse Deum. sed puram creaturam, ideo Apostolus dicit: Si quis habet sapientiam computet numerum bestiæ. Numerus enim bestiæ hominis est, & numerus eius. 666. quasi apertissime dicat, cum uideris bestiam magnifice gloriātem, cogita, quod quidquid loquitur aut agit, non pertinet ad illam requiem æternam, neque ad illum numerum septenarium, qui est creatoris, sed quidquid illa bestia agit uel loquitur, est totum de creatura mundi de concupiscentia oculorū, & ideo firmissime credas illam esse hominē, & nō Deū. Quem mendaciter & impie fingit, & quia homo ille qui dicetur bestia, habebit diabolū inhabitantem, ideo numerus senarius est triplicatus in illius nomine. id est per senarium unitatum per senarium denariorum, & per senariū centenariorum, ut illa sign. tres præuaricationes diaboli, qui in bestia illa inhabitabit. Nam senarius unitatum sig. primam diaboli præuaricationem contra Deum, quando scilicet perfectis cœlo & terra, & omni ornatu eorū, Deus ipse in septimo die requieuit ab omni opere quod patrarat, sed diabolus cum requiescente creatore in septimo eius die non requiescebat, quin etiam iam dudum propter inquietudinē superatæ suæ de cœlo in istum caliginosum aerem proiectus in circuitu ambulabat & laborabat. Sed impius & preuaricator diabolus, cū esset foris a requie siue septima die, & senarius ei adhuc simplex, siue singularis esset, non contentus fuit labore suo. sed adiecit per inuidiam ut genus humanum in eundem laborem traheret secum, decipiendo protoplastum. Quod agendo utique transgressionem auxit, & recte sicut proprius ita & hominis labor imputatur illi. multiplicatus est ergo primus eius senarius, & factus est iam numerus eius sexaginta sex. Vnde senarius denariorum sig. istam secundam preuaricationem. At diabolus neque ista contentus preuaricatione adiciet, & adhuc tertia transgressione, senarium per centenarios multiplicare, quando scilicet, qui hominem deciperet, rursus dolo, & in prodigijs mendacibus manifestus hostis apparebit. Apposite igitur numerus eius. 666. quia uidelicet labor peccati, qui in homine cum Deo non sabbatizanti simplex est in illa bestia, notis incrementis secundo ac tertio multiplicatus est. Et hanc tertiam transgressionem sign. senarius per centenarios. Et has tres transgressiones signif. terna commemoratio plagarum bestiæ quæ fit in Apocal. cap. 13. Diabolus enim iam est a Deo bis plagatus. Primo quando iudicatus in cœlo sententiam damnationis accepit, secundo quando in serpente per quem deceperat hominem maledictione multatus est, Tertio uere mortaliter plagabitur, quando Dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui. Hæc pœne aduerbum, Petrus Bongus. cap. de 666. f. 157. usque ad fol. 158. v. numerus trecentesimus sextus.

Numerus 700.

Numerus 700. sign. cladem & principium declinationis cuiusuis Monarchiæ reipublicæ regni & imperij. Nam anno 700. Roma passa est maius damnum, quam unquam antea fuisset passa. Eutropius lib. 6. cap. 6. & Paulus Orosius lib. 6. 12. & lib. 7. cap. 1. & Bongus cap. de numero 700. fol. 159.

Babylonia

Babylonia anno septemcentesimo capta fuit per Medos. & anno numeri duplicati millesimo quadringentesimo rursus capta fuit per Cirum. Paulus Orosius lib. 7. Histor.

Macedonicum regnum anno septingētesimo à Carano, scilicet ad Persen euersum est. Paulus Orosius lib. 7. Histor.

Carthago quæ tenuit imperium Affricæ, anno septingentesimo suæ constructionis a Scipione euersa fuit. vt ait Eutropius lib. 4. de Punico bello. & Bongus ut supra.

Numerus 717.

Numerus 717. Quo. Arithmetica apud Martianum Capellam salutauit digitorum complicatione ipsum Iouem, sig. proprium Iouis nomen Martianus ipse. Et Gohorius lib. de vsu & misteriis notarum.

Numerus 1000.

Numerum millenarium Salomoni attribui, ut est Canticorum vltimo, signifi. Deum esse principium & finem. Nam Aleph, signif. mille & prima ipsius uocis Aleph, est א quæ signif. vnum & principium omnium numerorum, & Aleph signifi. mille qui est tiuis. fol. 68.64. tom. 5.

Numerus annorum millenarius per quem diabolus ligatus in abysso manebit, vt est Apocalyps. signif. non quantitatem temporis, sed uniuersitatem, qua regnat Ecclesia. Diuus Gregorius 18. moral. 27. & cap. 25. v. anni mille.

Numerus millenarius vltra quem nulla nostra succrescit computatio, sign. plenitudinem rerum de quibus agitur. est enim denarij cubus. Nam denarius in se ductus producit centum, quæ iam figura quadrata profunditate carens, ut in altitudinem surgat & sit solida, rursus centum decies multiplicatur, & fiunt mille, ultra quem numerum numerus nequit extendi, cum sit extensus in longum, latum, & profundum. & quia figura est perfecta, ideo millenarius signific. rei perfectionem. Homerus Græcorum Poetarum doctissimus. hoc numero usus est, ut ostenderet iram Achillis fuisse causam absolutam & perfectam omnium malorum quæ exercitui Greco euenerunt, dum Achilles nollet cum Troianis congredi. Petrus Bongus capite de numero millenario, folio 160.

Numerus millenarius in sacris litteris quamuis sæpe pro perfecto & solido ponatur, tamen non quamlibet perfectionem, sed præcipue sign. perfectionem cœlestium & incorporeorum. quæ est illorum, quæ habitationem super nos fortiti sunt, quæ est excedentium corruptionem, & consequentium incorruptionem. Bongus ut supra.

Millenarius sign. Deum. Nam apud Hebræos Aleph extensum signif. mille; & א prima littera ipsius Aleph, signif. unum, & principium. Vnde dicunt ipsi Hebræi א, esse sigillum Dei patris, quæ unitatem signif. & millenarium omnium numerorum periodum, hoc est principium & finem omnium numerorum. Quemadmodum Alpha apud Græcos sign. unitatem, & si supponatur ei uirgula sign. mille. Bongus ut supra fol. 161.

Numerus millenarius. v. Aleph. 1.

Millenarius sig. immensam misericordiam Dei, cum dicit Dominus. Ego Dominus faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. &c.

Millenarius sign. magnitudinem Diuinæ potentiæ. Cum dicitur quod mille anni, sicut dies externa quæ præterijt. &

Millenarius sign. tempus Euangelicæ gratiæ a Christi resurrectione usque ad diem ultimum quo militaris regnat Ecclesia. Petrus Bongus cap. de 1000. f. 161.

Mille generationes, ut est psal. 104. signif. perfectionem Diuinæ legis, & eorum qui legem percipiebant. Nam mille generationes ponuntur pro omnibus generationibus. Diuus Augustinus libro de ciuit. Dei. cap. 7. & Bongus supra.

Millia auri & argenti ut est psal. 118. sign. infinitatem pretij uitæ æternæ, uel ueræ sapientiæ quæ superat omnes diuitias mundi. Bongus ut ut supra fol. 162.

Mille cubiti muri Hierusalem sign. operationem perfectam. &

Millæ hostiæ quas obtulit Salomon Deo. ut est 2. Paral. 1. signif. plenitudinem uirtutum. &

Mille passus circa ciuitates Leuitarum, ut est Numer. 25. in quo spatio pascebantur pecora, signif. earundem uirtutum plenitudinem, quæ uirtutes a fidelibus Deo offerri debent, & in quibus oues Christi, id est fideles impinguari continue debent. Bongus ut supra folio 162.

Millenarius sign. uniuersitatem beatorum. Quare Balthasar Rex, ut est Danielis cap. 5. fecit grande conuiuium mille optimatibus suis, & unusquisque secundum suam ætatem bibebat. Balthasar qui interpretatur absorbens diuitias sig. Deum, qui diuitias æternæ beatitudinis in se ipso continet & absorbet. qui in cœlis facit magnum conuiuium mille, idest uniuersis electis, qui bibunt uinum æternæ fœlicitatis secundum ætatem propriorum meritorum. Bongus ut supra.

Millenarius sign. plenitudinem muneris collati. Nam mille, quibus præest uir fortis, sig. æternam requiem.

Numerum millenarium superans, ut est occisorum in castris Senacherib. ut est interemptorum in peste Dauidica, ut est 50. millium denariorum pro libris magicis, ut habetur actuum. capitulo 19. & ut sunt 40. millia de

Ephraim, quæ percussit Iephte. Eh, sign. rebelles condemnandos in fine mundi. Petrus Bongus. capitulo de maioribus numeris. folio centesimo septuagesimo secundo.

Numerus 1035.

Numerus 1035. qui includitur in litteris versiculi 7. cap. libri 2. Regum. Qui dicit: Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis. & cætera. Litteræ Hebreæ illius uersiculi mystice exprimunt numerum 1035. qui numerus signif. 1035. annos qui erant futuri a prima unctione Salomonis, usque ad natiuitatem Domini nostri Iesu Christi, qui futurus erat uerus filius Dei. Qui secundum Hebraicam ueritatem, & secundum Nauclerum & Rouilium, natus est anno mundi 3962. & Salomon vnctus fuit anno 39. regni Dauid qui incepit regnare anno mundi 2891. ante Christum natum 1071. de quibus 1071. si detrahantur anni 40. regni Dauid, Salomon post mortem patris regnare incipiet ante Domini nostri Iesu Christi anno 1031. vt notat Rouilius. Quibus si addantur 4. anni in quibus regnabat Salomon, uiuente patre, erunt 1035. secundum numerum mysticum in litteris Hebraicis comprehensum. Quod uero Salomon regnauerit 4. annos uiuente patre, Philon est testis qui a primo anno regni Dauid usque ad desolationem Hierusalem connumerat per Reges annos 484. & rursus incipiens a quarto anno regni Salomonis usque ad eandem desolationē numerat annos nisi 440. & constat Dauid regnasse annos 40. & Salomō 40. quod si 4. primi anni Salomonis non includuntur in annis 40. Dauid, tota summa erit 488. Quod falsum est cum sint tantū 484. vt testatur Nauclerus in generationis 33. fine. v. Domini nostri Iesu aduentus.

Numerus 1095.

Numerus mille nonaginta quinque, signifi. taciturnitatem, quod obseruatum sit si puer non loquatur in diebus 1095. qui efficiunt annos tres, cum non amplius loquuturum, v. digitus. Valerianus libro trigesimo septimo. fol. 276 cap. Et Bongus cap. de numero 1095. folio centesimo sexagesimo tertio.

Numerus 1260.

Numerus 1260. quia est ex paribus illis, qui superflui sunt, sign. persecutiones faciendas Ecclesiæ ab illis qui nimis essent superflui in uitiis, Vnde D. Ioannis in Apocal. cap. 12. dicit mulierem fugisse in solitudinem, vt ibi pasceretur diebus 1260. quod fuit dicere, spiritalia seminantes pascunt Ecclesiam quamdiu peregrinando in hoc seculo persecutiones tollerat. Mille enim ducenta & sexaginta diebus, duratura est illa acerbissima Antichristi persecutio. Vnde numerus 126. sign. omnia persecutionum tempora. Petrus Bongus cap. de numero 1260. folio centesimo sexagesimo tertio.

Numerus 1290.

Numerus 1290. vt est Danielis cap. 12. significat iniquitatis abundantiam. Nam Daniel accepit hunc numerum, qui esset aptior ad indicādam iniquitatem, ut per eam acrius innueret vehementiorem persecutionem faciendam ab iniquitatis filio, Est enim & hic numerus, qui in suis partibus superfluus est, licet non tantum quantum numerus 1260. Nam partes numeri 1260. conficiunt 3108. & partes numeri 1290. conficiunt 1877. tu lege Bongum cap. de numero 1290. f. 164.

Numerus 1600.

Numerus 1600. quia conficitur vel ex quadragies, quadraginta, uel ex quater quadringentis, sign. totum mundum, cuius partes quatuor esse constat. & in Apocalyps. Stadia 1600. in quibus sanguis manauit usque ad fræna equorum, sign. per quatuor mundi partes. Bongus cap. de numero 1600. folio centesimo sexagesimo quarto.

Numerus 1728.

Numerus 1728. est cubus siue solidus duodenarij, quem duodenarium Plato ad imitationem cœlestis Reipub. in sua pro basi admittit, & quem ad solidum reducendo deducit ad 1728. ad quem numerum annorum omnis Respub. uel dominium disciplina vigente, fatali quadam lege peruenire potest in augmentum, inde uero decrescere necesse est. Quod duodenarius sit primus crescens. & 1728. sit eius solidus ultra quem non datur progressus. & ideo signifi. durationem rerumpub. vel regnorum in augmento. Nam numerus millenarius qui est solidus denarij, signi. multiplicem influxum cœli stelliferi pro numero stellarum ibidem residentium, numerus vero septingentorum sign. vires & influxus septem planetarum. Numerus vero 28. sign. lunę fauorem quæ in diebus 28. redit ad idem punctum vnde recesserat. de duodenario v. loco suo. Georg. Venet. arm. f. 113. & problem. 315. tom. 5. v. Monarchia.

Numerus 1728. cum sit cubus duodenarij, & omnes cubi signific. plenitudinem & firmitatem. Numerus 1728. sign. uniuersam plenitudinem & firmitatem. Nam duodenarius sign. vniuersum. Franciscus enim Diaconus Florentinus in libro secundo cap. 1. de amore, dicit quod duodecim sunt Principes animæ in uniuerso, & dicit quod harum singulæ

præsunt

præsunt aliis duodenis, quarum singulis pareant duodenæ animarum legiones, ut excrescant in numerum 1728. quarum singulæ totidem habeant animas numero, quot sunt stellæ in orbe postremo. Petrus Bongus cap. de numero 1728. folio centesimo sexagesimo quinto.

Numerus 2000.

Numerus bis mille notatur per litteram Z. ut est apud Valerium Probum. quæ littera in sortibus significat rem inauspicatam, & malum euentum, ut ait Alexander ab Alexandro libro tertio, capitulo quinto, genialium dierum. Et ideo etiam in sacris litteris signo. idolatras, & Spiritus immundos, qui ut est apud Diuum Marcum capitulo quinto, introierũt in porcos,& præcipitati sunt in mare ad duo millia, & suffocati sunt ob vnius hominis salutem. Quorum interitus signif. homines immundos uocis & rationis expertes, quibus dæmonia dominari possunt. Tu lege etiam Bedam in libro primo, capitulo uicesimo primo. Comment. in Marcum. Et Petrum Bongum cap. de numero 2000. fol. 165.

Numerus 3000.

Numerus ter mille, sign. varias beatorum perfectiones.

Tria millia uirorum, quos Saul ex populo dicitur numerasse, signif. robustos & ualidos bellatores in Ecclesia, & tunt uirgines continentes, & defensores ueritatis. Diuus Gregorius Moral. libro quinto, capitulo tertio.

Numerus ter mille signif. totum hominem, idest corpus, animam, & spiritum, uel signif. triformis doctrinæ scientiam in sacris litteris, siue sign. ipsam sanctissimam Trinitatem, eo quod omnis credentium multitudo, trium dierum viam ambulans, ad perfectionem æternitatis præuenire desiderat. Et hac de causa in Ecclesiæ primo baptismate circa.

Tria millia animarum baptizata sunt, ut est a-ctor. 2. &

Tria millia uirorum quos Salomon elegit, ut præessent operibus Templi, signif. homines qui præsunt operibus, Trinitatem prædicare. &

Ter mille parabolæ, quas Salomon locutus est, sign. fidei Trinitatis plenitudinem quæ in lege & Euangelio a Christo Domino tradita est, quæ dum tota multipliciter per allegoricos sensus sub mysterio Trinitatis describitur, quasi ter mille parabolæ nuncupantur. Petrus Bongus cap. de numero 3000. folio centesimo sexagesimo sexto.

Numerus 5000.

Numerus quinque millia carminum Salomonis, sign. quinque corporis sensus, quod qui eos in diuersis uirtutibus bene regit, beatus est, & per eos quasi quinque millia carmina Domino canit.

Quinque mille uiri qui ut est apud Matth. 14. a Domino satiati sunt, sign. uiros qui sunt quinque sensibus perfecti, qui apti sunt solidum cibum capere. Vel potius signif. uiros in uetere lege, qui legis asperitate vehebantur. Petrus Bongus cap. de 5000. folio centesimo sexagesimo sexto.

Quinque millia quæ erant prohana extra Templum, ut est Ezech. 45. signif. homines, qui essent dediti quinque sensibus, nam numerus 5000. prouenit a quinario qui sæpe sign. infelicia D. Hieronym. in Ezech. cap. 48. & Bongus ut supra.

Numerus 5040.

Numerus quinquies mille quadraginta a Platone in vrbis & agrorum diuisione commendatus, signif. inter ciues opum parem opus esse distributionem. Nam hic numerus magis quam ceteri numeri sortitur pares partitiones. Si enim eum io duas partes diuidas, utrinque sunt 2520. Si in tres tertia pars erit 1680. si in quatuor pars quarta erit. 1260. si in quinque, quinta pars erit. 1008. si in sex. sexta pars erit. 840. si in septem. Septima erit. 720. si in octo. Octaua erit. 630. si in nouem. nona erit. 560. si in decem. decima erit. 504. Si in vndecim. undecima erit. 458. & duæ undecimæ portiunculæ. Si in duodecim. duodecima erit 420. & hic in diuisione sistendum. Nam Plato ciuitatem suam sub numero duodecimo & diuidi & regi iussit. Sed quoniam ipse Plato nominat quoque numerum sexaginta, si prædictũ per sexagiota diuiseris, pars sexagesima erit 84. vel si conuersione quadam totum in partes 83. secueris, pars quæque tenebit. 60. sed ut dictum. Plato plurimi facit numerum 12. ita ut quæque pars sit 420. Qui numerus 420. multiplicatur ex numero vigeties uiginti & uno. Ficinus in 6. de legib. Platon.

Numerus 6000.

Numerus sexmillia camelorum quæ possidebat Iob, ut est capitulo quadragesimo secundo, signif. plenitudinem operis eorum in Ecclesia, qui ab illa dudum uitiorum suorum feditate perierunt. Petrus Bongus cap. de numero 6000. folio centesimo quinquagesimo secundo.

Numerus 7000.

Septem millia uirorum, qui non curuauerunt

genua sua ante Baal, ut est 3. Reg. 19. significat viros conuersos ad Christum Dominum, qui deposito peccati onere ad eius requiem uenerunt ad mensuram uiri perfecti. Origen. in cap. 11. ad Rom. & D. Hieron. in cap. 8. Zach. Et Bongus cap. de 700. folio 168.

Numerus 10000.

Numerus decem millia sign. perfectam & consummatam uirtutem; quæ Decalogo ueteris Testamenti ad Euangelicum pertineat Sacramentum. Nam decem millia talenta, quæ seruus debebat Domino suo, a quo illi remissa sunt, ut est Matth. 18. signifi. uniuersa peccata dimitti debere. Diuus Hieronymus in Ezech. cap. 48.

Decem millia uirorum, ut est 1. Reg. 14. significat angelos & homines electos, qui in æternæ gloriæ sede gratulantur. Quasi decem millia uirorum illa sunt, quæ in istius seculi adhuc exilio posita illius beatæ societatis formam in moribus susceperunt. Diuus Gregorius 1. Reg. cap. 14.

Numerus 12000.

Duodecim millia signati in unaquaque tribu, ut est Apocal. 7. significat quod in quibuscumque singuli fidelium uirtutibus profecerint, antiquorum, necesse esse semper patrum fide roborari, atque eorum exemplis informari. ad augmentum autem perfectionis pertinet ipsa duodecim duodecies multiplicari, & ad summam millenatium perfici, qui est denarius numerus quadratus solidus, ut sign. Ecclesiæ stabilem uitam, qua re etiam duodenario figuratur, quia per orbem quadratum, idest per quatuor mundi cardines in fide consistit sanctæ Trinitatis, ternarius enim quater ductus duodecim conficit. Duodenarius enim numerus uitæ numerus progressus & augmenti. Lege Petrum Bongum cap. de duodenario, & Bedæ comment. in Apocal.

Duodecim millia, ut est Apocal. cap. 7. sign. cœlestium diuinorumque supremam perfectionem. Nam habitatores cœlestes, beati in Deo effecti, hoc numero cœlesti diuinoque pinguntur, sic ciuitas illa superna magna & immensa duodecim millibus stadiorum in longitudine, latitudine, & altitudine concluditur. Quod potius respicit ad mysterium, quam ad numerum definitū. Petrus Bongus cap. de 12000. f. 169.

Numerus 30000.

Numerus triginta millia, ut est 1. Reg. 51. sign. electos Domini qui triginta millia esse referūtur, idest fidei, operis, & spei firmitate perfecti. Tria enim propter confessionem sanctæ Trinitatis ad fidem pertinent, decem propter Decalogum legis ad opera, mille propter sui perfectionem ad spem uitæ æternæ, qua superius nihil esse potest. Sicut numerus millenario nullus est maior. Tria ergo per decem multiplica, ne fides sine operibus mortua sit, item triginta per mille multiplica, ut fides quæ per dilectionem operatur, non alibi quam in cœlis speret retributionem. Electi igitur ex Israel, ut supra, signifi. populos recte credentes, operantes & sperantes. tu lege D. Gregorium in 1. Reg. 11. Et Bongum. cap. de 30000. f. 170.

Numerus 36000.

Numerus triginta sex millia annorum, sign. annum mundi magnum, in quo mundi anima circuitum suum peragit, ut in idem redeat, qui annus fit ex tribus annis magnis animæ hominis, qui constat ex duodecim millibus annis, in quo anno magno mundi anima ipsa mundi peragit ipsum suum ambitum per firmamenti motum. Ficinus in decimo de Repub. Platon.

Numerus 70000.

Numerus septuaginta millia latomorū, qui lapides cedebant pro Templo fabricando, signific. Prophetas & Patriarchas, qui quodammodo genus humanum, quasi de terra eiicientes in Templum Domini præparauerunt. Petrus Bongus cap. de quindenario. fol. 37.

Numerus 80000.

Numerus octoginta millia illorum, qui ferebant onera pro fabricando Templo, sig. Apostolos & Sacerdotes in Ecclesia, qui populorum grauia ferunt peccata. Petrus Bongus cap. de quindenario f. 37.

Numerus 144000.

Numerus centum quadraginta quatuor millia signatorum, ut est Apocal. cap. 7. magnum fidei mysterium continet. Nam numerus duodenarius qui fuit primorum filiorum Israel, ita disponitur ut in deceno unitas, in singulari uero limite binarius constituatur, ut hic 12. Verum ut isti duodecim primigeni succrescāt in duodecim millia, unitas illa decena transit unum & alterum limitem, & in tertio consistit, & decem millia fiunt. ut hic. 10000. Itē binarius singularis qui coniunctus eidem decenæ unitati duodecim perficiebat, unum, & alterum limitem transit, & in tertio consistit, & fiunt duo millia ut hic. 2000. Quæ duo millia, decem millibus iam dictis, in secundo ab eis limite constitutis connumerantur, & duodecim millia fiunt. Ita qui duodecim tantū erant filij Israel, iam qui duodecim millia multiplicati, rursus duodecies multiplicantur,

cantur, & fiunt centum quadraginta quatuor millia, qui quidem numerus ita disponitur, ut tribus limitibus distinguantur. Nam in centeno milleno est unitas, in decimo milleno est quaternarius, & in milleno item quaternarius collocatur. Hic obseruandum est mysterium, duodecim primi vel singulares, ascẽdũt tres limites, ut fiant duodecim milla, & hæc eadem duodecim millia duodecies secundum eundẽ numerum filiorum Israel ductitata conficiunt centum quadragintaquatuor milla, numerum videlicet tribus limitibus distributum, vt 12. 12000 & 14400. qui numeri sic tripheiter distributi, signifi. nulli valere ad salutem quod sit Israel aut Abrahæ filius per carnem, nisi sit ẽt filius eiusdem per fidem, quæ non minus quã trium nominum confessione perficitur. Nam fidei confessio non reuelatæ gratiæ tempore manifestas necessario personas exprimit patris & filij & Spiritus sancti. Dudum enim vmbra illa mosaycæ legis arcana professione significabat, totidem nominum paternorum illo populo Dei, Deum Abraham, Deum Isaac Deũ Iacob. palam confitentẽ, atque inuocantem. Hæc igitur in decuplum trina multiplicatio, signific. fidem Sanctissimæ Trinitatis, primo enim duodecim in decuplum transducti fiunt 120. rursus 120. indecuplum commoti fiunt. 1200. Item. 1200. decies multiplicati fiunt. 1200. verum quia sola fides sine operibus ad perfectionem siue ad uitam non sufficit, rursus per duodenarium multiplicantur duodecimmillia, & fiunt 144000. qui numerus signific. fidei confessionem, & bonorum operum multiplicitatem. Bongus Hæc ad uerbum cap. de numer. 144000. f. 171. Beda vero in Apocal. cap. 14. Ita inquit. Numerus centum quadragintaquatuor millia. numerus finitus signific. numerum infinitum & Secreti mysterij significatione, signific. aptitudinem examini virginali. quod Deum ex toto corde, tota anima, & tota mente diligent corporis quoque, qđ ex quatuor qualitatibus subsistit, & illi integritate sacratum: ter enim terni nouem, & quater quaterni sedecim, sedecies autẽ nouem cẽtum quadragintaquatuor adimplẽt, qui numerus, sig. totam Ecclesię multitudinẽ, quæ de Patriarchis uel prosapia carnis uel fidei est imitatione progenita, si enim inquit vos Christi estis, ergo Abrahæ semen estis. Hæc ille. Tu lege Bongum ut sup.

Numerus sexcentum mille.

Numerus sexcentum ferè millia virorum, qui egressi sunt de Aegypto, ut est Exod. 12. sign. numerum eorum, qui perfecti sunt in operibus. bonis, vbi aduertendum, quòd scriptura dicit ferè sexcenta millia, quæ uox ferè signifi. quòd in præsenti uita quantumcunque sit homo perfectus, semper tamen deest ei plenitudo in hac vita meriti. Petrus Bongus cap. de num. 600. fol. 152.

Numerus sexcentum tria millia, & quingenti, & quinquaginta.

Numerus sexcentum tria millia, & quingenti quinquaginta numerati ex populo Israelitico, ut est lib. numerorum, sign. omnes credentes. Georgius Ederus libro secundo œconom. Tabula 48.

Numerus mille millia millium.

Numerus mille millia millium, qui est millenarij cubus atque ex vno decem litteris tamquã perfectis, sic enim pingitur hic numerus. 1000000000. triplicata pefectione perfecti per vnitatis simplicitatem, & numeri quãdam humanam incomprehensibilitatem, sign. uniuersa in Deo constare, & comprehendi, & sicut nouem posteriores litteræ, quæ dicuntur nullæ ad primam comparatæ per se nihil notãt ita sig. omnia, quæ a Deo ipso sũt, & prodeunt quamquam immensa eius bonitate maximã & multitudinem, & perfectionem ostendant tamen eius comparatione nihil sunt omnino, ac sine eo omni priuata uirtute, ad eius tantum ornamentum constituta creduntur, ut quę unitate fuerat simplicissima Deitas, comparatione cæterorum omnium infinita etiam esse cognoscatur. Bongus capite de mille millibus millium. fo. 172.

Numularius.

Numulariorum mensæ a D.N.I. euersæ in templo, sign. in templo Dei spiritales tantum numos esse debere, qui Deum præferant, & non Diabolum: nam homo in quo est & uiget imago dei, est numus spiritualis, & qui non habẽt imaginem Dei, sunt indigni, qui in tẽplo Dei versentur. Rhodig. lib. 1. cap. 38.

Numus.

Numus aureus in duas partes diuisus, cuius partem una manus tenet, & alteram altera manus sign. Guimei amici Childerici 4. Gallarum regis fidei seruatæ memoriam, Paradinus lib. de Symbolis Heroicis f. 17. habet pro titulo. fortuna fidem mutata nouauit.

Numus aureus, qui indice lapide atteratur, cum titulo, sic Spectanda fides, sign. pietatis, ac fidei probationem non tantum ex sermone, uerum etiam ex operibus spectandam esse. Claudius Paradinus libro de Symbolis Heroicis folio 178.

Numus in quo erat impressus pugio, & Pileus, signific. libertatem ex tiranni cede aquisitam. Brutus enim post mortem Cæsaris talem pecuniam cudi fecit. pugio occisionem, & Pileus sign. libertatem. Alciatus Emb. 150.

Numus argenteus, ut est 1. Reg. 2. sign. Iudæos prædicantes fidem Glos. inter. 1. Reg. 2.

Nun.

Nun.

Nun litera sign. cœlum Solis & signific. Raphaelem illius intelligentiam, sign. meatus uel spiracula, sig. progeniem. Nun finalis, sign. cœlum veneris & sig. Hanielem illius intelligentiā. Nū prima sig. 59. Farra. f. 175.

Nun in prima lingua dicitur etiam ne en, siue ni en. Sed ne en. frequentius a qua latini prenunciant een. quæ uox interpretatur unum, ne en ergo denotat non unum, vt signific. negationem absolutam: nam ab vno esse, & essentia manant, & licet ens altissimum videatur, non includit tamen formam, & notionem negationis omnium, quæ numeris distingui discernique possunt. Deus enim & vnum cognosci nō possunt per affirmationem: nam quanto plura nouerimus, quæ vnum non est, tanto propius ad unius cognitionem veniemus, & eadem methodo quanto plura nouerimus, quæ Deus non est, tanto maiorem Dei habebimus cognitionem, quod eius adspirare potest captus humanus, & ut littera Nun sine neen haberet figuram, quæ nunquam in unū coire posset, ut pote, quæ esset futura negationis nota, eam ita finxerunt, ut essent duæ lineę paralellæ, quæ nunquam in eodem plano conuenire possunt: tametsi utrinque ad infinita spatia producantur, cum igitur in uitæ figura duæ lineæ ad acutum angulum coeant altera sinistra, & interior, altera dextra, & exterior, pingatur linea tertia exteriorem uitæ lineam extremo in puncto contingens, quæ sit interiori uitæ lineę paralella, qua sic collocata, mox cernis necessariam sequi negationem, videlicet eas lineas iam esse disiunctas, ut nūquam sint sese contacturæ, quod sign. negationem pictā ex eisdem naturę principijs, e quibus Geometrica doctrinas suas petit demonstrationes. Goropius in Hieroglyph. lib. 14. f. 212. 213. & 214.

Nunc dimittis Domine. Canticum Symeonis dici, in septima Laude. signific. septimam ætatem sorc, quiescentium. Michael Timotheus in Diuinum Officium Quæstione 10. tract. octaui.

Nupta.

Nuptam e gremio matris, vel alterius loco matris sponso capiendam esse, significat illud futurum omne felix, quale Romulo euenit de Sabinis uirginibus raptis. Valerianus f. 343.

Nuptam quæ in manu uiri conueniebat ante aram conspergi solere, significat pudicitiæ, & ante actæ uitæ integritatem, non in tenebris, sed in oculis totius ciuitatis, & omnibus testandam esse, Costalius pegmate. 65.

Nuptiæ post sacra apud Platonem conditæ, sig. hominis diuini animalis ortum a sacris auspicari debere, Ficin. in 7. de legib. Pla.

Nutrix formarum apud Platonem, sig. materiā. Ficin. cap. 39. Compend. Timæi.

Nux arbor.

Nux arbor fructibus abundans, quam pueri, & fundis, & perticis vndique excutiunt nuces de iectum, sig. fecunditatē alicuius damnosam. vel illum, cuius copiosa proles in ruinæ, & infamię existat causa. Alciatus Embl. 192. ratio huius rei est ut reor, quòd nux iuglans si flagellis, & & perticis bene flagelletur, copiosiores fructus in anno sequenti nascuntur.

Nux pinea sig. pęnæ vtilitatem, quoniam post pęnam aperiendi eam, & nucleo extrahendi plurimum suppeditet fructum. Goropius in Hermath. lib. 7. f. 152.

Nux pinea, eo quòd conum format, sign. nitam non illam quidem quamuis, sed occultam atque conclusam. Goropius in Hieroglyph. lib. 7 f. 104.

Nux iuglans, signif. nuptias eo quod in nuptijs nuces pueris spargi solerent, vel ut signific. matrimonij fructum esse dulcissimū, sed opus esse plurima, & diligētissima, & firmissima eu stodia, ad eius suauitatem tuendam, nucleum enim natura in nuce prius acuratissime munit quam gignat, deinde natum. paulatim diligentius obsepit, & undique defendit, quo perueniat ad destinatum dulcedinis finem, quo circa si uxor cara, si liberi cari, si horum prosperitas iocunda, & suauis, necesse est, ut summa diligentia naturam in nucleo muniendo sequamur, hac de causa hæc nux in prima lingua dr̄ carhut, & interpretatur custodia, illius quod carum est, vt signific. nouam nuptam diligenter esse custodiendam, & ab omni muniendam aduersitate. Goropius in Vertumno. f. 101. & 102.

Nux in prima lingua dicitur not nelnut. a quo latini nux. not enim si proferatur per e megas designat necessitatem, & si nat uertatur fit tam, quæ uox notat, ostendo, ut significet necessitatem nihil non demonstrare aut docere eorum, quæ homini sunt facienda, adeo quod in uoce nucis si ad normam primæ linguæ fiat consideratio, nux per uocem prorsam, & uersam, signific. a necessitate doctrinam proficisci, & contra ea duntaxat esse demonstranda hominibus, quæ ad aliquam pertinent necessitatem, vel certe, signific. eum, qui suauitatem quampiam uellet degustare, oportere per acerba, amara dura, & multos anfractus ad eam pertingere.

Goropius ut supra.

Nux pinea idem prope sign. quod Iuglans, sed hoc amplius, quod copioso suo semine signific. faustum omen numerosæ sobolis, & signific. omnem duriciem, & molestiam per q̄ ad coniugij dulcedinem peruenitur, calido amore esse uincendam, & mitigandam, haud aliter

atque

atque semina e Cybeles pomis calore depromuntur, quo durissima septa facillime dehiscunt nullis alioqui machinis aperienda. Gorop. in uertumno f. 103.

Nyctceretum.

Nicteretum quæ alio nomine vocatur [Greek], vel [Greek] est herba coloris ignei folijs spinæ nec a terra se attollens, & noctibus interlucens & anser. sign. hominem expauentem oc cursum alicuius rei quam sibi inimicam natura cognoscit. nam anser uisa illa herba adeo expauet, vt ad eius aspectum vociferet & fugiat. Valer. f. 423.

Nyctienrax. 1.

Nycticorax sign. Tyrannum quòd sicut Tyranni nocturno vt plurimum consilio vti solent, ita nycticorax noctu, vt plurimum obstrepit. Valer. f. 148.

Nycticorax sig. Hypocritas qui pallam strepitum nullum, tumultum nullum, insidias nullas mouent, elam uero fornicationes, immunditias, erapulas, ebrietates, & alia humani generis obrobria consectantur. Sicuti nictieorax interdiu latet, noctu vero prodit ad infausta negocia. Val. f. 148.

Nycticorax sign. D. N. I. Christi humilitatem siue despectum, quòd sicut cunctis gentibus auis illa despectui habetur, ita hallucinationis tẽpore D. N. & Apostoli ac Sancti viri contemptui haberi sint soliti: Vnde illud prophetæ factus sum sicut nycticorax in domicilio. Valer. f. 148.

Nyctimene.

Nyctimenem post facinorosum patris concubitum Mineruæ factam seruam, & in Noctuam Deæ auem sacram fuisse conuersam. sig. omnem, qui post scelus nephandum aliquod cõmissum se se prudẽtiæ tradit, sæpè id celare prudenter, quod temere patratus est. Noctua enim sub Solis lucem non apparet, sed pudore sceleris admissi noctu; vnde nomen trahit, tantum vitam & uictum ducit. Ioseph. Horolo, lib. 2. metham. Ouid. v. noctua,

Nymphæ,

Nymphæ v, Syrenes 1.

Nymphas fuisse nutrices Bacchi. sign. fontès fuisse auctores vini nam: vinum aqua mixtum augetur. vel signifi. aquas in uitibus fieri vinum nam vites computantur in umum, Atheneus lib. 11. cap. 3.

Nymphæ. sig. virtutes effectrices aquarum dulcium particulares sicuti Nereides signific. vim effectricem particularis aquæ marinæ. Georgius Venet. arm. f. 211. per lege Iulium Iacobonium in appendice de prisca Cæsiorum gente cap. 3.

Nymphæ Iunonis quas dicit quatuordecim habere quarum Deiopeia erat pulcherrima, quam promisit Iuno se vxorem daturam Aeolo. sign. aeris septem attributa quæ sunt leuitas, mobilitas, caliditas, humiditas, serenitas, taciturnitas, & spirabilitas. Deiopeia sign. serenitatem. aliæ vero septem sunt septem quæ in aere gignuntur, & sunt Iris, phython, cometa, fulmen, tonitrum, exalatio, & terremotus. Land. 3. Camald.

Nymphæ apud antiquos sign. vim ex qua vniuersum intra aquarum naturam gignitur. Iulius Iacobonius in appendice de prisca Cæsiorum gente cap. 3.

Nympha prostrata ad radices trium montium, in vnum coagmentatorum, quæ sub sinistro brachio habet vrnam, e qua fluuius scaturit, & in dextera tenet cornucopiæ cum verbis, semper abundantius. sign. hominem qui demonstrat per Dei gratiam sperare se esse editurum opera uirtuosa & plena sapientiæ, & quo magis ætate proficiat, eo maiora, & copiosiora illa futura. Nam Nympha sign. hominem, tres montes in unum compacti sign. tres diuinas personas, & vnum Deum fluuio, signifi. Sapientiã, cornucopiæ signif. abundantiam. Camillus Camillius in insigni Bartholomei Medunæ.

Nymphæ bis septẽ, quas Iuno dicit habere, ut est apud Verg. Aeneid. 1. signif. aeris septem attributa, quæ sunt leuitas, mobilitas, caliditas, humiditas, serenitas, taciturnitas, & spirabilitas. & septem quæ in aere gignuntur, quæ sunt, Iris, phyton, cometa, fulmen, tonitruum, & exalatio, & terremotus. quæ sapientissimè, & physicè à Vergilio dictæ sunt Nymphæ. Paulinus Hebd. lib. 6. cap. 4.

O

1 O. APVD quendam signif. quintam essentiam Elementorum, & O apud eundem lib. 1. cap. 17. Thioricæ, signific. lapidis Philosophici Spiritum vide. N.

2 O. apud quendam signific. terram compositi solis.

3 O. apud quendam, signific. aerem metallorum.

4 O. apud quendam signific. separationem in arte chimica, & est principium decimum quartũ in arte, & est sensuale,

5 O. apud quendam sign. oleum in arte chimiæ, & est tertium decimum principium.

6 O. in prima lingua, sign. omnes res, quibus cum rotundo aliqua affinitas uel cognatio est. Hinc est quòd oot, vel oit, idem denotat, quod ab æterno, in quo perinde atque in rotundo, neq; principium est, neque finis. cuius uox conuersa too, uel toe, denotat uel ad, vel clausum, quatenus denotat, ad, signific. finem vltimum, qui æternus est, & rotundus perpetuo intuẽdum,

ad

ad eum omnes actiones nostras, & omnia studia esse referenda, quòd litera, t, sign. uim uinciendi, & ideo in uoce too, sign. nos cum æterno vinceudos esse quatenus uero too, clausum denotat, clarum erit si sciamus in o, siue æuo, siue mundi rotunditate claudi omnia atq; inde too, sig. omnia clausa. Goropius in Hermath. lib. 5. f. 190.

7 ab Oo, prouenit doo, uel Doe, quæ uox denotat facio, & propter naturam, oo, sig. quicquid nos facimus eo fieri debere, ut ad ęternitatem nobis uiam struat, & cum eo nos uinciat, D. enim sign. motum ad locum, oo, sign. æternũ, & quat, sign. uim colligandi, ideo uox Doot, denotat mortem, quòd sign. per mortem nos vehementer deuincire, Nam D. & T. secundũ Platonem habent uim vinciendi, sed in hac uoce Doot, quę mortem denotat esse D. & T. ambas uinciendi uim habentes, sig. morti ęternitatem arctissime esse deuinctam. Goropius ut supra.

8 O. in Alphabeto primæ linguæ notat exalta, & in oratione, quæ est in ipso alphabero, signifi. præceptoris desiderium, ut Deus exaltet discipulum ad se. Goropius in Hermath. lib. 9. fo. 216.

9 O litera uocalis duplici forma fingitur uel rotũda, uel ouali, & ideo signific. nodum audiendi orationem quo in aures ipsa oratio ingreditur, figura profecto rotunda, & globosa forma uero ouali, signifi. modum audiendi sonos musicos, & ea de re poeta Mantuanus de utroque modo loquen. ab litera. o. incipit uersum illum.

Obloquitur numeris septem discrimina uocum, de qua re uide doctissimu. Paulinũ, q explicās mysteria illius carminis conscripsit septem lib. doctis tãtũ uiris attrectandos, lege ipsum libro secundo cap. 7. Hebd.

1 OABELCORA apud chimistas, sign. cucurbitam. Ioannes Garlandius.

1 OBEDIENS humilis corde, pauper Spiritu; scala cœli, mitis corde, filij obediētiæ, quadriga Heliæ. in Sacris literis sunt Synonima. Gouschelius lib. 1. Elocut. Sacr. Scrp.

2 Obedire, acquiescere, credere, audire uocē Domini sunt Synonima in Sacris literis. Gousch. ut supra.

3 Obedire v. Aaron. 52.

4 Obedientia. vide. Aaron. 52.

1 OBELISCVS nondum perfectus, & quē duo utri perficere uideantur, signific. principis gloriam in ides crescentem. Etizzus f. 334.

2 Obelisci qui apud Aegyptios graciliores, & oblongi fieri soliti sunt, signific. diuinitatem minime corporatam esse, Valerianus folio 366.

3 Obeliscos esse sacros Soli sign. uitam prouenire a Sole: Nam uita a calore, calor a Sole, Sol a lux a Sole supramundano, & hic a Deo ipso trino, & uno dependet, & quia radius, signifi. uitam, & Obeliscus fit ad similitudinem radij, obeliscus sig. uitam. quòd uero.

4 In Obelisci uertice pila aurea, quæ dicebatur piropus superponi solet, sign. uitam nostram radio designatam, in ęternam lucem terminandam, quam signific. rotundus pyropus igitur.

5 Obeliscus cum pyropo metæ apicem claudente, sign. hominem, qui ex hac uita bene pieq; acta ad æternam uitam transierit. Goropius in Hieroglyph. lib. 7. f. 101. & 102.

6 Obeliscus similis illi, qui est Romæ ad D. Petri habens in vertice pilam auream, cui superiet stella crinita cum verbis, Insidet & ciueri, sig. hominem, qui demonstrat mulierem a se dilectam fore sibi, & mortuo sicut est uiuo ducem, & autorem, ac dominum, & autoritatem in ipsum habere. Obeliscus enim, sign. nobilitatem amoris, pila sign. cineres defuncti stella sign. mulierem dilectam nomine Iuliam, nam stella illa crinita, quæ in morte Iulij Cæsaris apparuit, dicta est Iulium sydus. Vel forsan, sig. hominem demonstrantem, se & mortuum omnino esse dilecturum Iuliam, quam & viuus diligebat. Camillus Camillus in Insigni Federici Asinarij.

7 Obeliscus factus ex smaragdis, & alij lapillis preciosis forma rotũda, & lata in basi, sed ascendēs cacuminatus, & in medio cuiusdam nauiculæ auratæ cui inerant adfixæ multę crateræ, quæ nauis ferebatur a sacerdotibus magna seniorum uirorum iuuenum, mulierum ac puellarum caterua comitante, & canentium quædam carmina incompta; signific. Iouem Hammonium Cartar. f. 165.

8 Obeliscus positus super. quadratum, signi. gloriam, quæ fundata sit super virtutem, nam quadratum sig. virtutem, & ambo sig. ex uirtute gloriam sequi. Achilles Bocchius Symbolo. 49.

9 Obeliscus & pyramis, & ciusuis metæ figura habent eandem significationem, quare legenda est pyramis. Gorop. in Hieroglyph. lib. 7. f. 101. & lib. 10. f. 153.

10 Obeliscus figens pyropum, idest habens in uertice suo sphærulam auream. sig. homines debere sic omnes actiones ad vnum referre, ut certam spem uitæ æternæ habeant. pyropus enim in prima lingua dicitur vur hop. idest ignis spes, & ignis sign. uitam in cęlo Empyreo agēdam, quæ non aliud est, quàm Deum intueri. Gorop. in Hieroglyph. lib. 10. f. 155.

1 Quòd in diebus OBETH contritus est Israel & data est arca Domini in manus Philistinorum, & quòd in diebus Marcelli Papæ sub Diocletiano & Maximiliano populus Christianus afflictus est, & tradita Ecclesia iustorum in potestate paganorum, sign. in tertio statu futuram similem calamitatem, in qua Ecclesia Dei tradetur in manus peccatorum, donec veniat tempus consolationis. & quemadmodum obeth est 10. a Iacob. & 31. ab Adam, & Marcellus est 10. a Domin. Nostr. Ies. & 31. ab Ozia, ita in tertio statu verendum ne in decima generatione, quæ est nostra present

sens in qua relinquuntur etiam anni quatuordecim a 1576. usque scilicet ad annum. 1590. in quo finit decima generatio a principio tertij status, qui incepit anno D. N. I. 1260.

2 Obeth signifi. Christum Dominum Nostrum, quod interpretatur seruiens iuxta illud, non ueni ministrari sed ministrare Remig. in Matt. cap. 1.

3 Obeth natum esse ex Ruth, signific. seruitutem idoneam esse non posse, nisi proueniat a festinantia, quam sign. Ruth. Rabanus in Matth. cap. 1.

1 OBLIGATIONIS dissoluendæ pro amico facta festinatio, ut est prouerb. 6. sig. solicitudinum prelatorum pro subditis suis. Lauret. in uerbo accelerare.

1 OBLIVIO qua spoliandus sit animus si debeat a Deo recipi secundum Zoroastrem, sig. nimiam rerum mundanarum curam, quæ nos a cælestibus distrahat, abijcienda. Farra folio 33.

2 Obliuionis uitium. v. Amelita. 1.

1 OBLIVISCI in Sacris literis, sign. non addiuuare, & non obliuisci, sign. ad iuuare, vt est illud psal. 136. si oblitus fuero tui Hierusalem. Gouschelius libro secundo Elocution. sacrar. scripturar.

1 OBSTINATIO in expugnabilis. v. adamas. 5.

2 Obstinatio uel obstinati. V. Aegyptus. 8.

1 OCCASIO ut est Philip. 1. siue per occasionẽ siue per ueritatem, signif. inuidiam, & odium, supra enim dixit quidam per inuidiam, & cõtentionem. Gouschelius lib. 2. Elocutio. sacr. scriptu,

1 super OCCASVM ascendere, ut est psal. 67. signif. mentem eleuare supra semetipsum per excessum ita, ut a seipsa deficiat. Ricard. in arca mystic. 18.

1 OCCIDERE, fundere sanguinem, in gladio occidere, accipere gladium, odire, sunt Synonima in sacris literis. Gouschelius lib. 1. Elocution sacr.

1 OCEANVM patrem omnium, & Tethidem esse ab Homero dici, sig. omnia in fluxu versari. Ficinus in Arg. Vheteti.

2 Oceanus sign. originem diuinarum, & humanarum rerum, & tunc sign. Sanctissimum nomẽ tetragrammaton Ieohua. quod nomen etiam, sig. fluuium cobar. apud quem Ezechiel tactus ctus fuit a manu Dei, & uidit similitudinem quatuor animalium, & apud Orpheum Neptunus ducens currum cum quatuor equis, sig. illud Sancti ssimum nomen Ieoha, & Aegypti, sign. illud idem Sanctissimum nomen cũ quatuor rebus, oculo sceptone, clipeo, & serpente. Farra in Epistola ad Adornum Lazarium,

3 Oceanus apud antiquos, signific. uirtutem effectiuam aquarum. Georgius Venetus Arm. f. 211.

4 Oceanum longo tempore cessasse inire cubile Tethidis, ut Apud Homerum legitur, sig. aq separationem a terra, ut arida appareret, ut est in Genesi. Clemẽs Alexandrinus lib. 5. stromat. f. 277.

5 Oceanum uocari ab Aulo Gellio comitẽ Lunæ sig. oceanum crescere, & decrescere secundum augmentum, & decrementum Lunæ, de qua re tu uide Petrum Bongum. cap. de septenar. f. 123.

6 Oceanus apud Homerum, signifi. illam primam mentem angelicam, quam dicunt Platonici creatam esse a Deo, a quo accepit, ut ipsa crearet cetera omnia, & ideo ab Homero dicitur pater deorum, & hominum, Ioannes Picus in lib. 2. cap. 16. comment. in cantilenam Hieronymi Beniuenij. Dicitur etiam Saturnus, & Neptunus. v. Neptunus. 7. uide 171. uide. Saturnus. 79.

6 Oceanus sign. non solum mare circundans sed signific. uniuersalem aquæ uim, quam Thales Milesius dicebat omnium rerum fuisse principium. Cartar. f. 256.

7 Oceanus sig. Nilum apud Homerũ, quando facit Deos & stellas omnes ad Aethiopas accedere, & conuiuari: nam Oceanus fuit antiquũ nomen Nili. Valer. f. 243.

8 Oceanus, de quo Homerus facit mentionem, qui in Aegypto conuiuium fecit deis, signific. aquam sapientiæ, quæ fuit ante primam materiam, & fuit prima productio, & Dei qui inuitati fuerunt ad conuiuium, signific. ideas in diuino exemplari eodem Spiritu conspirantes, quicquid enim in Deo est, deus est. Iulius Camillus. f. 76.

9 Oceanus apud Orpheum, signifi. Deum filium per quem sunt omnia Farra f. 105. & 114.

10 Oceanus Apud Homerum, & Orpheum, sign. principium diuinarum, & humanarum rerum quod primum in seipso consistens effunditur in generationem rerum Farra f. 51.

1 OCHOZIAS Rex Samariæ cadens per cancellos cænaculi, ut est 4. Reg. 1. signifi. hæreticos quasi patentibus, & non solidis laterum præsidijs semper ad uitiorum infirma relabi, dum diuino destituti auxilio, suæ pertinaciæ fastu intereunt. Lauret. in in uerbo cadere.

1 OCHVS Persarum rex crudelissimus initio regni & prandij, quod primum in regno fecit in mensa primum arripiens, cultrum postea panẽ & carnes quas auide, & immoderate comedit sig. illum futurum crudelissimum, quod obseruarunt illius magi. Valer. f. 314.

1 OCIMVM herba v. basilica herba.

1 OCIOSA, apud Orpheum, sign. noctem propter quietem. Symbolice enim eam vocabat εὐφρόνη. Clemens Alexandrinus lib. 5. stromatum. f. 265.

1 OCTAVIVS Cæsar, quam primum a Iulio in familiam ascitus, post illius mortem Romã ingressus fuit, circa datus cum tota comitantiũ caterua a circulo, qui solem tunc circuinerat, & peractis ludis in Veneris Genetricis honorẽ hora diei undecima stellam crinitam apparuisse, anno

se, anno ab urbe condita coante Christum natum 42. sig. illum futurum Imperatorē. Obseq; prodig. 127.

2 Octauius Cæsar cum sacra faceret pro Imperio contra M. Antonium inuenit victimarum uiscera principalia esse dupplicia, quod sign. sibi omnia prospere successura. Iulius Obseq; prodig. 129. & hoc fuit anno ab vrbe condita 721. a Christo. D. 41.

3 Octauio Cæsari ducenti exercitum in campum martium sex vultures ei apparuisse, & iterum, ei iam consuli alios sex augurium fecisse anno ab urbe condita. 721. ante Christum D. 41. sig. Imperium illi futurum felix. Iulius Obseq pro dig. 128.

1 OCTOBREM vocari equum, sig. in eo mense equum Marti Deo immolari solitum. October enim in Martis tutela haberi existimabatur. Giraldus lib. de annis, & mensibus. Equus ille erat unus e bigis, quæ fuissent victrices, & erat dexterior, & illud sacrum fiebat Idibus Octobris pro frugum euētu, & vocabatur ille equus Octobr. de cuius capite inter Suburranenses, & Sacrauienses fiebat contentio, & panibus illud caput redimebatur, illius cauda a corpore uulsa tanta celeritate ferebatur in regiam, ut ex ea sanguis destillaret in focum, quod sig. ex eo rei diuinæ gratiam impertiri Festus.

1 OCTONARIVM canere, ut est apud Mercurium Trimegistum in Pimand, sig. in iusti hominis morte impleri omnem iustitiam, quæ in hoc mundi pelago præstari potest. Octonarius enim numerus est numerus iustitiæ perfectæ nam semper diuisibilis est in partes æquales usque ad unum, vel quia in octaua consumatur diapason Symponia perfecta, qua reducitur armonia ad eundem, vnde cepit, tonum: quamuis sub alia claue, & hinc anima redeūte ad Deum sub ratione finis, a quo venit sub ratione principij, diapason octonarium cani debet. Franc. Georgius probl. 287. tomi 5. v. numerus octonarius.

2 Octonarius, qui est quinta pars ex septem, quibus Plato constituit animæ fabricam, una cum quaternario, sig. causas intellectuales incorporalium naturam, quæ circa corpora uersentur, cum superficiales existant, & quadrata, Fabius Paulinus. Hebd. l. 3. c. 3.

3 Octonarius & numerus 27. in animæ fabrica apud Platonem, sig. primarias causas ipsorum corporum, & molium solidarum, numeri. n. illi sunt solidi. Paulinus ut sup.

1 OCVLVS patens, sig. seruatorem iustitiæ Valer f. 233. & Diodorus in quarto.

2 Oculi iustitiæ apud Chrysippum acres recti, & immoti, signif. eum qui recte iudicaturus sit non aportere huc aut illuc oculos ab honesto deflectere. Valer. f. 233.

3 per Oculum iustitiæ iuramentum, sig. dictis fidē habendam. Valer fol. 233.

4 Oculus iustitiæ apud Orpheum, sign. solem cui iustitiam dedicarunt. Valer. f. 233.

5 Oculus in uertice sceptri, sig. omnium moderatorem. Valer. f. 234. v. sceptrum. 1.

6 Oculus sign. custodem, quòd totum corpus tuētur. Valer. f. 234. uel quòd pupillum tot munimentis defendat.

7 Oculi duo super capita duo, sign. Deos manes nam duo capita, sign. manes, oculi uero, sign. diuinitatem. Valer. f. 234.

8 Oculus sig. Deum, quòd sicut oculus in homine, qui est mundus minor, totum regit: ita deus in mundo maiore omnia uidet regit, & moderatur. Valc. f. 234. uel quòd oculus sit lucis fomes, & receptaculum, sicuti deus est fons lucis vel lux ipsa, ut inquit Ioannes: lux erat in mundo.

9 Oculus sig. Angelos siue genios, quòd sicut oculus indiget solis lumine, ut videat, ita Angeli nō intelligunt nisi summi Dei lumine irradiati. Valer. f. 234.

10 Oculus subsanguineus linguæ subditus, sign. sermonem elegantem: nam lingua sign. loquendi facultatem, & quemuis sermonem, oculus vero sign. sermonem, cui diligentia, & confide ratio sit adhibita: nam oculus signific. vigilantiam, quòd vero est sanguine suffusus, sig. in uigilantia fuisse animi considerationem, quòd in sanguine anima existere credebatur. Valeria. f. 234.

11 Oculus in solea insculptus, sig. Diuum contemptorem, quòd solea sign. contemptum: nam quæ contemnimus sub pedibus calcamus. Oculus uero signi. ut dictum. Valerianus folio 135.

12 Oculus sig. Dei gratiam sine fauorem, quòd quē deus aspicit, illi suam gratiam impertitur. Valer. f. 235.

13 Oculus sig. amicum iuxta illnd Euangelij, si oculus tuus scandelizat te, erue eum, & proijce abs te. Valer. f. 235.

14 Oculus signific. lasciuum amorem, quòd per oculos in amorem, ut plurimum illaqueamur. Valer. f. 235.

15 Oculus subsanguineus, signific. hominem inuerecundum, & maxime petulantem, quòd qui tali sunt oculo. secundum physionomos sint petulantes, & impudentes. Valerianus fol. 235.

16 Oculi cum palpebris glabris, signifi. hominem plus satis libidini deditum, quod sæpe eueniat vt nimio coitu palpebræ deglabrentur. Valer. f. 235.

17 Oculus signific. rem, quæ maxime alicui præstet uel illi chara sit maxime vulgo quoque dici solet oculis charior est. Valer. fol. 235.

18 Oculus apertus signific. uitam. Valerianus fo. 235.

19 Oculus clausus sig. mortem, causa est satis aperta. Valer. f. 235.

20 Oculos claudere signific. mori. Valerianus fo. 235.

21 Oculos morientibus claudere, & in rogo positis eos aperire apud Romanos, sign. non esse fas oculos ab homine supremum spectari. & cœlo

cœlo eos non ostendi nepharesse. Valerian. f.235.

22 Oculi superius integumentum sacrum Iunoni sign. esse sacrum illi deæ, per quam lucem habemus, illud quod lucem protegit. Valerian. f.236.

23 Oculus sig. Diuinitatem. Farra f.178.

24 ab Oculis consolationem abscondi, ut est Hoseę 13. sign. non posse consolationem admittere. D. Hieron. Hos. 13. & Lauretus in uerbo abscondere.

25 Oculi intumescentes citra motum & hilaritatem. sign. tristitiam. & oculorum lachrimæ sign. dolorem & tristitiam.
Ioannes Paptiſta Porta in libro de furtiuis litterarum notis.

26 Oculus oculi apud naturales scrutatores sig. oculi pupillam. Quæ in oculo est ueluti oculi oculus, sicuti in anima mens est anima animę. Philo. libr. de mundi opificio. vide anima animæ.

27 Oculis annuere, ut est psal. 34. & prouerb. 6. signifi. Hypocritarum, & simulatorum fingere, quia in vultu demonstrant id, quod non est in corde. D. Augu. in Psal. 34. & Beda in prouerb. 6.

28 Oculos aperire, ut est prouerb. 20. sig. diligentiã adhibere. Glos. interl. prouerb. 20.

29 Oculi sponsę, ut est in Canticis assimulati piscinæ Chesbon a Salomone. sign. visionem ac cognitionem plenam rerum omnium etiam antequam fiant. Quam habet Christus D. qui est caput Ecclesiæ, in quo capite Ecclesiæ quã sig. sponsa, sunt rerum omnium ideæ. Et bene huiusmodi oculi comparantur piscinæ, quæ est locus aquarum illarum scilicet de quibus dictum est producant aquę serpituram animæ viuẽtis. Quæ quidem aquæ sunt rationes ideales. Hinc piscina illa dicitur chesbon, idest cogitationis. Ideę enim sunt excogitatæ rationes rerum producendarum, quæ omnes erant in verbo, vt nõ solum D. Aug. sed etiam Zohar & Elchana dicunt, quod oĩa præerant in uerbo. Archang. Burg. in 56. Concl. Cabal. Pici.

30 Oculos aperire, ut est illud Deus aperuit oculos Agar. sig. mentem excitare. Iacob. Gousch. lib. 3. Elocut. Sacr. Script.

31 Oculos leuare, ut est psalm. 120. Leuaui oculos meos in monte sign. impetum & inceptionem ad aliquid boni peragendum. Gousch. lib. 3. Elocut.

32 Oculis rectis non aspicere, ut est 1. Reg. 18. & Saul non aufpiciebat oculis rectis Dauid a die illa, & deinceps. sign. insidiari. Gousch. lib. 3. Elocut.

33 Oculus & auris, vt est illud 1. Corint. 2. quæ oculus non uidit, nec auris audiuit. sign. hominẽ nam intelligitur quæ homo non uidit nec audiuit. Gousch. lib. 2.

34 Oculus, ut est Zachar. 5. Hæc est oculus in omni terra. sign. iudicium. sumpta metaphora a sagitarijs, qui uno oculo ferire solent, vt certius scopum attingant. Gousch. lib. 2.

35 Oculus, ut est Math. 6. si occulus tuus fuerit simplex. sig. intentionem, ut uero est ps. 16. custodi me ut pupillam oculi. sig. Prædicatorem. & pupillæ. sign. sensus spirituales. Gousch. lib. 6. Elocut.

36 Oculus pro oculo, & dens pro dente, in lege ueteri sig. uirtutem intellectiuam & operatiuam ab eo Deo uolente auferri, qui non rectè illis utitur, qui enim abutitur oculo qui sig. intellectiuam, priuatur illa, & qui abutitur operatiua quam sign. dens priuatur illa. Franc. Georg. probl. 434. t. 2.


BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

37 Oculo annuere, ut est prouerb. 10. qui annuit oculo dabit dolorem. sign. hypocritam agere. Gousch. lib. 3. Elocution.

38 Oculos auertere a Sabbatis Dei, ut est Ezech. 22 sig. non cogitare requiem Dei, quæ in notitia scripturarum est, nec dicere cum Propheta, reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. D. Hieron. Ezech. 22.

39 Oculis apertis cadere, ut est Numer. 24. significat scienter peccare. Lauret in uerbo cadere.

40 Oculus cum sceptro. significat Osirim. Celius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

41 Oculi Hori. apud Aegyptios sig. Solem. & Lunã. Calcagninus ut sup.

42 Oculi septem Domini, ut est Esai. 11. sign. septem spiritus requiescentes in uirga, quæ floret ex radice Iessæ. Clemens Alex. in strom. lib. 5. f. 262.

43 Oculus in uertice sceptri Regij. sign. Solem utpote qui totum orbem uideat, & regat, ex quo nonnulli uocant eum Iouis oculum. Cartar. libr. de imaginibus Deorum capit. de Apolline.

44 Oculus cum multis sceptris. sig. Osirim imperasse uniuerso orbi. V. Taula osiriana.

45 Oculus, duæ spicæ tritici in modum Crucis positæ, & ensis persicus nomine acinacis, duo flagella quibus excutitur triticum transuersũ posita cum circulo, mundus in tres partes diuisus cũ Sole, & Luna, unus temo, uas unũ in quo sit ramus oliuæ cũ baccis, una patina, ibides duæ, sex numi in circulum positi, sacellũ quoddã cũ ianua aperta, duo perpẽdicula. sig. D. Iulio Cæsari semper Augusto totius orbis gubernatori, ob animi clementiam, & liberalitatẽ Aegyptij communi ære sacro erexere. Poliphilus l.b. 1.

46 Oculus dexter in homine sign. Solem sicuti sinister sign. Lunam, & hoc quatenus Sol est principium lucis, nam quo est principium uitæ tunc cor significat eum. Franciscus Georgius in Armoni. Cantico primo tono sexto cap. 16.

47 Oculus iuxta illud Hier. 3. Leua oculos tuos & c. significat Religiosos, sicuti locus significat Laicos, & uiæ significant Clericos, quos Ecclesia monetur suscitare ad mundi miseriam & Dei nostri gloriam speculandum. Abbas Ioachim in Hierem. cap. 3.

48 Oculi similes filio hominis, uelut flamma ignis. significat uitam contemplatiuam

sicuti eius pedes similes auricalco, signif.uitam actiuam. Ioach.Apoc.fo.44.

49 Oculi Dei ut est illud Hierem.cap.32.cuius oculi aperti sunt super vias filiorum Adam,sig.Dei uim cognoscendi,& omnia penetrandi, & immensitatem perspicaciæ, qua uniuersa per lustrat, & qua nil quod a nobis geratur vel cogitatur,eũ lateat. Origenes in Hierem.Hom.12.

50 Oculi Domini, ut est illud psal. 32. Ecce oculi domini super metuentes eum, sig.Dei misericordiam benignitatem,& approbationem. D. Basilius in psal.32.

51 Oculi Christi velut flamma ignis, ut est Apoc. 1.sign. Christi Domini præcepta, quæ illuminant oculos mortalium.Laur.in uoce oculus.

52 Oculi Dei,ut est illud Isai. 13.& super filios nõ parcat oculus eorum,sig.Dei Iudicium, & Irã. Lauret.ut supra.

53 Oculi Domini,ut est psal.33. oculi Domini super iustos,sign. Angelicas virtutes, hominum protectrices,vel sign.prophetas, & sanctos D. Basilius in psalm. 33.& D. Hieronim. in Zachar.9.

54 In Oculis Domini Christum D. glorificari, ut est Esaiæ 49.& glorificatus sum in oculis Domini, sig.in Christum gentes credere. D. Hieronym.in Isai.49.

55 Oculi vulturis,ut est Iob.28.sign. Christi D.intentionem,in operibus redemptionis. D.Gregor.18.mor.21.

56 Oculi columbarum,ut est cant.1. signifi. dona Spiritus sancti. Lauret. in uoce oculus uel sig. homines seruantes simplicitatem, quam prædicant. Lauret.ut sup.

57 Oculi in Ecclesia,sig.intelligentes, & acutos ad intelligenda misteria. Vel sig.prælatos,& sacerdotes. Lauret.ut sup.

58 Oculus simplex aut nequam,ut est Matt.6. sig. prælatum bonum aut malum. Orig.in Matth. homil.5.

59 Oculi generaliter accepti,sig. animæ uim cognitiuam. Laur.in uoce oculus.

60 Oculi Samuelis,ut est 1.Reg.8. sign.intellectus mentis per gratiam reseratos. Lauret.ut sup.

61 Oculi columbæ,sig. intellectum recte intelligentem scripturas sacras,vel sig.simplicem cognitionem passionis Christi.Lauret.

63 Oculi aperiendi,ut est Genesis. 3. sig. aut mentem aut cognitionem: oculi uero claudendi, sig.aut conscientiam aut mentem.

65 Oculus sponsæ dexter,ut est cantic.4. qui vulnerat cor sponsi,sig. virginitatem, & oculus sinister quo capitur sponsus,sign. fidem Lauretus ut supra.

64 Oculi sapientis, qui dicuntur esse in eius capite sign.prudentiæ perspicacitatem, & prouidentiæ. Laur. ut supra.

65 Oculi sign.naturale iuditium boni,& mali.

56 Oculi 7.sig.septem dona Spiritus S. quod sicut oculi regunt hominem, ut in tenebris non offendat,ita illa septem dona efficiunt, ut homines in hac lacrimarum ualle uias uere salutis ingressi tandem ad optatam patriam læti perueniant. v. 7. Spiritus v. septem Lampades & Ioach.in Apoc.f.30.

67 Oculi 7.in uno lapide,ut est Zach.3.sig. Spiritus sancti septem dona, quæ in uno Christo vero lapide fuerunt. Lauretus in uoce oculus.

68 Oculi aquilæ,ut est Iob.36. significmentes sanctorum.

69 Oculos eleuare, ut est Genes. 12. sign. ascendere ad sublimitatem mentis. Lauretus in uoce Oculus.

70 Oculos stultorum esse in finibus terræ, ut est prouerb.17. sign.homines stultos tota cordis intentione conspicere ea, per quæ ad finem terreni desiderij perducantur. Lauretus ut supra.

71 Oculus dexter,sign.amicum, & consiliarium in rebus diuinis, & oculus sinister,signific. amicum, & consiliarium in rebus terrenis. Lauretus.

72 Oculus scandalizans,sig.vxorem.

72 Oculus dexter sign. intuitum æternæ claritatis, & sinister sign.concupiscentiam carnalem,uel oculus dexter,signific. gratiam Dei, & oculus sinister,signific. supplicium, oculus dexter sig. vitam contemplatiuam, & sinister, signific.uitam actiuam.

74 Oculus ut est Deut. 13. neque parcat ei oculus tuus,sig.misericordiam.

75 Oculi sign. iudicium, ut est Deut. 16. munera excæcant oculos sapientum.

76 Oculi populi Iudæorum,ut est Isai.29.sig. principes,& Prophetas Iudæorum. Lauretus in uoce oculus.

77 Oculus videns,ut est illud Iob. 29. & oculus uidens testimonium reddebat mihi,signific. populum Iudæorum,cui per Prophetas Christus Dominus prænunciatus fuerat, & in præsentia aduentus eius testimonium illi reddebat Lauret.ut sup.

78 Oculi quasi hominis in cornu bestiæ,ut est Daniel. 7. signific. Antichristum futurum hominem,& non Dæmonem. Diuus Hieronim. in Dan.7.

79 Oculi septem super lapidem unum, & lucernæ septem super unum candelabrum, ut est Zacharia.4. signific. septem dona Spiritus sancti super unum Christum Dominum Nostrum Rupertus libro 10. cap. 20. de victoria uerbi Dei.

80 Oculi animæ apud Zoroastrem, signific. partes animæ, quas homo dirigit ad intellectum quo colat & reuereatur Deum. Farra.fol.23.

71 Oculum in prima lingua dici. Oog. ab hoog. idest altum. mystice, signific. nos memores esse debere oculos nobis datos esse, ut excelsi perpetuo contemplemur. Goropius in Hieroglyph. libro 14. folio 223.

82 Oculus hominis, qui inspiciat astra, ita, ut menti videatur materiam suppeditare, & exordium, e quo ad altissimum cognoscendũ quæ

queat peruedere, quod fiet si oculus stellas spectet, & eas certa aliqua ratione metiatur, ut si ab oculo duo radij ascendant ad stellas, & ea certa norma metiri videantur. signific. hominis ipsius sublimitatem; qui oculis ad coelum, & mens ad eorum motum, & causam peruenire possit, & Dei vnius cognitionem aliquatenus habere.
Goropius ut supra. fol. 226.

1 OCCIDENS, mare, Insulæ & variæ locorum partitiones quas Platoni Critia describit, sign. generationis materiam, & mobilitatem diuersam. Ficinus in Critia.

1 OCCVLTVM, ut est Rom. 2. in die cum Iudicabit dominus occulta hominum, sign. peccatum, ad augendam formidinē D. Paulus dixit occulta, & non peccata, homines enim aperta solummodo iudicant. Gousch. lib. 2. Elocution. sacr. scrip.

1 ODISSE animam, & abnegare semetipsum, in Sacris literis sunt Synonima. Gouschcl. lib. 1. Elocution. Sacr.

1 ODOR bonus sign. famam bonam. Quam quis bonæ uitæ operibus habet, dum vestigia sequitur quasi pedes eius preciosissimo odore perfundit, ita quod in alijs personis plerumque flagitium est, in diuina uel prophetica persona magnæ cuiusdam rei signum est: D. Augusti. lib. 3. de doctrina Christiana.

2 Odor fetidus apud Chimistas in materia lapidis sig. putrefactionem. sicut, & color niger, & materia in tactu subtilis, & discontinua. Auicenna in tractatulo cap. 3.

1 ODORICVS iuuenis cui Zerbinus crediderat Isabellam suam, tentans illam violare, signif. periculosum esse adolescenti vel iuueni virginem pulchram, & integram seruandam committere. Ariosti Cantu. 13. Clemens Valuasorius.

2 Odorico veniam concessam a Zerbino de errore in Isabellam fuisse, sig. amantium errata propter amorem, ignoscenda esse. Ariosti Cantu. 24. Clemens valuas.

1 ODORARI in Sacris literis, sign. Placere iuxta illud Noe sacrificauit, & dominus odoratus est. 11. Domino placuit Sacrificium Noe. Valer. f. 237.

2 Odoramentum siue odor bonus, sign. gloriosam famam, & ut ait D. Paulus Christi bonus odor sumus, & odor, qui ex vnguento, quod ex Aaronis barba diffluebat. suaue quid in omnium nares spirabat, sig. indicem bonæ famæ, quam sibi sacerdos quilibet comparare deber. Vale. f. 401.

1 OET vox primæ linguæ quæ interpretatur vacuum & inane. Sed mystiee propter eius partes, sign. Christum D. nam ipse humiliauit semetipsum usque ad mortem, mortem autem Crucis, & quia qui se humiliat exaltatur, propterea Deus exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium, & infernorum Oi prima hyteræ gocis Oet. signifi.

æternitatem, & Christus Dominus est æterni patris filius oet, significat inanitatem, Christus Dominus est suprema inanitatis Idea, eo quod summa se se omnis perfectionis plenitudine exinanierit, dum æqualis patri in humanam se se demitteret naturam, & se in forma miserrimi serui Cruci affigi, & diris tormentis enecari patientissime ferret, & uti Christus Dominus ex inanitate exaltatus est, uti Oet. si conuertatur, ut fiat teo. denotat ad æternum siue ad altum, quod significat Christum Dominum ab æterna sublimitate ad infimam descendisse inanitatem, quam notat oet, sed ex hac rursus ad illam summam æternitatem peruenisse, & humanam naturam omnibus rebus creatis altiorem reddidisse, ut indicat te O. ex quo sequitur, ut O. sign. æternitatem altitudinem, & quietem; nam in æternitate sublimi inest omnis quies. Goropius in Hieroglyph. lib. 5. f. 71. & 72.

1 OFFENSIO & abominatio, ut est Ezech. 5. in omnibus offensionibus tuis, & in oibus abominationibus tuis, sig. ut ait Theodoretus Idola. Gousch. lib. 2. Elocut. Sacr.

1 OFFERTORIVM quod sequitur recitationem Symboli in Sacrificio missæ, sig. quod sacerdos offert Deo fidem ueram, & catholicam in Symbolo solemniter professam, & offert vota populi, offert holocaustum sui, & offert sacramenta Dei. Aemarus Hennequineus lib. de cerem. cap. 24.

2 Offertorium in Missa, sign. sacrificium Spiritus contribulati. Georgius Ederus, in oconom. Tabula. 60.

1 Officium diuinum inchoari ab aduentu Christi Domini sign. per aduentum Domini omnia esse facta noua iuxta illud Apocalip. 21. Ecce noua facio omnia. Ideo in honorem aduentus Domini a tempore prædicto, & renouationis Ecclesia incipit officium suum. Mich. Timotheus in Diuinum officium quæstion. 1. tract. 3.

2 Officium passionis inchoari a Vespera Dominicæ quintæ quadragesimæ, idest in sero Sabbati nam ea die Iudæi inierunt consilium aduersus Iesum, & tunc ecclesia incipit luctum, ut sig. compassionem quam habet Domino suo, ut corpus capiti. & ex tunc lugendo recitat uexillum Regis mysterium Crucis, & cætera passionis. Michael ut sup. quæstione 55. tract. 3.

3 Officium in quinta feria cœnæ D. incipere ab illo uersiculo. Zelus domus tuæ comedit me. sig. Christi D. amorem uehementem in Ecclesiam fuisse causam cur pateretur. Michael. ut sup. q. 64. trac. 3.

4 Officium Beatæ Mariæ Virginis a die quintæ feriæ cænæ Domini omitti usque ad octauam Pentecostes sign. memoriam & reuerentiam passionis, & resurrectionis Christi Domini ardentius insistere. cum honor, & obsequium specialiter hoc tempore Christo eius nato in nostra humanitate passo, & glorifi-

glorificato impensum redundet in ipsam matrem. Michael vt sup. quæst. 87. tractat. 3. &

5 Officium mortuorum similiter eo tempore omitti. sig. eandem causam, vt scilicet ad unum officium quod ad Christum pertinet vehementius occupemur. Michael ut supra quæst. 88. tract. 3. v. mortuorum officium.

6 Officium mortuorum incipere a Vesperis, sed non habere secundas Vesperas. v. mortuorum officium.

7 Officium Sanctorum habere primas & secundas Vesperas. v. Sanctorum officium.

Olea v. oliua.

1 OLEASTER iuxta illud D. Pauli. Si tu ex naturali excisus es oleastro. significat hominem minimæ frugis, vel Idolatram. Valerianus f. 386.

2 Oleaster, vt est illud D. Pauli ad Rom. 11. sign. populum Gentilem, qui insitus est in olea hoc est in fide Abrahæ. Orig. in D. Paulum ad Rom. 11.

3 Oleaster ut supra sign. Philosophum, qui multa habeat non concocta, propterea quod & libenter inquirat, & facile assequatur, & pinguedinem appetat ueritatis, si per fidem diuinam acceperit virtutem in bonam insertur conditionem. & fit bona & satiua olua. Clem. Alexand. stromat. Tu vide infra, quæ fit quatuor modis.

Oleum. v. ἔλαιος.

1 OLEVM vel Chrisma. sig. nomen Dei quadriliterum, iuxta illud oleum effusum nomen tuũ & hoc quia oleum sig. misericordiam & propitiationem quæ uirtute diuini nominis tribuitur. Fran. Geor. p. 155. t. 2.

2 Oleum & thus prohibitum in Sarificio pro Zelotipia. sign. oleum adhibendum, & thus tantũ in sacrificio Deo oblato, & non in Sacrificio facto pro probatione, ut erat sacrificium Zelotipiæ, nam oleum signific. diuinitatem, & thus sign. orationem. Franciscus Georgius problem. 379. toni. 2.

3 Oleum non commisceri alijs liquoribus signifi. Diuinitatem, licet nos vngat, non tamen nobis misceri, oleum enim signific. Diuinitatem, & Deus in omnibus est absque mixtura Franc. Geor. p. 265. t. 6.

4 Oleum iuxta illud date nobis de oleo uestro. & iuxta illud non impinguet caput meum oleum peccatoris. sig. laudem adulatoris. D. Augustin. libr. 83. quæstion. & libro primo de uerbis Domini.

5 Oleum peccatoris quo inpinguatur caput eius. sign. vel assentationem indecentem adulantis, uel deceptoriam lenitudinẽ blandientis. D. August. lib. 2. de origine animæ.

6 Oleum emollire ferrum. sign. oliuam. sign. pacem sicuti ferrum sig. bellum. & quemadmodum pax emollit bellum, ita oleum ferro ignito super infusum, ineptũ, & inutilem ad feriendum reddit. Valer. f. 385.

7 Oleum sig. condonationem, ueniam & misericordiam, quòd D. N. I. condonaturus pœnam adulterij mulieri, quæ a pharisæis erat facta rea ex olivueto in templum descendebat. Valer. f. 985.

8 Oleo conspersos panes sine fermento Deo offerendos esse, sig. virum nulla, vel ingenij subtilitatis, vel doctrinæ gratia præditum, sed vita tantum hominem professum, alioqui vel mercaturæ, vel agricolationi, uel piscatui, aut militiæ, aut sellularijs artibus deditum, qui simplicitatem suam, quam sign. simila. quærat Deo per diuinam misericordiam, quam sign. oleum communicat dare. Valer. 385.

9 Oleum quod Augusti tempore in natiuitate D. N. I. Chr. tota die nulla intermissione e taberna meritoria trans Tiberim e terra effluxit, sig. diuinam misericordiam, quam tunc genus humanum erat a D. consecuturum. Valer. f. 386. lege Rhodig. lib. . c. p. 20.

10 Oleum quod ante Templum Palladis, quod erexerat Epopeus Thessalus Palladi, statim & spõte erupisse fertur. sig. misericordiam qua Pallas utcretur in Epopæum, si illum ex hac uita migrare faceret, quod euenit, paulo enim post occubuit. Veteres enim summam misericordiam putabant se a Deis suis accipere, cũ Dei facerent illos mori. Valer. f. 386.

11 Oleum quod effusum, & infusum in illis vasis apud uiduam Sareptę, signifi. effusionem charitatis Dei in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ioach. psalt. fo. 298.

12 Oleum garo commistum, sign. condonatum crimen prophanæ rei gratia, posthabita diuina. ob historiam Sybaritarum, de qua tu lege. Valerianum f. 386.

13 Oleum in maris fluctus perturbatos iniectum, sig. tranquillitatem, oleum. n. Significare mansuetudinem ait Ioannes Sitiæ monachus. velut uter oleo repletus fluctuum rabiem in serenitatem commutabit. valer. f 386.

14 Oleum sig. Gymnasij exercitationes, & labores, quòd eo Athletæ vngerent, sign. quoque vigilias, & lucubrationes, quæ sunt non corporis, sed ingenij, & mentis exercitationes, & labores. Valer. f. 387. unde illud plus olei quam vini hic insumpsit.

15 Oleum significat victoriam laboriosam, ut inquit Aristander. ad Alexandri Tabernaculum duo fontes vnus ex aqua, & alter ex oleo. Oleo enim utuntur athletæ, & victores olea coronantur. Valer. f. 387.

16 Olei uas plenum dari ei, qui in Panathenaicis victor fuisset, sign. Mineruam, in cuius honore fiebant Panathenaica, fuisse oliuæ inuentricem Valer. f. 387.

17 Oleum sign. hilaritatem, ut est illud psalm. 92. senectus mea in oleo pingui. & illud ut exilaret faciem in oleo. Valerianus f. 378.

18 Oleum quo in sacris litteris panes non fermentati, & collyrides conspersæ, & lagana obuncta erant. sign. Apostolorum doctrinam,

legis

legis eloquium, & mystica prophetarum uerba. Obuncti enim prophetæ, idest lagana obuncti dicuntur, sig. quòd res non tam liquido neque tam patenter explicuere, Colyrides conspersæ, sign. quòd pastim doctrina Christi legis utitur testimonijs, panes uero, qui omni obsonio adijciuntur plenissime hominem pascunt, & omnino nutriunt, sign. Apostolorum traditiones, quæ eædem sunt & Christi D. documenta in omni uitæ tempore, & colore vsui ueniunt, et opulentissime sufficiunt. Val. f. 3 & 7.

19 Oleum Mineruæ Sacrum, sig. virginum uirginitatem Sacram esse debere. Minerua enim dicitur uirgo, & oleum sig. virginitatem, quòd per alium humorem adulterari nequit, sed semper in sua sinceritate persistit sicuti, & ipsa Virginitas. Sanctius in Alciati Emblemate 34.

20 Oleum palestinum apud Chimistas, sig. acetum Joannes Garlandius.

21 Oleum apud Chimistas, sign. limositatem omnium metallorum natantem super menstruú post dissolutionem: illorum est enim necessarium in arte chimia, ut corpora in oleum conuertantur. Clangor buccinæ in cap. operis inceptio.

22 Oleum, sign. gaudium sicuti puluis, sign. tristitiam. Ioach. Apoc. f. 203.

23 Oleum accipere in uasis suis, ut est Matt. 25. sig. intentionem bonam habere in corde qua exerceantur opera bona. Hilar. supra Matt. & Lauret. in uerbo accipere.

24 Oleum ut est illud Ecclesiast. 6. & oleum de capite tuo non deficiat, signifi. caritatem nunquam de mente decidere debere, oleum sign. caritatẽ, & caput sig. mentem. Gulielmus Durand. in proemio Rationalis.

25 Oleo peccatoris impinguari caput, ut est psalm. 140. sign. adulationis blandimenta suscipere. Hieronym. psal. 140.

26 Oleum oliuarum ad Tabernaculum afferre, ut est. Exod. 27. sign. mentis deuotionem bonis operibus, aut orationi adiungere. Idem, sig. frõdes oliuæ afferre, ut est Neem. 8. Gloss. in Exod. 27.

27 Oleum apud Pythagoreos, sig. adulationem. vnde illud oleo sedem ne abstergas, quod sign. ueritatem in fuco, & blandis uerbis nõ esse amouẽdam. Sedes enim signi. veritatem, que est fundamentum in amicitia, ex quo illud oleum non decet panem, quod, sig. adulationem non conuenire amicitiæ. Paulus Scaliger. lib. 4. Epistemonis.

28 Oleum letitiæ, ut est illud psa. dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo letitiæ præ consortibus tuis signi. Spiritum sanctum. Gouschelius lib. 6. 3. Elocutionum sacr. scrip.

29 Oleum sig. misericordiam Dei, quia sicut oleum ceteris liquoribus superfertur, & supernatat, ita misericordia omnibus supereminet Deus operibus, & plus ceteris in homine elucescit. Gouschel. lib. 6.

30 Oleum ut est psalm. 22. Impinguasti oleo caput meum, sig. consolationem, quia sicut per oleũ confortatur corpus, ita per consolationem scripturarum spiritus. Gouschel. lib. 6. Elocut.

31 Olei venditores, ut est illud uirginum prudentum, ite potius ad vendentes, signifi. adulatores, qui enim accepta qualibet gratia, vanis suis laudibus nitorem gloriæ offerunt, quasi oleum vendunt. Diuus Gregorius in Euang. hom. 13.

32 Oleum ut est Cant. 1. oleum effusum nomen tuum, sig. diuinitatem ipsam, & eius virtutem qua præcipue referti esse debent reges, prophetę, & Sacerdotes, & quia Iesus Christus D. fuit rex regum, summus propheta, & Pontifex maximus, ideo refertus esse debuit diuinitate super omnes, de quo psalm. 44. vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Fra Georg. Venet. in Armon. Cant. 1. to. 7. cap. 26. & cant. 2. ton. 3. cap. 20.

33 Oleum quo perfundebantur panes, ut est Leui. 2. significa ipsam diuinitatem, qua perfundi debent animæ nostræ. Clemens Alexan. 2. Pædag. 8.

34 Oleum, sign. ipsum Dominum, a quo peruenit ad nos misericordia. Lauret.

35 Oleum in simila, signifi. misericordiam Dei uel sign. lætitiam, & misericordiam in penitentia, Orig. in Leuit. cap. 1. 2. Hom. 2. & Leuit. cap. 6. hom. 4.

36 Oleum ponebatur in sacrificio pacificorum, & non in sacrificio pro peccato, quod sig. peccatorem non debere habere lætitiam. Lauretus.

37 Oleum sanctæ vnctionis Dei, ut est Leuit. 8. sig. Christi D. sanguinem. Leuit.

38 Oleum effusum nomen tuum, ut est cant. 1. sig. Charitatem quia quicunque Nomine Christiano in veritate censentur, Charitate Sãcta affluunt, qua molliuntur, & ut flammas exemplorum emittant, eadem Charitate continue suffunduntur D. Greg. in Cant. cap. 1. sig. etiam Charitatem Christi. D. in Christianis, & sig. bonam opinionem, & gloriam.

39 Oleũ Samaritani, quod infudit in vulnera illius qui incidit in Latrones, signific. promissionem veniæ, & idem sig. vnguentum peccatricis. Lauretus.

40 Oleum gaudij, ut est Isai. 61. sig. consolationem diuinam. Lauret.

41 Oleum in lecyto, signific. Charitatis hilaritatem, quæ cum impeditur non deficit, Hilarem enim datorem diligit Deus, sig. etiam gratiam in Sacramentis.

42 Oleum in vasis, sign. Lętitiam in corde propter Deum.

43 Oleum Sanctum, sign. dona Spiritus Sancti in Christo D.

45 Oleum in Lenticula, sig. paruam gratiam.

45 Oleum in Cornu, sig. abundantiam gratiæ.

46 Oleum lætitiæ, signific. Spiritum sanctum, quia lætificat per sua dona, signific. etiam opera bona.

47 Oleum Virginum prudentum, ut est Matt. 25. sig. charitatem supereminentem.
48 Oleum in manu sinistra Sacerdotis, sig. executionem operum misericordiæ.
49 Oleum quando ipso conspergitur simila, sig. misericordiam, & quando vngitur caput, sig. scientiæ lucem. Lauret.
50 Oleum Iuniperi. v. Alchitran. t.
51 Oleum quando superfertur alijs liquoribus, sig. misericordiam, quando ignem fouet, sig. prædicationē, quando curat vulnera, sig. peccatorum emendationem.
52 Oleum Virginum prudentum, sign. opera cum fide, & sig. rectā intētionē qua Deo placemus.
53 Oleum ut lucidum, & deseruit ad illuminādum, sig. sacr. scrip. & sig. lucem scientiæ, & eloquentiam.
54 Oleum de Saxo. sign. doctrinam vehementem, quæ habetur de Deo.
55 Oleum Sanctæ vnctionis, signific. sacram scripturam.
56 Oleum effusum, ut est cant. 1. sign. doctrinam Christi D.
57 Oleum quod non debet deficere de capite, ut est Ecclesiasti. 9. sign. sapientiam, quæ debet esse in mente.
58 Oleum in vase, ut est 4. Reg. 4. signific. gratiam Euangelicæ prædicationis intra literam legis.
50 Oleum ut est Hoseæ. 2. sign. præcepta apertiora uitæ nostræ blandientia.
60 Oleum quatenus blandum, & suaue elicitur ex amaritudine oleæ. sig. fomenta adhibenda peccatis curandis, ut sunt reprehensiones.
61 Oleum in lecyto, sign. intellectum rationalem, per quem creatura intelligit creatorem, vt est 3. Reg. 17. Lauret.
62 Oleum in mensura hin per singula Ephi similæ in sacrificium, ut est Ezech. 45. sign. lumen ueritatis in mente; & exhilarationem offerenti D. Hieron. in Ezech. 45.
63 Olei primitiæ ut est Ezech. 45. sign. communicationem bonorum siue spiritualium siue tēporalium. D. Hieron. ut sup.
64 Oleum sig. pinguedinem, & ubertatem, ut est Isai. 5. D. Hieron. Isa. 5. & sig. diuitias, & bona temporalia.
65 Oleum apponere lucernæ, ut est Deuteron. 8. sign. tempotalia doctoribus ministrare. Lauretus.
66 Oleum Dei ponere in mensa Idolorum, ut est Ezech. 23. & Hoseæ. 2. sig. dona Dei uertere in captum Idolorum. & errorum. Lauret.
67 Oleum ferre, in Aegyptum, ut est Hoseæ. 12. sig. Sacram doctrinam, & mysteria miscere profanæ sapientię, quæ uana sapientia dicitur oleū peccatoris.
68 Quasi Oleum adduci flumina Aegypti, ut est Ezech. 32. sig. errores a sana doctrina purgari. Lauretus.
69 Oleum peccatoris, ut est psal. 104. sig. adulationem, qua fouentur peccatorum uitia. Laur. in uoc olea.

70 Oleum myrtinum quo vngebantur mulieres ad Regem ingressurę; ut est Ester. 2. signific. fidei nomen, & pinguedinem dilectionis, quibus vngenda est anima ingressura ad Christum Dominum Gloss. interl. in Ester. secundo.
71 Oleum quo vngebantur altare. Tabernaculi, & holocausti, & omnia eius uasa, signifi. Spiritus sancti gratiam; quæ sola sanctum facere, & consecrare potest. Goropius in Hieroglyph. lib. 13. f. 207.
72 Oleum etiam, sign. Spiritum sanctum. Gorop. ut supra.
73 Oleum, ut est illud unxit te Deus, Deus tuus oleo lętitiæ &c sign. Spiritum pietatis, qui est unū ex septem donis Spiritus sancti. Rupertus lib. 11. cap. 28. de uictoria uerbi Dei.
64 Olei aspersio contra Dominum septies facta, & sanguinis itidem septuplex aspersio, ut est Leuit. 4. 8. 14. & 16. signific. quod expulsis septem dęmonibvs capitalibus, septem dona Spiritus sancti sunt recipienda. Petrus Bongus capite de septem folio 201.
1 OLIMPIA quæ omni destituta auxilio pro Bireno consorte propriam uitam ponere, ut cum liberaret, totis uiribus parabat, signifi. vxoris probæ in uirum suum constantem voluntatem. Ariosti cantu. 9. Clemens Valuasorus.
2 Olimpia fingens amare Arbantem eumque trucidans signific. facilius esse dissimulando iniurias ulcisci Ariosti cantu. 6. Clemens Valuasorus.
1 OLIVA honorari filium Dei, & stratis uestimentis uoluisse, signific. iam incipere reconciliationem, & pacem inter Deum, & hominem; oliua enim reconciliationem signific. Vnde Columba post diluuium attulit ramum oliuæ Noe, vestimenta strata sub pedibus D. N. sign. tunc tempus esse, ut homines inciperent exuere ueterem hominem, & ab affectibus sperni. Franciscus Georgius problemate 4. 15. to. 6.
2 Oliua ab uite cum palmitibus & vuis occupata, & secundum Alciatum, in Emblemate 24. sig. sapientes, & præcipue fęminas a uino temperare debere, sed tamen illud Emblema non satis belle consonat: nam potius ex pictura uideretur contrarium innuere, non enim ex ea colligitur negatio sed potius affirmatio, tu lege annotationes Doctissimi Ioannis Baptistæ Cauallaræ in ipsum Alciatum, eodem Emblemate. v. uiris occupans oliuam.
3 Oliua sig. pacem iuxta illud Vergil
Paciferęque manu ramum prætendit oliuæ,
& Nnc post diluuium columba oliuæ ramum rostro prætendit. Valer. f. 385.
4 Oliuæ aliquot baccas culter impactus, sig. duritiem emollitam, quòd ferrum ignitum inter oleum iactum ad feriendum inutile redditur, & tanta est inter pacem, & bellum discordia, ut eadem res significantis simul stare non

non possint. Hoc etiam faciunt surculus oliuæ & quercus, qui si simul plantentur, alter alterum necat, quod olea, sign. mollitiem, & ista sign. duritiem. Valer. f. 385.

5 Oliuæ ramus in manu Mercurij, sign. agriculturam. Quod Mercurius sit initium & fructiferarum arborum sospitator. Valer. f. 385. Vel, sign. pacem. Quod Mercurius veluti internuncius pacem conciliare credatur.

6 Oliuæ ramus quem genuflexum simulacrum tenet sinistra, & dexteram Hadriano stanti porrigit, sign. Hispaniam prouinciam pacatam & quietam ab ipso imperatore redditam. Valer. fol. 385.

7 Oliua & caduceus, signif. fœlicitatem. V. caduceus, Valer. f. 385. v. pax.

8 Oliua fructifera. Iuxta illud psal. Oliua fructifera est in domo Domini, sign. virũ probum qui misericordiæ fructibus abundet. Valer. f. 386.

9 Oliuæ ramus lana cirrumuolutus, quem in manibus ferre solebant legati supplicantium, sig. supplicationem. Oliua signif. pacem, & luna, sig. indigentiam quod ouesalieno auxilio semper egeant. Vnde Virgil.

Optime graiugenum, cui me fortuna precari,
Et vitta comptos voluit prætendere ramos.

Hic ramus ita circundatus dicebatur oliua precans. Oliua imbellis, & oliua supplex. idem .n. erat Lauri ramus, lana iisdem circundatus. Valer. fol. 386.

10 Oliua fieri simulachra deorum, sign. mansuetudinem uel benignitatem, quod a deis benignitatem, qua maxime prediti sunt, expostulamus, Valer. f. 386.

11 Oliuæ sacram stirpem sponte sua apud Milesios Conflagrati, sig. omne crudelitatis & immane suetudinis genus inter se Milesij erant truculenter exerciturì. Valer. 9.

12 Ex Oliua Iouem aliquando coronari signif. Iouem semper mortalibus vtilem: sicut oliua semper uiret, & semper prodest. cartar. f. 169.

13 Oliua sign. pacem. cartar. f. 314.

14 Oliua sign. æternitatem quod eius materia neque carie, neque uetustate, neque in muro obtrusa, neque in terra defossa, defixa & collocata fatiscat, sed æterno in officio suo perseuerat. Valer. f. 386.

15 Oliuam, sign. uictoriam, quod ueteres ex ea trophæa constituere consueuerint, uel quod victoribus ex oleastro fieret corona. Sed significabat eam uictoriam quæ maxime fuisset laboriosa, quod oleum sig. uictoriã laboriosam.

16 Ex oliua coronari solitos triũphantiũ ministros, sign. Mineruam quæ & Bellona dicebatur belli Deam, & in bello fautricem fuisse Valer. lib. fol. 387.

17 Oliua sign. pinguedinem & vbertatem. Vnde in libro Iudicum, cum a sterilibus arboribus ad imperium uocaretur, illa respondit nolle se pinguedinem suam derelinquere, quæ usui & diis & hominibus haberetur. Valer. f. 387.

18 Oliua sign. spem quod continue uireat, & color uiridis sig. spem. Valer. f. 387.

19 Oliuæ aliquem similem esse, sicuti cupirbat Basilius suos esse, signifi. aliquem plenum bonis operibus nunquam spe denudari. & quia oliua sig. misericordiam illum misericordiæ operibus abundare. Valer. f. 387.

20 Oliua Iouem coronari solitum, sign. Deum omnium bonorum auctorem decere insigniri ea arbore, quæ & uiriditatis perennitatem & pinguedinem semper haberet, essetque omnium aliarum arborum & fœcundissima atque utilissima, vel quod oliua in colore sit glauca, qui color est cœli affinis. Vnde & Pallas ab Homero uocatur glauropis. i. dest glaucos oculos habẽs. vel forsan ut reor quod oliua sig. pacem & pax in se continet omnia bona. Propter quod etiã oliua a deis prælata est aquæ in contentione Palladis & Neptuni. Valer. f. 388.

21 Oliua sign. frugalitatem. Quod ueteres parsimoniæ causa illius barcis uescerentur. & a Platone deliciis contemptis, illæ sint esitatæ. Valer. fol. 388.

22 Oliuam plantari a pueris & uirginibus debere, sig. arborem illam puritate ac munditia delectari. & hac de causa Mineruam uirginem perhiberi. Valer. f. 388.

23 Ad Oliuæ baccas legendas accedere non debere eos, qui sint adulteri, vel alio modo impudici, alioquin anno eam sequente baccas non edere, sign. oliuam. quodammodo immunditias aspernari. Vnde baccarum collectores solent iurare, se ni ad vxores suas ituros. Et in Cilicia oliuas fœcundissimas scribunt esse, quod pueri duntaxat illas colunt. Valer. fol. 388.

24 In Oliuæ folio nomen inscriptum & filo circum caput ligatum apud Græcos, signif. capitis doloris cessionem quod credant esse illius doloris amuletum. Valer. folio 388.

25 Oliuæ ramus sign. Hispaniam prouinciam. Erizzus f. 349.

26 Oliuæ duæ & duo candelabra. de quibus Apoc. cap. 2. sig. duos testes quos Dominus in diebus Antichristi magni ad prædicandum mittet, quorum unus a Malachia in quarto vocatur Elias Theolosph. f. 29.

27 Oliuæ duę, quæ uisę sunt a Zacharia esse super lampadem, quę erat in candelabro aureo, septem lucernis distincto, signif. nonam & decimam spheram, a quibus defluit oleum, idest lux in inferiores spheras: nam septem lucernę in candelabro sign. septem spheras planetarũ, & lampas sign. octauam spheram, & duę oliuę supra lampadem sig. nonam & decimam sphe ras. Paulus Scaliger lib. quinto cap. 4. de rerum causis.

28 Oliua agrestis inserta domesticę, signif. Philosophum qui lubenter inquirat, & facile assequatur, & pinguedinem appetat ueritatis, si per fidem diuinam acreperit uirtutem, ad bonam & mitem cognitionem. Clemens Alexandrin. in lib. 6. Stromat. f. 311.

29 Oliua ut est illud Ecclesi. 24. Quasi oliua speciosa in campis, sign. beatissimam Virginem matrem

trem. Titus prosper Martinengus in Theotocodia cap. 17.

30 Oliuæ duæ ad dexteram & sinistram candelabri, sign. Mosem, & Eliam, qui cum Christo Domino apparuerunt in transfiguratione. Vel, sign. legem & prophetiam, uel sign. legem & Euangelium. vel sign. duos populos quorum Christus Dominus misertus, vel sign. Spiritus sancti duplicem collationem, unam in remissionem peccatorum datam indie resurrectionis, & alteram in diuisionem gratiarum datam in die Pentecostes. Lauret. in uoce olea.

31 Oliua sign. splendorem sapientiæ propter oleū, quod ex ea elicitur, sign. etiam disciplinam, & peculiariter sign. diuinam sapientiam. Ruper. sup. Zachar. quarto Origen. in Matth. homilia triecsimæ secunda. & Diuus Ambrosius. De Noe 9.

32 Oliuæ ramus quem attulit Columba Noe. Et est Genes. 8. sign. misericordiam, & pacem Dei & Lauretus.

33 Oliua sign. charitatem, ut enim oleum a nullo humore premitur sed diruptis omnibus exilit, & supereminet, sic & charitas non potest in ima premi, sed necesse est, ut ad superna emineat. Lauret.

34 Oliua semper uirens ut est Leuiti 24. sig. Iustum ex qua debet esse oleum, quo ardent lucernæ ante Deum, quod sig. elemosinam debere fieri ex acquisitis per iustitiam & non ex rapina. Isych. in Leuit. 24.

35 Oliua ut est Matth. 21. sign. homines fructificantes in Ecclesia. Orig. in Matth. homil. 14. & D. Hieron. in psal. 51.

36 Oliuæ paucę, ut est Isai. 17. sig. Apostolos ex Iudæis assumptos. & oliuæ duæ. sig. DD. Paulum & Barnabam. & oliuę tres. sig. D. DD. Petrum Iacobum & Ioannem. Quatuor & quinque oliuæ. sign. reliquos Apostolos legem & Euangelium prædicantes. Vel sig. paucos electos in fine mundi. Diuus Hieronymus in Isai. 17. & 24.

47 Oliua vber & pulchra ut est. Ose. 14. significat. prędicatorem abundantem uerbis doctrinę. Lauret.

38 Oliua ut est apud Diuum Paulum. Rom. 11. signif. populum Israel manentem in fide cuius rami sign. filios Israel, qui propter incredulitatem excisi sunt, a trunc. Orig. in Rom. 11.

39 Oliua proiiciens florem suum, ut est Iob. 15. signif. hominem qui incipit bene operari, & postea redit ad vitia. D. Greg. mor. 17.

40 Oliuam calcare ut est Michę. 6. sign. sacram scripturam docere, & tractare. dicitur etiam calcare uuam. D. Hieron. in Mich. 6.

41 Oliuam Mineruę adhiberi, sign. pacem inter homines & Deum per Mineruam, id est Christū Dominum inuentam & factam. Et quoniam Hoel in prima lingua signat sanctum, a qua voce Hoel deducta est uox olea, mystice per oleam sign. sanctitas, quam mundus habere nō poterat, nisi Christus Dominus nostra Mineruua dedisset. Lege Goropium in Hermath. lib. 6. fol. 133.

42 Oliuę ramus implicitus, e quo panis & cotyla pendebat, quem ante fores figebant, sig. rerum omnium affluentiam, beato copię cornu effundendam, quod cum ad agnum ex oraculis uetustis pertineret, indocta posteritatis simplicitas ad præsentis uitæ commoditatis applicabant. Vnde puer florenti ætate accinere solebat, eresione fert ficus, & pingues panes, & mel in cotyla, & oleum ad demulcendum, & licem miracum ad inebriandum. Hinc autem ramus quotannis nouus figebatur, ut esset memoria perennis felicis seculi, quod uirga lana obuoluta sig. Panis & cotyla dependens ex eresione sig. uitę cœlestis alimentum, quod agnus erat suppeditaturus, ille ramus dicebatur eresione, deducta uox a uoce primę linguæ cer iô, quę interpretatur honoris fauor, ut sign. fauorem honorificum quem nobis erat facturus agnus Dei tollendo peccata mundi, & nos patri reconciliando, nos regni cœlestis cohæredes faciendo, & nos ut Dei filios sempiterna gloria coronando. Goropius in Hieroglyph. lib. 12. f. 191. & 192.

43 Oliuę truncus a quo germinent duo ramusculi cum uerbis: nouis adoleuit frondibus, signif. mulierem quę post mortem suam relinquat generosam sobolem, & non indignam maiorum suorum. Iacobus Tramontana in funerali Margaritę Austrię.

44 Oliuæ truncus, qui uideatur penè aridus & cauernosus, e quo germen probe frondosum appareat, cum uerbis, expers interitus, sign. hominem qui demonstrat se uel in senectute editurum opera fructuosa, quibus adipiscatur immortalitatem, uel signif. hominem qui demonstrat se in suis posteris esse victurum. Camillus de Camillis in insigni Claudij Pacis.

45 Oliuæ excussio duarum aut trium oliuarum in summitate rami siue quatuor aut quinq; in cacumioibus eius, fructus eius, sign. populi Israel quem oliua sign. sed excussio oliuæ sign. populi Iudaici percussionem. Duæ oliuæ sign. DD. Paulum & Barnabam. Tres oliuæ sign. D. Petrum. D. Iacobum, & D. Ioannem, qui in monte Dominum transfiguratum conspexerunt. Quatuor autem & quinque oliuæ sign. reliquos Apostolos nouem. Qui utique pro diuersitate gratiarum, quæ nobis ignota est, in quatuor & quinque oliuas separati sunt, ut Euangeliorum numerum, & legis uolumina in se sign. vt qui essent prædicatores utriusque instrumenti. Diuus Hieronymus In Isaiam capitulo decimo septimo.

46 Oliuerij & Sobrini incolumitas recuperata precibus Heremitæ, sign. Deum per sanctos suos multa miracula facere Ariosti Cantic. 43. Clemens Valuasorus.

47 Oliueta tolli, sign. misericordiæ opera negligi, uel signif. falsæ misericordiæ opera per prædicatorem reprehendi. Laureu in verb. accipere.

47 Olueta ut est Exod. 23. & 1. Reg. 8. sign. homines

nes proficientes in operibus misericordiæ. D. Gregor. in 1. Reg. 8. & ut est Deuter. 6. signif. Lumen cognitionis. Philo. lib. quod Deus sit immort. & olivæta in malam partem assumpta sign. falsa opera misericordiæ, quæ boni similitudinem gerunt, qualia hypocritarum. Divus Gregorius, ut supra.

2 OLLAE vestigium in cinere turbandum, symbolum Pythagor. sign. iracundiæ signum nullum relinquendum apertum esse. nam olla sig. iræ feruorem propter ebullitionem. fol. 6. p. 460. t. 5. v. olla t 5. uel sig. corporalem & sensibilem crassitiem & confusionem esse relinquendam. uel philosophantem sensibilium demonstrationem oblivisci debere. Scutelius in symbol. Pythar. f. 41.

Olla ignem effundens, fuit symbolum Ioannis Ducis Borbonij, & sig. principis iram formidabilem, & præsenti periculo plenam esse. Paradinus lib. de symbolis Heroi. f. 51. Habet titulum Eius erit quem contingetu

3 Ollæ duę quarum una sit terrea altera uero ænea, & ambæ a torrente rapiantur, sign. malum propter uicinum. Vel, sig. cum potentiore societatem non ineundam esse, quoquo modo olla terrea iungatur æneæ, frangetur ænea, sig. divitem. Terrea uero, sig. pauperem. Alciatus Embl. 165.

4 Ollæ fumantes quæ detinebant homines in errore inexplicabili, signif. animi perturbationes quæ impediunt iudicium & cogitationem. extinctis uero & fractis illis, redditur utrumque. Ariosti cantu 4. Clemens Valuasorus.

5 Olla in diuinis literis, sign. sobolem uel progeniem. Quod sicut ex ola desumitur quod adu ctum facit, cuius beneficio humana uita sustinetur, ita de humano uasculo genitura depromitur, quæ in multas hominum ætates propagatur. Valer. f. 407.

6 Olla iuxta illud psalm. 60. Moab olla spei meæ, sign. Ruth quæ Moabitis fuit, esse illam progeniem, quam Deus spe conceperat. Vnde Christi Domini nostri Generatio quantum ad humanitatem erat propaganda. Valer. folio 407.

7 Ollę in cinere vestigium obliterandum esse, symbol. Pythagoricum, sig. præter supra dicta. Mali præteriti obliterandam esse memoriam. Et iracundię uestigium omne penitus tollendum. Valer. f. 408. v. ollæ uestigium.

8 Ollam petere nouam sponsam a socru quæ eam conuiciis & iurgiis asperius intortis abnegaret, sig. ferendam maiorum esse difficultatem nam illud fiebat a noua sponsa ab ipso primordio, ut socrus difficultatem patienter ferre consuesceret. Valer. f. 408.

9 Olla aquilonis sign. mundi malitiam, in qua diabolus ueluti in aquis decoquet perditos. Abbas Ioachim in Hierem. f. 7.

10 Olla succensa, ut est Hierem. 1. sig. punitionem grauem. Lauretus in uerbo accendere. Et idem sign. uentus urens ut est Amos. 4. Lauretus in uerbo accendere, sig. etiam ignem inferni. sig. etiam cor hominis mundanis curis & anxietatibus feruens sed diaboli tentatione succensum.

11 Olla succensa in aquilone, ut est Hierem. 1. sig. diaboli machinationes. Gouschelius lib. 2. elocut. sacr. script.

12 Olla accensa quam uidit Hierem. 1. sign. infernū igne perpetuo accensum pro ijs, qui non acceperunt virgam uigilantem, quæ sign. Christum D. N. f. 6. p. 354. t. 3.

13 Olla accensa de qua Hieremias. 1. sig. mundum nam mundus inflammatur sæuitia, sig. Cor hominis. Quod cor inflammatur ira, sign. inferni quod inflammatur miseria, & sign. Synagogam quod accenditur perfidia. Abbas Ioachim in Hieremiam f. 4.

14 Olla accensa, sign. negociationem curæ secularis quæ ebullit super tumult. bus & laboribus mundanis. Vel

15 Olla accensa, signif. hominis mentem, quæ uelut olla accenditur peccatis.

16 Ollæ uestigium in cinere obliterare symbolum Pytagor. sign. intellectualibus demonstrationibus utendum esse, & corporeas & uisibiles obliuiscendas esse. Nam posuit cinerem pro puluere tabularum, vbi Mathematicę demonstrationes conscribebantur. Ioannes Baptista Porta in libro de furtiuis literarum notis. f. 18. v. olla. 1.

17 Olla apud Pythagoreos sign. iræ ebullitionem, unde illud olla gignit ungues recuruos. Quod sign. iracundos esse rapaces. vnguis enim recuruus, sign. rapinam. Paulus Scaliger lib. 4. Epistmonis.

18 Olla ut est psal. 59. Moab olla lauacri mei, uel ut uulgata editio habet spei meæ, sign. tribulationem. Olla autem ponitur in malam partem, quod in sensu prauo uelut unda decoctionis exæstuat. Gouschelius lib. 2. elocution. sacr. scriptur.

19 Ollæ ab igne sublatæ non relinquendam esse in cinere figuram. Symbolum Pythagor. sign. non solum fastum & superbiam esse delendum, sed ne iræ quidem esse relinquendum uestigium. Cum enim ira ebullire cessauerit, eam esse componendam, & omnem iniuriæ memoriam delendam. Clemens Alexandrinus Strom. lib. 5. f. 260.

20 Ollas æneas percuti a mulieribus Spartanis per uias publicas & compita ciuitatis, sign. Spartanum Regem esse mortuum. Nam olla & aliud simile uas obturatum sig. animum humanum, in corpore obturatum, sed olla aperta sign. animum exisse a corpore, & illud uacuum esse, sed percutere ollas uacuas sign. ciuitatem priuatam Rege esse etiam priuatam animo. Thomas Porcacchius in funeralibus f. 65.

21 Olla quam uidit Hieremias capitulo primo, succensam sign. mortem & diabolum. Diuus Augustinus in epistola ad catholicos contra Donatistas.

22 Olla in medio igne. v. Aenigma. 19.

1 OLERA & plantas datas fuisse in cibum tantum, primæ ætati mundanæ sign. in prima ætate homi-

te hominis naturam uegetalem admodum uigere, & hominem in ea ætate uires admodum sequi. Sicuti in secunda mundi ætate data sunt animalia in cibum & in sacrificium, quod sign. hominem in media ætate plurimum ualere æstimatiua phantasia & cogitatiua. quas uires, sign. iumenta. In extrema uero ætate datus est mundo ille panis angelorum qui de cœlo descendit, quod sign. in prouecta hominis ætate uim speculatiuam & contemplatiuam homini aduenire. Et hanc rem signif. uolucres in arca Noe. v. Noe. Georgius Venetus arm. folio 119.

1 OLYMPICA tecta, sign. principatus & origenes habitantium & custodum corporum, & magnitudinum. Nam tribus omnia constant, alia enim sunt corpora & magnitudines, alia uero habitant & obseruant corpora & magnitudines. Alia denique habitantium & custodũ principatus sunt & origines quæ merito olympica tecta, ob eorum nobiles actiones dicuntur. Nobilioribus quippe nobiliora, & altiora semper attribuuntur complectentia superos, essentias incorporeas, diuina exemplaria & orbis huius sigilla, quorum instar omnium rerũ inferiorum facies sunt factæ, quæ prisci appellarunt immortales prima, secunda, immortales quoque secunda Deos aptissime statuere possumus. Quæ ut facilius intelligantur sciendum quod. v. Alex. Farra in epistola ad Hestorrem uiscontem. Paulus Scaliger in tomo secundo Miscel. fol. 10. & 11. Triplex est mundus sensibilis intelligibilis & archetipus. in sensibili est receptaculum corporum & magnitudinum. In secundo est receptaculum uirtutis. in tertio est receptaculum principatuum & originũ. Idearum scilicet, ut Ideæ Idea. Hoc receptaculum est mundus archetipus, & quidquid est in eo purissima forma est, quæ immortalia & mortalia informat, & fœtu specifico cuncta utriusq; mundi intelligibilis scilicet, & sensibilis in suo esse conseruat. Hunc archetipum Salij, Martis, Sacerdotes uocabant Lutetium, & philosophi Cretenses nominabant olympum. Hic olympus quidquid est totus ipse Deus est, huius olympi siue Dei tres sunt proprietates, quæ dicuntur conditio, chorus & ordo. Conditio signif. receptionem simplicium formarum, immaterialium, separatarum, per se existentium tam uniuersalium quam indiuiduarum, & sunt ideæ ideatæ generum & specierum. Chorus, sign. gaudium beatorum spirituum & immutabilem uoluptatem, atque ut ait Homerus risum inextinguibilem deorum. v. Olympus. Scaliger ut supra. f. 14. & 15.

2 Olympica certamina quinto quoque anno fieri & per quinque certaminum genera diuersis modis celebrari, sign. memoriam quinque fratrum qui horum certaminum fuerunt institutores, & cum uoluptatibus mores informarentur, & exercerentur uires corporis, & una homines excitarentur ad religionis cultum. Qui fratres fuerunt. Hercules Pæonens, Ida, Iasius, & Epimedes, vel ut alij dicunt horum certaminum deuictis Titanibus Iouem institutorem fuisse. Alij dicunt fuisse Herculem Alcmenæ, & non illum idæum qui habuit fratres quatuor ut supra. & in

3 Olympicis victores coronari oleastro, uel ut alij dicunt ex una oliua quæ dicebatur callistephanus, quam dicunt attulisse Herculem a fonte istri & in olympicis plantasse, sig. Herculis memoriam hominibus seruandam, ut illius uirtutem & labores imitarentur. Natalis Comes lib. 5. cap. 1. Mytholog.

1 OLYMPVS in quo Iupiter mansit, ut est apud Homerum Iliados 14. & à quo Iuno descendit, quando iuit uisura pabulosæ extrema terræ, sign. medium mundum qui totus lucidus, & separatarum formarum plenissimus est, vbi immortalium area, superficies, siue pauimẽtum extat, & recte cognominatur habitaculum deorum, quorum domus alta ut Vergilius in 10. canit. Cuius culmen unitas est: parietes, Trinitas, & superficies est quaternitas. Hanc quisquis relicto corpore ingressus fuerit, erit immortalis Deus: Quisquis in hac uita corpus superauerit cognoscet immortalium Deorum, idest Dei, suorumque angelorum & mortaliũ hominum cohabitationem. Quam Pythagoras eleganter sub ὄντα ὄντως nomine a simul stando appellat. Et Moses vocat per se existentem. Deus enim est illa existentia quæ nec præterijt nec præteribit, imo transcendit omnem temporis rationem, & qui solus potest dicere, sum. Siquidem ipse est omnis essentiæ atque uitæ fons & plenitudo a quo omnia quæ sunt habent esse, quod sunt. Orpheus uocat eum αὐτοτελῆ idest per se perfectum. Et uetus Theologia vocat patrem summum bonum, filium uocat mentem & opificem, & Spiritum sanctũ uocat animã mundi. Vnde illud Vergilij.

Spiritus intus alit totamque infusa per artus
Mens agitat molẽ, & magno se corpore miscet.

Paulus Scaliger lib. 4. cap. 1. de rerum causis. v. Olympica tecta.

2 Olympus mons, cum uerbis, nubes excedit, signif. hominem qui demonstrat se habere animum adeo tranquillum, non sentiat ullam perturbationem. Vel sign. hominem qui demonstrat suum principem ita excedere omnes alios principes sicut Olympus excedit montes. Vel forsan sign. hominem qui demonstrat mulierem a se dilectam nomine Olympiam, ita excedere ceteras mulieres uirtute & forma, ut Olympus &c. Hieronymus Ruscellus in insigni Octauij Farnesij.

1 OMEGA sign. duo Testamenta uetus, scilicet & nouum per omnia sibi coherentia, ut alterum nasci uideatur ex altero, & simile sit genitum gignenti, & unus spiritualis intellectus ex utroque procedens. Ioachin in Apocal. folio 37.

2 Omega in Adamica lingua deuotat circum, sed mystice propter naturam litterarum sig. quidquid circulare & rotundum in seuolutum. Nã o, deno-

o, denotat rotunditatem, & M. denotat rotundū ipsum in se uolutum. ab hac uocula, om, fit Rom. Quo id notatur quo cito se circum agere potest. vel de natura litteræ caninæ, quæ ualidam motionem sign. uel de compositione ra & om, idest ex celeritate, & facilitate in omnē partem, quam qui habet, ualidus est atque potens. Quo fit ut Rom, pro robusto & ualido ponatur, cuius coutrarium est, mor, quod signat illud, quod est ad se incircuitu undique tuendum imbecille, a mor, fit mort, quæ uox denotat mortem, quæ fit uiolenter & per cędem, ut sig. illum qui occisus est, fuisse adeo imbecillem, ut se undique tueri non potuerit. ex Rom, & Hul, fit Romul, quæ uox denotat hominem qui potentiam habet populi tuendi, ipsius populi suffragiis, & uoluntate confirmatam, cui opponitur Tyrannus. Hul enim denotat euectum ad populi custodiam, & tutelam. ex hac re cognoscimus quare ita fuerit Romulus uocatus, & eius frater Remus, qui & ipse erat robustus, sed non ad tuendum populum admissum. Goropius in Hermath. lib. 5. f. 100. ab hac uoce, Rom, deducta est Roma cimbricum uomen, habens maximam potentiam ab ipsis eius primordiis ominatam. Goropius ut supra. f. 101.

1 OMNE quod est adhibita mente secundum Xenophanem sign. Deum. f. 6. an. f. 4.

1 OMNIS & nemo in scriptura sacra. Non semper accipiuntur vniuersaliter. Sed aliquando omnis sign. multos, & nemo signif. paucos. Ioach. Apoc. f. 20 t.

2 Omnis ut est Iosue 1. Vos transibitis ante fratres uestros omnes fortes sig. quicumque sunt fortes Chal enim Hebraice. non distributiue, sed collectiue capitur. vt est Rom. 2. Omnis qui iudicat aliquando signif. quicquam uel nihil, ut est Exod. 40. non facies omne opus, idest nullum opus. Et Leuit. 3. omnem adipem, & omnem sanguinem non comedetis, id est nil adipis. Gouschelius lib. 2. elocut. sacr. script.

3 in Omni libertate ut est ad Philip. 1. sed in omni libertate, sign. palam, manifeste, non obscure. Gouschel. lib. 3.

1 OMNIA producta secundum Proculum girum efficere. sign. omnia creata in suum creatorem reuerti. Georgius Venet. arm. folio decimo tertio.

2 Omnia fieri voce Dei imperantis, sign. Causas naturales nil agere, quod non diuinę artis ordo præceperit. Picus Hept. cap. 2.

3 Omnia prospere successura. v. Alexander. 3.

4 Omnia fuisse communicata Adamo. v. Adam. 14.

5 Omnia tria esse, sign. omnium rerum creatarum essentiæ imaginem quandam Trinitatis, creatricis inesse. Goropius in Hieroglyph. lib. 6. fol. 90.

1 Super OMNIPOTENTEM diuitiis affluere, ut est Iob 22. sig. in amore omnipotentis scripturæ sacræ epulis satiari. Lauretus in uerbo abundare.

1 OMPHALE mulieri Herculem seruisse, signif. illius mulieris amore Herculem captum, & eam pro se imperare permisisse. Palephatus.

1 ON, siue ens, in Timæo a Platone celebratum fuisse, ut inquit Iustinus martir sign. Platonem in Aegypto didicisse ab iis, qui Mosi libros intelligebant, nullum Dei proprium nomen Mosi fuisse apertum, sed hoc ipsum duntaxat ων, siue ens, loco nominis fuisse reuelatū, ex quo Plato intellexit unum solum Deum esse, atque ei soli nullum nomen posse excogitari: cæteros vero qui apud Athenienses pro Diis colebantur, non esse, sed gigni duntaxat, idest esse res creatas, quod ut obscure indicauit, ita non ausus est Plato clare profiteri, metuens ne ad præceptoris sui cicutam cogeretur. Goropius lib. 1. Hermath. f. 13.

2 On. v. Aleph. 5.

1 ONAGER circunspiciens montes pascuæ suæ, ut est Iob. 39. sign. sanctos eleuantes se in contemplationem diuinorum & angelorum. D. Gregor. 30. mor. 29. & 34. & D. Hieron. Iob. 39.

2 Onager attrahens ventum amoris sui, ut est Isai. 2. sign. Iudæos, qui toto impetu ad desiderium libidinis, & ad cultum idolorum ferebantur D. Hier. Isa. 2. Vel sig. Iudæorum imitatores. D. Greg. 16. Mor. 23. vel sign. hæreticum, quem ea quæ ex desiderio scientiæ in mētem concipit, inflant nec alios ædificant. Lauret. in uerbo attrahere.

3 Onager non audiens clamorem exactoris, ut est Iob 39. sign. hominem spiritualem non consentientem graui tentationi Diaboli, nec appetitui gulæ. D. Gregorius 30. Moral. 26.

4 Onager dimissus liber, ut est Iob. 39. sign. Christum Dominum factum hominem solum liberum a lege peccati. D. Gregor. 30. Moral. 29. cap. 15.

5 Onagri, ut est psal. 103. expectabunt onagri in siti sua, sign. homines, qui remoti a turbis secularibus, & soluti ab vxoribus conuersantur, qui uacant potui sacræ doctrinæ. D. August. psal. 103. Lauret. in uoce onager.

6 Onager solitarius ut est Oseæ 8. Iob. 24. & Hierem. 2. sign. hęreticum, qui se a consiliis Ecclesiæ separat. D. Hieron. in Oseæ 8. & D. Greg. 16. Mor. 23.

7 Onager, ut est Hierem. 24. sign. hominem, qui habet ingenium ad percipiendam doctrinam, licet eam percipere non curet. Diuus Hieron. Hierem. 14.

8 Onager dimissus liber, ut est Iob. 39. signif. populum Iudaicum relictum a Deo sine astrictione pręceptorum legalium, Diuus Hieron. in Iob. 39.

9 Onager, ut est illud: nunquid rugiet onager cum habuerit herbam? signifi. populum gentilem, quem sicut natura extra stabula disciplinæ edidit, ita uagus in uoluptatum suarum campo permansit. D. Greg. 7. Moral. 3.

10 Onager, ut est Iob 39. sig. vitam eorum, qui re-

motia turbis secularibus conuersantur. D. Gregor. 30. Moral. 23.

11 Onagri herba sign. internam fidelium refectionem. Diuus Gregorius 7. Moral. 4. & capitulo quarto.

12 Onager, ut est illud Iob 39. sign. homines qui in campo fidei constituti nullius officij loris ligantur. D. Greg. 7. Mor. 4. cap. 6.

1 ONAM filius Iudæ, qui ne suscitaret semen fratris, semen fundebat in terram, ut est Gen. 38. sign. principes inutiles. vel signif. homines qui sibi tantum student, nihil de aliis curantes. Philo. lib. quod Deus sit. Et Beda super Genes. 38.

1 ONS uox primæ linguæ, quæ interpretatur nostrum, signif. nihil esse nostrum, quod non sit prauum & malignum. Nam si ons uertatur, ut fiat, sno, denotat prauum & malignum. Goropius in Hieroglyph. lib. 14. f. 227.

1 ONYCHINI lapides duo, quos sacerdos gerebat in superhumerale in quibus erant scripta 12. nomina filiorum Israel, sex in uno, & sex in altero, sign. duos illos lapides famosos in lege, lapidem scilicet de quo Iacob in benedictione Ioseph: dixit egressus est lapis pastor Israel. Qui lapis alio modo a Diuo Paulo dicitur fundamentale siue fundamentum. & lapidem aliũ qui ab Isaia dictus est angularis. Quorum uterque sign. Christum Dominum nostrum f. 6. p. 145. t. 2.

2 Onychinos illos lapides electos esse duos, sign. duo fundamenta esse mundi corporei & fabricæ spiritualis. onychinus enim circa centrum est terreus, in superficie vero sapphirinus, ut ex hoc sign. duplicem mundum maiorem uidelicet, & minorem, & utrumque compositum ex parte terrea, & ex parte cœlesti. f. 6. p. 146. t. 2.

3 Onychinus lapis dicitur præstigiosus, quod intus circa centrum sit coloris terrei, in circunferentia uero coloris cœlestis. quæ duo sign. biuium mortalium gradientium, & habitantium super terram. nam alij sunt terrena sapientes, alij vero cœlestia. Georgius Venet. in armon. cantic. 1. Ton. 7. cap. 22. vel.

4 Onychini lapides sign. homines, qui & si terrei sunt in centrali natura, mente tamen & affectu cœlum contemplantur, & in cœlum tendunt. Gerog. Venet. in Armon. Cantic. 2. tom. 3. cap. 6.

5 Onychini lapides duo in superhumerali Pontificis, sign. sacerdotem terreuis iam conclusis in centro, debere ubique cœlestem esse. Georg. ut supra. Vel signif. fidem & vitam patriarcharum, quas sacerdos imitari debet. Glossa ordin. in Exod. 28. vel sign. duo luminaria magna in colo. Georgius in Armon. Cantic. 2. tom. 3. cap. 5.

6 Onyx lapis, qui nascitur in Phisõ, hoc est in prudentia signific. spem, miracula, & martirium. Glos. ordin. in Genes. 2. Vel onyx niger sign. humilitatem, candidus, sign. puritatem, rubeus sign. passionem. ut est Exod. 25. 35. & Ezech. 28. Glos. ord. in Ezech. 28.

7 Onyx in quarto ordine rationalis, sign. abstinentiam, & ut habet circulos coloris rubri, albis cingentibus zonis, sign. charitatis ardorem. vel sign. lucem scientiæ comitante zona castitatis. Gloss. ord. in Exod. 28.

8 Onyx propter ruborem sign. ignis elementum. Lauret. in uoce onyx.

9 Onyx in ornatu regis Tyri, ut est Ezech. 28. sig. Angelorum ordinem unum. Lauretus ut supra.

1 ONIVA apud Chimistas, sign. communem. Ioannes Garlandius.

1 ONOCENTAVRVS ut est Isai. 34. sign. hominem superbum, & sign. hominem luxuriosum. Taurus sign. superbiam, & Asinus signif. luxuriam. D. Gregor. 7. Mor. 15. cap. 12.

1 ONOCROTALVS, sign. deformem rabulam, addictum uentri & gulæ, & denique sign. eum cui gula & podex sint omnia. Alciatus Emblemat. 95.

2 Onocrotalus ut est Deuter. 14. & Leuit. 11. signif. auarum qui semper eget. Est enim onocrotalus auis semper famelica. Lauret. in uoce onocrotalus.

3 Onocrotalus, ut est Isai. 34. & Soph. 2. sign. idolatriam uel ipsos idolatras, est enim auis quæ edit solum similem Asinino. Et idolatrę in suis sacrificiis rudere uidebantur. Diuus Hieron. in Isai. 34.

1 ONVS in Prophetis semper sign. molestias labores, & pœnas, quas Dominus per Prophetas minitabatur. Sicuti uisio vel uerbum Domini in Prophetis, sign. clementiam & misericordiam quam Deus per Prophetas pollicebatur. Gouschelius lib. 2. Elocutionum sacrar.

2 Onus omne disrumpere, ut est Isai. 58. sig. dissoluere falsas & peruersas rationes hæreticorum, quibus simplices onerant, & in errorem inducunt. D. Hieronym. in Isai. 58. hanc rem signif. Deum disrumpere puluillos & ceruicalia, ut est Ezechiel. 13. Orig. in Ezech. hom. 2. & Lauretus in uerbo abrumpere.

3 Onus apud Pythagoreos sign. molestiam. Vnde illud symbolum. Onus simul deponas non autem simul imponas. Quod sign. omnibus prodesse, & nemini nocere hominis officium esse, ut scilicet homines molestia leuentur, non autem grauentur. Et illud symbolum. Grauius onus in natura non est ipsa cauda nigra. Quod sign. molestiam maiorem non esse, quam sint falsi fratres. Paulus Scaliger lib. 4. Epistemonis,

4 Onus terræ duorum burdonum, vt est 4. Reg. 5. sign. Christi D. incarnationem. Quod onus Gentilis & Hebræus ob spem æternæ retributionis, portare non renuit. Lauretus in uerbo onerare.

5 Onus contra Babylonem, aut alium locum. ut est Isai. 13. 14. 15. & 30. sign. punitionis diuinæ grauitatem. Lauret. ut supra.

6 Onus ut est Hoseæ 8. sign. Heresiarchæ imperiũ D. Hieron. in Hoseæ 8.

7 Onus disrumpendum ut est Isai. 46. & 58. sign.

dogmata

dogmata hæreticorum, & obligationes fœneratorũ frangendas esse. D.Hiero.Isa.56.& 58.

6 Onus leue ut est Matth. 11, sign. Christi D. legem. Lauret.in uerbo onerare.

7 Onus sign. terrenas cupiditates, & carnis infirmitatem, & molestias. Lauret.vt supra.

1 ONERA grauia ut est Matth.23. sign. legis iugum. Lauret.in uerbo onerare. vel sig. peccata, uel alias signif. idola quæ deprimebant gentes.

2 Onera Asyrij ut est Isai.14. significant peccata, quibus nos premit diabolus. D.Hieronym. Isai.14.

1 ONYCHA quam aliqui uocant ambracam, significat fidei scutum, uel signific. terram elementum. ut est Exod. 30. Origen. in Leuit. hom. 9. & Philo. lib. Quis rerum diuinarum her es.

1 OPES, lutum, & aurum, in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius lib. 1. Elocution. sacr. script.

1 OPHANINI apud Abraham in lib. de formatione significat intellectuales uirtutes, quæ materiæ & elementis disponendis præsunt. & isti orphanini secundum Ezechielem adstant unus ophaninus apud unum Cherubinum, & alter ophaninus apud alterum Cherubinum, quod signif. intellectuales istas uirtutes semper adesse Cherubinis, qui indicant ophaninis picturas ideales, quas singulas formandas in materia & elementis singuli ophanini procurant. Georg. Venet. in arm. Cant. 1. Tono 4. cap. 3.

2 Ophaninorum esse similitudinem unam, quasi ophaninus unus esset in medio ophanini significat in compositis unumquodque elementum esse in alio. Et aduerte quod Ezechiel uidit quatuor ophaninos, qui sign. uirtutes illas intellectuales, quæ erant paratæ ad disponendam materiam suscepturam quatuor elementorum formas, antequam compositum conduceretur. Et Ophaninorum una similitudo sig. in compositis unam tantum adesse faciem. Georg, ut supra.

3 Ophaninos ambulare in quatuor partes, progredi & non reuerti, significat in compositis tendere elementa ad resolutionem, neque unquam reuerti in compositum, nisi a superiore causa deducantur, quod sign. ophanini progredientis ad locum ad quem tendebat caput siue eorum dux, nam elementa sunt superiori causæ obedientia.

4 Ophaninorum carnem, dorsum, manus, & alas esse plenas oculorum, significat tot uirtutes requiri in disponentibus elementa & materiam, quot sunt formæ introducendæ in illa subiecta.

5 Ophaninos dictos esse rotas in auribus Ezechielis, significant generationes & corruptiones continua reuolutione sibi succedere. Georgius Venetus ut supra.

6 Ophin, id est serpentem apud Pherecidem Sirum fuisse caput exercitus rebellantis, signific. diabolum Luciferum fuisse caput angelorum malorum qui de cœlo deciderunt. Georg. Venet. arm. fol. 46.

7 Ophiomachus est reptile subnixum longis cruribus, quibus a terra pro ingenio suo prosilit & sublimi fertur, quemadmodum cætera locustarum genera, significat temperantiam, quæ implacabile absque ullis induciis bellum gerit cum uoluptate atque intemperantia. Ophiomachus enim persequitur, & mactat serpentes, ut eius nomen indicat, serpẽs enim sign. uoluptatem, & delitias corporeas. Philo in lib. de mundi opificio.

1 OPIFICES cognitionum qui apud Amonium sunt quinque, significant mẽtem, discursum, opinionem, imaginationem & sensus. quæ sunt prima & potissima principia Orphicæ philosophiæ. Quorum principiorum mens est primum principium, sed aduerte quod mens intelligitur diuina, non autem nostra, nam mens nostra non est primum principiorum. Vnde apud Hesiodum, & Priscos Theologos prima principia, signific. Deos. Mens uero nostra quando est principium secundum Philoponum, est principium non identificum cum suo fine, sicuti est mens diuina, sed diuersum. Paulus Scaliger tomo secundo Miscelan. folio sexto & septimo.

2 Opifex optimus siue artifex præclarus apud Pindarum signific. Deum. Quem ἀριστοτέχναν uocat. Et Plato in Timæo, cum dicit. Dei Deorum, quorum ego sum pater & opifex operum, similiter significat Deum. Quem in epistola ad Erastum & Coriscum uocat patrem ducis & causæ, & cum dicit, circa omnium Regem sunt omnia, & illius causa omnia, illum omnium causam, secundum autem circa secunda, & tertium circa tertia. Vbi indicat Plato, tres in diuinis personas patrem, scilicet & filium, & Spiritum sanctum. Clemens Alexandrin. in lib. 5. Stromat. f. 278.

1 OPINIO quæ non Deo, sed menti propriæ ascribit omnia. v. Abel. 20.

1 OPIS Dea significat terram. Cartar. fol. 203. quod terra semper & omnibus auxilium præstet. car. f. 204. uel sign. quod opere hominum terra fit fertilior colendo.

2 Opi Deæ faciebant sacra sedentes, & sign. illud sedere, opim Deam terram esse, quæ omnium rerum est sedes. Valer. f. 46.

1 OPTESIS apud Chimistas significat digestionem, quæ uocatur assatio, & fit a calido & sicco cum conseruatione humidi naturalis materiæ quæ digeritur, & cum non completur hæc digestio, dicitur Scatesis. Ioannes Lacinius in collectaneis Chimicis libro 1. cap. 4.

OPVS faciendum fuisse quod non crederetur, ut est Abacuch cap. 1. quia fiet opus in diebus vestris, quod non credetis cum narrabitur, signif. opus diuinæ incarnationis non fuisse credendum ab Hebræis, sic enim traducendum,

& non ut habet translatio nostra, quia opus factum est in diebus uestris, quod nemo credet cum narrabitur. Galatinus libro tertio cap. 1.

2 Opus Chimici principium atque Chimistas, signif. lapidis philosophici dissolutionem. Auicenna in tractatulo cap. 3.

3 Opus alienum a Deo, ut est Isa. 28. signific. punitionem, nam proprium Dei est misereri semper & parcere. Diuus Hieronymus Isa. 28.

4 Opera tenebrarum, ut est ad Roman. 13. abiiciamus opera tenebrarum, signif. opera mala. Sicuti arma lucis ut sequitur, & induamur arma lucis, sign. uirtutem. Gouschelius lib. 3. Elocution. sacr. script.

5 Opus Dei, ut est Ioannis 6. sign. fidem in Christum Dominum. qui dixit. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. Gouschel. lib. 3.

6 Opus pes, uerbum, manus, in sacris litteris sunt synonima. Couschelius lib. 1.

7 Opus ut est Isai. 10. Et erit quando Dominus perficiet totum opus suum in monte Sion, & Hierusalem, sign. quidquid castigationum in terra Iuda a Sennacherib factum est. Gousche lius lib. 2. Elocut.

8 In operibus bonis proficere. v. Ambulare. 1.

9 Opus alicuius ardere, ut est 1. Cor. 3. sign. opera & doctrinam alicuius probari. vel significat uenalia super ædificata per ignem tribulationis purgari. Diuus Ambrosius 1. Cor. 3. & D. August. Enchirid. 68.

1 OOR, in lingua Adamica denotat organum auditus, quia & or in eadem lingua denotat filium Dei, ut mystice sign. in primis audiendū, & discendum verbum, quod erat in principio, & quidquid audimus ad illud principium esse referendum. Goropius in Hermath. lib. 5. fol. 102. v. Vor. v. Orpheus. v. Vuort.

2 Oor sign. æternitatem geniture filij a patre per O, & R. Summo artificis ipsius elementorum sonis depictam, deinde Oor signif. ab æterno principio omnia defluere; quod tremulus litteræ, r, vibrantis plectri sonus Platoni indicaret. Præterea Oor quando denotat aurem, signit. non quosuis sonos, sed uerba notionum, quibus res comprehendimus, uti tesseras quę obiecta propria demonstrant esse audienda, atque inde oor quoque sign. primam causam per uerbum ipsum, primum audiendam. Nisi esset. verbum Dei quomodo intellectus uiliter audiret? Sed de uerbo Dei filio. tu v. Vort. Sed ad uocem, oor, quando denotat aurem, si addatur adspiratio, h, ita ut fiat Hoor, tunc denotat audio, sed eo modo, ut sign. in omni uerbo audiendo adipsam primam rerum causam mentem esse dirigendam, ut nimirum illic pabulum proprium sibi carpat. Goropius ut supra f. 104.

3 Or. v. Vor. v. Oor. v. Satyrus.

1 ORACVLORVM cessatio de qua Porphirius & Plutarchus conqueruntur, sign. esse Dæmonum ablationem a Christo Domino nostro in cruce factam. Idem signif. Pana mortuum esse v. Pan. Georgius Venetus armon. folio 214.

2 Orantes cur a die Paschæ usque ad diem Pentecostes non genuflexi, sed stantes orent. v. a Paschę die 24.

3 Orationem a Christianis septies in die fieri, significat imitationem Dauidis, qui in psalmo centesimo decimo octauo dixit. Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ, & significat nos oportere septies in die orare contra septem spiritus nequiores, quos assumit antiquus hostis noster a nobis depulsus. ut est Lucæ 11. & significat nos indigere septemplici Spiritus sancti gratia contra illos septem nequiores spiritus, & signif. nos munitos Dei gratia contra hostes septem debere ipsi Deo. septies sacrificium laudis quotidie offerre. Michael Timotheus quęstione 5. tractatus primi.

4 Orationem in die ab Ecclesia institutum dici septem tantum uicibus, & non pluribus aut paucioribus, significat numerum septenarium habere rationem perfectionis, nam ternarius significat sanctissimam Trinitatem, & quaternarius significat quatuor Euangelis. Qui duo numeri si inuicem multiplicentur, ut ter quater, uel quater ter, fit duodenarius, quem constat esse perfectissimum, quia mysterium sanctæ Trinitatis & Euangelij per duodecim Apostolos in quatuor mundi partes Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Meridiem est deriuata. Et septem horæ in quibus fit oratio in die, sign. septem dona Spiritus sancti, sig. septem dies seculi, sign. septem mundi ætates, sign. septem petitiones orationis Dominicæ, sign. septem psalmos pœnitentiales contra septē capitalia peccata, uel sign. septem candelabra. Michael Timotheus quæstione 6. tractat. primi.

5 Orationes quæ dicuntur post quinque psalmos a Sacerdote incepturo missam, sig. petitionem munditiæ, & muniminis in corde & in corpore. Michael Timotheus in Missæ sacrif. quæst. 7. tractat. 1.

6 Oratio Dominicalis constans ex 49. verbis, sig. delicti remissionem quod numerus 49. sit numerus remissionis. Iulius Camillus folio sexagesimo quatuor.

7 Orandi forma. v. Aaron. 32.

8 Oratio Dominica, habet septem petitiones quę significant septem dona Spiritus sancti, sign. septem uirtutes, & sign. septem beatitudines, septem dona sunt sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, & timor. Septem uirtutes sunt paupertas spiritus. mansuetudo, luctus, esuries iustitiæ misericordia, munditia cordis & pax. Septem beatitudines sunt, regnum cœlorum, possessio terræ, consolatio, saturitas iustitiæ, consecutio misericordiæ. Dei uisio, & Dei filiatio. Orationis Dominicæ.

Prima petitio est, sanctificetur nomen tuum, & sign. nos petere ut nomen Dei sanctum sit in nobis sign. virtutem pacis in nobis, sign. donū spiritus sapientiæ optari in nobis. Et tandem, sign. nos petere, ut simus filij Dei.

Secunda petitio quæ est adueniat regnum tuum, & sign. nos petere ut regnum Dei nobis adueniat, ut habeamus munditiam cordis, & donū spiritus intellectus, & ut consequamur visionem Dei.

Tertia petitio quæ est, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, & sign. nos petere ut Dei voluntas ita fiat in terra, sicut fit in cœlo: ut nobis donet uirtutem misericordiæ, spiritum consilij & misericordiæ consecutionem.

Quarta petitio quæ est, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & sign. nos petere cibum necessariū corpori & animæ & spiritum fortitudinis esuriē iustitiæ, & iustitię saturitatem.

Quinta petitio, quæ est, dimitte nobis debita nostra sicut nos dimittimus debitoribus nostris, & sig. nos petere ut Deus nobis demittat peccata nostra ut & nos dimittamus aliena. & ut det nobis spiritum scientiæ, luctum de peccato tam in Deum quam in proximum, & ut concedat consolationem.

Sexta petitio quæ est. Ne nos inducas in tentationem, & sign. nos petere ut det nobis spiritum pietatis, & ne inducamur in tentationem, ut habeamus mansuetudinem, & ut possideamus terram, quæ est terra uiuentium.

Septima petitio quæ est libera nos a malo, & sign. nos petere, ut liberemur a malo, ut habeamus paupertatem spiritus, & ut habeamus spiritū timoris, & possideamus regnū cœlorum. Aemarus Hennig. cap. 32.

1 ORBICVLI plures in numismatum forma in piramidibus & obeliscis insculpti. si sint in orbem dispositi sign. impensam publicam, in opere construendo. Si uero sint paulatim dispositi, signifi. impensam per particulares factam. Valer. f. 287.

2 Orbis cum clauo nauis sign. dominium & rectorem orbis. Etrazus. f. 48.

3 Orbis terrarum tres partes principales. Taurus sign. Europam. Chimera, sig. Africam. Vrsus, & Aper, sig. Asiam. Sambucus. f. 113.

4 Orbis terrarum in tres partes diuisus, a cuius parte Orientali equus erumpit medius ab Occidente ut reor aquila, in medio sit piscis. supra quem sit caput uiri barbati, & supra illud caput pueri. a parte orbis superiore egreditur vir quē per manus complectitur angelus, a parte inferiore sunt tres mulieres, duæ mœstæ & media tenet florem in manu, sign. Epitaphium Georgij Bonæ Transiluani, cuius significationes petantur a Sambuco f. 228.

5 Orbis magnus apud Astrologos, significat annos 360. quibus unum signum Zodiaci, & unus planeta dominatur, & regunt uniuersaliter mundum. Quorum dominium in mundo sig. generales & maiores mundi alterationes. Primus aut orbis magnus fuit anno mundi 163. Mars Dominus & signum fuit Aquarius. Secundus incepit anno mundi 524. & Dominus Sol & signum Pisces. Tertius 884. Aries & Venus. Quartus 1244. Taurus & Mercurius. Quintus 1604. Gemini & Luna. Sextus 1964. Cancer & Saturnus in hoc fuit coniunctio, quæ sig. diluuium quod post coniunctionem fuit anno 279. Septimus 2324. Leo & Iupiter. Octauus 2684. Virgo & Mars. Nonus 3044. Libra & Sol. Decimus 3404. Scorpio & Venus. Vndecimus 3764. Sagittarius & Mercurius. Duodecimus 4124. Capricornus & Luna. Tertiusdecimus 4434. Aquarius & Saturnus. Decimusquartus 4844. Pisces & Iupiter. Decimus quintus 5204. Aries & Mars. in hoc natus est Christus Dominus anno orbis 341. Decimus sextus 1564. Taurus & Sol. Decimus septimus 5924. Gemini & Venus. Decimus octauus 6284. Cancer & Mercurius. Decimus nonus anno mundi 6644. Vigesimus anno mundi 7004. & anno Christi 1659. Ita quod constat nos esse in in decimo nono magno orbe. Qui sumus in anno Christi D. 1581.

6 Orbis terrarum. v. Adam. 13.

7 Orbis terrarum pugnabit cum Domino contra insensatos, ut est Sap. 5. signific. in pœna delinquentium, etiam elementorum aduersitatem militare. Diuus Gregorius 6. Moral. 6.

1 ORCVS cæcus sed maximo odoratu præditus, significat naturam ubi in aliquo desit creaturæ, rependere tamen pro defectu aliquid aliud. Iuxta illud.

Ingenio pollet cui uim natura negauit.

Ariosti cantu 17. Clemens Valuasorus.

2 ab Orco captiuos factos, & unctos hircino pingui Orcum illusisse & aufugisse, sign. ingeniū humanum superare uires cuiusuis potentissimæ bestiæ. Ariosti cantu 17. Clemens Valuasorus.

3 Orcus in prima omnium lingua dicebatur Orcone, a quo Græci fecerunt , idest Iuramentum. Nam orcont interpretatur origo notitiæ, quæ nil aliud est quam Deus, or in Adami lingua interpretatur principium & contra notitia, & quoniam per Deum iuranti fides adhibetur, quod pro certo teneamus non solum Deo omnia nota esse, uerum ab eo etiam omnis ueræ notitiæ principium proficisci. Hinc uulgo loco iuramenti dicere solent, Deus nouit, hoc ipso pronunciato originem omnis & scientiæ & ueritatis testantes, quo fit, ut non iurent tantum, sed ueram etiam nominis rationem, qua iuramentum apud Græcos ὅρκος vocetur, addant orcus igitur nil aliud signif. quam sapientiam summi patris, cuius sapientiæ caput galea tectum significat illud peplum Mineruæ, quod nemo unquam mortalium reuelauit. Qua de causa Sacerdotes Aegyptij, dum agerent de Minerua, quæ significat eidem sapientiam Dei, ter acclamabant

clamabant. Primum principium tenebræ, nulli cognitioni peruiæ. Quas tenebras orcus galea sua nobis significat tectus ille quidem, sed non totus, quoniam caput dumtaxat a mortalium oculis abscondat, iuxta illud dictum Mosi. Videbis posteriora mea faciem autem meam uidere non poteris. Hinc homines qui tam occultas res nouissent, ut cæteros mortales eæ laterent, vel illi homines, qui tam prudenter aliquid executi essent, ut nullius alterius acies consilij profunditatem posset intueri, dicti sunt Orci galea tecti, quod scilicet mens ipsorum tam alte in sapientiæ tenebras penetrasset, ut inde tamquam ex altissimo omnis intelligentiæ apice, ipsa quidem omnia uideret a nemine uero uideretur. Goropius in Hermath. lib. 4. f. 70.

2 Orci galea tecti dictum Prouerb. significat homines qui semet arte quapiam occultarent, deductum a fabula Persei. Adagium orci galea.

3 Orci galeam induere Prouerb. dictum, signific. hominem, qui occultus insidiis nocere molitur. Adagium ut supra.

4 in Orci gulam incidere prouerb. dictum, signif. in perniciem & extremum exitium cadere. Adagium ut supra.

5 Orci galea Mineruam se texisse, ne Mars eam uideret, ut est apud Homerum Iliados libro quinto, significat Palladem, quæ omnia sua consilia, e Iouis cerebro, & summo sapientiæ uertice petit, quem caligine perpetua septum constat, Martis oculos impuros, & contrariis inter se elementorum turbis impeditos, penetrare non posset. Mars enim nil aliud significat, quam temerariam quandam ferociam, nulla ratione aut certo consilio, sed insana & furibunda ira ad prelium impellentem. Pallas uero significat prudentiam omnia caute circumspicientem, non solum armis, sed consiliis & iis quidem præcipue nixam. Non igitur mirum si Palladis prudentiam, qua sua consilia & moderabatur & occulebat, Mars non potuerit peruidere, cum animus ira concitatus & totus æstuans, nihil unquam possit uel sani cogitare, uel ab aliis prudenter cogitatum intueri, quia Crassus circa feruentia præcordia fumus omne mentis lumen offuscat, atque extinguat. Goropius in Hermat. libro quarto folio septuagesimo primo.

6 Orci galeam Mercureo a Perseo oblatam fuisse, significat sapientiam patris non alij conuenire quam Iouis filio, & ei qui excellenti mentis celeritate ad obscuram rerum caliginem adspirare posset, uel certe ut ego reor significat Dei cognitionem nulli conuenire nisi filio, ut est illud: nemo nouit patrem, nisi filius, & cui filius reuelare uoluerit. tu lege Goropium ut supra.

1 ORDEI tres bilibres, de quibus in Apocalyps. significat doctrinam quæ simpliciter instruit audientes ad perfectionem laboris propter numerum senarium, qui proprie significat laborem. Vnde Deus in sex diebus perfecit omnia opera sua. & totidem vel diebus hebdomadæ præcepit laborandum uel armis, & septimo quiescendum. Et aduertendum quod dixit tres bilibres & non sex libras. Quod significat omne opus nostrum, si perfectum esse uolumus, debere trinitatis fidem firmiter habere. Ioachin, in Apocalypsim, foliu centesimo decimo quinto.

2 Ordines rerum tres, sunt formarum, rationum et Idearum, qui sign. unusquisque principem suum. Qui principes sunt tres anima mundi, mens Angelica, & ipsum bonum. ordo formarum reducitur ad animam mundi, quæ utique uelut principium motus formas in materia generat, generat autem alias aliis rationibus atque seminibus. Sed ordo rationum in ipsa anima prouenit a mente, quæ est anima altior. quæ mens ab Ideis suscipit rationes rerum gubernandarum. Et ordo Idearum descendit in mentem ab ipso immenso, & simplici diuini boni splendore. Et ideo quando Plato dixit, circa omnium Regem cuncta sunt, significat circa ipsum summum bonum esse Ideas. nam illa appellatio cunctas significat Ideas. Et quando dixit circa secundum sunt secunda. Secundum, significat mentem & secunda significat rationes, quæ secuntur Ideas. & quando dixit circa tertium tertia. Tertium significat animam mundi, & tertia significat formas: & quando dixit circa omnium Regem illa appellatio circa significat Deum esse rerum causam exemplarem, & quando dixit, ipsius gratia omnia sunt, sign. Deum esse causam rerum omnium finalem. & quando dixit, ipse est causa pulchrorum omnium, sign. Deum esse omnium rerum causam efficientem. Ficinus in epistola Platonis ad Dionysium.

3 Ordo nouus creandus a sexto tempore secundi status significatus a Ioseph filio Iacob, & a Diuo Ioanne Euangelista, habebit septē ordines speciales procedentes ab eo, sed unum cohærentem sibi, sicuti Ecclesia Ephesi Diuo Ioanni. Sex uero alios habebit hinc & inde ad similitudinē candelabri, quod fecit Moyses in deserto, & iste ordo significat Spiritum sanctum, & septem ordines ab eo dependentes significant septem dona Spiritus sancti. v. Ecclesiæ 7. Ioach. in introductorio in Apoc. f. 22.

4 Ordo 1. sign. Apostolos, 2. martires. 3. sign. Doctores. 3. Virgines.

5 Ordines quamuis sint septem, ad quos generaliter spectat liber Apocal[illegible]is, quinque tamen sunt qui pertin[illegible]ndum statum. Ordo Apost[illegible]artyrum, Doctorum, Virginu[illegible]m communi uita regularium. Prim[illegible]. Leo. Secundum sign.

sign. vitulus. Tertium sign. homo. Quartum significat aquila. Et quintum signif. sedes Dei. qui per quinque Ecclesiastica tempora clauisse noscuutur. Ioach. Apocal. f. 57. introducto cap. 18. Et quamuis dixerim septem ordines esse, & nominauerim duntaxat quinque sciendum ab ordine regularium prouenire duos ordines continentium, scilicet & laicorũ sicuti ab sensu tactus proueniunt vis ad locum motiua, & uis generatiua. & septem illi ordines sig. quinque sensus & illas uires duas. Mouendi ad locuta & generandi, & hi septem ordines spectant ad D. Petrum, hoc est ad uitam actiuam, & passioni subditam. Sicuti alij septem ordines, qui non sunt ita generales, sig. septem animi uirtutes & respiciunt ad D. Ioãnem Euang. idest ad uitam contemplatiuam. Ioach. f. 18. Apoc. introduct. cap. 19.

Primus ordo religiosorum institutus fuit ab Apostolis i primitiua Ecclesia Hierosolimitanea, & hunc ordinem, sign. Ruben primus ex filijs Iacob. Ioachin introduct. Apocalyps. folio 19. cap. 20.

2 Ordo institutus fuit in Antiochia ubi primum uocati sunt Christiani, & hunc sign. Simeon 2. filius Iacob.

3 Ordo institutus fuit in Alexandria de quo Philo Iudæus refert laudes multas. & hunc significat Leui.

4 Ordo institutus fuit in Affrica a Diuo Augustino, & hunc sign. Iuda, in quo tempore uirgines sacræ maxime floruerunt.

5 Ordo fuit Canonicorum regularium in occiduis partibus institutus, qui tamen est pars ordinis Diui Augustini, qui ordo institutus fuit a Sancto Ruffo & hunc, sign. Isacar.

6 Ordo fui Canonicorum præmonstrensium in quo nonnullæ mulieres sacræ erant addictæ, & hunc sign. Zabulon & Dina. Et huc usque de filiis Liæ.

7 Ordo fuit Monachorum in Ecclesia Græca institutus a sanctis doctoribus, sed non seruatus in illa puritate & sinceritate, in qua fundatus fuerat. & hunc ordinem sign. Dan filius Balę ancillæ Rachel. v. Rachel.

8 Ordo fuit Monachorum institutus in partibus occidentalibus, & hunc significat Neptalim secundus filius Balæ ancillæ Rachel. uide Rachel.

9. & 10. Ordines sunt instituti de laicis in partibus Orientis, scilicet equitum hospitalitium, & militum templariorum. Quos duos ordines signif. Gad & Aser filij Zelcæ ancillę Liæ, sed isti quatuor filij ancillarum cum tribus extremis Liæ compleruut significatum suum in quinto tempore secundi status. equites hospitalarij sunt illi quos nunc uocamus equites Melitenses; nam hospitularij cœperunt Rhodum, turcis eiectis, a qua insula dicti sunt equites Rhodij, & capta postea Rhodo a Turca Solimano, equites Venere in Melitem, ubi nunc commorantur, & adhuc florent, sed Tẽplarij euersi fuerunt a Clemente quinto circa tempora annorum 1285. in 1290. Et eorum redditus assignati hospitalariis. v. promptuarium, sub Philippo pulchro. Templarij propter scelestam disciplinam euersi sunt. & durarunt circa annos 308. Petrus Crinitus lib. 24. cap. 13. de honesta discipl.

5 Ordo siue status hominum triplex coniungatorum, clericorum, & Monachorum. Primus significat Deum patrem. Secundus sign. Deum filium. Tertius sign. Deum Spiritum sanctum. Ioach. lib. 2. cap. 4.

6 Ordo primus significat laborem legalium præceptorum.

7 Ordo secundus sign. laborem passionis.

8 Ordo tertius, qui a duobus superioribus prouenit sign. libertatem spiritualem.

9 ad Ordinem primum pertinent generationes 60. quas enumerat Euangelista Mathæus ab Adam, scilicet usque ad D.N.I. quæ tamen esse deberent 63. Sed misterium numeri sexagenarij, qui sign. laborem, fuit in causa ut tresprętermitterentur. Ocozias, Ioas, & Amasia, qui tres reges fuerunt scelesti. & ideo etiam præter misterium numeri sexagenarij, indigni ut in linea saluatoris admitterentur.

10 ad Ordinem secundum pertinent sexaginta generationes incipientes ab Ozia usque ad finem secundi status qui finijt anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 1260. Vbi Iubileus magnus incipere debuit, Nam si fiat exordium generationum ab Asa, sub quo fuit Helisæus, a quo incepit secundum Spiritum, status monasticus qui signif. Spiritum sanctum, & numeratis generationibus erunt sexaginta nouem, quæ finiunt ordinem laboris & passionis, quas passiones sign. anni sexaginta nouẽ seruitutis Babylonicæ, post quos facta est liberatio a seruitute cum Zacharias dicat hic est septuagesimus annus, sign. ꝙ peractis 69. generationibus incipiet status tertius qui attribuitur Spiritui sancto, & quem tertium statum sign. vita Monastica, quæ secundum Spiritum incœpit ab Helisæo, qui fuit tempore Asæ regis & post 69. generationem inquam D. Dominicus, D. Franciscus, Diuus Thomas de Aquino, D. Abbas Ioachim. D. Bonauentura. D. Petrus martyr, & alij quam plurimi uiri sancti passi sunt, & præcipue Monachi S. Benedicti in Monte Cassino qui a Federico 2. eiecti sunt, & arsum monasterium et ibi relicti & collocati latrones & Sarraceni, Federicus dilapidauit bona equitum templariorum & Nuceram vrbem dedit Saracenis, in qua ipsi regnarent, cõcessis immunitatibus priuilegiis indultis & plurimis alijs similibus i cõtemptum religionis nostræ. v. generationes.

11 In his tribus ordinibus & si ea quæ acciderunt sunt multiplicia: tamen, quia alia post alia usque tertio euenerunt, significat Deum esse trinum in personis, nam si una persona esset Deus, nec tria distincta opera apparerent, neque in vno concordia assignari posset, quod uero ordo coniugatorum incipiat ab Adam,

& deſinat in D.N.I.ſign.ea uerba D.N.dicentis Pater meus uſque modo operatur & ego operor.cum dicit uſque modo ſig.proprietatem ordinis. Et quod ordo clericorum incipiat ab Ozia, & finiat in annum D.N.1260.ſignif. illa uerba D.N.dicentis ad Apoſtolos: Vos autem baptizamini Spiritu ſancto, non poſt multos hos dies. de terno uero ordine qui dicitur Monachorum ſign.illa verba Ioelis dicentis. Erit in nouiſſimis diebus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij & filiæ ueſtræ.

12 Ordo coniugatorum ſignificat patrem Deum, quia ſicut pater eſt pater, quia habet filium, ita ordo coniugatorum non niſi ad procreandos filios inſtitutus eſt a Deo. Et durat uſque ad D. N. I.

13 Ordo clericorum ſignifi. Deum filium. Quia ad hoc ordinati ſunt clerici, ideſt doctores, & ſapientes, ut doceant omnes filium, qui eſt verbum patris, qui miſſus eſt in hunc mundum, qui docuit ueritatem & uiam patris ſui, eſſe ſolum verum humani generis redemptorem. & hic ordo durat uſque ad annum 1260. a natiuitate D.N.I.Ioach.lib.2.cap.8.

14 Ordo Monachorum ſign. Deum Spiritum ſanctum qui eſt amor Dei. Nam ipſe Monaſticus ordo non poſſet mundum, & ea quæ ſunt mũdi deſpicere, niſi amore Dei prouocatus & tractus ab eodem ſpiritu, qui expulit D. N. I. in deſertum.

15 Ordinem uero tertium incipere uno modo ab Heliſeo, & alio modo a D.Benedicto, ſig.Spiritum ſanctum procedere a patre & a filio, & quatenus ordo Monaſticus incipit ab Heliſeo, ubi incipit etiam ordo clericorum, ſign. filium & Spiritum ſanctum procedere a patre cui attribuitur ordo primus coniugatorum. Et tertius ordo, ſcilicet Monachorum, durat uſque ad finem ſeculi.

16 Ordo paſtorum Eccleſiaſticorum reſpicit D.N.I.reſurrectionem. Et ideo leo ſign. hunc ordinem, & hanc ob rem Apoſtoli dicti ſunt teſtes reſurrectionis D.N. I.Ioach. Apoc. f.2.

17 Ordo aliquis ſanctorum v·Angelus.30.

18 Ordo heremitarum emulantium vitam angelorum. v.angelus 30.

19 Ordo iuſtorum qui egredietur de Eccleſia ſpirituali clamans: Vindica Domine ſanguinem noſtrum, qui effuſus eſt ſuper terram.v.Angelus 31.

20 Ordo Heremitarum qui uſque ad mundi conſummationem prædicabunt fidem.v. Angelus 32.intellige Dominicanos.

21 Ordo Monaſticus qui ueluti aqua irrigabit terras.v.Angelus 33.

22 Ordo ſextus prędicatorũ. Et annũciantium tempus ſextum Eccleſiæ in quo erit maxima tribulatio in Imperio Romano.v. Angelus 34.

23 Ordo ſeptimus prædicatorum qui prædicabunt flagellum imminere per Gog.v.Angelus 35.

24 Ordines quinque ſcilicet ſacerdotum, Diaconũ, Euangeliſtarum, Epiſcoporum, & contemplantium, ſign. natiuitatem paſſionem, reſurrectionem, aſcenſionem, & aduentum Spiritus ſancti, & ſign. quinque ſenſus corporis. propter paſſiones, quas ſuſtinent in carne ſua. Ioan.5.lib.introduct.Apocal. f. 17.cap. 18.& ſign.quatuor euangelia, & librum actuum Apoſtolorum Ioach.ibidem, & ſig. quinque tribus maiores in Synagoga, & quinque Eccleſias principales in Eccleſia. Ioach.ibidem, & ſign. quinque panes ordeaceos. Ibidem.dicuntur etiam iſti quinque ordines, Prælatorum, diaconorum, ſacerdotum, Virginum, & communis clericorum Eccleſiæ. Quos proprie pertinere ad labores Eccleſiæ in ſecundo ſtatu ad actiuã, ſcilicet uitam plane conſtat. & ſign. Eccleſiam generalem illam, quam ſign.Rebecca. f. 19. introd.Apocal. cap.20.

25 Ordo quintus prædicatorum iram Dei imminentem.v.Angelus 19.

26 Ordines ſeptem Apoſtolorum, ſcilicet martyrum, doctorum, uirginum, regularium, continentium & laicorum, ſig.ſeptem tribus Iſrael in populo Hebræorum.& ſignif. ſeptem Eccleſias in Aſia ad quas Diuus Ioannes ſcribit. Apocalypſim. & ſignificat ſeptem panes triticeos, & ſign. ſeptem partes Apocalypſis, quæ nihil ſonant hiſtoricum, ſed totum penè quod in illis intelligitur, ſpiritus & uita eſt. Primus ordo ſignificat reſurrectionem. Secundus ſignificat paſſionem. Tertius ſignificat natiuitatem. Quartus· ſignificat aſcenſionem. Quintus, ſextus, & ſeptimus, ſignificat donatio nem trinam Spiritus ſancti de qua. v. in baptiſmo puerum ter oleo iungi. Ioach. lib. introduct.Apocalypſ.fol. 17. cap. 18. Horum ſeptem ordinum quinque ſpectant ad ſtatum ſecundum, ſextus vero & ſeptimus licet ſpectent & ipſi ad ſtatum ſecundum, obſcurantur tamen a ſuperuenientibus, qui ad tertium ſtatũ pertinent. Ioach.ibidem.

1 OREB mons ad quem Helias iuit ſignificat magnam horribilitatem. Ioachim in ſheuem. fol. 4.

2 Oreb. Zeb. Zebee & Salmana, ſignificãt quatuor genera hominum ſecundum mundum uiuentium, ſuperbos, quos ſignificat Oreb, Guloſos, quos ſign.Zeb. Luxurioſos quos ſig. Zebee.& furioſos, quos ſign.Salmana. Abbas Ioachim in Hierem.fol.5.

1 ORGANA uel inſtrumenta appenſa ſalicibus ſuper flumina Babilonis, ſign. admonitiones & inſpirationes bonas ab angelis cuſtodibus animarum reprimi, ne fruſtra laborent in terra aliena, id eſt in obſtinatis, & nolentibus bonum fructum ferre, quod forſan. ſig.illa organa appendi ſalicibus, quæ ſunt infructuoſæ & ſterilem facientes.f.6.p.t 16.t.3.

2 Organum, ut eſt illud pſalm. 150. ſignificat hominis corpus ſicuti chordæ ſignif. corporis neruos, per quos numeroſe & concinne intenditur corpus & ſpiritu pulſatum voces edit humanas. Clemens Alexand.Pædag.lib. 2.cap.4.

1 ORIENS & occidens, ut est in steganographia trithemij, sign. locum, qui dicitur æquinoctialis Zodiaco, in quo sol ab initio a Deo creatus fuit, quod etiam sign. illud in monumenti 8 turbæ Philosophorum quando dicitur, Canis meus ab oriente, & tuus ab occidente concurrerunt. unus alium momordit, qui canes, sign. rerum certarum coniunctionem, in medicina Philosophica ad Chimicos, ad hoc alludit illud Calid. dicentis accipe canem masculum corasccnium, & caniculam Armeniæ, & parient tibi catulum cælestis coloris, & illud de Ortu Salomonis, & de duplici matrimonio secundum Paracelsum. Et illud Poliphili, in principio Hypnerotomachiæ, quod autor scribit de aurora, & illud Ioannis de Meun, in Romantio rosæ gallico de figura serpentis, cuius caput versus occidentem, & cauda uersus orientem quique dorso arborem portat ramis in orientem pendentibus, sed quodam circum fluxu, in cuius obliquitate ipsa incumbat homo pedibus, in occidentem versis. Leo Suauius in scholijs de uita longa Paracelsi fo. 198. & fo. 195. & fo. 165. v. phænix ubi explicatur, qui sit verus oriens.

2 ab Oriente proficisci, ut est Genes. 11. signific. recedere a Deo, vel a recta ratione. Orig. supra Hierem. hom. 4. & Lauretus in verbo abire.

3 ab Orientem uersus Deum adorare, sig. Deum rogandum esse, ut ad illam beatam uitam liceat reuerti vnde, ut eijceremur parentes nostri eō meruerunt, erant enim inter Gāgem, & Acesinem fluuios primi parentes nostri cum exciderunt a Deo propter pomi esum, quæ regio nobis est orientalis. Gorop. in Indoscythicis fo. 508. & 508.

4 Oriens sign. Apostolos. Meridies sign. Martires, Aquilo sign. confessores, & occidens sign. Virgines, nunc Ecclesia addit quintum genus sanctorum, quod est mulierum sanctarum, cui quam partem mundi asfignent nescio vidcre, nisi nonum mundum illi gneri ascribant, Michael Timotheus in Diuinum officium. Questione. 2. tractatus. 9.

1 ORIFIEL primus Angelus siue Spiritus Saturni, cui Deus mundum a principio creaturis gubernandum commisit, & illius regimen cepit decimo quinto die mensis Martij anno mundi primo, & durauit annos tercentum quinquaginta quatuor, & mensibus quatuor. Orifiel autem numen est officij, & non naturæ, spiritui ratione actionis attributum, sub cuius regimē homines fuerunt rudes, agresti more bestiarum in solitudine commorates, quod mea non indiget probatione, cum ex textu geneseos omnibus sit manifestum. v. Saturnus. 50.

2 Orifiel in secundo suo regimine in quo mundum rursus gubernare cepit, regimini suo exordium dedit die uigesimo sexto mensis iunij anno ab origine mundi bis millesimo quadringē tesimo octuagesimo, & rexit per menses quatuor, & annos tercentum, quinquaginta quatuor, usque ad annum mundi bis millesimum octogesimum trigesimum quartum mensémque octauum, & sub hoc regimine, multiplicatę sunt gentes, diuisa terra in regiones, instituta multa regna, turris Babel constructa, lingua rum facta confusio, homines in omnem sunt terram dispersi, ceperuntque homines terram accuratius colere, agros instituere, frumenta, serere uineas plantare, arbores infodere, & quicquid ad victum uestituumque pertinet diligentius acquirere, in isto tempore primum inter homines fieri cepit nobilitatis discretio, quan do uiri, & moribus, & ingenio reliquos excellentes insignia gloriæ a maioribus terræ pro meritis susceperunt. Hinc primum orbis totius in hominum notitiam deuenire cepit, cum ubique multiplicatis gentibus, & multa oriebantur regna, & uariæ sunt linguarum differentiæ subsecutæ. v. Anael 9. & sig. ea quæ secuta sunt in tertio regimine.

3 Orifiel tertia uice mundum gubernandum sumpsit anno ab orbe condito quatermillesimo noningentesimo sexagesimo, & mēse octauo, & præfuit annis tercentum quinquaginta quatuor, & mensibus quatuor usque ad annum mundi quinque millesimum tercentesimum decimum quintum. sub hoc regimine bellum cepit Punicū inter Romanos, & Cartaginenses vrbs Roma perignem, & aquam penitus quasi consumpta est. Colossus imago ærea pedū Cētum uiginti sex terræ motu corruit, vno hic anno pax fuit Romanis post bellū punicū, quā in quatercentum quadraginta annis nunquam sine bello fuerunt. Hierosolima cum templo inceditur, & destruitur per Anthiocum Epiphanem. Machabeorum Historia, & bella geruntur. Cartago ab urbe condita anno Sexcentesimo sexto destruitur, & arsit per dies decem, & septem continuas. in Sicilia septuaginta millia, seruorum contra dominos suos conspiratio fuit, magna illis temporibus portenta in Europa videbantur, animalia domestica fugere ad nemora, sanguis fluxit, igneus e cœlo globus cum fragore micuit. Mitridates rex Ponti, & Armeniæ per annos quadraginta bellum gessit cum Romanis. Regnum Hebræorum restituitur, quod interruptum fuerat annis quingentis septuaginta quinque atempore Zedechię usque ad Aristobulum. Germani Theutones inuaserunt Romanos, & superati ad centū sexaginta millia præter innumerabiles. qui se cū domesticis interfecerunt sub Caio, & Marco Consl. multi nihilominus Romanorum per eos deleti, deinque bella ciuilia, quæ durauerunt annis quadraginta, Romanos ualde attriuerunt, tres Romæ soles apparuerunt, nec diu sed mox in vnū redacti sunt. Paulo post Iulius Cæsar Romanum usurpauit Imperium, quod Octauianus Augustus post eum ampliauit, & Asiam Africam, & Europam in unam Monarchiam adunauit. Imperauit annis triginta sex, per quem Deus pacem Orbi contulit vniuerso, anno ab urbe condita septemcentesimo

mo quinquagesimo primo Octauiani Cæsaris Augusti, quadragesimo secunsto anno ipsius Orifielis ducentesimo quadragesimo quinto mense octauo, vigesimo quinto die mẽsis Decemb. Iesus Christus Dei filius ex Maria Virgine in Bethleem Iudeæ natus est. Nota quam pulchra diuinæ prouidentiæ ordinatio: mundus enim sub Orifiele regimine primo creatus est & sub tertio quoque misericorditer redemtus, & renouatus, ut huic descriptioni regiminis mundi septem spirituum planetarum fidem non modicam tanta factorum consonãtia ministrare videatur. In primo enim regimine Orifielis una totius mundi fuit monarchia: sub secundo, ut supra diximus in multos fuit diuisa. Iterum sub tertio, ut cernitur in unitatem reuocata licet si recte metiamur manifestum etiam sit in secundo regimine Orifielis vnam totius mundi fuisse monarchiam. Cum turris construeretur Babilon. Ab hinc regnũ Iudęorum ablatum est victimeque & Inge sacrificium cessauerunt nec restituetur Iudæis libertas ante tertiam reuolutionem Michaelis Spiritus. Hæeque fiet post Christi D.N. Natiuitatẽ anno millesimo octingentesimo octuagesimo octauo, hoc est anno mundi septem millesimo centesimo septuagesimo, & mense octauo. Christianam Religionem illis temporibus multi Iudæorum, & genetilium assumpserunt simplicissimis atque rusticanis prædicantibus, quos non institutio humana sed Dei spiritus illustrauit, ad primam simplicitatis innocentiam mundus tunc reuocari cepit vtrobique Spiritus Saturni, Orifiele ipsum gubernante, mixta sunt cęlestia terrenis, multi etiã Christianorum pro fide quam prædicabant a mundi rectoribus crudeliter interfecti. Circa finem regiminis Orifielis, Hierusalem pea Romanos destruitur, & Iudæi in omnem terram disperguntur, & interfectis vndecies centum millibus, & venditis octoginta millibus, reliqui fugerunt, & sic Romani Iudæam penitus dextruxerunt. V. Anacl. 16.

1 ORIONAS post Arcturum creatos, ut est Iob. 9. sign. martires post Ecclesiam inductoa, qui suo ortu varias patiendo in mundo procellas excitarunt. D. Gregorius. in 9. morel. 7. & cap. 6.

1 ORNAMENTA, quibus ornata fuit illa mulier, de qua Ezechiel. cap. 16. sig. sacramenta varia, quæ sub velamine, ut aiunt crasso in Sacra latet scriptura, quæ sacramenta sign. ille Thesaurus de quò Christus D. ait. Matth. 13. simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro &c. Rupertus Abbas. lib. 3. cap. 26. de victoria uerbi Dei.

1 ORNATVS quo Hebræi iussi sunt spoliari post uitulum conflatum, signif. uirtutem spiritualem, qua deus disposuerat populum ad suscipiendam, & seruandam legem, qua uirtute propter Idolatriam uituli spoliati sunt. Franciscus Georgorgius problem. 490. tom. 2. 491. tom. 2.

1 OROMASIS apud magos, sig. Deum ipsi enim constituunt tria vniuersi principia Oromasim Mitrim, & Arimanim. Deum scilicet mentem, & animam. a Deo vnitatem, a mente ordinem & ab anima motum prouenire dicunt. Earra. f. 269. Lege Petrum Bongum cap. de ternar. f. 115.

1 ORPHEVS conuersus in cignum, sign. illum fuisse musicum. V. Anaxarete.

2 Orpheum sonantem traxisse quadrupedes aues & arbores, quo ipse iret, sign. eum cantu Bacchas in Pierio furentes demulsisse, & eas cum animalibus, quæ ipse bacchæ adducebant armatas frondibus, & ramis de monte descendẽtes a longe videntibus siluam simulantes secũ deduxisse. Palephatus.

3 Orphei liram habuisse septem chordas. iuxta illud Verg.

Nec non Treicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum

sign. totam musicam diuidi in septem partes in genera, dyastemata, systemata, phtongos, tonos, metabolas, & melophęas. Fulgentius lib. 3.

4 Orphei tabula sig. artem musicæ: nam Orpheus interpretatur secundum Fulgentium optima vox, & Euridice profunda dijudicatio. est enim in quaque arte ars prima, & ars secunda, ut in Grammatica prima est lectio secunda articulatio, in Rhetorica secunda Dialectica, in Geometricis prima ipsa Geometria sa Astronomia, in medicinis prima est Erostice secunda Mantice, in Aruspicinis prima ipsa Aruspicina secunda Paralysis, in Musicis prima ipsa musica, secunda Apotelesmatica, in Gramaticis prima cognoscit aliena secunda efficit sua, in Rhetoricis prima est effrenda loquacitas secunda restricta eloquentia, in Astrologis prima cognoscit siderum cursus, & effectus, secunda significata traduens, in medicinis prima cognoscit morbos, secunda medetur. in Geometricis primas lineas, & formulas pingit, secunda numeros formis coaptat. in Aruspicinis prima inspicit fibras, secunda euentuum immutationem, in musicis prima considerat harmoniam phtongorum sistematum, & diastematum. Secunda uero effectus tonorum, & virtutem uerborum, vnde Orpheus, qui est pulchritudo uocis, sign. interna artis musicæ secreta, & misticã verborum uirtutem, quam sig. Euridice, & hãc amari ab Aristæo, & ab illo fugere, sign. mysticam uirtutem ab optimo quoque amari, quem sign. Aristeus interpretatur enim optimus, sed Erudice dum fugit icta a serpente, moritur, sig. mysticam artem vitare hominum coniunctionem, quasi astu quodam quem sign. serpens, ad inferos detrudi. Orpheum vero adisse inferos Euridicem reuocasse, sed ea lege ne eam retrospiceret, alioquin rursus perditurum, sig. uiros prudentes, & precipue Pithagoram voluisse modulos numeris coaptore, & Symphoniarũ pondera terminis aritmeticis per melos, & rithmos, & modulos sequi, effectus uero rationem

reddere

reddere non potuisse. lib. 3.

5 Orphei suaui armonia trahentis ad se omnia animalia fabula, signifi. Artis chimicæ magisterium. Nazarius in somnio 3. cap. 14.

6 Orpheus citharam pulsans, & trahens secum animalium genus omne, sign. vim eloquentiæ quam Euripides Reginã, & Ennius flexanimã appellant. Costalius Pegmate. 92.

7 Orphei statuam cuprestinam, quæ in libetris erat, sub Alexandri Magni aduentum multo maduisse sudore, signif. Alexandri expeditionẽ multum laboris, & poetis, & ceteris rerum scriptoribus fuisse allaturam. Lambertus Hortensius in Epistola ad Philippum Regem.

8 Orpheum traxisse ad se bruta animalia homines aues lapides arbores uentos, & montes, & Phębum, & serpentem, qui custodiebat uellus aureum demulsisse somno apud chimicos, sig. totam materiam, lapidis Philosophici coagulatã, in qua est sal, qui sign. arbores, & herbas, & in qua est anima Philosophica & aurum, quæ sign. animalia, & homines, & uellus aureum Phebum, & in qua est pars mineralis, quæ sig. illud sulphur dictum Mars. & montes, & lapides ossa, & alias res duras, & in qua est aqua Mercurialis, & vapores, qui sig. aues uentos serpentes. Tauros. & dracones. qui aureum uellus custodiebant. Ioannes Braceschus lib. de ligno uitæ f. 30.

9 Orpheus Thracius. Amphiõ Thebanus, & Ariõ Methymnæus uiri, in musica celeberrimi iuxtà Clemẽtem Alexandrinũ in adhortatoria ad Græcos, sign. virosdeceptores, qui prætextu musicæ vitæ perniciem afferentes artificiosis, quibusdam præstigijs, ad corruptas demoniace incitantes, & probra orgijs celebrantes, luctus, in deorum cantica traducentes, primi deduxere homines ad Symulachra, atque adeo lapidibus, & lignis hoc est imaginibus, & adumbrationibus agrestem gentis concitanere consuetudinem. Clemens ut supra. ueruntamen si Clemens Ethimon uocis Orpheus intellexisset, forsitan habuisset aliam opinionem, Nam Orpheus in prima omnium ligua dictus est ab, oor, & fuecht, a quo Græci Orpheus fecerunt diphtongo ui transposita in eu, fuecht autem fit ueg, quod est compono, ordino accomodo & dispono.

Oor, signat organũ auditus & fuech, siue phue, signat compono ordino, accomodo, & dispono, ut dictum est: adeo quòd Oorfuecht, uel Oorphue, denota hominem, qui auribus nutriendis præsit, uel qui disponat auditum, ad audiendum illud uerbum, quod dicitur, or, idest filius, & quòd erat in Oor, idest principio, or, enim signat filium, & Oor, signat principiũ vnde uox Orpheus mystice, sig. aurium supremum esse officium, ut in primis audiamus uerbum Dei, idest ipsum totius vniuersitatis mundanæ, & supermundanæ creatorem, & ad illũ semper arrectis auribus tendamus, & hac de causa aures in acumen sursum arrectæ Satyris, Bacchi auditoribus dantur, quod sig. in omnibus verbis, quæ audimus, ipsam primam rerũ omnium causam esse querendam, eoque sursũ aures in acumen engendas. v. satirus. 8. v. Oor. v. Vor.

10 Orpheus ante diluuium, sig. Adamum, post diluuium sign. Noe, sed in temporuum plenitudine, sign. ipsum Christum Dominum Nostrũ qui fuit verissimus Orpheus, & ad quem Orphica omnia sunt referenda. Gorop. in Hermath. 5. f. 104.

11 Orpheum Mystarum principem dixisse, ætate in sexta studium finite canendi, sign. de rebus creatis non ultra cani posse cum in sexta generatione tota sit terminata perfectio propter senarij numeri excellentiam. Petrus Bongus cap. de Senar. f. 188.

12 Orpheus sign. oratorem, nam Orpheus fuit filius Calliopes, quæ interpretatur eloquentia, & poetica, ut est Horatij ode quarta. Descẽde cœlo, & dic age tibia, longum Calliope melos, & Phornutus in Natur. Deor. de Calliope dicit. Calliope est Rethorica suaui uoce, ac uenusta præcellens, & in uoce Calliope sunt septem litteræ, quæ signifi. septem ideas dicendi vbi Fabius uidetur ponere duplex. ll. pro una littera tantum, ut profecto est, & septenarius, sig. eloquentiam, & Calliope interpretatur ex uocabuli notione, uox pulchra, uox ponitur pro carmine, & pro oratione. Fabius Paulin. Hebd. l. 1. c. 2. f. 9.

13 Orpheus sign. poetam, iuxta antiquorum poetarum mysteria, qui dixerunt illum esse filium Polymnię, & Apollinis. Polymnia. n. signific. Poeticam, sicuti & Appollo, unde Orpheus meritò poetam sig. quemadmodum. n. quando fingitur filius Calliopes, sign. oratorem, ita cum dicitur filius Polymniæ, & Apollinis, sign. poetam, quam rem uidetur Fulg. in 3. mythologicorum, & Beda in lib. de musica Tehorica, & Orphei nominis notione probare, cũ illud interpretentur optimam uocem, quæ est poetarum propria, & reuera Orpheus fuit orator, & poeta excellentissimus, ut testatur Horatius in arte pöetica, & Albricus Philosophus lib. de deorũ Imaginibus, & Fabius Paulinus in suis Hebdomadibus l. 1. c. 2.

14 Orphei Cythara, sign. Poeticæ facultatis præstãtiam. Paulinus ut supra, & Quintilianus. lib. 1. cap. 10.

15 Orpheum cantu traxisse siluas, fluuios, feras & c. sig. illum eloquentiæ præstantia emollisse animos, uelut stipites obfirmatos, & duros, ut sunt siluæ, compressisse homines luxu, & cupiditate nimium diffluentes, ut sunt fluuij: cicurasse inmanitate efferatos, & belluarum instar humanum sanguinem sitientes, ut feræ. Paulinus ut supra, & Boccacius libro de Deorum Geneologia.

16 Orpheum fuisse ab Apolline eruditum, & ab eo lyram accepisse, sign. Orpheum fabricasse lyrã, in ascendente Apollinis, dum lyræ signum esset ingressus, & omnes omnium stellarum fauores ad illam adiuuandam congregasse. est

enim

enim Apollo in cęlesti corpore id, quod in nostro est cor, quod omnium membrorum uirtutem in uoum habet. Fabius Paulin. Hebdo. l. 4. c. 7.

16 Orpheus sign. naturam, sicuti lyra septicordis, sign. omne corpus, & potissimum humanum, ut D. Basilius in 57. psal. exurge psalterium, & cythara, ubi per psalterium animam, & per cytharam corpus intelligit, Paulinus Hebdo. l. 6. c. 1.

1 ORSI in Magorum disciplina, vocatur Deus quem Assyrij dicunt Adad, de quo tu uide suo loco, & interpretatur vnum, & a Persis dicitur Syre. Marsilius Ficinus in Crati Platon.

1 ORTOGONIVS qui est trigonorũ pulcherrimus Apud Aegyptios, sig. vniuersi naturam, cui Plato in rep. nuptialem figuram æquiparauit, quæ habet triangulum trium linearum ad rectitudinem, quatuor basim, quinque angulum subdistentum ambeuntibus æquipollentem. angulus quidem ad rectas lineas, sig. marem, basis, sign. feminam. Anguls subdistentus sign. ex utroque prognatum. Calcag. in lib. de rebus Aegyptiacis.

1 ORYX sign. hominem mathematicum, quòd Oryx clamore edito denunciet tamquam mathematicus ortum caniculæ, & capræ, omnes quas habet Aegyptus ea hora omnes conuersæ ad ortum illius syderis exactè cum mathematicorum supputatione perspicere. Valeria. folio 74. sed Oryx stat contra, contueturque stellam ac veluti numen adesse sentiat, procumbit adorabundus.

2 Oryx sig. virum sitientem, sed sitim perpetuam perferentem.

1 OSANNA in excelsis, quæ uerba post præfationem missæ bis sunt a sacerdote prolata. prima prolatio signif. missionem filij Dei a patre in terram, & secunda prolatio sign. mysterium resurrectionis, & ascensionis in cœlum. Aemarus Heooequuięus lib. de Cerem. cap. 26. & 27.

2 Osanna si latinè explicetur, sign. lox, & gloria, & laus cum supplicatione Domino. Clemens Alexand. in pædag. lib. 1. cap. 5.

3 Osatur apud Chimistas sig. organum. Ioannes Garlandius.

1 OS & eius partes, sign. familiam, & Domum: nam dentes superiores signifi. domesticos, & incolas. Dentes vero inferiores, sign. alienos, q superiores sint capiti adglutinati. inferiores uero maxillæ mobili, & quasi aduentitiæ. Valer. f. 240.

2 Os sig. verecundiam, quòd dicere solemus de impudenti: os non habere. Valerianus fol. 240.

3 Os expuens, sign. amolitionem, quòd cum aliquid abhorremus, in id vel ad id expuimus. Valer. f. 241.

4 Os comedens rosas spicas, & poma simul colligatas, sign. horoscopum, quòd ab horis, quæ sign. tres anni partes, quas partes sign. rosa spica, & pomum, rosa sign. ver. spica, sign. æstatē pomum, sigo. hiemem aliæ atque alia alimenta humano generi sumministrante. Valerian. fol. 241.

5 ex Ore uetera recedere, ut est 1. Regum 2. sign. literam legis dimittere, ut fiat transitus ad sensum spiritualem, vel sign. abijcere verba secularia ociosa, & vana, quæ ad veterem hominem spectant. D. Greg. sup. 1. Reg. 2. & Lauret. in uerbo abire.

8 Os non esse occultatum, ut est psalmo. 138. sig. mysteria Ecclesiæ, quæ deus in occulto fecit, manifestari, & prædicari. Hilarius psal. 138. & Lauretus in verbo abscondere.

9 Os abundare malitia, ut est psal. 49. sig. verbis fraudulentis malum proximi quærere. Laure. in uerbo abundare.

10 Os pelli adhærere, ut est Iob. 19. sig. Christum D. signifi. spiritualem cogitationem sibi vendicare intentionem. Vel sign. uitij infirmitatem uirtutis duritiam putari. Laure. in uerbo adhęrere.

11 Os adherere carni, signi. fortes consentire infirmis, aut signifi. rationem condescendere sensualitati, ut Adam fecit suæ. Liran. in psal. 101.

12 Ossa inueterascere, ut est psal. 31. signific. uirtutes minui aut tolli per peccatum, vel signif. vires mentis labascere. D. D. D. Hiero. August. & Greg. psal. 31.

13 Ori prope esse, ut est Hierem. 12. prope es tu ori eorum, sig. præstare, quicquid postulatur. Gouschel. lib. 3. Elocution.

14 Os sign. voluntatem, ut est Genes. 24. & queramus os eius, sign. interpretem, ut est Exod. 4. ipse erit tibi quasi os, signifi. mensuram, ut est Deutiron. 21. os duarum partium. Gouschel. lib. 2. Elocut.

15 Os domini in scriptura sacra, signif. Doctores sacros, per quos deus loquitur fidelibus. Ioach. Apoc. f. 72.

16 Os augustum, a quo liberat Dominus, ut est Iob. 36. sign. tenebras peccatorum. Lauret. in verbo augustus.

17 Oris apertio, ut est Eph. 6. sig. declarationem mysteriorum. Lauret. in uerbo aperire.

18 Os prophetæ apertum, signif. rem esse completam, quam ille prophetauit.

19 Os Ezechielis apertum post uastatam Hierusalem, ut est Ezech. 33. sig. Christi D. prædicationem esse in mundo dilatatam post Hierosolimam euersam. D. Hieron. in Ezech. 33.

20 Os aperire, ut est Gen. 4. & psal. 110. sig. desiderare uel confiteri. D. Hilar. psal. 118. os aperire ut est psa. 38. sig. defendere, & non aperire os, sig. non defendere.

21 Os Asinæ apertum fuisse a Deo ut est Numer. 22. sign. turbam populorum quandoque clamoribus suis arguere rectores Ecclesiarum ob auaritiam, quam in illis omnes conspiciunt. Lauret. in uerno aperire.

22 Os amarum facere, ut est Iosue. 1. omnis uir, qui amarum fecerit os tuum, sig. non credere, & ut

& ut eſt Num. 20. eo quod amarum fecerit os ad aquas contradictionis &c. Iacobus Gouſch. lib. 3. Elocution um ſacr. ſcrip.

23 Os aperire, ut eſt pſal. 8 t. aperi os tuum uel dilata, & ego implebo illud, ſignific. petere, aliquando, ut eſt Ezechiel. 2. aperit os tuum, & comede ſign. obedire, aliquando, ut eſt pſal. 21. ſign. extrema pericula miniſtrare. Gouſchelius ut ſupra.

24 De Ore egredi, ut eſt illud Ierem. 44. quoniã faciendo faciemus omne verbum, quod egredietur de ore noſtro, ſign. ſtatuere, & eligere. Gouſch. lib. 3. ut ſup.

25 Os Tartareum apertum deuorans animas. poſitum in porta Martis ſecundi gradus Theatri Iulij Camilli ſig. purgatorium, & loca purgandis ſceleribus deſtinata per tempus quoddam ſed non ſemper Iulius Camillus f. 80.

26 Oſſa ut eſt pſal. 33. dominus cuſtodit omnia oſſa mea, ſign. facta fortia, & uirtutes animæ. Gouſch. lib. 6. Elocut.

27 Oſſa in puluere dormire, ut eſt Iob. 20. ſignific. aliquem deperire propter male acta ſua, licet aliqua bene acta ſint. Gouſchelius libro 3. Elocut.

28 Oſſa Chriſti areſcere, ut eſt pſalm. 101. ſignific. fortes Eccleſiæ cœlo fidei contabeſcere, & affligi in malis infirmorum. D. Hieronimus pſal. 101.

29 Oſſa areſcere, ſign. uirtutes deficere.

30 Oſſa areſcere ſicut cremium, ut eſt pſal. ſig. animam amittere omnem delectatioonem boni Lauret. in uerb. in aride.

31 Oſſa arida, vt eſt Ezech. 37. ſig. opera fortia ſine bona intentitione. Lauret. ut ſup.

32 Oſſa Chriſti D. diſperſa, ut eſt pſal. 21. ſign. apoſtolos, qui in paſſione aufugiẽtes diſperſi, ſunt vel cum poſt reſurrectionem iueruot ad prædicandum Euangeliũm ſicuti oues in medie luporum. D. Auguſtiuus. & Gloſ. inter. in pſal. 21.

33 Oſſa filiorum Iſrael diſperſa circum aras, ut eſt Ezech. 6. ſignific. hæreſiarchas confundi circa errores ſuos, & ab inuicem ſeparari. D. Hiero. Ezech. 6.

1 OSCITANS faciens ſibi ſignum crucis dum aperit os, ſigni. memoriam peſtis, quæ fuit ſub Pelagio Papa, & ſub D. Gregorio primo, in qua cum homo oſcitaret ſtatim moriebatur, quod ſignum oſcitationis ſcilicet quam primũ cũ uideret ſe ſignabat ſiue muniebat ſigno crucis, certus de morte inſtante. Michael Timotheus in Diuinum officium Quæſtione 112. tractatus. 3. & adhuc remanet cnnſuetudo, & ea de cauſa fiunt Litaniæ maiores. & ea de cauſa adhuc dicitur ſternutanti Deus te adiuuet. Vide Deus te adiuuet. Vide. Sternutanti.

1 OSCVLVM ſignific. amoris portionem, quia per os & oſculum oſculantes ſe inuicem flatum ſpiritum, & uitam comunicant. Franciſcus Georgius Problemate 126. tomi 6.

2 Oſculum quod datur, ſig. amoris pignus: nam Venus ori præ eſſe dicitur. Georgius Venetus Arm. f. 119.

3 Oſculum quod exhibet ſacerdos aut ſignific. voionem aut ſignific. pacem aut ſignific. Charitatem aut ſignific. conſenſum. Oſculum quod ſacerdos exhibet altari, ſignifi. vnionem, quæ eſt aut unio Verbi diuini ad humanam naturam, aut eſt unio Chriſti Domini ad Eccleſiam, aut eſt unio Chriſti Domini ad animam iuſtam, & innocentem. Oſculum, quod exhibet ſacerdos miniſtris, ſignific. pacem, quæ eſt aut temporalis aut ſpiritualis, aut æterna. Oſculum quod exhibet ſacerdos Patenæ, ſigni. Charitatem, quæ eſt aut in Deum aut in proximum. Oſculum quod exhibet ſacerdos libro, ſignifi. conſenſum ſiue concordiam, qui conſcoſus reſpicit, & patres ueteris legis, & nos euangelicos. Oſculum in miſſa tredecies exhibetur a ſacerdote. Oſculũ adhibetor altari ſeptics. bis patenæ, bis libro, & bis miniſtrantibus, neque id ſine myſterio propter ternarij numeri rationem addita unitate, ternarius enim numerus quatuor uicibus repetitus duodenarium facit, cui adiuncta monade fit oumerus decimus tertius, qui numerus in Chriſto Domino & Apoſtolis myſticus, & Sanctus eſt. Aemarus Henoequinæus lib. de Cerem. miſſæ cap. 9. & cap. 38.

3 Oſculum Reuerentiæ, quo Chriſtiani inter ſe otuntur, ſignific. pacem, de hoc oſculo legenda eſt homelia trigeſima Gryſoſtomi in 13. cap. et ſecunda Epiſtolæ ad Corinthios, ubi Diuus Chryſoſtomus Explicat illa Apoſtoli uerba ſalutate uos inuicem in oſculo Sancto. Aemarus ut ſup.

4 Oſculum accipiens ſacerdos tenetur reddere oſculum pectoris, ut in quibuſdam Eccleſijs ſeruatur, ſign. Chriſtianos non eſſe de illis quibus dicitur pſalm. 27. loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Aemarus cap. 38.

5 Oſculum mortis ſignific. exceſſum aut raptum quendam mentis per ſeparationem animæ, a corpore nõ autem corporis ab anima v. Deus. F. G. p. 372.

6 Oſculo oris ſuis oſculetur me iuxta illud Cantic. 2. ſignific. ibi Salomonem optare ſapientiam ſuperiorem, quæ vocatur lac, quod prebent ubera, quod melius eſt uino; nam vinum ſignific. ſapientiam rerum inferiorum. Quam habuit Salomon: ſed volens ipſe habere ſapientiam rerum ſuperiorum, optabat oſculari oſculo mortis, quod ſignific. exceſſum mentis, qui euenit purificatis raptis & mente ſubleuatis, in quo exceſſu per reuelationem diuinam aquiritur ſapientia rerum ſuperiorum. Franciſcus Georgius problemate Sct. 6. to. 5.

7 Oſculum ſerpentum in caduceo Mercurij, ſign. pacem. Erizzos. f. 123.

8 Oſcula conceſſa mulieribus Romanis. ſign. admonitionem mulieribus, ne vinum biberent

quod

quod osculando facile sentiretur, bibere enim vinum mulieribus Romanis erat capitale, Valer. f. 158.

vel signific. memoriam Romæ mulieris insignis quæ igne absunta classe fuit causa, vt Aborigines vrbem Romam conderent. Valerian. f. 158.

9 Osculum sig. charitatem. quòd Dominus Noster Iesus obiecerit Simoni hospiti se ab illo nō esse exceptum osculo. vt pote ei obiciens frigidam charitatem. Valerianus folio 158.

1 Oseam iussum assumere sibi vxorem fornicariā. sign. Christum fuisse assumpturum sibi in vxorem Ecclesiam Gentilium, & adulterorum Hebræorum sinagogam. Franc. Geor. prob. 227. t. 3.

2 Oseę filium vocatum Isirahel, & filiam Lorechamà. sig. Deum primo accepisse in sponsam sinagogam quę cum multis fornicata est, postea accepisse eam, iam fornicatam ex qua suscepit filium Ixrahel, idest semen Dei, Christum Iesum qui saluauit totam humanam naturam, iā fornicatam, & postea filiam Lorechamà, idest absque misericordia. quia dereliquit domum Israel & sinagogam. Franciscus Geor. prob. 228. t. 3.

1 OSIRIS sign. Solem Cartar. f. 439. v. Horus t. & 2.

2 Osiris indutus amiculo admodum fulgenti. sig. Solem, vel illius nim. Valer. f. 234.

3 Osiris significat Dionysium. Valerianus folio 234.

4 Osirim pingi cum capite capillato, sed cum facie tantum dimidia apparente, & cum gena una, tantum, uel occultata, uel rasa, & altera cum barba prolissa. sign. Osirim toto tempore expeditionis suæ comam barbamque nutriuisse quousque in Aegyptum reuerteretur Annius lib. de antiq. & rebus Ethruriæ. Et Machrob. lib. 1. Satur

5 Osirim concubuisse cum iside. sig. Nilum cum terra misceri. nam Osiris sig. Nilum, & Isis sig. terram. Typhon uero mare. Vnde dicitur Typhonem occidisse Osirim, quod sig. Nilum in mare consumi atq; aboleri. &

6 Osirim a sinistris nasci, & in dextris occidi quod sig. Nilum ab Austro nasci & in mare quod in Septentrionem uergit consumi. Austrum. n. est pars sinistra mundi, & Septentrio sinistra. Celius Calcagn. lib. de rebus Aegyptiacis.

7 Osiris signific. omnem uim, & omne humectum principium, causam uidelicet generationis, & seminis primogeniam. Celius Calca. ut sup.

8 Osirim fuisse nigro corpore. sign. aquæ naturam esse talem, ut terram, uestes, nebulas, cæteraque quibus admiscetur, denigret. Celius ut sup.

9 Osiris sign. Oceanum sicut Isis signific. Thetin tanquam alentem educantemque omnia. Celius ut sup.

10 Osirim colentibus interdictum fuisse ne incide rent arborem domesticam, neque fontem aut quæ effoderent. signifis. ipso colentes existimare non solum Nilum sed quidquid humectum est, esse Osiridis effluxum, & hoc idem sign. aquale quod positum erat pro foribus eius Dei. Celius ut sup.

11 Osiris significat Nili effluxionem. Sicuti Isis significat terram neque omnem quidem, sed eam tantum, quam Nilus irrigauerit semina uegetans. Celius Calcagninus libr. de rebus Aegyptiacis.

12 Osiris Deus Aegypti sign. Solem. Erizzus folio 548.

13 Osiridem a Thyphone in arcam coniectum, & a reliquis coniuratis clauis conclauatum, & a Regina Aethiopum nomine Aso adiutis contra Osiridem. sig. Nilum qui extenuatur a uentis Aethiopicis, qui propellūt nubes ab Etesijs commotas, quibus Nilus augescit in mare admodum tenuem descendere. Vnde Osiridis in arcam coniectio, & conclauatio, nil aliud significat quam ipsius aquæ Nili interitum & occultationem, & ideo dicunt.

14 Osiridem in mense Athyr, idest Nouembris interijsse. Quòd sign. Nilum deficere in eo tēpore, in quo Ethesiæ cessant flare. Celius Calcagn. lib. de rebus Aegyptiacis.

15 Osiridem perijsse decima septima die Lunæ. sign. illum propter numerum in die infausto periisse. nam Pythagorici numerum 17. penitus abominantur, quem uocant ἀντίφραξιν, idest interseptum. numeros. n. 16. & 18. ipse 17. intersecat num. 16. est numerus quadratus, & 18. altera parte longior, quibus solis inter planos numeros contigit æquas habere commensiones. At numerus 17. occurrens utrunq; intersecat, & concisus ipse consistens distinguit ἐπόγδοον, idest superoctonariam rōnē, & interualla inæqualia. Calcag. ut sup.

16 Osiridem regnasse annos octo & uiginti. sign. dies, quibus Luna suas uices gerit. Calcag. ut supra.

17 Osiridis sepulcra ornari materia quæ fit efficta in lunarem formam. sig. quòd Luna Soli propinquans lucere desinat, & oculis nostris auferatur.

18 Osiridis partes quatuordecim, in quas disceptus est sign. dies 14. qui sunt a plenilunio in neomeniam.

19 Osiridem uocari bonum, perfectum, & beneficum, & fortem in die, in qua Luna se subducit radijs Solis ulterius abiens. sign. humectationem tum incipere fortiorem esse in rebus, ut ego reor. & illi maius beneficium afferre. Nam Osiridis uim, & Isidis generationem Lunæ attribuunt. Vocant enim Lunam masculofœminam, nam & Sole impletur, & concipit, & rursum in aere fœmina, & principia quędam genitalia distillat. Calcagninus ut supra.

29 Osiridis in arcam detrusio. significat Lunæ in Plenilunio aduersam soli stationem habentis, & incidentis in terræ umbrā, defectū. Calcag.

21 Osi-

21 Osiridis teniæ nulla umbra fucatæ sed undecunque micantissimæ splendorem uiridum præferentes, sig. principium, quod uirtute sua sit purum, & nullius rei admistione labefactatû. Valer. f. 286.

22 Osiris in anima, sign. mentem, rationem bonorum omnium ducem, & moderatricem, in terra uero, & in cœlo osiris, signific. quicquid ordinem, & temperamentum seruat, quicquid horas, ac periodos anni tuetur. Rursus quicquid in anima est perturbationibus obnoxium & quicquid a prudentia, & sanitate alienum est. hoc signific. Typhon. & sic in corpore quicquid vel excessus vel defectus causa infestat, & quicquid soli adimit lumen quiequid lunæ detrimenta inuehit omne ad Typhonem refertur. Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

Osiris V. Vir. 982.

23 Osiridis inquisitio quæ uocatur Ζήτησις festû, in quo sacerdotes Aegyptij bouem septies circa templum ducebant, post solstitium æstiuum, sign. ab eo tempore se desiderare solem, & septem vices inquibus circunducebant bouem, signific. septem menses, qui inter sunt ab vno solstitio ad aliud, Calcag.

24 Osiridis humatio, sign. cum fructus terre abditur sicuti.

25 Osiridem reuiuiscere, & palam prodire, sig. cum fructus satus in terra germinationis dat principium. Calcag. ut sup.

26 Osiris in prima lingua interpretatur Dominus noster est, & mystice, signific. Deum patrem sicuti Isis, signific. Deum filium, & Horus signific. Deum Spiritum Sanctum. Vide Horus. 14.

Goropius iu Hieroglyph. lib. 4. fol. 59. & lib. 16. fol. 263.

27 Osiris cum sceptro in cuius uertice sit oculus signific. Sanctissimam Trinitatem; nam Osiris interpretatur noster Dominus est, qui proprie est pater Deus omnium Dominus. sceptrum, signific. potestatem, & filium cui pater tradidit omnem potestatem, & oculus, signific. lucem, & Spiritum Sanctum, cuius est omnia illustrare. Goropius ut supra fol. 60.

28 Osiris in prima lingua dicitur Onseris quod nomen si per vestigia retro legatur fit siresno quæ uox habet duplicem compositionem, componitur enim ex si, res, no, & interpretatur, uisus ad erectionem siue ad assurgendum necessarius, vel uisus ad erigendum assurgendumque inuitat. Vel componitur ex se re sno. & interpretatur, uisus præparat malum uel peruersum. vtram uero habeat compositionem signific. cœlorum obtutu animos nostros peruersos præparari, ut Deum esse cogitent, & eius potestatem, & ordinem agnoscant. Oculus uisum præbet, sceptrum nos assurgere cogit, & ad supremum bonorum inuitat, ut rem maxime necessariam, & hęc ipsa peruersos, & malos animos nostros præparant ad salutem. Goropius in Hieroglyph. lib. 4. f. 60.

29 Osiridi fascinum semper erectum tribui, signifi. Dei indefessam creandi vim esse. Goropius ut supra.

30 Osiridis testiculos deiectos, in Nilum, sign. Dei vim masculam idest filium demissum in id quod nouum faciat, uel in nouam argillam. Νεῖλος, enim interpretatur nouitatem adducens, uel in prima lingua dicitur in leem idest noua argilla, quod signific. Dei filium demittendum ad naturam humanam innouandam, uel ad sumendam nouam terram non ex Adam propagatam, sed nouo modo in esse adductam. Goropius ut supra folio 61. v. His. 33.

31 Osiridis membra a Typhone discerpta discerpta que signific. miseros mortales, qui dei membra tantisper fuerunt, dum se diuortio turpi non separassent, uarijs erroribus fuisse disiectos.

Goropius in Hieroglyph. lib. 16. f. 263. v. Isidem quæsiuisse.

32 Osiridis membra quæsita fuisse ab Iside, ut ea in unum coirent, signific. sapientiam diuinam quęsiuisse, ut mortales disiecti, rursus in unum corpus coirent, quod factum est per masculam Christi D. virtutem.

Goropius ut supra.

1 O S occultatum ut est psalm. 138. sign. Christi Domini uirtutem in carne latuisse, & eius diuinitatem occultatam fuisse. Lauretus in uerbo abscondere.

2 Ossa quæ cum corpore formantur, signific. virtutes naturales sicuti dentes, qui nascuntur ac rena scantur, sig. uires indies acquisitas. F. G. p. 46. to. 5.

3 Ossa Christi D. N. iuxta illud de cœlo misit deus ignem in ossibus meis, sig. Apostolos in quos deus misit ignem Spiritus S. Ioachim in Hieremiam. f. 3.

4 Ossa Romanæ Ecclesiæ sig. subditos, & prælatos fortiores in fide: sicuti Ecclesiæ carnes, sig. fideles infirmos in pietate, & ossa Babilonis, sign. superbos carnales luxuriosos, & auaros, Abbas Ioachis in Hierem. f. 3.

5 Ossa in homine sign. lapides in mundo. Geor. Venet. Arm. f. 104.

6 Ossa ad ossa accedentia, ut est Ezech. 37. signif. fideles accedentes ad fideles, aut uirtutes inuicem coniunctas, & connexas. Laure. in uerbo accedere.

1 Si OSTIVM est compingamus illud tabulis cedrinis, ut est cantic. ultimo, signifi. si transitus, qui faciendus erat de sinagoga ad Ecclesiam non erat futurus firmus, ut murus, de quo antea loquebatur Salomon, debere transitum illum corroborari tabulis cedrinis, quæ sign. doctores Euangelicos per quos infirmitas credē tium confirmaretur. F. G. p. 61. to. 5.

2 Ostium apparens Ezechieli, ut uideret abominationes, ut est Ezech. 8. signifi. manifestationem alicuius uitij, per quod alia occulta

 uitia

uitia perspiciantur. D. Hieron. Ezech. 8.

1 OSTREVM sign. Priapum Lampsacenum, quod illa ora Lampsaci abundet admodum ostreis. Valer. f. 202.

2 Ostreum, sign. humanum genus. Quod animos noster corpori inclusus sit veluti in carcere detrusus, quemadmodum ostreum inter durissimas testas ita annectitur, ut non sine illius interitu ab illis diuelli possit. sicuti illi qui nec squammas ignorantiæ deponere possunt diuinis admonitionibus quantumlibet instituti nec spiritus cultum ullo modo patiuntur. Valer. f. 202.

3 Ostrea apud Chimicos sign. Lunam seu argentum, unde ostrearum sperma apud eosdem signif. Mercurium argenti. Leo suauius in scholus Paracelsi. f. 287.

1 OTAP. apud Chimistas, sign. sal armoniacum rubrificatum per aquam uitrioli rubei. Ioannes Garlandius.

1 OTIS & equus signif. hominem imbecillum qui ferociori potentiorique assurgat, & in rebus gerendis sententiisque dicendis primas illi partes cedat. Quod auis illa simul ac equum uiderit illum quadam ueluti uenerationis ostentatione excipit, circumque uolitando & subsequendo deduceodoque, officium facere quodammodo uidetur. Valer. f. 180.

2 Otis sign. animum nil altum sapientem, sed affectu terreno depressum. Quod quatenus sit auis & alata, sig. animum, quatenus uero adeo corpulenta, ut nequeat a terra extolli, sign. affectus terrenos. Valer. f. 180.

3 Otis & canis signifi. hominem contumacem & monitoribus asperum. Quod illa auis cum uiderit canem, uel senserit, statim fugit ad latebras, canes uero sig. sacerdotem admonentem pios & impios oblatrantem, qui uero fugiunt sacerdotes tales, uel sunt impij, uel contumaces. Val. f. 180.

4 Otis quam capiat rusticus sig. hominem stolidũ & captu facilẽ. Alciat. embl. 65. & Sanctius ibid.

1 OTHODA ut est illud beati Cyrilli. Othoda ex ossibus Tibiarum quid Thodes? sign. antipapam Germanum qui erit Antichristus mistus in tempore ultimi scismatis, quando scilicet erunt tres antipapæ & unus uerus Papa. Est enim Othoda auis, quæ non habet ossa in tibiis, & ideo caret omni robore sustinendi se, sicuti se habebit ille malus Pontifex. Abbas Ioachim in Cirillum, & Theolosphorus, folio decimo septimo.

1 OTHONIEL petiisse a Caleb irriguum superius, & irriguum inferius, sign. illum petiisse benedictionem in rore cœli, & in pinguedine terræ quam omnis pars animalis desponsata, Othoniel, qui interpretatur signum Dei, debet habere. f. 6. p. 418.

1 in OVILE ouium aliunde ascendere, ut est Ioan. 10. sign. Ecclesiasticas dignitates illicite acquirere. Cyrill. Ioan. 11.

2 Ouis primogenitum non tonderi, signifi. quod Deo dicatum est, non debere in alios usus conuerti. f. 6. pag. 475. tom. 2.

3 Ouis sign. b, litteram, quod semper be, be, clamet. Valer. f. 351.

4 Ouis in sacrificio, signifi. simplicitatem atque mansuetudinem. Galatinus lib. 11. cap. 9. & sign. innocentiam. Gouschelius lib. 6. Elocut. sacr. script.

5 Ouis una perdita quam pastor relictis nonaginta nouem, homeris reportauit, ut est Matth. 18. sig. genus humanum. Quod Christus Dominus inhumeris suis in cœlestem patriam reportauit. Lauretus in uerbo unitas in appendice numerorum.

6 Ouium gregem cum cane, & tribus pastoribus a fulmine occisos. Vitulum bicipitem natum anno ab vrbe condita 640. ante Christum D. 122. sign. Romanorum tumultum, ob legem quam Gracchus ferre uolebat. Iulius Obsequens prodigio 91.

7 Oues crassæ ut est Ezech. 34. sign. homines fortiores in uirtutibus. Lauretus in uerbo adeps, & crassum quod assumunt pastores sign. ciuiũ optima quæque, & adeps separatus a carne signif. hominem qui a carnalium consortio segregatus est, & gratia Spiritus sancti repletos. & saginata sig. spirituales homines.

8 Oues ascendentes de monte Galaad siue de lauacro, ut est Cantic. 4. & 6. signif. homines qui suscepto baptismo eleuantur ab bene operandum D. Greg. Cant. 4.

9 Ouis bibens de calice pauperis ut est 2. Regum 12. significant hominem bibentem de calice dæmoniorum. Diuus Ambrosius Apollog. Dauid. 5.

10 Oues bibere aquam turbatam pedibus pastorũ, aut arietum, ut est Ezech. 34. signif. subiectos ea ad exemplum uiuendi appetere, quæ prælati quique prauo opere peruertunt. D. Gregorius 22. Moral. 15. sub terræ Metaphora tangit.

11 Ouis mactatæ debilitas, sign. carnis infirmitatẽ. Ioachim in Apocal. f. 3.

12 Ouis mactata sign. victoriam sine sanguine partam apud Romanos. Valerianus folio tricesimo.

13 Ouem afferre in sacris sign. uirum a malis se abstinere. Valer. f. 26.

14 Ouis sig. stultitiam, quod adagio fertur ouis uitam uiuere. Valer. f. 74.

15 Ouis in sacris litteris aliquando sign. motus rationis expertes, & insipientes cogitationes, & quidquid per imprudentiam peccatur. Valer. fol. 74.

16 Ouis in sacris litteris aliquando significat homines diuinæ institutionis expertes indociles que. Valer. f. 74.

17 Ouium pastor sign. doctorem uirtutis, & discoptatorem rationis. Valer. f. 75.

18 Oues significãt eos, qui simplici vera puraque fide pietatem amplectuntur iuxta illud: Oues meæ uocem meam audiunt. Valerianus. fol. 75.

19 Oues signif. innocentiam, quod ouis sit animal innocens

innocens,& iuxta illud diui Cipriani. Meminisſe debemus, quo uocabulo Chriſtus plebem ſuam appellet, quo titulo Gregorum ſuum nũcupet, Oues nominat, ut innocentia Christiana ouibus æquetur, agnos uocat, ut agnorum naturam ſimplicem, ſimplicitas mentis imitetur. Valer.f.75.

7 Ouis ſign. manſuetudinem iuxta illud in Euãgelio ubi oues ab hædis ſegregandæ dicuntur. ui tam ſiquidem viri manſueti peragunt inturmitatem, & ab eo qui mitis eſt, & humilis corde ſuſcipiunt morum rationem, paratique ſunt tamqum oues ſi ſit opus trahi ad iugulationem, vt dominum imitentur. Valer.f.75.

8 Ouis ſign. prouentum, & feracitatem προβάτον enim græcum nomen idem penè eſt quod προβάσις quod ſig. earum rerum opulentiam quę ad uictum pertinent. & apud nos ab oue quæ alio nomine dicitur pecus deducta ſunt vocabula pecunia & peculium. & apud antiquos poetas oues aurea lana fingebantur. Significantes ex ouibus fieri opulentiam. Valer. f.76.

9 Ouis ſign. felicitatem præſertim ſi inſolito colore fuerit, ut puta uel aureo uel purpureo. un de Virgilius.

Ipſe ſed in pratis Aries iam ſuaue rubente
Oſturice iam croceo mutabit vellera ſucco

Vide agnus. 4. & 5. Valer. f. 76.

10 Ouis pellis lanata, qua inducbatur noua nupta, ſignific. officium muliebre, ſcilicet, ut ſe ad lanificium paratam meminiſſet. Vale.f.76.

11 Ouis cum duobus agnis altrinſecus alligatis, ſignifi. mulieris fęcunditatem, quòd antiqui ouẽ eo modo cum agnis alligatam Iunoni opulentię preſidi, & partuum ſoſpitatrici pro muliere, quæ gemellos peperiſſet ſacrificabant. Valer.f.76.

12 Ouis ſig. pecuniam, quòd antiqui numos pecualis effigie cudebant. Valer.f.76.

13 Ouis pellis uiro alicui circundata quem lupi caput dentibus laniare videatur, ſignif. hominem pediculoſitate confectum, quod pelles ouium quas lupus occiderit, & vellera, & veſtes ex his confecti longi quam cetere aptiores ad pediculos procreandos ſint. Val.f.77.

14 Ouis ſign. Patriarchas, & Prophetas propter im nocentiam. D. Auguſti. in ſermone de Caim & Hebel.

16 Ouis ſig. virginem deiparam, ꝙ nobis purpureum contra naturam peperit agnum. D. Aug. in ſerm. de Caim. & Abel.

16 Ouium minores, ut eſt Hierem. 49. Niſi traxerint uos minores ouium, ſig. Perſas quos Hebræi antiquiores dicunt eſſe oppreſſuros Romam, quam uocant Edom. ſed certe erant: nã ibi minores ouium, ſign. Apoſtolos præcipue Petrum, & Paulum, qui erant ſubiectum Romanos Chriſtianæ fidei, & ibidem Regnum Chriſti fundaturi. Galatinus libro 4. capitulo 28.

17 Ouis, ſignific. Chriſtum Dominum nam in prima lingua dicitur. OI. quæ duæ litteræ adeo ſignificant e contrarium, ut o notet æternom & infinitum Et. i. ſignat exile quid, & minimum, quæ duo extrema minimum, & infinitum ſunt in vuo Chriſto coniuncta diuinitas ſcilicet, & humanitas, in prima lingua. oi. litterę quæ ideſt ouis in unum coniunctæ ſonum, ſignific. ſub oue vnam perſonam latere quæ infinitam naturam exilitati abiectiſſimæ copularet. Goropius in Hieroglyph. libr. 6.f.67.

18 Ex Ouis natos Caſtorem, & Pollucem, & Helenam, ſignifi. eos in domus ſuperioribus locis a matre in lucem editos. ωον enim apud veteres idem ſignificabat, quod υπερ ωον, ideſt ſuperior locus, ſiue Thalamus, cænaculum uel cubiculum. Atheneus lib. 2. cap. 17. & Sanctus in Alciati Emblemate 43.

19 ab Ouo uſque ad mala, pruerb. ſig. ab cõuiuij initio uſque ad finem; nam conuiuia ab ouis incipiebant, & malis finiebant, vel ſignific. totum opus, totum colloquium, totam nauigationem. &

20 ab gemino Ouo ordiri bellum Troianum. ſign. rem altius repetere, quam oporteat. Adagium ut ſup.

21 Ouum uocatum decumanum, ſign. illud ouum eſſe decimum, & maius quàm cætera nouem, quæ ante ſint edita, ſicut & fluctus quique decimus maior eſt alijs fluctibus teſte Ouidiò lib. 1. 1. Triſtibus.

Qui uenit hinc fluctus, fluctus ſuper eminet oẽs
Poſterior nono eſt undecimoque prior. &
Idem in lib. 10. transformatinn.
Vaſtius inſurgens Decima rnit impetus undæ.
dæ, tu lege Bedam libro de mundi conſtitutione. & Petrum Bougum cap. de denarin f.4.

22 Ouum qood Liuia in ſinu ſuo fouit, ut ſciret marem ne an femellam in vtero haberet, ſignific. ei marem futurum, nam ex ouo pullus mas oatus eſt, & ipſa peperit, Tiberium. Petrus Crinitus lib. 11. cap. 5. de honeſta diſio.

1 OZIAS Rex Iuda princeps ſtatus clericorum, ſig. Adam, qui fuit princeps ſtatus coniugatorum. v. Adam. ozias cum eſſet de tribus iuda voluit offerre incenſum Domino, & correptus eſt lepra qua uſque ad mortem laborauit, Hic initio fuit pius, & bonus, auxilioque diuino fretus Philiſteos, Arabes, Ammonitas deuicit, & tributarios fecis, ciuitatem Ieruſalem reſtaurauit, tandem ex opulentia, in ſuperbiam lapſus dum ſacerdotis munus uſurpat, volens, ut dictum eſt ſacrificare, atque adolere incenſum ſuper altare, dumque ſacerdotibus ipſum corripientibus minatur. in lepram incidit atq; a ſacerdotibus e templo pellitur, & mœuſit leproſus ad obitum uſque, & fuit ab Adam generatio 64. Ioach. l. 2. cap. 5.

2 Ozias expulſus e templo, ſignifie. Dominum Noſtrum expellendum ex vrbe reputatum peccatorem propter ſimilitudinem carnis peccati, & ductum ad ſupplicium. Vide

Adam. sign. etiam populum Iudæorum propter delicta debere expelli e loco sancto. Ioac. lib. 2. tract. 2. cap. 10.

3 Ozias qui interpretatur robustus Domini. sign. Christum Dominum Nostrum iuxta illud fortitudo mea, & laus mea Dominus. Remig. in Matth. 1.

4 Oziam sequi Ioram sign. quòd cum aliquis factus sit excelsus tunc potest vere dici robustus Domini, quasi robur suum attribuens Deo. & in suo proposito perseuerans. Ozias enim, ut supra interpretatur robustus Domini. D. Thomas in Matth. c. 1.

5 Ozias Rex accelerans egredi de Templo, post lepram contractam, vt est Paralip. 26. significat libentem susceptionem pœnitentiæ per subditos faciendam. Lauretus in uerbo accelerare.

P

1 P Litera sepius multiplicata apud Antonium Getam Imperatoré. sign. edulia, quæ ab ea litera incipiebant. vt P. P. P. P. P. sign. porcellos, perdices, pauos, pisces, pernas. Si uero addebat F. significat itidem Edulia ab eadé litera incipientia ut F. F. F. sign. Farcta, Fasianos, ficus. Petrus Chrinitus lib. 14. cap. 11.

2 P. apud quendam sig. ignem elementum in materia lapidis philosophici. & P. apud eundem lib. 1. cap. 17. Theoricæ. sign. Lapidis philosophici animam. V. N.

3 P. apud quendam significat aquam compositi Solis.

4 P. apud quendam significat ignem metallorum.

5 P. apud quendam significat operationem in arte Chimica. I1 apud quendam scribitur per quatuor colores, qui sign. quatuor modos diuersos operationis in arte. & est principium decimumquintum & sensuale.

6 P. apud qundam, significat incerationem, & est quartum decimum principium in ipsa figura.

7 P. in prima lingua significat impressionem in aliquid eo, quud prius labra comprimendo sonus e medio eorum propellatur, atque quodammodo erumpat. Goropius in Hermat. lib. 7. f. 151.

8 P. in alphabeto primæ linguæ, notat pecudem. Sed in oratione, quæ latet in alphabeto. signif. præceptorem rogare Deum, vt discipulum, qui est veluti pecus, velit exaltare ad se.
Goropius in Hermath. libro nono. folio 217.

1 PACIFICA sacra per agnum, & Deum fieri. sign. illa animalia magis quam cætera inter bruta accipere de clementia illius, qui dicitur pater misericordiæ, & ideo illi magis grata. F. G. p. 211. tom. 1.

2 inter Pacifica sacra bouem uel uaccam quoque admitti, sign. illud animal esse pacificum, & beneficum, uel sign. quod habet simbolum cum quibusdam uirtutibus, quæ in pacificatione requiruntur. F. G. p. 212. to. 2.

1 PACTUM dei factum cum quinque hominibus semper in medio, & primum pactum fuit Adæ ne comederet de Arbore, quæ erat in medio paradisi. Secundum Noe in Arcu, in medio nubium. Tertium Abraæ in circuncisione in medio crurium. Quartum Mosis in lege in medio castrorum, & Quintum ipsi nostro saluatori, in medio mundi. Quæ omnia, sig. nif. Christum Saluatorem nostrum a mortalibus omnibus fuisse adorandum. vel etiam ab angelis. F. p. 95.

2 Pactum ut est illud Ierem. 33. si pactum meum inter diem, noctem, & leges cœlo, & terræ non posui. Secundum Rabbenu Haccados, signific. quòd Deus benedictus creauit Mundum propter Iesum, & eius matrem beatissimam Mariam. Verba Haccados sunt Hæc. Quoniam ante mundi creationem prospexerat Deus sanctus, & benedictus Adam peccaturum, mundumque suum transgressurum, & ob id se uniuersum orbem condemnaturum, propterea dicebat Deus ipse se nulle mũdum creare, verbum autem eius instabat mundum esse creandum. uidens autem Deus sanctus, & benedictus ex Israel excidendam esse petram sine manibus, & hæc est. petra pri maria, ex qua Messias futurus est, qui misericordias suas extendit super totum orbem, & ob hoc vocatus est Israel pater totius orbis, & populus peculiaris, Huius petræ dilectione, & Messiæ filij Dauid regis eorũ creauit Deus sanctus, & benedictus hunc mundũ. ob quod quidem arcanum dictum est apud Hierem. capitulo 33. nisi pactum meum suple esset, diem ac noctem leges cœlo, ac terræ non posuissem. Hæc Rabbenus ille Haccados, qui fuit ante Christum Dominum, Natum per plurimos annos. & quem Hebræi vocant magistrum nostrum Sanctum, sed ut intelligatur quod nam sit pactum istud, sciendum, quod Iesus, & Maria apud Hebræos arithmetice signific. numerum 613. Hoc modo. Iod. 10. Scim. 300. Vau. 6. Iterum. Vau. 6. mem. 40. Res. 200. & mem. 40. quorum numerorum summa ascendit ab 612. & berith. quæ interpratatur pactum, de quo deus in Hierem. ut dictum est per numeros ascendit ad eandem summam 612. hoc modo. bet. 2. res. 200. Iod. 10. tau 400. quod signific. Iesus & Maria esse pactum, per quod Deus creauit mundum: nam & hac dere Cabalistæ plurimi faciunt, numerum. 612. Galatinus libro 7. capitolo 2.

1 PAEDAGOGUS signific. allegorice Iesum D. qui ducit nos pueros ad salutem.
Clemen Alexandrinus Pædagog. libro primo cap. 7.

1 PAGV-

1 PAGVRVS in numis sign. Chiorum Rempublicam, quòd Chij, ea nota vtebantur in pecunia. Valer.f.201.

1 PALAEMON, Leucothea, & Nereus. sig. apud Chimichos illas tres materias quæ in vnam copulandę sunt in opere Chimico. Iuxta illa verba. Frustra Palæmonem, & Leucotheam adibit qui Nereum non attraxerit nec Nereum attrahet, qui circa primariam animalem trinitatem operatus non fuerit. Nihil autem firmi habebit in opere, qui Vestam non attraxerit. Leo Suauius in Scholijs Paracelsi. fol.317.

1 PALESTA siue παλαιστ significat vitæ nostræ breuitatem, est enim Palesta mensura tantummodo quatuor digitorũ. Iuxta illud, Ecce quam breuis posuisti dięs meos. Valer. f.264.

1 PALICI Dei qui in prima lingua dicebãtur pai lie, idest æquum persoluens. sig. periuros omnino, ea pœna esse afficiendos, quam eos luere æquum esset. & hinc erat quod iurantes ad palicorũ crateras dicebant si fefellero, Deus me flmiás poniat infernis, & sceleri meo iusta tormenta soluat. & si quis peierasset eum sequebatur, vel uitæ priuatio, vel oculorum obcæcatio. Gorop. in uertumno.f.46.

2 Palicos conceptos esse ex Talia, & Ioue. signif. Deum ex penu suo, e quo omnibus pro meritis paria facit, ministros proferre ad iusta premia persoluenda. Thalia enim in prima lingua dicitur a Talen, quę uox notat persoluere, ot sign. omnibus a Deo pro meritis iusta persoluenda.

3 Palicos a matre Thalia sub terram existente in lucem editos. sign. Deum iuste solutionis sub terra maxime ius suum exercere, dum iniquorum hominum sceleribus iustis pœnas æternis ignibus infligit. Goropius, vt supra.

1 PALINVRVS qui præerat classi Aeneæ, & eius nauis gubernator erat. sig. appetitum qui sensibus delectatur, quæ dicitur libido. duplex enim est appetitus, vnus qui paret sensibus, & uocatur libido, & alter qui paret rationi & uocatur uoluntas. Landinus libr.3.Camaldul.

2 Palinuro solo excepto Troianos in Italiam profectos esse. significat appetitum, qui a solo sensu prouenit aduersari classi, idest voluntati ad contemplationem tenendi, appetitus enim sensualis nihil alium suspicit, & hoc significat Palinuro rectore Aeneam in Italiam venire non potuisse. Sed Aenea in Italiam omnino contendẽte Palinurus somno opprimitur & in mare deijcitur, quòd significat appetitum sensualem paulatim sopiri & extingui, quando ratio superior ad diuina contendit, & terrena atque caduca relinquit. Landinus 4. Camaldul.

3 Palinurum seuere a Sibilla reprehensum fuisse. significat nephas esse esse eum appetitum ad veri inuestigationem traducere, qui aduersus rationem sit contumax. Landin.4.Camal.

1 PALLAS sign. mundi homispherium, quod est supra orizontem. Valer.f.134.&.

2 Pallas sign. ignem purum, & transtucidum, sicuti Vulcanus, sign. ignem nostrum materialem. Valer.f.135.g.

3 Pallas ficta a poetis Iouis nata sapientiam ex Dei intellectu, & prouidentia manare. Valer. fo.135.d.

4 Palladi templa in altissimis arcibus erecta, sign. sapientiam e capite prouenire, quod est hominis pars superior. Vale.f.135.d.

5 Pallas genita sine beneficio matris, signifi. virtutem non nasci, ut ceteræ res, quæ parium concubitu producuntur. Valer.f.135.

6 In Palladis templo pro vestibulo templi in lapide erant sculpti Infans senex, accipiter piscis, & Equus fluuialis, quæ omnia, sign. conditionẽ humanam. Infans, sig. vitam a pueritia, in seniũ vergere, senex sig. senium, accipiter sig. Deum, & quod in nobis est diuinum, & uitam ipsam, piscis sign. odium, & mortem, propter mare, quod perniciem, & exitiũ appellabant, equus fluuialis sign. violentiam impudentem, & dissidium, quod fit in contrarijs elementis. unde mors. Valer.c.219.

7 Pallas armata stans cum clipeo, & lancea ad cuius pedes adstit draco peruigil. apud quem sit tẽplum, sign. virgines custodiendas esse summa cum diligentia. Pallas enim uirgo sig. virgines Draco vigil, sig. uirginum custodiam. Alciatus Emb.22.

8 Pallas & Bacchus super altare in eodem templo signifi. Mineruam esse doctorum ingeniorum præsidem, & uini usum moderatum acuere ingenium. Alciatus Emblem. 23. Vide Bacchus.

9 Palladis indumẽtum triplex Aureum Purpureũ & cæleste, vt & scribi Albricius lib. de deorum imaginibus. Pallium distinctum illis tribus coloribus, sign. Theologiam Mathematicam, & physicam. Vel ipsum Palladis pallium, sign. omnem doctrinam trino subiacere numero. Nã omnis scientia, & ars, quæ ratione, & sermone absoluitur in tria genera diuiditur, quæ sunt nouem. Vnde fictæ sunt Musæ nouem. Omnis enim sapientia habet tria genera logicum, Ethicum, & Theoreticum. logicum diuiditur in Grammaticam Rhetoricam, & Dilacticam, Ethicum diuiditur in Monasticam, Oeconomicam, & Politicam. Et Theoreticum diuidit in physicam Mathematicam, & Theologicam. v.Musæ. 8.Petrus Bõgus cap.de ternario.f.98.

10 Pallas e capite Iouis, signific. filium vnigenitum quem uciant verbum æternum, sapientiam infinitam, mensem diuinam, Thesaurum omnium splendorum Idealium, cœlum supra cæleste principium, & authorem totius sapientiæ artem diuinitiam vnde facta sunt omnia, precisã, & infinitam æqualitatem. Farra f.108.Georg. Venet.Arm.f.8.

11 Pallas & victoria apud Orpheum, signifi. Octauam numerationem Cabalisticam, triumphã

T 3 Far-

Farra sept. f. 204.

12 Pallas apud Orpheum, mens paterna adud Zoroastrem Dei filius apud Trimegistum, sapientia apud Pythagoram, & sphera intelligibilis apud Parmenidem, & esch. apud Cabalistas. signific. verbum diuinum, secundam in diuinis personam. Picus in conclusione. decima Cabalistica Eso V. Iod litera.

13 Pallas Iuno, & Venus signifi. tres hominum uitas. contemplatiuam, Actiuam, & voluptuosam. &

14 de Pallade, Iunone, & Venere contendentibus Iouem non potuisse iudicium proferre, sed ad Paridem illud detulisse, sign. vitæ genus eligendum ad hominis liberum arbitrium attinere, uti apparuit in Paride, vel sig. antiquos ignorasse mundi præfinitum esse iudicium. Petrus Bongus cap. de ternar. f. 128.

15 Pallas armata, et stans habens in dextera lanceā, in sinistra clipeum in quo non sit caput Gorgonis sed Leo. cum verbis. Μηκέτι Γοργόνα ..., idest non amplius caput Gorognis, signifi. Accademiæ homines, qui demonstrant, in ipsa Accademia non esse quicquam horridi, ac terrifici, sed solum animi intentionem ad seruendum suo principi. Pallas enim sig. ipsos Accademicos, Leo in clipeo, sig. ipsam Venetam Rempub. quam ipsa Accademia pro sua Tutela habet.

Camillus Camillius in Insigni Accademiæ Hoplocophisticæ.

19 Pallas significat. consilium sapiens, & prudentiam. Sebastianus. Erizzus f. 337.

17 Pallas in Timæo, significat. prouidentiam intellectualem, quam Platonici dicunt diuinitatem sapienter simul atque potenter tum cælestia exornantem, tum quæ sub cœlo fiunt ædificantem Arieti præsidentem, & æquinoctialis circuli ducem, quod signific. in ariete, & circulo æquinoctiali potissimum cap. 6. compendij Timæi.

18 Pallas sig. numen intellectuali vitæ præsidens. Ficinus in Critia.

19 Palladem, Vulcanum, & Martem artibus præsidere, sign. Ioui summo mundi architecto Trinitatem quandam numinum, quam opificiam Platonici vocant, semper astare, in qua prima sit Pallas, secundus Vulcanus, & Mars tertius, & quemadmodum Trinitas tota refertur ad Iouem ipsum a quo est. Ita Vulcanus, & Mars Mars. n. signi. Potentiam. Pallas, sig. Sapientiā, & Vulcanus, sign. ignem spiritum. Tria enim requiruntur ad ipsam Iouis artē. Primum ratio per quam singula sit facturus, secundum efficax eorum, quæ ratione conceperat, expeditio. tertium eorum, quæ in effectum expedienda sunt salus atque defensio. Pallas, sig. ideam rationis. Vulcanus signific. Ideam expeditionis, & Mars signific. Ideam Salutis, & defensionis. Et quia expeditio, & defensio indiget ratione atque sapientia: ideo Pallas & Vulcano præest, & Marti, & quicquid uel a Vulcano fabricatur, uel a Marte defenditur, Pallade duce peragitur, & quemadmodum in arte diuina sunt illa tria Numina, tria quoque in natura similia cernuntur. Nā Pallas sign. ordinem quo singula disponuntur. Vulcanus signifi. efficacem progressum, & promptum quasi partum ad quē omnia properant, & Mars. signific. munitissimam structuram a generantibus adhibitam genitis, & varia propugnacula naturam propriam a contrarijs defendentia.

20 Tria quoque in arte, & precipue ciuili exquiruntur, ut scilicet res sapienter prius excogitentur quam fiant, & hoc sign. Pallas, secundo, ut sapienter cogitata, mature, & strenue expediantur, & hoc significat Vulcanus. tertio, ut strenue expedita, ea fortiter defendantur, & hoc sign. Mars.

Ficinus in r. ee legib. Platon.

21 Palladem artes callere, & hastam uibrare apud Platonem, significat. felicissimam esse copulam, & sapientiæ, & potentiæ, quando in aio vno & sapientia, & potentia copulantur.

Ficinus in Epistola Platonis ad Dionisium.

12 Pallas & Venus cælestis, assidentes simul, & complexæ altera alteram, & coronantes Silenum habentem Chromim, & Mansylum. Sed & apud Venerem adest suus cupido, significat. cum uirtute alma consentire ueram uoluptatem. Quid velit Silenus cum satyris non adest interpretatio apud Achillem Bocchium Symbolo, 10.

23 Pallas quæ de cerebro Iouis nata dicitur, sign. illam sapientiam, per quam, & in qua facta sunt omnia, & qua replentur omnia.

Franciscus Georgius Armonia. folio 36. & est Pallas quid, quiderat quicquid, & est erit, & quicquid videtur.

24 Palladis peplum, quod reuelare nulli unquam datum fuit secundum antiquiores Aegyptios significat. esse dei solum esse uerum & per se, cum reliquarum rerum omnum esse non sit neque uerum neque per se, sed tantum participatione esse illius de quo dicitur ego sum, qui sum, & qui est misit me, & cum dei esse sit infinitum diffusum, & inclusum in particularibus rebus, quibus tamquam velaminibus occultatur, ut capi nequeat, tum quia occultum tum qia infinitum, & transcendens omnem captum præter suum, dicitur nulli unquam datum fuisse, ut peplum Palladis reuelaret. Georgius Venetus Franciscus Georgius Armonia. fol. 36. Vide Isis. 29. & Celius Calcagninus libro de rebus Aegypriacis v. infra.

25 Pallas quæ sedens super ceruum currentem retro respicit, & tenet in dextera librum, Canes uero, duo quorum unus Thaumastus & alter Camaterus vocatur, insequuntu ceruum fugientem atque assequuntur, significat. quod amor fert laborem, & admiratio fert amorem. Achilles Boechius Symbolo 79.

25 Palladis clipeus in orbem factus, signific. orbem

orbem, qui sub clipei specie regatur a sapientia Valer. f. 313.

26 Palladem in clipeo ferre Medusæ caput sign. stuporem quo sapiens afficit uulgarem multitudinem. Valer. f. 313.

27 Palladem apud Græcos armatam fingi, sign. sapientes debere celare arcana mysteria, nam & apud Hebræos ferrum sign. sapientes scire celare mysteria. Leo Suauius in scholiis Paracelsi f. 159. v. Ferrum.

28 Pallas præposita a Manilio, & ab aliis arieti primo signo Zodiaci, signific. Intelligentiam quæ præsidet illi signo, & quemadmodum aries in homine præest capiti, ita eius intelligentia quam Ethnici Palladem, uocant curat humanum caput. Ceorgius Venetus armon. fol. 114.

29 Palladis statuam ab Aegyptiis ornari solitam: esse quibusdam eorum indumentis, sign. Poeticam artem ornandam esse aliis pulchrioribus disciplinis. Bartholomæus Tægius lib. 2. de arte fabric. insignia.

30 Palladem præsidere conseruationi urbium, sig. in solis prudentum hominum consiliis totam reipublicæ salutem sitam esse.
Goropius in Vertummo f. 111.

31 Pallades tres in porta Mercurij sub Prometheo in septimo gradu theatri Iulij Camilli, quarũ una fabricet ciuitates, secunda texat telam figuris distinctam, & tertia scalpat statuam, signifi. modulos architecturam, picturam, prospectiuam, plasticam, statuariam & pertinentia ad dictas artes. Iulius Camillus f. 145.

32 Palladis pauimentum in sacrario, habebat scriptum. Ego sum quidquid fuit, est, & erit nec meum peplum quisquam mortalis unquam retexit. Celius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis. v. supra Palladis peplum.

33 Palladem fuisse Neptuni & Tritonidis Paludis filiam, sign. sapientiam ex illis perturbationibus nasci, quas homines in uita, & in morte præcipue experiuntur, ex importunis enim uitæ perturbationibus, & è cœno tenebrarum mentis & inscitiæ nascitur sapientia, quæ quoniam est res diuina, & Dei munus, Pallas dicitur è Iouis capite quoque esse nata. Natalis Comes lib. 4. cap. 5. Mythologię.

34 Palladem esse natam armatam, sign. sapientes animum nunquam esse inermem ad euentus fortunæ, uel consilio uel patientia superandos. Natalis comes ut supra.

35 Palladem esse natam sine matre, signific. sapientiam raro esse in fœminis. Natalis ut sup.

36 Palladem uocatam esse Tritoniam, sign. illam, natam esse tertio die Lunæ, & ea de re Athenienses tertio quoque mensium die Palladi sacra faciebant, uel ut alij dicunt quia caput dicatur Triton, quod cranium in tres partes diuisum sit, vel quia Luna tertio a Solis coniunctione die appareat, uel sign. animam uocari sub Palladis nomine Tritoniam propter eius tres uires rationis, cupiditatis, & iræ. Vel sign. aerem propter triplicem notabilem in anno mutationem, vernam, æstiuam, & hyemalem. Natalis ut supra.

37 Palladem dici ab Orpheo esse & marem & fœminam, significat sapientis esse, & uti opportunitatibus, & tempori cedere. Natalis ut supra.

38 Palladi vni a Ione tributas esse uires suas, signif. sapientem uirum præcipue a Deo amari, neque ullam esse sapientiam, quæ a Deo dissideat. Natalis ut supra.

39 Pallas nata e Iouis cerebro. v. Aleph. 5.

40 Palladem bellis præpositam fuisse, sign. sapientiam maxime in bellis necessariam, & ad hoc facit eius scutum perlucidum & serpentibus circumtectum, ut qui sign. in bello multa prudentia & mentis perspicuitate vtendum esse. Natalis Comes in libro quarto capitulo quinto Mytholog.

41 Palladi sacram esse noctuam, signif. sapientem uidere ea, quæ cæteris sunt obscura. Natalis ut supra.

42 Palladi dari cristam & galeam sign. sapienti uiro non solis viribus uti conuenire, sed etiam vrbanitate & moderatione quadam in rebus omnibus cum ornamento.

43 Palladi cuspidem tribui signifi. homini necessarium esse acumen ingenij, nam qui a natura crassus est ingenio, non posset uel a decem Mineruis expoliri.

44 Palladi supra cassidem gallum insidere, sig. uiro sapienti etiam opus esse animo pugnaci, uel potius significat sapientem uirum uel futurorum temporum esse præscium. Natalis ut supra.

45 Palladem fuisse amicam musis & semper Virginem, sign. sapientiam delectari liberalibus artibus, & aduersari venereis voluptatibus, nihil enim magis aduersatur sapientiæ quam Venus, quæ memoriam & ingenij bonitatem debilitat. Natalis ut supra.

46 Palladis scutum esse perspicuum & christallinum, sign. sapientis ueritatem & omnem uitæ rationem omnibus conspicuam esse debere. Natalis Comes libro quarto, capitulo 5. de Mythologia.

47 aduersus Palladem audere insurgere neminem, sign. sapientem virum esse sceleratis omnibus formidabilem. Natalis ut supra.

48 Palladem inter omnes Deos proximum Ioui locum occupasse, vt ait Horatius, sign. sapientem uirum esse similem Deo, tum ob rerum humanarum contemptum, tum ob potentiam, & in negotiis transigendis felicitatem. Natalis ut supra.

49 Palladem inuenisse oleam, sign. omnes disciplinas & præstantes artifices oleo & lucubrationibus indigere. Natalis ut supra.

59 Palladem fecisse Tyresiam cæcum, quod eam ui disset nudam, & postea fecisse eum non corporis sed mentis oculis longe cernentem, signif. sapientiæ fructum adeo esse dulcissimum, ut qui illum gustarit, aut eius lumen perceperit lubenter ad cæteras res cæcus fiat, uel sign. hominem

mo quinquagesimo primo Octauiani Cæsaris Augusti, quadragesimo secunsto anno ipsius Orifielis ducentesimo quadragesimo quinto mense octauo, vigesimo quinto die mēsis Decemb. Iesus Christus Dei filius ex Maria Virgine in Bethleem Iudeæ natus est. Nota quam pulchra diuinæ prouidentiæ ordinatio: mundus enim sub Orifiele regimine primo creatus est & sub tertio quoque misericorditer redemtus, & renouatus, ut huic descriptioni regiminis mundi septem spirituum planetarum fidem non modicam tanta factorum consonātia ministrare videatur. In primo enim regimine Orifielis una totius mundi fuit monarchia: sub secundo, ut supra diximus in multos fuit diuisa. Iterum sub tertio, ut cernitur in unitatem reuocata licet si recte metiamur manifestum etiam sit in secundo regimine Orifielis vnam totius mundi fuisse monarchiam. Cum turris construeretur Babilon. Ab hinc regnū Iudęorum ablatum est victimeque & Irige sacrificium cessauerunt nec restituetur Iudæis libertas ante tertiam reuolutionem Michaelis Spiritus. Hæcque fiet post Christi D.N. Natiuitatē anno millesimo octingentesimo octuagesimo octauo, hoc est anno mundi septem millesimo centesimo septuagesimo, & mense octauo. Christianam Religionem illis temporibus multi Iudæorum, & gentilium assumpserunt simplicissimis atque rusticanis prædicantibus, quos non institutio humana sed Dei spiritus illustrauit, ad primam simplicitatis innocentiam mundus tunc reuocari cœpit vtrobique Spiritus Saturni, Orifielē ipsum gubernante, mixta sunt cęlestia terrenis, multi etiā Christianorum pro fide quam prædicabant a mundi rectoribus crudeliter interfecti. Circa finem regiminis Orifielis, Hierusalem per Romanos destruitur, & Iudæi in omnem terram disperguntur, & interfectis vndecies centum millibus, & venditis octoginta millibus, reliqui fugerunt, & sic Romani Iudæam penitus destruxerunt. V. Anael. 16.

1 ORIONAS post Arcturum creatos, ut est Iob. 9. sign. martires post Ecclesiam inductos, qui suo ortu varias patiendo in mundo procellas excitarunt. D. Gregorius. in 9. morel. 7. & cap. 6.

1 ORNAMENTA, quibus ornata fuit illa mulier, de qua Ezechiel. cap. 16. sig. sacramenta varia, quæ sub velamine, ut aiunt crasso in Sacra latet scriptura, quæ sacramenta sign. ille Thesaurus de quo Christus D. ait. Matth. 13. simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro &c. Rupertus Abbas. lib. 3. cap. 26. de victoria uerbi Dei.

1 ORNATVS quo Hebræi iussi sunt spoliari post uitulum conflatum, signif. uirtutem spiritualem, qua deus disposuerat populum ad suscipiendam, & seruandam legem, qua uirtute propter Idolatriam uituli spoliati sunt. Franciscus Georgorgius problem. 490. tom. 2. 491. tom. 2.

1 OROMASIS apud magos, sig. Deum ipsi enim constituunt tria vniuersi principia Oromasim Mitrim, & Arimanim. Deum scilicet mentem, & animam. a Deo vnitatem, a mente ordinem & ab anima motum prouenire dicunt. Ferra. f. 269. Lege Petrum Bongum cap. de ternar. f. 115.

1 ORPHEVS conuersus in cignum, sign. illum fuisse musicum. V. Anaxarete.

2 Orpheum sonantem traxisse quadrupedes aues & arbores, quo ipse iret, sign. eum cantu Bacchas in Pierio furentes demulsisse, & eas cum animalibus, quæ ipsæ bacchæ adducebant armatas frondibus, & ramis de monte descendētes a longe videntibus siluam simulantes secū deduxisse. Palephatus.

3 Orphei liram habuisse septem chordas. iuxta illud Verg.

Nec non Treicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum

sign. totam musicam diuidi in septem partes in genera, dyastemata, systemata, phtongos, tonos, metabolas, & melopheas. Fulgentius lib. 3.

4 Orphei tabula sig. artem musicæ: nam Orpheus interpretatur secundum Fulgentium optima vox, & Euridice profunda dijudicatio. est enim in quaque arte ars prima, & ars secunda, ut in Grammatica prima est lectio secunda articulatio, in Rhetorica secunda Dialectica, in Geometricis prima ipsa Geometria sa Astronomia, in medicinis prima est Eroltice secunda Mantice, in Aruspicinis prima ipsa Aruspicina secunda Paralysis, in Musicis prima ipsa musica, secunda Apotelesmatica, in Gramaticis prima cognoscit aliena secunda efficit sua, in Rhetoricis prima est effrenda loquacitas secunda restricta eloquentia, in Astrologis prima cognoscit siderum cursus, & effectus, secunda significata traducit, in medicinis prima cognoscit morbos, secunda medetur. in Geometricis primas lineas, & formulas pingit, secunda numeros formis coaptat. in Aruspicinis prima inspicit fibras, secunda euentuum immutationem, in musicis prima considerat harmoniam phtongorum sistematum, & diastematum. Secunda uero effectus tonorum, & virtutem uerborum, vnde Orpheus, qui est pulchritudo uocis, sign. interna artis musicæ secreta, & misticā verborum uirtutem, quam sig. Euridice, & hāc amari ab Aristæo, & ab illo fugere, sign. mysticam uirtutem ab optimo quoque amari, quem sign. Aristeus interpretatur enim optimus, sed Eridice dum fugit icta a serpente, moritur, sig. mysticam artem vitare hominum coniunctionem, quasi astu quodam quem sign. serpens, ad inferos detrudi. Orpheum vero adisse inferos Euridicem reuocasse, sed ea lege ne eam retrospiceret, alioquin rursus perditurum, sig. uiros prudentes, & precipue Pithagoram voluisse modulos numeris coaptore, & Symphoniarū pondera terminis aritmeticis per melos, & rithmos, & modulos sequi, effectus uero rationem

reddere

reddere non potuisse. lib. 3.

5 Orphei suaui armonia trahentis ad se omnia animalia fabula, signifi. Artis chimicæ magisterium. Nazarius in somnio 3. cap. 14.

6 Orpheus citharam pulsans, & trahens secum animalium genus omne, sign. vim eloquentiæ quam Euripides Reginã, & Ennius flexanimã appellant. Costalius Pegmate. 92.

7 Orphei statuam cupressinam, quæ in libetris erat, sub Alexandri Magni aduentum multo maduisse sudore, signif. Alexandri expeditionẽ multum laboris, & poetis, & ceteris rerum scriptoribus fuisse allaturam. Lambertus Hortensius 10 Epistola ad Philippum Regem.

8 Orpheum traxisse ad se bruta ænimalia homines aues lapides arbores uentos, & montes, & Phębum, & serpentem, qui custodiebat uellus aureum demulsisse somno apud chimicos, sig. totam materiam, lapidis Philosophici coagulatã, in qua est sal, qui sign. arbores, & herbas, & in qua est anima Philosophica & aurum, quæ sign. animalia, & homines, & uellus aureum Phebum, & in qua est pars mineralis, quæ sig. illud sulphur dictum Mars. & montes, & lapides ossa, & alias res duras, & in qua est aqua Mercurialis, & vapores, qui sig. aues uentos serpentes Tauros. & dracones. qui aureum uellus custodiebaut. Ioaunes Braceschus lib. de ligno uitæ f. 30.

9 Orpheus Thracius. Amphiõ Thebanus, & Ariõ Methymnæus uiri, in musica celeberrimi iuxtà Clemẽtem Alexandrinũ in adhortatoria ad Græcos, sign. virosdeceptores, qui prætextu musicæ vitæ perniciem afferentes artificiosis, quibusdam præstigijs, ad corruptas demoniace incitantes, & probra orgijs celebrantes, luctus, in deorum cantica traducentes, primi deduxere homines ad Symulachra, atque adeo lapidibus, & lignis hoc est imaginibus, & adumbrationibus agrestem gentis concitauere consuetudinem. Clemens ut supra. ueruotamen si Clemens Ethimon uocis Orpheus intellexisset, forsitan habuisset aliam opinionem, Nam Orpheus in prima omnium ligua dictus estab, oer, & fuechr, a quo Græci Orpheus fecerunt diphtongo ut transposita in eu, fuecht antem fit ueg, quod est compono, ordino accomodo & dispono.

Oor, signat organũ auditus & fuech, siue p bue, signat compono ordino, accomodo, & dispono, ut dictum est: adeo quòd Oorfuecht, uel Oorphue, denota hominem, qui auribus nutriendis præsit, uel qui disponat auditum, ad audiendum illud uerbum, quod dicitur, or, idest filius, & quod erat in Oor, idest principio, or, enim signat filium, & Oor, signat principiũ vnde uox Orpheus mystice, sig. aurium supremum esse officium, ut in primis audiamus uerbum Dei, idest ipsum totius vniuersitatis mundanæ, & supermundanæ creatorem, & ad illũ semper arrectis auribus tendamus, & hac de causa aures in acumen sursum atrectæ Satyris, Bacchi auditoribus dantur, quod sig. in omnibus verbis, quæ audimus, ipsam primam rerũ omnium causam esse querendam, eoque sursũ aures in acumen erigendas. v. satirus. 8. v. Oor. v. Vor.

10 Orpheus ante diluuium, sig. Adamum, post diluuium sign. Noe, sed in temporuum plenitudine, sign. ipsum Christum Dominum Nostrũ qui fuit verissimus Orpheus, & ad quem Orphica omnia sunt refereuda. Gorop. in Hermath. 5. f. 104.

11 Orpheum Mystarum principem dixisse, ætate in sexta studium finite canendi, sign. de rebus creans non ultra cani posse cum in sexta generatione tota sit terminata perfectio propter senarij numeri excellentiam. Petrus Bongus cap. de Senar. f. 188.

12 Orpheus sign. oratorem, nam Orpheus fuit filius Calliopes, quæ interpretatur eloquentia, & poetica, ut est Horatij ode quarta. Descẽdę cœlo, & dic age tibia, longum Calliope melos, & Phornutus in Natur. Deor. de Calliope dicit. Calliope est Rethorica suaui uoce, ac uenusta præcellens, & in noce Calliope sunt septem litteræ, quæ signifi. septem ideas dicendi vbi Fabius uidetur ponere duplex. ll. pro una littera tantum, ut profecto est, & septenarius, sig. eloquentiam, & Calliope interpretatur ex uocabuli notione, uox pulchra, uox ponitur pro carmine, & pro oratione. Fabius Paulin. Hebd. l. 1. c. 2. f. 9.

13 Orpheus sign. poetam, iuxta antiquorum poetarum mysteria, qui dixerunt illum esse filium Polymnię, & Apollinis. Polymnia. n. signific. Poeticam, sicuti & Appollo, unde Orpheus meritò poetam sig. quemadmodum. n. quando fingitur filius Calliopes, sign. oratorem, ita cum dicitur filius Polymniæ, & Apollinis, sign. poetam, quam rem uidetur Fulg. in 3. mythologicorum, & Beda in lib. de musica Tehorica, & Orphei nominis notione probare, cũ illud interpretentur optimam uocem, quæ est poetarum propria, & reuera Orpheus fuit orator, & poeta excellentissimus, ut testatur Horatius in arte poetica, & Albricus Philosophus lib. de deorũ Imaginibus, & Fabius Paulinus in suis Hebdomadibus l. 1. c. 2.

14 Orphei Cythara, sign. Poeticæ facultatis præstãtiam. Paulinus ut supra, & Quintilianus. lib. 1. cap. 10.

15 Orpheum cantu traxisse siluas, fluuios, feras & c. sig. illum eloquentiæ præstantia emollisse animos, ueluti stipites obfirmatos, & duros, ut sunt siluæ, compressisse homines luxu, & cupiditate niuium diffluentes, ut sunt fluuij: ciccrasse inmanitate efferatos, & belluarum instar humanum sanguinem sitientes, ut feræ. Paulinus ut supra, & Boccacius libro de Deorum Geneologia.

16 Orpheum fuisse ab Apolline eruditum, & ab eo lyram accepisse, sign. Orpheum fabricasse lyrã, sn ascendente Apollinis, dum lyræ signum esset ingressus, & omnes omnium stellarum fauores ad illam adiuuandam congregasse. est

enim

enim Apollo in cęlesti corpore id, quod in nostro est cor, quod omnium membrorum virtutem in unum habet. Fabius Paulin. Hebdo. l.4.c.7.

16 Orpheus sign. naturam, sicuti lyra septicordis, sign. omne corpus, & potissimum humanum, ut D. Basilius in 57. psal. exurge psalterium, & cythara, ubi per psalterium animam, & per cytharam corpus intelligit. Paulinus Hebdo. l.6.c.1.

1 ORSI in Magorum disciplina. vocatur Deus quem Assyrij dicunt Adad, de quo tu uide suo loco, & interpretatur vnum, & a Persis dicitur Syre. Marsilius Ficinus in Cratil Platon.

1 ORTOGONIVS qui est trigonorũ pulcherrimus Apud Aegyptios, sig. vniuersi naturam, cui Plato in rep. nuptialem figuram æquiparauit, quæ habet triangulum trium linearum ad rectitudinem, quatuor basim, quinque angulum subdistentum ambeuntibus æquipollentem. angulus quidem ad rectas lineas, sig. marem, basis, sign. feminam. Anguls subdistentus sign. ex utroque prognatum. Calcag. in lib. de rebus Aegyptiacis.

1 ORYX sign. hominem mathematicum, quòd Oryx clamore edito denunciet tamquam mathematicus ortum caniculæ, & capræ, omnes quas habet Aegyptus ea hora omnes conuersæ ad ortum illius syderis. exacte cum mathematicorum supputatione perspicere. Valeria. folio 74. sed Oryx stat contra, contueturque stellam ac veluti numen adesse sentiat. procumbit adorabundus.

2 Oryx sig. virum sitientem, sed sitim perpetuam perferentem.

1 OSANNA in excelsis, quæ uerba post præfationem missæ bis sunt a sacerdote prolata. prima prolatio signif. missionem filij Dei a patre in terram, & secunda prolatio sign. mysterium resurrectionis, & ascensionis in cœlum. Aemarus Hennequinęus lib. de Cerem. cap. 26. & 27.

2 Osanna si latinè explicetur, sign. lux, & gloria, & laus cum supplicatione Domino. Clemens Alexand. in pædag. lib. 1. cap. 5.

3 Osatur apud Chimistas sig. organum. Ioannes Garlandius.

1 OS & eius partes, sign. familiam, & Domum: nam dentes superiores signifi. domesticos, & incolas. Dentes vero inferiores, sign. alienos, quia superiores sint capiti adglutinati. inferiores uero maxillæ mobili, & quasi aduentitiæ. Valer. f. 240.

2 Os sig. verecundiam, quòd dicere solemus de impudenti: os non habere. Valerianus fol. 240.

3 Os expuens, sign. amolitionem, quòd cum aliquid abhorremus, in id vel ad id expuimus. Valer. f. 241.

4 Os comedens rosas spicas, & poma simul colligatas, sign. horoscopum, quòd ab horis, quæ sign. tres anni partes, quas partes sign. rosa spica, & pomum, rosa sign. ver. spica, sign. æstatẽ pomum, sign. hiemem alia atque alia alimenta humano generi sumministrante. Valerian. fol. 241.

5 ex Ore uetera recedere, ut est 1. Regum 2. sign. literam legis dimittere, ut fiat transitus ad sensum spiritualem, vel sign. abijcere verba secularia ociosa, & vana, quæ ad veterem hominem spectant. D. Greg. sup. 1. Reg. 2. & Lauret. in uerbo abire.

8 Os non esse occultatum, ut est psalmo. 138. sig. mysteria Ecclesiæ, quæ deus in occulto tenuit, manifestari, & prædicari. Hilarius psal. 138. & Lauretus in verbo abscondere.

9 Os abundare malitia, vt est psal. 49. sig. verbia fraudulentis malum proximi quærere. Laure. in uerbo abundare.

10 Os pelli adhærere, ut est Iob. 19. sig. Christum D. signifi. spiritualem cogitationem sibi vendicare intentionem. Vel sign. uitij infirmitatem uirtutis duritiam putari. Laure. in uerbo adhęrere.

11 Os adherere carni, signi. fortes consentire infirmis, aut signifi. rationem coudescendere sensualitati, ut Adam fecit suæ. Liran. in psal. 101.

12 Ossa inueterascere, ut est psal. 31. signific. uirtutes minui aut tolli per peccatum, vel signif. vires mentis labascere. D.D.D. Hiero. August. & Greg. psal. 31.

13 Oci prope esse, ut est Hierem. 12. prope es tu ori eorum, sig. præstare, quicquid postulatur. Gouschel. lib. 3. Elocution.

14 Os sign. voluntatem, ut est Genes. 24. & queramus os eius, sign. interpretem, ut est Exod. 4. ipse erit tibi quasi os. signifi. mensuram, ut est Deutiron. 21. os duarum partium. Gonschel. lib. 2. Elocut.

15 Os domini in scriptura sacra, signif. Doctores sacros, per quos deus loquitur fidelibus. Ioach. Apoc. f. 72.

16 Os angustum, a quo liberat Dominus, ut est Iob. 36. sign. tenebras peccatorum. Lauret. in verbo augustus.

17 Oris apertio, ut est Eph. 6. sig. declarationem mysteriorum. Lauret. in uerbo aperire.

18 Os prophetæ apertum, signif. rem esse completam, quam ille prophetauit.

19 Os Ezechielis apertum post uastatam Hierusalem, ut est Ezech. 33. sig. Christi D. prædicationem esse in mundo dilatatam post Hierosolimam euersam. D. Hieron. in Ezech. 33.

20 Os aperire, ut est Gen. 4. & psal. 110. sig. desiderare uel confiteri. D. Hilar. psal. 118. os aperire ut est psa. 38. sig. defendere, & non aperire os, sig. non defendere.

21 Os Asinæ apertum fuisse a Deo ut est Numer. 22. sign. turbam populorum quandoque clamoribus suis arguere rectores Ecclesiarum ob auaritiam, quam in illis omnes conspiciunt. Lauret. in uerno aperire.

22 Os amarum facere, ut est Iosue. 1. omnis uir, qui amarum fecerit os tuum, sig. non credere,

& ut

& ut est Num. 20. eò quod amarum fecerit os ad aquas contradictionis & c. Iacobus Gousch. lib. 3. Elocutionum facr. fcrip.

23 Os aperire, ut est psal. 81. aperi os tuum uel dilata, & ego implebo illud, fignific. petere, aliquando, ut est Ezechiel. 2. aperit os tuum, & comede fign. obedire, aliquando, ut est psal. 21. fign. extrema pericula ministrare. Gouschelius ut fupra.

24 De Ore egredi, ut est illud Ierem. 44. quoniã faciendo faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, fign. statuere, & eligere. Gousch. lib. 3. ut sup.

25 Os Tartareum apertum deuorans animas. positum in porta Martis fecundi gradus Theatri Iulij Camilli fig. purgatorium, & loca purgandis fceleribus destinata per tempus quoddam fed non femper Iulius Camillus f. 80.

26 Offa ut est psal. 33. dominus custodit omnia offa mea, fign. facta fortia, & uirtutes animæ. Gousch. lib. 6. Elocut.

27 Offa in puluere dormire, ut est Iob. 20. fignific. aliquem deperire propter male acta fua, licet aliqua bene acta fint. Gouschelius libro 3. Elocut.

28 Offa Christi arefcere, ut est psalm. 101. fignific. fortes Ecclesiæ cœlo fidei contabefcere, & affligi in malis infirmorum. D. Hieronimus psal-101.

29 Offa arefcere, fign. uirtutes deficere.

30 Offa arefcere ficut cremium, ut est psal. fig. animam amittere omnem delectationem boni Lauret. in uerb. in aride.

31 Offa arida, ut est Ezech. 37. fig. opera fortia fine bona intentitione. Lauret. ut fup.

32 Offa Christi D. difperfa, ut est psal. 21. fign. apostolos, qui in passione aufugiẽtes difperfi, funt vel cum post refurrectionem iuerunt ad prædicandum Euangelium ficuti oues in medie luporum. D. Augustinus. & Glos. inter. in psal. 21.

33 Offa filiorum Ifrael difperfa circum aras, ut est Ezech. 6. fignific. hærefiarchas confundi circa errores fuos, & ab inuicem feparari. D. Hiero. Ezech. 6.

1 OSCITANS faciens fibi fignum crucis dum aperit os, figni. memoriam pestis, quæ fuit fub Pelagio Papa, & fub D. Gregorio primo, in qua cum homo ofcitaret statim moriebatur, quod fignum ofcitationis fcilicet quam primũ cũ uideret fe fignabat fiue muniebat figno crucis, certus de morte instante. Michael Timotheus in Diuinum officium Quæstione 112. tractatus. 3. & adhuc remanet consuetudo, & ea de caufa fiunt Litaniæ maiores. & ea de caufa adhuc dicitur sternutanti Deus te adiuuet. Vide Deus te adiuuet. Vide. Sternutanti.

1 OSCVLVM fignific. amoris portionem, quia per os & ofculum ofculantes fe inuicem flatum fpiritum, & uitam comunicant. Francifcus Georgius Problemate 126. tomi 6.

2 Ofculum quod datur, fig. amoris pignus: nam Venus ori præ esse dicitur. Georgius Venetus Arm. f. 119.

3 Ofculum quod exhibet facerdos aut fignific. vnionem aut fignific. pacem aut fignific. Charitatem aut fignific. confenfum. Ofculum quod facerdos exhibet altari, fignifi. vnionem, quæ est aut unio Verbi diuini ad humanam naturam, aut est unio Christi Domini ad Ecclesiam, aut est unio Christi Domini ad animam iustam, & innocentem. Ofculum, quod exhibet facerdos ministris, fignific. pacem, quæ est aut temporalis aut fpiritualis, aut æterna. Ofculum quod exhibet facerdos Patenæ, figni. Charitatem, quæ est aut in Deum aut in proximum. Ofculum quod exhibet facerdos libro, fignifi. confenfum fiue concordiam, qui confenfus refpicit, & patres ueteris legis, & nos euangelicos. Ofculum in missa tredecies exhibetur a facerdote. Ofculũ adhibetur altari fepties. bis patenæ, bis libro, & bis ministrantibus, neque id fine mysterio propter ternarij numeri rationem addita unitate, ternarius enim numerus quatuor uicibus repetitus duodenarium facit, cui adiuncta monade fit numerus decimus tertius, qui numerus in Christo Domino & Apostolis mysticus, & Sanctus est. Aemarus Hennequinæus lib. de Cerem. missæ cap. 9. & cap. 38.

3 Ofculum Reuerentiæ, quo Christiani inter fe ututur, fignific. pacem, de hoc ofculo legenda est homelia trigefima Gryfostomi in 13. cap. et fecunda Epistolæ ad Corinthios, ubi Diuus Chryfostomus Explicat illa Apostoli uerba falutate uos inuicem in ofculo Sancto. Aemarus ut fup.

4 Ofculum accipiens facerdos tenetur reddere ofculum pectoris, ut in quibufdam Ecclefijs feruatur, fign. Christianos non esse de illis quibus dicitur pfalm. 27. loquntur pacem cum proximo fuo, mala autem in cordibus eorum. Aemarus cap. 38.

5 Ofculum mortis fignific. excesfum aut raptum quendam mentis per feparationem animæ, a corpore nõ autem corporis ab anima v. Deus. F. G. p. 372.

6 Ofculo oris fuis ofculetur me iuxta illud Cantic. 2. fignific. ibi Salomonem optare fapientiam fuperiorem, quæ vocatur lac, quod prebent ubera, quod melius est uino; nam vinum fignific. fapientiam rerum inferiorum. Quam habuit Salomon: fed volens ipfe habere fapientiam rerum fuperiorum, optabat ofculari ofculo mortis, quod fignific. excesfum mentis, qui euenit purificatis raptis & mente fubleuatis, in quo excesfu per reuelationem diuinam acquiritur fapientia rerum fuperiorum. Francifcus Georgius problemate Sct. 6. to. 5.

7 Ofculum ferpentum in caduceo Mercurij, fign. pacem. Erizzos. f. 123.

8 Ofcula concesfa mulieribus Romanis. fign. admonitionem mulieribus, ne vinum biberent quod

quod osculando facile sentiretur, bibere enim vinum mulieribus Romanis erat capitale, Valer. f. 158.

vel signific. memoriam Romæ mulieris insignis quæ igne absunta classe fuit causa, vt Aborigines vrbem Romam conderent. Valerian. f. 158.

9 Osculum sig. charitatem. quòd Dominus Noster Iesus obiecerit Simoni hospiti se ab illo nō esse exceptum osculo. vt pote ei obiciens frigidam charitatem. Valerianus folio 158.

1 Oseam iussum assumere sibi vxorem fornicariā, sign. Christum fuisse assumpturum sibi in vxorem Ecclesiam Gentilium, & adulterorum Hebræorum sinagogam. Franc. Geor. prob. 227. t. 3.

2 Oseę filium vocatum Isirahel, & filiam Lorechamà. sig. Deum primo accepisse in sponsam sinagogam quę cum multis fornicata est, postea accepisse eam, iam fornicatam ex qua suscepit filium Izrahel, idest semen Dei, Christum Iesum qui saluauit totam humanam naturam, iā fornicatam, & postea filiam Lorechamà, idest absque misericordia. quia dereliquit domum Israel & sinagogam. Franciscus Geor. prob. 228. t. 3.

1 OSIRIS sign. Solem Cartar. f. 439. v. Horus 1. & 2.

2 Osiris indutus amiculo admodum fulgenti. sig. Solem, vel illius uim. Valer. f. 234.

3 Osiris significat Dionysium. Valerianus folio 234.

4 Osirim pingi cum capite capillato, sed cum facie tantum dimidia apparente, & cum gena una, tantum, uel occultata, uel rasa, & altera cum barba prolissa. sign. Osirim toto tempore expeditionis suæ comam barbamque nutriuisse quousque in Aegyptum reuerteretur Annius lib. de antiq. & rebus Ethruriæ. Et Machrob. lib. 1. Satur

5 Osirim concubuisse cum iside. sig. Nilum cum terra misceri. nam Osiris sig. Nilum, & Isis sig. terram. Typhon uero mare. Vnde dicitur Typhonem occidisse Osirim, quod sig. Nilum in mare consumi atq; aboleri. &

6 Osirim a sinistris nasci, & in dextris occidi quod sig. Nilum ab Austro nasci & in mare quod in Septentrionem uergit consumi. Austrum. n. est pars sinistra mundi, & Septentrio sinistra. Celius Calcagn. lib. de rebus Aegyptiacis.

7 Osiris signific. omnem uim, & omne humectum principium, causam uidelicet generationis, & seminis primogeniam. Celius Calca. ut sup.

8 Osirim fuisse nigro corpore. sign. aquæ naturam esse talem, ut terram, uestes, nebulas, cæteraque quibus admiscetur, denigret. Celius ut sup.

9 Osiris sign. Oceanum sicut Isis signific. Thetin tanquam altricem educantemque omnia. Celius ut sup.

10 Osirim colentibus interdictum fuisse ne inciderent arborem domesticam, neque fontem aquæ effoderent. significs. ipso colentes existimare non solum Nilum sed quidquid humectum est, esse Osiridis effluxum, & hoc idem sign. aquale quod positum erat pro foribus eius Dei. Celius ut sup.

11 Osiris significar Nili effluxionem. Sicuti Isis significat terram neque omnem quidem, sed eam tantum, quam Nilus irrigauerit semina uegetans. Celius Calcagninus libr. de rebus Aegyptiacis.

12 Osiris Deus Aegypti sign. Solem. Erizzus folio 548.

13 Osiridem a Thyphone in arcam coniectum, & a reliquis coniuratis clauis conclauatum, & a Regina Aethiopum nomine Aso adiutis contra Osiridem. sig. Nilum qui extenuatur a uentis Aethiopicis, qui propellūt nubes ab Etesijs commotas, quibus Nilus augescit in mare admodum tenuem descendere. Vnde Osiridis in arcam coniectio, & conclauatio, nil aliud significat quam ipsius aquæ Nili interitum & occultationem, & ideo dicunt.

14 Osiridem in mense Athyr, idest Nouembris interijsse. Quòd sign. Nilum deficere in eo tēpore, in quo Ethesiæ cessant flare. Celius Calcagn. lib. de rebus Aegyptiacis.

15 Osiridem perijsse decima septima die Lunæ. sign. illum propter numerum in die infausto perijsse. nam Pythagorici numerum 17. penitus abominantur, quem uocant αντιφραξιν, idest intersegmentum. numeros. n. 16. & 18. ipse 17. intersecat num. 16. est numerus quadratus, & 18. altera parte longior, quibus solis inter planos numeros contigit æquas habere commensiones. At numerus 17. occurrens utrunq; intersecat, & concisus ipse consistens distinguit επογδοον, idest superoctonariam rōnē, & interualla inæqualia. Calcag. ut sup.

16 Osiridem regnasse annos octo & uiginti. sign. dies, quibus Luna suas uices gerit. Calcag. ut supra.

17 Osiridis sepulcra ornari materia quæ sit efficta in lunarem formam. sig. quòd Luna Soli propinquans lucere desinat, & oculis nostris auferatur.

18 Osiridis partes quatuordecim, in quas disceptus est sign. dies 14. qui sunt a plenilunio in neomeniam.

19 Osiridem uocari bonum, perfectum, & beneficum, & fortem in die, in qua Luna se subducit radijs Solis ulterius abiens. sign. humectationem tum incipere fortiorem esse in rebus, ut ego reor. & illi maius beneficium afferre. Nam Osiridis uim, & Isidis generationem Lunæ attribuunt. Vocant enim Lunam masculofęminam, nam & Sole impletur, & concipit, & rursum in aere femina, & principia quędam genitalia distillat. Calcagninus, ut supra.

29 Osiridis in arcam detrusio. significat Lunæ in Plenilunio aduersam soli stationem habentis, & incidentis in terræ umbrā, defectū. Calcag.

21 Osi-

21 Osiridis teniæ nulla vmbra fucatæ sed vndecunque micantissimæ splendorem uiridum præferentes, sig. principium, quod uirtute sua sit purum, & nullius rei admistione labefactatū. Valer. f. 286.

22 Osiris in anima, sign. mentem, rationem bonorum omnium ducem, & moderatricem, in terra uero, & in cœlo osiris, signific. quicquid ordinem, & temperamentum seruat, quicquid horas, ac periodos anni tuetur. Rursus quicquid in anima est perturbationibus obnoxium & quicquid a prudentia, & sanitate alienum est. hoc signific. Typhon. & sic in corpore quicquid vel excessus vel defectus causa infestat, & quicquid soli adimit lumen quicquid lunæ detrimenta inuehit omne ad Typhonem refertur. Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.
Osiris V. Vir. 982.

23 Osiridis inquisitio quæ uocatur Ζήτησις festū, in quo sacerdotes Aegyptij bouem septies circa templum ducebant, post solstitium æstiuum, sign. ab eo tempore se desiderare solem, & septem vices inquibus circunducebant bouem, signific. septem menses, qui inter sunt ab vno solstitio ad aliud, Calcag.

24 Osiridis humatio, sign. cum fructus terre abditur sicuti.

25 Osiridem reuiuiscere, & palam prodire, sig. cum fructus satus in terra germinationis dat principium. Calcag. ut sup.

26 Osiris in prima lingua interpretatur Dominus noster est, & mystice, signific. Deum patrem sicuti Isis, signific. Deum filium, & Horus signific. Deum Spiritum Sanctum. Vide Horus. 14.
Goropius in Hieroglyph. lib. 4. fol. 59. & lib. 16. fol. 263.

27 Osiris cum sceptro in cuius uertice sit oculus signific. Sanctissimam Trinitatem; nam Osiris interpretatur noster Dominus est, qui proprie est pater Deus omnium Dominus. sceptrum, signific. potestatem, & filium cui pater tradidit omnem potestatem, & oculus, signific. lucem, & Spiritum Sanctum, cuius est omnia illustrare. Goropius ut supra fol. 60.

28 Osiris in prima lingua dicitur Onseris quod nomen si per vestigia retro legatur fit siresno quæ uox habet duplicem compositionem, componitur enim ex si, res, no, & interpretatur, uisus ad erectionem siue ad assurgendum necessarius, vel uisus ad erigendum assurgendumque inuitat. Vel componitur ex se re sno. & interpretatur, uisus præparat malum uel peruersum. vtram uero habeat compositionem signific. cœlorum obtutu animos nostros peruersos præparari, ut Deum esse cogitent, & eius potestatem, & ordinem agnoscant. Oculus uisum præbet, sceptrum nos assurgere cogit, & ad supremum bonorum inuitat, ut rem maxime necessariam, & hęc ipsa peruersos, & malos animos nostros præparant ad salutem. Goropius in Hieroglyph. lib. 4. f. 60.

29 Osiridi fascinum semper erectum tribui, signific. Dei indefessam creandi vim esse. Goropius ut supra.

30 Osiridis testiculos deiectos, in Nilum, sign. Dei vim masculam idest filium demissum in id quod nouum faciat, uel in nouam argillam. Nilus enim interpretatur nouitatem adducens, uel in prima lingua dicitur in leem idest noua argilla, quod signific. Dei filium demittendum ad naturam humanam innouandam, uel ad sumendam nouam terram non ex Adam propagatam, sed nouo modo in esse adductam. Goropius ut supra folio 61. v. Isis. 33.

31 Osiridis membra a Typhone discerpta discerpta que signific. miseros mortales, qui dei membra tantisper fuerunt, dum se diuortio turpi non separassent, uarijs erroribus fuisse disiectos.
Goropius in Hieroglyph. lib. 16. f. 263. v. Isidem quæsiuisse.

32 Osiridis membra quæsita fuisse ab Iside, ut ea in unum coirent, signific. sapientiam diuinam quęsiuisse, ut mortales disiecti, rursus in unum corpus coirent, quod factum est per masculam Christi D. virtutem.
Goropius ut supra.

1 OS occultatum ut est psalm. 138. sign. Christi Domini uirtutem in carne latuisse, & eius diuinitatem occultatam fuisse. Lauretus in uerbo abscondere.

2 Ossa quæ cum corpore formantur, signific. virtutes naturales sicuti dentes, qui nascuntur ac rena scuntur, sig. uires indies acquisitas. F. G. p. 46. to. 5.

3 Ossa Christi D. N. iuxta illud de cœlo misit deus ignem in ossibus meis, sig. Apostolos in quos deus misit ignem Spiritus S. Ioachim in Hieremiam. f. 3.

4 Ossa Romanæ Ecclesiæ sig. subditos, & prælatos fortiores in fide: sicuti Ecclesiæ carnes, sig. fideles infirmos in pietate, & ossa Babilonis, sign. superbos carnales luxuriosos, & auaros, Abbas Ioachis in Hierem. f. 3.

5 Ossa in homine sign. lapides in mundo. Geor. Venet. Arm. f. 104.

6 Ossa ad ossa accedentia, ut est Ezech. 37. signif. fideles accedentes ad fideles, aut uirtutes inuicem coniunctas, & connexas. Laure. in uerbo accedere.

1 Si OSTIVM est compingamus illud tabulis cedrinis, ut est cantic. ultimo, signifi. si transitus, qui faciendus erat de sinagoga ad Ecclesiam non erat futurus firmus, ut murus, de quo antea loquebatur Salomon, debere transitum illum corroborari tabulis cedrinis, quæ sign. doctores Euangelicos per quos infirmitas credētium confirmaretur. F. G. p. 61. to. 5.

2 Ostium apparens Ezechieli, ut videret abominationes, ut est Ezech. 8. signifi. manifestationem alicuius uitij, per quod alia occulta

T villa

nitia perspiciantur. D. Hieron. Ezech. 8.

1 OSTREVM sign. Priapum Lampsacenum, quod illa ora Lampsaci abundet admodum ostreis. Valer. f. 202.

2 Ostreum, sign. humanum genus. Quod animus noster corpori inclusus sit veluti in carcere detrusus, quemadmodum ostreum inter durissimas testas ita annectitur, ut non sine illius interitu ab illis diuelli possit. sicuti illi qui neč squammas ignorantiæ deponere possunt diuinis admonitionibus quantumlibet instituti nec spiritus cultum ullo modo patiuntur. Valer. f. 202.

3 Ostrea apud Chimicos sign. Lunam seu argentum, unde ostrearum sperma apud eosdem signif. Mercurium argenti. Leo suauius in scholiis Paracelsi. f. 287.

1 OTAP. apud Chimistas, sign. sal armoniacum rubrificatum per aquam uitrioli rubei. Ioannes Garlandius.

1 OTIS & equus signif. hominem imbecillum qui ferociori potentiorique assurgat, & in rebus gerendis sententiisque dicendis primas illi partes cedat. Quod auis illa simul ac equum uiderit illum quadam ueluti uenerationis ostẽtatione excipit, circumque uolitando & subsequendo deducendoque, officium facere quodammodo uidetur. Valer. f. 180.

2 Otis sign. animum nil altum sapientem, sed affectu terreno depressum. Quod quatenus sit auis & alata, sig. animum, quatenus uero adeo corpulenta, ut nequeat a terra extolli, sign. affectus terrenos. Valer. f. 180.

3 Otis & canis signifi. hominem contumacem & monitoribus asperum. Quod illa auis cum uiderit canem, uel senserit, statim fugit ad latebras, canes uero sig. sacerdotem admonentem pios & impios oblatrantem, qui uero fugiunt sacerdotes tales, uel sunt impij, uel contumaces. Val. f. 180.

4 Otis quam capiat rusticus sig. hominem stolidũ & captu facilẽ. Alciat. embl. 65. & Sanctius ibid.

1 OTHODA ut est illud beati Cyrilli. Othoda ex ossibus Tibiarum quid Thodes? sign. antipapam Germanum qui erit Antichristus missus in tempore ultimi scismatis, quando scilicet erunt tres antipapæ & unus uerus Papa. Est enim Othoda auis, quæ non habet ossa in tibiis, & ideo caret omni robore sustinendi se, sicuti se habebit ille malus Pontifex. Abbas Ioachim in Cirillum, & Theolosphorus, folio decimo septimo.

1 OTHONIEL petiisse a Caleb irriguum superius, & irriguum inferius, sign. illum petiisse benedictionem in rore cœli, & in pinguedine terræ quam omnis pars animalis desponsata, Othoniel, qui interpretatur signum Dei, debet habere. f. 6. p. 418.

1 in OVILE ouium aliunde ascendere, ut est Ioan. 10. sign. Ecclesiasticas dignitates illicite acquirere. Cyrill. Ioan. 11.

2 Ouis primogenitum non tonderi, signifi. quod Deo dicatum est, non debere in alios usus conuerti. f. 6. pag. 475. tom. 2.

3 Ouis sign. b, litteram, quod semper be, be, clamet. Valer. f. 351.

4 Ouis in sacrificio, signifi. simplicitatem atque mansuetudinem. Galatinus lib. 11. cap. 9. & sign. innocentiam. Gouschelius lib. 6. Elocut. sacr. script.

5 Ouis una perdita quam pastor relictis nonaginta nouem, humeris reportauit, ut est Matth. 18. sig. genus humanum. Quod Christus Dominus in humeris suis in cœlestem patriam reportauit. Lauretus in uerbo unitas in appendice numerorum.

6 Ouium gregem cum cane, & tribus pastoribus a fulmine occisos. Vitulum bicipitem natum anno ab vrbe condita 640. ante Christum D. 122. sign. Romanorum tumultum, ob legem quam Gracchus ferre uolebat. Iulius Obsequens prodigio 91.

7 Oues crassæ ut est Ezech. 34. sign. homines fortiores in uirtutibus. Lauretus in uerbo adeps, & crassum quod assumunt pastores sign. ciuiũ optima quæque, & adeps separatus a carne signif. hominem qui a carnalium consortio segregatus est, & gratia Spiritus sancti repletus. & saginata sig. spirituales homines.

8 Oues ascendentes de monte Galaad siue de lauacro, ut est Cantic. 4. & 6. signif. homines qui suscepto baptismo eleuantur ab bene operandum D. Greg. Cant. 4.

9 Ouis bibens de calice pauperis ut est 2. Regum 12. significant hominem bibentem de calice dæmoniorum. Diuus Ambrosius Apollog. Dauid. 5.

10 Oues bibere aquam turbatam pedibus pastorũ, aut arietum, ut est Ezech. 34. signif. subiectos ea ad exemplum uiuendi appetere, quæ prælati quique prauo opere peruertunt. D. Gregorius 22. Moral. 15. sub terræ Metaphora tangit.

11 Ouis mactatæ debilitas, sign. carnis infirmitatẽ. Ioachim in Apocal. f. 3.

12 Ouis mactata sign. victoriam sine sanguine partam apud Romanos. Valerianus folio tricesimo.

13 Ouem afferre in sacris sign. uirum a malis se abstinere. Valer. f. 26.

14 Ouis sig. stultitiam, quod adagio fertur ouis uitam uiuere. Valer. f. 74.

15 Ouis in sacris litteris aliquando sign. motus rationis expertes, & insipientes cogitationes, & quidquid per imprudentiam peccatur. Valer. fol. 74.

16 Ouis in sacris litteris aliquando significat homines diuinæ institutionis expertes indocilesque. Valer. f. 74.

17 Ouium pastor sign. doctorem uirtutis, & disceptatorem rationis. Valer. f. 75.

18 Oues significãt eos, qui simplici vera puraque fide pietatem amplectuntur iuxta illud: Oues meæ uocem meam audiunt. Valerianus. fol. 75.

19 Oues signif. innocentiam, quod ouis sit animal

innocens

innocens,& iuxta illud diui Cipriani. Meminisse debemus, quo uocabulo Christus plebem suum appellet, quo titulo Gregorium suum nú cupet, Oues nominat, ut innocenria Christianá ouibus æquetur, agnos uocat, ut agnorum naturam simplicem, simplicitas mentis imitetur. Valer. f. 75.

7 Ouis sign. mansuetudinem iuxta illud in Euágelio ubi oues ab hædis segregandæ dieuntur. ui tam siquidem viri mansueti peragunt inturmi natam, & ab eo qui mitis est, & humilis corde suscipiunt morum rationem, paratique sunt tamqum oues si sit opus trahi ad iugulatnem, vt dominum imitentur. Valer. f. 75.

8 Ouis sign. prouentum, & feracitatem προβάτον enim græcum nomen idem penè est quod προβάσις quod sig. earum rerum opulentiam quę ad uictum pertinent. & apud nos ab oue quæ alio nomine dicitur pecus deducta sunt vocabula pecunia & peculium. & apud anuquos poetas oues aurea lana fingebantur. Significantes ex ouibus fieri opulentiam. Valer. f. 76.

9 Ouis sign. felicitatem præsertim si insolito colore fuerit, ut puta uel aureo uel purpu reo. unde Virgilius.

Ipse sed in pratis Aries iam suaue rubente
Ostrice iam croceo mutabit vellera succo

Dide agnus. 4. & 5. Valer. f. 76.

10 Ouis pellis lanata, qua inducbatur noua nupta, signific. officium muliebre, scilicet, ut se ad lanificium paratam meminisset. Vale. f. 76.

11 Ouis cum duobus agnis altrinsecus alligatis, signifi. mulieris fęcunditatem, quòd antiqui ouē eo modo cum agnis alligatum Iunoni opulentie presidi, & partuum sospitatrici pro muliere, quæ gemellos peperisset sacrificabant. Valer. f. 76.

12 Ouis sig. pecuniam, quòd antiqui numos pecualis effigie cudebant. Valer. f. 76.

13 Ouis pellis uiro alicui circundata quem lupi caput dentibus laniare videatur, signif. hominem pedieulositate confectum, quod pelles ouium quas lupus occiderit, & vellera, & vestes ex his confecti longi quam ceterę aptiores ad pediculos procreandos sint. Val. f. 77.

14 Ouis sign. Patriarchas, & Prophetas propter innocentiam. D. Augusti. in sermone de Caim & Hebel.

16 Ouis sig. virginem deiparam, quæ nobis purpureum contra naturam peperit agnum. D. Aug. in serm. de Caim. & Abel.

16 Ouium minores, ut est Hierem. 49. Nisi traxerint uos minores ouium, sig. Persas quos Hebræi antiquiores dicunt esse oppressuros Romam, quam uocant Edom. sed certe erant: nā ibi minores ouium, sign. Apostolos præcipue Petrum, & Paulum, qui erant subiecturi Romanos Christianæ fidei, & ibidem Regnum Christi fundaturi. Galatinus libro 4. capitulo 28.

17 Ouis, signific. Christum Dominum nam in prima lingua dicitur. OI. quæ duæ litteræ adeo significant contrarium, ut o notet æternum & infinitum Et. ι. signat exile quid, & minimum, quæ duo extrema minimum, & infinitum sunt in vno Christo coniuncta diuinitas scilicet, & humanitas, in prima lingua. oi. litterę quæ idest ouis in unum coniunctæ sonum, signific. sub oue vnam personam latere quæ infinitam naturam exilitati abiectissimæ copularet. Goropius in Hieroglyph. libr. 6. f. 67.

18 Ex Ouis natos Castorem, & Pollucem, & Helenam, signifi. eos in domus superioribus locis a matre in lucem editos. ὠὸν enim apud ueteres idem significabat, quod ὑπερῷον, idest superior locus, siue Thalamus, cænaculum uel cubiculum. Atheneus lib. 2. cap. 17. & Sanctus in Alciati Emblemate 43.

19 ab Ouo usque ad mala, prouerb. sig. ab cōuiuij initio usque ad finem; nam conuiuia ab ouis incipiebant, & malis finiebant, vel signific. totum opus, totum colloquium, totam nauigationem. &

20 ab gemino Ouo ordiri bellum Troianum. sign. rem altius repetere, quam oporteat. Adagium ut sup.

21 Ouum uocatum decumanum, sign. illud ouum esse decimum, & maius quàm cætera nouem, quæ ante sint edita, sicut & fluctus quique decimus maior est alijs fluctibus teste Ouidiò lib. 1. 1. Tristibus.

Qui uenit hinc fluctus, fluctus super eminet oēs
Posterior nono est undecimoque prior. &

Idem in lib. 10. transformation.

Vastius insurgens Decimæ rnit impetus undæ.

dæ, tu lege Bedam libro de mundi constitutione. & Petrum Bongum cap. de denario f. 4.

22 Ouum quod Liuia iu sinu suo fouit, ut sciret marem ne an femellam in vtero habere, signific. ei marem futurum, nam ex ouo pullus mas natus est, & ipsa peperit, Tiberium. Petrus Crinitus lib. 11. cap. 5. de honesta disio.

1 OZIAS Rex Iuda princeps status clericorum, sig. Adam, qui fuit princeps status coniugatorum. v. Adam. ozias cum esset de tribus iuda voluit offerre incensum Domino, & correptus est lepra qua usque ad mortem laborauit, Hic inuio fuit pius, & bonus, auxilioque diuino fretus Philisteos, Arabes, Ammonitas deuicit, & tributarios fecis, ciuitatem Ierusalem restaurauit, tandem ex opulentia, in superbiam lapsusdum sacerdotis munus usurpat, volens, ut dictum est sacrificare, atque adolere incensum super altare, dumque sacerdotibus ipsum corripientibus minatur. in lepram incidit atq; a sacerdotibus e templo pellitur, & mensit leprosus ad obitum usque, & fuit ab Adam generatio 64. Ioach. l. 2. cap. 5.

2 Ozias expulsus e templo, signific. Dominum Nostrum expellendum ex vrbe reputatum peccatorem propter similitudinem carnis peccati, & ductum ad supplicium. Vide

Adam. sign. etiam populum Iudæorum propter delicta debere expelli e loco sancto. Ioac. lib. 2. tract. 2. cap. 10.

3 Ozias qui interpretatur robustus Domini. sign. Christum Dominum Nostrum iuxta illud fortitudo mea, & laus mea Dominus. Remig. in Matth. 1.

4 Oziam sequi Ioram sign. quòd cum aliquis factus sit excelsus tunc potest vere dici robustus Domini, quasi robur suum attribuens Deo. & in suo proposito perseuerans. Ozias enim, ut supra interpretatur robustus Domini. D. Thomas in Matth. c. 1.

5 Ozias Rex accelerans egredi de Templo, post lepram contractam, vt est Paralip. 26. significat libentem susceptionem pœnitentiæ per subditos faciendam. Lauretus in uerbo accelerare.

P

1 P Litera sepius multiplicata apud Antonium Getam Imperatorē. sign. edulia, quæ ab ea litera incipiebant. vti P. P. P. P. P. sign. porcellos, perdices, pauos, pisces, pernas. Si uero addebat F. significat itidem Edulia ab eadē litera incipientia uti F. F. F. sign. Farcta, Fasianos, ficus. Petrus Crinitus lib. 14. cap. 11.

2 P. apud quendam sig. ignem elementum in materia lapidis philosophici. & P. apud eundem lib. 1. cap. 17. Theoricæ. sign. Lapidis philosophici animam. V. N.

3 P. apud quendam significat aquam compositi Solis.

4 P. apud quendam significat ignem metallorum.

5 P. apud quendam significat operationem in arte Chimica. Et apud quendam scribitur per quatuor colores, qui sign. quatuor modos diuersos operationis in arte. & est principium decimumquintum & sensuale.

6 P. apud quendam, significat incerationem, & est quartum decimum principium in ipsa figura.

7 P. in prima lingua significat impressionem in aliquid eo, quod prius labra comprimendo sonus e medio eorum propellatur, atque quodammodo erumpat. Goropius in Herinat. lib. 7. f. 151.

8 P. in alphabeto primæ linguæ, notat pecudem. Sed in oratione, quæ latet in alphabeto. significat preceptorem rogare Deum, vt discipulum, qui est veluti pecus, velit exaltare ad se. Goropius in Hermath. libro nono. folio 217.

1 PACIFICA sacra per agnum, & Deum fieri. sign. illa animalia magis quam cætera inter bruta accipere de clementia illius, qui dicitur pater misericordiæ, & ideo illi magis grata. F. G. p. 211. tom. 1.

2 inter Pacifica sacra bouem uel uaccam quoque admitti, sign. illud animal esse pacificum, & beneficum, uel sign. quod habet simbolum cum quibusdam uirtutibus, quæ in pacificatione requiruntur. F. G. p. 212. to. 2.

1 PACTVM dei factum cum quinque hominibus semper in medio, & primum pactum fuit Adæ ne comederet de Arbore, quæ erat in medio paradisi. Secundum Noe in Arcu, in medio nubium. Tertium Abraæ in circuncisione in medio crurium. Quartum Mosis in lege in medio castrorum, & Quintum ipsi nostro saluatori, in medio mundi. Quæ omnia, sig nif. Christum Saluatorem nostrum a mortalibus omnibus fuisse adorandum. vel etiam ab angelis. F. p. 95.

2 Pactum ut est illud Ierem. 33. si pactum meum inter diem, noctem, & leges cœlo, & terræ non posui. Secundum Rabbenu Haccados, significat quòd Deus benedictus creauit Mundum propter Iesum, & eius matrem beatissimam Mariam. Verba Haccados sunt hæc. Quoniam ante mundi creationem prospexerat Deus sanctus, & benedictus Adam peccaturum, mundumque suum transgressurum, & ob id se uniuersum orbem condemnaturum, propterea dicebat Deus ipse se nolle mūdum creare, verbum autem eius instabat mundum esse creandum. uidens autem Deus sanctus, & benedictus ex Israel excidendam esse petram sine manibus, & hæc est. petra pri maria, ex qua Messias futurus est, qui misericordias suas extendit super totum orbem, & ob hoc vocatus est Israel pater totius orbis, & populus peculiaris, Huius petræ dilectione, & Messiæ filij Dauid regis eorū creauit Deus sanctus, & benedictus hunc mundū. ob quod quidem arcanum dictum est apud Hierem. capitulo 33. nisi pactum meum suple esset, diem ac noctem leges cœlo, ac terræ non posuissem. Hæc Rabbenus ille Haccados, qui fuit ante Christum Dominum, Natum per plurimos annos. & quem Hebræi vocant magistrum nostrum Sanctum, sed ut intelligatur quod nam sit pactum istud, sciendum, quod Iesus, & Maria apud Hebræos arithmetice signific. numerum 613. Hoc modo. Iod. 10. Scin. 300. Vau. 6. Iterum. Vau. 6. mem. 40. Res. 200. & mem. 40. quorum numerorum summa ascendit ab 612. & berith. quæ interpretatur pactum, de quo deus in Hierem. ut dictum est per numeros ascendit ad eandem summam 612. hoc modo. bet. 2. res. 200. Iod. 10. tau 400. quod signific. Iesus & Maria esse pactum, per quod Deus creauit mundum: nam & hac dere Cabalistæ plurimi faciunt, numerum. 612. Galatinus libro 7. capitolo 2.

1 PAEDAGOGVS signific. allegorice Iesum D. qui ducit nos pueros ad salutem. Clemen Alexandrinus Pædagog. libro primo cap. 7.

1 PAGVRVS in numis sign. Chiorum Rempublicam, quòd Chij, ea nota vtebantur in pecunia. Valer.f.201.

1 PALAEMON, Leucothea, & Nereus. sig. apud Chimichos illas tres materias quæ in vnam copulandę sunt in opere Chimico. Iuxta illa verba. Frustra Palæmonem, & Leucotheam adibit qui Nereum non attraxerit nec Nereum attrahet, qui circa primariam animalem trinitatem operatus non fuerit. Nihil autem firmi habebit in opere, qui Vestam non attraxerit. Leo Suauius in Scholijs Paracelsi. fol.317.

1 PALESTA siue παλαιστη significat vitæ nostræ breuitatem, est enim Palesta mensura tantummodo quatuor digitorũ. Iuxta illud, Ecce quam breuis posuiste dies meos. Valer. f.264.

1 PALICI Dei qui in prima lingua dicebãtur pai lie, idest æquum persoluens. sig. periuros omnino, ea pœna esse afficiendos, quam eos luere æquum esset. & hinc erat quod iurantes ad paliceorũ crateras dicebant si fefellero, Deus me flmiás puniat infernis, & sceleri meo iusta tormenta soluat: & si quis peierasset eum sequebatur, vel uitæ priuatio, vel oculorum obcæcatio. Gorop. in uertumno.f.46.

2 Palicos conceptos esse ex Talia, & Ioue. signif. Deum ex penu suo, e quo omnibus pro meritis paria facit, ministros proferre ad iusta premia persoluenda. Thalia enim in prima lingua dicitur a Talen, quę uox notát persoluere, ut sign. omnibus a Deo pro meritis iusta persoluenda.

3 Palicos a matre Thalia sub terram existente in lucem editos: sign. Deum iustę solutionis sub terra maxime ius suum exercere, dum iniquorum hominum sceleribus iustas pœnas æternis ignibus infligit. Goropius, vt supra.

1 PALINVRVS qui præerat classi Aeneæ, & eius nauis gubernator erat. sig. appetitum qui sensibus delectatur, quæ dicitur libido. duplex enim est appetitus, vnus qui paret sensibus, & uocatur libido, & alter qui paret rationi & uocatur uoluntas. Landinus libr.3.Camaldul.

2 Palinuro solo excepto Troianos in Italiam profectos esse. significat appetitum, qui a solo sensu prouenit aduersari classi, idest voluntati ad contemplationem tenendi, appetitus enim sensualis nihil altium suspicit, & hóc significat Palinuro rectore Aeneam in Italiam venire non potuisse. Sed Aenea in Italiam omnino contendẽte Palinurus somno opprimitur & in mare deijcitur, quòd significat appetitum sensualem paulatim sopiri & extingui, quando ratio superior ad diuina contendit, & terrena atque caduca relinquit. Landinus 4. Camaldul.

3 Palinurum seuere a Sibilla reprehensum fuisse. significat nephas esse ille eum appetitum ad veri inuestigationem traducere, qui aduersus rationem sit contumax. Landin.4.Camal.

1 PALLAS sign. mundi hemisphærium, quod est supra orizontem. Valer.f.134.fi.

2 Pallas sign. ignem purum, & translucidum, sicuti Vulcanus, sign. ignem nostrum materialem. Valer.f.135.g.

3 Pallas ficta a poetis Iouis nata sapientiam ex Dei intellectu, & prouidentia manare. Valer. fo.135.d.

4 Palladi templa in altissimis arcibus erecta, sign. sapientiam e capite prouenire, quod est hominis pars superior. Vale.f.135.d.

5 Pallas genita sine beneficio matris, signifi. virtutem non nasci, ut ceteræ res, quæ parium concubitu producuntur. Valer.f.135.

6 In Palladis templo pro vestibulo templi in lapide erant sculpti Infans senex, accipiter piscis, & Equus fluuialis, quæ omnia, sign. conditionẽ humanam. Infans, sig. vitam a pueritia, in seniũ vergere, senex sig. senium, accipiter sig. Deum, & quod in nobis est diuinum, & uitam ipsam, piscis sign. odium, & mortem, propter mare, quod perniciem, & exitiũ appellabant, equus fluuialis sign. violentiam impudentem, & dissidium, quod fit in contrarijs elementis. unde mors. Valer.e.219.

7 Pallas armata stans cum clipeo, & lancea ad cuius pedes adstit draco peruigil. apud quem sit tẽplum, sign. virgines custodiendas esse summa cum diligentia. Pallas enim uirgo sig. virgines Draco vigil, sig. uirginum custodiam. Alciatus Emb.22.

8 Pallas & Bacchus super altare in eodem templo signifi. Mineruam esse doctorum ingeniorum præsidem, & uini usum moderatum acuere ingenium. Alciatus Emblem. 23. Vide Bacchus.

9 Palladis indumẽtum triplex Aureum Purpureũ & cæleste, vt & scribi Albricius lib. de deorum imaginibus. Pallium distinctum illis tribus coloribus, sign. Theologiam Mathematicam, & physicam. Vel ipsum Palladis pallium, sign. omnem doctrinam trino subiacere numero. Nam omnis scientia, & ars, quæ ratione, & sermone absoluitur in tria genera diuiditur, quæ sunt nouem. Vnde fictæ sunt Musæ nouem. Omnis enim sapientia habet tria genera logicum, Ethicum, & Theoreticum. logicum diuiditur in Grammaticam Rhetoricam, & Dialecticam, Ethicum diuiditur in Monasticam, Oeconomicam, & Politicam. Et Theoreticum diuidit in physicam Mathematicam, & Theologicam. v.Musæ. 8. Petrus Bõgus cap. de ternario.f.98.

10 Pallas e capite Iouis, signific. filium vnigenitum quem uciant verbum æternum, sapientiam infinitam, mensem diuinam, Thesaurum omnium splendorum Idealium, cœlum supra cæleste principium, & authorem totius sapientiæ artem diuinam vnde facta sunt omnia, precisũ, & infinitam æqualitatem. Farra f.108. Georg. Venet. Arm.f. 8.

11 Pallas & victoria apud Orpheum, signifi. Octauam numerationem Cabalisticam, triumphũ

orbem, qui sub clipei specie regatur a sapientia Valer. f. 313.

26 Palladem in clipeo ferre Medusæ caput sign. stuporem quo sapiens afficit uulgarem multitudinem. Valer. f. 313.

27 Palladem apud Græcos armatam fingi, sign. sapientes debere celare arcana mysteria, nam & apud Hebræos ferrum sign. sapientes scire celare mysteria. Leo Suauius in scholiis Paracelsi f. 159. v. Ferrum.

28 Pallas præposita a Manilio, & ab aliis arieti primo signo Zodiaci, signific. Intelligentiam quæ præsidet illi signo, & quemadmodum aries in homine præest capiti, ita eius intelligentia quam Ethnici Palladem, uocant curat humanum caput. Georgius Venetus armon. fol. 114.

29 Palladis statuam ab Aegyptiis ornari solitam; esse quibusdam eorum indumentis, sign. Poeticam artem ornandam esse aliis pulchrioribus disciplinis. Bartholomæus Tægius lib. 2. de arte fabric. insignia.

30 Palladem præsidere conseruationi urbium, sig. in solis prudentum hominum consiliis totam reipublicæ salutem sitam esse. Goropius in Vertummo f. 111.

31 Palladea tres in portę Mercurij sub Prometheo in septimo gradu theatri Julij Camilli, quarũ una fabricet ciuitates, secunda texat telam figuris distinctam, & tertia scalpat statuam, significat modulos architecturam, picturam, prospectiuam, plasticam, statuariam & pertinentia ad dictas artes. Iulius Camillus f. 145.

32 Palladis pauimentum in sacrario, habebat scriptum. Ego sum quidquid fuit, est, & erit nec meum peplum quisquam mortalis unquam retexit. Celius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis. v. supra Palladis peplum.

33 Palladem fuisse Neptuni & Tritonidis Paludis filiam, sign. sapientiam ex illis perturbationibus nasci, quas homines in uita, & in morte præcipue experiuntur, ex importunis enim uitæ perturbationibus, & è cœno tenebrarum mentis & inscitiæ nascitur sapientia, quæ quoniam est res diuina, & Dei munus, Pallas dicitur è Iouis capite quoque esse nata. Natalis Comes lib. 4. cap. 5. Mythologię.

34 Palladem esse natam armatam, sign. sapientes animum nunquam esse inermem ad euentus fortunæ, uel consilio uel patientia superandos. Natalis comes ut supra.

35 Palladem esse natam sine matre, signific. sapientiam raro esse in fœminis. Natalis ut sup.

36 Palladem uocatam esse Tritoniam, sign. illam, natam esse tertio die Lunæ, & ea de re Athenienses tertio quoque mensium die Palladi sacra faciebant, uel ut alij dicunt quia caput dicatur Triton, quod cranium in tres partes diuisum sit. vel quia Luna tertio a Solis coniunctione die appareat, uel sign. animam uocari sub Palladis nomine Tritoniam propter eius tres uires rationis, cupiditatis, & iræ. Vel sign. aerem propter triplicem notabilem in anno mutationem, vernam, æstiuam, & hyemalem. Natalis ut supra.

37 Palladem dici ab Orpheo esse & marem & fœminam, significat sapientis esse, & uti opportunitatibus, & tempori cedere. Natalis ut supra.

38 Palladi vni a Ione tributas esse uires suas, signif. sapientem uirum præcipue a Deo amari, neque ullam esse sapientiam, quæ a Deo dissideat. Natalis ut supra.

39 Pallas nata e Iouis cerebro. v. Aleph. 5.

40 Palladem bellis præpositam fuisse, sign. sapientiam maxime in bellis necessariam, & ad hoc facit eius scutum perlucidum & serpentibus circumtectum, ut qui sign. in bello multa prudentia & mentis perspicuitate vtendum esse. Natalis Comes in libro quarto capitulo quinto Mytholog.

41 Palladi sacram esse noctuam, signif. sapientem uidere ea, quæ cæteris sunt obscura. Natalis ut supra.

42 Palladi dari cristam & galeam sign. sapienti uiro non solis viribus uti conuenire, sed etiam vrbanitate & moderatione quadam in rebus omnibus cum ornamento.

43 Palladi cuspidem tribui signifi. homini necessarium esse acumen ingenij, nam qui a natura crassus est ingenio, non posset uel a decem Mineruis expoliri.

44 Palladi supra cassidem gallum insidere, sig. uiro sapienti etiam opus esse animo pugnaci, uel potius significat sapientem uirum uel futurorum temporum esse præscium. Natalis ut supra.

45 Palladem fuisse amicam musis & semper Virginem, sign. sapientiam delectari liberalibus artibus, & aduersari venereis voluptatibus, nihil enim magis aduersatur sapientiæ quam Venus, quæ memoriam & ingenij bonitatem debilitat. Natalis ut supra.

46 Palladis scutum esse perspicuum & christallinum, sign. sapientis ueritatem & omnem uitæ rationem omnibus conspicuam esse debere. Natalis Comes libro quarto, capitulo 5. de Mythologia.

47 aduersus Palladem audere insurgere neminem, sign. sapientem virum esse sceleratis omnibus formidabilem. Natalis ut supra.

48 Palladem inter omnes Deos proximum Ioui locum occupasse, vt ait Horatius, sign. sapientem uirum esse similem Deo, tum ob rerum humanarum contemptum, tum ob potentiam, & in negotiis transigendis felicitatem. Natalis ut supra.

49 Palladem inuenisse oleam, sign. omnes disciplinas & præstantes artifices oleo & lucubrationibus indigere. Natalis ut sopra.

59 Palladem fecisse Tyresiam cæcum, quod eam ui disset nudam, & postea fecisse eum non corporis sed mentis oculis longe cernentem, signif. sapientiæ fructum adeo esse dulcissimum, ut qui illum gustarit, aut eius lumen perceperit lubenter ad cæteras res cæcus fiat, uel sign. hominem

hominem qui diuinam sapientiam inspiciat, cognoscere se esse cæcum, & nihil omnino scire, at si quis postea diuina adiuuante gratia res ipsas inspiciat, tunc quod demptum fuerat corpori mentis & animi oculorum acumen recuperat, resque futuras sapienter ipse prædicit. Natalis ut supra.

51 Palladem præpositam esse ciuitatum & domorum priuatarum ianuis, & earum claues seruare, sign. sapientiam & ciuitatibus, & domibus priuatis moderari. nam sine ea neque domus, neque ciuitas diu seruari potest. Natalis ni sup.

52 Pallas significat solis eam uim, quæ mentibus humanis sapientiam infundit. Natalis ut supra.

53 Palladi multos angues attribui, sig. solis cursum sæpius inflexum per Zodiacum.

54 Palladem gestate Gorgonis caput in pectore, quod nullus nisi cum terrore intueri poterat sign. solis eam esse vim claritatis, ut nemo possit in eam sine hallucinatione oculorum aciem intendere.

55 Palladis clipei splendor, signif. solis clarissimam naturam. Natalis ut supra.

56 Palladem habuisse a Ioue pares uires, sign. Solem post Deum ipsum, omnium agentium in res humanas potentissimum esse, nam sol facit ut aliæ res intereant, aliæ oriantur ut semper nouetur præsentium rerum uicissitudo. Natalis ut supra.

57 Palladem apud Homerum gloriari de pulchritudine oculorum, sign. intellectualem sapientiam habere eandem proportionem ad animam, quam habet uisus ad corpus, & intellectum illud operari in anima, quod facit oculus in corpore, Pallas enim sign. sapientiam intellectualem, & quia intellectus est oculus animæ, sicut oculus est dux corporis, adeo quod duo sint visus alter incorporalis, idest intellectus & alter corporalis, idest ocularis. Ioannes Picus in lib. 2. cap. 7. Comment. in cantilenam Hieronymi Beniuenij.

58 Palladium quod erat scutum e cœlo lapsum, signif. futuram Imperij tutelam. Sicuti & pelta quæ itidem e cœlo cecidit ipse Numa interpretatus est, sign. salutem imperij, & urbis a peste futuram, hanc peltam inter ancilia dicunt fuisse. Valer. fol. 3 1 2. lib. 4 2. verum pelta & ancile non eadem forma erant, & secundum Valeria num salij ferebant peltam in læua & ancile dextera.

59 Palladium Diopetes esse, idest a Ioue decidisse, sign. principes in consiliarios semper Deum orare debere, ut salutaria consilia suggerat, & quæ suggesserit, ad regionis dirigat conseruationem. Pallas enim in prima lingua dicitur Pallans quæ uox interpretatur regionis conseruatio, & ideo Pallas erat custos vrbium. Goropius in Vertumno f. 1 1 1.

60 Palladium conseruare eam ciuitatem in qua esset, ut nulla hostilis uis posset eam conuellere, sign. ciuitatem sapienter & religiose rectam & custoditam non posse ab externa vlla ui conuinci, nam idest palladium in ciuitate locatum esse, in qua religio & Dei timor seruatur. Natalis Comes lib. 4. cap. 5. Mytholog.

1 PALEAE sign. eos qui fidei sacramentis imbuuntur sed solidi non sunt, sicuti zizania sign. eos qui opere & professione secernuntur a bonorum sorte. Rabanus in Matth. 3. sign. etiam terrenas uoluptates utpote quæ sint ignis materia. Gregorius Nisenus in uita Mosis.

2 Paleæ & forum, sig. carnalium vitam, ut est illud Isa. 40. omnis caro fœnum. D. Hieronimus scribit hæc, ego puto quod paleæ in scripturis sanctis sign. uerba simplicia, ut est illud Isa. 1 1. & leo quasi bos comedet paleas, ut est illud Matthæi 1 5. Si enim fœnum &c. & significet gentes. Gouschelius lib. 6. Elocution. sacr. script.

1 PALESTINA sign. Demones & Philosophos, qui semper sanæ doctrinæ & uerbo crucis aduersantur. Gouschelius lib. 6. Elocut. sacr. script.

2 Palestinarum filiæ ambientes per gyrum Hierusalem, ut est Ezech. 16. sign. hæreticorum sectas obsidentes Ecclesiam. Glossa ordin. in Ezech. 16.

1 PALLADEM præesse Athenis sig. ex Athenis optimos omnium oratores, & in omnibus artibus peritissimos prodire, numerus enim septenarius erat sacer Palladi, & idem signif. eloquentiam, & sapientiam, unde locus ex quo eloquentia, & sapientia prodibat, uidebatur esse illi Deæ, cui & numerus eloquentiæ, & sapientiæ symbolum gerens addictus erat. tu lege Fabium Paulin. Hebdom. libro primo, capitulo tertio.

1 PALLIVM quod a Pontifice datur Patriarchis archiepiscopis & paucis quibusdam Episcopis, sign. plenitudinem potestatis, qua cum Pontifice maximo participant Patriarchę Archiepiscopi & quidam Episcopi. Paulus Scaliger in oratione ad Pontificem. folio tricesimo secundo.

2 Pallij Samuelis summitatis scissio per Saulem facta vt est Reg. 1 5. signifi. Doctores debere abijcere ab se male consulentes, & debere respuere laudes de sua exteriori conuersatione. Diuus Gregor. 1. Reg. 1 5. & Lauretus in uerbo abscindere.

3 Pallij Samuelis partem non totam a Saule scissam, ut est 1. Reg. 1 5. signif. bonum in eo quod male suggerit, esse repellendum, in aliis uero retinendum. Lauret. ut supra.

4 Pallij Samuelis scissio ut supra sign. etiam Regnum abscindendum a Saule. Lauret. ut supra. v. Samuel.

5 Pallij Achiæ scissio in 1 2. partes, ut est 3. Reg. 1 3. sign. separationem hereticorum ab Ecclesia. sed prius sign. ex 1 2. partibus populi Hebræi decem secuturas fuisse Ieroboam, & duas tantum Roboam: sicuti dixit Propheta quod factum euenit, ut decem fierent heretici, quod peccarunt in decem precepta legis. Sed utinam ne in præterita generatione quæ correspondet generationi Dauid, & in præsenti quæ correspondet

respondet generationi Salomonis, ut ego uereor in populo Christiano ad vnguem euenisse, ut ex 12. populi partibus decem secutæ sint Lutherum, quasi alterum Ieroboam. Lauretus ut supra.

6 Pallio uno plures inuicem se cooperire apud Græcos sign. duo simul corpora uel plura con cordibus animis & una mente teneri. Alexander ab Alexandro libro primo capitulo vicesimo sexto.

7 Pallium quod a summo Pontifice mittebatur Patriarchis Archiepiscopis, & nonnullis Episcopis, signif. potestatis plenitudinem. Paulus Scaliger in oratione ad Pontificem. folio tricesimo secundo.

8 Pallium in Episcopo sign. disciplinam quam habere debet Episcopus. Aemarus Henuequinæus libro de ceremoniis missæ cap. 5.

9 Pallium quod proprium est Metropolitanorum idest Archiepiscoporum & Primatum, & Patriarcharum, sign. illos discerni a cęteris Episcopis. Aemarus ut supra.

10 Pallium amittere in die frigoris ut est Prouerb. 24. sign. bonis operibus nudum apparere in die iudicij. Beda in Prouerb. 25.

11 Palliorum anguli quátuor ut est, numer. 15. sig. multitudinem operum. Glossa ordinaria in Deuter. 22.

12 Pallium breue non potens utrunque operire, ut est Isai. 28. sign. animam non potentem simul Deum, & dabolū in se recipere. D. Hieronym. Isai. 28.

13 Pallij Aihæ Silonitæ scissuræ duodecim, quas ostendit Ieroboam, & dixit, ut decem sibi sumeret, sign. Ieroboam regnaturum supra decem tribus populi Hebræi, sed pallium non in duas partes fuit diuisum, sed in duodecim, ex quibus Ieroboam habuit decem, quæ decem scissuræ sign. regnum Israel decies scindi debere, & postea nunquam amplius couniri. Prima scissio fuit in ipso Ieroboam. Secunda in Baassa. Tertia Zambri. Quarta in Ambri. Quinta in Iehu. Sexta in Selum. Septima in Manae. Octaua in Phacea. Nona in Osea. Decima in Assyriorum Rege qui eas omnino euertit. Rupertus libro quinto capitulo septimo de Victoria verbi Dei.

14 Pallium quo utuntur Patriarchæ & Metropolitani, sign. differentiam inter eos & alios Episcopos ob priuilegiatam dignitatem. Michael Timotheus in Missæ sacrif. quæstione 8. tractatu 1.

1 PALMA & piramis signif. Aegyptum deuictam. Erizzus. f. 167.

2 Palma significat Iudæam prouinciam. Erizzus fol. 167.

3 Palma signif. Iudæos liberatos a fiscali quodam grauamine a Domitiano Iudæis imposito. Erizzus f. 300.

4 Palma sign. victoriam. Erizzus. f. 358.

5 Palma sign. annum quod palma singulo mense gignat vnam Baim, idest unum ramum, uel folium. Gyraldus lib. de annis & mensibus. v. Isidis simulachrum.

6 Palma habens pro trunco gladium sanguine guttantem, & nouem regias coronas per folia distributas, cum titulo. Cessit uictoria uictis, significat cruentam sanguinis effusionem sanctorum martyrum pro Dei nomine patientium, uel sign. eorum æternum partæ victoriæ pręmium. Claudius Paradinus lib. de symbolis Heroicis. f. 212.

7 Palma grandis cum dactilis & titulo, ipsa suæ testes uictoria cladis, sign. Iudæam a Vespasiano deuictam & gentis illius desolationem & excidium. Claudius Paradinus lib. de symb. Her. fol. 218.

8 Palma sign. annum, quod singulo quoque mense in ortu Lunæ unum surculum emittat. Sed aduertendum, quod quando sig. annum oportet illam habere duodecim ramos. & quando habet plures uel pauciores ramos, tunc signif. totidem menses, quot sunt rami. Valerius fol. 369.

9 Palmam amplecti a Diana apud Homerum quando scilicet Diana est paritura arbitros anni & mensis, sign. palmam indicare menses & annos per causam supradictā, sed etiam quod in ossiculis palmarum fructuum, sit quædam lunata figura. Valer. f. 369.

10 Palma sign. annum quod palma habet 360. vtilitates ut tradunt Babylonij, quot gradus conficit sol in anno, vel quod in palmæ satione, quatuor surculi siue quatuor eius ossicula, quę extrahūtur ex fructibus suis, simul plantantur & ex quatuor illis nascitur unus caudex sicut ex quatuor anni qualitatibus fit unus annus, Valer. f. 369. Rhodig. lib. 3. cap. 6.

11 Palma quæ sit in uertice alicuius loci asperi, in cuius palmæ cacumine sit mulier posita, sign. temporis diuturnitatem. nam locus arduus & difficilis sign. labores, palma signific. annum & menses, & mulier sign. uirtutem. Et hoc totū, sign. per labores cum temporis diuturnitate uirtutem acquiri. Valer. f. 369.

12 Palma, sign. æqualitatem quod eius rami habeāt hinc inde folia æqualia numero & quantitate. Valer. f. 369.

13 Palma sign. iustitiam, quod rami edunt fructus eadem æqualitate, qua & folia. Vel quod palma sit incorrupta, quales esse debent qui iustitiam administrant, uel quod folia eius nisi per vim a ramis possunt auelli, quales debent esse animi administratorum iustitiæ, uel quod ponderibus resistat & in aduersum incuruetur. Quod indices facere debent cōtra seductores & fallaces. Valer. f. 369.

13 Palmarum surculi quibus utuntur Iudæi 15. die mensis Septemb. sign. Iustitię & iuuenescentia germina. Iuxta illud: Iustus sicut palma germinabit: propterea quod nihil in palma sit, quod nō utile sit. Sicuti & in uiro iusto nihil est quod non commendabile sit & vtile. Valerius folio 369.

14 Palma sign. Solem, & propter anni uicissitudines, & maxime propter folia quæ sunt ad instar

ftar radiorum folis. Valer. f. 369.
16 Palma, fign. uictoriam quod urgentibus & prementibus non cedat. Valer. f. 369.
17 Palma cum caudicibus furfum uerfus collectis in numo Neroniano, fignifi. uictoriam quam Nero confecutus de apro fuit. Valer. folio 370.
18 Palma enata inter iuncturaras lapidum ante domum Augufti, fignifi. illi profperam fortunam futuram. Valer. f. 370.
19 Palma quæ Cæfari dum locum caftris pararet inter fyluam, quam cedebat inuenta & ab eo feruata, fign. illi uictoriam affuturam. Valer. f. 370.
20 Palma quæ in pharfalia Cęfari dum prælium iniret cum Pompeio fubito exorta, e durisfimo ftrato, fign. uictoriam Cæfari affuturam orta eft enim palma ad Bafim ftatuæ Cęfarianę in templo uictoriæ. Valer. f. 370.
21 Palma ingens cum dactilis. & litteris Al. AE. in innumo quodam æreo, & ex altera parte. Spica erat, fign. victoriam habitam a Cæfare de Alexandria Aegypti. Valer. f. 370.
22 Palma fignificat Iudæam, ut eft uidere in numis Vefpafiani & Titi. Valer. f. 370.
23 Palmę feptuaginta inuentæ apud duodecim fontes in Elim ab Ifraelitis, fign. duodenarium influxum fupernæ ciuitatis per fenarium primo perfectum multiplicatum afcendentem ad 72. fecundum numerum uirtutum 12. fignorum quas 72. virtutes fign. 72. diftinctæ linguæ, & 72. Iudices feniores ab Moyfe electi. Quibus refpondent 72. difcipuli Domini noftri Iefu Chrifti, quod autem in pfalmis defit binarius ratio eft. Quod ex 72. fenioribus duo remanere debebant in caftris, qui non effent cum reliquis 70. de quibus. v. fuo loco.
24 Palmarum 72. amœnitate & 12. fontium populum Hebræum recreatum, fign. populum Chriftianum Euãgelicæ doctrinæ affluentia recreatum iri debuiffe. Gregorius Niffenus in uita Mofis.
25 Palma deiecta uel aliquo cafu uitiata, fig. imminentem iacturam. f. 370.
26 Palma ænea cum dactilis aureis ab Athenienfibus in Apollinis delphici templo dicata, fign. uictoriam fiue eius memoriam, quam de Medis Athenienfes fœliciter habuerant, & eiufdem æneæ palmæ dactili aurei a coruis deglutiti & deiecti, fign. iacturam quam erant Athenienfes habituri a Siracufanis, contra quos expeditionem infauftam parabant. Valer. fol. 370.
27 Palmæ duæ nna in altera fluuij ripa, & altera in altera ripa. protendentes utraque ramos fuos ut fefe tangant quafi ofculaturæ, fign. nuptias. quod palma fœmina non producit dactilos, nifi adfit palma mas. Valerianus fol. 370.
28 Palma iuxta illud in facris litteris ftatura tua fimilis facta eft palmæ, fign. uiriditatem pueritiæ & naturalem eius innocentiam, quam a uitæ primordio receperimus feruandam effe, & ut fructum nullo foliorum de fluuio fuo tempore maturemus. Quod de Chrifto D. N. fig. illud dictum: Iuftus ut palma florebit. Palma enim tarde proficit, fed diu in uiriditate perfiftit. Quod fecundum Eucherium poteft fig. Ecclefiam quæ per multas difficultates ad firmum fidei ftatum peruenit, auctaque iam & propagata diu eft duratura. Valerianus fol. 371.
20 Palma fign. piorum vitam, quod inferior eius caudex & tenuis eft, & Corticum fcabricie perplexitateque minime iocundus, fuperior uero pars uifenda & tum trunci tum ramorum amplitudine amœnaque pulchritudine uiriditatis expanditur, ita piorum conditio prima facie contemptibilis uidetur, fed in mirificam demum exit morum uirtutumque pulchritudinem. Valer. f. 371.
30 Palma fuper quam afcendat puer fign. obdurandum effe aduefus vrgentia, nam poft labores fequuntur dulcia premia. Palma enim difficulter fcanditur, fed habet dulcisfimos fructus. Sanctius in Alciati Emblemate 36. v. puer afcẽdens palmam.
31 Dies Palmarum in quo turba quæ præcedebat, & quę fequebatur, & quæ ueniebat de monte oliuarum obuiam D. N. clamans Ofanna filio Dauid &c. fign. in fextotempore fextæ ætatis futurum ut turbę quę precedebant, quæ fignif. Græcos, & turbę quę fequebantur, quę fign. Latinos, & turbæ quę defcendebant de oliueto, quę fign. Hebręos omnes iterum laudent D. N. Iefum Chriftum, & una uoce concinant ofanna filio Dauid, quod & fign. illud D. Ioannis in Apocalypf. quando dicit: Poft hæc audiui quafi uocem magnam tubarum multarum in cœlo dicentium Alleluya &c. Ioach. in Apoc. f. 203.
32 Palmam afcendere, ut eft Cantic. 7. fig. ad Charitatis perfectionem peruenire. Lauret. in verbo afcendere.
33 Palmę ramus pofitus in tranfuerfum rami eu prefsi cum uerbis, erit altera merces, fign. uel laudabilem, mortem uel lætam uictoriam pro mercede a generofo uiro babendam, erat enim infigne Marci Antonij Columnæ, Bartholomęus Tegius, libro fecundo de arte fabricandi infignia.
34 Palma & Laurus cum uerbis, non qui incœperit, fed qui perfeuerauerit, fign. hominem qui non folum incipit, fed qui perficit opera bona coronandum effe. Io. Baptifta Pittonus in infigni Clandolini vallis Marini.
35 Palmæ duæ quarum una habeat folia demiffa, & fracta & penè ficca. & alia babeat folia erecta uirentia ac uiuida, cum uerbis. Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem affumpfit me, fign. hominem qui ab omni humano fauore deftitutus habeat Deum protectorem, quo omnia illi profpera fiant. Io. Baptifta Pittonus in infigni Chriftophori Baronis de Spor &c.
36 Palma ut eft illud. Eccl. 24. Quafi palma exaltata fum in cades, fignifi. beatisfimam Virginem matrem

matrem. Titus prosper Martinengius in Theotocodia cap. 14.

37 Palmarum rami quibus exceptus est in Hierusalem Christus D. ut est Ioan. 12. signifi. Christi Domini triumphum & uictoriam. & generaliter palma sign. gloriam D. Ambr. in Luc. 19. Diuus Augustinus in Ioan. Tract. 51. & Franciscus Georgius in Armon. Cant. 1. Tono. 7. cap. 27.

38 Palma ut est Iob. 29. & Cantic. 7. signif. crucem Christi Domini in qua Diabolus est uictus, & mundus redemptus est. D. Hieron. in Iob. 29. & D. Greg. in Cant. 7.

39 Palmæ quæ erant in templo ut est 3. Reg. 6. significat premia sanctorum. Lauretus in uoce palma.

40 Palma ut est Iob 29. sign. Ecclesiam. D. Greg. 19. mor. 24.

41 Palmæ septuaginta ut est Exod. 25. sign. Christi D. discipulos in eodem numero existentes D. Amb. serm. 24. & sign. uiros perfectos. Philo lib. de profugis, & sign. 70. principes familiarũ gentis Hebreæ. Philo de uita Mosis.

42 Palma sign. hominem seruantem semper innocentiam & charitatem, quod palma nunquam mutat folia. Lauret.

43 Palma sign. iustitiam, & hominem iustum, ut est illud iustus ut palma florebit. Quia palma inferius tactu asperior est, & quasi aridis corticibus obuoluta, superne uero & uisu & fructibus pulchra, inferius corticum siccarum inuolutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchræ uiriditatis expanditur. Sic electorum uita inferius despectu est, superius pulchra, &c. lege Philonem libro de uita Mosis folio 401.

44 Palma sign. mentem quæ sanctitatem gustauit, & in sublimibus uersatur, terrenis despectis. vt enim palma inferne angustior est, superne latior, ita sancta anima a minimis incipit paulatim crescens, quousque ad charitatis latitudinem perueniat. Lauret. in uoce palma.

45 Palma sign. fortitudinem, quia resistit ponderi, & sign. uictoriam mundi, cum nec prosperis cedit, nec aduersis, & peculiariter significat uictoriam sanctorum, quando iam cessauit pugna. Lauretus.

46 Palmę ramus siue folium, quod dicitur Spathuh ut est Leuit. 23. sign. iustitiæ opera. Isych. in Leuit. 23.

47 Palma sign. animal, propter conuenientiam coitus cerebri, comæ digitorum carnis & propter quasi uim quandam animalem. Franciscus Georg. in Armon. Cantic. 1. Tono. 6. capitulo uicesimo septimo.

48 Palma cuiusdam molis pondere subacta cum uerbis: subiecta mole resurget, sign. hominem propter iustitiam post mortis onus speciosiorem resurrecturum. Iacobus Tramontana in funerali Margaritæ Austriæ.

49 Palma quæ habeat partem ramorum quodam pondere grauatam, atque eo inclinatam, cum uerbis inclinata resurgo, signifi. hominem qui nulli iniquæ cedat aduersitati, sed semper audentior fiat & tandem superet eam. Palmæ enim lignum nisi premitur manet rectum, sed si iniquum pondus illud premant, quasi robore quodam generoso remittitur, & fornicatur. Hieronymus Ruscellus in insigni Francisci Mariæ, Ducis Vrbini.

50 Palma quæ uideatur ostendere ramos, & fructus suos soli, cum uerbis. Haud aliter, sign. hominem qui demonstret se habere omnes suas cogitationes ad Deum intentas, utpote a quo cognoscat omnia sua bona proficisci. vel sign. hominem qui semper sit intentus, ut demonstret principi suo non sine eo posse uel flores, uel uirtutes fructus edere, sed ueluti sterilis sit semper inglorius maneat. Palma enim nisi sit soli obiecta non fert, neque flores, neque fructus. Hieronymus Ruscellus in insigni Marcelli Pignoni.

51 Palma onusta dactilis & quercus glandibus simul iunctæ cum uerbis, sperare nefas, sign. hominem qui demonstrat, non licere amplius sperare uirtuosam operationem sine contentione aduersaria, sicuti non præbet terra fructus sine sudore & cultu hominum, in aureo enim seculo, quando scilicet homo fuit in statu innocentiæ, sensus obediebant rationi, omnia homini & homo Deo, & nihil erat contrarium ordini diuino, sed Adæ inobedientia omnia subuersa sunt. Camillus Camillius in insigni victoriæ Castellettæ.

52 Palmites tres ex quibus tres botri exibant, de quibus uinum faciens pincerna regi propinare uidebatur, sig. tres dies in quorum fine pincerna rursus in regis gratiam e carcere exiret. Quod fructus uineæ in bonum a Deo datus sit, qui etiam ipsi libatur, & fidem amicitiamq; hominibus paciscitur, & quod uinum soluit lites passionesque & tristitias aufert his, quibus offertur, ad delectationem sæpe conuertit. Ioseph de antiq. lib. 2. cap. 4.

53 Palmes abscissus cum uua, ut est Num. 13. sign. Christi Domi natiuitatem cum laboribus & cruce. Lauret. uerbo abscindere.

54 Palmo Deum ponderasse cœlos, ut est Isai. 40. sign. Deum omnia sua uirtute metiri, quam uirtutem palmus sign. Palmus enim Zeret dicitur apud Hebræos, cuius dictionis numeri sunt 607. qui numerus nulla sectione proportionata est diuisibilis infinuitate, quod sign. uirtutem diuinam nullam admittere partitionem nisi per unitatem, sicut occurrere solet in diuinitate, ubi distinctum & membra distinguentia nunquam ab unitate discedunt, ibique semper omnia unum sunt. Francisc. Georg. Probl. 55. Tom. 3.

1 PALPEBRAE in angelis sanctis, sign. statum illum, quo diuinæ speculationis sensus atque intelligentias cautissime seruant. D. Dion. 15. cap. Cel. Hier.

2 Palpebras præcedere gressus, ut est prouerb. 4. sign. præuidere ea, quæ quis facturus sit. Lauretus in uerbo antecedere.

3 Palpebræ

3 Palpebræ Dei sign. locutiones quæ sunt in litteris sacris, vnde illud palpebræ eius interrogant filios hominum. Vbi D. Hieronimus dicit quod. Valer. f. 235.

4 Palpebræ sign. Dei incomprehensibilia iudicia. Valer. f. 235.

5 Palpebræ ut est psalm. 10. palpebræ eius scrutantur filios hominum, significat iudicia. palpebris quippe apertis cernimus, & clausis nihil uidemus. Gouscheliꝰ lib. 6. Elocut. sacr.

1 PALVDAMENTVM sign. eo indutum esse, uel Tribunum militum, uel præfectum vel præsidem, eo enim utebantur illi qui ad id munus electi in prouinciam proficiscebantur. Valer. lib. 40. f. 297.

1 PALVMBES quæ seipsas deplumant ut pullos suos adueniente hieme mollius & calidius in nido foueant, signific. parentum in filios amorem, & eorum exprobrationem qui in filios crudeles fuere, quales Medea, & Progne. Alciatus Embl. 193. Alphonsius Nunius, & Fernandus Sanctius, uerterunt pro palumbis gallinas.

2 Palumbus, iuxta illud Beati Cirilli. Euolabit palumbus nidificans in Corosia Vranici, sig. Spiritum sanctum habitare in sacerdotibus qui erant pij & iusti. Sed pro palumbo sæpe miluus rapax, uultur edax, & passer luxuriosus in tonsuris clericorum nidificant: Abbas Ioachim in Cirillum. & Theolosphorus f. 12.

1 PALVS, sign. sterilitatem quod a poetis & oratoribus dicitur sterilis. Val. f. 25.

1 PAMMYLIORVM festum quod Græcorum Phallophoriis erat simillimum, apud Aegyptios Pammylæ memoriam, quæ Osirim educauit, quod cum e Templo Iouis egressa ut aquam sumeret, audiuit uocem natum esse magnum Regem & benefactorem Osirim, qua uoce in spem elata illum enutriuit. Celius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

2 in Pammyliorum festo proponi, & circumferri simulachrum, cui triplex testiculus inhæret, signif. Deum esse principium generationis, & a generatione omnia proficisci, & quod sæpe fit id ter fieri dicatur. inde dicunt ter beati, id est sæpius beati. Et illud simulachrum habebat tria uincula annexa, quæ sig. innumerabilia a Deo per generationem fieri, vel forsan ternarius, sign. ipsum Iouem ut intelligeretur ab humida natura tamquam omnium primogenia, tria prima corpora, terram scilicet aerem & ignem prodiisse, quam rem signif. fabula, qnod Osiridis testiculum Typhon in mare abiecerit, qui ab Iside inueniri nunquam potuerit in cuius memoriam, & simulachrum & phallos gestari instituerit. Celius ut supra.

1 PAN sign. seminarium animæ mundi.

2 Pan qui cum dextera flagellat Lunam, & cum sinistra sustinet sibi genitalia erecta, signif. naturam a corporibus cœlestibus, & maxime a Luna, quæ est receptaculum omnium superiorum recipere fœcunditatem, qua generat & format inferiora omnia.

3 Pana habere cornua quæ ascendant usque ad cœlum, significat naturam extendere usque ad polum articum & antarticum uim suam. cornua enim sign. polos.

4 Panis facies rubicunda sign. stellas errantes per septem organa illius duas aures, duos oculos, duo nasi foramina, & os.

5 Panis longæ comæ & barba sign. radios solis & stellarum.

6 Panis membra viliora, signif. corpora elementata.

7 Panis pedes caprini, sign. instabilitatem rerum materialium. Farra Septe. f. 192.

8 Pan amare Siringam Ninpham apud fluuium Ladonem, signific. naturam uinci ab amore rerum productarum ab ipsa. Siringa significat naturam motuum spherarum cœlestium, quæ omnes summo ordine ad unum finem intendunt, quem finem significat fluuius Ladon. Ioseph Horologius libro primo Metham. Ouid.

9 Pana habere cornua significat Lunæ naturam renascentis, cum ipse significat etiam Solem. Cuius barba longa significat solis radios. Pellis maculata significat ornamentum pronemiens a luce Solis: eius baculus sign. rerum dispositinnem & ordinem. Fistula compacta septem cicutis, sign. harmoniam septem spherarum cœlestium. Ioseph Horologius lib. 1. Metham. Ouid.

10 Pan autropophagos fictus, idest semihomo, & semicaper signif. rerum naturam, illam esse pu beienus hominem, sign. virtutem esse, uel in corde, uel in mente insitam. illum a pube infra esse caprum, sign. nos in secula propagari concubitu sicuti uolucres pisces & bruta. Caper enim sign. luxuriam, illum esse duplicis naturæ sign. hominis superiora esse diuina rationabilia & humana. Inferiora uero esse diabolica irrationabilia, atque belluina. Alciat. Emblem. 97.

11 Pan in quarta porta primi gradus Theatri Iulij Camilli, qui Pan cum capite quod habet aurea cornua in altum surrecta sign. mundum supra cœlestem, & cum barba sig. influxus cœlestes, & cum nebride stellas ornata signif. mundum cœlestem, & cum cruribus caprinis, sign. mundum inferiorem. Iulius Camillus folio sexagesimo sexto.

12 Pana Deum inflare cornua & terrores in hominum mentes incutere. v. Faunus.

13 Pan Deus signific. uniuersum, & Pan diffusus in plurima membra, significat vniuersi multiplicata numina. Georgius Venetus in arm. fol. 211.

14 Pana magnum mortuum esse ex Echinadis insulis auditum & a Tiberio in archiuij repositum, significat dæmoniorum uniuersam potestatem in Christi Domini nostri morte de mundo sublatam esse. Georgius Venetus arm. f. 214.

15 Pan sign. vniuersum & ideo dicitur pan, id est omne,

omne, eius pars hispida & caprina, significat terræ asperitatem pars superior homini similis, significat æthera tenere totius mundi principatum, & hoc signif. rationabilem partem illum fingi lasciuum & libidinosum, sign. multas seminum causas, & commestiones. illum morari in locis desertis, signific. mundi unitatem, mundus enim est unus & unigenitus. Pana persequi nymphas, signif. mundum gaudere exhalationibus quæ ex humido prodeunt, sine quibus impossibile est, ut mundus appareat. Pana esse indutum nebride siue pelle pardi, signific. rerum omnium uarietatem, propter colores qui in mundo cernuntur. Pana uocari frettum figo. mundum a uentis omnibus perflare, siue ut alij putant a subsultando utpote rusticorum more. Pana coronari pino, sign. illum uersari in montibus & speluncis fingi. pini enim arbor montani quippiam & magnificum haber, illum cornutum fingi & pedes bifidos habere sign. eius ui in lucem omnia prorumpere, & ideo Phornutus fortasse reputat illum esse priapum. Hunc fuisse filium Mercurij & uocatum Pana, quod omnium deorum animos oblectarit, ut ait Homerus. Pan Deus rusticus, sign. ipsam naturam, & habet cornua q̃ sign. radios Solis & Lunæ cornua, eius facies rubet quæ sign. æthera, nebris in pectore sign. stellas, pars hispida sign. arbores & feras, pedes caprini sign. terræ soliditatem. Fistula septem calamorum, sign. harmoniam ex septem sonis. baculus incuruus quem uocant pedum, sign. annum qui in se recurrat, illum fuisse luctatũ cum amore & fuisse uictum, sign. quod omnia uincit amor. Hæc Seruius in Bucolicis Virg. & Sanctius in Alciati Emblemate nonagesimo septimo.

16 Pan apud Platonem sign. sermonem Panis pars hominis sign. sermonem uerum, & pars caprina significat sermonem falsum. chartar. folio 139.

17 Pan qui prouocat cupidinem & ab eo superatur sign. naturam vniuersalem omnium rerum productricem ab initio suæ operaitionis ob illas delectari cœpisse, quam delectationem sig. Pana prouocare cupidinem, sed a delectatione sequitur amor, qui naturam impellit ad agendum. quod signif. Pana a cupidine superatum. cartar. f. 519.

18 Panos simulachrum siue colossus cum inguine procaciter exiento, qui flagellum in Lunam a dextra eius sitam attolleret, signific. Lunam a pane admonitam humano generi necessaria omnia suppeditare. Cabalistæ uero dicunt hoc mysterium exprimentes omnem syderum vim in corpus lunare quasi in penu quodam infundi, & inde postea in rei cuiusque materiam formam vnicuique suam fideliter erogari. Valerianus libro trigesimo quarto, cap. Panos vrbs f. 247.

19 Panem propter candidam lanam Lunam sibi coniunxisse significat Christum Dominum niueam lanam indutum, id est carnem sine macula, omnes ceremonias ueteris legis ad se pertraxisse, & omnes sibi accommodasse, ut amico fœdere, & summa concordia uetus lex, quam sign. luna, uitam ab ipso susciperet, ac lubenter uocanti obtemperaret. v. lares. 6. & 7. Goropius in Hieroglyph. lib. 12. f. 190. & fol. 197.

20 Pan magnus de cuius morte magnus eiulatus fuit ad delationem Thami ad Palodes. ut est apud Plutarchum in libro de oraculorum defectu, significat Christum Dominum, ob cuius mortem Dæmones intellexerunt se imperio priuatos & maxime idolomania, & ideo tantopere indoluerunt & euilarunt. Goropius in Hieroglyph. libro decimo sexto. f. 267.

21 Pana esse Deum pastorum sign. Christum Dominum esse Deum pastorum spiritualium & gregis animarum.

22 Pana gestare imaginem totius mundi significat Christum Dominum, qui solus erat uerus homo solus opifex vniuersorum, & in iis factus homo mortalis totum mundum patri cõciliauit, & humanum genus a morte liberauit. Goropius ut supra.

23 Pana apud Romanos lupercum, & apud Arcadas Lycæum uocari sign. Christum Dominum arcere lupos diabolicos a suo spirituali grege. Goropius ut supra.

24 Pan Deus arcadicus sign. mundi machinam. Valerianus lib. 10. fol. 72. cap. Hieroglyphum erat. Goropius in Hieroglyph. lib. 16. folio 267.

25 Pana uocari lampæum, significat Christum Dominum, ob splendorem mortalium tenebris illatum, non autem a montibus ut Græci crediderunt.

26 Pana uocatum fuisse agrium, significat Christum Dominum inter agrestes maxime fuisse uersaturum, & inter asinum & bouem in uitam edendum, & pro mollibus cunis præsepe habiturum.

27 Pana uocatum fuisse ἁλιαγρευτὴν, significat Christum Dominum fuisse cum piscatoribus versaturum.

28 Pana vocatum fuisse [illegible], significat Christũ Dominum futurum talem ut in eo solo totius uitæ esset plenitudo, qui paucis panibus & duobus pisciculis multa hominum millia saturauit qui uinum ex aqua fecit, cuique semper plus superest, quá mundus totus capere possit.

29 Pana habisse cœlum patrem & terrá matrem, signif. Christum D. fuisse habiturum patrem, cœlestem & matrem terrestrem.

30 Pana in prima lingua dici pan quasi pai han, quæ uox interpretatur strenuus satisfactor, significat Christum D. utpatri cœlesti pro mortalium genere, satisfaceret sanguinem suum & uitam effundendo. Goropius ut supra.

31 Pana uocari Syricten, & septem fistularum compacto, signifi. Christum D. operatum fuisse, ut omnia in toto mundo concinant cessante in

regno cœlesti, omnium uocum discordia quam inuidus draco excitaret, & fistula septuplex signif. diuinæ sapientiæ musicam toti mundo, iam multis numeris dissono per uerbum patris incarnatum fuisse restitutam. Numerus enim septenarius est sapientiæ diuinæ sicer siue Mineruæ. de quo. Vide numerus septenarius. Goropius ut supra.

33 Pana induxisse panicos terroris in Titanas, sign. Christi D. Euangelicam consonantiam sua auditione omnes cacodemones terrore ueluti panico ita affecisse, ut timore perculsi hinc inde diffugerint. Goropius ut supra.

34 Pan filius Mercurij sign. sermonem, quatenus est homo signif. sermonem uerum, quatenus est fœmina sig. sermonem falsum. Ficinus in Cratilo. Platonis.

35 Pan, quod totum interpretantur sign. apud Arcades Solem supramundanum, in quo sunt omnia. Franciscus Georgius ut infra in armon. Cant. 1. ton. 1. cap. 5.

36 Panos cornua in capite signific. regnum quod Deus habet super omnia. Cornu enim signif. regnum.

37 Panos barba prolixa signifi. radios lucis, aut Dei uirtutis, quos usque ad ima protendit.

38 Panos inferior pars hispida, sign. arbores virgultamontes saxa & feras.

39 Panos superior pars lenis, significat cœlestia & plana.

40 Panos fistula septem calamorum sign. harmoniam septem planetarum in qua sunt septiformes soni qui diapason consumatam scilicet consonantiam complent.

41 Panos virga sign. potestatem, qua Deus cuncta moderatur.

42 Panos risus, sign. Dei sempiternam fœlicitatem.

43 Pana deliciari cum Echo nimpha, signifi. Dei in homines amorem, Echo enim quæ est vox repercussa, sign. hominis amorem in Deum reciprocum, in quo Deus delciatur.

44 Panos nebris stellata quam habebat in pectore, sign. omnium stellarum concursum atque vim quam Deus unica pelle unicoque actu aut nutu continet.

45 Pan a poetis dictus sign. apud Philosophos causam causarum f. 6. armo. f. 6. vt supra.

46 Pan, sign. totam rerum naturam. Valerian. folio 330.

47 Pan apud Probum sign. Iouem.

1 PANDORA in porta Saturni sub antro in tertio gradu Theatri Iulij Camilli sign. afflictionem rerum. Iulius Camillus folio centesimo nono.

2 Pandora in porta Saturni sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli sign. malam fortunam, infœlicitatem, ignobilitatem, paupertatem infamiam infirmitatem, non consequi desiderium suum. Iulus Camillus. f. 136.

Pandora in porta Saturni sub Talaribus in sexto gradu Theatri Iulij Camilli signif. afferre tribulationes. Iulius Camillus. folio centesimo quadragesimo.

4 Pandoram ex luto a Prometheo formatam alias fœminas ipsam e luto formasse, sign. eam fuisse mulierem quandam Græcam cum diutem quæ ex uariis pigmentis & fucis cum domum exiret, faciē liniret, alias ipsam docuisse, ut idē faceret Palephatus. Sed heu quia hac tempestate omnes ferē sunt Pandoræ.

5 Pandora sign. benignitatem cui una cum Aglauro Minerua commisit Erichthonium seruandum. Fulgent. liq. 2. vide Minerua.

6 Pandoræ historia quæ in basi sustentante statuam Palladis, quæ erat Athenis signifi. vt ego reor Euę primæ parentis historiam. Valer. fol. 303.

7 Pandora, omniparens, & frugifera, apud Philonem lib. de mundi opificio, signific. terram quæ est causa generationis & perpetuitatis, tam stirpium quam animalium, & quæ est omnium donorum productrix.

1 Panum multiplicatio facta a D. N. I. vna uice in quinque & alia in septem sign. sensus mysticos sacræ paginæ per duodecim intellectus multiplicari posse, in quinque species allegoricas, & in septem Typicas de quibus v. suo loco. Ioachim lib. 5. cap. 2. de concord. f. 61.

2 Panem fieri alicui abominabilem in uita sua, ut est Iob 33. sign. illum qui conuertitur ad Deū, spernere omnes delectationes quas prius auidissime amplectebatur. Rupert. supra Ioan. & Lauretus in uerbo abominari.

3 Panis vnius torta quæ offerenda erat cum ariete, ut est Exodi 29. signific. Christi Domini redemptoris unitatem. qui erat unus panis uiuus, & qui offertur pro primitiis, ut est Leuit. 7. Lauretus in uerbo unitas in appendice numerorum.

4 Panes accepti a Iesu D. N. vt distribuerentur, ut est Matth. 15. significat doctrinam distribuendam audientibus. Idem sign. Abraham tollens panem & utrem ut est. Genes. 21. Lauretus in uerbo accipere.

5 Panes accipere ut est Matth. 16. signifi. accipere temporalia & modicum quid. Origenes in Matth. & Lauret. in uerbo accipere.

6 Panis septem mulierum ut est Isai. 4. signif. naturam diuinam, & gloriam. Lauret. in uerbo panis.

7 Panis bucella ut est 1. Reg. 2. sign. Christi Domini æternitatem. D. Greg. 1. Reg. 2. & Lauretus in uerbo panis.

8 Panis in spica, signifi. Christum Dominum pro statu legis naturæ in fide patrum. Panis in simila, sign. Christum D. in doctrina legis & pro phetarum. Panis formatus signif. Christum Dominum assumpta carne, & coctum in clibano hoc est in utero uirginis igne Spiritus sancti. Panis in sartagine sign. Christum Dominū inter labores. & panis in craticula, sign. Christum Dominum in cruce positum. Lauretus ut supra.

9 Panis significat Christum Dominum nostrum, & sign. Eucharistiæ sacramentum. Lauretus in uerbo panis.

10 Panes

10 Panes azimi conspersi oleo, ut est Leuit. 7. sign. Eucharistiam.
11 Panis torta, ut est Exod. 29. sign. carnem Christi D. N. passam.
12 Panis sign. doctrinam Christi D. N.
13 Panis de cęlo sig. scripturam sacram.
14 Panes cocti in clibano, ut est Leuit. 2. signifi. doctrinam Euangelicam.
15 Panis arctus, ut est Isai. 30. sig. doctrinam Euangelicam.
16 Panes ex simile sign. doctrinam secretiorem, panes uero ex farina sig. doctrinam communem, panis quotidianus sign. doctrinam ad salutem necessariam. Lauret. in uerbo panis.
17 Panis sign. opus miraculorum quod in exordio Ecclesiæ datum ad confirmandum corda credentium, & ad conuertendum incredulos ad fidem, & quemadmodum in egressu Israel de Aegypto deficiente pane datum est manna, ita & in Ecclesia postquam ingressa est in deserto gentiliũ & iam crescere cœpit, defecit panis & datum est manna, quia cessantibus miraculis, verum manna, quod est Christus D. in mentibus fidelium haberi cœpit. Ioachim in Apoc. f. 77.
18 Panes Dei ponere coram idolis, ut est Ezechiel. 16. sign. Errores per sacram scripturam defendere. D. Hieron. Ezech. & Lauret. in uerbo panis.
19 Panis quem comedit princeps coram Domino ut est Ezech. 44. sign. doctrinam quam docet Christus Dominus. D. Hieron. Ezech. 44 & Lauret. ut supra.
20 Panes azimi ut est Leuit. 7. sign. doctrinam Apostolorum, & quia erant ex simila, sig. doctrinam simpliciorem.
21 Panis filiorum ut est Matth. 7. signif. doctrinam sublimiorem.
22 Panis, signif. doctrinam solidiorem, quod panis sit cibus fortium.
23 Panes primitiarum qui erant duo, ut est Leuit. 23. sig. doctrinam legis, & doctrinam Euangelij. Lauret. ut supra in uerbo panis.
24 Panis pinguis Aser, ut est Genes. 49. significat Christi Domini corpus. Lauretus in uerbo adeps, uel significat patientiæ opera perfecta, qualia sunt martyrum, quæ præbent delitias regibus, id est beatis. Richard. de Sancto Victor. in libro de 12. Patriarch. 35.
25 Panis apud Pythagoreos significat amicitiam ueram. Vnde illud nihil in farina pulchrius pane, quod significat in uita nil pulchrius amicitia vera. Vnde & illud panem ne frangito, quod sig. amicitiam non esse frangendam quod inhumanum est. Paulus Scaliger lib. 4. Epistemonis.
26 Panes altrinsecus positi super mensam, ut est Leuit. 24. sign. concordiam charitatis. Glossa inter. in Leuit. 24.
27 Panes apponere, ut est Genesis vicesimo quarto, sign. doctrinam proponere. Liran. Genes. 24.
28 Panes benedici a Christo D. ut multiplicarentur ut est Matth. 14. sign. Christi doctrinam sanctificari, ut augeretur. Origen. in Matth. capitulo 14.
29 Panis & calicis benedicti pacifica cõmunio, sig. concordię Christianæ ueluti inter fratres vna educatos, leges diuinas statutas & memoriam illius cœnæ sacratissimæ in qua & author ipse, eum qui secum non pie, neque concorditer sacra in cœna perceperat a contubernalium sorte iustissime separat, probabili simul ac diuina ratione nos admonentem, ut uerus ille ad sacra percipienda, & congruo captu firmatus accessus, id accedentibus tribuit, ut ex communione diuina ad Dei similitudinem atque consortiũ transeant. D. Dionys. cap. 3. Eccles. Hierarch.
30 Quod panem opertũ, & indiuiduum aperit in frusta concidens, & singularem calicis omnibus impartiens sacerdos, sig. quod describit in iis ferme sensibiliter in conspectum dans Christum Iesum nostrum spiritalem, ut in imaginibus, uitam ex diuinitatis occulto perfecta & inconfusa nostræ mortalitatis assumptione clementissime proprietatem ex nobis accepisse, atque ad diuisibile nostrum sine immut atione sui, ex unitate naturali processisse, perque hãc beneficiam clementiam ad participationem sui suorumque bonorum inuitare genus humanum, si tamen ipsius sacratissimæ inseramur uitæ, ipsam quantum fas est imitando, sicq; ueraciter consortes Dei diuinorumq; participes efficiemur. D. Dion. cap. 3. Eccles. Hierarch.
31 Quod panem & calicem benedictionis primus assumit sacerdos, & postea aliis distribuit sign. quod ille quantum fas est imitari debet creatorem & Saluatorem nostrum, qui dicit in 17. Ioan. & pro eis sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate, decet enim ut prius cõmunicet atque impleatur sanctus sacerdos iis, quæ per illum distribuenda sunt cæteris diuinis donis, & sic aliis tradat. D. Dionysius cap. 3. Ecclesiast. Hierarch.
32 Quod Panis benedictus circumfertur a sacerdote ob altare circum phanum, & rursus ad altare defertur. v. circuitio. 1. v. D. Dionysium cap. 3 Ecclesiasticæ Hierarchiæ.
33 In panis benedicti consecratione catechumenorum energumenorum apostaturum & pœnitentium e templo eiectio a sacerdotibus facta. v. catechumenus 2.
34 Panis noster sign. uerbum Dei. D. August. super psalm. 32. sermone secundo.
35 Panis ex tritico in uertice montium sign. sacramentum corporis D. N. quando a sacerdotibus offertur Deo. Alexander Farra in septenario f. 57. v. Frumentum. 1.
36 Panis facierum, de quo in Exodo, signif. panem sacratissimum corporis Christi D. N. & facies illæ duæ sign. una diuinitatem, & altera significat humanitatem, in quas substantia corporis trãsmutamur, prout erat substantia corporis D. N. Farra ut supra f. 57.
37 Panis arctus, quem dat Deus, ut est Isai. 30. significat

significat consolationem breuem, quam dat Deus in hac uita, uel significat doctrinam Euangelicam abbreuiatam. D. Hieronymus Isa. 30.

38 Panes 12. positi super mensam auream in tabernaculo Mosis, sig. 12. menses anni. Ioseph de antiq. lib. 3. cap. 11.

39 Panis ordeaceus incommestibilis propter uilitatem suam hominibus uisus per exercitum reuolui & tabernaculum regis, & reliqua deiecisse, sig. Gedeonẽ Ducem Israelitarum deiectu rum Amalechitas, quod sicut ordeum est uilius inter frumenta ita Israelitæ uiderentur esse inter alteros populos uiles. Ioseph de antiq. lib. 5. cap. 10.

40 Panis meridianalis & panis matutinus, sign. omne sacrificium matutinum. v. Archangelus Burgonouensis in cabalisticis dogmate primo. v. sacrificium. 1.

41 Panis ex quo fit sacrificium in Missa, sig. Christi D. carnem & hic sensus uocatur sacramentalis & sig. unitatem Ecclesiæ, & hic sensus uocatur spiritualis, & sign. granum frumenti ex quo cõficitur, & hic sensus est materialis, qui sensus tres sig. triplicem intellectum historicum quẽ sig. sensus materialis. Allegoricum quem sign. sensus sacramentalis, & moralem quem sig. sensus spiritualis. Aemarus Hennequinæus lib. ad Gregorium XIII. cap. 4. & cap. 35.

42 Panis ut est Leuit. 21. & panes Dei sui offerunt, sig. omne genus sacrificij, uel ut legit Gouschelius in eo loco. Panem Dei tui ipse offert. Gouschelius lib. 2. Elocution. sacr.

43 Panis ut est Ioan. 6. Ego sum panis uiuus, & sig. Christum Dominum, ut est Isa. 33. munimenta saxorum sublimitas eius panis ei datus, sign. gratiam doni spiritualis, ut est psalm. 131. qui habitatis in terra austri cum panibus occurrite fugienti, sign. doctrinæ diuinæ eruditionem, vt est Isai. 55. quare adpenditis argentum & non in panibus. sig. sacræ scripturæ refectionem, ut est prouerb. 9. aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior, sig. prædicationem hæreticorum, ut est Ioannis 6. Quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus meis, sign. uitæ præsentis subsidium, ut est Thren. 1. Omnis populus gemens & quærens panem, sign. humanæ delectationis iocunditatem. Gouschelius lib. 6. Elocut. sacr.

44 Panis mendacij ut est Prouerb. 23. quia ipse panis mendacij, significat gloriam sapientiam & iustitiam hominum. Gouschelius libro tertio.

45 Panis facierum, ut est Exod. 25. & dabis super mensam meam panem facierum, idest panes propositionis, qui ita dicebantur quod sic disponebantur super mensam. Gouschelius libro tertio.

46 Panes duo ex duabus decimis similæ fermẽtatæ quos sibi offerri uolebat Dominus, sig. legem & Euangelium, quę duo sunt uerus animarum cibus. Valer. f. 277.

47 Panes duos fieri ex duabus decimis per gemina tam numeri perfecti designationem, sign. doctrinam quæ perfectam D. N. Diuinitatem, perfectamque humanitatem ostendat.

48 Panis facierum de quo Exodi 25. panis facierum coram me semper, significat sacrificium panis consecrati semper coram Deo futurum, & dicitur facierum eo quod substantia panis cum sacrificatur transubstantiatur in substantiam corporis Messiæ qui descendit de cœlis, & ipse idem erit sacrificium. uel dicitur panis facierum, quod in ipso sacrificio erunt duæ substantiæ diuinitas & humanitas. Hoc dixit Rabbinus Iudas qui multis annis Dominum nostrum Iesum Christum antecessit, qui hæc quoque uerba dixit, eritque inuisibilis atque impalpabilis, cuius rei fidem facit sedes Heliæ, quæ uerba sign. in pane sacrificato esse corpus Messiæ impalpabile, & inuisibile, ad quam rem pro teste affert sedem Heliæ. quod ut clarius fiat sciendum quod quando Iudæi aliquem puerum circuncidere uolunt, parant duas sedes ornatas, unam pro eo qui teneat puerum, & alteram relinquunt uacuam, quod pro certo teneant. quando puer circuncidatur, in ea sedeat Helias, licet neque uideatur neque sentiatur, & ut Iudæi crederent in sacramento panis Messiam esse licet inuisibilem, & impalpabilem adducit sedem Heliæ. Galatinus lib. 10. cap. 6. Vide cathedræ duæ.

49 Panes quinque hordeacei & duo pisces, signific. libros quinque Mosis, & duo pisces, significãt Euangelia & Epistolas Canonicas. Valerianus fol. 279.

50 Panes quinque de quibus Matth. 14. primus panis sign. compunctionem peccatorum. secundus sign. scripturam sacram. Tertius sig. gratiã Dei. Quartus sig. Christum D. Quintus signif. gloriam futuram in regno cœlorum. Francisc. Georgius Problem. 204. tom. 4.

51 Panes quinque qui ab Saluatore fracti, & multiplicati & dati in cibum multitudini eorum, qui credebant eius uerbo, signifi. illud operculum quod erat in templo, quo operculo arcebatur populi infidelitas, & quod erat expansum ante quinque columnas arcens eos, qui erant in ambitu, esse frangendum, ut scilicet sign. populum, qui erat infidelis non arcendum a uera doctrina, quæ non sensualia, sed spiritualia docet, quos sensus sign. ut ego reor, illæ quinque columnæ, ante quas erat dictum operculum. tu lege. Clementem Alexandrinum. lib. 5. Stromatum. f. 261.

52 Panes quinque ordeacei sign. quinque principales Ecclesias, quas fundarunt primi Apostoli. Sicuti septem panes triticei significant septem Ecclesias, ad quas Diuus Ioannes scripsit Apocalypsim, sign. etiam primum statum, & sign. quinque sensus. sicuti panes septem triticei sign. septem virtutes animæ, signif. etiam quinque ordines Ecclesiæ scilicet presbyteros, Diaconos, Episcopos, Virgines, & Ecclesiæ multitudinem, & sig. 4. Euangelia & actus Apostolorum

postolorum. Ioachim in Apocalypf. f. 16. introduct. cap. 18.

53 Panes quinque ordeacei signifi. quinque libros Moysis, uel signific. quinque genera Historiarum. Et panes illi quinque significant quinque Domini nostri pr[illegible]ipales actiones Natiuitatem, Passionem, Resurrectionem Ascensionem, & Spiritus sancti m[illegible]onem. quarum qu[illegible] primas s[illegible] [illegible]tuor decades dierum a Resurrectione ad Ascensionem, & decas quinta quæ est ab As[illegible] ad Penthecostem, sign. quintam, [illegible] n[illegible]cti missione[illegible], & misfin Spiri us sancti facta in quinta decade, sign. in qu[illegible] o tempore dari consu[illegible]onem a Sp[illegible] san[illegible]o. Natiuitas D[illegible] no[illegible]ri a[illegible] [illegible]cerdotibus quos [illegible]. Diuus P[illegible] [illegible]o attribuitur Diaco[illegible]bus, quos sign. Di[illegible] Ste[illegible]hanus. Resurrectio E[illegible]piscopis, quos [illegible].D. Petrus Ascensio Virgi[illegible]bus siue contempla[illegible]ribus quos signat. D. Ioan E[illegible]uang. Aduentus Spiritus sancti attribuit[illegible]r Eccl[illegible]iæ in c[illegible]muni quam sig. Apostoli supra quos in die Penthecostes Spiritus sancti desc[illegible]dit. Ioach. f. 17. Apoc. introducto rij cap. 18.

54 Panes quinque ordeacei, & duo pisces de quibus s[illegible]pr. sign. Iudæorum prior[illegible] eruditionē, & Græcorum gentiumq; phil[illegible]ophi[illegible]m. nam panes ordeacei sign. Iu[illegible]orum priorem eruditionem, & pi[illegible]ces sign. Græ[illegible] & gentilem philosophiam, Cleme[illegible] Alexa[illegible] lib. 6. Stromat. f. 306. uel duo pisces sig. vnus disciplin[illegible] mundanam, & alter sig. eruditionē euangelicā.

55 Panes septem triticei de quibus in Euangelio significant septem panes libri Apocalypsis, & illos septem panes fuisse triticeos & non ordeaceos ut era[illegible] illi quinque, de quibus item in Euangelio, sign, fructus libri Apocalypsis esse spirituales & vitales, signif. quoque s[illegible]ptem ordines electorum, Apostolorum, mart[illegible]rum, Doctorum, Virginum regu[illegible]arium Leo sign. Apostolos, vitulus sign. Marty res. Homo sign. Doctores, aquila sign. Virgines. Thr[illegible]nus sign. regulare[illegible], & isti quinque pr[illegible]pr[illegible] pe[illegible]tinent ad tempora secundi status. in q[illegible] est [illegible]egularium continentur etiam duo al[illegible] [illegible] continentium & Laicorum. Sicut in tactu, [illegible] est quintus, continentur & potentia pedum motiua ad locum, & potentia generatiua in coniugio. Ioach. in Apoc. f. 17.

56 Panes [illegible]ptem tr[illegible]icei sign. in primo resurrectionem, in [illegible] sign. pa[illegible]ionem, in tertio, sig. natiuitatem, in [illegible]uarto sign. [illegible]censionem, in quinto sexto & septimo significat triplicem Spiritus sancti dationem, tr[illegible] us enim uicibus datur Spiritus sanctus, primo ut præueniat, secundo ut cooperetur, & tertio ut perficiat, quod factum u[illegible] demus in Apostolis, p[illegible]o ille datus fuit quando crediderunt in Christum D. N. secundo in die Paschæ, & tertio in Penthecoste. Qui enim sic non accepit Spiritum sanctū perfectus Christianus esse non potest. Ioach. folio decimo septimo in Apocalypsis introdu-ctoriis capitulo decimo octauo, & propterhoc puer baptizatus ter immergi[illegible] P[illegible] ante [illegible]uā baptizetur, secundo b[illegible] [illegible] C[illegible]i s[illegible]te per[illegible]an[illegible] baptizatoris, & te[illegible] ab Episcopo in c[illegible]firmatione.

57 Panes [illegible] G[illegible]baonitarum, ut est Iosue 9. sign. doctrinæ secularis ariditatem. Glos. ordin. in I[illegible] sue. 9.

58 Panis un[illegible] [illegible]rta, quæ [illegible]ffertur in con[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] uum. [illegible] uerbo mutas.

59 P[illegible] [illegible] qui o[illegible]ertur pro primitiis, ut est Leuit. [illegible] Christum Dominum. Laurci. in uerbo u[illegible] itas.

60 Panes subcineritij & occulti, qui Græcè dicuntur [illegible], sign. uerbum sacrum [illegible] sticum [illegible] & eius potestatibus. celari oport[illegible] C[illegible]mens Alexand[illegible]nus in lib. 5. Stromat. f. 2[illegible] 2.

61 Panem & uinum in utroque Testamento offerri iussum fuisse. sign. parem habere quoddam symbolum cum Deo, ut e[illegible]tus & mēbris suis pauperibus semper s[illegible] [illegible]. Quandam enim diuinitatem [illegible]. N[illegible] panes [illegible] co lechem dictus, sig. [illegible]8. [illegible] [illegible] habet omnes suas partes aliquo[illegible]as, ut [illegible]nt repræ[illegible]entantes aliquod nomen diuinum [illegible]. Vero uero quod dicitur Iain, sign. [illegible] q[illegible] numerus est omnino alienus a corporei[illegible], nam componitur ex decem per septē multiplicatis, qui d[illegible]o numeri sunt ambo animæ & non corporis, & uinum facillime conuertitur in sa[illegible]guinem, in q[illegible]o anima animalis ex[illegible], & numerus 70. est totus Spiri[illegible]ualis, q[illegible] d[illegible] [illegible]imalem animam nostram Deo offe[illegible], vt tota t[illegible]an seat in spiritualem. f. 6. p. 2 16. t. 2.

62 Panes primitiarum & panes [illegible] hordeaceos & frumentum nouum, fuiss[illegible] d[illegible]ibutos populo a uiro qui ueniebat de Ba[illegible]lida, & populum comedisse & multum [illegible] [illegible] superfuisse, ut est 4. Reg. 4. sig. sanctissimum Christi corporis Sacramentum sic tot[illegible] omnibus, quod & tntum singulis non conc[illegible] [illegible]on co[illegible]ctum non diuisum, sed inte[illegible] um sumi. Michael Timotheus in diuinum o[illegible]cium quæstione 128. tractat. 3. Vide Collyrida. 1.

63 Panis subcinericius, in cuius fortitudine Helias ambulauit 40. diebus & 40. noct[illegible]bus, sign. sanctissimi sacramenti confor[illegible]ationem. quod animæ nostræ substantiam [illegible], & qui de eo recte manducat non defic[illegible] in æternū. Michael Timotheus in officium. quæst. 128. tract. t. 3.

64 Panes quo erant saturanda ligna Adonai, & non campi, vt habet uulgata editio, & cedri Libani, sign. Christum Dominum nostrum iterum panem, quo electi ab origine mundi, & quos plantauit Deus in hor[illegible] [illegible], erant saturandi. f. 6. p. 261. & 3.

65 Panes arctus & aqua breuis, de q[illegible]ibus Is[illegible]as 30. sig. breuem hostiam nostram sufficere pro cunctus sacrificiis antiquis, quod late patet ex sequentibus. f. 6. p. 272. t. 3.

V 3 Panem

3 Panem mittere super aquas transeuntes, & post multa tempora inuenire illum, ut est Eccle. 11. sign. bonum opus faciendum esse, dum sumus in hoc mundo, quia post multa tempora inue nietnus in altero. Franc. Georg. proble. 96. tom. 5.

4 Panem non frangendum esse. Simbolum Pithagoricum sign. amicitiam non esse diru pendam. panis ei im qui ex multis granis fit. sign. amicoru vni nem. Fran. Geor. prob. 468. tom. 5.

6 Panes 12. pro itionis poni in mensa coram Deo. sign. 12. Tribus esse pescendas pane sub stantiali, quem petere iubemur. Fran. Georg. probl. 136. t. 2.

7 Panes 12. in quolibet Sabbato mutari. sign. va riam influxuu successionem prouenientem a duodenario 12. signorum. vel ab influxus no minus sacri duodecies reuoluti, & proposita 12 signa in castris per 12. tribus. de qua reuolu tione. v. loco suo. uel prouenientem ab ar bore qui facit 12. fructus singulo mense suum. Franc. Geor. probl. 137. t. 2

1 PANNOS putridos quibus adiutus est Iere mias ad exeundum de lacu, scissos esse, vt est Ierem. 38. sign. antiquorum patrum exem pla quibus adiuuamur ad exeundum de lacu miseriæ peccatorum. Glossa interli. sup. Ie rem. 38. & Lauretus in uerbo abscindere.

2 Pannus quo uas oppilatur Chimicum. v. Ali fel. 1.

3 Pannus attalici operis, qui in cophino ferrato inuentus fuit, Tolleti in temporibus Rhode rici Gothi Hispaniarum Regis, qui pannus e rat figuris hominum Arabum intertextus cum litteris significantibus quando ille ipse pã nus esset inuentus tur e signif. gentem quæ es set ea forma, qua essent figuræ in panno expres sæ, totam penè Hispaniam deleturam quam rē euētum reddidit certam, nam Arabes traiecto mari in Hispanias occiderunt Rhodericum, & Gothorum eorum gente penè deleta totam quasi Hispaniam Arabum ditioni subegerunt. Baptista Campofulgosius libro primo de mi rabilibus.

1 PANSAE statuam equestrē quæ erat in Do mo M. Antonij cecidisse & dirutam esse. Et equum acrem, & pulcherrimum saltātem an te ipsum Pansam expirasse. & ipsi Pansæ ituro contra Antonium, ex populo unum obtu lisse palmam victimarum sanguine aspersam. anno ab urbe condita 721. ante Christum D. 41. sig. ipsius Pansæ calamitatem. nam in bel lo Mutinensi occisus fuit. Iulius obseq. pro dig. 128.

1 Pantheon Templum rotundum quod Augu stus siue Agrippa condidit ounc dicitur D. Ma ria Rotunda. significat omnes Deos, quòd il lud Deis omnibus esset dicatum, vt nomen sonat.
Valerianus folio 364.

2 Pantheon. v. Aenigma.

1 PANTHERAE pellis assuta pelli Hyænæ, sig. hominem ab inferiori, & deteriori superatum, quòd panthera quod est animal pulcherimum ab Hyena turpissimo superetur. Valer. f. 83. vi de Hyena a 7. & pellis pantheræ assuta pelli Hyenæ amittar pilos.

2 Panthera sig. improbum, & insatiabilem, ac om nium appetitorem, quòd penthera omnium animalium genus inuadat, neq; ulli parcat. vn de trahit nomen. Valer. f. 83.

3 Panthera sign. impudentem, quòd Aristopha nes ait neque ignis neque pardalis æque impu dentes sunt atque fœmina, quippe quæ om nia corripiat atque consumat. Valer. f. 83.

4 Panthera signif. suorum uitiorum dissimulatio nem, quòd panthera odore attrahit feras, & capitis toruitate deterret, quod ipsa natura do cente intelligit caput abscondit rel quo corpo re uisendo allectas feras inuadit. Valerianus fol. 83.

5 Panthera sign. ebrium, quòd ipsa sit uini auidis sima, & ut plurimum nisi vinum bene pota ca piatur. Vale. f. 84.

6 Panthera sign. morum uarietatem, non tam qđ varia sit eius pellis, sed quòd & uehemens est & ad impetus propensa ut pernix, & corpore ad agitationem per quam idoneo. Valerianus fol. 84.

7 Panthera in sacris litteris, sig. uarios animorum motus, iuxta illud Hieremiæ. Nūquid Aethio ps pellem suam immutauit, & suam pardus varietatem, quod non solum inquit D. Ambro sius de figura, sed etiam de mobilitate furoris accipitur. Vale. f. 84.

8 Panthera sign. dæmonem, quòd sit subdolus, & varius in humano genere peruertendo. Eu cherius. Valer. f. 84.

9 Panthera sign. viraginem, quòd solis pantheris, & ursis fœmina sit ferior mare. vide Vrsa. 4. Valer. f. 86.

10 Panthera in diuinis, sign. summa Trinitatem D. Dionisius in 2. cap. cælestis Hierarchiæ.

11 Pantheræ pellis propter uarietatem coloris, sig. ingenium uersatile, & morum uarietatem. Farra. f. 265.

1 PAPAVER Dianæ sacrum. significat apud ani mas habitare in orbe lunæ, sicuti plurima gra na sunt in papauere. Cartar. f. 124.

2 Papauer sig. vrbes quod habeat capita incisa, sicu ti meniū pinnacula, & habeat grana numerosa veluti populum. Cartar. f. 124.

3 Papauer sign. Cererem, & omnem terram hu mano cōmercio habitatam, quòd sit orbicu lari forma sicut terra, quòd intus habeat quas dam veluti ualles, & quædam protuberantia veluti montes, & loca quædam folliculis distin cta ueluti hominum nationes, & regna, rura concludit innumera semina tamquam homi nes ea regna incolentes, quæ semina nisi con cutiantur, obtundantur, & ventilentur non emittuntur: sicuti et ex terra non percipiuntur fructus, nisi exaretur sarritatur, vertatur obte ratur, & multis alijs modis excutiatur. vt Va ler. f. 418.

4 Papauer sign. iustitiam, & legum lationem, quod habeat interiora receptacula æquis inter se interuallis disgregata. Valer.f.418.

5 Papauer quod apud Sicyonios venus in manu habebat, signific. copiam seminis in re Venerea requiri, quòd papauer in semine abundat. Valerianus fol. 418. v.Venus apud Sicyonios.

6 Paupauer florens, signific. amorem siue potius amoris indicium, quòd illi qui uolunt scire an redamentur nec ne accipiunt folium papaueris,& pugno superponunt,& altera manu passa illud allidunt, quod folium si ualde crepitat signific. quærentem redamari, sin uero folij crepitus oblanguerit, signific. quærentem haberi contemptui. Valerianus fol.418. unde carmen illud.

Nec supercusso crepuere papauera pugno.

7 Papauer sign. humanum genus quòd in sacris Laræ uel Larūdæ matris larum pro humanis capitibus alliorum, & papauerum capita a Iunio Bruto in compitalibus poni sint iussa. Valer. f.419.

8 Papauer signifi. caput humanum, quòd nullus olerum fætus insigniore capitis honore conspicuus sit Cinaræ excepto; sed ille aut spinarum aut integumentorum asperitate horridior papaueris uero leuore, & regia corona redimitus maiestatem quandam præ se fert. Valer.f.419.

9 Papauerum capita eminentiora, uirga a Tarquinio decussa, sig. primores ciuitatis submouendos esse a Sexto apud Gabios, quod etiam per eminentiores tritici in campo spicas baculo percussas Periandro euenit. Valerianus fo. 419.

10 Papauera Veneri sacra propter seminum copiā sign. Veneris fecunditatem in generatione. Erizzus f.714.

11 Papauer in manu Cereri[illegible] fertilitatem Cartar.io capti.de magna matre fol.43.

12 Papilio Bombicis qui sericum gignit,sig.re bene gesta uitam exhalatam, ut euenit Epaminundæ& Leonidæ,quòd post confectum sericum, & editos fætus ad sobolem reparandam paucis post horis emoritur.Valer.f.192

13 Papilio adhærens cancro ma[illegible]no fuit Symbolum Augusti Cæsaris cum titulo f[illegible]na lente, quo signific. temperantiam in Imperij regendis habenis seruandam esse. Nam ex uolatus papilionis pernicitate, & ex tardiore cancri marini g[illegible]ssu temperamentum quoddam faciendum esse o[illegible]. Gabriel Simeonus Symb. 3 & hoc idem signi[illegible]t Vespasianus cum Delphino anchoræ u[illegible]erto, quod Symbolum doctissimus Al[illegible]s, [illegible] eruditissimus eius filius Paulus, Aldusque iunior auo, & patre dignissimus stemmate qua[illegible] proprio sibi & iure quodam suo vend care posse[illegible]nt.

14 Papilio portatilis, ut est cantico cancor[illegible]m, papilionem portatilem fecit sibi Rex Salamon de lignis libani. signif. Thronum g[illegible]æ. Dei Ligna libani. sign. domum Sancti Sanctorum Columnæ eius argenteæ, sign. columnas Celi de quibus Iob 26. fulcimentum eius aureū. sign. verba legis. Sella coccinea sign. antiquitatem, medium eius stratum charitate signif. diuinitatem vel gratiam Dei. & Salomon ibi signif. Messiam Et papilio ille siue Thalamus portatilis. signific. corpus ipsius Messiæ, quod est Thronus gloriæ. ligna Libani signifi. partes virgineas quas sibi informando corpore suo de Beatissima Virgine Messias assumpsit. columnæ sign. humores ex quibus & corpus Messiæ,& omne corpus humanum constat. eas columnas fractas fuisse sign.in passione Messiæ humores per sanguinem in Cruce effusos. Fulcimentum aureum sign. Christi animam preciosissimam. Sella coccinea sign. Christi Domini Nostri carnem precioso sanguine rubefactam. medium eius stratum charitate accensum signif. Christi Domini Nostri cor dilectionis ardore inflammatum. Galat. lib.2.cap.6.

1 PAPVLA ut est Leuitic. 14. & 2[illegible] significat detractorem. Isych. in Leuit.22.

1 PAPYRIO in quo erat fiscella in qua positus fuerat Moses, vt est Exod. 2. signif. Iudæorum corda sordentia Origen. in Exod. hom.2.

1 PAPIRVS sign. victum tam ob cibi copiam quam etiam ob raram quandam eius herbæ naturam. nam licet habeat fructus infecundos. habet tamen radicem quæ & assa, & cruda, & elixa comeditur,cuius succus viro frugali in alimoniam sit satis.
Valerianus folio 411.

2 Papirum habentem,nullius alterius rei indigere prouerb. sign. hominem qui paruo sit contentus, & qui cibo simplici ac naturali utatur. Valer.f.411.

3 Papirorum fascis. sign. antiquam progeniem, quòd apud Aegyptios cibo papiraceo nihil sit antiquius.
Valerianus folio 412.

4 Papirum in manibus sumi solitam esse ab Aegyptijs,quoties essent dijs supplicaturi. sign. homines quoque e limo sicut & papiros genitos esse. sicuti & apud Romanos illi qui triumphabant,habebant post se vocem,qui triumphatori diceret;memento te hominem esse. vel nostris temporibus cum nouus Pontifex creatur, stupa igne accensa, succlamatur: sic transit gloria mundi. Vel cum Plinius dicit herbam uictori tradere. sign. illum quoque ex terra, ut victum esse natum. Sed papirus in manibus ab Aegyptijs sumebatur, quòd sign. humilem & naturalem ortum, uel quòd sign. uictum humanum constare magis ex humidis quam ex siccis.
Valerianus folio 412.

5 Ex Papyro calcei facti. sign. sacerdotes Aegyptios,quòd ex nulla alia materia licebat Sacerdotibus calceos ferre.
Valerianus folio 412.

6 Papyrus, ut est illud Isai. 18. ut transtulerunt.

LXX. interpretes, sign. Philosophorum verba u[illegible] ca ueritate, [illegible] scientiam secularē. D. Hieronymus in [illegible]. 18.& D.Gregorius 13. mor. 7.

1 PARAM[illegible] em incipere latere, sign. eo ipso die sir[illegible] incipere oriri nam auis illa eo ipso die quo oritur Sirius, incipit latere neque apparet donec Sirius occidat: e contra uero facit uino, quæ ipso die solstitij apparet. Commentarius Arati cap. penultimo.

2 Para uel parra uel, ut alij parrha uel alauda aut galerita, auis & Merops. sign. eos, qui sunt prędes aijs [illegible] ná istæ aues uisco illitæ clamitant,& alias in eodem uisco detineri faciunt. Alciatus Emblem. 86

1 PARABOLA ut est psal. 48. sign. cognitionē huius temporis, quia videmus nunc per speculum in ęnigmate,& ideo Christus D. dicitur declinasse aurem in parabolam, quod, signific. Christum Dominum tradidisse doctrinam huic tempori congruentem D. August. in psa. 48.

2 Parabola quam Iob dicitur assumpsisse, ut est Iob. 27. sign. Iob verba fuisse mystice prolata, & in Ecclesiæ Typum esse intelligenda. Diuus Gregorius 18. mor. 1. nam Iob ipse, sig. Christum D. qui aperuit os suum in Parabolis. D. Hieronim. psal. 77.

3 Parabola contra regem Babylonis assumpta, ut e[illegible] Isai. 14. sig. planctum super perditione Mediorum. D. Hieron. In Isai. 14.

4 Parabola omnis habet duas facies, scilicet modū apertum, & modum occultum, & necesse est, ut forinsecus sit pulchrum, ut demonstret inci pienti super eo quod est intrinsecum, sicut malum aureum, quod est opertum rete in quo cælaturæ argenti subtiles, & cum videretur a remotis, vel visione sine intellectu, ascendit in cor, quòd est argentum malum, sed cum intuitus fuerit diligenter homo acuti uisus, demonstrabitur ei, quod intus latet, & sciet, quòd est aurum. Ita se habent similitudines prophetiarum, extrinseca earum sunt sapientia utilis in multis, quorum unum est ornatus officiorum societatis humanæ, sicut apparet in planis libri parabolarum, & aliorum similium, & interiora eorum sunt sapientia in scientia ueritatis. Hæc dicit Moses Aegypitus in proemio ductoris dubij. Vnde apparet, quòd parabola extrinsece, sig. ornatum artis ciuilis, & intrinsice signific. sapientiam in cognitione ueritatis.

5 Paradisus de quo Moises in genesi, signif. hominis virtutem primariam, quæ in eo omnes alias uirtutes pariat. Philo ut infra.

6 Paradisi arbor uitæ signifi. pietatem inter alias virtutes excellentissimam, cuius medio fit immortalis.

7 Paradisi arbores reliquæ animatæ, rationis plenæ, signific. intellectus puros, & discursus per quos homines honesta ab inhonestis discerne rent,& quarum fructus, sign. virtutes, uitam sanam & incorruptibilitatem,& similia.

Philo in mundi Creatione.

8 Paradisus terrestris signific. Ecclesiam, quod sicut flumina paradisi, quę varias terras elluunt non tamen paradisi beatitudinem præstant, ita aqua, Baptismi extra Ecclesiam beatæ uitę munus non præbet. D. Augustinus libro contra Donatistas.

9 Paradisi duo apud Cabalistas, sign. duas felicitates, unam præsentem,& alteram futuram, hác contemplatiuam, & illam actiuam, & eodem modo duo inferni, sign. duas infelicitates præsentem,& futuram. Farra in Epistola ad Adornum Lazarium.

10 Paradisi fluuium in quatuor diuidi, ut est Genes. 2. sig. sapientiam in quatuor uirtutes Cardinales distributam esse.
D. Ambr. de parad. lib. 3.& Lauretus in uerbo abscondere.

11 Paradisus deliciarum, signific. Euangelium.
Aemarus Heunequinæus libro de Ceremon. cap. 22.

12 Paradisus ut est illud Genes. 2. plantauerat Dominus Deus paradisum uoluptatis a principio sig. beatissimam Virginem matrem.
Titus prosper Martinengius in Theotocodia cap. 13.

13 Paradisus siue Hortus deliciarum, significat ipsum Deum patrem, vel signi. ipsum Deum filium plantatum a patre, in quo & nos omnes simul plantati sumus,& ipse nobiscum in patre.
Franciscus Georgius in Armon. Cant. [illegible] tono. [illegible] cap. 21.

14 Paradisus in quo plantata dicitur arbor uitæ, sig. Deum patrem, in quo est filius, qui est arbor vitæ quę dicitur esse in medio, quod signifi. filium Dei esse medium inter patrem, & Spiritum Sanctum, siue esse personam mediam Trinitatis.
Lauretus in uoce Hortus.

15 Paradisus Dei in quo fuit lucifer, ut est Ezech. 28 sign. statum gratiæ in cælo. D. Hieronim. Ezech. 28.

16 Paradisus uoluptatis, sign. [illegible] siue beat[illegible], cuius quatuor flumina [illegible] virtutes, & ligna sunt disciplinæ. V[illegible] g. virtutem, & paradisum [illegible] orientem, signific. virtut[illegible] occidere neque extingui & [illegible] poni à Deo in paradisum, signifi[illegible] collocari in uirtute.
F.G. in Arm. Cant. 1. Tono. 7. cap. 21.& Philo in libr. all[illegible].

17 P[illegible] uoluptat[illegible] signifi. [illegible] principalem vim, [illegible] sunt innumeræ opi[illegible].
Lau[illegible] in uoce Hortus.

18 P[illegible] uoluptatis, signific. corpus hominis, in quo est lignum uitæ, idest sen[illegible], & fluuius est doctrina, quæ ducitur in hominem ex quatuor con[illegible], [illegible] in quatuor c[illegible] diuidi, hoc est in frigidum, in calidū, in humidum,& siccum. Lauret. Vide Hortus qui [illegible] est idem, quod paradisus,& quasi habet eadem significata.

19 Para-

19 Paradisus malorum punicorum, sig. Ecclesiam, sicut Hortus conclusus, quia charitatis vallo circumquaque munitur ne inter numerum electorum reprobus aliquis ingrediatur. Lauretus.

1 PARAGOLICVM est lapis, ut aiunt probatorius, iuxta illud Beati Cirilli Multa graphizas, ut libet me molesteris chocrematę quia paragolicum non formidas, sign. Deum qui probat metalla idest an opus sit aureum an argenteum, an plũbeum, &c. abbas Ioachim in Cirillum, & Theolosphorus. f. 12.

1 PARALITICVS abiẽs, nũciaret Iesũ Iudęis, ut est Ioan. 5. sign. vere conuersum a peccato qui mox cupit alios conuertere. Lauret. in uerbo abire.

2 Paraliticus abiens curatus in domum suam, ut est Lucę, signifi. reditum peccatoris ad habendam conscientiæ suæ curam post remissa tibi peccata. Glossa ordinaria supra Luc. 5. & Lauret. ut supra.

1 PARCAE tres positæ in quarta porta primi gradus Theatri Iulij Camilli, signif. sacrum rei principium effectum, & finem. Iulius Camillus. 67.

2 Parce posite in porta solis sub Pasiphae, in quinto gradu Theatri Iulius Camilli, sig. hominem esse causam alicuius rei. Iulius Camillus fo. 132.

3 Parcæ positæ in porta solis sub Talaribus in sexta gradu Theatri Iulij Camilli, signific. præbere causam, incipere, & in finem ducere. Iulius Cam. f. 139.

4 Parcæ apud Platonem, Clothos Lachesis, & Atropos, sign. tardum Saturni motum, quo singula maturantur, & multitudinem virtutũ quæ in firmamento sunt, per quas tanta rerum varietas in inferioribus generatur, ac reliquorum denique planetarum motum, quo suo quæque tempore perficiuntur. Valer. f. 33 r.

5 Parcam dici Opim, sign. parcam retro aspicere, & a tergo obseruare facta singulorum, & quæ punienda sunt punire, & dicitur oppis. ἀπὸ τοῦ ὀπίσω. Io Baptista Fonteius lib. secundo cap. 6. de prisca Cæsiorum gente.

6 Parcas esse tres sign. tria tempora, quorum preteritum Atropos quia quę preterierunt nulla ratione possunt conuerti aut reuocari. Lachesis uero sign. tempus futurum. Nam qui rerũ naturalium est euentus, stabilis est. At Clotho signific. presens, quia quę sunt præsentia perficit illaque absoluit, quæ sui sunt numeris. Natalis Comes in Mytholog. libro terco capitulo 6.

7 Parcas stamina de colo nascentibus detrahere, quibus vniversa uitæ fortuna contineatur, sig. apud antiquos Philosophos credi quod in fantes nascentes imbiberent, & haurirẽt a primo aeris temperamento, & mores, & fortunam, & actiones, & etiam tũm uitalem, euentum quarum rerum omnium, atque finem illi ipsi philosophi vocarunt, & fatum, & parcam. Natalis ut sup.

8 Parcas esse filias Iouis, & Themidis, quæ est iustitia, sign. quicquid vnicuique eueniat, illud & iure & pro meritis, rerumque gestarum i diuinitate, contingere, & altissimi Dei consilio.

9 Parcas natas esse ex chao unà cum Pane, signifi. hominibus bona & mala ex inordinato fortunæ cursu, & non pro meritis singulorum euenire. Cartar.

10 Parcas esse natas ex nocte, sign. hominibus mala contingere ex ipsorum inscitia.

11 Parcas esse maris filias. v. infra.

12 Parcas tres signific. ortum uitam, & obitum hominum Cartar. f. 299.

13 Parcas dici Nonam Decimam, & Mortam, sig. parcas habere curam partuum, qui fiunt uel nono uel decimo mense, & quòd omne quod oritur morti subiacet ideo tertia dicta est Morta. Cartar. f. 301.

14 Parcas seruire Plutoni sign. in homine qualitates corporis efficere uel longam, vel breuem vitam, quòd Pluto sign. materiam corporis in homine. Cartar. f. 299.

15 Parcas tres apud poetas esse, sign. omnes res habere principium medium, & finem. Cartar. f. 301.

16 Parcas natas. ex Chao, sig. omnibus. rebus in elementorum separatione suas causas assignatas. Cartar. f. 301.

17 Parcas natas ex Heræbo, & nocte, signifi. rerum causas esse occultas. Cartar. f. 302.

18 Parcas & horas supra caput Iouis apud Megarenses, sign. Iouem disponere fata & anni tempora arbitrio suo. uel secundum Aeschilum sig. fatis Iouem quoque subijci & hoc sign. parcæ supra caput Iouis. Valerianus. f. 229.

19 Parcas esse maris filias, signif. secundum aliquos res humanas neque diuina prouidentia gubernari, neque quicquam diuino consilio regi, cũ illi solam suppliciorum acerbitatem considerarent, nihil ponderantes suorum scelerum grauitatem, & quia omnes Maris siue Neptuni filij vt plurimum crudeles, & inordinati fuerunt, vocarunt Parcas filias maris. Natalis comes in Mytholog. lib. 3. cap. 6.

2 Parcas esse filias Necessitatis, ut est apud Platonem, in 12. dialogo de Rep. sig. supplicia, quę pro rebus gestis hominibus debentur, necessario esse subeunda, neque quemquã uirum malum Dei iustam uindictã effugere posse.

21 Parcas esse solitas habitare in quadam obscura spelunca, sign. Dei iudicia esse occulta, &

22 Parcas ex illa spelunca, quando liberet, cõuolare ad puniendos malos homines, sig. Diuina supplicia non statim ad scelestos homines peruenire, sed opportuno tẽpore Dei vindictã accedere. Natalis ut supra.

23 Parcas primum inuenisse septem litteras, sig. munus litterarium quasi in septenario numero posse

posse sufficere, sed certe antiqui respexerunt ad sepe decedi formas. Fab.Paul.Heb.l.t.c.3.

1 PARDVM si in tertio saltu non capit feram, indignatum abire, significat diabolum usque ad tertiam uicem hominem tentare, quem si non capiat, confusum abire & nihil posse nisi postea cum alijs secum nequoribus, se rursus hominem aggredi uelit quod in Christo D. N. I. patet.F.G.p.273.to.6.

2 Pardus in Diuinis, signifi. summam Trinitatem D. Dyonisius in secundo capitulo. Cęlestis Hierarch.

3 Pardus habens alas quasi auis quatuor super se & habēs quatuor capita, ut est Danielis cap.2. sig.Gręcorū Monarchiam M.Anti.Louisinus. in Esdrę cap.11.& 12.f.9.
Corpus pardi, sign. Alexandrum fundatorem Monarchiæ.
Primum caput sig. Regnum Siriæ.
Secundum caput sign. Regnum Aegypti.
Tertium caput sigu. Regnum Asiæ.
Quartum caput sign. Regnum Macedoniæ, & Grecię.
Louisinus ut sup.f.9.& 21.

4 Pardus habens capita septem, & cornua decem, & super cornua decem decem diademata & super capita eius nomina blasphemiæ, &c. ut est Apocalip. cap.13. sign. Imperium Turcarum, cuius corpus sig. Maometum secundum, qui fuit fundator Turcici Imperij in Constantinopoli, cuius primum caput signifi. Baiazetum, secundum. caput secundum, sign. Selimum primum. tertium caput, sig. Solimanorum primum. quartum caput sig. Selimum secundum, quintum caput, sig. Amuratem presentem Imperatorem reliqua duo capita sextum scilicet, & septimū, sign. duos futuros Turcarum Imperatores. quibus extinctis duobus Otthomanorum prosapia erit finita. Louisinus in Esdram fol. 14.& fol.28. huius pardi pedes esse ursinos, ut ait Daniel cap.7. sign. Othomanorum Imperium habiturum fuisse partem Imperij Persici quod Persicum Imperium a Daniele uocatum est ursus cap.7. Loisinus fol.21. Os huius pardi esse simile Leonis, sig. Otthomanorum Imperium fuisse habiturum partem Imperij Assiriorum, quod Imperium Daniel uocat Leænam.& hanc partem Imperij occupauit Selim primus.

5 Pardus sign. Satanam, quoniam Pardus nisi tertio saltu pręda capiat, indignatus, aggredi cesset quod etiam, sign. Diabolum, nisi in tribus tentationibus hominem eniceat, confusum discedere, & ultra adoriri nel nequeat ipse uel erubescat, exemplum est in Christo D. quem ter satanas tentauit, sed confusus abijt. Petrus Bongus Cap. de ternario f.75.

6 Pardus qui sit in modum capientis uel quiescentis, cum verbis aut capio aut quiesco. Sign. hominē qui demonstrat se non esse contentū mediocritate in magistratibus gerēdis, sed semp aspirare ad id qđ summū & excellentissimū in suis actionibus, tum belli, tum pacis existit. vel sign. hominem qui demonstrat se omnino aliquid acturum in hostes, uel bellando vel quiescendo. Nam pardus cui cum simijs est antipathia quædam, cum uideat se, vel cur su, uel saltu eas capere non posse, quòd illæ eo viso arbores statim ascendant, simulat sub illis arboribus se mortuū oculis clausis, & anhelitu retento, simiæ uero mittunt unam quæ exploret an sit mortuus, quæ paulatim audax facta cum uidet eum immobilem, facit gestus derisorios in eum, quod cæteræ videntes descendunt, & illi illudentes gesticulantur, quā rem ipse non diu ferens, prosilit in illas & stragem facit ac dissipat quot quot potest. Vel significat hominem qui demonstrat se in gerendis negocijs nusquam cunctaturum, neque vllam occasionem amissurum, sed quamprimū esse eam capturum, aut quieturum. Nam pardus si tertio saltu non capit venationem, ipse non amplius prosequitur eam.
Vincentius Ruscellus in insignis Iacobi Superantij.

1 PRIMOS parentes statim peccare permissos esse. significat æternum patrem, vt filium honoraret, id permisisse. Franciscus Georg. prob.46.

2 Primos parentes cognouisse se nudos. sign. eos sensisse carnis rebellionem. vel sign. eos cum pecato cessissent nudos se diuina gratia agnouisse. Franc.Geor.p.46.
Paris v. Aenigma 30.

1 PARIETES aspergi maculis, ut est Leuit. 14. sign. in Ecclesiæ ordinibus aliquos in hæresim incidere. Idem sign. paries aspersus sanguine Iesabelis. Lauretus in uerbo aspergere.
Paries. v. Aenigma 30.

1 PARMA alba. sign. ferentem nihil adhuc strenue gessisse. Vnde Vergilius
Parmaque inglorius alba. dabatur enim alba Parma Tironibus, vel qui nil sternue gesserāt. Valer.f.313.

2 Parma cerulea, cuius margo purpureus esset & vmbilicus uiridis, in quo esset pentagonus siue pentalpha. cum hac dictione Υγιεία quę interpratatur salus. Singulis literis, in singulis dispositis. sign. propugnatores qui militabant sub illustri magistro peditum apud Imperatores Bizaminos quibus propugnatoribus inerat velnti salus exercitus. Valerianus folio 351.

1 PARNASVS musarum mons. sign. diuinitatem & vim illam furoris cœlestis, quo animæ poetarum afficiuntur, per quam diuinitatem poetæ fruuntur ea lętitia, cuius participes sunt beatorum animæ. Bartholomeus Tægius lib.2. de arte fabr. insign.

1 PARVVLOS ad petram allidere, sig. malas cogitationes in Christum D. N. consumere paruuli enim sign. cogitationes & petra sign. Christum. Et hunc sensum Diuus Hieronymus supra ps. 136. apertissime innuit. ad hoc quoque facit Chesbon ciuitatem caput regni a mor-

Amorrheorum a Iosue expugnatam, Chesbon enim sign. cogitationem, & Iosue sign. Christum, in quo omne malæ cogitationes dissipantur. fol. 6. p. 362. tom. 2. Valerianus fol. 362.

1 PAR IDEM indicasse contra Mineruam & Iunonem, sign. amoris uim plus posse quam sapientiam & diuitias. Nam Paris sig. uitam nostram. Minerua signif. contemplationem Iuno sign. uitam actiuam, & Venus sign. vitam voluptuosam. Equicola lib. 4. de natura amoris.

2 Paris a pugna reuersus prodiens in lectum sign. amantem imprudentem. Equicola lib. 4. de natura amoris.

3 ad Paridem delatum fuisse iudicium faciendum de Minerua Iunone & Venere ceterorũ deorum consensu & maxime Iouis, sign. ad liberũ hominis arbitrium pertinere sese addicere uel uitæ contemplatiuæ, uel actiuæ uel uoluptuosæ, uel signif. veteres poetas ignorasse præfinitum esse mundi iudicium, uel signif. id factum ea de causa quod si Iuppiter ipse iudicasset, vnam tantum in mundo uitam approbasset, & duas damnasset. Fulgentius lib. 2. v. Minerua Iuno & Venus.

4 Pares iudicans Iunonem Palladem & Venerem & pro Venere sententiam ferens sign. in iudicio faciendo cauendum esse ne damna sequantur iudicantem. Sicuti euenit Paridi. Sambucus f. 152.

5 Paridis iudicium de tribus deabus. in porta Iouis sub Prometheo in septimo gradu Theatri Iulij Camilli sign. Forum Ciuile. Iulius Cam. fol. 149.

1 PARS optima quam elegit Maria ut est Lucę. 10. sign. contemplationem; quia contemplatio superat bona uitæ actiuæ. Diuus Ambrosius in Lucæ 10.

2 Partum octimestrum in hominenon esse uitalem, sed septimestrẽ, vel nouimestrem vt aiũt Pythagorici sign. numeros pares cum imparibus non coniungi in octimestri, sicuti in septimestri, & nouimestri, nam si mas cum fœmina non cocant naturaliter, non fit conceptus vitalis, & in numeris impar signif. masculum, & par sign. fœminam. Quod autem in septimestri, & nouimestri numeri par, & impar coeãt, ex quo naturaliter uitalis fit partus, sed in octimestri partu par, & impar arithmetice non coeant numeri, hoc modo probant Pythagorici. Accipiunt triangulum obliquum 1. 2. 3. habentem, 1, 2, vnitatum, 4, & 2, 3, unitatum, 5. & 1. 3. vnitatum 3. planum est, quod secundum ipsos Pythagoricos, 3. & 5. sunt masculi tamquam impares, sed 4. vt pote numerus par est fœmina. Qui numerus 4. si multiplicatur super 4. numerum masculum, fiunt 20. & si 5 numerus masculus multiplicetur super se ipsũ fiunt 25. qui numerus si iungatur cum numero multiplicato per 4. fient 45. qui 45. si multiplicentur per 6. qui numerus est dimidium totius areæ Trigoni, nam Trigonus habet aream 12. unitatum; fient simul 270. qui continent numerum nouem mensium, in quo numero 270. facta est coniunctio fœminæ, id est, 4. & maris id est 5. in multiplicatione vsque ad 270. qui complet numerum nouem mensium. Rursus si 4. super 5. multiplicetur fiunt 20. & si 3. super 5. fiunt 15. qui simul iuncti fiunt 35. & si hi numeri 35. multiplicentur per dimidium areæ Trigoni id est per 6. erunt simul 210. qui continent tempus septem mensium. Qui numerus 210. prouenit itidem ex coniunctione 4. quæ est fœmina, & 5. & 3. qui sunt mares & sic ex coniunctione maris & fœminæ fit conceptus naturaliter uitalis, in septimestri & nouimestri. At si sumantur tantum masculi numeri super masculos ut fiat coitio præter naturam, tunc fiet partus octimestris, & non erit uitalis naturaliter. Si enim 3. super 5. multiplicetur, fiunt 15. si 5. super seipsum fit numerus 25. qui duo numeri 15. scilicet & 25. si simul coeant, fiunt 40. qui 40. si multiplicentur per 6. qui numerus est dimidium areæ Trigoni, fiet numerus 240. qui explet numerum dierum octomensium, & quia 3. & 5. sunt numeri ambo impares, id est masculi, neque facta est coniunctio per aliquem numerum parem, utpote fœminam, ex qua naturaliter nascitur partus uitalis, idcirco in octimestri partus numquam uiuit, & si quis forte uiuat, id est præter naturam. Fabius Paulinus. Hebdom. libro sexto cap. 4.

3 Antequam parturiat pariet, antequam ueniat partus eius & peperit masculum, quis audiuit sicut hoc. Quis uidit sicut ista? vt est Esai. cap. vltimo. Hæc Prophetia. Secundum Rabbinos Hebræos sign. Christum Messiam fuisse nasciturum antequam nasceretur ille, qui erat euersurus Hierusalem eius templum. Quod factũ est sub Tito, cum Redemptor noster natus esset ante Titi Natiuitatem. Galatinus libro quarto cap. 11.

4 Parturiens in die vno apud Chimistas. v. argentum uiuum.

5 Partum leuari a filia septima. v. septimam filiam alleuiare partum.

1 PARVVLOS allidere ad petram vt est psal. 136. sign. cogitationes prauas & malas concupiscentias ac parua peccata in principio abiicere confugiendo ad Christum Dominum. Lauret. in uerbo allidere.

2 PASCHA iussum a Deo celebrari in mense Martio significat memoriam transitus Israel de Aegypto, & significat egressum creaturarum a Deo in mundum eo mense factum. significat Christum Dominum nostrum fuisse a manu Luciferi nos liberaturum, & significat eo mense futurum extremum iudicium in fine seculi. folio sexto, pagina 339.

2 Pascha prohibitum comedi ab incircunciso, sig. incircuncisum indignum lege, quæ tunc dari incipiebat. vel significat nisi qui fieret nouus homo per circuncisionem, in nouum libertatis statum ingredi non posse. f. 6. p. 341.

Pascha

3 Pasca resurrectionis post quadragesimam celebrari, sig. resurrectionem nostram nos significare. D. August. supra Ioannem tractatu decimo septimo.

4 Paschta resurrectionis celebrari per quinquaginta dies, sign. quòd in quinquagenario merces denarij significatur, ideo tunc non uacabit nisi laudare deum, ideo per illos dies alleluiah dicimus, alleluiah est laus Dei, in ista fragilitate mortalitatis. D. Augustinus super Ioannem tractatu decimo septimo.

5 Paschæ tempus sign. illud tempus quod erit post diem iuditij, quando uidelicet ad patriam uitæ quam per Adamum amisimus Deo propitiante, regrediemur. Michael Timotheus in Diuinum officium. Quæst. 95. tractat. 3.

6 Pascha, græca uox est, quæ hebraice dicitur phase, & latine interpretatur transitus, & pascha apud nos fieri. Historicè, sign. transitum, quo exterminator Angelus uidens sanguinem in postibus Israelitarum pertransijt, nec eos percussit, ut est Exod. 12. & sign. eo tempore populum Israeliticum ex Aegypto transisse die tertia Mare rubrum, & Allegorice, sign. Ecclesiam per baptismum ab infidelitate ad fidem transire. Tropologice, sign. eo tempore fideles per contritionem, & confessionem de uitijs ad uirtutes transire. Vel Anagogyce, sign. Christum Dominum transire ab mortalitate ad immortalitatem, ut & nos transeamus.

Michael ut supra. Quæstione 96. tractatus tertio.

7 Paschæ appellatione potius quam phase Ecclesiam uti, significat Ecclesiam nolle ullo modo iudaizare. vel Michael ut supra Quæstione. 97. tract. 3.

8 Paschæ appellatio, Pentecoste, Epiphania Apostolicus, Patriarcha Archiepiscopus Episcopus & cætera id genus, sign. linguam græcam antiquitus Romæ fuisse in maxima authoritate. Michael ut supra. Quæst. 90. tract. 3.

9 Pascha comedi cum lactucis amaris, præcipi, sig. ueritatis districtionem semper austeram existere. Valer. f. 187.

10 Pascha in quo resurrexit Christus D. fuisse decima septima luna primi mensis idest Aprilis, qui est primus apud Hebræos, sign. Christum D. per obseruationem decalogi perducere nos ad requiem Sabbati sui, & Christum D. hoc fecisse in primo mense, sign. ipsum esse principium, & salutis, & quietis nostræ. Durandus in Rationalis libro 6. capitulo 78. numero 5. & 6.

11 Pascha fuisse cum luna peteret alta, idest in decima septima luna, significat Ecclesiam debuisse petere alta uirtutum, ut scanderet ad templa cœlorum.

Durandus ut supra.

12 Pascha fuisse in tertia hebdomada lunæ, significat iam incipere tertium tempus gratiæ scilicet.

13 Pascha quando fit post 12. lunationes, significat per decem decẽ legis, & duo caritatis præcepta nos ad resurrectionis gloriam peruenire.

14 Pascha quando fit post. 13 lunationes, sign. nos per decalogum, & per Trinitatem ad æternam gloriam peruenire.

Durandus ut supra.

15 Pascha fuisse exacto æquinoctio, sig. doctrinam cognitionis Dei iam sicut dies incipere augeri, uel signif. gratiam ibi incipere superabundare ubi iniquitas abundabatt. Durandus. in Rationalis. lib. 6. cap. 78. numeris. 5. 6.

16 In Pascha noctem illam in qua resurrexit D. fuisse communem, & Sabbati præcedentis, & Dominicæ sequentis, sign. Christum D. resurrexisse, & pro illis, qui ante ipsum fuissent, & pro illis, qui post se essent futuri, ut ego arbitror, uel ut ait Durandus ut supra, signific. quòd dies usque ad illud tempus præcessisset noctẽ, quæ res, signific. primum Adamum transijsse de luce uirtutum in tenebras vitiorum: sed in resurrectione Christi D. conuersum esse ordinem tẽporis, ut scilicet Nox præcederet diẽ, ut signific. per secundum Adam nos de tenebris peccatorum ad lucem uirtutum fuisse in eius resurrectione redemptos, & transire debere.

17 Pascha annotatiuum, sign. diem in quo aliquis est baptizatus, & eum annuatim, ut gentiles suum natalem, cælebrari, in quo die scilicet baptismali dicebatur officium paschæ, si is dies fuisset in quadragesima nõ dicebatur alleluiah. Durandus lib. 7. cap. 1. numero. 38.

18 Paschæ solennitas signific. animarum transitũ, a uitijs ad uirtutem, a corporis affectib. ad animi constantiam atque sobrietatem a malitiæ nequitiæque fermẽto ad ueritatem, & stabilem synceri propositi firmitatem. D. Ambrosius. 6. Valer. f. 35.

18 in Paschæ hebdomada dici tres tantom psalmos tres Antiphonas, & tres lectiones, sign. id fieri in honorem Sanctissimæ Trinitatis, vel sig. triduanam Christi Domini sepulturam, uel tres psalmi, signific. tempora tria ante legem sub lege, & Euangelium. Tres Antiphonę signific. Patriarchas prophetas, & Apostolos, & tres lectiones, signific. legem Prophetias, & psalmos Christi Domini resurrectionem profiteri.

Michael Timotheus in Diuinum officium Quæst. 100. tract. 3.

20 in Die Paschę non non fieri neque petitiones, neque obsecrationes, neque postulationes, in officio, signific. quòd cum glorificati resurrexerimus non indigebimus istis. Michael ut supra. Quęst. 101.

Et idem sig. non dici preces ad primam.

Michael ut supra. Quæstione. 102. tractatus 3.

Et penè idem sign. non dici capitulum.

Michael ut supra. Quęstione. 3. tractatus. 3.

21 Paschæ septimana, sig. illam septimanã decadem annorum, in qua populus est liberatus, ut rediret ad patriam Hierusalem.

Mi-

Michael ut supra quæst. 4. tract. 3.

22 Paschæ hebdomada singulis diebus dici. Hæc dies, quam fecit Dominus. sig. totam paschæ hebdomadam haberi pro die Dominica. Michael ut supra quæst. 105. tract. 3.

23 In Paschæ septem diebus semper fieri mentionem de Resurrectione Christi D. significat nos per septem dona Spiritus Sancti venire ad ueram resurrectionem. vel significat nos in tota ista uita, quæ per septem dies currit, debere anhelare ad gloriam resurrectionis quantum possumus. Michael ut supra quæstione 106. tract. 3.

24 a Paschæ die usque in pentecostem orantes stare. significat liberationem eorum, qui per dona Spiritus Sancti de morte ad uitam resuscitari meruerunt. Nam Ecclesia per hos dies Deo congregat populos per medium Baptismi, & hac de causa in die pentecostes, & per totam eius hebdomadam Ecclesia frequenter cantat, alleluiah. Michael ut supra quæst. 121. tract. 3.

25 In Paschate, in pentecoste, & in die Tabernaculorum omne masculinum in lege debere cōparere coram Deo: in Paschate sig. transitum Israel de Aegypto. uel sign. rerum transitum ex non esse ad esse: & hoc conuenit patri, qui eripuit nos de manibus diaboli. in pentecoste significat legis collationem, quando lex tanta celebritate fuit data. & hoc conuenit filio, in quo lex erat antequam daretur, ut ait Elchana. in die Tabernaculorum. significat memoriam umbraculi a nube in deserto facti, & hoc respondet Spiritui Sancto in cuius uirtute & numero datur remissio.

Petrus Bongus capitulo de Ternario folio 73.

1 PASCVA significat Scripturam sacram iuxta illud lupe ex oues pascuæ tuæ. Valerianus f. 277.

2 Pascua, vt est psalm. 22. in loco pascuæ tuæ ibi me collocabit. significat beatitudinem futuram. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacrar. Scrip.

3 Pascua herbosa de quibus Dauid in psal. Dominus regit me. sign. comprehensionem primorum seminum omnium rerum, quæ Socrates & Plato uocant Ideas. Farra f. 22.

1 PASIPHAE quę amans Taurum ingressa est uaccam ligneam, ut cum tauro coiret, ex quo peperit Minotaurum. sig. apud antiquos animam humanam antequam descendat de cęlo, vt ingrediatur corpus in uentre matris formatum habere quoddam uehiculum igneum siue æthereum. per quod concurrit ad motum nihil enim mouetur nisi per corpus. & cum anima sit in vehiculo igneo tantæ subtilitatis, ut nō possit cōiungi cum corpore terreo, & tantæ crassitiei prędito dum descendit accipit aliud uehiculum quod vocāt aereum, quod medium est inter igneum vehiculū, & corpus terreum, & ideo descendens de cœlo in cęlum, & de elemento in elementum, adeo incrassatur, ut induat aereum illud vehiculum, quod est medium coniunctionis aptum. Vacca ficta sig. vehiculum aereum quo mediante anima iungitur Tauro qui sig. corpus. Minotaurus natus ex utroque. sig. compositum ex anima & corpore fieri partim humanum, & partim bestiale, ab umbilico supra, ubi sunt vires spirituales habere figuram hominis. & ab umbilico infra ubi sunt potentiæ animales, habere figuram bestiæ. v. suo loco. Iul. Camil. f. 127.

2 Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli sign. res & verba spectantia ad hominem, tum interiorem, tum etiam exteriorem. Iul. Camillus f. 118.

3 Pasiphaem amasse Taurum. & ex eo peperisse Minotaurum. significat illam amasse scribam quendam nomine taurum, cum quo dum Minos pudendo laboraret, rem habuit & grauida facta puellum peperit, quem Minos non suum esse sciens, ipsum taurū ablegauit in montem ad pastores, sed cum ille insolens esset coactus fuit a Minoe aufugere, & cauernam in terra sibi facere, in qua habitans erat tamquam carnifex ipsius Minois, nam malefactores ad ipsum trucidandos mittebat, donec Theseus factus captiuus, & ab Ariadna amatus ense fuit illuc detrusus, ubi taurum occidit. Palephatus.

1 PASSER sign. annuum vitæ tempus, quòd hæc auis nimia salacitate anno non uiuat diutius. Valer. f. 150.

2 Passer fuluus, significat hominem prolificum, & petulantiæ intemperantius deditum. quòd hæc auis septies, uel in hora coeat. Valerian. f. 150.

3 Passeris effigiem habens fœmina a pectore supra, & a pectore infra sit fœmina sign. Sirenas quæ itidem signi. Veneris illicia. Valerian. f. 150.

4 Passer in sacris significat animam quæ uoluptatibus, & sensui dedita facile seducatur. Vnde illud Dauidis: erepta est de laqueo venantium sicut passer.

5 Passerem inuenisse domum in psal. 83. significat animam, quæ prius erat uaga, & illecebris auocata, postea ędes sacras frequentare, & incolere cepisse.

6 Passer auolans in agrum, vt est Leuit. 14. sign. hominem transeuntem ad contemplationem. Lauret. in uerbo ager.

7 Passer mane clamans. sig. tempestatem. Cocles in introductorio. Phision.

8 Passer, ut est illud ps. 18. transmigra in montem sicut passer. sig. prudentiam. Gouschelius lib. 6. Elocut.

9 Passeres, ut est illud Matth. 10. sig. infideles. D. Hilar. in Matth. cant. 10.

10 Passer cadens in terram, vt est Matth. 10. sig. animam fieri terrenam corpus sequentem. Lauret. in uerbo cadere.

11 Passerem, & cydonium malum Veneri esse sacros. significat & passerem, & cotoneum eadem de causa nomina in prima lingua

 sortitos

sortitos esse, de cotoneo. v. Cydonium. Passer vero in prima lingua dicitur Strous doot, & Græce στρουθὸς, & interpretatur mors connubij eo quod mortis suauissimum genus sit connubium. vel quod ad finem Venereæ, palestræ suauissime videamur mori, vel certe, significat nos e connubio celerrimam mortem esse reportaturos, si auiculam hanc imitemur, quoniam masculus in eo genere sic sese frequenti Veneris usu exhauriat, ut nunquam ad biennium perduret.

Goropius in Vertumno. folio quadragesimo septimo.

6 Passer solitarius in porta Saturni sub antro, in tertio gradu theatri Iulij Camilli sign. rem solam & derelictam. Iulius Camillus folio centesimo nono.

7 Passer solitarius positus in porta Saturni sub pasiphae in quinto gradu theatri Iulij Camilli sign. naturam solitariam hominem solum & derelictum. Iulius Camillus folio centesimo trigesimo sexto.

8 Passer solitarius positus in porta Saturni sub talaribus in sexto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. aliquem esse solum, manere solum, derelinquere solum. Iulius Camillus, folio centesimo quadragesimo.

9 Passer signif. debiti coniugalis satisfactionem quod alter alteri in coniugio debet, nam in prima lingua dicitur pais eer, pais notat satisfactionem, & eer honorem & decus. Vnde pais eer interpretatur honor & decus satisfactionis, & quia passer sign. coniugium intelligitur de satisfactione in coniugio debita, & passer in ea obtinet summum uictoriæ decus, est. n. auis salacissima adeo, ut non perduret ad biennium.

Goropius in Vertumno. f. 75.

10 Passeres uel aues quæ nidificant in libano significant Angelos, qui ferunt orationes nostras in conspectum Dei. folio sexto, p. 262. tom. 3.

1 PASSIONEM Christi Domini per duas hebdomadas ante pascha recoll, sig. Christum Dominum a duobus, & pro duobus populis passum, uel sign. duo Testamenta, vetus scilicet quod prædixit Deum passurum in carne, & nouum quod ostendit illum passum, vel signif. passionem fuisse prædictam in duobus temporibus ante legem, & in lege. Michael Timotheus in diuinum officium, quæstione 57. tractat. 3.

5 PASTINACA attracta ab hamo piscatorio, sign. illum qui parricidij pœnas dederit, quod pastinaca habeat spinam in cauda quam iaculatur in raptorem, & ictu maxime lætali. Valer. f. 215.

1 PASTORALIS fistula cum pedo & cum titulo, attendite uobis, sign. ad stabiliendum Christianæ Ecclesiæ statum fidelibus uerbi Dei dispensatoribus perpetuum docendi munus incumbere. Claud. paradin. lib. de Symb. Heroi. fo. 186.

2 Pastori mercedem afferre, ut est Zach. 11. sign. Christi Dñi qui fuit uerus pastor, præcepta seruare. Lauret. in uerbo afferre. Idem signit. afferre farinam ad Eliseum, & mulier sareptana afferrens bucellam Panis ad Eliam, ut est. 3. Reg. 17.

3 Pastor qui agnum de ore Leonis eripiat. Cum uerbis De Ore Leonis, in altera numi parte, ab Alphonso Ferrariæ Duce percussi, sig. Hadrianum Battauum Pontificem Maximum, qui post mortem Leonis Pontificis, & Alphonsum persequentis, in Ducatu Ferrariæ ipsum Alphonsum confirmauit.

Ludouicus Gyraldus, in commentar. de ferrenorum insigni & de insignibus.

4 Pastoris stulti oculus dexter, ut est Zachar. 11. sig. Antichristi scientiam, quam ipse sibi falso arrogabit.

5 Pastores conculcare partem Domini, ut est Hierem. 12. sign. prælatos malos praua doctrina, & malis exemplis Ecclesiam destruere. D. Hieron. Hierem. 12.

6 Pastor stultus, & Idolum apud Zachariam, Rex impudens, & lauatus, apud Danielem. Discessio homo peccati, uir perditionis apud D. Paulum Thessal. 2. capitulo secundu Abominatio, & desolatio sedens in loco Sancto, apud Euãgelistas, significat Antichristum Theodorus Gramminæus in Esaiam. f. 16. & dictus est quoque a Iacob. coluber Dan. ut est Genes. capit. 49.

1 PATAVINI palatij corona distincta per gradus 360. cum signis Zodiaci, in quibus per gradus singulos sunt quædam uariæ adpictæ figuræ quæ significant. facta eorum, qui nascuntur in illis gradibus, quas, quod longum esset enumerare, & effingere prætermittimus, ut alius eas effingat, & explicet, & eo magis id facio lubentur, quod scio nobilem quendam Patauinum id iam moliri, & pene rem in medium prodituram esse. Valer. f. 287. Y. Zodiacus circulus, si uero in his nostris collegeris omnes Zodiaci gradus, facile intelliges significata earum figurarum, nos enim ex Astrolabio plano Ioannis Angeli ea desumpsimus.

1 PATENA quæ apponi solet supra calicem dum sacerdos celebrat sacrificia, signific. lapidem monumenti. Aemarus Hennequineus lib. de Ceremon. Missę cap. 6. & quando deponitur de Ore Calicis, signific. reuolutionem lapidis de monumento Christi D. Aemarus cap. 36. & compendium Theologicæ ueritatis lib. 6. cap. 18.

2 Patenam in Missa osculari a pontifice sig. confoederationem factam a Christo D. post resurrectionem discipuli & Petro, & mulieribus. Aemarus cap. 36.

3 Patenam siue patinam consecrari & inungi, signific. omnia instrumenta debere esse mysteriosa ad ministrationem corporis Christi Domini, qui in ara crucis pro omnium salute immolari elegit. Nam & omnipotens Deus

con-

consperſam ſimilaginem in patenis aureis, & argenteis ad altare ſuum deferri iuſsit. Durandus.liſi.1.cap.8.nom.24.

4 Patenam abſcondi a ſacerdote in Miſſa ſub corporali, vel a ſubdiacono contineri retro inuolutam, ſignific. Apoſtolorum, & reliqoorum Chriſti D. diſcipolorum fugam, & latebras, quando prehenſo Domino aufugerunt, Patena enim ſimpliciter, ſign. cordis dilatationem, audaciam quam in cæna Petrus, & alij habuerunt dicentes, ſi me oportuerit mori tecum nõ te negabo. Michael Timotheus in ſacrif. Miſſæ Quæſt.12.tract.4. &

5 Patenæ pars, quę noo abſconditur ſub corporali, ſign. Beatiſsimæ Virginis & D. Ioannis Euangeliſtæ conſtantiam, & fidem, qui non fugerunt neque latuerunt. Michael.ut ſup. Quæſ. 13.tractat.4.

1 PATER & dominus & rex apud Platonem, ſignific. ſummum deum ipſumque bonum. v. cauſa.
Ficious in Epiſtola Platonis.6.

2 Patrem familias abijſſe peregre relicta vinea vinitoribus, ut eſt Metth.21.ſig. deum relinquere homini liberum arbitrium ad operaodum. D.Hieronim. ſupra Natth. 21. & Lauretus in uerbo abire.

3 Pater mirabilium omnium apud chimiſtas, ſign. argentum oiuum. Vnguentum ſolutum.
Ioannes Garlandius lib. 1. de minerahbus capitulo 5.

4 Pater diuidens duobus filijs ſubſtanriam, ut eſt Lucæ capitulo 15.ſignific. Deum ſinguils dare liberum arbitrium, ut ooo neceſsitate ſed uoluntate operentur.
D.Hieron.in Epiſtola Beatitudinis, & Laur. in uerbo abſciodere.

5 Pater Iubens cito afferri ſtolam, ut eſt lucæ, 15. ſign. Dei promptitudinem ad ignoſcendum.
Lauret. in uerbo accelerare

6 Patri annoncians, quòd natus ſit ei filius maſculus, ut eſt Hieremiæ.20. ſign. adulatorem laudantem malum opus tamquam booum. Lira iu Hierem.20.

7 Pater fidei, & pater Gentium, ſign. Abraham.
Iacobus Gouſchelios lib.1. Elocution. ſacrar. ſcriptur.

8 Patris & matris turpitudinem reuelare, ot eſt Leuitic.18.ſign. eum patre cum matre rem habere, & cum eis concumbere.
Gouſch.lib.3.

9 Pater cadens ſuper cullum filij, ut eſt Lucæ.15. ſign. Chriſtum D. reflectentem pectoris ceruicem ad cœlum.
D.Amb.in Lucam 15.

10 de Patris dono egrediendum eſſe, ut eſt Geneſ. 12.ſign. diaboli calliditates, & nequitias Diaboli ſemper uitandas, & fugiendas eſſè, pater.n. in loco, ſignific. Diabolum quem non naſcendo, ſed eius neqnitiam imitando patrem habemus. Milleloquium ueritatis beati Auguſt. in uoce terra.

11 Pater ooſter oratio dominica in Miſſa, ſign. filiatiooem per gratiam. Georgius Ederus in Oconom. Tabula 90.

12 Pater noſter, Miſerere mei, Reſpice queſimus Domine, at qoi tecum ſub ſilentio dici poſt ſtrepitum, tumultum factum in tribus illis noctibus, quando pulſantur tenebræ in paſsione Chriſti Domini ſignific. timorem, quem Apoſtoli habuerunt latentes in occultis.
Michael Timotheus in Diuinum officium. Quæſt.85.tract.3.

1 Sex Primi PATRES Adam Seth, Enos, Caimam, Malaleel, & Iarred mortui, & Enoch ſeptimus tranſlatus, illi Sex, ſignific. ſex mille annos, quibus duraturus eſt mundus, inquibus uita & mors eſt regnatura, & ſeptimus ſcilicet Enoch tranſlatus, ſignific. poſt mundi ſolutionem futurã quietem, in qua mors nullam uim habeat, & uita duntaxat immortalis exiſtat.
Auguſtinus Ferentillus in tractatu de ætatibus mundi.

2 Patres comedere vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcere, ut eſt Hierem. primo ſignific. unum eſſe ooxium, & alium pœnas pendere.
Gouſch.lib.3.Elocution.ſacr.ſcri.

1 PETRAM exporrigi, ſignif. amicitiam confirmare ſiue cõcordiam; unde in ueterib. numis ſæpe uidere eſt deos uel deas pateram porrigere, ut eſt in numis Orbianę, & in oumis Iuliæ Paulæ.
Valer.ſol.408.

2 in Patera lauare, ut eſt apud Mercurium Trimegiſtũ, qui Tatiũ filium iubet in patera lauari. ſign. in rerum cognitionẽ animi ſordes eluere patera enim apud Mercurium, ſignific. rerum tam creatarum quam diuinarum cognitiooẽ. Vnde ablutio Mercurij, & alæ Platonis, ſign. idem, quòd autẽ animus cognitione lauetur Chriſtus D. ait uos autem mundi eſtis propter ſermooem, quem locutus ſum uobis, ut eſt Ioan.35. Fran.Georg. problem.273. To.5. & Archangelus Burgon. in 11. Concluſ. Cabal. Pici.

1 PATIENTIA & obedientia. v. Abraham. 81.

2 Patieotiam probari, quæ oon facile uertitur in iram v. Abies.2.

1 PATINA ſig. magnificentiam. Valer.f.27.

2 Patina expanſa, ſign. liberalitatem. Valerian. fol.408.

1 PATHMOS inſula interpretatur freiom, & ſign. mare tentationum earum, quæ exagitant eos, qui contra carnis uitia præliantur, & uitæ ſpirituali ſe religioſe, & arcte nimis ac ſi eſſent morituri committunt.
Ioach. in Apoc. ſol.39.

1 Patera in qua Trimegiſtus iubet Tatium lauari, ſig. cognitionem rerum diuinarum, & creatarum. F.H.p.253.to.5.

2 Patera ſig. dignitatem pontificiam. Sebaſt. Eriz f.127.& f.136.

1 PATRES domus Iacob. iuxta illud Hier.2.qq inuenerunt in me patres veſtri. vel domus Iacob. ſign. prælatos Eccleſiæ latinæ, ad cuius

filios propheticus ille Sermo dirigitur, sicuti cognationes domus Israel, sign. prælatos Ecclesiæ græcæ, & eorum subditos, Et latini discedunt a cultu boni operis & Græci currunt uiam erroris.
Abbas Ioachim in Hierem. f. 5.

1 PATIENTIAM, quæ non facile in iram vertitur probari. V. Abies. 2.

1 PATRIAM immortalem Deam a Platone dici sign. uel. diuinam orbis terreni animam, vel signifi. cælestem patriam. Ficinus in quinto de legib. Platon.

2 ad PAtriam cælestem anhelandum esse. v. agnus. 22.

1 PATRIARCHAE 12. sig. duodecim Apostolos, signifi. etiam opera primi status. Ioach. l. 2. c. 29. l. 2. Tract. 2. cap. 6.

2 Patriarchę 12. sig. ordine iustorum, qui diuiduntur in quinque & septem, signifi. etiam omnes patres 12. tribuum quorum ipsi fuerunt usq; ad finem primi status, hoc est usque ad D. N. I. l. 2. c. 29.

3 Patriarchæ 3. magni Aabræm scilicet Isaac, & Iacob. sign. tres status mundi coniugalem clericalem, & monachalem. v. Angeli. 3. lib. 2. cap. j.

4 Patriarchæ 12. sign. 12. turbas sanctorum quas D. Ioannes uidit in reuelatione, sicuti populus proueniens a 12. illis patriarchis innumerabilis, sign. illam multitudinem Sanctorum, quam ille ipse D. Ioannes vidit, & quam dinumerare memo poterat l. 2. tract. 2. c. 7.

1 PATRIS apud Chimistas, signifi. id quod Satirim, Ioannes Garlandinus.

1 PATROCLVS ut est apud Homerum, quem Hector occidit sub armis falsis Achillis, quem, & spoliauit, eius tamen cadauer græcis reliquit, sign. diuitis mortui fortunas ab hæredibus, ut plurimum inimicis occupari, cadauere Sacerdotibus, & terræ relicto. Alciatus Emble. 129.

1 D. PAVLVS sig. sacerdotum ordinem sicuti D. Stephanus sig. Diaconum ordinem. D. Ioannes Euangelista sig. ordinem contemplantiũ. Ioach. in Introduct. Apoc. f. 17.

2 D. Paulus & D. Barnabas additi numero 12. Apostolorum, & segregati in Euãgelium ad gẽtes, sign. Manassem, & Effraim qui additi fuerunt ad numerum 12. Patriarchum, & eis concessa primogenita, quæ amiserat Ruben.

3 D. Paulus electus ultimus discipulorum, & minimus Apostolorum, signific. Deum filium D. N. I. qui semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, & habitu inuentus, ut homo, & in Bethleem repertus est paruulus in præsepio: sed postea sedens in trono dei factus est omnium rex & Dominus dominantium, sicut & Paulus primo minimus Apostolorum electus ad predicandum gentibus Euangelium Dei, tandem cum principe Petro Apostolorum Romæ sedit triumphans coronatus martirio pro Christi gloria in æternum floret.

4 Quod D. Pauli prædicatione multitudo gentiũ conuersa est ad Deum, sign. per Euangelium Christi D. N. I. conuertendas esse gentes ad Deum, quem ignorabant. sicuti factum est.

5 Quod D. Paulo discedente ab Epheso superuenit D. Ioannes & superædificauit super fundamento D. Pauli, sign. aduentum Spiritus sancti de quo D. N. I. multa habeo uobis dicere, quæ non potestis portare modo cũ uenerit autẽ ille Spiritus ueritatis docebit nos omnẽ veritatẽ.

6 Quod D. Paulus a principio ascendit Hierusalẽ conferre Euangelium suum cum antecessoribus suis Apostolis sign. humilitatem filij Dei qui inuentus est a matre inter Doctores audiens & interrogans illos.

7 D. Paulus sign. gentem Latinorum, sicuti D. Barnabas sign. gentem Græcorum.

8 D. Paulus sign. Moysem ex contuitu Cherubim 3. Reg. 8. & de illo dicitur videmus nunc per speculum in ænigmate 1. Cor. 13. & de Moyse dicitur: ponebat uelamen in facie sua dum respiceret in eum Dominus. 2. Cor. 3. Ioach. f. 2. Apoch.

9 D. Paulum & Cornelium Centurionem iussos ire, illum ad Ananiam & hunc ad D. Petrum instruendos, sign. Deum velle hominibus per homines uerbum suum administrari. D. Aug. super psalm. 130.

10 D. Pauli conuersionem ab Ecclesia celebrari potiusquam aliorum sanctorum, sign. Ecclesiam præbere exemplum peccatoribus, ut & ipsi cõuertantur, uel sign. gaudium quod Ecclesia habuit de eius conuersione, cum illum antea tantum timeret, uel sig. miraculum magnum Dei ut Paulus de persecutore fieret prædicator. Michael Timotheus in Diuinum officium, quæstione 10. tractatus 9.

1 PAVO extra consuetum sibi a natura tempus cantans, sign. mortem alicuius in domo illa. Nam uti uultur a natura hoc habet, quod vltra mare cadauer odore cognoscit, & ad illud aduolat, sic etiam pauo naturam habet odore futurum percipiendi cadauer. Paracelsus libro de præsagiis. f. 18.

2 Pauo Iunoni sacer sign. diuitias hominum animos ad se allicere, sicuti pauonis pulchritudo ad se inspiciendum excitat homines. Cartar. f. 177. vel sign. homines diuites cupere laudes, uel falsas, & esse arrogantes, & ut pauo superbos. chart. f. 177. lib. de imaginibus Deorum cap. de Iunone.

3 Pauo stans in gramine, sig. vigesimum quintum gradum libræ, & hominem qui erit superbus. Astrolab. planum Ioannis Angeli.

4 Pauo cum voraci rictu in naribus, in quem uir quidam ingerat offam, sign. meretricem, & uir qui catenatus est, & uidetur sequi pauonem, signifi. eum qui sequitur uoluptatem emptam dolore. Sambucus f. 100.

5 In Pauonis caudam Argi oculos a Saturnia positos fuisse. signif. in armonica mundi concordia pauones esse naturæ Saturninæ. Vnde & a Saturno proueniant. Vide Saturnus.

Georg.

Georg. Ven. Armon. f. 78.

6 Pauo cauda rotans cum verbis. Lealte passe tout. fig. hominem qui in fidelitate sincera sit semper vigilantissimus. Hierony. Ruscell. in insigni Alberici Cibò.

7 Pauo fig. Iunonem. quòd Iuno fig. opulentiam quam siquis expofuerit spectandam conuertit omniū oculos ad Deam, vel quod pauo primum in Samo insula Iunoni sacra sit inuentus. Valer. f. 170. lib. 24. capite Iuno.

8 Iuno cum cauda passa & uno elato pede ostentatoq; . sign. diuitiarum turpitudinem, quòd ur plurimum diuites illis abutautur, sicut pauo qui desinit in pedes turpes, cum habeat pennas tam pulchras. Valer. f. 171. capite diuitiarum turpitudo lib. 24.

9 Pauonis cauda sign. virum qui modo diuitijs affluit modo premitur inopia, quòd pauo quotannis amittat caudam, & recuperet. Valer. f. 171. capite diuitiæ vicissitudinariæ. lib. 24.

10 Io Pauonem Homerum abijsse, apud Platonicos fig. illum rerum omnimodam varietatem poeticis ornasse coloribus. Valer. f. 171. ut supra lib. 24.

11 Pauo cum cauda in orbem surrecta. signif. noctem. quòd pauo sign. Argum. & Argus significat cœlum quod non nisi nocturno tempore stellarum quasi oculis micari videtur. Valer. f. 171. cap. nox lib. 24.

12 Pauo cum cauda demissa & restricta. fig. diem, quòd tum nox stellas celare uideatur, die aduētante, sicut pauo caudam restringens oculos occludit. Valerianus folio 171. capite dies lib. 24.

13 Pauo cum cauda in orbem surrecta. sign. hominem gloriosum, quod quando uidet astantes admirari, caudam explicat. & si non admirentur indignatus eam demittit & claudit. Valerianus folio 171. capite gloriosus libro 24.

14 Pauo sign. prodigum. quòd caudæ prolixitas nulli sit ei vtilitati, sed ad solam colorum ostentationem data. Valer. f. 171. cap. prodigus lib. 24.

15 Pauo sign. concordiam coniugalem. vti habetur in numis Domitiæ Augustæ Imperatoris Domitiani. Valer. f. 171. Vel pauo in illis numis sig. Domitiam esse Iunonem. sicuti Domitianus uolebat Iuppiter appellari. Valer. f. 171. lib. 24. capite concordia.

16 Pauo volans & habens supra se mulierem sedentem supra illius dorsum inter alas. fig. mulierū consecrationem. Valer. f. 171. lib. 24. cap. fœminarum consecratio.

17 Pauo cum cauda in rotam passa. fig. consecratio nem. vt habetur in numis Diuæ Maximinæ. Valer. f. 171. ut sup.

18 Pauonem non habere totum corpus coloribus distinctum, sed quandam partem deformem, ut sunt pedes, signific. nulli contingere posse vt omnino sit felix. fit aliquis quantum uis diues. tamen colorum pauonis uarietates sign. facultatum iacturas, fortunæque multiplices uicissitudines, & insidias ab externis, & amicorum carissimorumque mortes & calamitates, quæ omnia intimam animi partem eorum qui cæteris felices uidentur, infestant. Natalis Comes Mytholog. lib. 2. cap. 4. f. 44.

19 Pauonis cauda. significat diuitiarum mundanarum instabilitatem. quod in uere pauonis pennæ cadant, & Autumno renascuntur. Farra f. 185. in philosophia Symbolica siue de insignibus.

20 Pauo rotans caudā sign. consecrationem mulierum. Pauo. n. erat sacra auis Iunoni sicut Aquila Ioui. & sicut Imperatores Iouierant in dominio similes, ita Imperatrices Iunoni, & sicut Aquila uiros Ioui, ita pauo mulieres Iunonis similes agebat. Erizzus f. 104.

21 Pauo rotans caudam sign. Iunonem. Choulus f. 44. Faustina arg.

22 Pauo infra cathedram, uel lectisterniū, & supra, sig. Iunonem. Choulus f. 44. Faust. æneo & argenteo numis.

23 Pauo uolans, & habens supra dorsum suum mulierem cum sceptro in sinistra. sign. consecrationem Imperatricis. Choulus f. 71. Faust. æneo numo.

24 Pauo tenens sub pedibus suis sceptrum. significat consecrationem mulieris. Choulus folio 71.

1 PAVOR inertia & opus remissum in homine sign. flegmaticam complexionem. Geor. Venet. arm. f. 102.

1 PAVPEREM incendi, ut est ps. 9. sign. pauperem superbia extolli impie. boni. n. pauperes uidentes praua malorum opera, & eorundem prosperitatem, considerantes Dei iudicia, magis inflammantur ad bene operandum. Lauret. in uerbo accendere.

2 Pauperem a malo trahi. v. Aegyptus 31.

1 PAVPERTATE aliquem abundare, ut est Eccles. 1. sign. longe abesse a uirtutibus. Lauret. in verbo abundare.

1 PACIS commemorationes non fieri a Sabbato ante Dominicam passionis, usque ad feriam secundam post octauam paschæ. in officio diuino. sign. Christum D. per passionem suam in sanguine suo pacificasse & ea quæ in cœlis, & quæ in terris sunt. & post resurrectionem reliquisse pacem, & io Pentecoste misisse consolatorem. Michael Timotheus in diuinum officium q. 63. tract. 3.

2 Pacem fuisse futuram in terra Israel, quando ue nisset Assyrius in terram eius, & cum insurrexissent in eum septem pastores, & octo morsus hominum, siue octo primates hominies. significat tunc fuisse futuram pacem in populo Dei, quando Patriarchæ & Prophetæ, & uiri sancti Testamenti ueteris, quos significāt septem pastores, & quando Apostoli & reliqui sancti uiri in nouo testamento, quos significāt octo morsus, siue octo primates homines, ipsum Assyrium momordissent & laniassent. Nā Iudæorū Sabbatū septē diebus finiebat, cui successit Euang. gloria, & resurrectiōis

quies quam Octonarius numerus, sign. unde in Ecclesiaste præcipitur, ut in utrunque testamentum tam uetus scilicet quàm nouum pari ueneratione credamus, cum dicitur da partes septem, nec non, & octo. Iudæi enim dederunt partes septem, Sabbatum credentes, at nō octo dederunt resurrectionem diei dominicæ denegantes, quoniam uere septima requies cum octaua resurrectione coniungitur, hocq; in Sacramento regenerationis nostræ, idest in Baptismo altum, & profundum mysterium est de quo tu vide numero quindecim. Petrus Bōgus cap. de quindenario f. 36.

3 Pacem gestare in ulnis Plutonem puerum pectore oppressum, ut est apud Pausaniam, sign. felicitatem, quòd ubi est pax ibi nascitur, & educatur opulentia: ubi sunt pax, & opulentia ibi felicitas existit. Valerianus folio 385. V. Opiua.

4 Pax Domini sit semper vobiscum, verba quæ sacerdos in Missa dicit populo, signific. illa uerba Christi D. Pax uobis, sig. Ego sū nolite timere. Aemarus Hennequineus lib. de Ceremonijs cap. 36.

4 Pax & sanctimonia. v. Agnus. 53.

6 Pace futuram ubertatem esse. v. Alcedones.

7 Pax quæ est a Diuinitate. V. Alepb. 7.

1 PAXILLVS cadens de loco fideli, ut est Isai. 21. sig. infidelitatē scribarum, aut Phariseorū, & iudaici populi in Christum D. Laure. in uerbo cadere.

2 Paxillum auferre de loco fideli, ut est Isai. 30. sign. Christum Dominum tolli ab ijs, qui a fide transeunt ad infidelitatem. D. Hieronim. Isai. 30.

3 Paxillus in Zona ferendus ad operienda excrementa, ut est Deut. 23. sign. rationem paratam ad reprimendos illicitos motus appetitus Philo 2. allegor. vel signific. compunctionem tegentem peccata. D. Gregorius 31. mor. 22.

4 Paxillus ut est Isai. 22. & Zach. 10. sign. Sacerdotium D. Hieron. Zach. 10.

1 Pe littera sign. animam mundi, sig. magnum seminarium, & sign. vniuersalem, & particularem mundi prouidentiam, sign. sperma, sig. os oris. pe uero finalis, signif. omnes Spiritus animales pe primā sig. 80.
Farra f. 175.

1 PECCARE, incredulum esse, amarum facere os in Sacris litteris sunt Synomina. Gouschel lib. 1. Elocut.

2 Peccare in proprium corpus, ut est 1. Corint. 6. qui fornicatur in proprium corpus peccat, sig. proprium corpus immundum facere. Gousc. lisi. 3.

1 PECCATORES absorberi, ut est psal. 140. signific. peccatores conuerti ad Christum D. N. quasi peccatis in profundum demersis. Hilar. 140. & Laretus in uerbo abscondere.

2 Peccatum absconditum, ut est Hose. 13. sig. peccatum a Deo seruatum, ut puniatur. D. Hieron. sup. Hose. 13. & Lauretus in uerbo abscondere.

Peccata abscondi & tegi, ut est psalm. 31. sign. per penitentiam peccata deleri
Lauret. ut supra.

4 Peccatum adesse in foribus, ut est Genes. 4. sign. peccatum mentem cogitationibus pulsare. D. Greg. 4. mor. 22.

5 Peccata populi comedere, ut est Hoseæ. 4. peccatum populi mei comedent, sign. sceleribus delinquentium consentire. Gousch. lib. 3. Elocution. Sacr.

8 Peccatum, Sanguis, Sordes, Sodoma Gomorra, Tenebræ, Cultus Simulachrorum, cōmessatio in Sacris litteris sunt Synomina Gousch. lib. 1.

7 Peccatum suum portare, ut est Leuit. 20. signifi. pœnas dare & luere pro peccato suo Gousch. lib. 3.

1 PACTEN sig. Venerem. ob Romanarum mulierum Historiam. Vale. f. 307.

2 Pactem. v. Aenigma. 43.

1 PECTORE toto loqui sign. in sermonibus sincere se habere. Vale. f. 241.

2 Pectore aperto loqui sign. in sermonibus non vti fallacijs & fuco.
Valer, f. 241.

3 Pectus sig. recessum sapiētiæ iuxta illud Horatij
Non tu corpus eras sine pectore.
Valer. f. 242.

4 in Pectus D. N. reclinasse caput D. Ioannem, signific. in sapientiam diuinam illius intellectum admissum, quòd pectus sig. locum sapiētiæ, & caput sign. intellectum.
Valer. f. 242.

5 Pectus sig. sapientiam, unde Horatius in Episto.
Non tu corpus eras sine pectore.
Valer. f. st 17,

6 Pectus hominis sign. in Zodiaco cancrum.
Georg. Venet. Arm. 111.

7 Pectora in Sanctis Angelis, sig. uirtutem insuperabilem seruandique uim, ut est a subiecti cordis uiuifica distributione. D. Dio. 15. c. cel. Hie.

9 Pectorale quod constabat ex superhumerali, & rationali, & imponebatur summo Pontifici, sign. opus & rationem. Nam superhumerale, sign. opus, & rationale, signif. rationem, & totū simul signific. cœlum quod ratione seu uerbo factum est. Clemens Alexandrinus in Stromatum libro 5. folio 262. V. rationale.

10 Pectusculum Hostiæ quod in crucis modum a Sacerdote deducebatur, unde traductio nostra dicit pectusculum eleuationis, & deberet dicere pectusculum deductionis: nam sacerdos deducebat illud ante retro dextorsum, & sinistrorsum in crucis modum, quod signifi. domini nostri pectus, super quo D. Ioannes in cena recubuit, & habuit arcanorum cælestium cognitionem.
Fran. Georg. 200. to. 4.

1 PECVDEM abscindi de ouili, ut est Abach. 3. signific. aliquem minorem peccando extra

Eccle-

Ecclesiam perire. Lauretus in uerbo abscindere.

2 Pecus pinguissimum ad Ezechiele assumptum ex præcepto Domini ut coqueret olla, ut est Ezechiel. 24. signifi. multa bona quæ Hierusalem acceperat a Deo, sed propter ingratitudinem Hierusalem puniendam esse. Lauretus in uerbo accipere.

3 Pecora adducere in Aegyptum pro tritico, ut est Genes. 49. sign. motus bestiales amputari, ut liberius vacetur verbo Dei. Lauretus in uerbo adducere.

4 Pecora aut camelos adaquare, ut est Gen. 24. & 29. & psalm. 77. sign. simplices docere. D. Ambros. in Lucam 13.

5 Pecuniam suscipere, ut est Exod. 22. significat accipere uerbum Dei. Lauretus in uerbo accipere.

5 Pecunia ut est illud psalm. 14. qui pecuniam non dedit ad usuram, significat prædicationem Domini. Gouschelius libro sexto. Elocution. facr.

6 Pecuniam primo ex ære cusam esset postea ex argento v. Aesculanus. 1.

1 PEDICA diaboli abscondita in terra, ut est Iob 18. sign. fraudes diaboli in Christum, & in eius membra. Lauretus in uerbo abscondere. Idem sign. laqueus ut est psal. 9. Idem sign. introitus absconditus Templi, ut est Daniel. 14. Et idem sign. abdita in quibus habitat catulus Leonis, ut & psal. 16. & idem sign. panis absconditus meretricis, ut est prouerb. 9. Lauretus in uerbo abscondere.

2 Pedum. v. cœlum apertum.

3 Pedum sign. genus reuelationum quæ a Spiritu sancto fiunt, ut homines cognoscant ea quæ sibi ad salutem sunt necessaria, onus enim pascendi gregis Christi Domini præcipue hoc expetit, ut populus doceatur sibi salutaria, & ei mysteria salutis reuelentur, hanc autem mysteriorum reuelationem pedum siue baculus pastoralis, siue uirga pastoralis, siue Sambuca, siue ferula, siue lituus nuncupetur, sig. quæ fit, cum populo Euangelium exponitur, & doctrina traditur Christiana. Goropius in Hieroglyphicorum, libro decimo, folio 143. & 144. & 145.

4 pro Pedi indicio lituum in manibus Regum Latinorum per partem superiorem potius quam per inferiorem teneri, sign. pascendi potestatem, & gregis humani alimentum, non e terrenis & infimis esse sumendum, sed supernis uti superior pedi pars ad simulachrum & insigne sumpta declarat. Goropius ut supra folio 145.

5 Pedo suspendi sudarium sign. quantum sudoris sit Episcopis & pastoribus effundendum in pascendo gregem Christi D. dum magnis laboribus inuigilent in docendis populis. Goropius ut supra f. 146.

6 Pedum sign. correctionem pastoralem, propter quod a consecratore dicitur consecrato, accipe baculum pastoralis officij, ut sis in corrigendis uitiis pie sæuiens. Durandus lib. 3. de baculo pastorali. cap. 15.

7 Pedum sign. doctrinæ auctoritatem, hac enim infirmi sustentantur, inquieti corripiuntur, & errantes ad pœnitentiam trahuntur. Durand. ut supra.

8 Pedum aliquando fieri ex osse & ligno quæ christallina & deaurata sphærula coniungnntur, os superius recuruatur, lignum inferius ferro acuitur, modice tamen reconditurus, sign. legis duritiem, lignum sign. mansuetudinem Euangelij, quæ duo coniuncta sign. sphærulam diuinitatis Iesu Christi Domini, uel os sign. feueritatem, & lignum sig. lenitatem, quibus pôtifex uti debet, quas coniungit iudicium per charitatem, quod sign. sphærula. Ferrum obtusum sign. seueritatem misericordia temperandam, baculus recuruus sign. pœnitentes ad pœnitentiā recuruandos siue reuocandos, in pedi curuatura caput humanū formari, sig. ad Deū conuersis uitam æternam promitti, & in pedi curuatura aliquando scribi. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis, ut sign. pontificis rationis oculū non debere, ob populi delictū ira turbari, aliquando in pedi sphærula scribi, homo, ut sign. pontifici memorandum esse, se hominem esse, neque ob potestatem collatam eleuari in superbiam debere, aliquando in ferro scribi, parce, ut sign. pontificem debere in disciplina subditis parcere, quod pedum est acutum in fine, rectum in medio, & in summo retortum, sign. pontificem debere pigros pungere, debiles rectitudine sui regere, & uagos colligere ad se.

8 Pedum dari pontifici Summo Romano, sig. D. Petrum misisse suum baculum Treuerensi Ecclesiæ, & hac de causa Romanum pontificem duntaxat uti baculo, quando est in Treuerensi Ecclesia, siue eius diœcesi, uel signif. Summum Romanum pontificem esse, ad quem omnes alij trahuntur, ipsum uero ad neminem. Nam cæteri possunt per ipsum corrigi, ipse uero a nullo, nisi a Deo.

9 Pedum sign. Christi D. potestatem. Iuxta illud psalm. Virga directionis uirga regni tui. Durandus lib. 3. cap. 15.

10 Pedum signari a lituo, & ideo non dari pontifici Romano, sign. pontificem Romanum pro pedo uti clauibus, quibus cœlum uel claudit uel aperit, nam lituus sign. pedum, & in lituo forma quædam clauis esse uidetur, & eadem significatio quæ est in pedo, uel lituo, in clauibus continetur. Goropius lib. 10. Hieroglyph. f. 146.

11 Pedum e ligneo & osseo nunc ab Episcopis aureum & gemmeum factum, sign. nos gratulari religioni nostræ debere, quæ cura & diligentia pastorum e lignea facta sit aurea, & gemmea. Goropius in Hieroglyph. lib. 10. f. 146.

1 PEGASVS significat famam. Erizzus folio 274.

2 Pegasus significat poesim. Erizzus f. 274.

3 Pegasus sign. certamen in poesi, Eriz. f. 341.

4 Pegasi frenum moderatum a Mercurio, sign. famam vulgatam a uerbis, & uocibus, quæ reso nat de uirtutibus, & claris gestis Illustrium uirorum. Frizzus.f.419.

5 Pegasus signi. humorem eleuatum in aera propter solis motum, & postea condensatum, in terram cadentem. Erizzus.fol.514.

6 Pagasus sig. secularia siue ludos seculares. Erizzus fol.573.

7 Pegasum nasci ex sanguine Medusæ obtruncatę, sign. quod uirtus dum terrorem amputaue rit famam generat, & illum volare, sign. quod fama uolat, & ab eius vngula, quæ in rupem Heliconis percussit, erupisse fontem quo mu sæ delectentur, sign. quòd musæ ad describendum famam heroum aut sequantur priorum, aut indicent antiquorum. Fulgentius lidro. 1. v. Perseus. Oragares. Medusa. Phorcys.

8 Pegasus signific. sapientiam, & bonæ consultationis fontem.

9 Pegasum pennatum esse sign. quod sapientia, & bona consultatio vniuersam mundi naturam, celeri cogitationum Theoria collustat. Fulgentius lib.3.

10 Pegasum ungula sua fecisse musarum fontem, sig. sapientiam esse musis fontem siue præbere materiam musis. Fulgentius lib.3.

11 Pegasum e sanguine Gorgonis natum esse, sig. sapientiam terrore finito nasci, stultitia enim semper timida est, aut significationum sapientiæ esse timorem, magistri enim timore sapientia in discipulis crescit. Fulgentius lib. 3. uide Gorgones.

12 Pegasus extollens se ad cœlum contra cuius caput manus e cœlo offert ramum palmæ, & ramum lauri, cum uerbis, si te fata vocant, significat hominem frustra quærere honorem & famam nisi illi datum sit desuper. Io. Baptista Pittonus in insigni Petri Bembi Cardinalis.

13 Pegasus qui dextro anteriore pede pulsat radicem montis, ut inde emergat fons Caballinus, cum uerbo, emerget, significat hominem, qui demonstrat, se continuo labore & uirtuosis operibus ita esse effecturum, ut scaturiat fons laudum, & gloriæ sibi & familiæ, ac patriæ suæ, post quæ virtuosa opera ipse sperat pro præmio cælestem regnum, sicut Pegasus post effectum fontem acceptus est in cœlum Vincentius Ruscellus in Insigni Alphonsi Beccariæ.

14 Pegasus qui externis pedibus ex trium mótium altari erectis tollit se euolans ad cęlum, & habens stellam penè supra summitatem rostri, cum uerbis sublimia scopus, signif. hominem, qui demonstrat animum suum semper ad sublimia fore intétum pro beneficio suæ patriæ, quam sign. stella, quam Pegasus habet supra caput, & nullis parcens laboribus pro ea, quos labores ipsi montes, sign. nel sig. hominem, qui demonstrat se nihil curare honores, & dignitates mūdanas cum locarit omnem spem suá in Deo ad beneficium patriæ, & consanguineorum suorum. Vincentius Ruscellus in Insigni Iacobo Foscarini.

Sed antequam Pegasi explicationem abijciam, heroicum Symbolum quoddam non inelegans enarrare propositum est, cuius autor, & professor est Io. Baptista Caballaria Medicus Philosophus Mathematicus, qui cæteris liberalibus doctrinis perpolitus Symbologiam etiam idest methodum simbolicæ scribendi molitur, meque ipsum assiduè, ut in colligenda hac ueluti Symbolicæ linguæ materia, desudem approperemque hortatur uehementer, hic ut est innocentissimus, sic humana non admodum affectans, de rapiendo cęlo plurimum cogitat, Hoc suum præcipuum studium Aegyptiaca poesi expressum peritioribus patefacit per Pegasum anterioribus pedibus lampadem accensam deferentem, & ad cœlum enobatem cum conimati, sic phas ad superos. videtur autem hoc totum ex illo Euangelico præcepto adornatum, sint lucernæ ardentes in manibus vestris, pegasus in hac graphide, sig. Caballariam, siue Hominum cognatione, siue potius rerum similitudine suadente. Lampas ardens, sig. legē iuxta illud lucerna pedibus meis uerbum Domini, vel lucerna ardens, sig. religionem, uel fidem insusam uel pietatem Christianam, uel ipsummet Iesum Christum mundi Saluatorem, dicente Ioanne, lucerna eius est agnus, at uero siue lampas hæc sit lex dei, siue fides catholica, siue Dei filius, certum est sine illis nos ad superos euehi non posse, scriptum est enim de lege serua mandata, si uis ad uitam ingredi. De fide, sine fide impossibile est placere Deo. De Christo non est in alio aliquo salus, nec aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

15 Pelecanus sig. hominem insipientem, qui nullā rerum rationem examinet, eo quòd dum pastores uel aucupes ignem circa nidū faciunt, ipse alis illum extinguere tentans accēdit magis, & tandiu perseuerat, ut ēt alarum pennis adustis, ipse una cum filijs capiatur. Valer. f. 146.

16 Pelecanus in Leuitico prohibitus, sig. hominem qui posthabito cibo cœlesti, duntaxt terrena sequitur, quòd aues huiusmodi habentes guttur longum, ut pelecanus, porphiriō, cignus, herodius & carandrius, non ex aere uel ex arboribus, sed e terra uel e mari stagnis, & fluminibus capere cibum soleant. Valer. f. 145.

17 Pelecanus apud sacerdotes Aegyptios, sign. non modo hominem insepientem, qui nullam rerū rōnem examinet ut sup. est dictum, sed dicunt significare pietatem, & amorem in filios, q nō pp insipientiam sed pp amorem in filios tanta constātia ignem propellat, ut pro filijs se ipsum quoque in mortem prodat. Valer. f. 145.

18 Pelecanus sign. D.N.I. Christum, qui dum nos saluos cupit, ipse crudeli atrocissimaque torqueri morte est passus. Valer. f. 146.

19 Pelecanus apud Dauidem prophetam, sign. solitarium uirum, ut ipse tum erat fugiens Saulis iram,

iram, dum dicit, Similis factus sum pelicano solitudinis & factus sum sicut nicticorax in domicilio. Valer. f. 146.

30 Pelicanus, quæ rostro sibi aperit pectus, ut per proprium sanguinem filios a serpente occisos, suscitet in uitam, signifi. hominem principem, qui ut suos subditos incolumes ab inimicis reddat, pollicetur vitam & sanguinem proprium ne dum opes se esse profusurum, sed symboli hoc proprie conuenit prælatis Ecclesiasticis, qui Christum Dominum imitari debent. Pelecanus est auis, quæ naturaliter inimicitias gerit cum serpente, & hic cum pelicano, qua absente serpens occidit pelicani pullos, quos mater egressa per tres dies plorat & fouet, sed cognoscens nil proficere ad vitam filiorum, tandem rostro sibi aperit pectus, & uitali sanguine perfusos in uitam suscitat, sed ipsa ob amissum sanguinem facta languida non potest euolare ad cibum quærendum, unde filij fame adacti auolant, & pro se & pro matre quærunt cibum, sed eorum pars redit ad matrem & cibat eam, alia uero pars matris oblita, sibi tantum cauet, mater uero semper diligit eos, qui eam cibo fouerunt, & odio prosequitur eos qui se ipsam dereliquerunt, hoc symbolum quam recte conueniat Christo Domino nullus Christianus ignorat. Tu lege Iacobū de Vitriaco in libro de rebus notabilibus Orientis. Et Hieronymum Ruscellum in insigni Othonis Trucsesij.

1 PELEVS significat terram, & Thetis signif. aquam.

2 Peleo coniunctā fuisse Thetidē ab Ioue, sig. terrā cum aqua commixtam genuisse homines, per medium caloris. Iuppiter enim sign. ignem, in hominis enim generatione tria concurrunt, caro quam sign. terra, humor quem sig. aqua, & anima quam significat ignis, quæ tria sign. Peles Thetis & Iuppiter. Fulgentius libro tertio.

3 Cum Thetide Iouem uoluisse concumbere, sed prohibitum ne maiorem se genuisset, qui eum de regno expelleret, signifi. ignem si cum aqua coeat, aquæ uirtute extingui. Fulgentius libro tertio.

4 ad Thetidis nuptias Iouem Deos omnes conuocasse, sign. in hominis procreatione singulos deos partes singulas conficere, ut Iupiter caput. Minerua oculos, Iuno brachia, Neptunus pectus, Mars cinctum, Venus renes & inguina, & Mercurius pedes. Fulgentius libro tertio.

5 ex Thetide & Peleo natum esse Achillem virum perfectum. Quem mater ad vndas stigias durū contra omnes labores fecit, præterquam in talo. Quod uenæ, quæ sunt in talo ad renum feniorum, atque uirilium rationem pertinent. Vnde aliquæ uenæ usque ad pollicem tendunt quod tractantes & physici & mulieres ad obtinendos partus; & ischiacos eodem loco phlebotomant, & Orpheus indicat eum locum esse libidinis principalem, signifi. quod humana uirtus, quamuis ad omnia munita, tamen libidinis ictibus subiacet parula. Fulgentius lib. 3. v. Achilles.

1 PELLIS significat uexationem, quæ hominem usque ad mortem commacerat, imbecillumque reddit.

2 Pelles pelliceæ quibus Deus fecit tunicas Adam & Euæ, significat mortalitatem quia tunc Deus induit post peccatum primos parentes.

3 ex Pelle tympanum factum sign. mortalitatem & humanam naturam, quod constat ex pelle quæ ut dictum mortalitatem sign. Valer. fol. 249.

4 Pelles in Leuitici 15. cap. vbi dicit. vestem & pellem quam habuerit, lauabit aqua, sign. scorta quæ subiiciuntur, ut pelles, quibus pro stratis antiqui utebantur.

5 Pelles sign. etiam diuitias, sign. etiam cognationem.

6 Pelles sign. tentorium siue castra, iuxta illud Abacuntis, pro iniquitate uidi tentoria AEthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian, id est castra Madianitarum uertentur in fugam, & dissipabuntur.

7 Pelles exusta quasi clibanus, ut est Thren. 5. sig. deformitatem, quæ erit in inferno. Lauretus in uerbo accendere.

8 Pellis uetusta, ut est Thren. 3. sign. deformitatem in exterioribus Iudæorum. Lauretus in uerbo antiquus.

9 Pelles caprinæ, sign. carnis mortificationem. Cassian. lib. 1. cap. 8.

10 Pellis hædinæ quibus Iacob texit se, ut est Genes. 27. sign. peccata nostra, quæ Christus D. portauit, uel sign. quod populus gentilis ueniens ad fidem non erubuit de peccatis suis. Lauret. in uoce caper.

11 Pellis hinuli maculosa, sign. Astrologiam. Valerianus f. 280.

12 Pelles leonina significat uirtutem. Erizzus folio 325.

1 PELOPEM cum alatis equis ad Hippodamiā Oenomai filiam desponsandam iuisse, signifi. illum in naui, quæ erat insignita equis alatis ad illam rapiendam iuisse. Palephatus.

2 Pelude apud Chimistas sign. mel coctum. Ioannes Garlandius.

1 PELVIS & guttus qui fingi solent in sepulchris, sign. iusta rite ac liberaliter persoluta, neque esse quod manes quidpiam aliud a pietate nostra desiderent. Valer. f. 409.

1 PENATES dij qui erant Iupiter, Iuno, Minerua, Vesta, & Apollo, & Neptunus, sign. quatuor elementa, & calorem, & humorem, ex quibus animalia producuntur, Iupiter signif. æthera medium, Iuno sig. aerem imum, Minerua sign. ætheris summam partem, quæ uis est diuina intelligentia. Vesta uero signif. terram, Apollo sign. calorem, qui est tamquam artifex ad formam euocandam, & Neptunus sig. humorem, e quo ueluti materia elicitur, & his duobus addita est similiter Vesta, quæ est fundamentum corporis, quod gignitur condensandi.

landi. Alij enim existimabant penates esse dũtaxat quatuor prima numina, quæ sign. quatuor elementa, quod ex his corporea omnia constarent, alij uero existimarunt Apollinem, Neptunum, & Vestam, fuisse penates, qui sig. calorem, humorem, & uim condensandi. Horum penatum imago fuit duo iuuenes sedentes, & pilam utrinque tenentes, qui sign. fortunam & euentum. Quod penes illos vniuersam humanæ uitæ moderationem singulorum esse antiqui arbitrarentur, quippe cum omnia serie quadam fatorum gubernari & seruari crederent, & hanc seriem, uocabant Genium. de quo tu uide loco suo. Pila sign. mundum. Natalis Comes in Mytholog. libro quarto, capitulo secundo. f. 92.

1 PENIA ex qua & Poro natus est amor, sign. indigentiam & imperfectionem naturæ informis, non enim, ut multi crediderunt, sig. essentiam ipsius naturæ informis, sed illius indigentiam & imperfectionem, quam naturam informem Platonici vocarunt Iouem, siue Iouis hortos in quibus natus est amor, ad cuius rei euidentiorem intelligentiam sciendum est, quod Deus est esse increatum, & omnium rerum Creatorem, & inde esse informem naturam quæ a Deo ipso formata facit mentem angelicam. forma uero quam Deus dat menti angelicæ, nil aliud est quam ipsæ ideæ, quæ sunt prima pulchritudo, ipsæ igitur ideæ a Deo descendunt in angelum, & quoniam omnis res, quæ discedit a suo principio & fonte, & miscet se naturæ contrariæ, fit imperfectior, ideo ipsę ideæ recedentes a Deo suo fonte & principio, & miscentes se naturæ informi, & omnino diuersæ & alienæ a sua forma, euadunt imperfectæ. Angelus ergo tunc habet in se pulchritudinem idearum, sed imperfectam, & ab opacitate suæ substantiæ obtenebratam, ex quo sequitur, ut in Angelo excitetur desiderium haberi di perfectionem earum, quod desiderium, cum sit desiderium pulchritudinis, est illud quod a nobis uocatur amor, quod desiderium non nasceretur, si aut ideæ non essent in angelo, aut cũ essent, essent perfectæ, res enim desiderata partim possidetur & partim non, & si amans omnino esset priuatus re amata, non esset ulla similitudo inter amantem & rem amatam, quæ similitudo est causa amoris, nascitur ergo amor, quando Porus (qui sign. copiã & affluentiam ipsarum idearum) miscetur cum Peniaque signifi. naturam informem quæ est pauper & indigens, cum sit omni esse, & omni actu priuata, quæ dicitur Iouis horti, quia in ipsa ideæ planetæ sunt non secus ac arbores plantantur in horto, & hinc est quod angelica mens ornata ideis, uocata est ab antiquis paradisus, & in paradiso esse & nutriri dicuntur illi, qui in uita intellectuali per contemplationem eleuati sunt supra naturam humanam similes angelorum facti. Ioannes Picus lib. 2. cap. 11. Comment. in cantilenam Hieronymi Beniuienij. vide horti Iouis.

1 PENNAE pauonis sign. noctem, & cœlum stellis ornatum, quod sign. Argus qui conuersus fuit in pauonem. Farra. f. 266.

2 Penna qua manus uelit scribere, sed non possit cum titulo. Vlterius ne tende odiis, sign. contra diuinam potestatem nihil debere, neque posse humanam uim. symbolum deductum ab Historia de Valente Imperatore parante decretum scribere contra D. Basilium sed diuinitus ter quaterue impedito ipsa penna atramentum noluit demittere, & manu propria ingenti tremore affecta. Claudius Paradinus libro de Symbolis Heroicis folio centesimo sexagesimo quinto.

3 Pennas sumens diluculo, ut est psal. 138. signifi. Christum Dominum resurgentem a mortuis, uel ascendentem in cœlum. Lauretus in uerbo accipere.

4 Pennæ Columbæ deargentatæ, ut est psalm. 54. 67. & signif. uirtutem spiritualis naturæ in Christo Domino. Lauretus in uerbo ala.

5 Pennæ animalium quibus se tegebant, ut est Ezech. 3. sign. mysteria fidei non posse ratione humana comprehendi. Rupert. supra Ezech. 3. vel sig. contemplationem, & manus sub pennis, significat actiones Sanctorum uirtute contemplationis uincere. Diuus Gregorius in Ezech. hom. 3.

6 Pennæ ventorum, ut est psalm. 17. & alæ accipitris, ut est Iob 39. & alæ Struthionis Iob ibidem, sign. intellectum animarum, Lauretus in uerbo ala. uel sign. mentes prædicatorum, uel sig. uirtutes animæ, uel sign. sublimitatem angelorum. Lauret. ut supra.

7 Pennæ aquilarum, ut est Isai. 40. sign. renouationem uitæ spiritualis de qua dicitur psalm. 102. renouabitur ut aquilę iuuentus tua. Glos. ord. Isa. 40.

8 Pennæ ut est Leuit. 5. sig. ipsam Ecclesiam. Glos. ord. Leuit. 5.

9 Pennæ Columbæ, ut est psalm. 54. 67. sign. spiritualium intelligentiam, & dicuntur argentatæ, quod sint uerbi & rationis ornamento decoratæ, quæ etiam sign. rationabiles sensus in Sancti Spiritus donis, uel significãt aures spiritaliter intelligentes, uel significit Doctores Ecclesiæ, uel signifi. candorem innocentiæ & pudicitiæ. D. Hieronym. psalm. 54. & D. Augusti. psal. 67.

10 Pennas habentes annunciare sententiam Regi, ut est Ecclesiast. 10. sign. per adulatores facile omnia ad principes deferri. Lira in Ecclesiastæ 10.

11 Pennatæ ut est Leuit. 5. & psal. 77. sig. gratiam & dona Spiritus Sancti ac uirtutes & bonos mores nos ad cœlum tollentes. Lauretus in uerbo ala.

12 Pennati, ut est prouerb. 1. signif. viros habentes charitatem & uirtutes, & oculum mentis illustratum, ante quorum oculos frustra iacitur rete. Beda in prouerb. 1.

13 Pennulæ piscium, ut est Leuit. 11. sign. contemplationem cœlestium, aut vitam cœlestem, aut

uirtutes, sign. etiam hilaritatem. Lauretus in verbo Ala.

14 Pennulæ Turturis, ut est Leuit. 1. & 5. sign. virtutes. Lauret. ut supra.

1 PENELOPE quam & pater & Vlixes rogant, ut apud se maneat: ipsa uero uelato capite, & oculis indicauit patri, se cum marito progredi cupere, sed pudore uetari patri audere dicere suum desiderium, sig. mulieres coniugatas marito, potius quam patri obsequium debere. v. mulier. 299. Alciat. Embl. 196.

2 Penelopes de loco excussus lapis ita, ut procorum lapis nullus alius attingeretur, sign. Penelopem illius proci cuius Lapis Penelopæ lapidem de loco excussisset breui futuram uxorem. de hoc ludo lege Atheneum. Et Cælium Calcagninum lib. de calculorum ludo.

3 Penelope noctu retexens telam, quam in die contexerat, ut est apud Homerum sign. Philosophiam, & tela sign. amplificationem propositionum, ex quibus fiunt syllogisticæ comprehensiones. Resolutio telæ sign. eam scilicet resolutionem, quæ apud ipsos Philosophos hoc nomine appellatur. Quam non intelligunt obesi, & luxuriosi proci. Penelopes ancillæ sign. Methodum syllogisticam quæ philosophię inseruit. Faces sign. lumina intelligentiæ, & cognitionis Dydimus in 2. Odiss. & Fabius Paulinus. Hebd. lib. 7. c. 7.

1 PENTAGONVS inscriptus in angulis, cum quinque litteris Græcis Υγιεια ita Latinis SALVS, sig. salutē propter Antiochi somniū. Cartarius folio nonagesimo primo. Valer. fol. 351.

2 Pentagonus sign. quinque uulnera Christi D. N. quod in eis salus vera cunctis credentibus existat. Valer. f. 351.

1 In PENTECOSTES nocte & per totam eius hebdomadam legi tres lectiones, tres antiphonas, & tres psalmos, sign. in miraculorum potentia esse vnum opus sanctissimæ Trinitatis, vel sign. baptismum celebrari in nomine triū personarum, patris, & filij, & spiritus sancti, vel sign. triduanam Christi D. sepulturam, cui sumus in baptismo consepulti, uel sign. Spiritum sanctum tria in Apostolos operatum esse. Nam ueteres innouauit, innouatos confirmauit, & confirmatos ad alios misit. Michael Timotheus in diuinum officium. quæstione 122. tractatus 3.

2 In Pentecostes festo Antiphonas terminari per duplex alleluyah, sign. Spiritum sanctum in Apostolis operatum esse duo, remissionem peccatorum, & operationem miraculorum. Michael ut supra. Quæst. 123. tract. 3.

3 a Pentecostes die usque ad octauum, id est per dies septem dici tres lectiones, tres antiphonas, & tres psalmos, significat septem dona Spiritus sancti procurare tres uirtutes Theologales, fidem, spem, & charitatem. Michael ut supra, quest. 124. tract. 3.

1 PENVLA uestis ab Hadriano Tribuno facto, amissa, sign. illum non Tribunum, sed Imperatorem futurum. non enim imperatores vnquam utebantur penula. Sed tantum Tribuni. Valerianus libro quadragesimo fol. 297. v. vestis penula.

1 PEPLVM Palladis. v. Pallas. v. Isis in prima, omnium lingua.

1 PERA sign. curam & solicitudinem uictus. vnde apud Theologos significat impedimenta humanæ uitæ, quæ alioqui paratum animum ad disciplinas interturbant. Valerianus lib. 40. f. 299.

2 cui Pera pinus apud Græcos significat. Diogenem & alium quemuis cui scilicet sit minima harum rerum mortalium cura. Vnde & illud Euangelij.

3 Non Peram in uia habere, sign. Christi discipulos non debere esse solicitos de Crastino. Valerianus libro quadragesimo, fol. 299. v. Sacculus.

4 Pera uiri mendici, sign. auaros, nam mendicus nunquam satur est, & quo plus accipit, plus quoque petit. Costalius Pegmate quadragesimo sexto.

1 PERDIX sign. hominem impudicissimum, qui etiam in suis consanguineis nullo pudore sit petulans, quod hęc auis, mas cum mare, pater cum filio, & filius cum matre coeat. Valer. fol. 175.

2 Perdix signif. eneruatissimam libidinem, & impotentissimam salacitatem, quod tanta coitus rabie effertur illa auis, vt foemella oua incubante, & occupata mas abrumpit oua, ut sit sibi de coitu commodum. Valerianus folio 175.

3 Perdicis pullus ex ouo exiens, sign. celerem & præcocem profectum. quod non expectato tempore maturo, abrumpat ouum & pedes exerit, uel etiam ouo adhærescente, cibum quęrens. Valer. f. 175.

4 Perdices duæ grandiores, & pulli sui in medium positi, sign. hominem aliquandiu aberrantem falsaque ductum opinione, sed uix domum redditum, & recta sentientem, quod perdix si inuenerit oua sua uel fracta uel surrepta, furatur aliena & pro suis incubat, & pulli si forte senserint uocem illius perdicis quæ pepererit illa oua vnde genitę sunt, statim instinctu naturæ illam sequuntur, & derelinquunt eam quæ oua surripuerat & eduxerat. Valerianus folio 176. Vel sign. malum dæmonem, qui Dei foetus in prauitatis nido adulterina educatione sperat enutrire. Oua sign. spem quam concipit de subigendis eis, & sub suo imperio detinendis: auis uero quæ uera mater est, sign. matrem ecclesiam ad quam simulac eius voces audierimus, ut ad legitimam & ueram matrē procurrimus, falsa deserta. Vel perdix, quæ furata est oua, sign. hæreticos qui fraudulentes multum insumunt operæ, ut decipiant venatores: ubi uero uox sanctioris institutionis audita fuerit, eos deseri, & ita poenas dare pro insipientia sua. Valer. f. 176.

5 Perdices duæ cubantes oua, quæque portionem suam

sinam, sign. rei familiares inter coniugis concordiam quod mas & fœmina partiti propria oua, mas incubat ouorum dimidiam partem, & fœmina aliam partem, & unusquisque educat pullos quos incubauit & eduxit. Valer. fol. 176.

6 Perdix & uenator sign. astutiam hominis callidissimi in euitandis periculis, quod hæc auis astutissime eludat venatorem, ut abducat eum procul a pullis suis. Valer. f. 176.

7 Perdix signif. hominem contumeliosum, quod hoc genus auium maxime tumultuari inter se soleat. Valer. f. 176.

8 in Perdicem mutatus Dedali nepos præceps de Athenarum arce per inuidiam deiectus, sign. impuros homines, qui cum a rectis honestisq; studiis deciderint, sua astutia freti, sublime nihil sapiētes, sed suis dolis & fraudibus impliciti nullum adhibere studium, ut fiant salui. Valer. f. 176.

9 Perdicem fuisse primum uenatorem, & postea amasse turpiter matrem cuius amore, usque ad maciem ille deuenerit, & serram inuenisse, sig. illum quidem fuisse uenatorem, sed cum uidisset Actæonē, Adonim & Hippolitum suos cōuenatores male perisse uenationis pertesum, agriculturam nauiter fecisse, & uenationem semper obiurgans cunctos ab ea remouere tētabat. quæ res dedit locum fabulæ, eam illum amasse matrem sign. quod colebat terram tantis laboribus & uigiliis, ut macie conficeretur. Serram uero inuenisse, sig. maledicentiam qua utebatur in uenatores, eius matrē uocatam fuisse Policastem, sign. terram esse multorum fructuum cultura feracem. Fulgent. lib. 3.

1 PEREGRE iens ne retro respicias, furiæ enim tunc prætereunt Symbolum Pythagoricum, quod sig. non respiciendum ad proprium corpus, neque ad sensus, neque etiam ad discursum humanum dum peregrinamur ad Deum. Sed prosequendum quousque per unitatem intellectualem extollamur in Deum. Nam si quis in hoc processu retro aspiciat, id est uel ad corpora, uel ad sensus, uel etiam in discursum humanum inclinet, time eleuantur furiæ quæ iter suum impediant. Quæ furiæ sig. ignorantiam, tristitiam, incōstantiam, cupiditatem, iniustitiam, luxuriam, deceptionem, inuidiam, fraudem, iram, temeritatem & malitiam. Hoc Symbolum quoque signif. anagogice significata duodecimæ litteræ Hebraicæ. Farra Septent. folio 227. & 228. v. Abraham.

2 Peregrinus qui aliquo videatur approperare cum uerbis, & cætera. significat hominem, qui demonstrat se uelle effugere a patria, ut euitet amoris molestias, quas pro muliere in se crudeli patiebatur, & facere id quod olim Petrarcha dixit se fecisse, in his uersibus:

Io fuggia le tue mani e per camino
Agitandomi i uenti, e'l Cielo e l'onde,
M'andaua sconosciuto e pellegrino.

Vel significat hominem, qui in militari dignitate sit constitutus, non debere ad aliud respicere, quam ad honorem & utilitatem sui principis, sicut peregrinus nil aliud intendit nisi ad itineris finem peruenire. vel forsan sign. hominem, qui in huius uitæ peregrinatione sit constitutus nil aliud procurare debere, nisi ut perueniat ad illam æternæ uitæ gloriam, quam bonis operibus cum Dei gratia vnusquisque adipisci satagere tenetur. Hieronymus Ruscellus in insigni equitis a Goito.

1 PERGAMUS interpretatur diuidens cornua eorum, & sign. ordinem doctorum Ecclesiasticorum, qui quasi tria cornua hæresis Arrianæ prudenter diuiserunt Macedonij vnum, Eunomij secundum. & Arrij tertium. Et hæc tria erant cornua unius bestiæ. Ioach. Apoc. f. 71.

1 PERICULUM graue non sine causa suscipiendum. v. Alydus 1.

2 in Periculis non solum sui, sed etiam familiarium curam esse habendam, vide Agramans. 3.

1 PERILLUS a Phalaride in bouem æneum conjectus sign. consultum malum consultori pessimam rem esse. Achilles Bocchius Symb. 114.

1 PERPENDICULUM appensum linea libratumque, significat ædificationem, uel opus positum aut constructum. quod parietes & eorum anguli, nisi ad perpendiculum sint erecti ruinam faciunt. Valer. f. 368.

2 Perpendiculum & amussis, significat opus aliquod vndecunque, & quoquo uersum delibratum, aut directum. Nam perpendiculo ea quæ surriguntur, & amussi ea quæ plana & obliqua sunt reguntur. Valerianus fol. 368.

1 PRINCIPEM regni Persarum restitisse Gabrieli per 21. dies in uestibulo ciuitatis Elam, quæ interpretatur vestibulum, significat populum Hebræum tunc temporis extitisse in uestibulo tabernaculi sui, hoc est iam finito tempore seruitutis Hebraicæ, populū iam iam fuisse ingressurum in tabernaculum suum Hierosolymitanum, concessa licentia ab Assuero, folio sexto, pag. 481. tom. 6.

1 PERSAS non condidisse templa ulla Deis, ut reliquæ gentes, signif. illos pro Deo Solem coluisse, cui uix mundum ipsum sufficere crederent. Valer. f. 326.

2 Persas non permisisse filios uenire in patrum conspectum ante annos septem, significat filios eo ipso anno incipere debere instituti in ea institutione, in qua uellent ipsos filios uiuere. Paulinus. Hebd. lib. 6. cap. 4.

3 Perseus sign. profugum. Quod Acrisius auus eū domo expulit. Val. f. 32.

4 Persei ensis falcatus & speculum sign. uirtutem qua duce terrorem a patria amouit gorgoneo capite reciso. Valer. f. 121.

Perseum

5 Perseum Medusam Gorgonem, quæ habebat caput eum capillo serpentinis volantem occidisse, signi. perseum classe petisse regnum Medusæ, quæ coleudo diligenter agros, diuitias, &c. regnum auxerat, & eam regno, & vita priuasse Fulgentius lib. 1.

6 Perseum cum capite Medusæ sibi multa regna subiecisse signific. eum cum diuitijs, & pecunijs quas eripuerat Medusæ, multos populos debellasse, caput enim Gorgonis Medusæ signific. diuitias, & pecuniam. Gorgon enim signific. colentem agros, quasi dicatur Georgon, vnde Georgi agricultores vocantur. Fulgentius lib. primo.

7 Perseum caput Medusæ expulisse Atlantem ad montem, inquem ostenso Gorgonis capiti a Perseo Atlas conuersus est, signific. Perseum propter diuitias quas e Medusæ Regno adeptus erat Atlantem superasse, & ad Montem confugere compulisse, quod fabulæ locum dedit in montem illum fuisse conuersum Fulgentius lib. 1.

8 Perseum auersum, & volantem adisse ad Gorgonas, quæ erant tres Stheno Euriale, & Medusa, & tertiam, quæ maior erat occidisse, significat tria esse terrons genera. primum, quod debilitat mentem, & hoc signi. Stheno secundum, quod profundo quodam terrore mentem spargit, & hoc significat Euriale, Tertium, quod non solum mentis intentum euertit, sed etiam caliginem ingerit visus. Stheno enim dicitur debilitas. Euriale lata profunditas, Medusa, quod videri non possit, & ista terroris tria genera a Perseo ablata fuisse adiuuante sapientia, & illum esse auersum ad Gorgones significat quod virtus terrorem nunquam aspicit. Fulgentius lib. 1.

9 Perseum tulisse speculum ad comprimendas Gorgones, signifi. quod omnis terror non solum in corde, sed etiam in figura transeat. Fulgentius lib. primo v. Pegasus Gorgones. Medusa. phorcys.

10 Perseus celestis, qui sub Vrsa cœlesti maneat, cum verbis ὑπὸ τῇ ἄρκτῳ id est sub ipsa semper. significat hominem, qui demonstrat se semper fore obsequentem familiæ Vrsinæ. Nam Perseus significat, in hoc Symbolo familiam Persiorum, & Vrsa, signific. familiam Vrsinam, & Perseum esse sub Vrsa signifi. familiam Persiam esse in protectione familiæ Vrsinæ, & illius fortunam sequi, Camillus Camillius in insigni Antonij, & Ascanij Persiorum.

11 Perseus super Pegasum signific. virtutem per orbem à fama delatam superare vitia. Erizzus. folio 511.

1 PERSEPHONE sig. feminis vim, Georg. Venus. Arm. f. 210.

2 Persephone apud Cleanthem. sign. spiritum per uadentem fructus, eosq; perimentem. Cælius Calcagninus lib. de rebus ægyptiacis.

1 PES significant affectum, qui applicatur melioribus. Val. f. 17.

2 Pes iuxta illud ne offendas ad lapidem pedem tuum signific. affectum mentis D. Thomas Matth. 4.

3 Pes vnus, & digiti sex. iuxta illud Sibillæ Gratiarum, & ordinum corruptela, donec pes vnus, & digiti sex. manserint fiuis adulteri. signific. annum vnum, & menses sex. Quibus viuet antipapa Germanus missus antichristus. Theolosphorus. folio vigesimoprimo.

4 Pedes iuxta illud Hierem. 2. Prohibe pedem tuum a nuditate, &c. signifi. legatos, & prælatos Ecclesiæ, quos ipsa deberet prohibere a nuditate iustitiæ, hoc est ab iniustitia nudi enim fuut iustitia, quod multas iniustitias faciant. Ioachim. in Ierem. folio octauo.

5 Pedes hominis significant pisces in Zodiaco Georg. Venet. Arm. folio centesimodecimoprimo.

6 Pes pedum pauperis, vt est Esaiæ. capitu. vigesimoseptimo. Vrbem sublimem humiliabit, & usque ad terram calcabit eam pes pedum pauperis. signifi. Christi D. N. Vicarios fuisse vrbem Romam, & Italiam humiliaturos cum sublimitas Romani Imperii Cœlum penè tangens iugo Christianæ fidei humiliter collum submisit vsque ad pauperum, & humilium vices Christi gerentium pedum oscula. Galatinus libro quarto, capi. vigesimoseptimo.

7 Pes festinans in dolo, vt est Iob 31. sign. Diaboli, & eius membrorum promptitudinem ad perdendos bonos Lauretus in verbo accelerare.

8 Pedes veloces ad effundendum sanguinem, ut est Prouerb. primo. Et bestiæ properantes ad deuorandum, vt est Ierem. decimosecundo, signific. idem, vt supra. Lauretus, vt supra.

9 Pedum offensiones apud antiquos semper significauit aliquid infausti ominis, vel mali prodigii. C. Gracchus, qua die ciuili seditione oppressus fuit, domo egrediens ita pede limen offendit, ut non parua vis sanguinis efflueret. Crassi filius contra Parthos proditurus in aciem, ita pedem offendit, vt humi prostratus concideret. Et ambobus res male cessit. Alexander Dierum Genialium libro secundo, capitulo 26.

10 Pedes quatuor mensæ, in qua ponebantur panes propositionis signific. quatuor Euangelia, Aemarus Hennequineus lib. de cerem. cap. vigesimosecundo.

11 Pedes multi, quos Esaias cap. 6. vidit contectos alis, sign. ingressum ipsius prophetæ ad intelligentiam eorum, quæ cernebat, aperiebatur uel pe illi per hæc altissimorum spirituum uis multa peragrans, multaque prospiciens, sacraque illorum, & plena horroris uenerario ac religio qua vltra humanum modum celsiorum profundiorumque misteriorum insolcutem, vt temerariam neque omnino promouen-

tem indaginem exhorrescunt, præterea & indefessus atque alta petens sempiternus motus, quo præditi pro modo suo diuinas quoque actiones imitantur, ad hæc & diuinam illam ac preciosissimam laudationem in secreto ille discebat quippe angelo (qui formabat uisionem) pro uiribus prophatam sacrationis scientiæ suæ participem faciente, docebat igitur ipsum, & hoc ut iis, qui quomodolibet mundi sunt, munditiæ purgationisque suæ causa est diuini fulgoris diuinæque munditiæ procaptu cuiusque participatio. D. Dion. cap. 13. cœlest. Hierarch.

12 Pedes multi, quos Esaias uidit, cap. 6. sig. altarum ac profundarum rerum symbola. Iacob. Faber in D. Dion. cap. 13. cœlest. Hierarch.

13 Pedes in sanctis angelis sig. mobilitatem, celeritatem, atque cursum sempiterni motus ad diuina tendentis. D. Dion. 15. cap. cœlest. Hierar.

14 Pedes Domini sign. prædicatores euangelij, & tergere pedes Domini, ut fecit Magdalena, signif. opus misericordiæ in prædicatores Euangelij exercere. D. Aug. lib. 50. hom. 23.

15 Pedes osculari ut fecit Magdalena, sig. pacem petere, ut charitatem habere possit. Diuus Augustinus lib. 50. Hom. Hom. 23. v. Milleloquium in dictione absoluere.

16 Pedes similes orichalco, ut est in Apocalypsi, significat Apostolos. D. August. homil. 1. super Apocalypsi.

17 Pedes Domini, significāt Euangelistas sanctos Diuus Augustinus super psalmo quinquagesimo primo.

18 Pedes Christi Domini nostri, signif. Christianos, & præcipue apostolos, inter quos erat D. Ioannes Baptista. calciamenta pedum Christi sign. infirmitates quibus operiuntur prædicatores. Diuus Chrysostomus super Matth. capitulo tertio.

19 Pedem dextrum ad calciandum indue, in peluim sinistrum, Symbolum Pythagoricum sig. studiosas actiones uti dextras circumponendas, prauas uero uti sinistras deponendas prorsus ac abiiciendas esse. Nicolaus Scutelius in symbolis Pythagoricis, f. 46.

20 Pedes exui calciamentis a D. N. iussum esse Apostolis ituris ad prædicandum Euangelium, sign. illum debere carere omni mortalitatis indicio, qui sit annunciaturus uitæ fœlicissimæ perpetuitatem. Calceus enim ex pellibus animalium mortuorum, sign. nescio quid mortale. Vnde & sacerdotes Aegyptij ferebant calceos ex papiro factos. Valer. f. 413. & Moises iussus est soluerre calceamenta de pedibus suis cum esset accessurus ad montem Dei, quod signif. non oportere quicquam mortale secum habere, qui in loco sancto uelit consistere.

21 Pedes Dei quos uelabant alis binis duo Seraphin. v. Deus. 1. & 2.

22 Pes auertendus a sabbato, ut est Isai. 58. significauendum esse a peccato. Diuus Hieronym. Isai. 58.

23 Pedes Christi Domini uncti, ut est Luc. 7. sign. Christi Domini doctrinam & eius passionem. Pedes enim qui unguntur unguento odorifero sign. doctrinam diuinam, quæ cum insigni gloria orbem terræ peruadit, exijt enim sonus eorum in fines terræ, uel pedes Domini, sign. apostolos prophetia delibutos, qui suaue olentis unguenti, scilicet Spiritus sancti sunt facti participes. Clemens Alexand. pædag. lib. 2. cap. 8.

24 Pedis digitus in prima lingua dicitur Zeen. quæ uox interpretatur ad vnum, ut mystice signif. eximis usque operum nostrorum principiis nos ad vnum debere spectare.
Goropius in Hieroglyph. libro nono fol. 138. v. digitus pedis.

25 Pedis planta in prima lingua dicitur plant, quæ interpretatur planto & attribuitur Deo patri. Nam omnis plantatio, quam, ut ait Dominus, non plantauit pater meus, eradicabitur.
Goropius ut supra.

26 Pedis calcaneus in prima lingua dicitur Hiel, siue Heel, & interpretatur sana & in integrum restitue, & attribuitur filio, cui salus generis humani, & tota sanatio debetur.

27 Pes in prima lingua dicitur Voet, quod interpretatur nutri et ale, & attribuitur Spiritui sancto, qui igneo suo calore, id, quod pater plantauit, & filius sanauit, fouet atque nutrit.

28 Pedis talus in prima lingua dicitur Ericcel, quæ uox notat simplicem & unicum, ex quinque igitur vocibus, quæ pedem, & partes denotant, author primæ linguæ uoluit hanc orationem significare ad unum simplicem, & vnicum qui plantat, qui sanat & qui alit.

29 Supra Pedis talum sunt Tibia & Sura, quæ in prima lingua dicuntur Scenecel braien, quæ denotant da sublime consilium, sed supra tibias & suras est genu, quod in prima lingua dicitur Cnie, quæ uox in suas partes diuisa, denotat nihil possum, nihil scio. Genu pars opposita dicitur cesen, & interpretatur alimentum supra genu est femur, quod dicitur deien cui succedit coxendix dicta hopen; huic latus impositum ad brachium usque, & dicitur si, ex quibus uerbis talis consurgit sententia præsertim si nomen genu, ut geminam habet significationem, bis pronuncietur, & item nomen Deien in diuersa uocatione positum. Nō possum nec alimentum capere, nec Spiritum ducere, non possum ullam internam habere uitam aut motionem, nisi spes ista sit, uel si illa duo uerba simpliciter ponantur, hæc erit sententia, nec possum, nec scio, uel capere nutrimentum, uel ducere spiritum, nisi hæc spes sit, brachium uero dicitur arm, id est pauper & miserabilis. Cubitus dicitur El, id est unius ipsius sublimitas, manus dicitur hans, idest alte ad T, tau, vel exalta ad T, tau, vel exalta ad ipsum vnum, & manus digiti dicuntur vinger, id est inuenire desidero, ut tota oratio a digitis pedis usque ad digitos manus,

qui

qui ut plurimum in tabula Bembi tenent. T. tau, quæ est symbolum crucis, significat ad vnum simplicem vnicum, qui plantat, qui sanat, & qui alit, da sublime consilium, nihil enim possum, nihil scio capere alimentum, nec spiritum ducere, nec possum ullam internam habere vitam, aut motionem, nisi spes ista sit, pauper & miserabilis unius ipsius sublimitas exalta ad ipsum uuum; inuenire enim desidero. vel si placet incipere a brachio, tunc significat hanc orationem. Pauper & miserabilis leua cubitum tuum, affige ipsi Tau, inueniendi desiderium. Caput uero habet aures quæ dicuntur, oot, vt significet omnem auditionem ad audiendam originem eique obediendum debere adhiberi. Oor, enim notat originem. Oculus dicitur Oog, id est altum, ut significet oculos perpetuo alta contemplari debere. Nasus, qui dicitur naes, id est suppeditans nouum alimentum, spiritum uidelicet, assiduo attractu, vt sign. hominem assiduo debere spiritualia olfacere. Os, quod dicitur mont, idest monens, ut sign. homini os datum ad monendum, atque semper loqui, ut salutarem habeat admonitionem. Dentes, qui dicuntur tant, id est geminum progressus uinculum, ut sign. hominis dentes esse duplex uinculum ne uerba temere prorūpant. an. enim notat linguæ progressum, cui & ante & post, t, adhibetur, ut signific. uinculum linguę duplex apponendum, t, enim notat uinculum. Goropius in Hieruglyph. lib. 9. fol. 138. & 139.

30 Pes sign. operis absolutionem & perfectionem, solemus enim dicere opus ad calcem peruenisse, Cum negotium confectum explicamus. Valerianus ut infra.

31 Pedes Dei tecti alis duo Seraphim apud Esaiam significat nouissimum in Deo nobis incognitum esse.

32 Pedes gigantum anguinei, uel obtorti & luxati, signific. eos tota aberrare uia, qui cum Deo contendunt, & cœlo bellum inferre parat. Vnde.

33 Pedes male affecti significant opera iniqua & ingenia praua & malefica. Sicuti

34 Pedes recti & se bene habentes in quatuor animalibus apud Ezechielem, sign. veritatem eorum, quæ in quatuor Euangelijs continentur. Valer. f. 257.

35 Pes læuus in statuis ante porrectus, sign. aggressionem. & gestum ad inuadendum. Nam in sinistro totum corpus firmatur, & pede dextero agiliore quoquo uersum quis uelit uolui, corpus adiuuetur. Vnde Virgil. 10.

Proiecto nam pede læuo aptat se pugnæ.

Valerianus f. 258.

36 Pes dexter in statuis ante porrectus, signific. regressionem, nam motus incipit a dexteris partibus.

37 Pes supra pedem signif. ignauiam & ocium, & significat requiem, ut in sepulchris sæpe videntur imagines, significat etiam meditationem, & habetur apud Aristophonem de Euripide. Valer. f. 258.

38 Pes Orientalis diuinæ sedis apud secretiores Theologos significat Iacob Sicuti pes meridionalis signifi. Abraham, & pes aquilonaris significat Isaac, & pes Occidentalis significat Dauid. Franciscus Georgius problem. 307. tom. 1.

39 Pedem allidere plangendo, ut est Ezech. 6. sign. pœnitentiam agere, & non ire in itinera peccatorum. D. Hieron. Ezech. 6.

40 Pes, ut est psalmo vicesimo quinto. Pes meus stetit in uia recta, significat intellectum & cogitationem. Nam sicut pedes transferunt nos, ita cogitationes inducunt nos ad agendum, vel bonum uel malum. Gouschelius lib. 2. Elocution. sacrar.

41 Pes, & gressus, ut est psalm. 49. statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos, sign. intellectum & sensum bonorum operum. Gouschel. lib. 6. Elocut.

42 Pedes calceati, significant affectus dispositos in præparationem Euangelij, quod omnimodam affectuum mortificationem exquirit, f. 6. p. 141. c. 4.

43 Pedes Apostolorum loti a Deo Domino nostro, significāt affectus nostros purgandos ante Sacramenti sanctissimi susceptionem. fo. 6. p. 231. c. 4.

44 Qui Pedibus est festinus, ut est Prouerb. 19. sig. hominem præcipitem consilio. Lauretus in uerbo accelerare.

45 Pedes calceati, ut est Exod. 12. significant affectus deuotionis.
Michael Timotheus, in Missæ sacrif. quæstione 4. tractat. 1.

46 Pedes inambulantes in superficie aquæ significāt aliquid quod non posset fieri, uel irritum & inconstans futurum.
Valer. f. 256.

47 Pedes iuxta illud: mei penè moti sunt pedes, significant cogitationem, quæ scilicet animi nostri pietatem, pedum instar, regit, & sustinet.

48 Pedes in solido positi, signifi. iactum esse fundamentum.

49 Pedes Dei, significant diuinæ uirtutis firmitatem & solidi fundamenti stabilitatem. Iuxta illud Esaiæ, Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.

50 Pedes Dei, significant Christi Domini nostri humanitatem, quia sicut caput significat Deum Patrem, ita pedes significant Filium humanitati mixtum.

51 Pedes stantes in sacris litteris, significant mentis atque fidei stabilitatem. Sicuti pedes claudi, significant male fidos & a recta semita deuiantes. id etiam significat pes mutilus, vitiatus, & intortus,
Valer. f. 257.

52 Pedes altius in aquam mersi, signif. purificatorem, quod sicut fullo pedibus purgat pannos, ita aqua adhibetur ad purgandam animi

animi fordem. mystice.

53 Pedes conculcantes hominem, sign. triumphatorem, quod triumphantes sint soliti captiuorum corpora pedibus conculcare.

54 Pedes sign. uiam & profectionem. Vnde sæpe est videre Deum pictum cum pedibus inter nubes, quod sign. D. N. I. profectionem siue aduentum in carnem obscuram & incognitam fuisse futuram.

55 Pedem stari in uia recta, iuxta illud: Pes meus stetit in uia recta, sign. actionem progressumque negotiorum.

56 Pedes duo compedibus impliciti & progredientes, signific. Solstitium hiemale, quod sol tunc lentuus graditur, & quasi pedicis coercitus ingredi videtur, sed non duo pedes, sed duo polipi sunt. v. Polipus.

57 Pedes apud Philosophos antiquiores, significat voluptuarios affectus Venereæ mollitudini mancipatos, quod sicut pes est totius corporis pars contemptior, ita in homine sunt affectus uoluptarij.

58 Pedibus nudis sacrifica & adora, iuxta Pythagoræ Symbolum significat partem sensualem, in homine contemplatiuo debere esse liberam a peccato, habere pedes nudos & lauare pedes, idem sig. hoc Symbolum. anagogice, sign. significata tertiæ litteræ Hebreæ. Farra fol. 219. sign. etiam, non bene initiatis affectus esse discalciandos, bene vero initiatia esse calciandos. v. Franciscus Georgius probe. 431. t. 5.

59 Pedes lauare significat non amplius in terra, sed in cœlo esse ambulandum. Farra Sept. f. 219.

60 Pedes nudare, uel spoliare in sacrificiis, signif. nos debere Deum adorare liberos & solutos ab omni uinculo corporeo, & quauis exteriori cura. Farra Sept. f. 219.

61 Pedem dextrum priorem calcea, & sinistrum in conca tene dum vestiris. Symbolum Pythagoricum quod significat operari uirtuose. nam pes dexter significat partem rationalem. Pedem dextrum priorem calceare significat ita operari, ut in omnibus actionibus uirtus priorem locum obtineat, conca signifi. interiorem purgationem quæ prouenit a pœnitentia. Ponere pedem sinistrum in conca sign. irrationalem partem debere subijci morali purgationi, & in ipso Symbolo est quoque non loquendū sine lumine de rebus diuinis, id sign. de rebus sublimibus, & diuinis tantum intellectualiter loquendum esse, nam lumen sign. intellectum, & hoc symbolum sign. anagogice significata decimæ litteræ Hebraicæ. Farra Sept. f. 226. sign. etiam bonam intentionem esse operi præponendam, nam pes dexter signif. bonam intentionem, & calceatio sign. opus. Pes sinister sig. turbatam intentionem & lauatio sign. expurgationem F. G. p. 440. t. 5.

62 Pedes mouere diligere, ut est Ierem. 14. signifi. nolle persistere in bono. Glossa ordinaria in Ierem. 14.

63 Pedes ligati apud Platonem in decimo de Rep. Plato. significat iniustos non duci, non progredi, non peruenire, sed ut illata raptari. Ficinus in 10. de Rep. Plato.

64 cum Peditibus currere, ut est Ierem. 12. si cum peditibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis, significat sorte inferiori esse. Nam pedes est inferior equite. Gouschelius libro tertio Elocution. sact. legit cum pedibus, sensus tamen erit idem.

1 PERISTEREONA id nominis habere non quod columbæ lubenter circa eam uersentur, quamuis Galenus habuerit eam opinionem, sed potius quia hæc herba credebantur habere uim ligandi amorem Venereum, & inducendi ad columbina oscula imitanda, & hoc ex vi nominis verbenarum, inter quas præcipue peristerem erat, quod in prima lingua uerbena sign. uim ligandi metum, iuxta sui interpretationem. Ver enim notat metum, & ben ligo, a quo uerbo, ben, nostrates homines deduxerunt bendas, id est fascias ad ligandum aptas Peristereon, ergo dicta a peristeris, idest columbis, quas scimus Veneri sacras esse, & in quibus oscula & amor Venereus maxime elucent, ut significent ad oscula & amorem per pensteras notata, uim habere, cum esset uerbena quę credebatur uim habere ligandi ex nominis interpretatione. vide Verbena. eadem de causa Verbenaca dicitur & Trigonium, quia & turtur habet eundem significatum in Symbolo amoris, quem & columba.
Goropius in Saxonicis. f. 590. & 592.

1 PERLAE siue vniones apud Chimicos sign. lapidem lunæ. Leo Suauius in scholiis Paracelsi f. 283.

1 PERSECVTIO, ignis, fornax, ferrea, in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius lib. 1. Elocution.

2 Persecutio grauissima. v. altitudo. 16.

3 Perseuerantia uirtus, cauda hostiæ, calcaneum quod contra serpentis morsum debemus obseruare, fortitudo, tunica talaris in sacris litteris sunt Synonima. Gouschelius lib. 1. Elocution. sacra r.

4 Perseuerantiam in sacerdotibus debere esse in bonis operibus. v. Alba. 7.

5 PESTEM aut gladium accidere filiis Israel si non sacrificent, aut si sacrificent in Aegypto, vt est Exod. 5. significat incidere in opera carnis & in mundana mentem obtemperantia, si quis non curet se a sæculo opere & affectu separari. Lauretus in uerbo accidere.

6 a Peste correpta cudanera in sepulta iacere anno ab urbe condita 579. ante Christum Domini num centesimo septuagesimo tertio, significat pestem statim abituram. Iulius Obseq. pro dig. 65.

7 a Pestifero sibi attendere, ut est Eccles. 11. sign. ab hereticis & falsis prophetis sibi cauere. Glossa in-

fratrer in Eccles. t 1.

2 Pestilentia ut est illud & in cathedra pestilentiæ non sedit, sign. derisores, sicuti cathedra, sign. societatem derisorum.
Valerianus f. 120.

1 PETALVS ornamentum capitis sacerdotis Hebræi in quo erat lamina aurea continens sanctissimum Dei nomen ineffabile, sig. sapientiam, qua sacerdos ornari debet.
Farra. sept. folio 240. v. annotationes.
Franciscus Georgius in Harmonia mundi.

2 Petasus qui datur cardinalibus & Episcopis, signific. Cardinales, & Episcopos cerebrum, & mentem debere ab omnibus perturbationibus tutam habere, neque ulla re externa sic percelli, ut a sanis consilijs dimoneantur, uel potius signific. Cardinales, & Episcopos debere esse ueri Iouis Mercurios, ut pote interpretes voluntatis diuinæ pacem caduceo idest pedo suo & præferre & denunciare.
Goropius in Hermath. libro septimo folio 160.

3 Petasum dari Mercurio, signific. cerebrum in quo mentis uis consistit, diligentissime esse custodiendum.
Goropius ut supra f. 159.

1 ad PETRAM attendere unde excisi sumus quod est ad Abraham, ut est Isai. 51. signifi. ad Christum patrem & principium omnium fidelium attendere.
D. Hieron. Isai. 51.

2 Petra percussa a Moise, sig. Christum D. N. iuxta illud D. Pauli petra autem erat Christus F. G. 229. to. 4.

3 Petra in Goliam manu Dauid missa, signific. Christum Dominum Nostrum contra Diabolum ex semine Dauid fuisse mittendum.
Diuus Augustinus libro contra quinque genera hæresum.

4 Petræ in montibus, significat Apostolos Prophetas & prædicatores veritatis, quæ de petra agunt, qui est Christus D.
Augvst. super psal. 103.

5 Petra iuxta illud psal. 30. qui a petra mea, & munitio mea, sign. firmamentum & stabilitatem.
Valer. f. 362.

6 Petra sign. pietatis nostræ stabilimentum, quòd Christus D. N. uera sit petra, supra quam fundata sit Ecclesia sua.
Valer. f. 362.

7 Petram paruulos allidere, sign. cogitationes prauas dimmittere, ac in Christum petram omnes nostros affectus conuertere. v. paruuli.
Valer. f. 362.

8 Petra iuxta illud Esaiæ, attendite ad petram unde excisi estis, sig. Abraham, quod ipsemet postea interpretatur, cum dicit, Attendite ad Abraham patrem vestrum.
Valer. f. 363.

9 Petra iuxta illud, aquæ de petra profiliunt, sign. firmam Dei sapientiam. vnde firma identidem exauritur doctrina, aquæ enim sig. doctrinam.
Valer. f. 363.

10 Petra oleo lita, quæ & alio loco dicitur petra durissima & insecabilis iuxta illud Beati Cirilli, qui sunt filij peteræ oleo litæ in diffluo, significe. Diuum Franciscum, cuius filij sunt Fratres minores, & mendicantes, quorum nonnulli a Beato Cirillo vocantur spurifricij, & collices; idest Turpia facientes, & gulosi, qui acerbissime punientur, Abbas. Ioachim in Cirillum & Theolosphorus folio 14.

11 Petræ abruptissimæ in quibus saul quærebat Dauid, ut est primo Reg. 24. signific. altitudinem contemplationis, ubi Diabolus persequitur Sanctos, ut eos præcipitet. Vel signific. loca deserta, in quibus Sancti se abcondere.
Lauret. in uerbo abrumpere.

12 Petra scissa unde fluxerunt aquæ, ut est Isai. 48. sign. Christum Dominum, cuius latus apertum fuit in Cruce.
D. Hieroni. Isai. 48. & Lauretus in verbo abscindere.

13 Petrarum scissuræ, ut est Isai. secundo sinisia. munimenta ueritatis. Lauretus ut supra.
Vel significat sectas hæreticorum.
Lauretus ut supra.

54 Petræ scissæ in passione Christi Domini, ut est Matth. 27. signific. uerbi diuini pectorum dura penetranda latibula. Vel signif. Gentilium dura corda fidem admittentia. D. Ambrosi. supra Lucam 15. & Lauretus in uerbo abscindere.

15 Petra ptimaria apud Hæbreos antiquos, signifi. Messię matrem, quam dicũt esse primam Creaturarum in genere humano primumque hominem uocant, de qua re tu lege Galatinum lib. 7. cap. 4.

16 Petra ut est illud Exod. 33. Ecce locus est apud me stabis supra petram, cumque transierit gloria mea, ponam te in foramine petræ. Secundum Rabbenum Haccados, qui fuit ante Christi natiuitatem per multos annos, significat post triduum animam messiæ ad corpus suum fuisse reuersurum, & exituram ex illo lapide, in quo erat sepultus.
Galatinus libro 8. capitulo uigesimo secundo.

17 Petra quę apud Hebręos, dicitur æben. signific. & deum patrem, & deum filium: nam si sumatur aleph, bet. prima & secunda litera efficitur. ab. quod interpretatur pater. Si uero sumatur bet & num idest secunda, & Tertia. fit ben, quod interpretatur filius.
Georgius Venetus. Armoniarum folio 129.

18 ob Petram ab Moise percussam deum prohibuisse ne populum in terram promissionis induceret, sigu. Moisem per seueritatem inducere tentasse opus, dei quod deus per pietatem, ut magis sanctificaretur in populo, perpetrare statuerat, Deus enim iusserat, ut pio, & dulci sermone absq; percussione aquã

de petra educeret cum non essent extrahendę aquæ misericordiæ per asperam iustitiæ fistulam, quam significat percussio. Sed quia uoluit in uirga ferrea, ut aiunt, agere cum populo meruit sentire diuinam & ferream sententiam, quod populum non erat introducturus. Georg. Venet. arm. f. 130.

19 Petra Maura v. Amatura. 1.

20 Petra altissima vt est Sapien. 11. sign. Christum Dominum. Lauretus in uerbo altitudo.

21 Petra in singulari numero in sacris litteris, significat Christum Dominum, quando uero in plurali ponitur, significat Christi membra, id est uiros sanctos, quos Diuus Petrus 1. Petr. 2. uocat lapides. Vos tanquam lapides uiui coædificemini domus spirituales. Gouschelius libro sexto, Elocution. sacrar.

22 Petra supra quam Gedeon posuit hędum, & azimam, & quam tetigit cacumine virgæ, quam tenebat angelus, & ex qua ignis erupit. Vnde sacrificium consumptum est, sign. Christi Domini corpus. Gouschelius libro 7. Elocut. sacr.

23 Petræ, ut est Exod. 17. & Numer. 20. significat Deum Patrem, qui est fortus, & omnipotens, & supremum omnium confugium, & ipse est petra vnde fluxit aqua, id est Filius, qui est patris sapientia. Georg. Venet. in Armon. Cāt. 1. tono 7. cap. 5.

24 Petra scandali signific. Christum Dominum in quem scandalizati sunt Iudæi, nolentes credere. Lauret. in uoce lapis.

25 Petra super quam Gedeon obtulit sacrificium, ut est Iudic. 6. & 1. Reg. 14. sign. Christum D. per quem sacrificia nostra accepta sunt Deo. Lauretus ut supra.

26 Petra unde excisi sunt fideles, vt est Isai. 51. sig. Christum Dominum, uel eius sepulchrum, unde resurgens multos filios genuit. D. Hieronymi in Isai. 51.

27 Petra limpidissima, super quam effusus est sanguis ab Hierusalem, ut est Ezech. 24. significat Christum Dominum, per quem manifestantur omnia peccata. Diuus Hieronymus in Ezech. 24.

28 Petra fundens riuos olei, ut est Iob 29. signif. Christum Dominum riuos misericordiæ effundentem. Lauret. ut supra.

29 Petra in qua Deus exaltat fideles, ut est psal. 26. significat Christum Dominum. Lauretus ut supra.

30 Petra percussa & conuersa in fontes aquarum, significat Christum Dominum. Lauretus ut supra.

31 Petræ & prærupti silices, ut est Iob. 39. signif. Angelos, qui quamuis non integri, sed tamen in proprio statu fixi, cadente cum suis angelis diabolo, remanserunt, integri quidem manent pro qualitate meriti, sed prærupti pro numeri quantitate. Diuus Gregorius 31. Mor. 35. & 32. Mor. 25.

32 Petræ, super quas non possunt currere equi, ut est Amos 6. significat Christum Dominum & Apostolos eius, in quibus non est locus diabolo, quem sign. equi. D. Hieronym. in Amos 6.

33 Petræ in quibus pariunt Ibices, ut est Iob 39. sign. Sanctos uel sanctorum exempla, quæ aspicientes minores, accenduntur ad bene operandum. Diuus Gregorius 30. Moral. 16. cap. 9.

34 Petra super quam ædificatur Ecclesia, ut est Matth. 16. significat quemlibet fidelem, quatenus pars est ipsius ædificij. Lauretus in uoce lapis.

35 Petræ scissæ in morte Christi Domini, ut est Matth. 27. significat corda gentium per fidem & pœnitentiam scissa. Lauretus ut supra.

36 Petra in quam quis ingreditur, ut est Isa. 2. sign. cor durum, quod aliquis penetrat resipiscit. Lauret. ut supra.

37 Petra deserti unde emisit Deus agnum, ut est Isai. 16. sign. Ruth Moabitem, ex cuius progenie natus est Christus Dominus. D. Hieron. in Isai. 16.

38 Petra unde excisi sunt Iudæi, ut est Isai. 51. significat Abraham, qui fuit fortis & firmus in fide. Diuus Hieronymus in Isai. 51.

39 Petra, vnde elicitur mel, ut est Deuteron. 32. significat Diuinam sapientiam. Lauretus in uoce lapis.

40 Petra acutissima, qua circuncisus est filius Mosis, ut est Exod. 4. signific. doctrinam Spiritus Sancti. Lauret. ut supra.

41 Petra quæ est refugium herinaciis, ut est psalmo centesimo tertio, significat doctrinam rudiorem, & præcipue eorum quæ spectant ad humanitatem Christi Domini. D. Gregor. in Ezechiel. hom. 9.

42 Petra non habens firmamentum, vt est Isai. 22. significat litteram legis. Lauretus in uoce lapis.

43 Petræ scissæ, ut est Matth. 27. significat prophetas apertos esse ad intelligendum. Lauretus ut supra.

44 In petra exaltari, ut est psalmo vigesimo sexto sign. per legem transire ad fidem. Lauretus ut supra.

45 Petra in qua Deus exaltat suos, ut est psalmo uicesimo sexto, significat fidem cuius firmitate facit eminere confessionem eorum. D. August. in psal. 26.

46 Petra super quam stetit Moses, vt est Exod. 33. sign. fidem in qua firmari debent fideles. Lauretus in uoce lapis.

47 Petras ascendere, ut est 1. Reg. 13. sign. pactum corporis in robusta operatione locare. Diuus Gregor. 1. Reg. 13.

48 Petra Oreb, ut est Iudic. 7. sign. Dei uindictam. Lauret. vt supra.

49 Petræ in quibus non possunt currere equi, ut est Amos 6. sign. auxilium inutile. Rupert. in Amos. 6.

50 Petrę imminentes, ut est Isai. 57. significat

errores

errores hæreticorum D. Hieron. in Isai. 57.

51 Petra in cuius foramine Hieremias abscondit lumbare, ut est Hierem. 13. signific. defensionem errorum & uitiorum. Laur. ut sup.

52 in Petram limpidissimam Tyrum dari ut est Ezech. 26. sig. hæreticorum errores ita confutari, ut non sit vbi quisquam hærere. Lauretus ut supra.

53 Petræ in quibus manet aquila, ut est Iob. 39. sig. Sanctos uel Sanctorum exempla, quæ aspicientes minores accenduntur ad bene operandum. Lauret. ut sup.

54 Petræ de quarum medio uolucres dant uocem suam, ut est psal. 103. signi. scripturas noui testamenti.

D. Augustin. in psal. 103.

55 Petræ foramina in quibus latuit Moses, dum transiret gloria Dei, ut est Exod. 33. sig. fidei in Christum Dominum arcana, & profundiora Sacramenta, quæ longæ captum nostrum excedunt. &

53 In Petræ foraminibus abscondi, sign. in arcanis & Sacramentis fidei humiliari, & intellectum in captiuitatē reduci, idque in obsequiū Christi Domini, quod aliud non est, quā illius sub manu cogi, & agi. Iacobus Naclantus in præludiorum cap. 1. ad arcana Christi D. f. 7. Sed quoniam littera hebræa pro petra habet rupem, & tunc rupes sign. contemplationis gradus, quibus datur Christum agnosci. Sicut enim in domo patris cælestis diuersæ compre hendentium sunt mansiones, quas ingressi beati Deo Christoque, tali in gloria perfruuntur pacto, quo eorum sapientia, & iudicium summa cum suauitate disponit, vnicuique suis reddendo pro meritis, ita & viatoribus eo modo perductis diuersæ coaptatæ sunt cauernæ prout uel illis expedit, vel Dei largitas condonauit.

Naclantus ut sup.

47 Petra in lingua Sancta tribus nominibus appellatur Selangh. Zur, & Abeo, & quodlibet horum trinm nomioum componitur ex tribus litteris, vnde petra significat Christum. Selangh. enim nominabatur illa petra, quam Moses bis percussit, ex qua eruperuot aquæ multæ, propter quod Moses accepit mortem: ita petra, qui erat Christus sua morte satiauit sitim gentium in lauacro regenerationis. Zur aliud petræ nomen, denotat etiam Deum, ut significat. Messiam, qui dicebatur petra, esse hominem Deum. Tertium nomen petræ est, Aben, & in se habet duo mysteria: nam prima, & secunda littera dicit. Ab. & interpretatur pater, secunda, & tertia dicit, ben, & interpretatur filius, vnde sequitur, ut inter patrem, & filium insit amor, qui est tertia persona, idest Spiritus. S. & obseruandum est petram in Sacris litteris fere ubique, sig. Christum Dominum, ut fuit petra, quam habuit Iacob pro ceruicali, & petra quæ erat supra puteum pastorum, quæ obseruata fuit a Iacob, & duodecim petræ in quibus erant inscripta nomina duodecim tribuū Iudæorum. Raphael Aquilinus in tractatu primo f. 40.

58 D. Petrum uocatum a D. N. Bariona, signifi. eum qui plurimos filios in Christo erat generaturus, debere se quoque cognoscere filium gratiæ, ex qua nascuntur omnes electi, qui per manus ministrorum baptizantur in Christo, Ioach. I. 3. c. 10. Concord.

59 D. Petrus D. Paulus, & D. Ioannes si in actioni bus comparantur D. Petrus, sign. patrem. D. Paulus, sign. filium & D. Ioannes sign. Spiritū S. & quod D. Paulus fundauit per se Ecclesias & non super ædificauit fundatis a D. Petro & D. Ioannes non fundauit per se Ecclesias sed super ędificauit 7. Ecclesijs fundatis a D. Pau lo. signi. D. N. I. fundasse Ecclesias per se Spiritum Sanctum super ędificasse in eis.

60 D. Petrus sig. tribum Iudam, sicuti D. Iacobus sign. tribum Leui, & D. Ioannes signi. tribum Beniamim, quæ tres tribus postea dictæ sunt una, abductis 10. reliquis a Salmansare in Babilonios,

Ioach. Apocal. f. 61.

61 D. Petrum D. Iacobum, & D. Ioannem aliquan do declinasse a gentilibus conuersis, cum Iudæi aliqui iidem conuersi ad fidem, ad ipsos Iudæos quasi conuenientes con Iudæis in circun cisione, & Iudaico ritu, quos tamen reprehēdit D. Paulus, significat. fideles ex circuncisione fuisse declinaturos ad ritus Iudaicos, & non diu mansuros in fide sincera, quam fideles ex gentibus seruabant.

62 D. Petrū cum esset nudus pręcioxisse se tunica & proiecisse se in mare coram Domino, ut est Ioann. 21. sign. eos qui circa finem intelligunt se deceptos, sed saltem sero cōuersi, serotinam accipient benedictionem. Ioach. f. 83. con. cap. 48. v. Esau

63 D. Petrus ambulans super aquas, ut est Matth. 14. sign. uirum fortem in tribulatione aut in tentatione, vel sign. Apostolos, & alios iustos fuisse habituros subditos potentes mundanos venientes ad fidem. D. Greg. 17. moral. 14.

64 D. Petrus & D. Ioannes Euangelista, sig. ille ui tam actiuam, & iste uitam contemplatiuam: nam D. Petrus assumpta cruce secutus est D. N. Diuus vero Ioannes diu certans in corpore pacato fine quieuit.

Ioach. f. 17. Apoc. Introduct. cap. 19.

65 D. Petro conuenisse uitam actiuam, quinque Ecclesiæ, quibus ipse præfuit Hierosolimitana Anthiochena Romana Alexandrina, & Cōstā tinopolitana, sign. quinque sensus quibus omnis actio consistit. quem admodum D. Ioanni conuenisse uitam contemplatiuam constat, id quod signifi. septem Ecclesiæ, quibus ipse præfuit, & ad quas Apocalipsim scribit, quæ sign. septem uirtutes animi, quibus contemplatio, perficitur. Ioach. fol. 17. Apocalip. Introduct. cap. 19.

66 D. Petrum & Andream, quando vocati sunt a D. N. mittere retia in mare. & D. Ioannem & Iacobum retia conficere. sign. D. Petrum, &

& Andream Euangelium fuisse prædicaturos sed non conscripturos. D. uero Ioannem fuisse conscripturũ Euangelium. D. Chrisost. in Matth. cap.4.

67 D. Petrus, & D. Ioannes Euang. & D. Maria Magdalena. sign. tres ordines Religiosorum Sed quia D. Noster primo apparuit D. Marię Magdalenæ, secundo D. Petro, & tertio D. Ioanni. signific. primum uenturos Cistercienses quos signifi. D. Magdalena. & Secundo fuisse venturos a D. Dominico Prædicatores, quos sign. D. Petrus. & tertio fuisse uenturos a D. Francisco fratres minorum. Abbas Ioachim in pręfatione super Hieremiam.

D. Petrum succinxisse se tunica, & in mare se se demisisse, ut est illud Ioannis 21. sig. quòd summus Pontifex in secundo statu pauló post a tempore in quo Abbas Ioachim vixit, erat cogendus ut effugeret & mitteret se se in multitudinem gentium, ut vnde opum & diuitiarum flumina erant egressa, illuc per angustos meatus in deiectione Ecclesiæ reuerterentur. Sed rectius in tertio statu. sign. ut ego reor quando post Antichristi mortem summus Pontifex qui tunc temporis erit Ecclesiam ad Apostolicæ Ecclesiæ statum reducet. Abbas Ioachim in Hierem. f.4.

69 D. Petrum missum fuisse in carcerem, & inde liberatum. v. Ioseph filius Iacob.

70 D. Petri esse in anno tria festa. festum Cathedrę Romæ. Secundum festum ad uincula. & tertium festum passionis. signifi. illum fuisse præ alijs priuilegiatum, fuisse principem Apostolorum, & accepisse claues regni cœlorum. uel signif. illius claues habuisse beneficium soluendi a tribus generibus peccatorum cogitationis, locutionis, & operationis. Michael Thimotheus in diuinum officium questio.9. tract.9.

1 PHAEBVS apud Orpheum. sign. lumen uitale. Ficinus in Cranlo.

2 Phæbus exoriens cum curru & quadrigis. Orbem illuminans. cum uerbis. Iam illustrabit omnia. sign. hominem qui breui in regno assumendo omnia fit recte gubernaturus, eaq; virtutis lumine illustraturus. Io. Baptista Pittonus in insigni Regis Philippi Austriaci.

1 PHAETONTEM Solis filium fulminatũ terras exussisse. sign. vastum Cometam Solarem tandem dissolutum intolerabiles æstus cõcitasse, vel signific. incendia Gomoreorum, de quibus in sacra Genesi agitur. Ficinus capit.5. Compend. Timæi.

2 Phaetonta contendisse de nobilitate cum Epapho. sign. discordiam, quæ est inter elementum ignis, & elementum terræ. Phaeton. n. fuit filius phæbi qui sig. calorem ignis, & Phæton interpretatur incendium. Epapho uero fuit filius Isidis quæ sign. terram. Ioseph. horolog. lib.1. Metham. Ouid.

3 Phætonta ad Apollinem patrem suum redisse. sig. omnem ardorem in plures partes diuisum tandem ad Solem ut suum fontem redire.

Ioseph Horologius libro primo Metham. Ouid.

4 Phætontis incendium quod describitur a poetis signifi. non fabulam, sed historiam, nam tempore Cecropis Regis Atheniensium fuit in tota Gręcia incendium cęlitus missum quod per plures menses combussit agros fructus in cinerem uertit, flumina excsicauit vrbes, arsit domos consumpsit, ita ut pauci qui quam longissime & quam cito aufugere salui facti sunt. de quo incendio Eusebius, & Orosius loquuntur. Ioseph Horologius libro 2. Metham. Ouid. neque prius extingui potuit, donec pluuię autumnales aduenissent.

5 Phætonta fuisse filium Solis & Climenis sign. ignem non posse durare nisi a Sole oriatur, & ab humido nutriatur. Phæton enim interpretatur incendium, & Climene humiditas. Ioseph Horol. lib.2. Meth. Ouid.

6 Phætontis desiderium quod est, cuique creaturæ innatum augendi se, ut seipsam conseruit. Ioseph Horologius libro secundo Metham. Ouid.

7 Phaetonta ducentem currum Phabeum transiluisse orbitam a patre signatam. sign. tunc Solem transisse a 20° gradũ libræ ad 10. Scorpionis. Quod quando fit. arent herbe, terra fit inutilis ad ferendos fructus & herbas. Ioseph. Horolog. lib.2. Meth. Ouid.

8 Phætonta fulmine afflatum a Ioue, & in Eridanum fluuium deiectum. sign. extremum Solis ardorem ab autumnalibus fluuijs extingui. ita vt terra rursus uiuere uideatur.
Ioseph Horologius libro secundo Methamor. Ouid.

9 Phætonta habuisse tres sorores Phætusam, Lampetiem, & Pheben. sign. incendium sequi splẽdorem, & rerum illustrationem & lucem. Phętusa interpretatur splendor, Lampetie illustratio, & Phebe lux. Ioseph. Horol. lib.2. Meth. Ouid.

10 Phæton decidens a curru Solis in Eridanum preceps. sign. temerarios Principes, qui impetu uoluntatis, & non ratione feruntur, unde & se, & suos euertunt, & suæ tandem dant temeritatis pœnas. Alciatus Embl.57.

11 Phætontis decidentis fabula. significat artis Chimiæ magisterium. Nazarius Somnio 3.cap.14.

12 Phętontis currus a poetis fabulose confictus signific. retrogradationem Solis Ezechiæ tempore factæ.
Franciscus Georg. armo. cant. 1. tono 1. cap. 1. fol.3.

13 Phæton excussus e curru paterno. sign. temerarios qui aggrediuntur maiora, quam propriæ vires ferãt. quibus tandem flaccescentibus meritas tandem luunt pœnas. Alciatus emblemate 57.

14 Phætontem Solis filium fulmine terram exussisse., ut est in principio Platonici Timæi. sign. Cometam uastum natura Solarem intollerabiles æstus concitauisse. Ioannes Baptista Porta

in

in libello de furtiuis literarum notis.f. 15.

14 Phaetentis decidentis fabula, sign. Phaetontem propter incontinentiam e curru rectæ rationis excidisse. Clemens Alexandrinus lib. 5. stromat.f.266.

15 Phaeton petens currum paternum uiribus imparibus ad regendum, sign.hominem sæpe petendo ea quę supra uires suas existunt, esse & sui & aliorum calamitatis causam. Goropius in Hieroglyph.lib. 11.fol. 171.

16 Phaontis currus, qui a Phaonte per orbitas solitas dirigatur, cui adest Phbus in modú admonentis, cum his uerbis, medio tutissimus ibis, sign.mediocritatem in qua & Philosophi, & poetæ meliores dicunt constare humanæ uitæ perfectionem, esse tenendam Hieronim. Rusceilus in insigni Gabrielis Zaiæ.

17 Phaeton excussus curru atracto a quatuor equis in medio Zodiaci cum stella, signi.quærentem impossibilia.
Choulus. fol. 153.

1 PHAGVS sig.uitam suauem, & ociosam: nam Phagus in prima lingua dicitur pheg, quæ uox quando est uerbum signat liberaliter genio indulgere. Vnde Vrgilius.

Titier tu patulæ recubans sub tegmine fagi,

ad cuius Responsum subditur.

O Melibæe Deus nobis hæc ocia fecit.

Et quia pheg, in eadem prima lingua, ut est verbum, notat etiam omnes defectus, omnes sordes, & omnia uitia a re quapiam tollere, Phagus, sign. Deum orandum esse, ut nobis det, ut ut possimus esse integri puri, & sine omni uitio, id enim solius est Dei dare, unde si pheg uertatur fiet geph, quæ uox notat do uel Da, ut sig. puritatem & integritatem habere in nobis non esse uirium nostrarum, sed esse purum Dei Donum.
Goropius in vertumno.f.85.

1 PHALLES excitari Dionyso in Sacris. significat turpem memoriam obscænæ promissionis factæ a Dionyso cuidam Prosymno, qui illi indicauit uiam qua iretur ad inferos.
Clemens Alexandrinus in adhortatoria ad Gentes,

1 Deus ab Austro ueniet, & sanctus de monte pharan. Dauid inquit, sign. illum montem lucidum, & gloriosum in quo sunt omnes gratiarum fontes, & omnes beatitudines, & splendores Ideales diuinæ sapientię quem, & Homerus forsan intellexit, quando dixit Iunonem ab aureo trono aspexisse Iouem sedentem in Ida. Farra f.91

1 PHARAONEM induratum fuisse. signif. illum ob multiplicem Hebræis factam iniuriã & precipue ob innocentem sanguinem paruulorum effusum id meruisse. Fran.Geor.prob. 324.

2 Pharaonem sumpsisse sexcentos currus in persecutione populi Israel. sign. illum ad opes malorum spirituum se se retulisse opera Iannes, & Mambre qui celeberrimi magi erant, & opera demonica statim parasse illos sexcentos currus, Franç.Geor.probl.342.

3 Pharaonem voluisse detinere populum Dei saltem triduo, ut est Exod. 12. signif. Diabolum uelle, ut homines peccent, vel facto, vel uerbo, uel saltem cogitatione, Lauretus in uerbo cadere,

4 Pharaonis filiam descendisse ad flumen, ut lauaretur, ut est Exod.2. sign. Ecclesiam ex gentibus ad Baptismum uenientem. Orig. supra Exod. hom.2. & Laur.in uerbo abluere. Idem sign. Ruth,3. & Bethsabeæ 2. Reg.11. & Susãna. Daniel. 13.

5 Pharaonis filiæ famula quæ missa fuit ad tollendam fiscellam Moysis. ut est Exod.2, significat philosophiam amplectentem . legem.
Lauretus in uerbo vnitas in appendice numerorum.

6 Pharao festiuans ad Mosem & Aaron. vt est Exod. 10. sig. Diabolum interdum cogi ad præstandum obsequium uiris bonis. Lauretus in uerbo accelerare.

7 Pharao Tollens Saram in vxorem, vt est Genes. 12. sign. improbum præsumentem assumere sibi sapientiam, propter quam & affligitur, D. Ambro. de Abrah.4. & Lauretus in uerbo accipere,

8 Pharao assumens secum omnem populum aduersus filios Israel. ut est Exod. 14. sign. Diabolum assumentem omnium tentationum genera, & persecutorum animos concitantem aduersus Christi populum, Lauretus in verbo accipere,

9 Pharaonis inimicis addi, ut est Exod. 1. sign. relicto Diabolo transire ad familiam Christi D. Beda in Exod, cap.1.

10 Pharaonis filia adoptans Moisem, ut est Exod. 2. significat legem spiritualiter intellectam a Gentilibus amplectendam, cum Christo in lege designato.
Glossa ordin. in Exod. 2,

11 Pharaonis serui adorantes Moisem, ut est Exod. 11. significat Gentiles Christum Dominum in lege decantatum venerantes. Idem significat Magi adorantes ipsum Christum D. Lauret. in uerbo adorare,

12 Pharaonis inimici. significãt homines sanctos, aut Prædicatores, & bona opera, Beda in Exod. cap, 1.

13 Phara & Aegyptij submergentes hebræorum infantes in fluuium, sign. se quoque marinam recepturos fuisse sepulturam, ut qui se contra lactentium turbam indurare non timuerunt condigna sententia indignationis sese punitos esse cognoscerent.
Ioachim lib, 1. Conc. utri. test. cap. 5.

14 Pharaonis uisio de tritico, sig. scripturam ueteris testamenti, quæ per septem tempora collecta est in horreis humanorum cordium ita in septem alijs, ut prosit fidelibus signific. si aperiendum.
Ioachim lib. 3. cap. 9.

16 Pharaoni ædificare ciuitates ut est Exod, 1. sign. operibus mundanis uacare uana cupiditatem, Lauret,

Lauret. in uerbo ędificare.

16 Pharao exiens ad aquas sig. Diabolum progrediens ad subuertendos populos.
Lauret. in uerbo aqua.

17 Pharao auertens se, Moise, ut est Exod. 7. sig. pertinaciam in malo, & inobedientiam legis.
Lauret. in uerbo auertere.

18 Pharaonem Regem Aegypti uocatum esse ab Ezechiele. 29. draconem magnum, Ecce Ego adte pharao Rex Aegypti Draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum &c. signifi. Diabolum, qui in serpentis figura Euam deceperat, eo usque serpentem dictum, sed postea quam Diabolus per Pharaonem uoluit masculos infantes Iudæorum in flumine mergi, tunc draconem magnum fuisse dicendum. Pharao enim ille sig. ipsum Diabolum, & aduertendum quòd sicut eo tempore Diabolus incepit uocari Draco magnus, ita eo tempore verbum Dei cepit uocari agnus, quòd Diabolus per imolationem agni uictus, Dei populũ non potuit in Aegypto amplius detinere, & obseruandum, quòd sicut Draco habet septem capita, ita agnus habet septem cornua, ut est Apocalip. 5. Rupertus lib. 1. cap. 7. de victoria verbi Dei.

19 Pharaonem dixisse meus est fluuius, & ego feci memet ipsum, ut est Ezechiel. 29. sign. luciferũ adeo superbia elatum intumuisse, ut non agnosceret Deum fuisse sui creatorem, quam rem etiam signif. princeps Tyri apud eundem Ezechielem. cap. 18. eum Dominus dicit contra eum eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi, &c.
Rupertus libro primo cap. 8. de uictoria uerbi Dei.

20 Pharao Rex Aegypti & populus eius a mare absortus, dum insequeretur populum Dei sub Moise, & Aaron. signifi. populum Iudæorum absorbendum fuisse a Romanis, dum insequeretur sub Clemente populum Dei. Ioach. lib. 4. capitulo. 17. Adeo quod Regnum illud Aegypti, quod fuit in principio tempore Mosis. signifi. Regnum Iudæorum, quod fuit tempore primitiuæ Ecclesiæ, usque ad eius euersionem.

21 Regnum Pharaonis qui dedit filiam vxorem Solomoni. signif. Regnum Constantinopolitanum, quòd creatum a Constantino Augusto, cuius filius Constantius Arrianus dimicans cõtra ueram fidem, & contra Sanctam Nicenam Sinodum, præbuit sese alterum Sesac Regem Aegypti in Ecclesiæ catholicæ persecutionem. Ioach.

22 Pharaonem Nechaonem ascendisse de terra sua, vt pugnaret contra Assirios, Domino se mitte te contra eos. sign. gentem Francorum, & eos qui circa eam morabantur mittendam fuisse contra Saracenos, qui longo iam tempore inuaserant Siciliam, & alias insulas maris, & maritimas ciuitates Calabriæ, & Apuliæ, & etiã Campaniam impugnare ceperant. & quòd Iosias licet bonus fuisset, & iustus non credidit Nechaoni, quòd a Domino mitteretur, & ob hoc dimicans cõtra eum cõtritus est, & ipse, & eius exercitus. sign. Leonem Papam quamuis uiuum uitæ venerabilis existentem, & laude dignum, tamen consilium Domini in hac parte ignorantem uoluisse dimicare contra hostes fidei. a quibus deuictus est, & ipse, & exercitus eius, & coactus fuit sustinere, ut illi facerent, quod vellent de patrimonio sancti Petri. Ita Deo permittente.

23 Pharao præcedens Ioseph, uno tantum Regni Solio. ut est Genes. 41. signif. Deum patrem non præcedere filium, nisi patris relatione.
Lauret. in uerbo antecedere.

1 PHARETRA, ut est psalmo 10. significat cor. Sicuti sagittæ significãt consilia, & cogitationes. arcus sig. os & labia. Valerianus f. 309.

2 Pharetra sig. apud Pindarum sententias. sicuti tela sign. uerba. Valer. f. 309.

3 Pharetra, ut est illud Isai. 49. in pharetra sua abscondit me. sign. Christi Domini carnem, in qua diuinitas latebat, & verbum absconditum, ut est Iob. 4. Lauretus in uerbo abscondere.

4 Pharetra aperta aliquem a Deo affligi, ut est Iob. 30. signific. hominem post flagellum cognoscere, quo consilio a Deo flagellatur.
Lauretus in verbo affligere.

5 Pharetræ aureæ seruorum Adarezer. ut est 1. Para. 18. significat Hypocrisim. Lauret. in uerbo aurum.

1 PHARES & Zaram de Thamar. a D. Mattheo positi simul in Genealogia D. N. cum alter sufficeret, sig. geminam uitam populorum alteram secundum legem, & alteram secundũ fidem.
D. Ambrosius super Lucam.

2 Phares, signifi. populum gentilem sicuti Zaram sig. populum Iudaicum.
D. Chrisost. super Matth. cap. 1.

3 Phares signific. Christum Dominum Nostrum quòd interpretatur diuisor iuxta illud: diuidet agnos ab hædis.
Remig. Matth. cap. 1.

1 PHARISEI adducentes mulierem in adulterio deprehensam, ut est Ioan. 8. sign. demones solicite mortem animæ procurantes.
Liran. Ioan. 7.

2 Pharisæi machinantes aduersus Christum D. v. Absconditi. 1.

3 Pharisęos Saducęos & Eteos in populo Hebręo ortos esse & cum magna authoritate fuisse per nonnullos annos ante Christum D. N. signific. Anabaptistas Adamitas, & id genus hæreticorum, qui paucis annis ante orti sunt, fuisse pręuentũros Antichristum Regem omniũ perditissimum. Louisinus in Esdram folio 87.

1 PHELLUS apud Pindarum. sig. hominem qui insita uirtute impenetrabilem, se quodammodo seruat fortunæ telis, nec deijci nouit, aut dari pessum. Rhodig. lib. 4. c. 17.

1 PHE-

1 PHINENNA affligens, Anná, ut est 1. Reg. 1. sign. Synagogam per sequentem Ecclesiam, Vel sign. Saulum persequentem primitiuam Ecclesiam. Vel signific. uitam actiuam perturbare contemplatiuam.
Lauretus in uerbo Affligere, & in verbo Anxietas.

1 PHIBET apud Chimistas, sign. id quod est rapax. Ioannes Garlandius.

1 PHIALA quia est uas latum, signif. doctrinam vberiorem, & magnos, & eloquentes doctores, vel sign. prædicationis mensuram iuxta cu iusque capacitatem.
Lauret. in uoce calix.

2 Phialę quibus Libabatur Deo, ut est Zach. 9. sig. homines, qui sacrificia Deo accepta, & grata de se ipsis offerunt.
D. Hieron. in Zach. 9.

3 Phiala, quæ effunditur in solem, ut est Apocal. 16. sig. persecutionis supplicium uiris splendore sapientiæ illustribus irrogatum.
Lauret. ut sup.

4 Phialæ ut est Amos. 6. & Apocal. 17. significat falsas rationes hereticorum quibus suppeditant simplicibus vinum erroris.
Lauret. ut sup.

1 PHILADEPHIAE Ecclesia in ordine est sexta & sig sextum tempus Ecclesiæ secundi status, a quo Angelo tertius status inchoare debet. Ioach. Apoc. f. 83.

2 Interpretatur Philadelphia saluans hæreditatem, quod sign. in ordine illo quem sign. Angelus Philadelphiæ, in tempore vniuersalis tentationis hæreditatem, & reliquias domini saluandas esse. v. Hostium.

1 PHILARGIRIA v. Allegoria. 7.

1 PHIALæ quas habebant 24. seniores in manibus, ut est Apocali. 4. signifi. orationes quas effundebant ad deum, dum essent in angustijs. Rupertus Abbas Tuitiensis lib. 4. c. 9. de victoria uerbi Dei.

2 Phiala apud Timæum Mathematicum, sig. Nili fontem, & Phidias in Statua uictoriæ Marathoniæ phialam insculpsit per quam, signif. ipsum Nilum, in qua phiala erãt Aethiopes cęlati, qui signifi. oceanum, & Nilus ipse alias dicebatur Oceanus, Oceanus enim a poetis dictus est pater Nemeseos cuius erat statua.
Valer. f. 239.

1 PHILISTEAE Regnum, signif. Regnum Apuliæ. Ioach. in Hierc. f. 45. colum. 4. sign. etiam totum Latium quod Ioach. fo. 14. col. 1. vocat latinitatem, uel potius Italiam.

2 Philisteos fuisse infensos populo Hebræo, sign. illos rectos ab intelligentijs contrarijs Hebręorum intelligentiæ, uel sig. spiritus malos, qui ceciderunt ab alto. Franciscus Georgius probl. 439.

3 Philisteos in tertio statu legis persecutos fuisse populum Hebræum. sign. quod in tertio statu Euangelij Gog & eius exercitus persecuturi sunt populum Christianum. quem Gog, & eius sequaces D. N. I. Chr. veniens ad Iudicium iudicabit. Abbas Ioachim in Hierem. f. 12.

4 Philistea terra sign. terram Latinam. Philistei enim sign. Lombardos, & Italos. Abbas Ioach. ut sup. f. 14.

5 Philistijm abeuntes in loca sua, ut est 1. Reg. 14. sign. Demones uenientes in corda reproborum, vel sig. Demones detrusos in inferuum.
Lauret. in uerbo abire.

6 Philistæum appropinquare ad David, ut est 1. Reg. 17. significat Diabolum accedere ad tentandum. Lauret. in uerbo accedere.

7 Philistei comburentes sponsam Sampsonis, & illius patrem, ut est Iud. 15. sig. hæreticos contrarios alijs hæreticis. Lauretus in uerbo accendere.

8 Philistijm, Palestina, Alienigena, in Sacris literis sunt Synonima. Gouschelius lib. 1. Elocutio. Sacr. Script.

9 Philistæi qui non apponunt venire in terminos Israel, ut est 1. Reg. 7. sig. Dæmones qui non amplius tentant aliquos ex fidelibus. Gregor. 1. Reg. 7.

1 PHILOSOPHOS & mundi sapientes multum fuisse inter se discrepantes. sig. sapientes mundanos, ut inquit Lactantius, ab illo vnico omnium veritatum magistro, & consonantiæ datore recessisse, & temerariæ ea, quæ obstrusa potius, quam abdita Deus esse uoluit scrutari proprijs uiribus præsumentes, naturã videlicet rerum cœlestium, & inferiorum voluisse. Georg. Venet. Armon. cantic. 1. ton. 2. cap. 2.

2 Philosophiam à Platone, & Pythagoricis apellari musicam. significat omnes scientias, ut ait Strabo in libro decimo à Musica initium traxisse. Fabius Paulibus Hebdom. libro 3. cap. 1.

1 PHINEVS cui Harpiæ substantiam asportabant, sig. fuisse quendam pœniæ Regem nomine Phineum, cui cum mortui essent filij omnes mares, duæ filiæ pyria, & Eresia relictæ, omnẽ paternam substantiam consumpserunt. patre iam ob senectam uisu priuato, & ob luxum filiarum iam in calamitatem protracto, Zetus, & calais eius uicini, & uiri probi filias expulere, & substantiam recuperarunt, & Phineum, & facultates cuidam Traconti, in custodiam dederunt. Palephatus.

2 Phineus sign. auarum, & illum fuisse cæcum, significat omnes auaros esse cęcos. Phinei cibos ab Harpyis rapi & fedari, sign. auarorum uitã inter rapinas, & sordidam ingluuiem semper versari. Zetum, & Calaim eiecisse Harpias ab Phineo sig. rapinas non permittere, ut auarus quicquam de suo commedat. Zetum & Calaim fuisse uolatiles. sign. boni inquisitionem nunquam terrenis rebus misceri. interpretantur enim inquirens bonum. Zetum & Calaim fuisse uenti Aquilonis filios. signif. boni inquisitionem spiritualem, & non carnalem esse. Qua inquisitione boni aduenientte, fugantur Harpyæ, idest rapinæ.

Fulgen-

Fulgentius lib. 3. v. Harpiæ.

1 PHILONEM q. Hebraicè dr ob nō cōsulendū esse neque phitonissas, sign. diabolum semper decipere se consulentes, ut ad perditionem trahat. Phiton enim est intelligentia quædam diuinatrix ex natura solis, quæ profecto decepit Saulem Regem. Francis. Georg. prob. 277. to. 2. V. Python.

1 PHITONISSAM excitasse Spiritum Samuelis ut Sauli morem gereret, sig. eos qui diuina, & prophetica per humanas, & diabolicas doctrinas excitare præsumunt, sæpe sentire oracula in perniciem suam excitata. Franci. Georg. p. 459.

2 Phitonissam excitato Spiritu Samuelis exclamasse uidi Elohim, tu es Saul, sign. illam vidisse ministros iustitiæ Dei qui venerant, ut Saulem punirent. Franciscus Georgius problemate. 460.

1 PHLEGETON fluuius, sig. focum purgatorium in quo purgantur iræ, & cupiditatum feruores per calorem, & respondit igni & parti orientali. Ficinus. in Phędone, in hoc purgantur ea peccata, quæ iam habitum genuerunt sed tamen unà cum quadam rationis repugnātia committuntur, & committentes afficiunt penitentia.

1 PHLEGMATICVS & cholericus, & sanguineus, ut est apud Morienum cum dicit accipe phlegmaticum & cholericum, & terite sanguineum cum eis, donec fiat cœlum tingens &c. Phlegmaticus, signific. Mercurium Cholericus, signific. salem armoniacum, & sanguineus, significat Solem siue aurum. uide quendam.

1 PHOCA sign. hominem somniculosum quòd sternunt se somno diuerso in littore phocæ. Valer. f. 209.

2 Phocæ corium signifi. hominem, qui ita res suas procuret, & aduersus pericula disponat auxilia, ut a quocunque uel maximo infortunio tutus habeatur, quòd sit persuasum uituli marini corium esse contra fulmen, quòd uitulus marinus nunquam a fulmine ictus inueniatur. Valer. f. 209.

3 Phoca sign. vrinatorem, quòd ipsa pariat in sicco, & cum nati sunt fœtus, inducit eos ad mare post 12. dies ab ortu, & edocet illos natare ita ut postea in aquis delectentur. Valerianus fol. 209.

1 Phœbus apud chimistas, signific. puerum Virginem. Ioannes Garlandia, in littera F.

1 PHOEBVS, nubes, & quatuor pulchri colores duas irides in nubibus describentes. Cum verbis. Spes certa sereni, signific. animi obscuris si nam ignorantiæ caliginem summopere delendam esse. animique serenitatem, quæ in rerum cognitione posita est auendam, eamque summis vigilijs atque lucubrationibus perquirendam, fuit insigna Academiæ Ferrariensis. Ludouicus Gyraldus in commentario de serenorum insigni, & de insignibus. Phœbus in hoc insigni sign. intellectum agentem. Iridis colores sign. phantasmata ab intellectu agente illustrata. Nubes coloribus exornata signifi. intellectum potestatis, siue intellectum materialem. interioris iridis arcus sign. animam alteram hominis partem, sicuti arcus est pars circuli. & iris exterior significat corpus. Colores iridis interioris viuidiores esse significat rerum intelligentias esse animæ exornationes proprias. Iridis interioris infimus color purpureus, medius uiridis, & supremus puniceus. Viridis magisquam purpureus puniceus magis, quàm uiridis ad album, & lucem accedit. significat quanto magis intellectus intelligit, perfectiores, & clariores esse illius intellectiones. Color purpureus significat quod anima omnia intelligendo fit omnium Regina. Quòd Reges purpura induuntur. Color uiridis significat amantibus futuram felicitatem. Sed in hoc insigni significat animam intelligendo felicitatem futuram sperare se assecuturam speculatiuam, quam puniceus color cæteris splendidior, significat quibus dotibus intellectus potestatis exornatus, fit intellectus adeptus, uel, ut aiunt, in habitu, qui est perfectio ipsius materialis intellectus.

2 Phœbo citharam & plectrum dari. significat Solis ascēsū, descensus & radiorū eius, cū cæteris astris consonantia, totius naturæ mundanæ concentum temperari. Phœbi tamen nomen nōn a concentu, sed ab alimentorum ope, quo omnibus uiuentibus succurrit Soli datum est, in prima enim lingua voiboet vnde φοῖβος interpretatur naturale adiumentum.

Goropius in uertumno f. 108.

1 PHOENIX significat instaurationem rei alicuius longo tempore intermissa, ut sunt ludi, sacra, ceremoniæ, & similia, quòd auis ista, ut aiunt per quingentos fere annos renouatur sola existens in orbe, & in solitudinibus degens.

Valerianus folio 144.

2 Phœnix significat diuturnam absentiam. Valerianus f. 144.

3 Phœnix significat animi nostri in hoc corpore peregrinationem. Dum enim hic uiuimus a patria procul absumus. Valerianus folio 144.

4 Phœnix significat Solem. Sicuti enim so unus in orbe ita & phœnix.

Valer. f. 144.

5 Phœnix significat præstantiam, vel excellentiam, vnde solemus nominare uiros rarissimo doctrina, & uirtute phœnices. Valerian. f. 145.

6 Phœnix ardens cum titulo. Vnica semper auis, fuit Symbolum Helionoræ ab Austria Francisci Galliarum Regis Viduæ: Quo significat optima quæque, & præciosissima esse inuentu difficillima. Claudius Paradinus libro de Symbolis Heroicis folio 92. Ardens cum alis expansis, & cum titulo. Sola facta, solum

solú Deum sequor fuit Symbolum Bonæ matris Galeatij ducis Mediolanensium, & uideo. quo significat se in uiduali solitudine redactam soli Deo æterno addixisse. Gabriel Simeon Emblemate 22.

8 Phœnix apud Chimicos, significat elixirem alchimicum, phœnix enim, Basiliscus, Glaura, Mandragola, Chameleon, homunculus, & alia multa sunt Synonima.
Leo Suauius in Scholijs Paracelsi, folio ducentesimo nonagesimo quarto.

9 Phœnicem, ad Solem se se exponere. significat Elixirem de Sole tetrestri resurgere. Et uiuere solitariú annis trecentum quadraginta. significat elixirem in trecentum quadraginta dies compleri.

10 Phœnicem se ad Solem conuertere Orientem secundum Tritemium in steganographia. significat Elixirem incipiendum esse hora undecima dici 27. Martij eodem tempore in primo gradu, & minut. 30. Arietis. in quó tunc primum Sol adeo creatus est. Quòd autem secundum alios dicatur phœnix conuerte re se ad Meridiem. significat a Meridie incipiendam esse supputationem astronomicam in Emphemeridibus pro inueniendo gradu primo Arietis in quo sol adeo primum conditus est. Qui gradus in opere alchimico in in|tio obseruandus est. Leo Suauius in Scholiis Paracelsi f. 295.

11 Phœnicem vescentem, ut est apud Manilium neminem vidisse. significat quod lapis per iteraratas sublimationes nutrimentum accipit & alimentum, quod Augurellus significat in oue pascente. Leo ut supra f. 296.

12 Phœnix significat rerum vicissitudinem. Ioannes Baptista Porta lib. de furtiuis literarum no tis f. 29.

13 Phœnix in medio flammarum ardentium. cum uerbis. Ne pereat. significat hominem qui in præsenti uita se igni mortificationis exibeat ne æternum pereat.
Bartholomæus Tægius. lib. 2. de arte fabricandi insignia.

14 Phœnix in medijs flammis, cum uerbis, ut uiuat. significat hominem qui omnia patiatur & faciat ut uitæ breuitatem cum fama compenset. Tægius ut supra.

15 Phœnix exposita super fasciculum lignorum neque tamen excutiat alas, sed respiciat cœlum stellatum. cum uerbis. Sola lumina Solis. significat hominem qui inter pulcherrimas mulieres solam unam amet, & uni soli seruiat. Thegius ut sup.

15 Phœnix super flammas expandens alas ad radios Solis. cum tribus his litteris. V. E. V. & cum uerbis, ut uiuat. sign. hominem. qui & dum uiuit, & post morte propter labores uirtuosos immortal ése facit. Tres litteræ. sig. uitam æternã uiuo. Io. Battista Pittonus in insigni Christophori Madruccij.
vel signifi. hominem, qui omnem suam spem ponat in Christum Dominum solem iustitię. a quo sperat uitæ renouationem. ignis enim signific. Spiritum Sanctum, quem optimus quisque optare & amplecti debet, ut exuat se terreno pondere, & æternum uiuat. Hieronimus Ruscellus de hoc ipso Insigni hæc & mul ta alia. &

16 Phenix ardens in flammis, & exposita soli cum alis expansis, & nulla habens uerba, signif. hominem, qui ostendat animum inuictum, in aduersis tantum fretus diuino auxilio, quod significat. sol, cuius fauore se immortalem speret fore. Ruscellus in Insigni Georgij costæ.

1 PHOLIS sig. hominem, qui fruatur ijs, quæ suo sudore compararit, quód ea emittit muco rem circa se adeo, ut uisco videatur induta, & eo quasi cubili conquiescit. Valerianus fol. 215.

1 PHORCYS habens tres filias vno inuicem tantum oculo vtentes ad quas Perseus veniens Gorgonem auferens Medusam obtruncant, & eius capite Seriphios in lapides vertit, signif. uirum quendam nomine Phorcym imperasse insulę Cyreni, quæ est ad Herculis columnas habentem tres filias Shenonem Surialem, & Medusam, quibus pater moriēs reliquit quendam uirum prohum tutorem, & cum sorores haberent singulę Insulam, unaquęque uiebatuer tutore in procurandis suis rebus, & ille tutor erat tamquam earum oculus. Phorcys ueto ante mortem conflarat Mineruæ statuam auream quatuor cubitorum, quam Mineruam Cyrenei Gorgonem nocabant, Hanc statuam sorores noluerunt diuidi, sed alternatim ea fruebantur modo in hanc modo in illam insulam lætę transferentes: Perseus uero tunc exul & Græcus pirata cum de hac statua intellexisset cō armatus adijt, & Medusa quę nolnit statuam detegere, obtruncat. Stheno uero, & Euriale, uisa Medusæ morte statuam præbent, ille fracta statua & per socios diuisa sibi caput retinuit, & Thesauro factus insolens omnes insulanos adiens, & pecuniam petens, & occidens qui nollent obedire omnes in terrorem adegit unde &. Seriphij cum Perseus ad eos appulisset Seriphon oppidum relinquentes tā tum a Perseo lapides inuenti sun, ita quod soleret dicere Seriphios, se uiso, cum gorgonis capiate in lapides cōuersos. Palęphatus. v. Gorgonis & Medusa, & Perseus.

1 PHRIXVM & Hellem super arietem Helle spontum transmeasse Hellem incidisse, phrixū pellem arietis auream Aeræ regi prō filia in vxorem accipienda misisse, sign. phrixum non super arietem pōtum transmeasse, sed cum Athamas gręcorum exercitus in phrigia teneris, & haberet diuitiarum suarum procuratorem quendam nomine Arietem, cogitaretque phrixum interficere, Aries iuuenem monuit, qui parata statim naui vnā cum Ariete bene pecunia to, & cū Pelopis matre nomine Eoos idest aurora, ipsi ditissima cuius iter diuitias erat eius statua aurea, & Helle phrixi sorore, quæ cum

esset puella in naui mortua est. Phrixus cum ad Pharon uenisset e a loca coemit, & fabricauit,& Aetæ Regis Colchorum filiam in matrimonium petiit, eique dotis nomine auream illam Auroræ statuam dedit,& non arietis pellem Palephatus.

2 Phrixus equitans arietē vellere aureo præditū, sign. uel mulierem regentem maritum diuitem, sed stolidum uel seruum regentem Dominum,& quocunque uelit transferentem. Alciatus Embl. 189.

3 Phrixum per mare in Colchos super arietem velleris aurei nauigasse, ibique arietem Ioui imolasse, & pellem auream in templo fixisse apud quendam significat primo Phrixum auri gratia bellum Colchis intulisse, deinde Iasonē & argonautas, & reliquos Græcos idem, & eadem de causa sæpius factitasse: nam Græci Asiæ opibus sæpe inhiarunt.

1 PHILACTERIAM V. Mercurius centesimo nono.

1 PHINEES, qui ardore Diuini honoris occidit coeuntes publice, & amouit diuinam sententiam, quę in populum ob nephandas libidines parabatur,signifi. Sacerdotes ob Dei honorem debere sumere pœnas uel sanguine publice peccantium, & historia illius rei, signifi. nihil tantam uim in homines habere,quantam spurissima libido habere dignoscitur, quæ uiros armis inuictos in Dei honoris, & sui ipsorum dedecus ad perpetrandum scelus vel publice impellat. Gregorius Nissenus in uita Mosis.

1 PICA sig.loquacem uirum siue garrulum. Valer.f.166.

2 PICA Baccho sacra signific. propter uinum homines sæpe garrulos fieri. Valerianus folio 166.

3 Pica in portentis,sig.sermonem, ut ea quæ Ezelino in Feltrinos mouenti facta obuiam, & in eius humeros delapsa, sign. populum cui pluri mum in loquendo studium ad eius autoritatem se nullo negocio collaturum, quod euenit. Valer.f.166.

4 Pica sign.mendaces siue simulatores quòd a parte anteriore sit alba,& nigra a posteriore, primo enim affatu purum & sincerum amicum simulet, mox uel decipiat uel eludat. Valer.f.167.

5 Pica auis sacra Baccho, signific. illum primum triumphatorem, quòd liceret cuique conuicia ri trumphanti,sicuti pica regerit uitia, ut est in fabulis. Cartar.fol.427.

1 PICEA arbor sign.illum, qui decedit sine prole. Nam nullus a radice emittit stolones usque ad summum. Alciatus Embl.202.

1 PIGMEI quando hæc appellatio ponitur pro illa specie spirituū qui habent ut aiunt carnem & sanguinem, & uiuunt in cauernis montium ubi mineræ fodiuntur, & alio nomine vocana ne-therici a Philosophis onomi, a germanis pergman dele. Si cubi apparuerint, signific. popularibus, & vulgo miseriam, & paupertatem futurami. v. Paracelsum in tractatu de philosophia magna. Ego de hac re diligenter perscrutatus ab hominibus fide dignis inueni in anno 1585. plurimos horum spirituum ulsos, & familiariter collocutos fuisse cum incolis vallis Scalsij & ab incolis ipsos accepisse panem, & alia id genus ad nutrimentum apta comedisse, & lac ab armentorum uaccis suxisse, sæpe cum hominibus colloquutos sed sermone uel potius lingua, quæ non perciperetur ab incolis, & anno eodem totam vallem penè in ruinam aquarum diluvio euulsam.

1 PILA supra quam fortuna insidet, signific. fortunæ inconstantiam,quæ nullum in eodem statu manere permittat. Valer.f.337.

1 PIGNVS ut est 2.Corint.5. qui dedit nobis pignus Spiritus, signific.donum Spiritus Sancti, & ut est Exod. duodecimo ante solis occasum pignus restitue, significat confessionem peccati. Gouschelius lib. 6. Elocutio. sacr.scr.

2 PILAE tres sign. Tre orbis partes. Erizzus fo. 117.

3 Pilæ tres uel potius poma tria in manu Herculis, sign.tres egregias uirtutes illius, qui esset sine ira, sine auaritia, & sine cupiditate uenerea. Choulus. fol.151.

4 Pila quam uocant follem,in medijs aquis a uentis hinc inde exagitata, neque tamen unquam submersa, cum uerbis, inanes minæ, signific. hominem, qui ob propriam uirtutem semper inuictus aduersitatibus obsistat.
Io. Baptista Pittonus in insigni Cardinalis Ferrerij.

5 Pila uitrea siue Christallina superposita cuidam basi, & exposita soli habens post se materiam, ut ex radijs in ignem accendi possit, cum uerbis candor illæsus, significat hominem, qui demonstrat sui animi candorem non posse vllo modo ab iniquis offendi:candida enim non accenduntur ab radijs solaribus. Hieronym.Ruscellus in Insigni Clementis septimi.

6 Pila ærea quæ undique scateat flammis, cum verbis, & pressa tollitur, signific. hominem qui dæmonstrat suos æmulos, & insidiatores frustra sibi præcludere aditus ad honores apud principem suum, sed quo magis illi nituntur ipsum deprimere, eò altius sua uirtute tollitur. Vel sign.hominem, qui demonstrat se aliquando inter infinita negocia, quibus ueluti premitur tamen ab innato & proprio Genio ad poesim extolli. Camillus Camillius in Insigni Firmi Porri.
Pi la V. enigma.41.

1 PILATVS qui lauit sibi manus adiudicans Dominum Nostrum Iesum Christū,sig.prelatos, qui sub specie boni venditant Ecclesiæ bona tam temporalia quam Spiritualia.

Abbas

Abbas Ioachim. in Hierem. f. 9. v. Bestia quæ habet tres ordines dentium.

1 Pilatus lauans sibi manus ad iudicans Christum Dominum, ut Matth. 25. sig. populum gentilem qui a Iudæis suscipientibus in se crimen effusionis sanguinis Christi Domini ipse quotidie in confessionem fidei migrat, & in ea profi cit. Hilarius supra Matth. Cant. 33. & Laurentus i verbo abluere, Pilatus.o. fuit figuratus ab homine illo, qui emittebat hircum in desertum, & postea lauabat se, ut e. Leuit. 16. v. Ho noparatus mittere &c.

1 PILEVS apud græcos, sig. nobilitatem, Valer. fol. 293.

2 Pileatos pugnare solitos Castorem, & Pollacē, significillos indomitum animum habere aduersus Reges barbaros, & Tirannos, quod pileus, significat libertatem. Valerianus folio 293.

3 Pileus, & pugiones duo in numismatis Bruti, signific. patriæ libertatem occiso Cæsare a Bruto & Cassio pugionibus partam. Valerian. fol. 293.

4 Pileus apud Romanos, signific. sacerdotes flamines dictos, quasi pileamines. Valerianus fol. 294.

5 Pileata uiri Statua, sign. Hippocratemquem Athenienses solum vere nobilem existimarent, ut pote qui traheret cognationem ab Apolline, & Hercule, vel sign. illam partem, quæ est caput, in quo animus hominus princeps existit maxime tuendam,

Valer. f. 294.

6 Pileus quadratus quo potissimum utuntur sacerdotes nostri, sign. quatuor mundi partes, & po luni cœlu, quem sign. plica demissa, ut sig. cœli semper nos memores esse debere. Valer. fol. 294.

7 Pileus niger quo utebatur falacralis flamen qui erat Sacerdos Plutonis, sign. nigrum colorem deis inferis dedicatum. Valerianus lib. 40. f. 297.

8 Pilei squamosi in capite laruarum, quæ in sepulchro Laruibæ, & Atmeti Cæsij, sign. malitiam ignorantiam, & omnem animi peruersitatem. nam Squammę idem signific. cum de piscés, significent malignitatem perfidiam, & lasciuiam. Iulius Iacobonius in appendice de prisca Cæsiorum gente capitulo decimo quarto.

9 Pileus aureus qui erat extensus, & imponebatur summo Pontifici, sign. Christi D. regalem potestatē, siq dē caput Ecclesiæ est Saluator, & & pileus capitus impositi est signū principalis Imperij. Clemens Alexandrinus in stramatum lib. 5. f. 262.

10 Pileum capiti detrahere, sign. homines separatos, ut eius nomine, cui hunc exhibent honorem, libertatem deponant, quam sig. pileus, & & præterea se uelle caput suum quibusuis obijcere periculis.

Goropius in Hieroglyph. libro quinto fol. 79.

11 Pileus summi pontificis, sign. cœlum quòd esset in corona dissignatum, quòd ex Hyacinto, & in eo nomen Dei, & in lamina aurea propter splendorem quo diuinitas precipue gaudet. Ioseph. de antiq. lib. 3. cap. 11.

12 Pileus signific. libertatem, quòd pileo donabatur, qui manumittebatur. Cartarius folio 183.

13 Pileus in uertice hastæ, sig. populum uocatum ad libertatem, ut factum fuit post Cæsaris necem. Cartar. f. 183.

14 Pileus super duos pugiones, significat Tirannum occisum, & libertatem uindicatam. Cart. fol. 183.

15 Pileus sign. doctrinam, & multam scienciam, & ideo datur doctoribus, & magistris. Cartarius f. 185.

16 Pileus in capite serui uenalis, signif. emptorem non posse decipi, seruum emendo, qui non haberet ullum uitium. Cartar. folio centesimo octuagesimo quinto.

17 Pileus Pontificijs sign. dignitatem Pontificiam. Sebast. Erizzus. f. 101. cum sig. pietatem. Choulus f. 109. Iulius Cæsar.

18 Pileus sig. libertatem Erizzus. f. 647.

19 Pileus cum duobus pugionibus sig. libertatem Choulus. fo. 100. Brutus atque etiam sine pugionibus. Caligula. æne.

1 PILOS Iussos abradi ab leuitis toto corpore, sign. Veteres cogitationes amouendas. Valer. f. 229.

1 PINABELLVS dolo deijciens Bradamantem precipitem in specum, signifi. viles ac sceleſtos homines tentare dolo, & insidijs inimicos opprimere.

Ariosti Cant. 2. Clem. valuasorus.

2 Pinabellus qui olim Bradamantem deiecerat, ut perderet, casu in eam incidens trucidatur, sig. eum qui alteri nocet, aliquando debitas dare pœnas. Ariosti Cantu. 22. Clemens valuasorus.

1 Pinarij Herculis sacerdotes signific. homines no uæ legis, & dominici corporis tamquam Epulones, sicuti Potitij, signific. homines, qui ante Christi mortem fuere.

Goropius in vestumno. f. 95.

1 PINEA arbor, ad cuius radices exeunt duo Lauri, & circa stipitem pineæ sunt duo serpentes implicititos eo modo quo efficiunt caduceum: pinea habet suas nuces, & habet hæc uerba: modo inppiter adsit, significat hominem, qui optet Iouis fauorem, ut possit edere factus dignos Lauro. Quando & ipse Mercurius illi faueat, quem serpentes ad in star caducei sign. Io. Baptista Pittonus in Insigni Pignæ.

Pinea nux. v. Nux pinea. v. pinus.

1 PINGVEDO terræ, ros cœli in benedictione Isaac, significat Illa Panem uitæ, & iste, significat gratiam Spiritus sancti, quæ debebant Iacob quam Esau confirmare.

Franciscus Georgius problemate centesimo nonagesimo octauo.

1 PINNA cum paruulo Cancro sign. virum, qui se & sua negligenter curet, neque sine alterius ope & consilio suis rebus consulere posit, quòd pinna quando aperit conchas, ille cancellus quasi custos, & explorator inuigilat si pisciculi appropinquent conchis apertis, quos pisciculos cum uidet inter conchas, pungit pinnam, quæ statim claudit testas & capit pisciculos, quibus vescatur. Valerianus folio 202.

2 Pinna fætus suos ostentans, signific. eum qui ab ineunte ętate lasciuire inceperit, quòd conchulæ huiusmodi antequam excludantur e cōcha inter se coire dicuntur. Valerianus f. 202. & ideo concha ipsa est Veneri dedicata atque eam ex concha enitam fabulantur, vel in concha Cyprum Venerem deuectam, quod ex concharum cibo homines incitantur ad salacitatem. Valer. f. 202.

3 Pinna cum paruo Cancro, qui eam hiantem mordeat, quando pisciculi sunt inter testas, sig. indigentem ope alterius, pinna enim nisi pungatur a Cancro, non claudit Crustas quibus capiat pisciculos pro esca. Sambucus folio 163.

1 PINVS arbor sign. fraudem, quòd sit arbor alta, recta, semper virens, & uisu pulcra, sed cū periculo quis sub ea quiescit, vel transit, quòd fructus maturi decidentes hominem occidant vel male tractent. Cartarius tractatu de fraude.

2 Pinus sign. mortem sicuti & cupressus, quòd scilicet, & ipsa Pinus si incidatur, nusquam repullulet. Valer. f. 381.

3 vt Pinum aliquem exterere, sign. aliquem adeo affligere, ut nunquam se eleuare posit, quòd pinus semel excrita nunquam repullulet. Vale. f. 381.

4 Pinus, sign. Isthmia quæ in Melicertæ memoriā fiebāt, quòd victores in Isthmijs coronarent & pinu & apio quæ ambæ sunt funestæ. Valer. f. 381.

5 Pinus, sign. naturam, quòd femina a primo illo diuino Cælestique priuilegio accepta custodia, & partus suos ueluti quadam annorum uice & ordine referat, neque nisi ni coloris admota excludat. Valer. f. 381.

6 Pinus sig. Deam cibelem, ut pote quæ haberetur rerum omnium mater fructi, & natura. Valeri. f. 381.

7 Pinea nux significat apud Sicyonios Aesculapium Deum, quod Aesculapius sculptus sit cum sceptro, & nuce pinea in manu. Valerianus fol. 381.

8 Pinum succendi, ut est Isai. 44. signif. per scientiam naturalem superbiendo ad contentionem uerborum uenire. Laurentius in uerbo accendere.

9 Pinum Cybele Deæ Sacram esse, significat terram in gremio suo semina condu cere, & custodire, eo quod nux pinea significat uitam occultam, & conclusam. v. nux pinea. v. Thyrsus. 1. V. Cybele. Goropius in Hieroglyph. lib. 7. fol. 104.

10 Pinus cum uerbis, quid in pelago? sign. hominem, qui ostēdat, se si maiorem appetat uel subeat dignitatem timere ne maioribus afflictetur molestijs: nam si in mediocri magistratu quis positus mediocri afficit fastidio in maiori dignitate locatus molestiori quoque afficietur cura. pinus enim licet sit apta mari, tamen in eo magis quatitur & sępius quam in terra. Hieronymus Ruscellus in Insigni Francisci Maccafciolę.

1 PIRITOVS occisus ab Cerbero dum uellet Proserpinam rapere, sign. uirum lasciuis voluptatibus immersum non amplius emergerę. Carta. fol. 282.

1 PIRPHORVS erat sacerdos ferens ante exercitum apud Grecos ramos, & coronas Laureas, quæ sign. uictoriam, & nephas erat iure belli Sacerdotem illum violari uel ab hostibus Farra sept. f. 245.

1 PIRVS iuxta illud Beati Cirilli. Hęc quoque præibit nouitas inaudita, quia numularij supremę tabulæ congregabuntur in piro frondosa turrita, & aspera Tiberi irrigata, sign. Perusium in cuius agro antipapa Germanus, qui erit Antichristus mistus, peribit in conflictu, Theolosphorus fol. 19. & Abbas Ioachim in Cirillum cap. 6. & super Hieremiæ dictum: Succendam ignem in saltu eius.

2 In Pirorum cacumine sonitum clamoris gradi, ut est 2. Reg. 5. sign. Christi D. prædicationem supra celsitudinem Sanctorum. Glos. Ord. in 2. Reg. 5.

1 PISCATIO prima quam fecit D. Petrus, & scissum fuit rethe, sign. multos ante uictoriam tentationis ingredientes in retho fidei, sed tandem scisso rethe egredi rursus in mundi mare. Sed Piscatio secunda quæ facta fuit in verbo D. significat eos non egressuros de corpore Ecclesię & de sinu D. qui in uerbo illius firmati sunt. Ioachim Apocalip. f. 90.

1 PISCATORES iuxta illud Hieremię, mittam, vos piscatores meos & piscabuntur uos sign. Apostolos. Remig. in D. Matth. 4.

2 Piscatores, ut est illud Hierem. 16. Ecce ego mittam piscatores, & piscabuntur eos, & post hæc mittam multos uenatores, & uenabuntur eos, & piscatores, sign. prædicatores, qui erant insequendi in initio tertij status, & fuerunt ordo Diui Dominici, Venatores uero, signific. ordinem minorum. piscatores uero secundum Abbatem Ioachim sunt piscaturi in mari Christianorum, sicuti Venatores sunt uenaturi in mari infidelium, quod ad oculum videmus euenire, ut Fratres Dominici prædicent in Repub. Christiana, Fratres vero D. Frācisci etiam ad infideles, ut plurimum proficiscantur. Abbas Ioachim in Hieremiam folio tertio decimo.

3 Piscator torpedinem in hamo capiens significat periculum in promptu esse. Vide Torpedo,

Sambucus f.68.

4 Piscatores retia, ut est lucæ. 5. signif. prædicatores qui doctrinam suam bonis operibus illustrare procurant. Glossa ordin. in lucæ. & Lau retus in uerbo abluere.

1 PISCINA Chesbon, cui oculi unicæ columbæ Salomonis assimilantur, signific. aquas de quibus in Genes. primo dicitur producant aquæ serpituram animæ uiuentis, quæ aquæ sign. rationes ideales, & ideo illa piscina dicitur Chesbon, quæ interpretatur cogitationis; nã Ideæ sunt excogitatæ rationes rerum producendarum, quæ omnes erant in uerbo, quod uerbum ab Hebræis dicitur Bet vel bait, quod signific. domum receptiuam omnium rerum producendarum ad extra, quæ res in eo quod sunt in uerbo unum sunt & habent idem esse, ad extra uero productæ multæ sunt, quæ dicuntur esse in porta filiæ multitudinis, & sunt in porta dum existunt in mente diuina breui producendæ.
Franciscus Georgius problemate 42. tom. quinto.

2 Piscina siue lauacrum apud altare poni solitum ubi lauantur manus a Sacerdotibus sig. Christi Domini misericordiam, per quam in baptismo, & pœnitentia a sordibus peccatorum diluimur. Gulielmus Dur. ad lib. 1. cap. 1. Ration.

3 Piscinas aquarum extruere, ut est Eccles. 2. sign. voluptates sibi parare. Laurectus in uerbo ędificare.

4 Piscina uetus, ut est Isai. 22. signific. legem, & signific. uetus mandatum. Diuus Hieroni. Isa. 22.

1 PISCIVM bertas & affluentia sig. futuram re pentinam mortalitatem: nam ista solet ex abundantia terrao ue fertilitate initium sumere, cuncta uelut estas ex arboribus flores copiosissime pelle... Paracelsum. lib. de præsagijs f. 21.

2 Pisces argentei quos Syri asseruabant in templo, signi... noriam cuiusdam piscis, qui seruauit Phace... filiam Veneris, quæ ceciderat in stagno Bor... Germanius in Arato capite de pisce ...

3 Piscis anni... gerens cum titulo inuitum fortuna fo... Symbolum deductum ab Historia Polycr... Samiorũ Tyranni de quo Strabo, signif. blandimenta fortunæ non esse constantia, & durabilia.
Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis. fol. 84.

4 Pisces uarij quos Alcina ad suum litus trahebat significat homines cuius uis gradus. & conditionis uitium sequi. Ariosti cantu 6. Clemens. Valuasorus.

5 Piscis natans in aquis, signific. quartum gradum Leonis, & hominem, qui prudens & astutus erit, quem efficiant magnates. Astrolab. plan. Ioannis Angeli.

6 Piscis pars postrema, signif. trigesimum gradum Capricorni & hominem, qui erit imperfectus.

7 Piscis magnus sine aquis sign. vigesimum nonũ gradum piscium, & hominem, qui erit instabilis.

8 Piscis sine squammis, & pinnis, qui semper in alto habitare solet, & nunquam ad aquarum superficiem, & ad aera ascendit, signific. medicos oratores aduocatos dialecticos, & artifices omnes, qui non ad salutem iustitiam & mores spectant sed lucro tantum inhiant. Valeria. fol. 410. isti pisces sunt prophani, & a Sacris repelluntur.

9 Piscis qui flexluagus latet in alto amne, sig. fidẽ esse rerum non apparentium. Sambucus fol. 230.

10 Pisces qui sunt sine pinnis, & sine squammis ut est Leuit 11. sign. baptizatos, qui carent uirtutum operibus mollesque sunt ad libidinem, & Deo abominabiles. Glosa. Ordinaria supra. Leuitico undecimo & Lauretus in uerbo abominari.

11 Piscium copiosa multitudo, ut est Lucæ cap. 5. sign. multitudinem uenientium ad fidem. Riccard. de S. Vict. de arca mistier. 15. et Lauretus in uerbo abundere.

12 Piscis marinus, signific. uirum detestabilem, & odiosum. Erizzus. folio 229. significat uirum alienum a Musis, signific. omne genus malitiæ, significat uirum lacuum, & perditum.

13 Pisces signum in Zodiaco, est extremun in eo & significat pedes in homine, significat solem non tantum aereis, & terestribus animalibus sed & aqueis uitam præstare, & significat deificam uitam & influxum, quem sol signifi. descendere a capite domini usque ad pedes per singula membra, sicuti sol percurrit ab ariete ad pisces per singula signa quam ipsam rem, signific. unguentum descendere a capite Aaron in barbam, & a barba usque ad fimbriam uestimenti, & hoc signific. quoque quod D.N.I. in extremis pisces comedit ad mortem ascensurus. Georgius Venetus Armon. fol. 112.

14 Pisces lymiræ apud Lytio in Apollinis fonte, & apud Medos in lacu apud N. ptuni aquas, Si a consulentibus euocarentur ad auditum ueniebant, ut si obiectas carnes diriperent, & pascerentur, signific. rem de qua consulebantur feliciter eueuturam, & auspicium præsens fore. Si vero caudis abegissent carnes, aut aspernati cibum aufugissent, signifi. luctus graues, & dira, ac pestifera auguria fore. Alexander ab Alex. lib. 1. cap. 29.

15 Piscium magnam quantitatem ab undis marinis apud hostiam in sicco destitutam, & ex vndatione Padi fluminis cum terra esset exsiccata uiperarum maximam copiam exortam esse, anno ab urbe condita 710. ante Christum Dominum 42. fig. ciuilia bella, quæ postea inter Octauianum, & Antonium sunt excitata.
Iulius Obseque prodig. 128.

16 Piſces capere, ut eſt Iſa.59.ſign.aliquos trahi in hæreticorum dolos & errores. Lauretus in uerbo accipere.

17 Piſces adhærere ſquamis draconis, ut eſt Ezech. 29. ſign. homines ſequentes hereticorum errores. Lauret. in uerbo adhærere.

18 Piſces apud Pythagoreos ſign. hominem innocentem, vnde illud Piſces ne guſtato, quòd ſig. innocentes ne læditó, quod piſcis ſit animal, quod natura non lędat hominem. Ex quo illud: piſcis dignus eſt Gallo candido, quod ſig. hominem innocentem dignum eſſe qui Deo addicatur. Paulus Scaliger lib. 4. Epiſtemonis.

19 Piſces non admitti in ſacris, ſign. in Merchaua, ſiue in curia ſupramundana non eſſe cui reſpõdeat piſcis, & ideò ex eo non poſſe fieri gratũ Deo, ſed tantum ut Abraham perhibet ex homine auibus leonibus & bobus. quæ quatuor animalia ſunt reges omnium animalium. Homo rationabilium. Aquila auium. Leo ferarum. Bos cicurum. F.G. pagina. 265. tomo ſecundo.

20 a Piſcibus abſtinendum ſecundum ſymbolum Pithagoræ ſign. non turbandos eſſe qui eſſent ſimiles diſciplinæ Pithagoreæ, piſces enim ſilentium ſeruant, ut Pithagorei ſolebant. Vel ſign. abſtinendum ab eis, qui nutriuntur elemento aquæ homini infenſo, uel potius ſign. non moleſtandum animal nuſquam homini infenſum. F.G.p.455.t.5.

21 Piſcis aſſi pars quam Apoſtoli obtulerunt Chriſto Domino cum fauo mellis, ſignific. corpus Chriſti Domini, qui fuit pro nobis in ara crucis aſſatus, ut impleret figuram agni paſchalis, qui aſſatus comedebatur. Fauus uero mellis, ſign. ſanguinem Chriſti Domini, qui ſuper mel & fauum debet eſſe dulcis faucibus animæ diligentis. Aemarus Heenequinæus lib. de cerem. 36.

22 Piſces boni, ut eſt Matth. 13. ſig. homines iuſtos Orig. Matth. cap. 13.

23 Piſcibus marinis non tamen omnibus, ſed omnes ſacerdotes Oxyrinchitas abſtinere, ſig. eos vereri ne piſces eſſent immundi ſi forte tetigiſſent hamum, qui piſcem Oxyrinchum attigiſſet, quem piſcem ipſi colebant. idem faciebant Sienytæ cum piſce Phagro, qui reſtagnationes & incrementa Nili prænunciare exiſtimabatur. Cælius Calcagninus de rebus Aegyptiacis.

24 Piſcem aſſum a ſacerdotibus Aegyptiis apponi ſolitum pro foribus Templi a reliquis ægyptiis comedendum nona primi menſis die, quem tamen non guſtant ipſi ſacerdotes, ſed in limine adurunt, ſignif. piſcem non eſſe obſonium neceſſarium, nec adeo cura dignum. Calcagninus ut ſupra.

25 Piſces in ſacerdotum imperia redigi, ſign. peccatores criminum labe conſperſos per ſacerdotes mundari. Iulius Iacobonius in appendice de priſca Cæſiorum gente. cap. 14.

26 Piſces non ſquammoſos, & non habentes pennulas, haberi inter immundos, ſign. eos qui nõ eleuantur ad cœleſtia, ſed tantum inter terrena degunt, nam eiuſmodi piſces non eleuantur ad aquas claras, ſed volutantur in cœno. F.G.p.66.

27 Piſces qui creati ſunt in quinto die, & qui ſunt a lege permiſſi ſignif. clericos qui licet inter ſeculares homines, ac ſi inter fluctus maris corporaliter manent; mente tamen & animo ad ſuperiora ſuſpirant. Ioachim fol. 68. conc. cap. decimo ſeptimo.

28 Piſces maris a lege permiſſi, ſig. illos conuentus monachorum intra mœnia ciuitatum poſitos ut pote mundanis fluctibus aſſuetis. Ioachim folio ſeptuageſimo primo conc. capitulo viceſimo tertio.

29 Piſces maris creati in quinto diæ, & permiſſi a lege ſignif. Iudæos aliquos in quinta ætate quę incepit a tranſmigratione uſque ad Chriſtum Dominum noſtrum, fuiſſe manſuros inter gẽtes, inter quas orti ſunt aliqui, qui uelut aues cœli aſcenderunt in montana Iudeæ, ad iterum poſſidendum ſacra ſua. Ioach. f. 72. concord. cap. 28.

30 Piſces centum quinquaginta tres, quos in tempure paſchæ cœpit Diuus Petrus in ultima ſua piſcatione, ſignificant centum quinquaginta tres generationes, quæ futuræ ſunt ab Adam uſque ad conſummationem ſeculi, & tres illę ſupra tres quinquagenarios ſignif. ſanctiſſimam Trinitatem. Ioach. pſalt. fol. 276.

31 Piſcis ſign. prophanum & abominabile., quod piſces alter alteri graſſatur cibi cauſa, & quod ſit nullius ferè nutrimenti, & facile computreſcat. Vnde prouerb.

32 Piſcis repoſitus, prouerbialiter ſign. hominem ſordidum, quòd, ut dictum, piſcis facile putreſcat. Val. f. 218.

33 Piſcis pinnatus ſignifi. hominem, qui in vitæ noſtræ mari, in cuius fluctibus mortales aſſidue uolutantur, ad ſuperiora facile ſuſtollitur, neque in profundum lutoſum deuoluitur. nam piſces qui habent pinna, facile etiam ſupra aquas exiliunt, ſed pinnis carentes nunquam, uel cum difficultate a limoſo fundo recedunt, ſic homo qui ſemper immergitur in terrenis negotiis, neque mentem ad ſydera tollit, caret pinnis, & eſt ſimilis piſcibus lubricis & leuibus ut anguilla, ut Rhombi, quę ſemper in luto uerſantur. Valerianus folio ducenteſimo decimo octauo.

34 Piſcis ſquammoſus ſign. hominem paratum, vt inquit Diuus Paulus veterem Adam deponere & Chriſtum induere, & ideo hunc ſicut pinnatum Hebræi comedunt, prohibitum eſt illis comedere piſcem, qui non habeat pinnas uel ſquammam. quod ſign. Hebræos non debere commercium habere cum ijs, qui non eleuent mentem ad Deum, neque cum iis, qui non ſint parati exuere veterem hominem, & induere nouum. Valer. f. 218.

35 Piſces, qui proſiliit ad pedes Auguſti in littore Sicilienſi ſig. Auguſtum fore victorem, & Do-

minum

minum illius maris. Valer.f.219.

36 Pisces sign. Silentium, quod pisces sint omnes muti paucis exceptis. Valer.f.219

37 In Pisces conuersi loquaces, & arcana detegentes apud poetas sign. illos daturos pœnas per supplicia contraria loquacitati videlicet per silentium. Valer.f.219

38 Piscis sig. odium, quod in mari nasceretur, & viueret, quod mare ægyptii existimabant humanæ naturæ alienissimum atque inimicissimum Val.fol.219

39 in Pisces homines, qui Nosolam, vel Nosoram adibant a Nereide conuersos, sign. veneris ardorem fusum non nisi ad frigidam piscium naturam euadere, Valer. folio 221. v. Venus 37.

40 Piscis sign. hominem a musis, & gratijs alienum quòd pisces soli prorsus indociles, & stupidi sunt, paucis admodum exceptis. Valer.f.221.

41 Piscis, signi. Epulas delicatiores: sicuti porrus, & Cepe sign. frugalitatem. Valer.f.222

42 Piscis sign. ganeam. non tantum quod auidius a lurconibus expetatur, sed quòd & ipse sit vorax. Val.f.223

43 Pisces sign. animas, quòd e puriore quodam elemento, & quod primi animalorum creati, vel quod sint quodammodo animalia, & non animalia, vel quasi mobilia inanimata. Valer. fol.222

44 Pisces signif. hominem innocentem, quod non egrediantur elementum suum ad alijs insidias faciendas. Val.f.222

45 a Piscium esu abstinendum iuxta Pythagoram, sign. innocentes non esse molestandos. Valer. fol.222

46 pisces maris sign. Demones, qui inter vitæ nostræ fluctuationes versantur, & in amara pranorum salsugine vitam ducunt. Valer.f.223

47 pisces apud Euangelicos sig. gentes, quæ nondum suscepissent diuinū cultum, quod essent cultui demonum antea addictæ, quos demones sign. pisces. Val.f.223; iuxta illud: simile est regnum Cælorum sagenæ missæ in mari. ubi mare sig. vitam. & pisces gentes.

48 Piscis vsus quem comedit D. N. I. post resurrectionem, sig. fidem caritatis igne probatam, & sancto ferventem Spiritu esse offerendam. Valer.f.233.

49 Piscis squammæ sign. ignorantiam, quod piscis squammosus sign. hominem, qui possit deponere Adam veterem idest ignorantiam vitæ veræ, quæ ignorantia debet excuti scientia veritatis Dominicæ, vt accidit D. paulo, cui habita scientia veritatis ab Anania, ceciderunt ab oculis squammæ. Valer.f.222

50 piscis sign. aquam, sicuti Columba sign. aerem. Valer.f.225

51 Pisces culti a Syrijs sig. Facelitidem Deam filiam Veneris quam in piscem commutatam dicūt, & ideo illis sunt sacri, sicuti columbæ eadem de causa. Valer.f.223

52 Piscis oxyrinchites cultus ab oxyrinchitis signifi. Deam ab illis populis sub pisce illo cultam, & ideo occidebant canes, & comedebant in ignominiam Cynopolitarum, qui comederent piscem oxyrinchum. ab illis pro Deo habitum. Valer.f.223

53 piscem a capite primum putere prouerb. signif. quando initium alicuius mali ordiitur a Principe, vel reipub. vel familiæ priuatæ. Valer. folio 225.

54 In Piscium signo si coierint planetæ sig. diluuiū futurum. Aristoteles in libro de elementorum proprietatibus, & Rhodig. lib. primo capitu. 20.

1 PIX de qua Daniel cap. 3. sig. luxuriam. Bartolomeus Pisanus in conformita D. Frācisci lib. 1. fructu secundo.

2 Pix ardens, vt est Isai. 33. signifi. pœnas inferni. idem sign. stagnum ignis ardentis, vt est Apocal. 19. 21. Hios. Glos. ordin. apoc. 19

3 Pixis nautica, vel versoria, cum verbis, aspicit vnam, signif. hominem constanter mulierem vnam dumtaxat amantem, sicuti magnes vnam stellam tātummodo expetere videtur. Bartholamæus Tegius lib. 2. de arte fabr. insignia. vel

4 Pixis Nautica, vel versoria cum verbis Hispanis Nunca otra, idest, nunquam aliam, sign. hominem, vt supra constanter mulierem vnam dumtaxat amantem, vel sign. hominem, qui ad vnū solum negocium habeat animum suum directū. Hieronymus Ruscellus in insigni D. Garziæ, de Toledo pro regis Cataloniæ.

5 Pixis nautica, quæ habet vnam stellam supra se, cum verbo inocciduam, sig. hominem, qui ostendat habere animum intentum in illas virtutes, quæ sunt propriæ Christiani, idest, Theologales sed præcipue in charitatem, quæ neque in hoc seculo, neque in futuro deficit, vt est illud charitas nunquam excidit. Camillus Camillius in insigni Bernardini Baldini.

6 PLACENTAS spinas, & Lagana Deo offerri iussa fuisse, signi. sacrificium panis, et vini in quo conclusa sunt omnia sacrificia, constare ex plurimus granis, & acinis ex quibus fit vnus panis, & vnum vinum sign. vnum corpus ex pluribus mēbris, licet diuersis; ita placentæ spiræ lagana, & similia erant panis sub diuersa figura. F.6.P.191.t.2.

7 Placentas spiras, & c. aliquando linitas aliquādo oleo subactas oblatas Deo. sign. Deum distribuere dona diuinitatis suæ nonnullis tantum misericordia linita, nonnullis etiam ad penetralia delibuta, & peruncta. nam oleum. sig. & misericordiam, & diuinitatem. F.G.p.162.t.2

1 PLAGAM alicui casu accidere, vt est 1. Reg. 6. sign. hominem, qui videbatūr mortuus peccatis, rursus in vitia redire. Lauretus in verbo accidere.

1 PLANCTVS magnus faciendus iuxta illud Zachar. 12. sign, planctum quem facit quotannis Ecclesia in memoriam passionis Christi D. N. Et non planctū quem fecit populus Iudæus pro Iosia rege, vt somniant Iudæi. F.G.P.214. to. 3. nō enim dixisset Propheta in die illa erit planctus, cum Iosias ante illam prophetiam

Tertia 591.die 271.in triplicitate ignea.12.grad. Sagittarij.

Aquea Quarta 830. die 20.in triplicit. terrea. 18. grad. Capricorni.

Quinta 1068.die 135.in triplicit. aerea 24.grad. Aquarij.

Sexta 1.die 250. in triplicitate aquea. 29. grad. Piscium.

Septima 1546.die. in triplicitate terrea 5. grad. Tauri.

Ignea Octaua 1783. die 115.in triplicit. aerea. 11. grad. Geminorum.

Nona 2011.die 239. in triplicit. aquea 13. grad. Cancri.

Decima 2259. die 324. in triplicitate Ignea 21. grad. Leonis.

Vndecima 2498.die 75.in triplicitate. terrea 28. grad. Virginis.

Duodecima 2736. die 189. in triplicit. aquea 3. grad. Scorpionis.

Aerea Tertiadecima 2974. die 305.in triplicit. ignea 9.grad. Sagittarij.

Quartadecima 3213. die 54.in triplicitate terrea 15.grad. Capricorni.

Quintadecima. 3451. die 169. in tripl. aerea 30. grad. Aquarij.

Sextadecima 3689. die 184. in tripl. aquea 26. grad. piscium.

Decima septima 3928.die 34.in triplicit. terrea. 2. grad. Tauri.

Ignea. Decima octaua. 4166.die 149.in trip. aerea. 7.grad. Geminorum.

Decima nona 4404.die 264.in trip. aquea 13.grad. Cancri.

Vigesima prima. 4881.die 229.in trip. terrea 24. grad. Virginis.

Vigesima secunda. 5119. die. 243. in tripl. aerea, 30.grad. Libræ.

Vigesima tertia. 5357. die 359.in triplicit. Ignea. 6.grad. Sagittarij.

Et hæc fuit anno Christi D. 14. die 359.

Vigesima quarta. a Christo. 213. die 212.in triplicitate terrea. in 5. grad. Virginis.

Vigesima quinta. 451.die 327.in tripl. aerea. 11. grad. Libræ.

Vigesima sexta. 690. die. 77. in tripl. aquea 16. grad. Scorp.

Vigesima septima. 928.die 192.in trip. ignea. 21, grad. Sagittarij.

Vigesima octaua. 1032.die. in triplic. terrea. grad. Virginis.

Vigesima nona. 1166.die 306.in trip. terrea. 27. grad. Capricorni.

Trigesima. 1404.die 57.in tripl. aquea. 20. grad. Piscium.

Trigesima prima. 1642.die 172.in tripl. ignea. 8. grad. Tauri.

Trigesima tertia. 2129.die 37. in tripl. aerea. 19. grad Geminorum.

Trigesima quarta. 2357. die 132.in tripl. aquea. 24.grad. Cancri.

Trigesima quinta. 2595. die 267.in tripl. Ignea. 30.grad. Leonis.

Trigesima sexta. 2834.die. 17.in trip. terrea. 5.grad. Virginis.

Trigesima septima 3077.die, 132.in trip. aerea. 11. grad. Libræ.

Supradictæ sunt coniunctiones maiores. Aliacus cap. 33. partis 3.

1 PLANTAM quam non plantauit Deus eradicari, sign. omnia, quæ non habent certam Ideam in Archetipo non posse permanere. Farra f.48.

2 Plantæ omnes in genere sign. Totum in armonica mundi concordia, eo quod sint aereæ, licet unaquæque earum species signif. aliquem planetarum. Georgius Venetus armon. fol.76.

3 Plantæ sign. illos qui die ac noctu tantummodo nutritioni dediti torpent; Georg. Venet. arm. f. 108.

4 Plantarum prouentum & utilitatem si quis scire cupiat, facta cœli figura, inspiciat domum ascendentis & eius Dominum, & Lunam & eius Dominum. Qui si fuerint fortunati, sign. magnam utilitatem futuram, sin vero fuerint infortunati, sign. malum prouentum. Si fuerit infortunati, sign. malum prouentum. si fuerint pares, sign. mediocrem prouentum. Hal. part. 1. cap. 37. Tu tamen aduerte quod

5 Planetæ mundi Archetipi qui dicuntur dimensiones, siue Sephirod, & infundunt influxus in septem angelos, qui septem angeli infundunt in septem planetas cœlestes, unde in hæc inferiora proueniunt uirtutes, sunt Tipheret, quæ præest Soli, Malchut Lunæ, Geburah Marti, Iesod Mercurio. Gedulah Ioui. Netach Veneri. Hod Saturno, & unusquisque horum regit mundum per horam. Et influit in suum planetam inferiorem. Archangelus Burgonouensis in 18. conclus. Cabalist. Pici.

1 PLANIS duobus sufficere unum medium apud Platonem, sign. inter duas formas unum medium, scilicet formale sufficere. Formæ enim cum formis deinceps, ubi per extrema sui sese contingunt, uno quodam formali medio congruunt, utrinque partim quidem conuenientia, partim etiam differentia. Ficinus in 26. compendij Timæi.

1 PLASTES, qui conculcat humum, ut est Isai. 41. sig. Christum Dominum, qui subigit sibi superbum mundi. Diuus Hieronymus in Isai. 41.

1 PLATANVS sub qua Phędrus & Socrates disputarunt, significat Platonem. Ficinus in Phędro.

2 Platanus arbor casta, sign. amoris Platonici & Socratici castitatem. Ficin. in Phędro.

3 Platanus, ut est illud Eccles. 24. quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis, sign. beatissimam Virginem matrem. Titus Prosper Martinengius in Theotocodia capitulo vigesimo primo.

4 Platanus ut est Genes. 30. sign. ubertatem fructus spiritualis. Diuus Ambrosius 2. de Iacob. 4.

5 Platanus, ut est Ezech. 31. signifi. angelos & humiles in paradiso. Diuus Gregorius 32. moral. 24.

6 Platanus arbor posita secus decursus aquarum, cuius uerbis & folium eius non defluet, signif. hominem qui delectatus coelesti doctrina tandem sitiens bibat de aqua illa saliente in uitam æternam. Iacobus Tramontana in funerali Margaritæ Austriæ.

7 apud Platonem cœnantes se bene habituros in crastinum, ut dixit Timotheus Cononis filius sign. apud eum philosophum cenas fieri frugales magis quam opiparas. Athenæus libro decimo cap. 3.

8 Platonem dici Diuinum, & Aristotelem Dæmonem, sign. Platonem nauasse operam naturæ incorruptæ meliorum substantiarum, quæ immutabilis constans, continua, semper eadem quæ non penetrabili cogitatione percipitur, uerum mentis acie uidetur, & quæ vocatur scientia diuina, quia de diuinis tractat & diuinitus eam homines edocentur. Aristotilem uero dici Dæmonem, sign. eum fuisse secutum alteram rerum naturam, quæ est sensibilis, & de qua est opinabilis ratio, quæ dicitur Dæmoniaca, quòd de terrenis est, & quia suggesta est ab iis inferioribus intelligentiis quæ uocantur uel lares, uel genij, uel Dæmones, qui continentur infra Lunarem orbem circa rerum terrenarum intelligentiam uersantes. Georg. Venetus. arm. f. 37.

9 Plato curru triumphans sign. uiro docto debitū honorem habendum. Costalius Pegmate quinquagesimo septimo.

10 Platonem dixisse in politico, cum mundus occeperit ab occiduis partibus exoriri & in cardinem vergi, qui orientis est Solis, rursus erupturos homines telluris e gremio, senes canos decrepitos, & cum anni cœperint accedere lōgiores, per eosdem gradus, quibus hodie cresci tur, ad incunabula infantiæ desituros, signific. mortuorū hominum futuram resurrectionē. Arnobius lib. 2.

11 Platonis philosophiam complecti doctrinam Heraclyteorum, Pythagoreorum, & Socraticorum, sign. totam philosophiam agere, vel de rebus sensibilibus vel intellectualibus, vel ciuilibus. Petrus Bongus cap. de ternario folio 100.

13 Platonem de tribus Deis quos Socrates posuit ad imitationem Pythagoræ, eo modo scripsisse, vt inter manifestum, atque occultum sententiam suam cælauerit, sign. bonum per se vestigari nullatenus posse. Nam nubes & caligo in circuitu Dei, & tenebras posuit latibulum suū, ut est psal. 96. 17. Petrus Bongus cap. de Ternar. f. 115.

1 PLAVSTRVM attractum a leone & apro super quo sit victoria & ante Plaustrum Hercules nodus cum claua super humeros, sign. eum qui haberet virtutes & animi & corporis simul iunctas. Erizzus. f. 330.

2 Plaustri ligna concidere vt est 1. Reg. 6. sign. declarare sacram scripturam & proponere exempla sanctorum, vel sign. adducere infideles ad fidem, & idem sign. ramos cedere de arboribus, ut est Matth. 21.

3 Plaustrum onustum fœno, vt est Amos. 2. sign. vindictæ diuinæ grauitatem, propter peccata igne comburenda. Diuus Hieronymus, Amos 2.

4 Plaustrum nouum, in quo lata fuit arca Dei a Dauid cum quinque variis instrumentis musicis. & antequam ipse saltabat, signific. crucem Christi Domini. quinque instrumenta musica sig. quinque vulnera Christi, quæ ipse tulit in cruce, Micol vxor Dauid deridens maritum, & ob id facta sterilis, signifi. synagogam deridentem Christum Dominum Oza qui interfectus fuit cum vellet sustinere arcam ne caderet sig. hæresiarchas nimis temerarios in Ecclesia, Oza enim interpretatur arrogans & temerarius, & Abinadab pater Ozæ interpretatur filius patris nobilis, ut sign. hæreticos esse filios parentum nobilium, utpote Apostolorum, sed uocari ozam, idest temerarios, cum uelint interpretari scripturam, cum id intersit Apostolorum & patrum. Raphael Aquilinus tractatu 2. fol. 99.

1 PLECTRVM secundum aliquos sign. polium, vel aerem, qui omnia pulsat, & mouet ad naturam, & augmentum, aut qui omnia implet. vel secundum Cleanthem philosophum, sign. Solem qui in Oriente iubar fulciens mundum veluti pulsans in concinnum aptumque cursum lucem deducit. Clemens Alexand. in Stromat. lib. 5. f. 265.

PLEIADES apud Proclum in Commentariis quos scripsit in Hesiodi opera & dies, sig. planetarum animas siue intelligentias. Nam Cæleno sign. animam Saturni, Sterope Iouis, Merope Martis, Electra Solis, Alcione Veneris, Maia Mercurij, & Taigete Lunæ. Natalis Comes lib. 4. cap. 7. Mytholog.

2 Pleiadas esse filias Athlantis sign. post cœli, sine Axis ortum, stellas natas apparuisse. Natalis vt supra.

1 PLINIVS qui nimia curiositate ab cinere & igne vesuuij montis sit oppressus, signific. unumquemque suis curis tabescere. Sambucus fo. 159.

1 PLVMBVM sign. id quod clauus, firmitatem scilicet & stabilimentum quòd co Statuæ, & alia id genus plumbo firmentur, & ipsius ponderositas tantum adhibita mouendi operis difficultatem ferat. Valer. fol. 360.

2 Plumbum significat hebetudinem, quòd qui ingenio est acuto, mentem habet agitabilem quod est contrarium plumbo, ex quo dicimus Ingenium plumbeum, idest nudū & obtusum ad intelligendum. Vnde & gladius plumbeus. Valer. f. 360.

3 Plumbum signifi. iniquitatem iuxta illud Zachariæ, qui uidit iniquitatem sedere super plumbi talentum. Valer. f. 360.

4 Plumbi lamina rotanda concaua aqua plena, ad

radios

radios sideris exposita. signifi. Artephij octauum experimentum per quòd videtur species rei interrogatæ. Leo Suauius in Scholijs Paracelsi f.312.

5 Plumbum v. Aloanot. 1. plumbum vstum v. alombari 1.

6 Plumbum v. Alhenot. 1.

7 Plumbum, ut est Zachar. 5. & ecce talentum plumbi portabatur. sign. peccati grauitatem, vel suppliciorum. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacrar. Scrip.

1 PLVTONI addictus canis Cerberus cum tribus capitibus. sign. Plutonem habere potestatem aliquam in cœlo, & in aquis, & in terra, Cartar. f. 273.

2 Plutonem esse Regem infernorum. sig. illi obtigisse regnum in occidentali parte orbis. sicuti Ioui obtigit iu Oriente suum Regnum, vnde dictus est regnasse in cœlo, & Neptunus in mari, quòd illi obtigissent Insulæ. Cartarius f. 237.

3 Plutonem dici regem mortuorum. sign. illum fuisse primum, qui pompam funeralem, & exequias inuenerit. Cartar. f. 276.

4 Plutonem coronari cupresso. signifi. mortuos non amplius reuiuiscere, quòd cupressus semel incisa non amplius pullulascit, Cartar. f. 284.

5 Plutonē coronari Narcisso flore. sign. illum florem mortuis gratum propter infelicē illius iuuenis obitum. Cartar. f. 285.

6 Pluto sign. terram, πλοῦτος. enim interpretatur diuitiæ: credebant enim antiqui Solis terris diuitias deputari. Fulgen. lib. 1.

7 Plutonem addictum tenebris. sign. terræ materiam esse cunctis elementis obscuriorem. Fulgentius lib. 1.

8 Plutonem sceptrum in manu gerere sign. quòd regna solis competant terris. Fulgentius libro 1.

9 Plutonis pedibus canem tricerberum subijci, sign. quòd mortalium iurgiorum inuidiæ ternario conflantur statu. naturali, causali, & accidentali. naturale ut odium canis in leporem. Iupi in ouem. hominis in serpentem, causale ut amoris, zelus, & inuidiæ, Accidentale ut quando causaliter hominibus propter verba oboritur iurgium, vel in iumentis propter comestiones. Fulgentius lib. 1.

10 Plutoni tres furias deseruire. sign. primum nō pausando furiam concipere, secundum in uocem erumpere tertium iurgium protelare. ἀλληκτώ. enim interpretatur impausabilis. τισιφόνη. huius uox. μέγαιρα. magna contentio. Fulgentius lib. 1.

11 Plutoni tria fata assignata fuisse. Clotum, Lachesim, & Atropon. sign. mortalia omnia sortiri tria, euocationem inuitam, uitæ sortem. & mortis conditionem. κλώθω. enim dicitur euocatio. λαχεσις. sors. ἄτροπος. sine conuersione, uel sine ordine, mors enim conuerti non potest. uel eius ordo nunquam scitur. Fulgentius lib. 1.

13 Plutoni tres harpias a Vergilio assignari, signifi. mortales iniustos primum aliena concupiscere secundo concupita intendere, tertium quod inuadit & rapit celare. Prima harpia dicitur Aello. Secunda Ocipete, Tertia Celeno. ἀέλλω alienum tollēs, ὠκυπέτη, citius auferens Κελαινὸ offuscans uel nigrum. Harpia dicitur rapina, Harpias fingi Virgines, sign. omnem rapinam aridam & sterilem esse. Harpias plumis circundari, sign. quidqnid rapina ablatum est celari, Harpias esse uolatiles, sign. quod omnis rapina ad inuolandum sit celerrima. Fulgentius libro primo,

13 Pluto sign. prouidentiam diuinam ad separatas animas pertinentem, quæ puras animas bonorum suorum illecebris adeo rapit & detinet, vt nolint ad nos vltra reuerti. Ficinus in Cratilo.

14 Plutoni vltimum mensinm, id est Februarium esse sacrum, sign. animæ coniunctionem cum corpore non esse meliorem separatione. quod Pluto sign. prouidentiam, quæ separat animas, & separatas iudicat. Ficinus in 8. de legib. Platon.

15 Plutoni fuisse Proserpinam Cereris filiam nuptam, sign. segetem terræ coniunctam centuplicatum fructum ferre. Proserpinam esse Cereris filiam, sign. ubi sit plenitudo segetum gaudia nasci. Ceres enim interpretatur gaudium, & Proserpina late serpens, & dicitur etiam Hecate, idest centum quod centuplicatum afferat fructum. Fulgentius lib. 1.

16 Plutonis cor ab Herculea sagitta vulneratum, sign. nullum esse tam abditum in rerum natura locum, quo non peruenerit Philosophia, Valer. f. 309.

17 Plutonis Galea. v. Galea plutonis.

18 Plutonis sceptrum esse breue, & aduncum, sign. illum habere regnum inferius. Valerianus fol. 317.

19 Plutoni attribui Tridentem currum cum tribus rotis, & tribus equis, sign. diabolum in tribus scelerum fontibus præsidere. auaritia, superbia & luxu, & est illud quod dixit D. Ioan. omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, & hanc sign. Azazel vel hedus emissarius de quo in Leuit. Aut est concupiscentia oculorum, & hanc sign. Amonmino in Hieremia, aut Mamonna in Euangel. aut est superbia uitæ, & forsan hanc signifi. Asmodæus de quo in Thobia. Georgius Venetus, armon. fol. 213.

20 Plutoni obtigisse loca subterranea, & diuitiarum Deum factum, sign. apud quendam Plutonem fuisse primum qui, teste Diodoro Siculo, docuit pecunias cogere, & eas asseruare in vsus vitæ necessarios non aliunde, quam ex metallis & mineris, vtpote subterraneis diuitem factū.

21 Pluto sign. terræ elementum. Equicola lib. 2, de natura amoris.

22 Pluto Deus infernorum, sig. terræ inferius hemisphærium. Erizzus, in numo Adriani Aeneo, f. 398.

Pluto

23 Pluto sign. Solem, quando hiemali tempore circuit partes terræ inferiores. Erizzus vt supra.

24 Plutonem esse filium Saturni, sig. post cœli creationem natum tempus in quo omnia sunt postea facta uel genita. & cum tempore omne diuitiarum genus nasci. Natalis Comes in Mytholo. lib. 2. cap. 9. f. 55.

25 Plutonem habuisse pacem pro nutrice, sign. ciuitates & regiones per diuturnam pacem opibus, & hominum frequentia repleri. Natalis vt supra.

26 Plutonem esse filium Saturni, & fratrem Iouis, & Iunonis, sig. omne diuitiarum genus e tempore nasci, & aeris ac cœli bonitate & temperie procreari & adiuuari. Natalis vt supra.

27 Plutonem habuisse inferiorum regnum signifi. fuisse Regem in Hispania, & apud Occidentis nationes, quæ Hispania est omnium prouinciarum fertilissima & omnis generis frugum plenissima. Natalis ut supra.

28 Plutonem esse Deum mortuorum, sign. omnia quæ nata sunt in ea tandem principia solui, e quibus sunt orta, & quia omnia e terris oriuntur, necesse est, ut & in terras recidant. Natalis Comes, in Mytholog. libro secundo capitulo nono. f. 55.

29 Plutonem habere claues, sign. inferiorum sedes adeo clausas esse, ut nulli pateat exitus, quod enim semel mortuum est, nunquam idem reuiuiscit. Natalis ut supra.

30 Plutonem rapuisse Proserpinam in quadrigis, signific. frugum radices per quatuor mensium tempus ad inferiora crescere. Natalis ut supra.

31 Plutonem creditum esse inferorum Deum, sig. illum fuisse qui primum inuenisset rationes ad terrendum & continendum animos multitudinis partem metu suppliciorum, & partim spe voluptatum, quibus hominum animæ afficerentur, etiam post mortem. Sicuti enim Aeolus dictus est ventorum Deus, quia mutationes vētorum prior obseruasset, ita Endimion dictus est amicus Lunæ, quia prior Lunæ cursum & variationes inuenisset. Natalis in Mytholog. lib. 3. proemio. f. 57.

32 Plutum libet apponere Plutoni, quus nonnuli, ut Gyraldus diuersos ponunt, sed teste Pausania, Pluto, & Plutus sunt idem.

33 Plutus cæcus claudus, & aliquando tarde gradiens, & aliquando celerrime, & aliquando latus in lectica, sign. diuitias. Quod sit cæcus, sig. diuitias sæpe obuenire immerentibus, quod claudus sign. diuitias tarde prouenire ad bonos. Quod sit velox sig. citò diuitias ad malos currere. Cartar. f. 283.

34 Plutus cęcus & iacens apud Lacedemones sign. ut arbitror diuiti as apud uiros probos pro nihilo haberi. Vel sign. diuitias efficere possidentes, & cæcos & terrenos.

35 Plutus videns cum alis & aureus apud Rhodios sign. illum custodem arcis suæ. Quod sit alatus sign. illum a nubibus descendisse. quod aureus sign. illum in aurea materia se prius ostendisse, videns sig. illum a diuina prouidentia ad mortales venisse. Cartar. f. 284.

36 Plutum natum esse ex Cerere & Iasione, sig. opes ex prædiorum prouentu, & ex agricolarū diligentia nasci. Natalis Comes in Mytholog. lib. 2. cap. 10. f. 56.

37 Plutum factum esse cæcum a Ioue qui uiris bonis inuideret, sign. mentem diuinam, quæ res humanas gubernat, & modo huc, & modo illuc pro arcano & inexplicabili Dei iudicio facultates transfert, a nonnullis existimatam esse, illud facere temere. Quare dixerunt Plutū Deum diuitiarum factum esse cæcum a Ioue, eo quod inuideret bonis. Nam initio, vt ait Lucretius libro tertio, facultates diuisæ sunt tantum illis, qui uel ingenio, uel robore, uel aliquo uirtutis genere præstarent aliis. Sed postea aucta hominum multitudine, & multis frustra pro diuitiis laborantibus, cū aliis omnia fœliciter succederent, data est occasio fabulæ, ut dicerent Plutum esse cęcum factum a Ioue inuidente bonis, cum diuitiæ haberentur etiam & a malis. Natalis ut supra.

38 Plutum esse inter maiores Deorum, sign. Diuitibus, qui largiri multa possunt, quamuis sicariis latronibus, uel sumentibus maiorem honorem haberi quam uirtuti, scientiæ, atque etiam probitati sanctissimæ. Natalis ut supra.

39 Plutonis siue ditis imperium a Circulo Lacteo, incipere, ut aicbat Pythagoras, sign. animas, ut credebant antiqui per Lacteum Circulum a superis labi in corpora. Natalis Comes in Mytholog. lib. 3. cap. 20. f. 88.

1 PLVVIA, voluntaria qua Deus irrigat vineam suam, sign. gratiam Spiritus Sancti, quæ voluntarie & gratis datur nobis ex nubibus illis supra mundanis, in quibus occultatur Deus ne videatur a nobis. F. G. peg. sexagesimo sexto tom. 3.

2 Pluuiarum Regina, iuxta illud beati Cirilli, cap. 6. Donec vrsus mirabilis egrediatur ex saxo agitatus a spiritu pluuiarum Regina austri quoque noua properat, quæ stipendium conterat, & sedentes dispergat. sign. secundum aliquos Auinionem vrbem, vnde veniet ille qui Antipapam Germanum Antichristum mixtum in agro Perusij conterat. vel sign. Parisios Franciæ, at ego potius dicerem intelligi debere vrbem Venetiarum, quæ tunc summopere auxiliabitur vero Pontifici contra illum Antipapā. Theolosphorus. f. 19.

3 Pluuiæ apud sacras litteras, sign. doctrinam cœlestem, quod pluuia magis fœcundat quàm aliæ aquę sicut doctrina cœlestis magis mouet, quam aliæ. Valer. f. 281.

1 POCVLA a uiris uicissim sibi porrecta, signifi. amicitiæ confirmationem. Vnde Dido apud Vergilium primum ipsa libauis, tum Bitiæ, & reliquis dedit. Valer. f. 408.

2 Poculum siue calix, sign. supplicium capitale. vnde in psalmo 15. calix ponitur pro mortis supplicio

plicio, & illud transeat a me calix iste.
Val.f. 409.

3 Poculum quod Venus habebat supra caput apud Sycionios, sign. amatorem vel amicum ad Veneream rem opus esse.
Valerianus folio quatercentesimo decimo octauo. v. Venus. apud Sicyonios.

4 Poculum, vt est psalm. 10. & spiritus procellarum pars poculi, siue calicis, eorum signif. vindictam. Gouschelius libro secundo Elocution. sacrar.

5 Pocula ut est Cantic. 7. signifi. libidinem, & poculis non indigere sign. non vti, uel sitire per appetitum libidinis.
Rupert. super Cantic. 6.

1 PODERIS indumentum. Hic ponenda. v. post polypus.

1 POENA quæ apud Horatium fingitur clauda vno pede, sign. Deos lento gradu, in scelerum castigationem ferri. v. Deos pedibus ligari. Val. f. 357.

2 Pœnæ vel premij celeritas. v. Adrastia. 5.

3 Pœnæ ablatio ab anima. v. Agnus. 45.

4 Pœnitentiam in prima lingua dici Rauu, signifi. pœnitentiam esse uenerandum, quendam & antiquum præparandi modum. nam rauu, dicitur quasi re auu, re notat paratum, & auu antiquum. modus antiquissimus parandi se, est dolere de malo admisso, & rectas semitas Dei facere, quod nil aliud est quam pœnitentia, vnde illud pœnitentiam agite, parate viam Domini rectas facite semitas eius. vel Rauu potest resolui in rè & hauu, & tunc interpretatur paratum serua, vt signifi. pœnitentiæ esse munus seruare hospitium Domino paratum. Rauu, componitur ex R, & auu, R, signat fluxum, & vehementem motum propter linguæ vibratæ celeritatem, auu uero notat, ut est dictum antiquum, ut sign. per pœnitentiam debere esse celerem reditum ad antiquum dierum nostrû patrem. Rauu enim si conuertatur, vt fiat vuar, quæ interpretatur uerum, sign. per pœnitentiam nos paratos esse debere ad suscipiendum verum ipsum, idest Christum Dominum qui est veritas.
Goropius in Hieroglyph. libro decimosexto, fol. 253. & 254.

5 Pœnitentiales psalmi qui sunt septem, in Quadragesima ab Ecclesia dici, significant eos psalmos esse medicinam nostrorum vulnerum, & remedium, vt mortui peccatis ad iustitiam reuiuiscamus. Michael Timotheus in diuinum officium, quæstione 25. tractatus 9.

6 Pœnitentiæ fructus, qui debent inesse illi qui Deum sibi placare velit. v. Aaron.

7 Pœnitentia, ieiunium, ingemiscere, planctus, humiliari in conspectu Dei, cor contritum & humiliatum, castigare corpus, & in seruitutem redigere, conuerti ad Deum. plorare ante Deum, cinis, fletus, saccus in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius lib. 1. Elocut. sacra.

8 pœnitentiæ durities. v. Adam. 45.

9 Pœnitentiæ labores. v. Aerumna 2.

10 Pœnitentia veniens usque ad offerendos vitulos labiorum. v. Agallin. 1.

11 Pœnitentia & uera peccati displicentia. v. Agnus. 29.

12 Pęnitenta pro delicto & pro uirtute ammissa. v. Agnus 53.

1 POETAE prohibiti a Platone, sign. imitationem poeticam animi partes inferiores suscitare, fouere, & augere irritantem iram titilantem libidinem soluentem risum, effundentem lachrimas, & quærelas, & iccirco rationis regnû labefactantem, & perturbationis Tyrranidem adducentem. Ficinus in 10. de Rep. Platon.

1 Poetas a Pindaro dictos ali lacte & melle, sign. poetas debere habere naturalem facundiæ dulcedinem, & artem, laboriosumqua proficiendi conatum. Lac enim signif. naturam facundiæ ubertate affluentem, & mel sign. artum & laboriosum proficiendi conatum.
Valer. f. 377.

3 Poetas sanos excludi a Dèmocrito ab Heliconi, sign. eos qui non diuino furore afflantur, veros non esse poetas, & qui furore excitentur non omnino sanos esse.
Valer. f. 378.

4 Poetas, qui nil aliud quam poesim profitentur, mori sicut cicadas, ut est apud Platonem in Phædro, signifi. litteras humanas debere coniungi cum excellentioribus disciplinis, alioquin parui admodum esse momenti.
Bartholomæus Tęgius lib. 2. de arte fabricandi insignia.

1 POLYPHEMVS cæcus ducens gregem, sign. principem ratione carentem. Sambucus f. 216.

1 POLIPVS sign. omnium Principem rapacem, & præcipue tenacem, & tyrannum, & qui abuteretur & perderet opes suas. Erizzua fol. 229.

2 Polypus sign. rei familiaris accumulatorem ex quibuscumque rebus, & quocumque modo. Quòd hic piscis omnia in suo cubili recondit quæ deuoret. Valer. f. 197.

3 Polypus sig. eum qui aliena abligurierit, & mox sua absumat. quod Polypus cum venatum consumpserit, nec aliud suppetat, sua flagella comedit, aliis postea orituris. Valerianus fol. 197.

4 Polypus subiectus congro, sign. victoriam qua quis sit nescius vti, quod congrus certans cum polypo aliquando vincit, sed propter illius lubricitatem molliciemque eum uorare nequit. quòd tandem Polypus elabatur sit necesse.
Valer. f. 197.

5 Polypus & locusta marina, sign. Tyrranidem in ciues suos, quod Polypus sit tanto terrori locustæ, vt si eum in eodem rethe uiderit, præ timore illa moriatur. Valerianus folio centesimo nonagesimo septimo.

6 Polypus saxo adherens, significat hominem omnium horarum, & qui se uariis ho-

minum moribus accomodet, quod Polypus mutatur in eundem colorem, quo est illud cui adhæret. Valer. f. 197. vel sign. adulatorem, quod sicut Polypus accomodat se ad colorem illius cui adhæret, ita adulator assentitur aliis in omnibus. Valer. f. 198.

6 Polypus sign. hominem aliquo subito pauore, ita consternatum, ut nesciat periculum imminens vitare. Quod Polypus sit tam timidus, ut viso piscatore nesciat aufugere, ut reliqui pisces, sed vel saxis, uel ipsi piscatori se alligat. Valer. f. 198.

7 Polypi caput sign. poesim. quod caput Polypi in conuiuiis comestum est delectabile, sed excitat somnia portentosa. sit & poesis per fabellas delectat, sed per easdem admodum nocet. Valer. f. 199.

8 Polypus cum herba cunila siue pulicaria, sign. illum qui aliquid pertinacius nolit relinquere, subito tamen aliquo euentu statim illud demittat. Quod Polypus tam tenaciter alicui adhæreat, ut potius vel illud, uel polypum frangas, si diuellere velis, si tamen cunilam adhibeas, statim polypus abit. Valerianus fol. 199.

9 Polypus quem mordet Delphinus qui a cupidine tenebatur apud Venerem, signif. amatori deuorandam esse ignauiam & pauorem quod polypus sit ignauus & timidus, Delphinus vero sign. amorem vel amatores consumere facultates vndique congestas. quod polypus sig. rei familiaris collectorem, vel sign. amatores debere esse versutos, ut est Polypus qui signif. versipellem, uel sign. amatores salacissimos fieri debiles, & breuissimæ uitæ, uti polypus, qui non annum uiuat, & præ luxu sit admodum debilis. Valer. f. 199.

10 Polypi duo alligati, prodeuntes tamen sign. solstitium hiemale. quod sol in illis diebus adeo tarde moueatur, ut non moueri, uel potius ligatus esse videatur: ita Polypus lente admodum progreditur & præcipue ligatus alteri. Valerianus folio centesimo nonagesimo nono.

1 PODERIS indumentum quod est tunica linea qua soli Sacerdotes in linea Aaron vtebantur. qua tunica indutus uisus est similis filio hominis a D. Ioanne sign. Christi Domini nostri Iesu Carnem virgineam, in qua pro mundi salute factus Sacerdos obtulit pro nobis sui sacrificium in æternum. Ioach. Apoc. fol. 41.

1 POLINESSVS inducens discordiam inter Genebram, & Ariodantem signifi. inuidos semper serere discordias & clades inter quietos. Ariosti cantu 5. Clemens Valuasorus.

2 Polinessus tentans occidere Dalindam conscium fraudis suæ, a qua tamen ille penitus detegitur, sign. viros perditos quo magis se latere putant, eo magis in lucem eorum malefacta produntur. Ariosti Cantu 5. Clemens Valuasorus.

3 Polinessus a Regisnaldo occisus, sign. fraudulentos per fraudes suas ad mortem duci. Ariosti cantu 5. Clemens Valuasorus.

1 POLLENTIAE Deæ statuam a prægrandi arbore in ludis quos Cornelius Cethegus, & A. Posthumius faciebant, contriuisse, anno ab vrbe condita 568. ante Christum D. 184. sign. Romanis rem prospere euenturam. Nam Manlius triumphauit de Gallo Græcis, & in Hispania Celtiberi & Lusitani cæsi sunt. Iulius Obseq. prodig. 58.

1 POLLVTIONEM per coitum factam prolubere ne post tres dies attrectentur sacra sig. eiusmodi immunditiem per dies tres in anima durare, unde Achimelech nolebat dare panes propositionis Dauidi & eius pueris, si non fuissent mundi a mulieribus. F. G. peg. 71. tom. 2.

2 Pollutos non admitti sub tabernaculo, sed manere sub dio, sign. eos qui non essent instituti morali disciplina, indignos, qui in sacris versarentur. Nam polluti signific. qui non sunt moribus bonis imbuti. Valer. f. 279.

3 Pollutos post purgationem, licet in sanctuarium admissos non tamen statim sacra attrectare, sed seduli Leuitæ famulatu sacris ministrare, sign. eos qui mores composuissent, oportere prius addiscere dialecticam disciplinam, quàm admitterentur ad sacra, licet nec statum, nam erat eis addiscenda philosophia naturalis, & postea admittebantur ad sacra. v. Deus. & v. Circulus.

4 Pollutos abire ne accedant ad sacra iubere, ut est Thren. 4. siguif. vocem arrogantium & superborum, qui se iustos arbitrantes cæteros aspernantur, & censent indignos, qui in sacris admittantur. D. Hieron. supra Isai. 65. & Lauretus in verbo abire.

5 Pollutum in somno immundum & reiectum a Castris usque ad uesperam fuisse, signif. eum non omnino pollutum, neque omnino mundum. nam id potest euenire, uel a natura coinquinata, uel a medio diabolico, & quia in tali non est plenus consensus, ideo durabat immūdities usque ad uesperam tantum. Lilit enim diabolus, vel eius satellites ingerunt sæpe dormienti falsas imagines, quibus excitant naturam iam præparatam ad eiusmodi immunditiem. F. G. p. 70. t. 2.

6 Pollucem & Castorem pileatos fuisse, sig. homines tūc vere futuros liberos, cum iuxta Castoris interpretationem pœnitentiam egerint, & secundum Pollucis notam fœlicitatis æternæ munere per Christi D. sanguinem donati fuerint. Hinc sequitur veræ libertatis autores merito pileis insignitos fuisse, pileus enim sign. libertatem. v. pileus. Goropius vt supra.

7 in Pollucis & Castoris capitibus stellas, siue flammulas appingi solere, sig. vindictam eam, qua homines in ueram libertatem asserebantur, non ad hanc communem & ciuilem, sed ad cœlestem, & perennem pertinere. Goropius ut supra.

POLLY-

1 **POLLYGRAPHIAE** Tritemij alphabetorum numerosa multitudo, & maxime numeris quibus Tritemius utitur in ea cum extra calculum trahuntur, sign. misteria magiæ tum naturalis, tum cœlestis, sub simplicitate numerorum. Iacobus Goborius lib. de usu & misterijs notarum, de qua re legenda est ipsius Tritemij Epistola ad Ioachimum principem & electorem imperij. quam qui intellexerit non frustrabitur desiderio suo.

2 Pollygraphiæ liber primus accipit unam dictionem per quodlibet Alphabetum, ut conditor, clemens, decernens, mundana, signific. caue. Secundus liber eodem modo quo & primus, vt mores intactę pastricis immutabilis, sign. caue. Tertius liber accipit dictiones integras nihil significantes ut abri, mada, badul, cadul, signifi. caue. Quartus liber accipit dictiones nihil significantes, sed in secunda exprimit litteras Alphabeti, ccorah, hanassar, dubari, mele, sign. caue. Liber Quintus continet tabulam quadratam rectam ex niginti quatuor Alphabetis compositam, ex qua tabula secretum uariari potest per decies centena millia, & sumitur hoc modo. Sume priuiam litteram tui secreti, & secundam tui secreti sume de secundo Alphabeto, & sic usque ad finem, cbyh sign. caue. Sextus liber continet multa Alphabeta inusitata, quæ consulto prætermus. Tritemius ipse in claue Pollygraphiæ.

1 **POLYMNIA** musa apud Poetas, sig. illum armonicum sonum, quem multi concinentes faciunt. Georg. Venet. arm. f. 29.

1 **POLYPHEMVS** quem Vlixes Titione exoculat, & quem fratres rideant, signifi. populi voratores, cum hac vitæ luce fuerin corbati, pœnas scelerum daturos nemine eos consolante. Tu lege Homerum Odissea. 9. Alciatus Emble. 171.

1 **POMPILVS** piscis, visus nautis sign. nautiq; fœlicitatem, est enim sacer piscis, ut pote qui ex Vranio cruore vna cum Venere natus sit, uel ut alij dicunt ex homine factus sit piscis. tu lege Rodiginum libro septimo, capitulo duodecimo.

1 **POMVM** Adę sign. concupiscentiam gulæ, & hæc vetita est Adæ. v. præputium.

1 **POMERIVM** Virginis arctatum. Iuxta uerba beati Cyrilli. Deinceps Virginis arctato pomerio &c. sign. diminutionem prouentuum Ecclesiasticorum a quibusdam principibus faciendam. Abbas Ioachim in Cirillum & Theolosphorus f. 12.

3 Pomum iacere alteri sign. illum incitare ad amorem. Vnde illud Vergil,

Malo me Galathea petit lasciua puella,
Et fugit ad Salices & se cupit ante videri.

Cartar. f. 506.

4 Poma citria, vel potius aurea quæ aurentia dicuntur signific. amorem. nam amor vocatur γλυκύπικρος, idest dulcis amarus. & hæc poma sunt austero cum dulci sapore & cortice. talis est enim amoris affectus, & ideo Venus a Paride aureo pomo donata, & ille Vergilianus,

Aurea mala decem misi cras altera mittam.

Alciatus Emblem. 206. v. malum. tu verò considera vere ne aurea poma sint citria, an cotonea, qua in re Alciatus errare videtur.

5 Poma vetera seruata, ut est Cantic. 7. signif. misteria veteris legis. Et idem sign. fruges veteres, ut est Leuit. 25. Lauretus in uerbo antiquus.

6 Poma habere fistulam septem cannarum significat orationem constare ex septem dicendi Idęis, quam rem sign. etiam septem cordę liræ Mercurij. Fabius paulin. Hebd. lib. 1. c. 3.

7 Pomum in manu Veneris sign. memoriam iudicij a Paride facti. Erizzus. f. 214.

8 Poma tria aurea in manu Herculis sign. tres Heroicas virtutes, quæ Herculi præcipue attribuitur. iræ scilicet moderatio, auaritiæ temperantia, & generosus voluptatum & delitiarum contemptus. Erizzus. f. 634.

9 Poma arborum tenellarum non comedenda citra quartum annum sign. opera humani generis sub quatuor millenarius annorum, primis non fuisse apta uitæ, nam in duobus primis homines fuerunt sine lege, sub duobus secundis sub lege, sed nemo per eam iustus, sub quinto uero & sexto millenario post. D. N. I. aduentum facta est omnium rationabilium arborum expurgatio & fructus facti sunt in uitam æternam. F. G. p. 464. t. 2.

1 **POMPEIVM** Varguntcium cœlo valde sereno fulmine occisum, ædificia multa fulminibus diruta, trabem accensam, per aerem ab Occidente cucurrisse. Terremotu totum Spoletum concussum, & ædificia multa euersa. Et per annos duos ante Lupę statuam, quæ Romulum & Remum fouebat in Capitolio, fulmine afflatam, & Iouis statuam cum sua columna euersam, legum æneas tabulas a fulmine litteris penè abrasas anno ab vrbe condita 691. ante Christum Dominum 61. significant Catilinæ scælestam conspirationem, & cum Consul occiso Catilina in prouinciam iuisset cum fascibus laureatis aperte, signific. se uictoriam inimicis ferre, quod sibi euenit, nam a Dardanis victus, & exercitu amisso aufugit & victoriam inimici sunt consecuti. Et eodem anno Romam multi lupi ingressi sunt, & ululatus multi canum in nocte auditi sunt, & fulmen quoddam euertit multa Deorum simulacra, & quasi totam vrbem perquisiuit multos homines occidit modo huc, & modo illuc prosiliens. Martis statua multum sudauit, quæ significant ob Pompei dictaturam futuram grauissimam seditionem, quod euenit, Iulius Obseq. Prodig. vigesimo secundo,

10 Pompeium Magnum discedentem e Dyrrachio habuisse cœlū, cum multis fulminibus cōtrarium, & apum examē in eius vexillo hęsisse,

in eius exercitu in nocte voces flebiles auditas & rumores magnos,& ipsum Pompeium dormientem in somnis vidisse se cum magno plausu accipi in Theatrum Romæ. Et nocte præcedente illius stragem eius statuas multas in diuersis locis sine opera hominum, se ipsas in statum contrarium conuertisse. Et Antiochiæ bis auditos esse strepitus armorum in nocte,ita vt ciues ad mœnia tuenda currerent, sed nullo hoste existente foris Bergomi & noctu tympanorum strepitus auditos anno ab vrbe condita. 704. ante Christum Dominum 48. sign.ipsius Pompei calamitatem & mortem. Iulius Obseq.prodig. t 14.

3 Pompei magni filio qui decimæ legioni præerat dormienti visum fuisse Aquilas tenentes fulmina,Iouis quæ erant in vexillo demittere fulmina,& in altum euolare, anno ab vrbe condita 708.& ante Christum Dominum 44.signific. ipsius iuuenis calamitatem & mortem, quæ paulo post sibi euenit.
Iulius Obseq. Prodig. centesimo vigesimo quinto.

1 PONDVS cum leuante eleua, cum deponente non deponito, Symbolum Pythagoricum,sign. fortitudinem esse complectendam. omnis enim qui imponit onus,sig. quietem & remissionem. Et hoc Symbolum sig.neminem debere nec sibi,nec alteri desidię,& otio molli occasionem præbere. Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythagoricis.f.46.

1 Ille qui PONET se Deum, iuxta litteræ veritatem, & non quando ista faciet Deus. Iuxta illud : Numeri 24.sign. Antichristum, quando uenient naues de Italia,& affligent Assirios,& vastabunt Hebræos.F.G.p.347.t.3.

1 PONFIGELON apud Chimistas, sign. æris vel ferri bacituram. Ioannes Garlandius.

1 PONS cum quibusdam ędificiis supra flumen positus & nauicula quædam in flumine signif. pontem a Traiano in Danubio, admirabili artificio,& impensa factum. Erizzus.f.311.

2 Pons cum tribus arcubus maioribus,& aliis minoribus signific.pontem sancti Angeli in vrbe Roma.Erizzus.f.386.

3 Pons supra tres naues positus,per quem vir quidam cum sex aliis armatis, & habentibus insignia militaria, & equus simul transit sign.aduentum imperatoris ad bellum Germanicum. Erizzus. f.486.

4 Pons supra quatuor naues,per quem transeunt multi uiri armati & victoria præcedat eos, sig. Imperatorem rediisse cum victoria a bello Persico. Erizzus. f.701.

5 Pons qui fit vltra aquas, sign. decimum sextum gradum Geminorum, & hominem qui laboret sine fructu.

1 PONTIFICEM & Doctores legis antiquæ a Deo prohiberi, ne quocunque tempore ingrederentur ad Arcam testimonij signif. Deum curiosius inquiri, quomodo uerbum caro factum est, quomodo qui forma Dei erat, in forma Dei factus est, quomodo exinaniuit semetipsum,& in cœlis mansit. Sed tum demum permittit,vt Pontifex ingrediatur, cũ pro peccato arietem in holocaustum obtulerit, tunicam linteam induerit, fœmoralibus linteis pudenda celauerit, zona lintea succinctus fuerit,linteam Cydarim imposuerit capiti quæ sign. quando Pontifex Deo conciliatus fuerit, perpurgatus mentem corpusque, nitidus,castus, iustus, & intellectum diuinis muneris gratia, decoreque hoc est sapientia edimitus.Val.f.26.

2 Pontifex Summus in throno sedens,cui Angelus genuflexus videtur offerre crucem, & quem angelum sequitur mulier tenens copiæ cornu exinde Pallas armata, & postea alia mulier ambabus manibus extollens coronã Summi Pontificis. Pontifex sign.Paulum 3.angelus cum cruce sign.salutem,mulier cum copiæ cornu, sign.copiam. Pallas armata sign. virtutem, & mulier extollens coronam pontificiam sig. gloriam,& omnes simul signific.Paulo tertio Summo Pontifici assistere salutem, copiam, virtutem & gloriam,uel sign.omnes in Deum debere omnia referre. Achilles Bocchius Symb.4.

3 Pontifex benedicens populo, & extollens digitos suos, eo modo vt digiti per dactilogiam, sign.sex mille & quingenta, sign. forsan mundum duraturum per annos sex mille quingentos. Theodorus Gramminæus in Esaiam.f. 14.& tunc uenturum esse Christum D. N. ad iudicium.

4 Pontificis ornatus, Humerale primum ponitur quod sign.moribus optimis ornari.
Secundo assumitur logium siue rationale. Quod sig.rationis intelligentiam esse suscipiendam.
Tertio assumit manifestationem,quod sign. rerũ disciplinam, quam vocant philosophiam, per quam secreta naturæ peruestigamus.
Quarto loco assumit veritatem, quod sign. Theologiam. Valer.f.279.

5 Pontificis nomen in prima lingua dici Bont fegt, a quo est Latinum nomen Pontifex. Non enim deducitur a faciendo ponte, neque quod esset potens ad faciendum, id enim non erat pontificis officium. Sed potius inter Deum & homines fœdus ruptum resarcire mundare, & purum reddere. Bont interpretatur fœdus, & fegt signat mundo & expurgo,ut sign. Pontificis officium esse Deum placare,vt dignetur nos mundos facere a noxa quam cõtraximus, rumpendo fœdus inter Deum & nos initum, ex quo patet pontificij nominis interpretatio, nil alud esse quàm fœderis expurgator. Goropius in Hieroglyph. lib.12.f.197.

6 Pontifices maximos Romæ olim ita creati solere, ut bouis mactati sanguine conspergerentur, significat omnia cærimoniarum genera ad magnam victimam referri debere, quæ Christus erat, cuius solius sanguine tum cæteri omnes, tum Pontifices etiam maximi essent expiandi.

Goropius

Goropius in Hieroglyph.lib. 16.f.263.

7 Pontifex accipiens partes de manu sacerdotum, vt est Ecclesiast. 50.sign. Deum exigentem bona opera a ministris Ecclesiæ. Lauretus in uerbo accipere.

8 Pontifex accipiens pecuniam a filiis Israel, ut est Exod. 30.& 35.sign. Deum exigere bona opera a fidelibus. Lauretus ut supra.

9 Pontifex exuens vestem lineam, quam induerat, cum ingrederetur in sancta, & eam illic deponens, & lauans corpus suum aqua in loco sancto; & induens vestem suam & ingrediebatur in adyta, sign. summum Pontificem, discretis sensibilibus ab iis; quæ percipiuntur intelligentia, contendere debere ad id quod percipitur intelligentia, ut cum verbo cognitionis toto quidem corde sit mundus effectus, induat exultationem gloriæ spiritalis & perfecti viri, & accipiat arcanam hæreditatem, quam oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, & facie ad faciem impleatur contemplatione, quæ non potest satiari. Clemens Alexandrinus in Stromat. libro quinto fol. 263.

10 Pontifex cuius mortem expectare debebat homicida, ut est Numer. 35. signifi. verbum Dei, quod expers est peccatorum omnium non solum spontaneorum, sed etiam inuoluntariorum. Philo lib. de profugis f. 301.

11 Pontifex ueteris legis, ut est Exod. 28. sign. Episcopos & Prædicatores Euangelicos. Lauretus in uoce Pontifex.

12 Pontifex utens duabus tunicis, sign. hominem vtentem carnalibus ceremoniis legis, & intelligentem spiritualia. Origen. in Leuitic. homil. 6.

13 Pontifex Christianus celebrans, & habens circa se sex ordines Clericorum, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Accolitos, & Cantores, sign. Pontificem legis ueteris, qui habebat circa se sex ordines ministrorum. Sacerdotes, Leuitas, Nathineos, Ianitores, Psallentes. Non enim habebat alios Pontifices, sicut Papa habet alios Episcopos, & hoc quia vnum erat Templum Iudæorum, & non plura. AEmarus Hennequineus lib. ad Gregor. XIII. Pontificem cap. 3.

14 Sub Pontificibus duobus Anna, & Caipha, Christum Dominum fuisse passum, sign. religionis Iudaicæ, iam factam esse diuisionem, vel a Deo, vel inter se. Petrus Bongus cap. de dualitate, & quia dualitas est infausta, sign. Iudæorum futurum, quid triste & luctuosum post Christi mortem. Nam Vespasianus & Titus erant euersuri Hierusalem, & huius rei Tipus erant illi duo serui, qui non iuerunt supra montem ad sacrificium Isaac, sed iacuerunt ad radicem montis, vt sign. Iudæos non ituros ad sacrificium filij Dei, sicut & illi serui non ad Isaac sacrificium ascenderunt, & quia illi erant serui, sign. Iudæos Pontifices seruiliter, & carnaliter victuros in Pontificatu, & ideo non assuturos sacrificio veri Isaac. Petrus Bongus cap. de Dualitate, folio quadragesimo octauo.

15 Pontificem Romanum celebrantem Missam. Hostiam ad altare frangere, sed ad sedem communicare, sig. Christum Dominum in Emaus fregisse panem, & in Hierusalem postea manducasse. AEmarus. cap. 36.

16 Pontificem descendere ab altari, & ascendere ad sedem suam, sign. Christum Dominum postquam surrexit a mortuis, ascendisse in Hierusalem. AEmarus lib. de ceremoniis Missæ. cap. 36.

1 POPA vox apud Chimistas sign. Gummam. Ioan. Garlandius.

1 POPVLVS antiquus, ut est Isai. 44. sign. populum sub lege naturæ, uel signific. populum Hebræum quando data est lex. Diuus Hieron. in Isai. 44.

2 Populus liberatus ab Aegyptiaca seruitute per agni sanguinem, sign. Ecclesiam per sanguinem Christi Domini a Dæmoniaca seruitute fuisse liberandum. Durandus in Prologo rationalis. Diuinorum officiorum.

3 Populi Hebræi festinatio ad transcundum Iordanem, ut est Iosue. 4. sign. solicitudinem bene operandi. Lauret. in uerbo accelerare.

4 Populus, baculus, arbor, templum, lignum, sylua, puluis, vacca, in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius libro primo. Elocut. sacr. script.

5 Populorum terminos a Deo fuisse constitutos secundum numerum filiorum Israel, ut habetur. Deuter. 32. sign. sicuti influxus cœlorum cœlestium influebant in 72. populos terræ, ita influxus cœlorum, super cœlestium influere in populum Hebræum, ex quo ille populus semper vincebat alios, nisi quando peccata eis redderent indignum influxu supra cœlesti, quia tunc ab aliis vincebatur. Iuxta illud: Hester cap. 6. si de semine Hebræorum est Mardochæus ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere. F. G. p. 155. t. 6.

6 Populorum angulus, vt est Isa. 19. sig. Aegyptii, quæ Aegyptus signi. regnum mundanum, in quo multi populi colliguntur. Glos. Ordin. in Isai. 19.

7 Populus Assur dispersus super montes, ut est Nahum. 3. sig. homines deceptos ab hæreticis ad Ecclesiã reuertentes. D. Hieron. Nahum. 3.

8 Populum Iudæum primum fuisse electum ad notitiam Dei & solum. Et postea duos populos simul Græcum, scilicet & Latinum, sign. in sanctissima Trinitate esse vnam personam, quę a nullo procedat, & duas esse quæ simul ab vna sunt & mittuntur. Et sicut populus Iudęus, sign. patrem, ita populus Latinus sign. filium. Et populus Græcus sign. Spiritum sanctum, sed sicut Ioannes postea cognouit & intellexit scripturam q̃ antea ignorabat, ita eueniet ut Græci etiam vna cum Latinis cognoscent sanctissimæ Trinitatis veritatem. Quod signif. D. Ioannes, primum ignorans scripturam, & postea eam intelligens. Ioach. Apoc. f. 143.

7 Populorum Hebræum, poſteaquam factus fuit ſanus a ſerpentum morſibus aſpiciens in ęneű ſerpentem, in Moſem & Aaron inſurrexiſſe pro ſacerdotio, ſign. illos qui cupiditatis morbum modeſtiore vita depulerunt ſæpe in eam ſuperbiam incidere, ut irruant in ſacerdotium humanis ſuffragiis imperioſiſque ordinationibus Dei diſpenſationem vituperantes. Gregorius Niſſenus in vita Moſis.

8 Populus Hebræus ab Aegyptiaca ſeruitute per agni ſanguinem liberatus, ut eſt Exodi 14. ſig. Eccleſiam paſsione Chriſti a Dæmoniaca ſeruitute ereptam. Gulielm. Durand. in procmio rationalis.

9 Populus adducens oues & armeota de Amalec. vt eſt 1. Reg. 15. ſign. ferentes ſecum peccata libidinis. D. Greg. in 1. Reg. 15.

10 in medio Populi habitare, ut eſt 4. Reg. 4. in medio populi mei ego habito ſign. tutum, & liberum, & amicis vallatum eſſe. Gonſchelius lib. 3. Elocut. ſacr. ſcript.

11 Populi partes duæ diſperſæ, ut eſt Zachar. 13. ſignif. Iudæos & gentiles. qui io infidelitate permanſerunt. D. Hieron. Zach. 13.

12 Populos duos unum carnis, & alterum Spiritus, ſignari per duos quorum vnus ſit reprobus, & alter electus, ſign. populum carnis qui genitus eſt ex Abraham ſecundum carnem, ſecuodum aliquid eſſe reprobum, & ſecundum aliquid eſſe electum. Fuit enim electus quo ad ſalutem æternam, ſed non fuit electus ad hoc, ut maneret temporalitec vſque in finem propter imperfectionem ſuam, ſed quouſque veniret ille populus qui ſecundum Spiritum naſceretur. Ioach. lib. 4. cap. 1.

13 Populs Hebræus ſignific. populum Romanum, Populus Hebræus incepit ab Adam, ſed non uocatus eſt populus Dei niſi in tempoce Iacob. Populus Romanus qui dictus eſt gentilis, incepit a quodam Mecho, qui fuit pater Romuli & Remi in tempore Oziæ Regis Iudæ, ſed non dictus eſt populus Dei niſi io tempore Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum Diuus Petrus cœpit Romæ vna cum Paulo uerbum Dei ſerere. Populus Hebræus conſecutus eſt miſecicordiam in diebus Iacob. & iſte in diebus, vt dictum Domini noſtri Ieſu Chriſti in tempore Apoſtolorum. In populo Hebręo electi ſunt patres per legem & circuncisionem in Romano electi ſunt filij per Sacramentum baptiſmi, in Hebræo erat ſimilitudo Dei patris, in Romano rat ſimilitudo filij, & quemadmodum ex Hebręo prouenit Regnum Iſrael, in quo inuentæ ſunt reliquiæ electorum Helias, Eliſeus, & filij prophetarum qui habitabãt in Hierico. Ex Romana Eccleſia quæ erat vniuerſalis Diuo Petro, a Domino noſtro Ieſu Chriſto commiſſa pronenit Eccleſia Græcorum, in qua, cum apoſtataret, ſicut & populus Iſrael fecit, inuentæ ſunt reliquiæ ſanctorum Patrum, Baſilij, Nazanzeni Gregorij, & cęterorum Sanctorum virorum, ut filij prophetarum, qui Sancti uiri licet viuerent in Græcia, tamen aſſentiebantur Eccleſiæ Romanæ, & littera ueteris Teſtamenti commiſſa eſt Hebræo populo, ita littera noui Teſtamenti commiſſa eſt populo Romano. Id quod ſign. Spiritum ſanctum procedere a patre, & filio, ſicut Eccleſia Græcorum, & populus Iſrael dedit reliquias ſanctas, prophetarum & Doctorum. Ioach. lib. 2. cap. 8.

14 Populus Hebręus qui aliquando regnare cęperat in Hieruſalem proceſſu temporis traditus eſt in manu Regis Aegypti, & ad vltimum Regis Babilonis, ſign. quod populus Chriſtianus qui tempore Silueſtri Papæ frui cœperat Eccleſiaſtica libertate, appropinquante iam mundi fine cum incremento vitiorum pro tuenda libertate ipſa, de qua dolebat perpeti detrimentum multa diſcrimina paſſurus erat. Ioach. lib. 4. cap. 17.

15 Populus Hebræus carnalis incœpit ab Adam in corruptione peccati, conſecutus miſericordiã a Deo in diebus Iacob, ſign. populum Romanum qui dictus eſt gẽtilis, & qui habuit initiũ a Mecho qui genuit Romulum, & Remum in diebus Oziæ, in quibus cœpit ſtatus ſecundus qui attribuitur Deo filio, debere conſequi a Deo miſericordiam in diebus Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem ſign. Iacob, quod ſicut ex illo electi ſunt patres ex circuncisione, ex iſto Domino noſtro electi ſunt filij pec ſacramentum baptiſmi, & in illo fuit ſimilitudo Patris, & in iſto ſimilitudo filij.
Ioach. lib. 2. conc. vtr. teſt. cap. 7.

16 Populum Hebræum in deſerto colligere in die ſexto duo gomoe panis cœleſtis pro die ſcilicet ſexto, & pro ſeptimo. ſign. in ſexta ætate duo ſignacula aperienda, duo ſcilicet bella vltima, ſextum, & ſeptimum, ut in ſeptima ætate populus quieſcat in Sabbato. Ioach. lib. 3. cap. 21.

17 Populum Hebræum poſt datam licentiam ædificandi Hieruſalem, & Templum Domini habuiſſe per aliquot annos requiem a laboribus & bellis, & maxime illum quieuiſſe a ſcribendis hiſtoriis, & faciendis libris, ut uideretur aduenisse quaſi ſeptimus annus, in quo non liceret ſecundum legem ſeminare, & congregare in horrea, quouſque ueniret octauus annus, qui annus octauus ſign. tempus nouum incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo excolenda erant noua ſemina uerborum Dei, id quod ſignifi. illud Moyſis comedetis vetera donec naſcantur noua. & nouis ſuperuenientibus vetera proiicietis.

18 Populum Græcum ieiunare per ſeptem hebdomadas ſign. ipſum populum Græcum attributum Spiritui ſancto, quod numerus ſeptenarius in ſe reuolutus, qui eſt quadraginta nouem, pertinet ad Spiritum S. propter ſeptem munera gratiarum. Ioach. lib. 2. tract. 3. cap. 4. Et eundem populum ſine intermiſſione temporis canere alleluya ſign. illum populum, quĩ addictus Spiritui ſancto ſit, gaudio repleri debere, cum Spiritus Sanctus ſit gaudium Dei, &

eo populum suum replet & exultatione demulcet. &

19 Populus Latinus attribuitur filio, cui spiritualiter assignatur numerus senarius, ob perfectionem laboris, & hoc sign. dies 40. quibus ieiunat & non 49. ut populus Græcus, & quia filio assignata est tristitia passionis pro mundi salute, populus Latinus in tempore quadragesimali non canit alleluia sicuti Græcus, quod signif. populum addictum filio non canticis lętitiæ, sed potius doloris tractibus uti, & populum ieiunare tantum 40. diebus, qui non perficiunt plene numerum 6. hebdomadarũ deficientibus duobus diebus, signi. nulli modo eo tempore letitiæ vocandum, uel minimum, sed in luctu, & męstitia filio Deo conformandum.

20 Populus, arbor sacra etiam Baccho. significat Bacchum esse Deum infernalem. quòd populus dicta sit nasci in ripis Acherontis fluuij. Cartar.f.426.

21 Populus alba sig. tempus, & diem, & noctem. Quòd sicuti populi folium est semper tremulum, ita tempus est semper in motu, & sicut folium est intus nigrum & foris album, ita tẽpus modo vertitur in noctem, modo in diem. Alciatus emblemate 211. Valerianus folio 381.

22 Populus apud Rhodios. significat funus quod pueri populo coronati in honorem Tlepolemi ludos funebres celebrarent. Valerianus folio 381.

23 Populus significat tempus, quòd eius folia post solstitium circum aguntur; nec alio argumento certius intelligitur Sidus confectum.

24 Populum albam progenitam ex surculis quos Hercules ab inferis rediens plantauit in Acherontis ripa. sign. fluuium Acherontem, qui est in Thesprotide Regione multum abundare populo alba. Valer.f.381.

25 Populi arbor sicut & salix sig. castitatem. Valer.f.383.

1 PORCA mactata pro sacrificio Deæ Cybeli. significat fecunditatem terræ, quòd illud animal sit ualde fæcundum sicuti est terra, Cartar.f.212.

2 Porca saxo percussa, cum titulo, si sciens fallo, sign, in firmanda pace sincere & candide peragendum. Claud.Parad.lib.de Symbol.Heroicis.f.85.

3 Porca pręgnans a quodam viro in uentre uulnerata; ut per vulnus egredientes porcelli uniti matrem occidant. significat quod casus sæpe naturam supplet. Sambucus f.122.

4 Porcellus Acarnanius prouerb. significat hominem mollem, & amabilem, & in delicijs habitum. Adagium.

1 PORCVS sign. hominem perniciosum, quòd hoc animal sit natura maxime uitiosa, pruritu impotens, luna maxime deficiente, constatque eorum corpora uitiari, qui earum porcarũ lac biberint lepra & putrida scabie contaminari, & & suilium carnium frequens esitatio aciẽ corrumpit ingenij. Valerianus fol. 63. Horus fol.18.

2 Porcus sign. intellectus sensum penitus materiæ affixum, quod hoc animal pręter cetera bruta brutum, ut sic loquar, habeat sensum. Valeri. f.63.

3 Porcus & Elephas sed Elephas fugiens porcum signifi. uaniloquentiam, quòd in Elephãte sint penè uirtutes omnes, in porco nullæ, & ideo Elephas audito sue fugit, Valer.f.64.

4 Porcus cũ Leonem porcum fugiente, sig. uirum alioqui fortem, sed aliqua improuisa specie exterritũ, quod leo horrificã suis speciem exhorrescat. Valer.f.64.

5 Porcus sign. inanes sophistarum nugas, & cauillosas verborum argutias, quod sicut in porco nihil illustre, nihil purum, nihilque limpidum est, ita illi sophistæ acutissimis tantum et accuratissimis rerum distinctionibus, quòd per bifidam animalis vngulam interpretatur, quasi luto inhęsitantes, ita illis adhęrescunt, ut inde nũquam auelli possint. Valer.f.64.

6 Porcus in luto inuolutus, sig. hominem a bonis moribus alienum.

7 Porcus rosas dispergens, sign. hominem a bonis moribus alienum. Valer.f.64.

8 Porcus sig. distinctionem, quòd sit animal. bifida ungula, quæ in Sacris literis, sign. electionem, & distinctionem. Valer.f.64.

9 Porcus sig. profanum. quòd hoc animal prohiberetur uel tangi a sacerdotibus Aegyptijs, & flamini Diali Romano, & a pontificibus nostris cognominis immutatio facta, ne porcorum familiæ cognomen inciderent noui Pontifices. Valer.f.65.

10 Porcus signifi. Nabucdonosorem, ut habetur in psal. 80. uastauit uineam tuam sus Siluestris. Quòd ille princeps uoluptatum luto uolutaretur, & omnis spurcitiæ genere immundus esset. Valer.f.65.

11 Porcus sign. habentem scientiam diuinarum rerum, sed ea non recti vtentem, quòd hoc animal habeat vngulam bifidam, quæ sign. diuinarum rerum scientiam, sed non rummat, quod signific. bene uti scientia diuina. Valerianus fol.65.

12 Porcina saluari, sign. Idæos qui arcanis diuinæ legis prius instructi a profanis abstinuerũt, mox porcina sua, idest priuatorum dogmatum immunditia sunt saturati. Valer.f.65.

13 Porcus sign, uirum indocilem, quòd apud phisionomos frons suilla breuis quippè & hispida ea pillis sursum uersus erectis indocilitatis indicium sit manifestissimum. Valer.f.65.

14 Porcina cauda, quam Marsias superatus ab Apolline habuisse fertur, sign. illi temerarium conatum ob imperitiam male cessisse. Valerianus f. 66.

15 Porcus literarum, sign. varronem Romanorum doctissimum, quod Palæmon Grammaticus licentius cum ita appellasset, quem dicebat doctum quidem, sed sine delectu alij, & modestius

ſtius ita exponunt & varietatem, qui lautiſſimus ac ſuauiſſimus fuerit animorum paſtus. Valer.f.66.

16 Porcus ſiue ſus Mineruam adagium, ſigni. ignorantem docere doctum velle. Valerianus f. 66.

17 Porcus, ſign. Bæotios & Arcadicos, quod hi populi ſupra modum eſſent gulæ dediti, & Pindarus dixerit ſe ſuem Bæotium fugere. Valeria. fol. 66.

18 Porcus ſign. laſciuiam, luxum uitæ, & delitias, unde Horatius de ſe loquens, ut ſi uiueret Epicureos imitans inquit.

Me pinguem & nitidum bene curata cute uiſes.
Cum ridere uoles, Epicuri de grege parcum.

19 Porcus ſign. Ganneam, quòd ex nullo alio animali numeroſior Gennææ materia quam ex ſue ſuppeditetur, ut ad quinquaginta fere ſaporem ex ea conficere poſſis, ut inquit Plin. Valer.f.66.

20 Porcus paſcens, ſig. hominem ciborum uarietati deditum, quòd hoc animal facile cuique aſſueſcat cibo. Valer.f.67.

21 Porci os, adagium, ſign os, quod nullo eſcæ genere abſtineat omnia auiditate deglutiat, nihil quantum uis putre atque impurum horreſcat. Valer.f.67.

22 Porca ſig. ſalacitaté, quòd ea pecude, ut ait Cicero nihil genuit natura fæcundius, cuius rei cauſa eſt multiplex & aſſidua voracitas. Valeria. fol.67.

23 Porca agreſtis, ſign. Aeſtatem quòd ipſa incipiente æſtate pariat. Valer.f.67.

24 Cum Porca pepererit non expectandam pluuiã adag. ſig. æſtatem adiſſe, quòd ſues agreſtes incidente æſtate pariant omnes, in qua æſtate raro pluat. Valer.f.64.

25 Porcus ſig. mulieris naturam propter nimiam ſalacitatem, & propter nimiam cibi congrui appetentiam. Valer.f.67.

26 Porcus virginens, ſignifi. iguem. Valerianus fol.67.

27 Porci editi ſupra numerum porcæ mammarum ſignif. tot annos, quot ſunt ipſi unde porca illa quę Aenee apparuit cum triginta porcellis editis, ſign. ſpatium triginta annorum. Valeria. fol.67.

28 Porca Cromyonia quam interfecit Theſeus ſig. mulierem latrocinijs regionem totam infeſtantem, Valer.f.67.

29 Porcus ſiue aper, in pſalmo 59, ſign. cacodemonem iuxta illud exterminauit eum aper de Syllua. Valer.f.67. alij ſignificatum dicunt Veſpaſianum, qui Iudæos bello afflixit, quòd ſequitur & ſingularis ferus depaſtus eſt eam, Titum ſignificando, quòd aſſumpto in Imperium patre, & Romã profecto ſolus Hieruſalem euertetit. Valer.f.67.

30 Porcus Silueſtris ſiue aper, ſign. impetum, quòd poetæ, ut plurimum ferocem bellatorem apro ſimilem faciunt. Valer.f.67.

31 Porcus Silueſtris ſiue aper ſignif. hiemem, quod hiemis facies ſit hiſpida, aſpera & horrida, hiſpidus aſper, & horridus ſit aper, humida lutoſa pruinoſa eſt hiems, humidis, lutoſis et pruinoſis delectatur.f.68.

32 Porcus, ſign. primam confuſionem quam dixere chaos, quod hoc animal ſit Symbolum tenebrarum. Valer.fo. 68.

32 Porcus ſign. ordinem militarem, qui quintum obtinebat locum. Valer. fol.68.

34 Porcina frons, ſign. rationem, & figuram inſtructe aciei ordinis Quinti in militia. Valer. fo. 68.

35 Porcus rufus ſedens in clipeo cæruleo, quem ambit circulus ruber, ſignific. ordinem eorum militum, qui appellabantur Iouis, qui in principatu Diocletiani militabant ſub magiſtro peditum. Valer.f.68.

36 Porci duo dimidiati coloris praſini alter alterũ inſpectantes in medio clipei albi coloris, qui habebat vmbilicum aureum, quem circulus luteus circumſcribebat, ſign. milites dictos Honorianos ab Honorio pincipe inſtitutos, & hi faciebant ſtipendia ſub magiſtro equitum. Vale.fo. 6P.

37 Porcus ſign. agricolam, quòd Aegyptij ſuibus pro aratris uterentur. Valer.f.68.

39 Porcus in ara imolatus ſig. uerborum delirio, & inſania laborantes, quòd terrenes præcipue ſenſibus addictus applicituſque eſt ſponteque, & voluptuoſe inhæſitat luto. Valerianus fol. 69.

39 Porcus ſignif. ſacrificium, quod porcus propter multa miſteria ſit ſacrificari ſolitus. Valerianus fol.69.

40 Porcus ſig. Sacramentum. quòd Homerus ſcribit Agamemnonem per porcum iurare ſolitũ, & pugiles certamen inituri porco mactato per eum iurabant ſe ſine fraude comparaſſe. Valerianus fol.69.

41 Porcus ſig. nuptialia, quòd antiquis in nuptialibus conuiuijs porcus imolabatur dijs tutelaribus nouæ nuptæ, ut mariti. Valerianus fol. 69.

42 Porcus ſignif. hoſtiam humanam, quòd primus pro homine imolando dijs ipſe ſit imolatus. Valer..fol. 70.

43 Porcus ſign. terram, quòd Maiæ ſacrificabatur, quæ eſt eadem cum Opi, & cum magna matre deorum, & quòd porco alio quopiam nullo quam cum terra quicquam commune ſit, ut & Horatius, & amica luto ſus. Valerianus fo. 70.

44 Porcus Silueſtris ſiue aper ſig. fortitudinem corporis, Erizzus fol.330.

45 Porcus Silueſtris ſiue aper. telo transfixus cui canis uenatorius adeſt, ſig. Dianam uenatione delectari. Choulus fo. 75. Geta triumuiri, argnumo.

46 Porcus Troianus, ſign. in conuiuijs aprum integrum coctum & plenum alijs minoribus animalibus, ſicuti equus Troianus fuit plenus uiris armatis. Calep.

47 Porcus ſig. aliquid immundum, quia immundiciam ſtultitiæ obliuiſcentis. D. Aug. in pſa. 141.

48 Porcum apud Hebræos dici hazir., quæ uox deducitur a verbo Hazar. quod interpretatur reuertere, signif. in tempore messiæ futurum, ut caro porcina ad usum cibi licitum erat reuersura. Galatinus lib. 11. cap. 12.

49 Porci sig. subsannatores. Gouschelius lib. 6. Elocution sacr. scrip.

50 Porcis uesci non licere Hebræis, ut est Lenit. 21. & Deut. 14. sign. non oportere eos, qui inuocant Deum cum impuris versari hominibus qui porcorum instar corporalibus voluptatibus obscenisque cibis & impudicis tiullationibus prurientis damnosa Veneris uoluptate profunduntur. Clemens Alexandri. pædagog. lib. 3. cap. 11.

51 Porcus sig. hominem, qui simulat timere Deũ, sed tamen assidue peccat. porcus enim esuriẽs clamat repletus autem non agnoscit dominũ Clemens Alex. lib. 2. Stromat. Vel sign. ea, quæ polluunt conscientiam, sicuti piscis sig. ea, quæ per sermonem peccando admittuntur, & aues rapaces, & carniuoræ sign. ea, quæ in facto cõmittuntur peccata. Clemens ut sup.

52 Porcus in numis insculptus, sign. Troianos. Aeneas vicus in libro primo capitulo octauo. de numis.

53 Porcum non edendum in lege ueteri, sign. fugiendam esse ciborum cupiditatem, salacem libidinem, & inquinatam intemperantiam Clemens Alexand. in lib. 5. Stromat. f. 266.

54 Porcus sign. hominem erga Deum, & eos a quibus beneficia accepit ingratum, porcus enim. auide glandes deuorat, et arborem glandiferã nec suspicit nec honorat, immo contra pro beneficio maleficium reponit, dum radices eius fodiendo denudat.
Goropius in Hieroglyph. lib. 14. f. 228.

1 PORFIRITICVS lapis sign. pacientiam, quæ non solum accenditur ira, sed potius iram in alios sedat: nam saxum porfiriticum non accẽditur in fornace, & non finit alios lapides, qui sunt secum accendi. Poliphilus lib. 1.

2 Porphirio auis in clipeo picta, sign. pudicitiam: nam si sensit coniugem fidem violasse, despondet animum, & præ dolore perit, Alciatus Emble. 47. vel ut alij dicunt si sit alicui in domo, & vxor domini marito frangat fidem, ipsa auis statim suspendio uitam finit, misera utique illius est conditio: nam si meretricem uidit ei opus est mori. Sanctius in Alciati Emblem. 47.

1 PORT in Adamica lingua, a qua latini deduxerunt uocem porta, & verbum porto, sed vox port. in eadem lingua prouenit a uort, u, in, p mutat; uort enim denotat prosperare & ad anteriora promouere, quæ uox sign. nobis neq; domum neque ciuitatẽ egrediendam esse nisi eo proposito, ut res nostras promoueamus, & vrgeamus, vnde Messcani Symbolo satis apposito, pro exordio anni in suis calendarijs pinxerunt, ut sign. in exordio anni res nostras nobis promouendas, & urgendas in melius omnimoque prosperandas esse.
Goropius in Hermath. lib. 5. f. 10.

2 Porta clausa, quam uidit Ezechiel. cap. 44. sig. uirginem Sanctam per quam transiuit Dominus Deus & uir nullus per eam transiuit. F. G. p. 153. 10. 3.

3 Portæ due apertæ sig. quintum gradum Capricorni, & hominem, qui erit hospes. Astrolab. planum Ioannis Angeli.

5 Portæ duę quarum una erat aurea, & erat dextra tra, & in ea erat uir aureus Togatus in dextera manu tenenus tempus, & in sinistra tenens serpentem, sign. introitum ad artem chimicam realem. altera uero porta, quæ erat sinistra, & constabat opere non aureo sed aurato, & argẽto sophistico, sign. aditum ad chimicam sophisticam, in prima erat noctua super hastam, & Galea capite canis Crissata, & bregma bouis, cum quibusdam ramis pini, & lucerna, quæ significat sapientiam, & patientiam esse ornamẽtum custodiam, & protectionem uitæ. In secunda porta erat piscis, manus sinistra clausa, ouis, locusta maritima, canna reflexa, pes, & vespertilio, quæ sig. ignorantiam, & peruersam auaritiam esse stultitiam seditionem, & calamitosum finem hominis stulti. Nazarius in sonnio primo cap. 2.

6 Porta clausa de qua Ezechiel cap. 45. ita dicit, & conuerti me ad uiam portę mediocris sanctuarij, quæ respicit orientem, & ipsa clausa erat, & dixit deus ad me: porta hęc clausa erit, non aperietur &c. vbi ter dicitur clausa, sign. beatissimam Virginem fuisse futuram Virginem ante partum, in partu, & post partum. Galatinus libro. 7. cao. 14.

7 Portam faciens siue iter aperiens iuxta illud Micheæ. 2. Ascendit portellam faciens ante eos irruperunt, & trãsierunt portam, & egressi sunt super eam, & transibit Rex eorum ante eos, & Deus in caput ipsorum, sig. Messiam, qui erat aperiturus cœlos, & ducturus secum eos, qui in limbo detinebantur. Galatinus libr. 8. cap. 23.

8 Portæ æreæ quas Deus contriuit, ut est psalm. 146. & Isa. 45. signific. prauas consuetudines & pertinacem contradictionem. Arnob. in ps. 106.

9 Portæ æternales, ut est psal. 23. sig. uirtutes, quæ introducunt hominem ad æternitatem. Laur. in uerbo æternus.

10 Porta sublimis Domus Domini, ut est 4. Reg. 15. sign. altitudinem Sacrę scripturę. Lauretus in uerbo altitudo.

11 Portæ paradisi quatuor prima in Hebron, quam Abraham emit a filijs chet. Secunda in Hierusalem in loco a Deo pro templo fabricando, & pro toto humano genere redimẽdo electo. Tertia in Bethel, de qua Iacob dixit: hæc est domus Dei, & porta cœli, quarta est in mari iuxta illud in mari uia tua, & semitæ tuæ in aquis multis, sig. per primam hominis natiuitatem: nam homo formatus fuit in Hebron. per secundam signific. hominis redempionem, per Christum factam in Hierusalem, per quartã sign,

sign. hominis in baptismo renascentiam: nam renascimur in baptismò. per tertiam ascensum in cœlum: nam ibi uisa fuit scala ascendens in cœlum, quæ omnes sign. hominem debere cogitare unde uenit, quibus doloribus sit redēptus, & quæ promiserit in baptismo, quod faciens facile inueniet Portam Betes, ut per scalas ascendat in cœlum. Franciscus Geor. prob. 122.to.3.

12 Portę Iustititiæ, sign. superiores quatuor paradisi, quæ tamen triplicatæ singulæ sunt, ut ascendant ad 12. iuxta D. Ioannem, qui in Hierusalem facit tres ab oriente tres ab occidente, tres ab Aquilone, & tres a meridie, quod sig. ab omnibus partibus mundi nos posse triplici modo in cęlum ingredi, corde, ore, & opere. F. G. p. 123. to. 3.

13 Portæ cœli. 12. secundum Platonem, sig. 12. signa Zodiaci. Franciscus Georgius. problem. 176. to. 6. & Archangelus Burgonouensis in 2. dogmate cabalistico.

14 Portæ 12. Hierusalem sanctę iux. Apocalip. sig. 12. Apostolos, qui dicuntur portæ, quia æternæ uita per doctrinam suam Ianuam pandāt. D. Augustinus. Petrus Bongus cap. de Duodepar. f. 30

15 Portæ inferorum sign. insanias hęreticorum. D. Thomas in proemio catene aureæ.

16 Poatæ Hierusalem. iuxta illud Hierem. 1. & ponent solium suum in introctu portarum Hierusalem, sign. animæ sensus exteriores in quib. uita dominantur, vel portæ, sign. doctores quorum uirtutibus, & prædicationibus Hæretici, & Philosophi huius mundi obseruant, ut arguant atque deijciant. Abbas Ioachim In Hierem. f. 5. & aduertendum, quod primo ponuntur apud Hierem. portæ, & sign. Prælatos. secūdo ponuntur muri, & sig. doctores. tertio ponuntur urbes Iuda, & signifi. auditores, & de primis scriptum est: omnes portæ eius destructæ sunt. De secundis non opposuerunt se murum pro Israel, de tertijs dictum est, qui seminat in ter eos discordias.

17 Portæ signific. sensus corporales, qui aperiendi sunt in bono, & claudendi in malo. Ioachim, ut sup.

18 De Portis mortis exaltare, ut est psal. 9. signific. liberare eos a prauis cupiditatibus, & ab ipsis sensibus. D. August. psal. 9.

19 Portas æternales eleuari, ut est psal. 23. fig. animam surgere ad Cælestia, vel vera de Christo D. confiteri. D. August. psal. 23.

20 Portas Syon diligi a Domino super omnia Tabernacula Iacob, ut est psal. 86. sig. Deum diligere Ecclesiam super Synagogam. D. Hieronimus in psal. 86.

21 Porta Anguli Hierusalem, ut est 2. Paral. 28. sig. initium ueritatis nos in hac uita habere, sed oc cultum quasi fractis lineis, quæ in Angulis frā guntur, vnde & Anguli Hierusalem inquibus Achaz fecit altaria, sig. Ignorantiam, vel occultationem ueritatis. Lauret. in uerbo Angulus.

22 Portam Templi clausam non aperiri, ut est Ezech. 44. & 46. sign. D. Mariæ integram Virginitatem, vel sign. mysteria Sacræ scripturæ clausa. D. Ambr. de institut. Virg. 8. & D. Hierem. Ezech. 44.

23 Portas cœli a Deo apertas, ut est psal. 77. fig. uentrem, & mentem beatæ Virginis mentem ad credendum, & ventrem ad pariendum manna. Lauret. in uerbo aperire.

24 Portas aperire hostibus, ut est Nahum. 3. sign. per sensus dare locum tentationibus Diaboli. D. Hieren. Nahum. 3.

25 Porte prudentię siue sapientię quinquaginta de quibus Rabi Moses Gerundinus in illud psal. minuisti eum paulominus ab Angelis, inquit, quinquaginta sunt Ianuæ prudentiæ, quæ omnes (una dempta) traditæ fuerunt Moisi, easquæ palam uel signaculis quibusdam, lex ipsa ostendit, quæ Ianuæ signif. prudentiæ gradus, quibus uniuersus rerum ordo consistit, & una illa dempta, quam non habuit Moises, sign. tertiam ex sublimioribus Sephirot, cui præcipue nomen prudentiæ ascribitur, quæ Trinitatem cum unitate creatoris insinuat, quam quinquagesimam incomprehensibilem Trinitatis Ianuam, nec ipse Moses meruit habere, sed solus ille, qui nere erat sapientia patris, Christus D. N. Archangelus de Burgonouo. in Apologia contra Petrum Garziam.

26 Portæ somnij v. somnij portæ.

27 Porta, sig. curiam. quod Iudæi in porta ciuitatis curias constituere, & habere solerent. aliquando, sign. iudicium, quod in porta idest curia existente in porta, iudicium fieret. Gouschelius lib. 2. Eloeution. sacr. ser.

28 Porta sign. Christum D. sign prædicatores, sign. Scripturam Sacram, & fidem, quando est numeri singularis, sign. fidem. Si uero est numeri pluralis, sign. prędicatorum ora. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacr.

29 Porta domini, ut est psal. 117. Hæc porta domini, & iusti intrabunt per eam, sig. Dei misericordam. Gousch. lib. 3. Elocution.

30 Portę iustæ, ut est psalm. 117. aperite mihi portas iustitiæ signific. omne opus uirtutis. Gousch. ut sup.

31 Portę mortis, ut est psal. 9. qui exaltas me de portis mortis, signif. peccatum. Hæc dicitur etiam porta inferorum siue inferni, & portæ inferni non præualebunt aduersus eam. Gousch. lib. 3. ut sup.

32 Portas corruisse, & obscuratas esse in terra, ut est Hierem. 14. sig. nullum esse Indicium, & iustitiam prostratam esse. Gousch. ut sup.

33 Portę Hierusalem corruentes, ut est Hierem. 14. & Ezech. 38. signific. sensus deficientes ob ignorantiam Dei. Lauretus in uerbo cadere.

34 Porta quam manus cornice pulsat, cum verbis sin che s'apra: idest donec aperiatur, sig. hominem, qui demonstrat se adeo beneuolentia, & obsequio mulieri a se dilectæ esse inseruiturum, ut tandem consequatur. quod uelit, & hoc

hoc etiam potest sign. hominem, qui sit constans in suis operationibus ita, ut ad exitum illas deducat. Hieronymus Ruscellus in Insigni Petri Francisci Cicadæ.

1 PORTICVS quinque, ut est Ioannis. 5. sig. libros quinque Moisis. Georgius Ederus. lib. 2. œconom. Tabula. 11.

1 PORTIONEM unius familiæ aut tribus prohibitam fuisse transire in aliam, sig. unamquamque familiam, & tribum ita a Deo fuisse destinat, ut unaquæque familia haberet influxum suo loco conuenientem, qui illi familiæ præparatus erat, ut etiam a loco fauorem sibi præparatum facilius hauriret, & si alius ad hauriendum illum influxum non dospositus illuc subintrasset, fauorem illum repressisset. F. G. p. 248. to. 2.

2 PORTIONEM æquam sortiri, & militantes, & custodientes castra sign. charitatem æqualiter cunctis membris corporis mistici gratias, & beneficia impartiri. Franciscus Georgius p. 408.

Possessio. V. Anchora. 18.

1 POSSE actus & unio, quæ sunt in omni essentia cuiusque creaturæ, sign. Sanctissimam Trinitatem: Nam posse sign. patrem eo quod posse se mouet, ut ex se eliciat actum, & actus significat filium, Nam ex posse & actu oritur unio quies & delectatio, quæ sign. Spiritum Sanctũ in quo quiescunt omnia. Nam sicut ex potentia intellectiua oritur notitia, siue sapientia; ut intellectus ex sua potẽtia actum exerat, atque ab utroque procedit delectatio, & quies. Petrus Bongus cap. de Ternario fol. 91.

1 POTESTATES intelligentiæ, in armonica mũdi consonantia, sign. naturam igneam, sicuti & Sol. Georg. Venet. Arm. f. 73.

2 Potestates sacerdotalis scilicet, & secularis, quas D. I. Ch. erat approbaturus. v. Arm. 19.

3 Potestates pessimæ supplicijs deditæ. v. Abyssus, 46.

1 POSTES sanguine agni liniti, ut habẽt Exodi, 12. sign. sanguine veri agni saluandos ab furore Angeli exterminatoris Francis. Georgi. p. 261. to. 4.

1 POTENTIA apud Platonem, sig. materiam. Ficinus cap. 39. comp. Timæi.

1 POTESTATES malas spoliatas fuisse suis ornamentis, sign. eas habuisse quasdam uirtutes, dum exequerẽtur fideliter ministeria Dei sed deficientes, illis spoliatas fuisse. Francis. G. p. 427. to. 1.

2 Potestatunm chorus in diuinis, sign. Deum filiũ cui data est omnis potestas tam in cœlo quàm in terra. Georgius Venetus Armon. folio 41.

3 Potestas tam secularium quam Spiritualium principum. v. Aaron. 21.

4 Potestatem Regiam, & Sacerdotalem iungendas esse. v. Aaron. 23.

1 PRATVM illud, in quo animæ septem dies cõquiescunt, ut ait Plato. in 10. de Rep. sig. eloquẽtiam, & septem dies, per quos animæ commorantur, sign. septem Ideas eloquentiæ, per quas omnium animi uiro eloquenti acquiescunt. Fabius Paulin. Hebd. 1. 1. c. 3.

1 POTVM dare, ut est illud 1. Corint. 9. Lacuobis potum dedi; sig. perfecte aliquem participẽ facere. nam qui sunt perfecti dicuntur bibere, infantes autem sugere. Clemens Alexand. pædag. lib. 1. cap. 6.

2 Potus & cibus in Sacris litteris, sign. Sacræ scrip. sensum, sed potus sign. sensum faciliorem, & cibus, sign. sensum difficilem, ut pote qui indigeat, ut exponendo frangatur; & mandendo glutiatur. Gouschelius lib. 6. Elocut. sacræ, scriptur.

1 PRAECEPTA Legis 613. inter quæ sunt 248. affirmatiua, quæ sign. 248. ossa que sunt in corpore humano, quæ 248. ossa in hominis corpore, sign. 248. virtutes quibus homo interior consolidari, & perfici potest reliqua uero 365. præcepta negatiua, sig. 365. neruos, & ligaturas, quę sunt in corpore, & hæc sig. quòd quot ligaturis ligata sunt ossa corporis humani, totidem præceptis siue ligaturis uires meliores hominis ligarentur ne ex locis suis exularent, & ita totus turbaretur homo, & Dei Spiritus impediretur, qui non intrat nisi in corpus, in quo accesserunt ossa ad ossa unumquodque ad iuncturam suam, & ex 613. illis præceptis decem tantum fuerunt in tabulis scripta; quia illa decẽ sunt radicalia præcepta ad quæ omnia alia reducuntur, & hęc ad duo tantum scilicet ad amorem Dei, & proximi, & maxime fuit obseruandum, quod in duabus illis tabulis Mosis fuerunt tantum 613. litteræ, quæ sign. 613. totius legis pręcepta, tam affirmatiua, quam negatiua, & ita aliquo modo in illis duabus tabulis scripta fuerunt omnia legis pręcepta saltem Symbolicę per literarum numerum significata cum unaquęque littera significaret unum præceptum. Archangelus Burgonouensis in 47. conclus. Cabal. Pici.

2 Præcepta decem, quę erant in duabus Tabulis, sig. cœlos decem in mundo cælesti. nam Abraham Asra dicit quod primum præceptum est occultum, in Tabulis expressum uero in Deutero nomio, ubi dicitur: diliges dominum Deũ tuum ex toto corde tuo &c. & hoc præceptũ sign. cœlum empireum nobis occultum; nam hoc præceptũ prouenit a corde omnibus creatis occulto & noto soli Deo. secundum præceptum. Non adorabis Deum alienum sed dominum Deum tuum, sign. primum mobile, qđ trahit secum omnia, sicut hoc præceptum cætera præcepta secum trahit. Tertium præceptũ non assumes nomen Dei in uanum, sig. cœlũ stellatum, in quo residet uirtus nominis illius magni tetragrammi duodenaria reuolutione iuxta 12, signa Zodiaci, magno mysterio, ut dicunt naturales, Deum & naturam nigil agerę frustra.

Quartum præceptum est custodia Sabbati aut septimi diei, & sig. cœlum Saturni, qui est septimus planeta in ascendendo, & quartum cęlum descen-

1 PRAELIA audire, ut est Matth. 24. sign. opinionum, & heresum concertationes percipe-re. Lauret. in verbo audire.

Prælium factum in cœlo, ut est Apocali. 12. sig. contentionem, quam fecit Diabolus, & eius membra in aere, & in Ecclesia dum expelleba-tur e Templis. Rupert. in Apoc. cap. 12.

1 PRAEPVTIVM adducere, ut est 1. Corint. 7. sig. uiuere sicuti uiuunt præputium habentes hoc est more gentium. D. Aug. de Mendac. 6.

2 Præputium & circuncisio, ut est Galat. 6. neque circuncisio neque præputium aliquid ualet. sig. Gentilem sicuti circuncisio sig. Iudæum. circũcisio, ut ad Roman. sign. omnia legis mandata. Gousch. lib. 2. Elocution. sacr.

3 Præputium sig. petulantiam carnis, quam prohibuit Deus Abrahæ, cum ei indixit circuncisionẽ, & aduerte quòd petulantia carnis est unũ ex tribus delictis, quæ spectant ad hominem exteriorem, & sunt concupiscentia Gulæ Adę prohibita, Homicidium Noe prohibitum, & carnis petulantia prohibita Abrahę. Abbas Ioachim in Apoc. f. 58.

1 PRAESIDIVM omne a malis recedere, ut est Num. 14. sign. eos, qui sunt sine deo etiam a uiribus temporalibus destitui. Lauretus in uerbo abire.

2 Præstigia inferiorum spirituũ fuisse deuoranda a Dei Virtute. V. Aaron. 24.

Præsumtio. v. Alceste. 2.

1 PRAETORIVM & Tentorium, & focolare Mantij consulis a fulmine tacta, sig. belli euentum infeli cissimum, & primates occidẽdos. Iulius Obsequens lib. de prodigijs.

2 Præuaricatores cadere in uijs Domioi, ut est Hoseę. 14. sign. Hæreticos cadere in scripturis sac. praue intellectis. D. Hier. in Hosea. 14.

3 Præuaricatorum filij, ut est Daniel. cap. 10. filij præuaricatorum populi tui, extollentur, ut impleant visionem, & corruant, signi. Oniam, & reliquos Iudæos, qui templum in Aegypto erexerunt ad instar Hierosolimitani. Rupertius lib. 1. capitulo. nono de victoria verbi Dei.

1 PRASIVM viride apud Chimistas, sig. æris florem. Ioannes Garlandius.

1 PRATA apud Platonem in 10. de Rep. fig. regionem aeream, quæ ab eo ponitur pro limbo in quo seruatur locus eligendi illis animis, quibus consultandi nullum datum est tempus.

2 Prata aliquando apud Platonem, sig. cælestia suprema. Ficinus in 10. de Rep. Platon.

3 Prata aperiri, ut est prouerb. 27. sig. Sacramenta tradi, quæ erant clausa in ueteri lege. Beda in prouerb. 27.

1 PRECATIONES: quæ fiunt in Missa aut sunt orationes aut obsecrationes, aut postulationes, aut gratiarum actiones, oratio fit super oblata. Obsecratio fit super collecta, postulatio post canonem. gratiarum actio post communionem. Aemarus cap. 16.

1 PRECES apud Homerum Claudæ, sig. geneũ plicationem, qua utimur in agendo preces alicui. V. Cartarius. f. 46.

2 Preces apud Homerum faciem tristem, & oculos strabos habentes, sign. eos qui petunt u e niam ab aliquo, de quo male meriti sint, non posse hilari facie, atque oculis iotentis inspuere. Cartar. f. 49.

3 Preces seu absolutio in horis canonicis, quæ post dominicã orationem ante lectionem sequuntur, sig. Sanctorum pro nobis intercessionem, & Christi Dei exauditionem ad obtinendum, quod in ipsa oratione postulamus. Michael Timotheus in Diuinum officium. Quæstione. 35. Tractatus. 2.

4 Preces bonorum hominum ualere ad impetrandam ueniam a Deo etiam pro ciuitatibus. V. Aeacus. 2.

5 Preco quo clamante nos ducimur ad sapientiã ut est apud Mercurium ad Talium, significat nimium sciendi appetitum. Vel sign. ueritatem ad quam intelligendam unusquisque fertur. Vel sign. Lumen, & animæ portionem superiorem. Vel sign. animi sinderesim ad bonum semper hortantem. Francisc. Georgius problem. 2. 16. to. 5.

6 Preco perstans classica, significat parem esse delinquentis, & suasoris culpa. iuxta illud, qui per alium facit, per se ipsum facere uidetur. unde agens, ut sollicitãs in omni crimine eodem supplicij genere puniendi sunt. Alciatus Emble. 173.

Præfatio in Missa V. Altare. 55.

1 PREGNANTES desecare, ut est Amos. 1. sign. diuisionem facere in Ecclesia, & rudes animas, quæ nuper concepere Christi sermonem abrumpere, & diuidere. Lauretus in uerbo abscindere.

1 Preciosum iuxta illud Hierem. cap. 14. si extrateris preciosum a vili, sicut os meum eris, vbi preciosum ab Ionatha interpretatur pius, & uile interpretatur impius, ex quo patet quod preciosum sign. pios, & vile sig. impios. Galatinus lib. 7. cap. 2.

1 PRECIPITIVM & Infernus, signif. mundum hunc elementarem, & generationi obnoxium apud Zoroastrem. Farra f. 13.

1 ad PRELIVM apti, sed nõ fortes, ut est primo Reg. 14. sig. homines, qui habent scientiam fine operibus, apti uero, & fortes ad preliũ, sig. habens utrumque scilicet scientiam, & opera. D. Gregor. 1. Reg. 1.

1 PRESMVCHIM et presmuKis apud chimistas sig. Cerusam.

1 PRIMA naturæ apud Philosophos sunt duplicia corporis, & animi. Corporis, signific. ea quæ corpus conseruant, & perfectum reddunt secundum naturæ appetitum, ut voluptas incolumitas partium conseruatio, valetudo integritas, sensuum dolorum amotio, uires, pulchritudo, & id genus reliqua, prima naturæ animi significant Inniculos quosdam, & semina uirtutum, quæ a natura in animo insita sunt, ut docilitas memoria, & uirtus, quam doctrina in-

ſerit quamque viuendi artem appellare ſoliti ſunt. Landinus in ſecundo Camaldulenſium.

2 Prima abire, vt eſt apocalip. 21. ſigni. ceſſare tribulationes, quæ ſemper ad gloriam præmittuntur. Idem ſignific. abire imbrem tentationum, & tribulationum, & paſsionis Chriſti D.Greg. ſupra cantic. 2. & Lauretus in verbo abire.

1 PRIMITIAS, & decimas dari iuſſas in calatho ſiue Carthallo. ſignific. a concordibus, & conſentientibus munera Deo offerenda eſſe. nam Calathus ſignific. conſenſum cordis quo proximum diligamus. Franciſ. Geor. Peg. 190. tom. 2.

2 Primitias, & decimas dari iuſſas fuiſſe. ſign. omnium rerum principium, & finem offerendum illi, qui eſt principiū, & finis omnium rerum. denarius enim numerum eſt finis omnium numerorum. Georg. Venet. Armen.

3 Primitias rerum præcioſarum accipere ab ultro nec offerentibus, vt eſt Exod. 24. ſignifi initia operationum diſcutere, vt tanquam Deo acceptæ, ipſi offerantur. Lauretus in verbo accipere.

4 Primitię ſign. initia operum, vel ſign. bona opera, vel ſig. bonam voluntatem, quæ initium eſt operum. Lauret. in verbo primitiæ.

5 Primitias offerre ſign. Dici initium auſpicari ab oratione, & laudibus Dei.

6 Primitiæ ſpiritus, ut eſt Coloſ. 2. ſignificant. ſpiritum adoptionis filiorum, vel ſignific. inſigniora dona Spiritus ſancti. Lauretus in verbo primitiæ.

7 Primitiæ de ſpicis, & eſt Leuit. 2. ſignificant primitiuam Eccleſiam in Apoſtolis, vel ſignific. neophitos, uel ſignific. aduentum Spiritus ſancti.

8 Primitias frumenti offerre Deo, ut eſt Ezech. 45. ſignific. docere homines miſtica ſcripturarum.

9 Primitias ordei offerre Deo. ſign. docere ſimplicer puram hiſtoriam ſcripturarum.

10 Primitias olei offerre. ſign. in domo Dei operari quæ ſunt fructifera ſicut oliua.

11 Primitias uini offerre ſig. tradere alijs, de Torcularibus ſaluatoris.

12 Primitiæ unius panis, ut eſt Leuit. ſeptimo, ſign. fidem, quæ omni doctrinæ præponi debet.

13 Primitias cuſtodiendas eſſe, ut eſt Numero 17. ſignific. uerbum Dei cuſtodiendum in corde orig. ſupra Nume. hom. 11. & Lauretus in uerbo primitiæ.

14 Primitiæ de panibus ex ſimila fermentata, ut eſt Leuit. uigeſimotertio, ſignific. doctrinam Euangelicam a Chriſto Domino traditam, cum admixtione ueteris legis recte intellectæ Iſych. ſupra Leuit. uigeſimotertio. & Lauretus, ut ſupra.

15 Primitiæ mellis, quæ offeruntur Deo, ut eſt Leuit. ſig. modicum eloquentiæ, & ſcientiæ ſecularis, quæ diuinis eloquijs adiungi poteſt. Laure. uel ſignific. elementa literarum, & alia, quæ a philoſophis inuenta ſunt. Lauretus in verbo accedere.

16 Primitiæ animæ offerendę, ut eſt. Geneſ. 4. ſign. primatus bonarum diſciplinarum Deo dādos; D.Ambr. j. de Cain. 10 1. & Lauretus in uerbo primitiæ.

17 Primitiæ de area, ut eſt numero 18. ſign. motus ſenſuum directos ſecundum uirtutes D.Amb. 2. de Cain. 1.

18 Primitiæ frugum ſignifi. antiquos patres, qui ex populo Hæbreo fuerunt Sancti D.Hieron. Iere. 2. & Robertus 9. Apocal. Lauretus in uerbo primitię.

19 Primitiæ cęſorum, ut eſt 1. Reg. 15. ſigni. delectationes peccatorum. D.Greg. ſup. 1. Reg. 15 & Lauret.

20 Primitias, & decimas dari iuſſas eſſe, ut eſt Leuitici 27. ſignific. ſine diuina gratia nullum bonum opus initiari aut perfici, aut compleri. Nā cuiuslibet boni operis inchoatio complementum ac perfectio re uera ſunt Deo aſcribenda. Ipſe enim Dominus operatur in nobis uelle, & perficere, quod primum, & decimū eſt Deo offertur, quia principium, & finis in manu Dei eſt, quod uero mediū eſt relinquitur homini, utpote imperfectum, & ideo nouem partes relinquebantur poſſeſſoribus: nouenarius enim ſig. imperfectionem. Petrus Bongus cap. de nouenario folio 238. 5. nouenarius mortalibus. 5. Hora nona.

21 Primitiua ciborum, & aliorum dari ſacerdotib. ut eſt Ezech. 44. ſig. Sacerdotalis dignitatis gradum eſſe cognoſcendū. Gloſſa ord. ſup. Ezech. 44. & Lauret. in uerbo primitiæ.

22 Primitiuorum meſsis, ut eſt Exodi 23. ſign. collationem Spiritus ſancti, uel ſigni. primitias bonorum operum. Gloſſa ordi. ſup. Exod. 23. & Lauret. in uerbo primitiæ.

1 PRIMOGENITVM hominis poſſe redimi pecunia, uel precio, ſign. Deum non expetere ſacrificium coactum, ſed uoluntarium. F. G. P. 390. to. 2.

2 Primogenitum aperiens uuluam maſculum a domino exquiri. ſignific. eum qui miſericordia fontem aperit Domini eſſe. nam reſihem ſignificat, & uuluam, & pietatem, & qui aperit diuinæ pietatis fontem, & miſericordiæ iure Dei eſſe debet. Franc. Georg. Problem. 401. to. 2.

3 Primogenitum Biforme, magnum æthereum, natum ab ouo, habens uocem Taurinam, alas aureas comprehendens diuinū ſemen, & mortale, &c. apud Orpheum, Sign. animam mundi ſiue regium, quę hoc vniuerſum producit, ea uinificat. Farra, ut infra.

Biforme dici ſignifi. animam mundi partim uiuere cum mundo intellectuali, & partim cum ſenſibili.

Magnum dici, ſign. animam mundi comprehendere totum uniuerſum.

Ethereum dici ſig. animam mundi perdere a ſupremo Dei Spiritu ſancto.

Natum ab ouo dici. ſignif. animam mundi procedere

cedere a mente tamquam a patre, cuius mentis est ipse intellectualis mundus ab antiquis vocatus Ouum propter motum circularem.
Vocem Taurinam habere, sign. animæ mundi partem ad materiæ formationem intentam. Farra sep. f. 190.
Alas aureas habere, sign. animæ mundi sapientiam; nam alæ sign. intelligentiam, & aurum, sign. mundum Idealem, in quo sunt Idearum Thesauri.
Comprehendere se non diuinum, & mortale, sign. animam mundi continere corpora cælestia, & corpora mortalia.
Elidere nubes, signific. animam mundi dum imprimit formam rebus, elidere obscuritatem antiqui Chaos.
Effundere lucem in mundum, signific. animam mundi conuertere animos ad contemplationem summi boni propter rerum formarum pulchritudinem.
Prudens, & abundans consilij esse, sign. contemplationis soliditatem in anima mundi.
Abundare semine, sig. animam mundi in mundo omnia generare.
Phanetom uocari, sign. animam mundi propter partem intellectualem esse lucidam, & apparentem.
Priapum uocari signific. animam mundi esse omnium rerum seminarium. Farra sept. folio 191.
4 Primogenitum Mercurius & Bacchus apud Orpheum, significat nonam numerationem Cabalisticam fundamentum. Farra sept. folio 204.
5 Primogenita Aegyptiorum occisa, signifi. Diabolum per Aegyptios voluisse in Hæbreis Dei primogenitum interficere, Hoc est præcidere ne Dei verbum ex illis carnem assumeret, & Ideo Iusto Dei Iudicio per ipsius Diaboli ma los Angelos primogenita Aegyptiorum sunt deleta. Rupertus lib. 3. cap. 17. de uictoria ver bi Dei.
1 PRINCIPATVS apud Orphicos, sig. mundú archetipum, quem mundum illi ipsi uocant quoque originem habitantium, & custodum. Paulus Scaliger. 2. tom. f. 17.
2 Principatuum chorus, sign. Deum patrem, qui prouincijs, & regnis præposuit principatus, sicuti Archangelorum Chorus signific. Deum filium, qui prælatis, & principibus præposuit Archangelos, & Angelorum Chorus, sig. Spiritum Sanctum, qui singulis hominibus singulos Angelos ꝓposuit Gre. Vene. Ar. f. 41.
3 Principatus in armonica mundi cósonantia, sig. naturam æream, sicuti & Venus. Georg. Vene. Arm. f. 73.
4 Principes tres quos magi super mundum opinabantur, scilicet Oromasim. Mitrim, & Ara minim, idest. Deum Mentem, & Animam, sign. Deum patrem, Deum filium, & Deum Spiritum sanctum, quibus correspondent numerus pondus, & mensura, quibus unitas, ordo. & motus, & quibus illa Platonis ad Diony sium. Circa regem sunt cuncta, ipsius gratia omnia, ipse pulchrorum omnium causa. Franciscus Gergius Armonia folio quadragintesimo.
5 Principes abire absque fortitudine, ut est Thre. 1. pastores Ecclesiarum nulla gregis habita cu ra a suis cupiditatibus captiuos duci. D. Bernard. de diligendo Deo. & Lauretus in uerbo abire.
6 Principes recedentes, ut est Hose 9. sign. Heresiarchas, & hippocritas desciscentes a Deo. Lauret. ut sup.
7 Principes concidere carnes, & ossa populi dei, sicuti in lebete, ut Miche. 3. sign. principes consumare bona populi. Diuus Hieronimus sup. Micheam. capitulo 3. & Lauretus in uerbo abscindere.
8 Princeps fortitudinis, ut est Danielis capitulo octauo & uir ascendens equum ruffum, ut est Zachar. capitulo primo, & diui Ioannis Apocalip. capitulo sexto, & Exiuit equus ruffus, & qui sedebat super illum, sig. Imperatoré occidentis. M. Antonius Louisinus supra Esdram fol. 5.
9 Principes procurans subditorum incolumitatem sv. anchora. 5.
10 Princeps ambulare super terram, ut est Ecclesiastic. 10. sig. viros uirtutum dignitate præditos nullo honore insigniri, & extolli: sed potius ve luti indignos multa aduersitate premi. Lauret. in uerbo ambulare.
11 Princeps, mons, collis, taurus, abies, ciparissus, cedrus, vepres, libanus, buxus, vitulus, pinus, spinæ, murus, quercus, turris, in sacris literis sunt Synonyma. Gouschelius lib. 1. Elocut. Sacr.
12 Principes, ut est 1. Corin. 2. neque principiú huius seculi. sign. phiolosophum, & oratorem, Gouscel. lib. 2.
13 Princeps aeris, & potestatis, vt est Ephes. 2. signif. Diabolum. Gouschel. lib. 3.
14 Princeps duodecim, qui ceciderunt in deserto, cum his qui egressi fuerunt ex ægypto sig. 12. Apostolos cum successoribus eorum, quorú manet tentatio, & ruina corporum usque ad finem. secundi status. Ioach. libr. 3. tract. 2. cap. 6.
15 Principes vero 12. qui ingressi sunt in terrá promissionis. signifi. patres tertij status, quorum primi erunt 12. qui mittendi sunt, qui omnes usuri sunt illam pacem, quam promisit Deus diligentibus se. Qui 12. viri non longe futuri a tempore ipsius Abbatis Ioachim. & ego arbitror fuisse D. Bernard. D. Dominicum. D. Franciscum. D. Thomam. D. Antonium de Padua. D. Bernardinum de Feltro. Diuum petrum Martirem Mediolanensem. &
16 Principes duodecim qui in libro numerorum numerantur, ex duodecim Tribus Israel. significát duodecim Apostolos, & eorum successores legitimos.
Georgius Ederus lib. 2. Oeconom. Tab. 48.
17 Principes Persarum, & Græcorum, de quibus

Daniel cap. 10. Princeps Persarum Regni obstitit mihi vno & uigesimo die, & cum ego egrederer, apparuit Princeps Græcorum veniens &c. sign. Angelos malos resistere, Angelis bonis, quos sign. Michael Princeps populi Hæbrei. Rupertus lib. 9. cap. 4. de victoria verbi Dei.

18 Principes qui præferunt populo Hæbreo a Dauid usque ad Transmigrationẽ Babilonis habuisse duas successiones, vnam secundum natiuitatem carnis, & alteram secundum unctionem: illi, qui erant secundum carnem. signif. Filium Deum, & illi qui erant secundum vnctionem. sign. Spiritum Sanctum Deum. Ioach. lib. 2. cap. 25.

1 PRINCIPIVM iuxta illud, in principio creauit Deus &c. sign. vetus Testamentum, in quo iactum est fundamentum Testamenti noui. Ioach. f. 65. Concor. cap. 10.

2 Principia Orphica, sunt tria Iuppiter, Iuno, & lex. Iuppiter significat principium uniuersorum. Iuno sign. Iouis Conthoralem omniparentem sine qua nihil omnino uitæ naturam agnouit conuenientem uniuersis. Lex significat Naturæ confirmatiuum seu distributionem, quæ tria Plato uocauit Deum Ideam, & materiam. Pythagoras vero uocauit infinitum vnum & duo. Paulus Scaliger 2. Tom f. 9.

3 Principium sapientia, & timor Dei, ut est illud psal. initium sapientiæ timor domini, significat. Sanctissimam Trinitatem. Principium, signifi. Patrem. sapientia signifi. filium, & timor Dei signific. Spiritum sanctum. Galaun lib. 2. c. 7.

4 Principium operis chimici. v. operis chimici principium.

5 Principia pythagorica sunt tria, scilicet infinitũ unum & sig. numerus, primum principium, quod est infinitum, sigo ipsum posse inseparatum ab esse videlicet, ut inquit Democritus, omnia potentia simul esse in ipso esse. Secundum quod est vnum, sign. indiuisibilem essentiam. Tertiũ quod est numerus, sig. tetractim in qua omniũ rerum una quædam summa res est. quæ tria principia sig. Sanctissimam Trinitatem. Infinitum enim sign. ipsam æternitatem. unum, sig. essentiam diuinam, & numerus signif. diuersitatem respectuum in diuinis personis. Paulus Scaliger 2. to. miscell. fol. 8. & 9. Et aliquando Pythagoras ponit pro numero duo, & aliquando tetractyin: nam sub numero cõprehenditur, & binarius, & ternarius, & tetractys. quando ponit duo, sign. materiam pro tertio principio propter Symphathiam, quam habet dualitas cum materia, materia enim habet respectum ad aliquid, ad actum scilicet, qui respectus est duorum, & ipsa materia est incomposita, sicut & binarius est numerus par incõpositus, uel quia materia per se imbecillis est, & nihil potest statuere per se, sicuti & binarius; omne enim quod, est quatenus est, ternario est & quaternario perficitur, ut corpus est altitudinem longitudine, & profunditate. Spiritus est memoria intellectu, & voluntate. quaternario vero perficit pp respectus ut de spiritu loquar, ut memoriæ ad intellectũ, & voluntatẽ, qui est binarius intellectus ad uoluntatẽ, q est ternarius, & voluntatis ad memoriam, & intellectum, & est quaternarius, quando uero ponit tetractim pro tertio principio, id intelligendum est perfecto modo: nam tetractis est primus numerus par compositus, qui est causa omnis perfectionis, continens unum duo, & tria, quæ collectiuo progressu decem conficiunt, extra quæ nihil est, & quaternario perficiuntur omnia, nam in corporibus ex longo lato & profundo perficitur totũ, quod est quartum, & ex materia forma et priuatione fit cõpositum, quod est quartum, & perfectum. Scalig. ut supra f. 9. ca. 10.

Aliquando, ut dictum est a Pythagora ponitur pro principio numerus, & tunc signific. mentem. Paulus Scalig. f. 14. sicut enim in corporeis nihil diuinius mente, sic in separatis nihil simplicius numero.

6 Principium & Numen hoibus insitum si conuenienti sibi honore a singulis numeri ipsius utẽtibus afficiatur, oĩa seruare. apud Platonẽ. principium quidem, sig. Ideam esse formationis humanæ principium. Numen vero sig. familiarẽ Dęmonem generationis quoq; principem. Illum uero nobis insitum esse, sig. illum nõ adesse solum, sed inesse assidue atque fouere. præcipue uero fauere, & fauendo seruare se, si grate colatur ab his, qui munere eius utũtur, & istud numen siue dęmon sæpe uocatur Lucina. Ficinus in 6. de legibus Platon.

7 Principia tria a Platone nominata, sig. Deũ mentem, & animã mundi. Deũ quidẽ per se unũ bonumque existere, cum uero uinitas bonitasque amplissima sint, sequitur, ut deus per se sit oĩno. Mentẽ uero summã Deo proximã per Deũesse, quatenus unũ quiddã est & bonũ, ferrea, & p se, quatenus mẽs est, & ordo naturę secundæ. Mundi deniq; aĩam productam quidẽ & ipsam a primo deo quæ vnũ atq; bonũ productam quoq; & ab ipsa mente quã mens, sed quã p se mobile est, a se ipsa productam, & hæc a Plato ne habentur diuinorũ origines, & rerũ principia. Ficin. in Epist. platonis ad Dionysiũ.

8 Principium sig. Ch. D. N. iuxta illud principium qui & loquor uobis: nam Ch. D. N. est primogenitus omnium creaturarum, & est principiũ in quo facta sunt omnia, quam rem sign. Beth prima littera Geneseos, quę est sigillum sapientie diuinæ dei filij, & uerbi carne humana vestiti: nã sicut illa littera est principiũ libri generationis sic uerbũ Dei q Ch. D. N. est, per qđ facta sunt oĩa, & principiũ reparationis vniuersi & omnium nostrarum bonarum actionum. Franciscus Georgius problemate 84. to. 4.

1 PROCELLA ruens super caput malorum, ut est Hierem. 30. sig. Diuinam uindictam. Laur. in uerbo cadere.

1 PROCESSIO quę fit in festo Asensionis D. significat illam processionem, quam fecerunt Apostoli, & discipuli in montem Oliueti, ut vide-

viderent Dominum ascendentem,& signi. accessum de uirtute in uirtutem, & processio quæ ab Apostolis facta fuit de Bethania in Oliuetum,ubi dominus ascendit,signif.neminem posse nisi per obedientiam,quam sign. Bethania,& per opera misericordiæ,quæ,sign. mons Oliuetus,posse in cœlum ascendere,Gulielmus Durandus lib.6.cap.104.

1 PROCI apud Homerum,sig.amorem meretricium. Equicola lib.4.de natura Amoris.

2 Procis petulantibus,& in omnes voluptates profusis Homerum non tribuisse comedendos neque pisces,neque aues, neque placentas mellitas,sign.quantum poetæ displiceret luxus in uictu & machinationes coquinariæ superfluæ equlæque superuacaneæ. Atheneus lib.1.cap.4.ad hoc facit quoque quòd Priamus increpat filios comedentes non concessa,vocans eos raptores agnorum & hędorum.

3 Procorum ludus,qui erat talis. erant 108. proci qui Penelopem petebant, singuli habebant singulos lapillos, & diuidebant in duas pares seipsos quinquagintaquatuorpro parte, & in medio spacij, quod erat inter utranque partem, collocabant unum lapillum similem illis,quos singuli habebãt,& uocabãt illũ Penelopẽ,& singuli iaciebãt suos lapillos in illũ mediũ, & qui percutiebat eũ,collocabat suũ in eius locum,& alio calculo rursus iaciebat, & q sępius lapidẽ medium Percussisset, sig. apud eos illum futurum Penelopes sponsum. Atheneus.l.1.cap.9.

1 PRODIGVS filius cupiẽs satiare se de siliquis porcorũ,vt est Lucæ 15. sig. hominem qui dat mercedem pro uitijs, contra morem meretricum,quæ exigunt illam. Vel signif. hominem, qui delectatur lectione poetarum, & rhetorũ, quibus mens,quæ naturaliter veritatem amat, non satiatur, cum solum uerborum habeant tinnitum. D. Hieronimus in Epistol. beatitudinis.

2 Profundum absorbere aliquem,ut est psal. 68. sign.aliquem in infernum demergi. idem sign. rhamnus absorbens aut tempestas aut Ignis absorbens uiuentes,cum scilicet mali puniuntur cum sensu pęnæ. Lauretus in uerbo absorbere. Vel profundum absorbere aliquem uel aquã absorbere aliquem,ut est psal.123.sign.a tribulationibus aliquẽ superari, ita ut deficiat. D. August.psal.123.& Lauret.ut supra.

3 Profundum,ut est Rom.8.neque altitudo neq; profunditas,signific.Gehennam, sicuti altitudo sig. regnum cœlorum. Gousche.lib.2.Flocut.sacr.

1 PROMETHEI fabula,sig.philosophiã disciplinarũ inuentricẽ. Budeus in de studio instituẽdo:

2 Prometheus subducens furtim Vulcano,& Mineruæ peritiam artiũ,& ignẽ sig. p inuentionẽ mechanicarum artium hominem ad uitam humano ritu iuuandam esse deductum. Budeus in de studio instudiendo.

3 Prometheus nõ ualens Ciuilem scientiam, quæ erat penes Iouem, habere,sig.hominẽ per artium liberalium traditionem ad uitam excolẽdam ornandamque naturæ humanæ præstantia & dignitate perductam esse. Budeus in de studio instudiendo.

4 Prometheus ad caucasiam rupem a Mercurio affixus,sign.hominis Philosophi intellectum, qui Phisiologiæ Astronomiæ, & alijs Philosophiæ partibus adminiculo humanæ coniecturę ad diuinorum intelligentiam assurgere confidit. Budeus in de studio instituendo.

5 Prometheus liberatus ab Hercule a suplicio vulturis uel Aquilæ sibi iecur comedentis, sig. intellectum humanum per diuinã gratiã ab errore externę Philosophiæ exemptum. Budeus in de studio instituendo. v.annot. in Aquila.

6 Prometheus apud Platonem formans hominẽ significat summam prouidentiam a qua omnia sunt creata,& facta. Cartarius in prologo Imaginum.

7 Promotheum hominẽ e luto finxisse,sign.illum fuisse primum,qui hominis idolum plasmaret e terra. Fulgentius lib.2.

8 Promethei iecur semper a vulture pasci,nec unquam finire, sed ad pastum renasci, significat liuori & luxui non deficere materiam. Fulgentius lib.2.

9 Prometheum auxilio Mineruæ ignem cælestem surripuisse,& in pectus hominis e luto a se formati iniecisse, illumque animasse, sig. hominẽ ex Dei prouidentia & cælesti sapientia factum. ignis,quem e cœlo surripuit Prometheus,sign. animam diuinitus inspiratam. Fulgentius libro 2.

10 Promethei Iecur vultur comedens,signifi. mundum,qui celeri quadam velocitate uersatur, & cadauerib. nascentiũ, & occidentium perennitate depascitur.

11 Promethei Iecur renasci ad pastum vulturis, sign. mundum ex diuinæ sapientiæ prouidentia ali & sustentari. Fulgentius lib.2.

12 Prometheum formasse Pandoram, quæ dicitur omnium munus,sig.ab eo animam formatam, quæ est munus omnium generale. Fulgentius lib.2.

13 Prometheum furtim de cœlo ignem nobis attulisse, signifi. rationem nobis commodo omnia subministrare. Plutarchus in lib.de fortuna,& Sanctius in Alciati Emble.102.

14 Prometheus apud montẽ,qui ponat anulum catenæ in digitũ,q catena hæreat monti, positus sub Pasiphae in porta lunæ, in quinto gradu Theatri Iulij Camilli,sig.gratitudinem obligationem,& debitum. Iulius Camillus f.229.

15 Prometheus cum anulo in porta lunæ sub talaribus in sexto gradu Theatri Iulij Camilli, sig. operationem circa gratitudinem, uel obligationem. Iulius Camillus f.138.

16 Prometheus in septimo Gradu Treatri Iulij Camilli in genere p oẽs planetas, signif.artes tam nobiles q uiles: in specie uero uariabit significati naturam. Iulius Camillus f.144.

17 Prometheus cum face ardenti in porta Mercurij sub Prometheo in septimo Gradu Theatri Iulij Camilli signifi.artes, & artifices in ge-

In genere. Iulius Camillus f. 146.

Prometheum ascendisse in cęlum auxilio Mineruæ, & igni de solis rota accepto hominis Idolū, quod e luto formarat animasse, sign. principē prudentem, qui per sapientiam in populo suo per rectum ordinem ponat tū legum Religionis, & Sanctarum institutionum, quæ sunt anima populi ruolis, & quæ homines e bestiali, & rustica ad ciuilem, & quietam uitam adducūt, Iosephus lib. 1 Methamorph, Ouidij.

19 Prometheus cui vultur uel aquila depascitur Iecur rupi caucasiæ cathenis alligato, sign. homines plus æquo curiosos in occulta Philosophia Astrologia Critica, Magia, omnique Mantia habere animos semper curis solicitudinibusque peranxios arctius arcanę indagini alligatos altioribusque scrutinijs affixos. Alciatus Emblem. 102.

20 Prometheum viritim omnibus ignem de cœlo surreptum distribuisse, signific. partes prudentiæ in orbem particulis exiguis esse dispersas, deinde se recepisse in ordinem, Plutarchus in libello de Fortuna & Sanctius in Alciati Emblemate 120.

21 Occisam, sign, quòd cum cum prometheus maceraretur cura & cupiditate discendi naturam, ac situm aquilæ cælestis, edoctus fuit ab Hercule, qui Astrologiam callebat, & sic illa cura qua promethei cor angebatur cessauit. Alexn. Aphrodis. & Sāctius in Alciat Emblemate supra dicto.

22 Prometheus sign. naturalem quandam prouidētiam in uitali animæ mundi parte regnantem, ex luto idest ex materia prima statuas idest res naturales effingere, atque esse huic opificio partim alligatam, partim quoque solubilem, nec esse hic Epimetheo idest temeritati locū. plotinus lib. 1. de dubijs animæ, & Rhodiginus lib. 4. cap. 19.

23 Prometheus, sign. dæmonum sublimium ordinem. Ficinus in Argumentum Protagoræ.

24 Prometheo datam curam a deis, ut hominem armaret, muniret, & instrueret, signi. hominis curam ad sublimiores Angelos pertinere. Fici. marg. protag.

25 Prometheum tradidisse homini artis rationem, sig. homines per rationem consecutos omnia Quæ natura bestijs artificiosa coueesserat. Ficinus in Argnm. Protagorę.

26. Prometheum accepisse artem cum igne ab officina Mineruæ, & Vulcani, sig. homines per ingenium per efficaciam artia, & per Istrumenta in actionibus suis elaborare debere. Nam Minerua sign. ingenium. Vulcanus, signific. artis efficaciam, & ignis sig. instrumenta, vel Minerua, & Vulcanus, sign. artium ideas. Ficinus argumento Protagoræ.

27 Prometheū doluisse q hominibus esset impertitus rationis usum, sign. Dęmonicum ipsum nostrum Curatorem affeci misericordia erga nos quòd nos ob ipsum rationis munus ab ipso datum uel excitatū tanto miserabiorem in terris quam belhę, quanto magis solicitam, & inexplicabilem, uitam agere cœus.

28 Prometheo a Pytagora Epimetheum antepositū, sig. bestias, q ab Epimetheo muniteę fuerant faciliorem uitam quam homines, qui a Prometheo muniti fuerunt, esse docturas. Ficinus in arg. Protagoræ.

29 Prometheum creasse hominem ex terra & animalium omniumque rerum ultimum, sign. illud Mosaicum in genesi. Postremo creauit hominem e limo terræ Ficin, ut sup.

30 Prometheum non potuisse largiri uirtutem ciuilem hominum saluti penè necessariam, quòd ea esset penes Iouem, quò nō licet Prometheo adire, sig. Dæmonum prouidentiam cum sit particularis, non posse ad vniuersalem ascendere, quæ propria est Iouis, & officium ciuilis scientię potius est vniuersale, quam particulare Ficinus in Argum. Protagoræ.

31 Prometheum esse Ioui additum socium apu Platonem, sigo. summam prouidentiam summæ potentiæ coherere. v. Ioui Prometheus. Ficinus in Epistola Platonis ad Dionysium.

32 Prometheum instituisse sponsę dari anulum ferreum cum Gemma adamante, signifi. amorem omnia uincere, & ad omnia insuberabilem esse, ferrum enim omnia domat, & adamas a nullo superatur. Durandus lib. 1. cap. 9. ubi legendum est Prometheus, & non Protheus. v. spōsæ dari anulum ferreum.

33 Promethei aquila quæ eius viscera depascebatur, sign. prometheum habuisse regionem fœcundam, quam fluuius Actos idest aquila maxime infestaret, nam hepatis aut vberis appellatio sępè sign. fertulitatem Rhodiginus lib. 4. cap. 20.

34 Promethei aquilam ab Hercule interemptam fuisse, sig. Hierusalem per multos alueos fluuiū aquilam ita diuertisse, ut non amplius damnū inferret Promethei regioni satis fœcundæ, Rhod. ut sup.

35 Prometheum Ignem hominibus distribuisse, sign. illum omnium primum Philosophiam homines docuisse, Rhodig. ut supra, & Natalis Comes. lib. 4. cap. 6. Mytheolog.

36 Prometheum aquila interempta ab Hercule liberatum, sign. Prometheum quem sui subditi, (erat enim Rex Scitarum) in vincula coniecerant, e uinculis ab Hercule exemptum, & fluuium aquilam in mare per multos alueos deriuatum Rhod, ut sup.

37 Prometheum per ossa Iouem decepisse, signific. mentem animæ rationalis, quam mentem, sig. Promethens, penes diuinam prouidentiam cōstitutam, quam prouidentiam sign. Iupiter, sortitam incorpoream uitam, cibi haud indigam, concipere impetum ad terrena hæc & corruptibilia, quo nomine confestim pæna consequitur, ut illinc mens præcipitetur in corpus, ossa sign. ueritatis tegumentum. Ossium ariditas, & perfecta nuditas sign. uitam extra carnem, & cibi necessitatem. Ossibus obuoluta pinguedo sign. uolupatatem & spiritale gaudium, mens igitur Ioui imponere tentat subtractis sibi adipationibus

fioribus, & illi Osseis appositis quoniam ad inferiora reclinata corpoream uitam amplecti tur, quæ carnem habet & pinguedinem. Deũ spiritali statui relinquit. Ignis vero sign. vitam intellectualem, qua later sicut ignis ante, quã in materia concipiatur. Ignis uero furtum in concaua ferula sign. mentis transitum ab intelligibili obscura & latenti uita, ad sensibilem, & alienam. ferula enim sign. corpus. sicuti.n. ferula operit ignẽ, ita caro aĩam cõtegit, & sicuti ferula est debilis, ita & caro, siue corpus ipsum. & postea quam propria electione mens affectare cœpit terrena, iubet Diuina prouidentia ex quatuor elementis formari Pandoram, quæ sign. corpus humanum. & corpus exprimi nomine fœmineo sexu debiliore. sig. carnẽ ob minimum quid exolui posse. Pandoram tamen dicı dijs similem, sign. humanum genus etiam si non numero, spetie tñ idem sit, serneturque perpetuo & vigeat, & ob id Pandoram significari uirginem. Pandora quoq; aupud Ioan. Grammaticum sig. artium inuentionẽ, Pandoræ pithos, id est dolium. sign. fati potentiã, quæ prodeuntibus generatione animis bona distribuuntur uel mala. Rodig. lib. 4. cap. 20.

37 Prometheus sign. ipsam mentem dum diuinitate est instructior insita, exactiore libra rerum qualitatem priusquam omnino quicquam capessat, expendit, peruidetque, & tunc dicitur Prometheus, idest prouidens & præsentiens. Dum vero inscitiæ nubilo obducta nil satagit, sed incertis fortunæ fluctibus vitæ rationes tamquam vela expandit, tunc post malum resipiscens, & consultans dicitur Epimetheus, idest post malum consultans.

38 Prometheum & Epimetheum fuisse filios Iapeti. Qui sign. celerem & rotatam cęlorum uertiginem, sign. caput nostrum in quo mens sita est, habere aliquid analogum cum cœlo, ex positu spherico. Iapetus uero apud Proclũ, sig. Deum intellectualem qui sit causa cęlestis motus. Apud Eustatium Iapetus sign. cœlestem spheram.

39 a Prometheo surreptũ fuisse ignem, sig. mentem artificalem, luminis.n. causa ignis est, proinde icona habet artificialis mentis, qua viuũt homines intellectualiter primum. Rodiginus lib. 4. cap. 20.

40 Promethei ferula qua ignem detulit. sign. sensibilia, est enim sacra Dionysio, in cuius sacris Narthecophori ferebant etiã ferulam, & Dionysius habetur autor sensuum, Rodig. lib. 4. cap. 20.

41 Quæ de Prometheo a Socrate de doctrinis & scientijs dicta ea sign. Noe fuisse ipsum Prometheum, per cuius diuinum os purus omnium scientiarum fons ad omnes diluuio posteriores limpidissima scaturigine defluxit. Goropius lib. 2. Hermat. f. 13.

42 Prometheum aluisse vulturem suis uisceribus in pœnam quod surripuisset ignem Ioui. signifi. Noe passũ ab alijs fuisse dicteriorum, quòd aleret vulturem in uisceribus suis, ut qui tanto tẽpore ante prę̈sagisset omnium cadauera in uniuersali diluuio submergenda, & eo quòd dixisset futurum uniuersale diluuium impij illum cauillabantur dicentes, Iouem immisisse vulturem, qui illius Iecur depasceret, tamquam reum furti ignis non quem surripuisset, sed quem aquæ essent extincturæ, ut ille asserere videbatur, cum diceret aquas omnia fore sum mersuras. Goropius in Indoscythicis. folio 516.

43 Prometheum fuisse liberatum ab Hercule a vulture sibi uiscera corrodente. sign. Noam post vniuersalem inundationem fuisse liberum a molestijs, quas habebat dum prædiceret futurum diluuium ob homines submergendos. Nam Noa quandiu prę̈uidebat cathaclysmum erat Prometheus, & quandiu præsagiebat omnium animantium submergendorum cadauera vulturem intus alere dicebatur non citra graues dolores, quos e commiseratione generis humani perituri patiebatur. Simul atque hæc præterierunt desijt Prometheus prouidendo vocari, & vulturem pascere, iam deinde Hercules futurus non solum quia uiriliter omnia aduersa superasset, sed quòd iam de ipsius solius testiculo tota humani generis penderet posteritas. Hercul enim in prima lingua interpretatur vis mascula, siue testiculus communis, & publicus. Vide Hercules significat Noam.

Goropius in Indoscythicis. f. 528.

44 Prometheus qui face accensa ascendat ad cęlum cum verbo. Altiora, sign. hominem qui indicat se non ut Prometheus ad Solis spheram ascendere, sed altius quoque; id est ad Deum ipsum esse ascensurum, & hoc non cum extincta, ut Prometheus, sed accensa face esse facturum. Fax enim accensa sign. fidem, & Dei gratiam per quam homo a terrenis ad Deum eleuatur in æternam felicitatem. Quare nil altius ab homine excògitari potest. Vel forsan. signifi. hominem qui a pulchritudine mulieris amatæ ascendat ad contemplationem diuini fulgoris, in qua illius mens feliciter quiescat, vel sign. hominem qui ostendat mulieri a se dilectæ, dummodo ei rem gratam faciat, se se esse paratum ut superet omnes hominum vires atque virtutem. Hieronymus Ruscellus in insigni Aloysij Estensis Cardinalis.

45 Prometheus, ut sensit Zezes. sign. mentem, quæ res futuras multo ante præuidet, sicut Epimethus sign. cognitionẽ quam acquirimus post rerum euentus, cujus filia est pœnitentia. Natalis Comes in lib. 4. cap. 6. de Mytholog.

46 Prometheus, ut ait Orpheus in hymno in Saturnum. sig. tempus, nam tempus est rerum omnium, & artium inuentor, & magister, Natalis ut supra.

47 Prometheum esse filium Iapeti, & Themidis. sig. optimum affectum nasci in animis nostris ex impressione cœlorum, & ex iusta atque

æquitate,

æquitate, e quibus bona consilia, & prudentia, tum in rebus priuatis, tum etiam in publicis administrandis, & rerum humanæ uitæ necessariarum inuentiones exsurgunt.
Natalis ut supra.

48 Prometheum adhibuisse suo homini effecto, particulas singulorum animalium, sig. hominis prudentiam multas mutationes in animum imprimere.

49 Prometheo Iouem iratum ob ignem inuentum immisisse omnia mala, sign. nullum malum esse quod non ex voluptaria uita, quæ multas artes habet ministras, proueniat. Nam una cum artibus ipsis, & Reges exorti sunt & latrocinia & bella & solicitudines animorum eruperunt, & omnia illa denique quibus humana vita vexatur. Natalis ut supra.

50 Prometheum obtulisse Ioui carnes sub altera pelle inclusus & sub altera ossa, sign. cum uoluptatibus & deliciis non solum legum & æquitatis ob spem commodorum, sed etiam Deorū immortalium contemptus in genus humanum irrumpere. Natalis ut supra.

51 Promethei Iecur lacerari ab Iouis aquila, signifi. prudentioribus hominibus mentem semper ad uarias cogitationes distrahi. &

52 Promethei Iecur in nocte restaurari tantum, quantum in die aquila depasta fuisset, sign. naturam alterna tempora quieti & animi curis cogitationibusque determinasse. Natalis ut supra.

53 Prometheum fuisse saxo uel columnæ alligatū, sign. animam esse corpori alligatam, quæ est prudentiæ sedes & domicilium, cum corpus per se sit tanquam saxeum, & nullam habeat cognitionem. Natalis ut supra.

54 Promethei Epar nunquam quiescens, sign. rationis motum, quia nonnulli sapientes dixerūt Epar esse sedem cogitationis mentis.
Natalis ut supra.

1 absque PROOEMIIS & affectibus, prouerb. sign. rem simpliciter & nudam exponendam esse. Adagium quid de pusillis magna procœmia. Quod adagium sign. uerbosa non utendum prælocutione in re non magni momenti.

1 PROPE esse, ut est Ezech. 6. sig. sibi sciolum & diligentem esse uideri. qui nisi cauerit, gladio hæreseos aut schismatis ferietur. Lauretus in verbo accedere.

1 Propertius, vox deducta a properste appellatione linguæ Cymbricæ quæ fuit omnium prima & qua usi sunt Cymbri ante Latinam in tota Italia, sign. hominem elegantissimum, quam excellentiam poeta umber a maioribus suis duxisse videtur, & eo magis quod habuit prænomen Aurelius, quod signific. hominem qui ab ipsis suis maioribus nobilitatem ducit. v. Aurelius. Ioannes Goporius in Vertumno, folio trigesimo.

1 PROPHETAM disponere exempla uitarum in pauimento apud Platonem, sign. animarum imaginationes esse quidem superiores vegetali potentia, quam signifi. sortes quas idem propheta proiicit super ipsas animas, sed tamen ipsi uegetali potentiæ propinquas. Ficinus in 10. de Rep. Platon.

2 Propheta sign. prouidentiæ inspirationem, quæ ab ratione in examinandis vitarum exemplis ab imaginatione propositis inspiratur, ut melius eligat anima.

3 Prophetam sortes fundere, & exempla uiuendi proponere animabus, sign. non solum diuinæ prouidentiæ influxum fatalia sancire, sed fatales sortes & fatalia exempla producere in rationis examen atque iudicium. Ficinus in 10 de Rep. Plato.

4 Prophetam falsum occultare, ut est Deuter. 13. sig. eius errores defendere. Lauretus in uerbo abscondere.

5 Propheta abstergens puluerem de facie, ut est 3. Reg. 20. sign. reuelationem parabolæ suæ, & sign. reuelationem mysteriorum, quæ sub uili cortice ueteris legis continentur. Lauretus in verbo abstergere.

6 Prophetas locutos fuisse ænigmatice signifi. eos demonstrare concentum harmonicum, qui est inter uisibilia per quę loquuntur, & diuina de quibus loqui intendunt. F.G. p. decimo septimo tom. 3.

7 Propheta. v. Agricola. 5.

8 Prophetia quę tantam admirationem humano generi afferre solet, multiplex est. somnium, scilicet uisio imaginaria, spiritus propheticus suggerens. Visio per speculum clarum reuerberans. Vox dearticulata, & uisio faciei ad faciem. Quæ species ut facilius intelligantur, singulas apponendas duxi. F. G. peg. 4. tom. 3.

9 Somnium prima Prophetiæ species ab Hebreis dicitur Tardemah, est medium inter somnum, & vigiliam, quale fuit Ioseph, & Iacob. ob q ille coactus fuit ire in Aegyptum. Et iste uidit scalam. F.G.p.5.tom.3.

10 Visio imaginaria quæ etiam dicitur filia uocis, & est secunda species prophetiæ, est quando fit uisio per imagines, qualis fuit Zacharię, & Ioannis, qui uiderunt animalia, ædes Templi, aut ciuitatis & his similia. Sub quibus imaginibus latent Sacramenta inde discutienda, quod oraculum dicitur Echo, siue filia uocis, quia sicut Echo est reuerberatio vocis ab homine prolatę, sic imagines istæ sunt quędam reuerberationes ex creaturis a Deo productis, F.G. p. 6. t. 3.

11 Visio in spiritu tertia species, est quando sopitis sensibus exterioribus homo vacat soli Deo a quo spiritus eius illuminatur & edocetur, quod fit, quando gladius diuini verbi separat animam animalem a spiritu, adeo ut nihil concupiscat nisi Deum, & tunc habet homo spiritum coniunctum Deo, a quo docetur. F.G. p. 7. t. 3.

12 Visio per speculum in ęnigmate, est similis uisioni imaginarię, sed tamen aliquid est differentię, nam illa fit per imagines tantum quo ad

esse.

esse. Ista uero fit & quoad esse, & quoad operari. Qualis fuit uisio Eliæ quando cognouit Dominum non in spiritu conterente petras, nec in commotione, nec in igne, sed in sibilo auræ tenuis: aut quando in septimo aspectu vidit puer eius nube aulam ascendentem e mari, ex quo pluuiam denunciauit Achab. F. G. p. 8. tom. 3.

13 Visio per speculum clarum reuerberans, est quando spiritus hominis videt in speculo lumini opificis, in quo resplendent omnia. Cuius intuitus dicitur uisio matutina, uel est, quando datur alicui gratia deueniendi ad visionem supramundani solis. quem uocant speculum lucens, ad quem gradum ductus est Moses, quando dedit legem. quem locum Isaias vocat Sion. F. G. p. 9. t. 3.

14 Visio uel oraculum per uocem dearticulatam, est, quando Deus alloquitur aliquem uoce dearticulata, & tunc semper uox geminatur, ut factum fuit Abraham, Mosi, Samueli, & D. Paulo, quæ uocis geminatio. Prima uox signif. gradum, in quo uocatus est, & secunda sig. gradum ad quem uacatur. F. G. p. 10. t. 3. & hic gradus est super prophetiam.

15 Visio faciei ad faciem, est quando aliquis per mittatron angelum deducitur ante faciem Dei, quem Deus ipse uult, vt fuit Moyses. F. G. p. 11. t. 3.

16 Prophetiam magnam habere cognationem cũ Euangelio. v. Aaron. 34.

17 De Prophetia, ut res ipsa Paulum lucis, quoad fieri potest, accipiat, mihi videor non ineptum facturus, si Mosis Aegyptij verba apponam, quibus ipse in proœmio sui ductoris dubi j usus est, quæ sunt. Et scias quod similitudines Prophetiæ sunt duobus modis, sunt etenim quædam similitudines in quibus, quodlibet verbum demonstret aliquid super aliquo separatim. Secundus autem modus est, quod erit uniuersa similitudo demonstratiua rei assimilatæ in ipsa, erunt tamen multa verba in ipsa similitudine, quorum nullus adiiciet aliquid in ipsa re assimilata, sed posita sunt ad ornatũ similitudinis, & ad ornationem eiusdem, uel ad profundationem occultationis rei assimilatæ, ut sit uerbum ducatum præbens secundũ ordinem, iuxta quem conuenit plano illius similitudinis, & adhibe mentem huic rationi. Exemplum primæ speciei similitudinum Prophetię est illud, quod scriptum est. Et vidit somnum, & ecce scala posita in terra, & in hoc quod dixit scala, sign. quiddam, & in eo quod dixit, posita in terra, sign. quiddam secundum, & in eo quod dixit cacumen eius tangebat cœlos, sign. tertium quid, & ecce angeli Domini, sig. quartum quid, ascendentes, sig. quintum quid & descendentes sign. sextum quid, & ecce Dominus stans super ipsam sign. septimum, & ecce omnia uerba posita in hac similitudine, sig. aliquid præter vniuersum rei assimilatæ in ea. Exemplum uero secundæ speciei similitudinũ prophetię est illud, quod dixit Salomon. De fenestra domus meę per cancellos prospexi, & uideo paruulos, & considero iuuenem uecordem qui transit per plateas in obscuro aduesperascente die, & ecce mulier occurrit illi nunc foris, nunc in plateis apprehensumque deosculabatur iuuenem dicens, victimas pro salute tua deuoui. Iccirco egressa sum in occursum tuum. Et intellectus istorum uersum est, vt caueant homines ne sequantur uitia corporalia. & assimilauit quę est causa omnium corporalium desideriorum mulieri meretrici virum habenti, & super hac similitudine fabricatus est librum suum. Ad hæc etiam exponemus in capitulis huius libri profundam sapientiam ipsius, in eoque assimilauit materiam corporalem mulieri meretrici uirum habenti, & exponemus qualiter finiuit librum suum in laude mulieris non meretricis, sed dantis operam, & intendentis in apparatu eorum quæ sunt necessaria domui suę, & uiro suo. Et omnia ista sunt impedimenta, quę prohibent hominem acquirere postremam perfectionem, quę est scire creatorem suum. Hæc dicit Moses Aegyptius vt supra. Et quoniam nobis in his nostris Commentariis sępius agendum est de significatis, quę in similitudinibus prophe-ticis continentur, non alienum putamus fore, si hanc materiam in hoc loco non nihil aperiamus, ut facilius etiam per plurima symbola in his commentariis cognoscantur. nam in expositione huiusce modi prophetica nonnulla sunt consideranda, de quibus opere pretium est lectorem admonitum esse. Vtemur igitur verbis Sixti Senensis in libro tertio suę Bibliothecæ Sanctæ, dicentis. Prophetica expositio est, quę nullo humano ingenio excogitata, sed solo diuini Spiritus afflatu reuelata scripturas sanctas ad prædictionem futurarum rerum certa, & immobili ueritate conuertit, referens prophetarum oracula uaticinia visiones, prophetias, & typicas eorum actiones, quę in sacris litteris continentur, ad futuras temporum mutationes, & sæculorum reuolutiones, ad regnorum vicissitudines, ad gẽtium populorum, vrbium aduersitates, bella, clades, ruinas, victorias, instaurationes, fœlicitates atque alia his similia, quæ diuina prouidentia, uel ita exigentibus mortalium meritis, uel occulto, sed tamen iusto iudicio suo in posterum fieri decreuit. Est autem duplex huius expositionis modus, quorum unus, quædam nondum impleta uel non dum intellecta veterum prophetarum vaticinia diuino illustrante lumine referat, ostendens, & ueluti digito certissime demonstrans loca, personas, ac tempora in quibus iam dudum pronunciata, sed nondum intellecta oracula compleantur. Alter autem modus antiquas vatum prædictiones multis iam seculis impletas, & agnitas iterum futuris temporibus adimplendas fore denunciat. Siquidem multæ sunt in diuinis litteris prophetię, quę varios & multiplices habent tam historicos, quam typicos sensus, sed unum tamen cęteris eminen-

eminentiorem, atque primarium magisque ꝓprium, in quem ſcilicet vaticinantis animus, primo contuitu ferebatur, & in quem præcipue mentis aciem propheta dirigebat. Cum igitur aliquæ ex his prophetijs iuxta primarium ſenſum expletæ fuerint, rurſus eaſdem iuxta alios ſecundarios ſenſus, vel hiſtoricos, vel Typicos reimplendas fore diuini quidam expoſitores tradiderunt, aſſerẽtes pro exemplo, oraculum illud ex ſecundo libro Regum, quod Deus pollicitus eſt, in Solomone impleturum. Ego ero illi in patrem, & ille erit mihi in filiũ. quod D. Paulus ad hæbreos ſcribens, affirmat denuo cõſumatum eſſe in Chriſto. Itemque illud Ieremiæ vaticinium. Vox in Rhama audita eſt, ploratus, & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt, quod cum Propheta de filijs Iſrael in captiuitatem Babylonicam abducẽdis protuliſſet, Matthęus ſecundum alterius intelligentiæ veritatem ad interfectionem transtulit paruulorum. Itemque alij rurſus iuxta alium ſenſum, impletionẽ eiuſdem vaticinij factam dixerunt in ultimo vrbis ſanctę excidio, cum per viam, in qua Rachel prope Bethleem condita eſt, infinita captiuorum Iudæorũm millia Romam directa ſunt. Hæc Siſtus Senenſis, ut ſupra nonnihil etiam proderit illud quod a Paulo Scaligero ponitur in Epiſtola ad Marcellum: Qua omnes abditæ artes, & ſcientiæ perſtringuntur, & perfectiſſima ratio prophetandi, & miracula operãdi, ut ille ait traditur. Vt autem paucis accipias quid velim, cognoſcendum eſt, diuinationem fieri multis modis, quæ prophetia, quoque a noſtris dicitur. Hæc (ut ex ſacto Chryſoſtomo Politianus tranſtulit) aut ſpiritalis, aut naturalis, aut artificioſa, aut popularis, aut damnata eſt, & prophana. Spiritalis, eſtaſi, voce, parabola, afflatu. viſione, uiſioq; ipſa triplex, oculis imaginatione, mente. Naturalis, brutorum, furentium, dormientium. Bruta enim ſicut hirundines formicæ grues, Alcyones, Erinatij aduentantem præſentiunt hiemem. Furor eſt autem ſicut Plato ait quadruplex, Vatum, puerorum, Bacchorum, & amantium. Vita dormiẽtium, aut inſomniũ ſunt aut ſomnium, inſomnio phantaſma occurrit, quod uiſum Cicero appellat, & Ephiaſtes, qui latine incubus dicitur. Somniũ, viſio, & oraculum, quę Græci ὅραμα, & χρηματισμὸς dicunt. Inſomnium diuinatione caret, ex cura animi, corporis, & fortunæ. Somnia, vel Theorematica, vel allegorica ſunt. Hæc autem, vel propria, uel aliena, vel cõmunia, vel publica, vel mundana, quorum coniectura fit, natura, lege, conſuetudine, arte, nominib. & definitione. Artificioſa eſt qua medici, qua conſiliarij, qua gubernatores vtũtur. Nam & medici morborum principia, momenta, & fines præſciſcunt. Et conſiliarij, quid expediat in poſterum coniectant, & gubernatores Ventrum tempeſtatumque præuident uarietates. De populari uero, & damnata, quòd ad nos ferè nihil attinet, nil nobis dicendum uidetur. Diuus Auguſtinus ubi agit de raptu D. Pauli. Hæc ſequentia dicit de prophetia, q̃, ut lectoris mens altius, quid ea ſit percipiat, lubenter apponam. Proinde quibus ſigna per aliquas rerum corporalium ſimilitudines demonſtrabantur in ſpiritu, niſi acceſsiſſet mentis officium, vt etiam intelligerentur, nondum erat propheta, magis que propheta erat, qui interpretabatur, quod alius uidiſſet, quam ipſe qui uidiſſet, unde apparet magis ad mentem pertinere prophetiam, quam ad iſtum ſpiritum, qui modo quodam uocatur ſpiritus, uis animę quædam mente inferior, ubi corporalium rerum ſimilitudines exprimuntur. Itaque magis Ioſeph propheta, qui intellexit, quid ſignificarent ſeptem ſpicæ, & ſeptem boues, quam Pharao, qui eas uidit in ſomnis, illius enim ſpiritus informatus eſt, vt uideret, huius mens illuminata, ut intelligeret. Ac per hóc in illo erat lingua, in iſto prophetia, q̃a in illo rerũ imaginatio, in iſto imaginationum interpretatio. Minus ergo propheta, qui rerum, quæ ſignificabãtur ſola ipſa ſigna in ſpiritu per rerum corporalium imagines uidet, & magis propheta, qui ſolo earum intellectu prǽditus eſt, ſed et maxime propheta, qui utraq; pręcellit, ut & uideat in ſpiritu corporalium rerum ſignificatiuas ſimilitudines, & eas uiuacitate mentis intelligat, ſicut Danielis excellentia tentata; & probata, qui Regi, & ſomnium, quod uiderat; dixit; & quid ſignificaret aperuit, & ipſe quippe imagines corporales in ſpiritu eius expreſſæ ſunt, & earum intellectus reuelatus in mente. Hæc D. Auguſtinus, ut ſupra. quibus uerbis oſtenditur quomodo prophetia in mente, & lingua conſiſtat licet &, qui tantum uidet in ſpiritu, & non intelligit, non uere ſit propheta: at magis tamẽ propheta, qui intelligit licet nõ uideat, ſed maxime propheta, qui & uidet, & intelligit. Hic ea qua potero breuitate, & facilitate ſubſtringam nonnulla ſignificata, quæ ad utrunque modum expoſitionis faciant, & primum de ipſo Eſaia, qui fuit non ſolũ propheta ſed Euangeliſta, & Apoſtolus, & prophetauit non ſolũ futura, ut futura ſed, ut præſentia, & præterita, & qui complexus eſt quidquid ſacramenti ad Chriſtum D. & eius Eccleſiam ſpectat, imo quidquid ad phyſicam ad Ethicam, & Logicam quidquid eſt ſanctarum ſcripturarum, quidqd poteſt humana lingua proferre, & mortalium ſenſus accipere in eius uolumine cõtinetur, & quamuis omnis prophetia ſit ut plurimum obſcura. attamen nõ pauci homines diuino afflati ſpiritu non paucas illius difficultates explicarunt, ita ut quæ prius uidebantur obſcura, per interpretationes clara eſſe facta uideantur.

Eſaias igitur in primo capite ſuæ prophetiæ ſign. Deum execrari Synagogæ peccata, & eorum cauſa non admittere Iudaica ſacrificia.

In ſecundo capite ſign. in Meſſiæ tempore gentes confluxuras ad montem domus Domini.

In tertio ſign. Imperium auferendum eſſe a Iudæis.

In

In quarto sign. germen Domini fore in magnificentia.

In quinto signifi. uineam Domus Israel desolandam esse.

In sexto sign. Christum Dominum in maiestate sedentem ab ipso propheta visum, & templum Iudæorum fore succendendum.

In septimo sign. Christum D. fuisse concipiendū de Virgine.

In octauo signifi. Damascum & Samariam fuisse euertendam.

In nono sign. Christi D. Natiuitatem.

In decimo signif. legumlatores iniquos grauiter puniendos.

In 11. sign. ex Iesse beatam Virginem, & Christum D. oriundos.

In 12. sign. iubilandum esse, ob aduentum Saluatoris.

In 13. sign. Babylonem fuisse euertendam.

In 14. sign. Babyloniorum variam & gratiam afflictionem.

In 15. sign. Moabitas fore afficiendos ruina, & calamitate.

In 16. sign. Moabitas esse puniendos ob perfidiam, immanitatem & arrogantiam.

In 17. sign. Damascenis fore vastitatem ab Assyriis.

In 18. sign. populorum meridianorum calamitates.

In 19. sign. Aegyptiorum ab Assyriis vastationē.

In 20. sign. Aegyptiorum, & AEthiopum ab Assyriis captiuitatem.

In 21. sig. Babylonis destructionem.

In 22. sig. Hierusalem ab Nabucdonosor obsidendam esse.

In 23. sign. Tyri & Sidonis exitium.

In 24. sign. terræ totius desolationem vel tantum Iudæorum.

In 25. sign. Synagogæ & populi Iudaici vastationem.

In 26. sig. Deum humiliare superbos, & humiles exaltare.

In 27. sign. Deum rursus consolaturum Israel.

In 28. sign. ebriosos ineptos ad docendum & iudicandum.

In 29. sign. Israelitas fore humiliandos vsque ad puluerem, sed non sine vltione hostium.

In 30. sig. Deum irasci nobiscum si præter ipsum humano innitamur consilio.

In 31. sign. Deo soli nobis fidendum esse.

In 32. sign. regni Christi Domini qualitatem & regni bene instituti conditionem.

In 33. sig. hominibus esse ea patienda, quæ ipsi aliis intulerint.

In 34. sign. hominibus esse intolerabilem diuinā vltionem.

In 35. sign. lætitiam & consolationem futuram his, qui crederent in Christum.

In 36. sign. Hierusalem oppugnitionem ab exercitu Assyriorum.

In 37. sign. obsessos firmandos esse spe diuini subsidij.

In 38. sign. Ezechiam ingenti cœli miraculo non solum conualuisse, sed & vitæ annis 15 a Deo donatum fuisse.

In 39. sig. auferenda esse omnia a Babyloniis quę eis ostenderat Ezechias.

In 40. sign. per Christum fuisse reuelandam gloriam Domini.

In 41 sign. bona quæ fidelibus largitur Deus.

In 42. sign. Christum Dominum fuisse placiturum Patri.

In 43. sig. Christum promittere se liberatorem affuturum Ecclesiæ suæ, quam redemit.

In 44. sign. peccatis dimissis abundantiam bonorum spiritualium.

In 45. sign. per Cyrum fuisse a Deo gentes subijciendas, & solum Deum esse inuocandum.

In 46. sign. Babylonica idola destructa.

In 47. sign. Babylonem superbam per Astrologos seductam, in vilem seruitutem fore ducendam.

In 48. sign. Iudæos hypocritas facie Deum colere, sed factis negare.

In 49. sign. Iudæis libertatem dandam post destitutionem & desolationem.

In 50. sign. Iudæos rejectos a Deo, quod Christum D. non recepissent.

In 51. signifi. fideles qui putant se desertos esse, ad fidem & patientiam vt Abraham, confirmandos.

In 52. sign. redimendos a Deo debere esse bono firmoque animo.

In 53. sign. Christum ut ouem oblatum fuisse laturum iniquitates nostras.

In 54. sign. Deum blandiri homini a peccatis resipiscenti, & eorum pœnitenti.

In 55. sign. homines hortandos esse ad auditum uerbi Dei.

In 56. sign. homines hortandos ad iudicium & iustitiam & Sabbatismum.

In 57. sign. Dominum esse qui sanat suos ab idolorum abominatione.

In 58. signifi. modum veri ieiunij esse dissoluere colligationes impietatis &c.

In 59. sig. apud Iudæos corruisse veritatem, iustitiam iudicium, pacem, & æquitatem.

In 60. sign. gentes extraneas festinare ad gloriam Hierusalem.

In 61. sign. Christum D. missum esse ad prędicationem Euangelij.

In 63. signific. salutem Domini promitti Hierusalem.

In 63. signifi. ipsum prophetam Esaiam admirari quod videret Christum D. adeo sanguinolentum.

In 64. sign. magna esse præparata a Deo sperantibus in se.

In 65. sign. Deum reddere unicuique iuxta propria opera.

In 66. sign. Deum consolari & augere populum suum.

Hæc quam breuissime fieri potuit exposita sunt iuxta primum prophetię expositionis modū. iuxta uero secundum. Hęc erunt in quibus sequemur Abbatem Ioachim in lib. 5. conc. cap. 106.

106. non tamen per capita, ut superiora, sed summatim. Sciendum igitur Esaiæ prophetiã habere sua significata, vel secundum historiam uel secundum concordiam. secundum historiam, Esaiæ prophetia sign. res ad Iudæos attinentes. Secundum uero concordiam sign. res ad Latinos spectantes, & obseruandum quod secundum historiam Esaiæ prophetia tãtum sign. ea, quæ euenerunt Iudæis ab suo tempore usque ad tempus Christi Domini, secundũ uero concordiam sign. ea, quæ uel nenerunt, uel uentura sunt ab obitu Eraclij Imperatoris usque ad secundum aduentum Christi D. secundum historiam, vel ad litteram prophetia ipsius Esaiæ sign. & Siros & Philistijn secundũ concocordiam sign. Persas & Longobardos. Quamuis Gothi & Vandali in Philistijm reputati sunt. Quinque sanè fuerunt Satrapiæ Philistinorum quos reliquit Dominus, ut in eis experiretur Israel. quæ sign. Gothos Ostrogothos, Visigothos, Vandalos, & Longobardos, a quibus multo tempore Ecclesia ipsa est afflicta. & eadem prophetia secundum historiam sign. regnum Assyriorum, secundum concordiam, sign. regnum ut arbitror Alemannorum adlitteram, nel secundum historiam eadem prophetia sign. Babylonem & eius Reges. Secundum concordiam sign. Romam & eius imperatores, ad litteram sign. Babylonis iudiciũ, secundum concordiam sign. Romę flagellum, secundum historiam sign. primum aduentum Christi Domini, secundum concordiam sign. aduentum secundum. & hæc possunt etiam significare alios sensus pront variæ & multiplices sunt duorum Testamentorum mysticæ intelligentiæ.

Hieremias in primo capite videt Virgam vigilantem, & ollam succensam, quæ quid significent, tu lege loco suo.

In 2. sign. Deum exprobantem beneficia a se in Iudæos collata.

In 3. sign. Deum reuocare Iudæos ab idolorum cultu.

In 4. sig. ueram pœnitentiam & conuersionem ad Deum esse faciendam.

In 5. sig. exitium a Deo Iudęis ob scelerum peruicaciam uenturum.

In 6. sig. fraudem & auaritiam Iudęorum.

In 7. signif. Iudęos frustra confidere in externo templi cultu nihil iuuante.

In 8. sign. Iudęos peruicaces noluisse ad prophetarum uerba respicere.

In 9. sign. Hieremiam plorare super malitia populi Iudaici.

In 10. sign. idolorum cultum esse uanum, sed unius Dei uerum existerę.

In 11. sign. homines maledici, qui non obediunt verbo pacti diuini.

In 12. sign. malos in hoc mundo, ut plurimum fœlices esse.

In 13. sign. Iudæorum interitum & dispersionem.

In 14. sign. siccitatem terræ Iudæ Iudæorum malitiæ esse imputandam.

In 15. sign. Dominum ulturum se de Iudæi fame, gladio, peste, & captiuitate.

In 16. sig. Iudęos esse morituros in summa calamitate.

In 17. sign. confidendum esse soli Deo, & non homini.

In 18. sign. hominem in manu Dei esse, ut lutum in manu figuli.

In 19. sig. Hierusalem excidium ob contemptum uerbi Dei.

In 20. sign. ærumnas & calamitates & percussiones, quas ipse Hieremias passus est uerbũ Dei.

In 21. sign. Hierusalem exurendum & Sedechiã regem capiendum fuisse.

In 22. sign. Regem Iuda hortandum esse ad inditium & iustitiam, quæ si non fecerit, urbem uertendam esse in solitudinem.

In 23. sign. a sacerdotibus & prophetis Hierusalem egressam esse omnem pollutionem super terram, & eosdem fuisse grauiter corripiendos.

In 24. sign. prophetam vidisse duos calathos plenos ficubus alterum bonis, & alterum malis, de quibus tu lege in suo loco.

In 25. sign. captiuitatem septuaginta annorum ab Assyrijs de Iudæis faciendam.

In 26. sign. Iudæos debuisse resipiscere, ut Deus illis parceret.

In 27. sign. Iudæos quando noluerunt resipiscere, saltem debuisse sponte Babyloniis se submittere.

In 28. sign. Ananiam falsum prophetam ob mendacium populo Iudæo factum diem suum eo anno obiturum.

In 29. sig. Iudæos debuisse manere in Babylone, eo quòd Dominus eos illuc transtulisset, & eos debuisse pro Babylonijs orare, ut & ipsi uiuerent quiete.

In 30. sign. Iudæos, qui erant in Babylonia debuisse spem habere de reditu in patriam.

In 31. sig. populum Israel fuisse rediturum in Samariam, Deus enim decreuerat illum restituere.

In 32. sign. ipsum Hieremiam fuisse in carcerem trudendum, quod prædixisset Hierusalem a Babyloniis capiendam.

In 33. sign. ipsum Hieremiam monitum a Deo, ut oraret pro populi liberatione, quam ipse Dominus promittebat faciendam.

In 34. sign. ciuitatem Hierusalem tradendam in manus Regis Babylonij, & eam esse succendendam.

In 35. sig. Iudæorum superbiam, cum ad Exemplum obedientiæ Rechabitarum sibi propositum noluerint humiliari, fuisse retundendam.

In 36. sig. Hieremiam fuisse missurum e carcere librum suarum propheriarum, ad Regem Hierusalem, qui dictum librum statim in ignẽ erat positurus.

In 37. sig. Regem Aegypti frustra fuisse uenturũ Iudæis in subsidium.

In 38. sign. ipsum Hieremiam suasu principum

fuisse

fuisse mittendum in lacum.
In 39. significat Hierusalem captam & incensam a Babilonijs, & Regem Iuda fuisse exoculatum.
In 40. sig. Hieremiæ factam facultatem abeundi quo vellet.
In 41. sign. Ismaelem interfecisse Godoliam & alios complures, & adduxisse reliquias populi quæ remanserant in Masphat.
In 42. signific. principes reliquiarum Hierusalem debuisse in Iudæa permanere, ut essent salui, alioquin si in Aegyptum fugerent, ibidem fuisse affligendos.
In 43. sig. reliquias aluisse etiam reclamante Hieremia in Aegyptum fugere, quæ Aegyptus erat mox, a Babylonijs conterrenda.
In 44. sign. Iudæos, qui in Aegyptum aufugerant idolis sacrificasse, & idcirco Deum illos contriuisse.
In 45. sign. Baruch pusillanimitatem a Hieremia redargutam, & illius salutem promissam.
In 46. sign. Pharaonis Nechao, & Aegypti desolationem.
In 47. signif. Palestinos, & eorum confines esse vastandas.
In 48. signific. Moabitas, & eorum urbes euertendas.
In 49. sign. Ammonitas, Idumæos, & Damascenes desolandos.
In 50. significat Babyonios destruendos, & Iudæos esse liberandos & in patriam restituendos.
In 51. sign. Babyloniis, & eorum idola colentibus grauia mala imminere.
In 52. sig. Hierusalem direptionem per Babylonios faciendam.
Hæc supradicta Hieremias explicat, in quibus, secundum primum modum expositionis propheticæ, signific. Iudæos & ea quæ illis erant euentura, usque ad restitutionem de Babylonica seruitute, sed iuxta secundum modum expositionis, & secundum concordiam, sig. Latinos & eorum euentus.
ad litteram significat Hierusalem destructionem.
ad concordiam, significat Ecclesiæ, tribulationem.
ad litteram, significat Babylonem puniendam.
ad concordiam, significat Romam castigandam.
ad litteram significat Hierusalem reædificandam fuisse.
ad concordiam, signif. Ecclesiam a sua calamitate subleuandam.
ad litteram sign. Reges multos uenturos a partibus Medorum contra Babylonem, quod ut ait Abbas Ioachim, in libro quinto conc. cap. 107. nondum fuit completum in illa Babylone necesse est vt in spiritu compleatur in alia, & hæc regula est generalis in omnibus prophetarum oraculis.
ad litteram sign. extremum tempus regni Iudæorum, hoc est a diebus Iosiæ qui percussus est ab AEgyptiis.
ad concordiam signifi. Ecclesiæ temporis partem eam, quæ cœpit a diebus Leonis Pontificis Summi, qui deuictus traditur a Normannis licet Pius fuerit, & laudabilis vitæ.

Baruch.

In primo capite sign. Iudæos qui erant in Babylonia misisse litteras & munera ad eos, qui erant in Hierusalem.
In 2. sign. Iudæorum confessionem qua fatentur se propter suapeccata iuste pati eas, quas patiebantur ærumnas.
In tertio signific. Iudæos orare pro sua liberatione.
In quarto sign. Iudæorum seruantium legem æternam, & illam deserentium discrimen.
In quinto significat Iudæorum consolationem qua bono animo esse debebant ob Christum qui erat mittendus. Et ob Ecclesiam constituendam. Hæc secundum primum expositionis modum.

1 PROPHETANTES ante Mosem prophetasse per ceruam unicornem, significat Prophetas ante Moysem habuisse tantummodo uirtutem prophetandi, sed non faciendi miracula. Nam cerui signif. ubera superiora diuinitatis, & hinnuli ceruorum significat ubera inferiora diuinitatis, & quemadmodum ubera sunt duplicia, superiora & inferiora. ita sunt & cornua, alterum sign. lumen prophetandi, & alterum signif. uirtutem faciendi miracula. Quæ duo cornua Eliseus petijt ab Elia in cœlum ascensuro, uirtutem scilicet prophetandi & faciendi miracula, cum petijt duplicem Spiritum, & quia illi qui fuerunt ante Moysem solum prophetarunt, sed caruerunt virtute miraculorum, habuerunt tantum unum cornu, & ideo dicti sunt prophetasse per ceruam vnicornem. F. G. P. 450. tom. 2.

2 Prophetantes duo in castris Israel, signif. duos ordines in initio tertij status instituendos fuisse, qui fuerunt ordo prædicatorum, & ordo Minorum. Abbas Ioachim in Hierem. fol. 13.

3 Prophetare videre, & stillare in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius lib. 1. Elocut. sacr.

4 Prophetiis sortem diuidi a Spiritu Domini per mensuram, ut est Isai. 34. sign. Deum secundum ordinem facere eas impleri temporibus suis. Diuus Hieronymus supra Isai. 34. Et Lauretus in uerbo abscindere.

5 Prophetia, onus, visio, & verbum, in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius libro 1. Eloeut. sacr.

6 Mulier Prophetissa ad quam accessit Isaias, & peperit filium uocatum accelera spolia detrahe, festina prædari, significat Spiritum Sanctum, qui apud Hebræos es generis femenini ex quo concepit Spiritum Prophetiæ. Vel sig.

Virginem sanctam ad quam spiritus accessit, & uidit eam parturire Domini nostri Iesu Christi, qui uocatus est accelera, quod ipse par uo tempore consumauit opus suum, & detraxit spolia diabolo & morti, & prędatus est eos. F.G.P. 169.t.3.

7 Prophetissa ad quam Isaias accessit, ut est cap. 8. signific. beatam Virginem, quæ ex Spiritu Sancto concepit. Isaias enim tunc loquitur in persona Spiritus Sancti, & uocat testes illius rei Vriam, & Zachariam, quos ipse nominat, & post ipsum Isaiam fuerunt Vrias, scilicet annis 160. & Zachar. annis 250. quæ res apertissimè ostendit Isaiam non de se, neque de vxore sua ea uerba protulisse, ut fede blatterant neoterici Iudæi. Galatinus libro septimo capitulo decimo sexto.

1 PROPITIATORIVM longum duobus cubitis cum dimidio significat Dominum nostrum Iesum Christum. Qui ut homo minor est patre Deo, quem sig. numerus ternarius, & ideo propitiatorium non fuit longum tribus cubitis, sed tantum duobus cum dimidio. Valerianus folio ducentesimo sexagesimo nono.

2 Contra Propitiatorium aspergere, ut est Leuit. 16. signific. Christi Domini mortem fuisse futuram ad propitiationem. Glossa Ordinaria. Leuit. 16.

3 Propitiatorium, scabellum pedum, Cœlum sedes Dei, mons Sanctus, in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius lib. 1. Elocutio. sacrar.

1 PROPORTIONES quia Plato iubet obseruari in Republica sunt tres, proportio Musica, proportio Arithmetica, & proportio Geometrica, quas ipse Plato vocat medietates. Proportio Musica sign. identitatem rerum existentem in opifice. Proportio Arithmetica sig. rerum productarum alteritatem. Proportio uero Geometrica sign. unionem alteritatum. Has proportiones Plato præcepit obseruari in Rep. ut per Musicam teneatur iustitiæ similitudo tribuendo maioribus maiorem, minoribus uero minorem rationem, per Arithmeticam ut detur unicuique secundum suam mensuram, vnde pax in populo conseruetur. per Geometricam vero ęquando, & colligando unionem præstet. Quas proportiones Hesiodus & alij dixerunt fuisse filias Themis, quæ omnium potentias uiresque colligit, & est numen eorum, quæ fas sunt, fas enim Themis dicitur, & has filias uocarunt Eunomiam, Hirenen, & Dicen. Eunomiam sign. medietas Geometrica. Hirenen sign. medietas Arithmetica. & Dicen sign. medietas Musica qua declaratur identitas & uera iustitia distributiua. F. G.P. 326.t.5.v.Themis.

2 Proportio apud Platonem ex numeris duplaribus & triplatibus deducta, per numeros pares duplatos, quadruplato, & octuplatos, sig. naturas corporeas. per triplatos in lineari quadrato & cubo, signifi. creaturas spirituales. Et Deo magis appropinquantes. vel per partes, sign. subiecta elementaria. per impares signif. formas & ideales. F. G. P. 314.t.5.

3 Proportione Geometrica vtendum inter ciues. v. Aequalitas. 1.

1 PROPVGNACVLA argentea, ut est Cant. 8. sign. miracula cum prędicatione verbi Dei cōiuncta. D. Greg. Cant. 8.

1 PROSERPINA sign. ver, apud Aegyptios. Valer. f. 130. f.

2 Proserpinam dici Lunam, sign. Lunam ita dici quod nocte luceat, uel quod prosit terris. Fulgent. lib. 2.

3 Proserpinam dici Dianam & nemoribus præesse, signific. Lunam fruticibus & arboribus succi argumenta inculcare. Fulgentius libro secundo.

4 Proserpinam adesse nemoribus, & Dianam dici sign. venatores plus nocte vigilare, & die dormire. Fulgentius lib. 2.

5 Proserpinæ Comites legere Flores a poetis induci, sign. omnes qui se se pulchros & formosos arbitrantur, pulchris rebus delectari. Atheneus libro duodecimo, capitulo trigesimo primo. v. Flores.

6 Proserpinam a quibusdam dupli cem uocatam, licet & triplicem. apud Spagiricos, sign. Lunæ, idest argenti duplicem naturam cœlestem, scilicet & terrestrem. Vnde dicitur etiam astrum Olympicum. v. homines in Dæmones. Leo Suauius in compendio philosophiæ & medicinæ Paracelsi. f. 38.

7 Proserpinam raptam fuisse a Plutone, & sub terram deportatam fuisse sign. frugum semen a vi terrena occuli. Natalis Comes lib. 3. cap. 16. Mytholog. f. 78.

8 Proserpinam dici esse Cereris filiam, sig. semina quæ iaciuntur in terram esse e præteritis frugibus exempta, Ceres sign. segetes siue fruges.

9 Proserpinam legentem Flores & in Sicilia raptam fuisse, sign. semina frugum per hiemem attrahere nutrimentum e terra, & parare sibi flores, qui signific. fertilitatem, quam in æstate postea prodit. Vnde.

10 Proserpinam, quando rapta fuit, dictum collegisse Narcissum qui interpretatur torpor, & segnities, sig. in hiemali tempore semina dum parant per nutrimentum terræ materiam nouæ sobolis, quodammodo uideri torpida & segnia, quousque erumpant in germina, & flores, & fructus.

11 Proserpinam raptam dici in Sicilia, sign. Siciliam omnium terrarum tritici esse feracissimam.

12 Proserpinam matri indicatam fuisse ab Arethusa, quæ interpretatur uirtus seminis signif. ipsa semina terræ immissa apto tempore ab ipsa uirtute seminum, in apertum expelli. Natalis Comes ut supra.

13 Proserpina sign. terram quod ex ea egredientes herbæ, per eam serpere videantur. Cartar. f. 204.

14 Proserpinam raptam esse in campis Siciliæ a Plutone sign. terrę fertilitatem aliquando ibi ablatam

ablatam. Cartar. f. 226.

15 Propserpina sign. terræ fertilitatem. Cartar. f. 226.

16 Proserpina sign. illam occultam uirtutem, quam habent semina emittendi germina. Cartar. f. 226. & 237.

17 Proserpina sign. segetes natas e terra. Cartar. f. 239.

18 Proserpinæ fuisse patrem Iouem sign. calorem cæli, quod sign. Iupiter in terram infundi, & segetes progignere. Cartar. f. 239.

19 Proserpinam manere per sex menses apud maritum, per sex menses sub terram, sign. semina frugum per sex menses sub terra manere, sicuti.

20 Proserpinam per alios sex menses apud matrem supra terram manere sign. ipsa semina iam in fruges collecta, & in horreis condita apud superos, id est in altum ut plurimum posita recondi, uel signif. semina per sex menses hibernales manere in terris & per sex æstiuos in horrei scondi. Natalis Comes in Mytholog. lib. 3. cap. 16. f. 79.

21 Proserpinam fuisse filiam Iouis & Cereris, sign. semina produci ex calore temperato, quem signif. Iupiter & ex ui terræ progignente, quam sign. Ceres.

22 Proserpinam quando habetur pro luna, manere per sex menses sub terram, & sex supra terram, significat Lunam tamdiu in anno manere sub hemisphario inferiori, quamdiu manet in superiori, & hinc est quod hemispherium inferius dicitur Proserpina, sicuti superius dicitur Venus.
Natalis vt supra.

23 Proserpina Dea filia Cereris sign. segetes. Erizzus. f. 398.

24 Proserpina sign. vim occultam, quam habet semen germinandi in bienali tempore humi absconditum. Erizzus. f. 398.

25 Proserpina signific. hemispherium terræ, quod antipodes incolunt.
Erizzus. f. 718.

1 PROSPERITAS. v. Aestas. 2. v. Alexander 3.

1 PROTECTIO, ala, vmbra, clypeus, tabernaculum, in sacris litteris sunt synonima.
Gousch. lib. 1. Elocut. sacr.

2 Protectio in Ecclesia. v. Absconsio. 1.

3 Protectio diuina. v. Altitudo. 2.

1 PROTEVS vertens se in omnes formas signif. virum prudentem, qui sua prudentia sese accommodaret variis rebus. Cartar. f. 257. uel sign. Reges ægyptios in dies mutare regia insignia, ut augustiores appareant.

2 Proteum pastorem gregis marini a poetis fictũ sign. illum fuisse Carpathi regem, vbi maxima est phocarum copia. Cartar. f. 257.

3 Proteus in uarias formas mutari, apud Alciatum Emblemate 182. Primum seculum & omnium antiquissimum, de quo unusquisque pro phantasia sua somniat, ita ut iste ei unam formam, ille aliam, & hic aliam assignet.

4 Proteum se uertere in uarias formas, ut difficile capi posset, ut est apud Vergil. Georg. 4. sign. ueritatis captandæ difficultatem. Quam obumbrant Sophistarum decipulæ, dialecticorum subterfugia, oratorum inductiones, & Soritæ multis argumentorum aceruis in immensum congestæ, quæ omnia impediunt, ut proteus est ueritas se in humana, id est uera forma se spectandum exhibeat. Valerian. fol. 304.

5 Protheus apud Asclepium Atheniensem, sign. hominis naturam versipellem, & seipsam in uaria transmutantem. Picus in oratione de hominis dignitate. Hoc idem sign. Enoch apud Hebreorum secretiorem Theologiam, quem dicunt in angelum diuinitatis, & in alia transformari. Et apud Pythagoricos hominum transmutatio in bruta, in plantas, &c. ibidem.

6 Protheus demutans se in uarias rerum facies, significat hominem saltatorem eximium ad effingendum in primis docilem. Qui sciret exprimere nunc humectam aquæ uim, nunc ignis celeritatem motus uehementia, nunc Leonis feritatem, aut etiam pardalis impetum, vel virgulti flexum, & quidquid omnino collibuisset. Rhodig. libro tertio, capitulo tertio.

7 Protheus demutans se in uarias formas, sig. cupiditatem, tertiam animæ facultatem.
Clemens Alexand. Pædag. lib. 3. cap. 1.

8 Protheus sign. primam materiam, sicut & Diana sterilis indem sig. ipsam primam materiam. Equicola lib. 1. de materia amoris.

9 Protheum uariare tot figuras, sign. primam materiam omnes formas accipere. Equicola lib. 2. de natura amoris.

10 Protheus Oceanus, & Luna apud Orpheum sign. decimam numerationem Cabalisticam Malchut Farra. Septen. folio ducentesimo quarto.

11 Protheum & Silenum non solutos, sed ligatos apud Vergil. dedisse oracula signif. quietem & mansionem Spiritus Dei super filium. v. Sibilla. Iulius Camillus fol. 44.

12 Protheus solutus positus in porta Lunæ, sub conuiuio in secundo gradu Theatri Iulij Camilli sign. primam materiam, quæ fuit secunda productio. Iulius Camillus. f. 78.

13 Protheus ligatus in porta Saturni, sub antro in tertio gradu Theatri Iulij Camilli, sign. res immobiles solidatas & firmas, & illius ligatio in hoc loco signif. ligationem naturalem puram, cum Prothei ligatio sit duplex ligatio magica, & ligatio naturalis pura. nam ligatio quam facit Aristeus de Protheo, tum apud Homerum cum apud Vergilium:

Consilio Cirenes matris est ligatio magica.

Quæ pertinet ad secretum, quod manet in significatione florum, qui erant insculpti in candelabro aureo, de quibus tu v. Arca fœderis in porta Saturni, quid significent. ligatio uero naturalis, de qua in hoc loco agitur, talis est. Spiritus Christi Domini nostri, est ille

qui descendens a supracęlestibus canalibus renouat uirtute sua omnes cœlos, & deorsum effert secum omnes eorum uirtutes, dum quibus hic existit inter animalia herbas & flores, & si non ita renouaret omnia, perirent, & hoc sig. illa ciuitas plena gemmis quam uidit D. Ioannes descendentem de cęlo, & hoc sig. scalæ Iacob, per quas uidit descendere & ascendere spiritus Dei, quorum descensus sign. aduentum spiritus Christi D. N. ad faciendam renouationem istam in inferioribus. & ascensus sign. reditum Spiritus Christi D. N. ad refocellandum se cum superiori uniuersali. Iulius Camillus fol. 105.

5 Protheus ligatus positus in porta Saturni, sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, sig. naturam contumacem & immutabilem. Iulius Camillus. f. 136.

6 Protheus ligatus positus in porta Saturni sub talaribus, in sexto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. facere rem immobilem. Iulius Camillus. f. 140.

1 PROXIMO pignus accipere, ut est Exod. 22. sign. proximi confessionem tenere. Idem sign. a reo sanguinis pretium accipere. ut est Num. 35. Lauret. in uerbo accipere.

2 Proximi nuditatem aspicere, ut est Abac. 2. sign. ex proximi subuersione gaudere, id quod est diaboli & Antichristi. Glos. Ord. Abac. 2. & Rupert. ibid.

3 Proximus. v. Alius. 1.

1 PRUDENTEM coram se ipso esse, non timere Deum, non recedere a malo. stare in peccatis, non agnoscere Dominum, post Baal ire, subter omne lignum frondosum ire, in sacris litteris sunt synonima. Iacobus Gouschel. lib. 1. Elocut. sacr. script.

2 Prudentia. v. Anchora. 1.

3 Prudentiam militarem esse imperij uinculum tenacissimum. v. Anchora. 8.

1 PSALTERIUM, ut est psalm. 150. sig. hominis linguam. Clemens Alexandrinus Pędag. lib. 2. cap. 4.

2 Psalterium, ut est psal. 57. exurge psalterium, & cithara, sign. animam, sicut cithara sig. corpus. D. Basilius in psal. 57. Petrus Bongus cap. de Septen. f. 210.

1 PSEUDO Apostolus, auarus, canis, deuorator domorum uiduarum, quorum Deus uenter, guttur, sepulchrum patens, animalia uentris, in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius lib. 5. Elocut. sacr.

2 Pseudo propheta qui uenturus est ante ipsum Antichristum. v. Abadon. 1.

1 PUELLA ascendens per portam Capricorni in Zodiaco in porta Saturni sub Gorgonibus in quarto gradu Theatri Iulij Camilli, signific. animarum ascensum in cælum. Iulius Camillus. f. 137.

2 Puellæ, iuxta illud beati Cirilli. Veh mulieribus excisis de petra durissima uallis Virginis, & puellis de monte umbroso, sign. quosdam religiosos, qui sunt delicati & molles, ut puellæ. Abbas Ioachim in Cirillum. Et Theolosphorus fol. 13.

3 Puellæ tres ludentes talis, quarum una ridens a parte tecti percussa occiditur, significat semper presto esse infortunia. Alciatus in emblemate 129.

4 Puella bibens in cratere Bacchi posito in porta Lunæ, sub Gorgonibus in quarto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. animam cum tribus suis portionibus Nephes, Ruach, & Nessamah bibentem obliuionem rerum diuinarum in illo. Iulius Camillus f. 122.

5 Puella habens capillos eleuatos cęlum uersus in porta Martis sub antro in tertio gradu Theatri Iulij Camilli, sign. uigorem & rem uigore, plenam, fortem & ueram. Iulius Camillus fol. 97.

6 Puella cum capillis eleuatis uersus cęlum in porta Martis sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. naturam fortem uigorosam & ueracem. Iulius Camillus. f. 133.

7 Puella cum capillis eleuatis uersus cęlum in porta Martis sub talaribus in sexto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. præbere uim, præbere fortitudinem, & operari circa ueritatem. Iulius Camillus. f. 140.

8 Puella habens capillos surrectos uersus cęlum, sed incisos in porta Saturni sub antro, in tertio gradu Theatri Iulij Camilli, sign. res debiles, & oppositas illas, quas sign. eadem puella in porta Martis cum capillis non incisis. Iulius Camillus. f. 106.

9 Puella cum capillis incisis in porta Saturni sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli sign. hominis debilitatem, lassitudinem & mendacium. Iulius Camillus. f. 136.

10 Puella cum capillis incisis in porta Saturni sub talaribus in sexto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. debilitare rem uel mentem. Iulius Camillus f. 140.

11 Puella ferens in capite uas odoribus plenum posita in porta Veneris sub antro, in tertio gradu Theatri Iulij Camilli, sign. omnes dolores. Iulius Camillus. f. 91.

12 Puella ferens in capite uas odorum posita in porta Veneris sub talaribus, in sexto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. odores profundere. Iulius Camillus f. 139.

13 Puella ferens in capite uas odoribus plenum in porta Veneris sub Prometheo in septimo gradu Theatri Iulij Camilli, sign. artem odoratoriam, quam dicũt perfumeriá. Iul. Cam. f. 146.

14 Puella cum altero pede discalceato, & cum ueste discincta in porta Martis, sub Gorgonibus in quarto gradu Theatri Iulij Camilli sign. subitam deliberationem, & firmum propositum de repente factum, & uestis discincta, & pes solutus sign. solutionem & liberationem ab affectibus. Iulius Camillus. f. 134.

15 Puella descendens de cęlo per portam Cancri, posita sub Pasiphae in porta Lunæ, in quinto gradu Theatri Iulij Camilli signific.

animam

animam descendentem de cœlo, introitum illius in corpus, moram quam facit in corpore ante quam homo nascatur a matre. Iulius Camillus. f. 129.

16 Puella descendens de cœlo per portam Cancri posita in porta Lunæ sub talaribus in sexto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. obstetricem, & & illius artem. Iulius Camillus. f. 138.

17 Puellas sæpe ob insperatos casus ueluti saxa stupidas fieri. v. Anaxarete. 1.

1 PUER cum tabella alphabetaria in porta Saturni sub Prometheo in septimo gradu Theatri Iulij Camilli, sign. Grammaticam. Iulius Camillus f. 149.

2 Pueri multi nudi genuflexi ante aram Herculis qui virgis & flagellis usque ad mortem uerberentur, & tamen non uideantur gemitum ullum emittere, sign. omnia dura & aduersa ab patientia vinci, deductum est ab historia de moribus Laconum. Achilles Bocchius Symbolo. 139.

3 Puer nascens ex ore serpentis, significat diuino ortum semine, & ex nobilissimis parentibus. Sapientem a sapientibus prognatum. v. serpens. Alciatus Emblem. 1.

4 Puer ascendens palmam sign. constantem in peragendis rebus arduis, vel signif. quibuscunque aduersis obuenientibus bene cœpta non esse omittenda, sed constanter ad fœlicis euentus finem peragenda. Alciatus Emblem. 36. v. puer 9.

5 Puer sedens librum tenens apertum cum calamo, signif. decimum tertium gradum Cancri, & hominem, qui erit studiosus. Astrolab. Planum Ioannis Angeli.

6 Puer in cina, significat nonum gradum Scorpij, & hominem qui parui erit sensus.

7 Puer iuxta illud: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, significat quod in initio tertij status oascendus erat Geminus ordo religiosorum, qui esset puer, quoad obedientiam & doctrinam prædicationis, & filius quoad excellentiam & amorem contemplationis. Sicuti Christus Dominus noster est Deus & homo. Abbas Ioachim in Hieremiam fol. quinto.

8 Puer sapiens & pauper, ut est Ecclesias. capite quarto, melior est puer pauper & sapiens, quam Rex senex & insipiens, sign. bonum figmentum, uel bonum affectum, uel bonam rationem & intellectum, & dicitur puer, quia non datur homini nisi post tertium decimum annum. & dicitur pauper quia pauci secuntur eum, & dicitur sapiens, quia docet creaturas & instruit eas ad viam rectam. Rex uero senex & insipiens, signif. malum figmentum, siue peccatum originale, uel peccatorum somitem. Et vocatur Rex, quia omnes fere obediunt ei. & dicitur senex quia coniungitur homini ab infantia sua, usque ad eius finem, & senectutem. & dicitur insipiens, quia docet uiam quam ignorat. Galatinus lib. 6. cap. 5. v. vir pauper & sapiens.

9 Puer semestris qui tempore Cræsi Lidorum regis articulate locutus est, signif. Cræsi e regno eiectionem. Alexander ab Alexandro lib. 2. cap. 31.

9 Puer ascendens in arborem palmæ, signific. obdurandum aduersus vrgentia, nam postea sequuntur dulces fructus, palma enim difficulter scanditur, ut ait Phornutus de natura deorum capit. de Musis, sed producit dulcissimos fructus. Sanctius in Alciati Emblemate trigesimosexto v. puer 4.

10 Puer qui ad sinistram elatam habeat alas, quam sinistram quidam vir e nubibus videtur uelle apprehendere, in pueri dextera est pondus magnum, quod uidetur depriuiere ad terram ipsum puerum, sign. paupertatem summis ingeniis obesse ne prouehantur. Alciatus Emblemate. 120. v. vir. 111.

11 Puer globo insidens capillitio super oculos offuso, in manu habens nouaculam cum inscriptione Καιρός, quæ vox significat occasionem, hunc circunstat Mercurius & fortuna cum cornu copiæ, quæ sign. occasionem posse tribuere quidquid Mercurius & fortuna possunt, sequitur hos vetula plorabundo uultu, quæ sign. Metanæam, idest pœnitentiam. Sanctius in Alciati Emblemate. 121. v. Mulier 194.

12 Puer, qui e matris utero penè editus erat rursus in aluum ingressus Sagunti, quo tempore Annibal eam vrbem obsidebat, sign. Sagunti excidium. Alexander ab Alexandro lib. 2. cap. 31.

13 Puellum habens sex menses Romæ exclamasse Triumphum triumphum, bouem ascendisse in tertium tabulatum domus. Naues in cœlo visas, spei tēplum fulmine percussum, Hastam uibrasse seipsam, cornum sese posuisse in puluinari Iunonis, hominum imagines albis vestibus indutas uisas, lapides pluuisse, hastas militum in manibus arsisse, mares littora ignibus ardere uisa. Milites plures a fulminibus occisos. Solis orbem imminui uisum, Faculas ardentes e cœlo decidisse, Clipeum in cœlo uisum. Solem cum Luna pugnare, Lunas duas in die uisas, aquas sanguine mixtas cucurrisse, spicas metentium sanguinem emisisse. Cœlum diuidi uisum, Martem uibrasse hastam, quam manu tenebat, & illius simulachrum sudasse, Capras fieri lanosas, gallum factum gallinam, & gallinam eualisse gallum, anno ab urbe condita 537. ante Christum Dominum, ducentesimo decimo quinto, signific. Annibalis aduentum in Italiam, & cladem Romanorum apud Perusium. Iulius Obseq. Prodig. 31.

14 Puerum bicipitem natum, & alium ortum sola manu, puellam dentatam editam, cœlo sereno arcum visum supra Saturni Templum in foro

in foro Romano tres soles uisos, noctu multas faces ardentes e cœlo cecidisse. Serpentem cristatum aureis maculis conspersum visum, bouem locutum, magnum terræmotum fuisse, anno ab vrbe condita 580. ante Christum Dominum 172. signific. Carthaginensium & Græcarum ciuitatum, contra Romanos coniurationem. Iulius Obseq. Prodig. sexagesimo sexto.

1 PVERI, vt est Isai. 8. Ego, & pueri mei quos dedisti mihi Deus, significant homines qui cœlestibus mandatis inseruiunt, ad comparationem enim angelicæ dignitatis omnis humana natura pueritia nuncupatur, qui non angeli in nos, sed nos in angelos proficimus. Gonschelius libro sexto Elocution. sacrar. scripturar.

2 Pueris alienis adhęrere, ut est Isai. 2. & pueris alienis adhęserunt, sign. in scientiis alienis occupari, omissa lege & diuinis præceptis, vel vt ait Diuus Hieronymus re uera intelligendum est, ut de Adriano & Antinoo. Gonschelius libro tertio.

3 Pueri ut est Matth. 19. pueri nunquid obsonium habetis, sign. usu & longa consuetudine familiares. Clemens Alexandrinus Pedag. lib. 1. cap. 5.

1 PROVIDENTIA apud Platonem, signif. primam legem quæ dicitur lex diuina, lex Saturni apud Orpheum. Quatuor enim sunt leges prouidentia, fatum, natura & prudentia, prouidentia constat in mente diuina, sicuti fatum constat in superiori animæ mundi parte, quam Iouis legem uocant: natura sig. tertiam legem, quæ dicitur mouens, & constat in inferiori animæ mundi parte, quam dicunt Veneris primæ legem: prudentia sign. legem quartam constans in hominis mente, quam secundæ Veneris legem vocant. Prima a summo bono, quod est supra mentem, profluit. Secunda a mente summo bono. Tertia a summo bono, mente & uniuersali anima. Quarta itidem a summo bono, mente, & anima. Prima circa summum bonum in idæis, supra rationes. Secunda in rationibus circa idæas supra semina. Tertia in seminibus circa rationes supra formas. Quarta in notionibus circa rationes super actus & artes. Ficin. in argumento Minois.

2 Prouidentia apud Platonem, signi. legem quartam. Vide prouidentia Ficinus in argumento Minois.

3 Prudentiæ ianuę quinquaginta, quas Deus tradidit Mosi præter quinquagesimam per quam Moses intrare non potuit, sign. prudentiæ gradus, vna quæ non est tradita Mosi, est tertia illa ex sublimioribus Sephiroth, cui præcipue nomen prudentiæ ascribitur, quæ Trinitatem cum vnitate Creatoris insinuat, & ideo hanc Penthecosten, atque incompræhensibilem Trinitatis ianuam, nec ipse maximus quidem prophetarum Moses penetrare meruit, qui posteriora duntaxat, totum scilicet creaturarum ambitum perlustrauit, fidelis existens in omni domo eius, non autem in ipso qui fabricauit eam, ait enim, uidebis posteriora mea, facies autem mea non uidentur. v. intelligentiæ portæ. Archangelus Burgonouensis in Apologia in Petrum Garziam.

4 Prudentia aliquando apud Platonem, signific. consumatam temperantiam, sicuti absoluta prudentia sign. sapientiam. Ficinus in 4. de leg. Plato.

5 Prudentia apud Bionem & Boristhenem, sign. hominis fœlicitatem. Georgius Venetus arm. f. 29.

6 Prudentiam & iustitiam vtentibus atque etiam aliis prodesse, quando nerum in lucem produnt. v. Aistulphus. 4.

1 PRVINA sign. abstinentiam, quod pruinæ frigore calor corporis ad salubritatem frigescat. Valerianus fol. 282. Vnde illud factus sum sicut uter in pruina.

1 PSALMI quinque, qui dicuntur a sacerdotibus celebraturis missam, signif. emundationem transgressionis factæ per quinque sensus. Michael Timotheus in Missæ sacrific. Quæstione septima tractatus primi. Vel signific. ea, quæ spectant ad augustissimum Missæ Sacramentum. Nam primus tractat de altaribus. Secundus de misericordia Dei. Tertius de oratione. Quartus de oblatione. Et quintus de finali redemptione. Michael ut supra. Quæstione octaua. tractatus primo.

2 Psalmorum cantica, & sacræ lectionis recitatio a sacerdotibus ante confectionem Sacramenti sanctissimæ Eucharistiæ sign. illos qui communicare debent, uitę integerrimę magisteriū sequi, & quod ordine pręit exactissimam malitię totius ad perniciosissime uitiositatis emūdationem. Diuus Dionysius cap. 3. Ecclesiast. Hierarch.

3 Psalmorum sancta modulatio, quę omnibus fere sacerdotalibus misteriis iungitur, & substātię ratione cohęret, sign. quod animales habitus nostros congrua dispositione pręparat ad ea, quę paulo post sunt celebranda misteria, diuinorumque carminum concentu, atque consensu, unicam illam ad diuina, & ad semetipsos atque ad alterutrum consensionem & concordiam, quasi una concordi & consona sacrarum rerum choreos instituit ea, quę in psalmorum modulatione spiritali conciliora sunt atque adumbrata magis, pluribus manifestioribusq; figuris ac recitationibus sacratissima diuinarū scripturarum lectione dilatantur. D. Dionysius. cap. 3. Ecclesiast. Hierarch.

4 Psalmorum Dauidicorum ordinem talem esse, ut primus pertineat ad moralem disciplinam, Secundus pertineat ad naturalem, & tertius ad inspectiuam philosophię partem, signific. omnes diuinas scripturas docere, uel Ethicam, uel Physicam, uel Theoreticam disciplinam. & ad hanc rem spectat Isaacum patriarcham fodisse tres puteos, ut signific. pręcepta Domini continere triplici doctrina

doctrina uel mor. li uel naturali nel inspectiua. Petrus Bongus. cap. de ternario folio 99. lege . Cassiodorum Senatorem in psal.3.

5 Psalmorum nonum esse primum illorum, qui Prophetant aduentum Antichristi,sign. Antichristi os fore plenum maledictionum, & amaritudinum,& sub eius lingua existere laborem & dolorem, quia nouenarius numerus est numerus pœnarum, & dolorum. Petrus Bongus cap. de nouenario fol.234. & idem psalmus nonus loquitur de passione Christi D.ut sign.illum hora nona fuisse emissurum spiritum.

6 Psalmum undecimum in initio ostendere hominum transgressionem in lege mandatorum, Domini cum dicit:Saluũ me fac Domine, quoniam defecit Sanctum, quoniam diminutæ sunt ueritates a filijs hominum &c.fig. numerum undenarium esse numerum transgressionis. Beatus Prosper in secunda parte libri, qui inscribitur Ante legem sub lege, & sub gratia, & Petrus Bongus capitulo de undenario fol. 16.

7 Psalmos nocari ab Hebreis Theillum, & Mismorim idest falces putatorias,sig. per psalmos homines posse mundari a superfluis & amputare affectus & effectus luxuriantes ab animo nostro. Farra foi.40.

8 Psalmi nouem,qui dicuntur in Matutino Natiuitatis D.nostri, per tria nocturna, & in officio nocturnali,Sgn.omnes sanctos patres, qui fuerunt in tribus temporibus,ante legem scilicet sub lege,& tempore gratiæ in nouo testamento sociari per aduentum Christi D. nouẽ ordinibus Angelorum,ut sicut Angeli congaudent Sanctæ Trinitati, ita & prædicti patres congaudeant. Michael Timotheus in Diuinum officium quæst.39. Tract.3.

9 Psalmi pœnitentiales. vide pœnitentiales psalmi. t.

10 Psalmus decimustertius, sign. Iudæorum vesaniam. v. numerus decimustertius.

11 in Psalmo 24. contineri instructionem ad Cathecuminos & electos. sign. legis libros esse 24. in quibus omnis creatura instruatur ad Deum. Petrus Bongus cap.de numero 24. f.56.

12 Psalmi sunt numero 150.qui diuiduntur in 30. 50.& 70. 30.sign. tres Diuinas personas, quod sint tres denarij. 50.sign. quinque relationes quas inuicem habent tres diuinæ personæ. 70.sign. septem modos quibus dicuntur ad se personæ deitatis.

30.sign. notitiam trium personarum Sanctissimę Trinitatis. 50. signif. notitiam quinque relationum. 70.sign. notitiam septem modorum, quibus dicuntur ad se personæ deitatis.

30.sign. gratiam præuenientem, cooperantẽ, & perficientem. 50.sign. quinque uirtutes, humilitatem, patientiam, fidem, spem, & charitatem. 70. sign.septem dona Spiritus S. scilicet spiritum sapientiæ, spiritum intellectus, spiritum consilij, spiritum fortitudinis, spiritum scientiæ, spiritum pietatis, & spiritum timoris.

Ioach. Psalt. f.261. & 262.

13 Psalmos 15. graduales ordinatos fuisse. sig. vel memoriam 15.cubitorum, quibus Dauid explanauit montem Moriah, ut conderet templum. vel sign. per numerum quindenarium ascendendum de uirtute in uirtutem, ad dicendum Halleluiah, quod est laudate iah, quod Dei nomen sign. 15. ut per illum numerum. 15. sciamus nos posse ascendere ad dignę laudandum Deum, si prius purgati simus per gradus 15.

Franciscus Georgius problem. 218. tom. 2. tu v. Graduales psalmi.

14 Psalmos fuisse factos a decem illustrioribus viris. Adam, Melchisedech, Abraham, Mose, Dauid, Salomone, Asaph, & tribus filijs Corach. sign. eorum esse decem genera. Triumphale carmen, Cantus cum instrumento musico, psalmus,canticum,laus, orationes,benedictiones, confessiones, beatificationes, & laudationes nominis Diuini Iah.

Franciscus Georgius problem. 35. tom. 3.

15 Psalmos quosdam ordine alphabetico decantari, signif. quod sicut quælibet litera alphabeti sig. fontem uel canalem, vnde creaturæ & omnes boni influxus prouenium, quod per prępositam literam tamquam clauem illius influxus aperiatur fons, & influat iuxta ea, quæ decantantur. Franciscus Georgius proble. 36. tom.3.

16 Psalmum sumere,& dare timpanum. Iuxta illud psal. 80. sign. Prædicatores debere ab auditoribus victui necessaria habere pro laude quam Deo fundunt, uel sign. Prædicatores efficere, ut dum laudant Deum, ieiunijs quoque macerent corpus, vt bonis exemplis sonet,ut timpanum. Franciscus Georgius problem.416. tom.3. v. intra psalmum sumere.

17 Psalmos habere efficaciam & uim ad bonum, sign. eam virtutem prouenire a diuinis nominibus, quæ sunt in ipsis psalmis, & maxime quod vnusquisque psalmus dedicatus est alicui nomini diuino,idque mirabili quodam arcano. Franciscus Georgius problem.288. tom.6.

18 Psalmum sumere & timpanum dare, vt est ps. 80. sign.spirituale canticum cordis accipere,& corporis temporalem macerationem reddere. uel sign. operationem bonam a Dei gratia accipere. Lauret. in uerbo accipere. v. supra psalmum sumere.

19 Psalmum sumere. sign. accipere spiritualia, & doctrinam ad laudandum Deum aptam. Lauretus ut supra.

20 Psalmos noueni,lectiones nouem, & responsoria nouem in diebus Dominicis & festiuis cantari in Ecclesijs fig. per numerum nouenariũ suprsdictorum cantando perueniri ad consortium nouem ordinum Angelorum. Guliel. Durandus lib. 7. cap. 12.

21 PSAL-

1 PSALTERIVM iuxta illud psalmi 57. exurge Psalterium, & cithara, signif. animam, sicut cithara, significat corpus, ut ait Euthimius, & Valer. lib. 46. f. 348.

2 Psalterium Grece & Nabla Hæbraice, est unum oium musicorū organorū rectissimū, nihil in se uel peruersum continens vel obliquū, neque quod ex inferioribus locis in sonum concentus musici commouetur, sign. corpus etiam D. N. sine ullo inflexu defluxuue directū, ex super nis commotum, & impulsum, & in cantiones supernæ, & cælestis institutionis animatum, nō humili, & terreno spiritu, ut cætera terra organa personum. D. Hilarius in prologo explanationis psalm.

3 Psalterium uidetur quadratum sed non est nam cornu superius est aliquantulum latius quam reliqua duo cornua inferiora: est enim instrumentum musicum quasi triangulatum habens decem cordas, quibus a cornu superiori pulsatur, & est portatile, & sign. per tria cornua tres personas deitatis, & significat tres status mūdi, & significat tres quinquagenas psalmorum.

4 Psalterij decem cordæ sign. omnes generationes seculi ab Abraham usque ad ultimum electum Dei.

5 Psalterijs superius cornu non tam acutum sicut duo inferiora, sign. patrem manentem in culmine maiestatis non mitti, sed tantum filium, & Spiritum sanctum mitti ad angustias nostras sublenandus. Ioachim Psalterij fol. 226.

6 Psalterio subiungi citharā in diuinis litteris, sig. ad primum preceptum, quod est diligere deū de necessitate subiungi & aliud, quod est diligere proximum. & sicut psalterium præcedit citharum, ita dilectio dei præcedit dilectionem proximi. Ioach. Psalt. f. 228.

7 Psalterium cum sit decacordum, sign. præceptorum decalogum, & fidei totius summam. Ioach. psalt. f. 230.

8 Psalterij primum cornu carere principio, signif. principium sine principio. Ioachim Psalte. fol. 238.

9 Psalterij primum cornu aliquantulum esse dissimile a reliquis duobus cornibus, sign. Deum patrem nunquam ad homines missum, quod non habeat ab alio principium. Ioach. Psalt. f. 236.

10 Psalterij primum cornu carere acumine, signifi. Deum patrem carere principio temporali: nā acumen in rebus sign. principium temporale, & rem, quæ facta sit ex nihilo. folio 238.

11 Psalterij duo cornua inferiora desinere in acutum non sign. filium, & Spiritum S. habituros finem, sed sign. eos solos accepisse res uisibiles in quibus hominibus apparerent, ille humanā naturam, & esse columbæ, & Ignis speciem. f. 238. & 239.

12 Psalterij decem cordæ, sign. decem intelligētias, quæ specialiter pertinent ad cognitionem dei & ad magna opera eius: nam duę aliæ intelligētiæ, historica scilicet, & mortalis pertinent ad instructionem hominis. Ioachim Psalt. fol. 266.

13 Psalterium & timpanum haberi ante aliquem hominem, sig. facere, si uero psalterium, & timpanum habeantur post aliquem, sign. illum hominem dicere, & non facere, & psalterium & timpanum quoque haberi ante aliquem. sign. illum hominem intelligere ea, quæ dicat de Christo Domino. Diuus Gregorius in 1. Reg. 10.

14 In Psalterio aperire propositionem, ut est psal. 48. sig. facere, & docere præcepta decalogi. D. Basilius & D. Hieron. psal. 48.

15 Psalterium & cithara, de qua in psalm. 107. exurgē gloria mea, exurge psalterium, & cithara, significat corpus Christi Domini, dum in sepulchro taceret, quod anima inuitat ad resurrectionem una cum diuinitate ipsa. Rupertus libro 12. capitulo 27. de uictoria verbi Dei.

16 Psalterij decem cordæ sign. decem præcepta legis in duabus Tabulis scripta. D. Hieron. in psal. 32. & Petrus Bongus capitulo de Denario fol. 13.

1 PSALMO primo non fuisse propositum titulū significat Christo Domino capiti nostro, de quo agitur in primo psalmo nihil præponi debuisse, cum constet rerum omnium ipsum Christum D. esse principium. Petrus Bongus cap. de binario. f. 49.

2 Psalmus tertius agens de liberatione Dauid, sig. resurrectionem Christi Domini triduanam fuisse futurā, & quia cōtinet Sāctissimæ Trinitatis potentiam, sig. merito ei datum locū tertium fuisse, cum tamen secundum historiam sit ipse tertius psalmus posterior quinquagesimo. Petrus Bongus ut sup.

1 PSICHEM amare Cupidinem, sig. animam rationalem cupere diuinum amorem, & ad eum semper anhelare. Equicola in lib. 1. de natura amoris.

2 Psiches duæ sorores, sigbificāt potentiam animę uegetatiuam, & sensitiuam. Equicolo ut supra.

3 Psiches uoluptas sign. delectationem sempiternam. Equicola ut supra.

4 Psiches ciuitas, signif. mundum. Equicola lib. 2. de natura amoris.

5 Psiches ciuitatis Rex & Regina, signific. Deum & Materiam. Equicola libro. 2. de natura amoris.

6 Psichen habere duas sorores, sign. animam; nā Psiche, sign. animam habere concupiscentiam, & arbitrij libertatem. Equicola ut supra. Fulgentius lib. 3.

7 Psichen Iuniorem & pulchriorem sororibus, sign. animam post formatum corpus in illud ingredi, & esse pulchriorem, & nobiliorem potentijs supra dictis. Fulgent. ut sup.

8 Psichę Venerem inuidisse, & illi cupiditatem immisisse, sig. & libidinem, & cupiditatem animā stimu-

stimulare, sed quia cupiditatis est tam boni quã mali. Animam diligit cupiditas boni, hoc sign. quod cupido amabat Psichem sed uideri nolebat, & lucerna, sign. ardorem animæ. Equicola ut supra. Fulgentius lib. 3.

9 Psiche, sig. animæ partem rationalem, & duæ sorores, sig. irascibilem, & concupiscibilem. Equicola lib. 2. de natura amoris.

10 Psiche persuasa à cupidine ne illius faciem tentet uidere sign. animam non debere cupiditatis delectamenta addiscere. Fulgent. lib. 3.

11 Psiche hortata a cupidine ne suis sororibus credar, sign. amorem diuinum hortari animam rationalem ne carni, & libertati credat, deque suæ formæ curiositate perdiscenda consentiat. Fulgentius lib. 3.

12 Psichem remouisse lucernam, quam sub modio tenebat sig. animã desiderij sui quam in pectore habebat absconsam aperuisse. Fulgen. lib. 3.

13 Psichem dum amanter inspiceret Cupidinem cum lucerna, eum ebullitione lucernæ incendisse, signific. quod omnis cupiditas quantum diligitur, tantum ardescit, & peccatricem suæ carni confingit maculam. Fulg. lib. 3.

14 Psiche quæ nimis curiosa uoluit proprium amãtẽ cognoscere & incidit in uarias calamitates, & multa discrimina, quem tandem, in maiori, sua necessitate cum inuenisset accip t in coniugem, & ex eo concipit voluptatem veram, & parit. sig. animã, quę e cœlo descendens in hoc precipitium generationis, cadit in infinitas imperfectiones, a quibus explicari nõ potest, nisi illustrata amore diuino denuo reddatur intellectuali vigori, ubi amori coniuncta fiat cum eo vnus spiritus, & ex se pariat deorum uisum inextinguibilem. Farra. f. 18.

15 Psichem in longissimo itinere suo quærentem Amorem amantem suum habuisse primum obuiam deum Pana, Cererem, & Iunonem, & quęsisse ab illis consilium quomodo posset inuenire suum amantem, & illos nescisse consulere ei, signifi. animam per res naturales, quas sig. Pan, nõ aũt per cognitionem rerum cælestium, quas sig. ceres, neque per uitam politicã q̃ sig. Iuno posse peruenire ad copulam diuinæ naturæ, quam tantum optat ip sa. Farra f. 19.

16 Psichem mortuam, & ab inferno rursus deductam, & non antea potuisse inuenire amantem suum, sig. aĩaus nõ nisi post mortem posse consequi felicitatem suam. Farra. f. 19.

1 PSITACVS sig. uirum eloquentem omnibus, ut aiunt, numeris, qualem Cicero negat se vnquam vidisse. Valer. f. 168.

2 Psitacus in cauea, quem doceat uir quidam, sign. necessitatem facere dociles, & industrios. Sambucus f. 101.

1 PVBERTAS in Sanctis Angelis signifi. uitalia uirtutis constantiam sempiterne uigentis. D. Dionis. 15. cap. cælest. Hier.

1 PVDENDVM virile sig. magnum, & erectum uiri fortis animum. Nam Sesostris Aegyptiorũ Rex, qui Imperium etiam in Europam propagauit, ubi deuicisset populos feroces, & bellicosos. parta uictoria, columnam erigebat in rei memoriam, & si populus uictus fuisset contra Sesostrim ferox & bellicosus se ipsum quo ad fieri posset defendens, Sesostris in columna insculpi faciebat pudendum uirile, indicans populum a se uictum virilem tamen, & fortem fuisse. Si uero populus segniter se in bello habuisset, insculpebatur pudẽdum muliebre, sig. illum fuisse populum effeminatum. Valerianus f. 246.

2 Pudendum muliebre, sign. imbellem mollem & effeminatum, quod tales sint mulieres. Valer, fol. 246.

3 Pudendum signific. Mercurium, Valerianus fol. 247.

4 Pudendum in hortis poni solitum, sig. prouentum, qui deposcitur ab omnibus, sunt enim horti omnes in tutela Veneris, quæ est dea totius genituræ. Valer. f. 247.

5 Pudendum uiri manu cohibitum atque coercitum, signif. continentiam ac frænum libidinibus, & nequitiæ impositum, Valerianus fol. 247.

6 Pudendo altera manu, & ori altera apposita ab Anacharsi, sign. continentiam & silentium seruanda. Valer. fol. 247.

7 pudendum Osiridis in flumen a Titanis proiectum, sig. libidinis ardorem extinctum uel extinguendum. Valer. f. 247.

1 Puella quam resuscitauit D.N.I. quæ non dum elata erat e domo, signif. animam, quæ assensit malo cogitato, quod non dum processit in factum, quæ intus mortua, a Domino per gratiã resuscitatur. Adoliscentulus uero quem D.N.I. rescuscitauit extram portam, & matri reddidit, sign. animam, quæ intus assensit malo cogitato, & foris etiam malum fecit, attamen penituit, & D. illam restituit in gratiam matri Ecclesiæ. Lazarus vero qui iam quatriduanus & putebat, attamen D.N. eum resuscitauit, sig. peccatricem animam, quæ iam per consuetudinem peccat fetet, & sepulta est; non enim nisi difficile audit corrigentes: attamen & D. N. hanc quoque sua misericordia suscitat. D. August. super psal. 136.

2 Puella uel uirgo habens pulchram faciem, cuius oculi nigri sunt, & supercilia iuncta, pregnans, habens unum uber, quæ alio nomine vocat Alphido, & ab Hortulano uocatur sperma fœmininum altum apud quendam, & frigidum, apud Chimistas, sign. aquam albam, quę ex materia lapidis benedicti elicitur.

3 Puellam abuti se, ut est Eccles. 26. signific. puellam subijci se stupro, Lauretus in verbo abuti.

4 Puellam Virginem filiam Pompei Eluij sedentem in equo a fulmine occisam, cuius lingua inuenta est inter femora per partes posteriores exisse anno ab urbe condita 640. ante Christum Dominum 112. sign. dedecus magnum Virginibus, & equitibus eo anno euenturum, quod euenit; nam tres Virgines uestales cum multis equitibus de incestu iuste puniti sunt.

Iulius Obſeque prodig. 97.

5 Puellas ob inſperatos caſus ſæpe ſtupidas fieri,& veluti ſaxa. V. Anaxarete. t.

1 PVER nudus babens duo cornua in capite, & tenens ſagittā, in manibus tamquam aliquem vulnerarurus,ſignifi. Iouem Deum. Cart.fol. 153.Vel ſign.Solem emittentem radios in terras.Cart. f.155.

2 Puer indutus purpura cum ſerto laureo in capite, cui manū præbeat Deus Cupido deducens eū ad Deā Virtutē q̄ præcedebat,ſig. Honorē.

3 Puer habens uarias facies quas ſuo libitu mutat, & habens manus & uoces plures,& promptas ad qoduis facinus ſemper minax,ſig.terrorem & eſt ſocius Mineruæ, quòd ſignificat in bello ſemper adeſſe. Terrorem. Cartarius folio 377.

4 Puer habens caput leoninum, ſign. Terrorem. Cartar.f.3.78.

5 Puer habens faciem & habitum muliebrem, ſed quoad fieri poteſt terribilem,ſig.Terrorem. Cartar.f.378.

6 Puer nudus tenens gladium euaginatum quaſi percuſſurus, ſig.magiſtratus Iuuenes,vel ſign. ſapientiam uix ante pilos euenire,quòd ſcilicet periculoſum eſt a Iuuenibus Rei Pub. tractari. Coſtalius Pegm.8.

7 Puerum cum tribus pedibus & una manu natū eſſe,multa ędificia fulmine euerſa, ſanguinis riuos e terra fluxiſſe,noctu cœlum & terram ardere uiſa, mures aurum ſacrum roſiſſe, Solem inter tertiam,& quintam diei horam uiſum eſſe habere circa ſe duas lineas vnam rubeam, & alteram candidam. Stellam crinitam per dies 32. uiſam, anno ab urbe condita 607. ante Chriſtum Dominum. 145.ſig. barbaram crudelitatem,qua uſus eſt Haſdrubal in Romanos captiuos, & ſign. Carthaginis per Emilianum euerſionem. Iulius Obſque prodig.79.

8 Puerum cum tribus pedibus natum eſſe, & ſanguinis riuos fluxiſſe anno ab urbe condita 611 ante Chriſtum D.141.ſinifi. Romanorum cladem a Salaſſibus accipiendam. Iulius Obſeque prodig.80.

9 Puerum ſine ano natum, ſegetes in arboribus natas, in capitolio & circa urbem Romæ ſepius bubonem auditum, bouem locutum fuiſſe anno ab urbe condita 619. ante Chriſtum D.133.ſig.Romanum exercitum a Numantinis grauiora damna paſſurum. Iulius Obſque prodig. 85.

10 Puer nudus a parte ſuperiori, & a parte inferiori indutus ſedens ſuper cathedram tenens in deſtera pateram, & in ſiniſtra ſceptrum, & habens in capite coronam oliuæ, ſignific. Iouem aucturum. Chnulus folio 57. pauſa. argum.

11 Pueri duo ludentes in lecto,ſig. felicitatem fecu ·h. Choulus f.101. Fauſti.æneo.

12 Puellus nudus ſedens ſuper ſaxum, & tenens ambabus manibus, botrum uuæ,ſig.Bachum. Choulus f.119.

13 Pueri quatuor quorum quartus eſt ueſtitus & tres primi ſunt nudi: primus nudus fert ſuper humeros ſportam floribus plenam, ſecundus tenet in dextera falcē,tertius ſiniſtra fert ſportam fructibus plenam, & deſtera fert animal quoddam mortuum.Quartus qui eſt indutus & uelatus caput in dextera fert neſcio quid, & ſuper humeros habet baculum,aquo pendet auis mortua, & in ſiniſtra habet animal mortuum,ſig.quatuor anni tempora quæ dicuntur horæ ſcilicet ver æſtas Autumnus & hiems. Erizzus.f.626.

14 Pueri clamantes ad Eliſeum aſcende calue aſcende caluę,ut eſt 4.Reg.2.ſig.Chriſti D.aſcēſum in Cruce in Caluariæ locum. Lauretus in verbo aſcendere.

15 Puelli quatuor in altera numi parte a Cōmodo inſculpti,ſignif. quatuor anni partes ver Aeſtatem Autumnum, & Hiemem.Aeneas Vicus l. 1.c.19.de numis.

16 Pueros auribus apprehendi ſolitos eſſe a præcipientibus,ut oſculentur eos, qui ad ipſos attinent,ſig.per audirum ingenerari ſenſum dilectionis. Clemens Alexandrinus Stromatum lib.5.f.256.

17 Puellus, ſenex, accipiter, & piſcis & crocodilus,qui erant in æde ſacra, quæ uocabatur Pylon in urbe Dioſpoli,ſign. O qui naſcimini,& interitis,Deus odio habet impudentiam.Nam puellus ſig.generationem, ſenex ſig.interitum, accipiter ſig. Deum, & piſcis ſig.odium,& crocodilus,ſig.impudentiam.
Clemens Alexandrinus in ſtromatum lib. 5.f. 263.

18 Puer craſſus turpis,& maleſactus, ut aiunt, cum membro erecto,& tanto,ut roti corpori par eſſe videatur. ſign. Priatum. Cartarius fol. 442.

19 Puer ſig.genium uel loci uel hominis. Cartar.f. 45ſt.

20 Puer indutus ueſte uariorum colorum, & ſtellis onerata, qui porrigat manu Cornucopiæ, ſig.Deum Soſipolim ſiue genium Eleorum. Cartar.f.453.

21 Puer confectus ex auro & ebure ſedens ſuper delphine in templo Neptuni apud Iſthmou,ſignific.Palæmonem Deum. Valerianus fol. 194.

22 Puer ut eſt illud Matth.18. niſi efficiamini ſicut paruulus iſte &c. ſign.hoīes,qui aſpirant ad cęlum debere Deum ſolum patrem habere ſicuti pueri, qui ad patrem ſuum ſolū adcurrunt, illi blandiuntur, & nil aliud curant. Clemens Alexsnd.lib.1.Pedag.cap.5.

23 Puer ſedens ſuper baſim circularem habens dextera prementem os. & in ſigniſtra tenēs facem accenſam,& ipſo brachio ſiniſtro premēs guttur galli gallinacei, in humero ſiniſtro habens pharetram plenam ſagittis, arcum tenēs lentum ad baſim,poſt ſe adeſt noctua,quę in ſummo capite habet vel aſini aurem, uel Ari ſiue dracunculi folium cum ſemine intus apparente,cuius ſimile eſt etiam in capite ipſius pueri, in quo adeſt ſerpens e ſpiris ſe extendens, & in ſum-

in summa fronte habet lunulam, sign. Harpocratem deum, de cuius significato. V. Harpocrates. 13.

24 Puer cuius caput totum velo contectum, sola facie mento tenus, & auribus bene magnis extantibus, & velum propendebat ex parte anteriore a mento in ipsum medium pectus, & similiter in posticam partem a capite inter scapulas desinebat, reliquum corpus totum tectum solis manibus extantibus ad eum modum, ut cubiti decussatim se præmerent sub ueste, & manus dextera in sinistro latere, sinistra in dextro videretur reliquum corpus terminorum ritu finiebatur in quadrãgulam basim, cui tota effigies recta consistebat a medio corpore deorsum litteræ Hieroglyphicæ anteriorem partem occupabant, dextra manus figura aleph. A. tenebat vnà cum funiculo, e quo a tergo librarius saccus e iuncis vel viminibus factus pẽdere uidebatur. sinistra falcem gerebat. Hic puer ea esse ætate videbatur, quæ primum pueri alphabetarij sunt cum primum rationis cõpotes facti sunt, quos Aegyptij de Sacro Sermone Canopos nuncupare solent, iste inquã puer, signif. Canopum Deum. qui & sequenti modo fingi solebat. Goropius in Hieroglyph. lib. 7. f. 108.

25 Puer qui solo capite, & obscuris corporis lineamentis a poculo differebat, Nam eius capiti ventricosum poculum, & amplum corporis loco supponebant, quod totum videbatur rete circundatum, ab eius mento caruncula longa appendet, & scipionem ambabus manibus tenet in cuius uertice est caput alaudæ, & aliquãtulum sub capite est crux, sub qua ipse puer ambabus manibus scipionem complectitur, & simul tenet figuram Aleph. A. si haberet lineã transuersam, cum qua est lituus quoque & a parte postica ipsius pueri habet triangulum cum orbiculo depredentem. Hic puer, signifi. Canopum sicuti, & superior. Vide Canopus. Goropius ut sup. f. 110. & 111.

26 Pueri duo nudi alati, & faretrati contendentes inter se quod alter alteri uellet palmæ ramum eripere, sign. vnus cupidinem, & alter anterotem, quòd ubi est amor reciprocus hinc inde certatur, ut alter alterum in amando vincat. Cartar. f. 501.

27 Puer alatus nudus, & faretratus extinguens facẽ ardentem in quodam flumine, sig. cupidinem letheum, qui faciat obliuisci amoris. Cartarius fol. 502.

28 Pueri quamplurimi nudi alati, & qui partim deposuerint pharetras, & partim eas reliquerant & arcus. Ludentes in uiridario conferto varijs arbusculis onustis pomis lucidis, & pulchri, et cum quæ poma alij volant leues alij alia carpunt, in quo viridario sunt uiæ uarijs floribus, & mollissima herba contectæ. hic ex quatuor ex illis pueris & ex pulcherrimis duo inuicem sibi iaciunt illa poma aurea, & certarim illa osculantur, & duo cum sagittis, & arcubus inuicẽ & lubenter se se percutiunt, & sagittant non uitantes vulnera, sed vltro offerentes pectora ad sagittarum ictus venientium, sign. amores & duo illi primi sibi iaciẽtes poma, sig. amoris incitamentum, & initium, & reliqui duo sign. amoris augmentum, & perfectionem. Est postea lepus, qui comedit poma, quæ ceciderunt quem leporem alij amores insequuntur. ludentes varijs modis circa illum, & cum nullus eũ capere possit, adeo in cachinnum prorumpunt, ut in terram cadant pro risu nimio & vllent illum Veneri offerre, id sign: leporem Veneri, cõuenire q sit frequẽs ad coitũ, quòd illius caro cibo sumpta efficiat edentem venustiorem, & pulchriorem per septem dies. Cartar. fol. 507.

29 Puer nudus & alatus, qui deposito arcu, & pharetra. teneat liram in manu, sig. cupidinem. Cartar. fol. 518.

30 Puer nudus alatus, & cum duabus clauibus, sig. Cupidinem tenere claues duarum portarum cœli quarum altera patet animæ in corpus descendenti, & altera patet animæ e corpore, in cœlum ascendenti, hanc deorum illam uero portam hominum dixerunt antiqui. Cartar. fol. 519.

31 Puer nudus & alatus sedens, & coronatus mirto tenens inter genua arpam, quam pulsat, sig. Venerem; ante illum est alius puer similis illi & stans tenet cum ambabus manibus per capillos tericiatos vultum mulieris ornatum pãnis, quẽ aspicit primuis puer, & ille vultus, sig. Iocum, & puer tenens illum, sign. cupidinem. Cartar. fol. 539.

32 Puer supra currum aureum, & ornatum; qui erat aspectu terribilis & totus nudus nisi quantum uetabat pudor, habens arcum in manu sinistra, & in dextera tenebat flammam ignis, habebat ad latera pharetram, & ensem utrinque incidentem, pedes uero erant toti alati capitis partes tam pulchræ, ut nil pulchrius excogitari possit, circa se habet innumerabiles gentes cuiusui sexus conditionis, & ætatis, & erant duę mulieres maiores solita conditione, & quã uis sint anus, attamen non habent in vultu rugas, & habent uisum acutum; & habent uestimenta noua, & uidentur illæ iuuenes, quarũ una est alba, albos capillos, & oculos, manus, & pedes. & alia habet capillos, oculos, uisum, manus, & pedes nigros: aues omnes, & omnes pisces, omnes feræ et bruta, omnia erant circum illum et illi parere videbantur, habebat et alas super humeros ille puer, qui sig. cupidinem, fert arma contra uiros, iguem contra mulieres, sagittas contra feras, alas propter aues, nudus, ut natet in aquis. illæ mulieres duæ alba, sign. Diem nigra, sign. Noctem. Eustatius lib. 2. Ismenij v. etiam Equicolam lib. 2. de natura amoris.

33 Puer sedens in ramis loti arboris supra lutum sig. Deum omnium rerum autorem, et folia, et fructus illius arboris, quæ sunt rotunda, sig. Dei Imperium igneum, et intellectualem; q actio mentis fiat circulariter. Car. fol. 183.

34 Pue-

34 Puerum suscitatum ab Helisco septies oscitasse, sign. animam oportere formari septem donorum spiritualium institutione, & populum itidem ordinibus suis ne a Spiritu sancto discordet. Ioach. lib. 3. cap. 18.

35 Puer in littore maris agglomerans multam arenam ex qua conficiat multas & uarias figuras, & omnia postea euertens, sign. naturam formantem modo unam rem, & modo aliam, & tandem omnia euertentem. Quod hic puer significat sapientem ignorantiam. Farra. f. 30.

36 Pueros a Platone prohibitos esse audire turpia, & falsa de Deis, & tragica de inferis, & comica effusiorem concitantia risum, sig. pueros amouendos ab illis quæ molles eos reddant, tam enim mollis euadit, qui quotidie in lachrimas risu resoluitur, quam qui dolore lachrimare compellitur. Ficinus lib. 3. de Rep. Plato.

37 Puerum oportere prius capere influxum ab omnibus planetis antequam circuciderėtur. v. Abraham 66.

1 PVGIONES duo adiecto pileo. in numis Bruti, sign. per mortem fuisse redditam libertatem. Brutus enim & Cassius Cæsarem ob libertatem trucidarunt, Pugio, sign. mortem, & Pileus sign. libertatem. Valer. f. 317.

1 PVERPERAM agno uel columbis uel turturibus purificari iustam fuisse, significat per animalia illa munda mundari immunditiem quæ in coitu contrahitur, non per planetam Venerem, sed per supramundanum in Venerem cœlestem influentem. Franciscus Georgius P. 219. tom. 2.

2 Pueritiæ attribui ab Aegyptijs Lunā & Mercurium, signif. quod Mercurius habebatur Deus sapientiæ & luna in mysterijs sign. mare excelsum aquarum supernarum, in quo sunt animalia, cuiusque generis & species, mundum scilicet idealem ornatum archetipis rerum omnium, quorum cognitione existit sapientia uera. Farra f. 30.

1 PVGNA contra omnes inimicos per circuitum, ut est. 1. Reg. 5. sign. prædicationem usque ad conuertendum inutiles se conuertentem. D. Greg. 1. Reg. 14.

2 Pugna aduersus Edom, ut est Abdiæ, sign. certamen contra hæreticos, uel Iudæos, uel contra carnem. D. Hieron. Abdiæ.

1 PVLCHER sign. Christum D. nostrum, iuxta illud speciosus forma præ filijs hominum, Remigius Math. cap. 1.

2 Pulcher, ut est illud Cantic. Ecce tu pulcher es, dilecte mi & decorus, sign. Messiam fuisse futurum immunem ab omni peccato, tum originali, tum mentali, & actuali, quemadmodum & eius mater. v. pulchra. Galatinus lib. 7. cap. 5.

3 Pulchra, ut est illud Cantic. 4. quam pulchra es amica mea, quam pulchra, sign. Beatissimam Virginem fuisse futuram immunem peccatis originalis in conceptione, & omnium aliorum peccatorum in uita sua, & ideo duplicata est uox illa pulchra. Galatinus lib. 7. cap. 5.

4 Pulchritudo. v. Deus 60.

5 Pulchritudo de cœlis in terram descendens, sig. Messiam, qui de cœlo erat descensurus in terram. Galatinus lib. 10. cap. 4.

6 Pulchritudo apud Platonem, sig. Dei uultus nitorem & gratiam, siue sit in angelo siue in animo, siue in materia, & impetus ad illius uultus nitorem & gratiam, siue in angelis, siue in animis, siue in corporibus, sign. amorem. Ficinus cap. 4. orationis S. Conuiuij Platonis.

7 Pulchritudinem propriam inferre multa damna hominibus. v. Angelica. 2.

8 Pulchritudinem esse promptam ad amandum uoluptatem amoris. v. Adonis. 12.

9 Pulchritudo. v. Adonis. 12.

10 Pulchritudinem uehementer tristari, cum priuatur amoris uoluptate. v. Adonis. 15.

11 Pulchritudinem rerum mortalium inducere obliuionem de pulchritudine cœlesti. vide Alcina. 3.

1 PVLEGIVM admotum naribus, sign. iræ moderationem, siue ut dixit Periander sign. frena iræ addita, nam pulegium per inferiora bilem purgat, & naribus ad motum medetur lipotymiæ. Alciatus Emblem. 186.

1 PVLICES sign. curas humiles & sordidas, quibus impliciti uitam agimus anxiam & inquietam, quod pulices inquietent nedum homines, sed cetera quoque animalia. Valer. f. 181.

1 PVLLOS dum auspicia captarentur, e cauea in siluam auolasse, neque unquam inuentos. Facem ardentem in cœlo uisam, cęlo sereno intonuisse mare. Claudium Prætorem in naui a fulmine ictum perisse. Lacum Fucinum erupisse, e Græco stasi & comitio sanguinem per riuos emanasse, pullum equinum cum quinque pedibus natum. Hostilium Mancinum dum in Numantinam expeditionem irevoce e cęlo audita prohibitum fuisse, tamen eam nihil uerentem iter suum profecisse, & serpentem e naui ipsius Mancini inter tot nautas eam captare vel occidere volentes incolumen euasisse, anno ab urbe condita. 617. ante Christum D. 135. signific. Mancinum Consulem a Numantinis vincendum, & in eorum potestatem uenturum. Iulius Obseq. Prodig. 83.

2 Pulli sign. animæ simplicitatem. Clemens Alexandrin. in Pædag lib. 1. cap. 5.

3 Pullus nouus, ut est illud Zachar. 9. qui ascendit sub iugalem & pullum nouum, ubi notandum non solum dixisse pullum, sed adiecisse nouum & sign. humanitatis quæ in Christo unita est nouitatem, & senij expertem cum simplicitate æternitatem. Clemens Alexand. vt supra.

4 Pulli coruorum quos pascit Deus, sign. Deum non respicere ad parentum malitiam in alendis bonis filiis. F. G. P. 103. t. 3.

5 Pulli ex quibus auguria captabant Romani, præcipui erant Melici, & Chalcidici, quibus antiqua religio tantum authoritatis attribuit, ut sine eis non comitia habere, non ad honores quemquam prouehere, non prouincias demandari

mandari, non ſenatum conſulere, non bella vel paces inire, denique domi uel foris agere licebat. Si ſummo mane imperato de more ſilentio, & oblata pulte vel offa ante caueam pulli non exirent, aut ſero progreſſi eſcam non attingerent, aut retro cederent, aut occineɾent, aut non veſcerentur, aut planctu alarum alimenta refugerent, aut penitus euolarent, Signific. omen magni terroris & ſolicitudinis, & euentus triſtiſſimos.

6 Si uero pulli e cauea egreſſi obiectam pultem aut offam volenti animo depaſti eſſent ita, ut illis veſcentibus fruſtum ab ore decideret, & terram pariret, quod tripudium faceret ſoliſtimum, ſignificat rem fortunari, & auſpicia ſecunda eſſe, lætos ſucceſſus, & ſpem magnam fore.
Alexander ab Alexandro libro primo capitulo 29.

1 PVLLARIVS vel Augur. ſi forte reticuiſſet, quod vulgandum eſſet, vel ſi rem aliter enunciaſſet, ſign. malũ, quod erat euenturum conſulenti deos, non in conſulentem, ſed in ipſius pullarij uel auguris caput redundare.
Alexander ab Alexandro libro primo capitulo 29.

1 PVLSARE domini ſignific. occultis inſpirationibus excitare corda noſtra, aut apertis reuelationibus, & promiſſis inuitare ad palmam licuti Aperire eſt noſtrum, & ſignifi. ſcilla mentis noſtræ duritia ad domini dilectionis amplexus cordis pœnitentialia patefacere.
Ioach. Apoc. f. 98.

1 PVLSVS in manibus, & pedibus indicare cordis affectionem, ſignifi. ex operibus & affectibus cognoſci hominem, ſicuti enim ex pulſu manuum & pedum cognoſcitur cordis diſpoſitio, ita ab operibus, quæ ſignific. manus, & ab affectibus, quæ ſignific. pedes. cognoſcitur bona uel mala hominis voluntas.
Franciſcus Georgius problemate folio 467. tom. 6.

1 PVLVILLOS & ceruicalia Deum dirumpere, vt eſt Ezech. 13. ſign. Deum dirumpere rationes, & autoritates peruerſe intellectas, quibus hæretici peccatores in peccatis ſuis quaſi blandiétes, ſe detinere ſolent Orig. ſupra Ezech. 2. hom. 2. & Lauretus in verbo abrumpere.

2 Puluillus ſiue puluinar, quod ſupponitur miſſali in Miſſa, ſignific. temporalia, & ideo ſupponitur libro Euangelij, ut ſig. ſeminantẽ ſpiritualia decere eum metere temporalia, ut qui ſeruit altari & de altari uiuat. Michael Timotheus in Miſſæ ſacr. f. Quæſtione 81. tractatu ſecundo. & Durandus libro quarto cap. 24. Vel

3 puluinar ſupponitur Miſſali, ut ſig. Chriſti Domini iugum eſſe leue, ſiue onus Euangelij volentibus illud ferre, ex quo fit, ut puluinar ſignific. ſuauitatem, & dulcedinem, quæ eſt in mandatis Dei, ut eſt illud pſalmi. 117. quam dulcia faucibus meis eloquia tua.
Michael ut ſupra, Quæſtione. octuageſima ſecunda tract. 2.

1 PVLVIS ſignific. hominem in inferiori ſtatu collocatum iuxta ſimilitudinem ab Ioa Rege Iudæorum ſcriptam Amaſiæ Regi. Ioſeph de antiqu. lib. cap. 10.

2 Puluis ſignif. animal noſtrum, quod non ſurrexit ſpirituale, ſed corruptioni derelictum, & dimiſſum aut terra aut puluis aut fex derelicta dimiſſaque in cibum ſerpenti, iuxta illud quod dicitur, ſerpenti puluis panis eius. V. Archangelum Burgonouenſem in Cabaliſticis dogmate primo.

3 Puluerem ſumptũ a Moiſe de Camino, qui puluis turgeſcentia vlcera, & dolores intollerabiles Aegyptijs inferebat, ſignific. Gehennæ cruciatum, qui ſolis Aegyptijs idest peccatoribus eſt allaturus in perpetuum inſuportabiles dolores. Gregorius Niſenus in Moſis uita.

4 Puluerem de pedibus abſtergere, ut eſt Lucæ. 10. ſig. Terrenos affectus, & peccata venialia a ſe excutere, & curas, & labores, quos pro ſalute auditurũ ſuſceperãt pdicatores in teſtimonium iuſtæ damnationis non ſuſcipientium eos aſſumere. Lauretus in verbo abſtergere.

5 Puluis adhęrens pedibus, ut eſt Lucæ. 10. ſign. leuitatem terrenæ cogitationis inhęrentem animis prædicatorum, quæ iubetur excuti. Gloſſa ordin. in Lucæ. 10.

6 Puluerem de pedibus lingere, ut eſt Iſai. 49. & & puluerem pedum tuorum lingent, ſign. ſermone diuino terrena opera abſtergere, Gouſchelius lib. 3. Elocut. Sacr. & diuus Hieronimus dicit. Hoc. ſignif. quod reges, & principes quicquid in pedibus Eccleſiæ terreni operis adhæſerit, ſuo ſermone tergant atque delingãt unde & Apoſtolis præcipitur, ut excutiãt puluerem pedum ſuorum, & ad D. Petrum dicitur, quòd qui ſemel lotus ſit, non habeat neceſſe, niſi ut lauet pedes.

7 In Puluere ponere os ſuum, ut eſt Tren. 3. ponet in puluere os ſuum, ſign. loqui humilia.
Gouſch. lib. 3. Elocut.

8 Puluerem raſuræ parietis aſpergere, ut eſt Leuit. 14. ſig. hæreticos confutare. Et idem ſign. cum Ioſias diſperſit cinerem Idolorum in torrentem cedron. Gloſ. interl. Leuit. 14.

9 Puluerem uituli conflatilis aſpergere in aquam, ut eſt Exod. 32. ſig. gentes adducere ab Idololatria ad Baptiſmum. Gloſ. inter. Exod. 32.

1 PVLVIS ſubtilis apud Chimiſt. v. Alchoos. primo.

1 PVNCTVM & diſtantia apud Seuerum, ſign. hominis animam. quòd punctum, ſign. indiuiſibile, & diſtantia, ſign. diuiſibile; & punctum & diſtantia, ſig. animã conſtare ex indiuiſibili & diuiſibili.
Georgius Venetus Armon. fol. 29. v. vnitas, & dualitas.

2 Puncta & accentus in nominibus Hebræis, ſig. Spiritus & animas corporum compoſitorum ſicuti tres literæ ſimul combinatæ ſignific. corpus compoſitum ex planeta ex ſigno Zodiaci.

& ex elemento in corpore præoalentibus. Georg. Venet. Arm. f. 115.

1 PVNITIONEM fieri in numero quadragenario, & remissiooem in quinquagenario. significat punitionem ioferri a mensura archetipi decima, quæ per quadragenarium numerum suum exequitur effectum. & remissionem prouenire a mensura tertia, cuius proprium est per quinquagenarium ueniam impertiri.

Franciscus Georgius problem. 468. tom. 2.

1 PVPILLOS non lędendos ne eorum parentum animæ lędentibus iure succenseant. significat animas a corporibus separatas malefactoribus indignari, & sæpe pœnas de illis sumere, ut in Oreste & Scilla constat.

Ficinus in 11. de legib. Platoo.

1 PVRGATORIVM quod a Platone in Phędone dicitur palus Acherusia in qua purgantur animarum delicta media, post quorum purgationem animæ inde euolant in Cœlum, præmia bonorum recepturæ. significat animas quorundam posse post mortem purgari, & purgatione facta postea recipere præmia bonorum, quæ fecerant in uita. ita Plato ait. Quicunque in uita tenuisse medium, quoddam reperiuntur non perfecte boni videlicet ad Acherontem prefecti vehiculis, quę vnicuique ad sunt in palude perrueniunt Acherusiam, purganturque pœnas dantes iniuriarum, & cum purificati sunt absoluuntur, rursusque pro merito singuli benefactorum pręmia reportanta. Hæc ille. Quòd ipse Plato acceperat ab Isai cap. 4. cum dicit. Sanctus erit Dominus, cuius nomen scriptum fuerit in libro uitæ, io Hierusalem, & hoc si abluerit Dominus sordes filiarum Sion in spiritu iudicij, & in spiritu ardoris, quæ sententia interpretatur a D. Paulo dicente vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit, si cuius opus, arserit detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, & sic tamen quasi per ignem.

Franciscus Georgius probl. 392. tom. 5.

ad Acherusiam paludem venientes animas clamantes ab iniuria affectis veniam petere, ut est apud Platonem in Phædone. significat iniuriarum remissionem esse admodum necessariam consequi eos ab illis, quos ipsi læserint si in purgatorio veliot sibi penas remitti. Quòd ipse Plato acceperat a Moise dicente. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vindictam scilicet. Francis. Georgius probl. 395. tom. 5.

1 PVRPVRA in cortinis Tabernaculi. significat mare quòd piscium sanguine coloretur. Ioseph. de antiq. lib. 3. cap. 11.

2 Purpuræ piscis lingua in qua inest ille humor, quo lanæ tinguntur, & qua ipsa purpura sibi uictum parat. eum titulo. Sic prædæ patet esca sui. significat linguam si prudenter quis exerceat, esse thesaurum preciosissimum, sin uero habeat illam garrulam futilem, & obtrectatricem, formidabile ac lætiferum veoenum spirare.

Claudius Paradinus libro de Symbolis Heroicis f. 174.

3 Purpura uncta canalibus ot est Cantic. septimo cap. sign. arcana consilia Dei. Ruper. in Cant. 6. & Lauret. in uoce canalis.

4 Purpura cum lingua exerta. sign. hominem qui carpat, & probos, & improbos, quòd illa sit liogua tam acuta & ualida, ut conchulas & quascunque sui generis testas illa perforare ualeat. Valer. f. 204.

5 Purpura significat edaces, quòd illa sit omniuora, hinc prouerb. purpura edacior. quod significat magnos Helluones. Valerianus fol. 204.

6 Purpura cum lingua exerta, quæ sit inter iuncos nassæ ab ipsa purpura porrecta. sign. eum qui de gula mutatus sit quòd purpura in oassa videns strombum, quem maxime appetit vult illum lingua perforare, & illam inter iuncos nassæ porrigens, atque hinc iode cum ea tentans piscem efficit, ut illa pars linguæ, quæ intra iuncos extensus, iam intumescat ita quod non posit extraere ab iuncorum rimula. & ita a piscatoribus capitur. Valerianus folio 204. vel

7 Purpura cum lingua inclusa a concha inter cortices. sign. gula mutatum, quòd purpura cupiens comedere coochas, & illas sua lingua perforare illæ punctæ ab illius lingua claudunt testas, & capiunt ac stringunt linguam. & ita quoque capitur purpura. Valerianus folio 204.

8 Purpura saxo elisa. significat hominem ictu interremptus, quòd infectores, vt eliciant sanguinem illius ad tincturam, vno duntaxat ictu eam elidaot, alioquin non habituri sanguinem. Valer. f. 204.

9 Purpura significat secessum, quòd in profundo maris ipsa consistat. Valerianus folio 204.

1 Puteoli locus oonadmodum distans a Neapoli a Comero in prima lingua vocatus, put en boleo, quod sign. puteos & antea. Io. Goropius in Vertum. f. 31.

1 Puteus sign. sermonem Dei. Origen. in num. cap. 21. hom. 12.

2 Puteus quem foderunt Principes & Reges, vt est . . . . significat Christi Domini fidem, vel ipsum Christum Dominum. Origenes ut supra. & Principes qui foderunt. sign. Prophetas in profundo mysterio Christum præcinentes. Reges uero significat Apostolos, qui exciderunt puteum in petra. idest qui dura & difficilia scientiæ secreta penetrarint.

3 Puteus viuentis & videntis, ot est Genes. 16. 24. sign. sacræ scripturæ altitudinem & profunditatem. D. Ambros. lib. de Isaac 1.

4 Puteus iuramenti, ut est Genes. 24. significat ... scien-

scientiam, quæ suapte natura in profundo est sita, non in superficie, non in propatulo solet esse, sed in abdito, nec facile sed multo labore inuenitur. Philo lib. quod a Deo mittantur somnia.

5 Puteus interitus siue corruptionis, ut est psalm. 54. fig. tenebras submersionis D. August. in psal. 54.

6 Puteus sign. mundi præsentis miseriam D. August. lib. 83. Quæstionum Quæstion. 64.

7 Puteus sig. malitiam cordis humani. D. August. in psal. 68. sermone primo.

8 Puteus sign. baratrum Inferni D. August. lib. 5. Homiliarum homil. 16.

9 Puteus quem abstulerunt serui Abimelech, ut est Genes. 21. signific. mysteria obscura, & puteus quem foderunt principes, ut est Num. 21. sign. profundam sapientiam mysteriorum Dei. Origen. in Num. hom. 12.

10 Putei quos Isaac fodit, sig. doctrinas: nam puteorum fossuræ signific. disciplinarum auspicia. Valer. f. 285.

11 Puteus signific. vxorem, iuxta illud Salomonis Bibe aquam de vasis tuis, & de puteorum tuorum fontibus. Hinc Bersabeæ interpretatur septimus puteus, quod fuerit septima uxor David. Valer. fol. 285. tu v. iuxta puteorum fons.

12 Putei quos Palestini ruderibus & ceno implebant, signifi. puras doctrinas, quas heretici suæ impietatis ceno conturbant. Valerianus fol. 285.

13 Puteus ex quo manat aqua, sign. decimum quartum gradum scorpij, & hominem, qui erit instabilis sensu. Astrolab. planum Ioannis Angeli.

14 Puteus quem inuenit Isaac & vocauit abundantiam, ut est Genes. 26. sign. multitudinem mysteriorum Sacræ Scripturæ.
Lauretus in uerbo abundantia. v. abundantia.

15 Putei abissi, de quo ascendit fumus, ut est Apocalix. 9. fig. Doctrinam Arrianam a Sergio suscitatam, & rursus renouatam, ex qua ortæ sunt locustæ infinitæ, quæ fig. Califas, & reges, & populos Mahometicos. M. Antonius Louisinus supra Esdram fol. 12.

16 Puteus qui aperietur apud portum Macaua, quando Christicolæ ex Europa & Franci ibunt contra vrbem Mechua, & una cum Abisinorum exercitu euertent, Mecchan Tor, & Ziden, ut habetur i propheteijs sancti Freatorij, & Sancti Sinodæ, & in libris ipsorum Abisinorum, fig. Sectam Saracenam habituram finem. Franciscus Aluarez, & M. Antonius Louisinus supra Esdram. fol. 55.

17 Puteus aquarum de quo in cant. sign. quatuor Euangelia. Aemarus Heunequinæus lib. de Cerem. missæ cap. 22.


18 Puteum aperire os suum, ut est psal. 68. fig. Diabolum quærere quem deuoret. Arnob. psalm. 68. Idem, signific. puteum Abssi aperiri, ut est Apocalip. 9. & os speluncæ aperiri, ut est Iosue. 10.

19 Puteus ascendens, ut est Num. 21. sign. Christi D. & fidei manifestationem, orig. in Nu. hom. 12. & item, sig. exploratores ascendêtes de puteo. Lauret. in uerbo ascendere.

20 In Puteos bituminis cadere, ut est Genes. 14. sig. vinci a Diabolo, & in infernum decidere. Laure. in uerbo cadere.

21 De Puteorum tuorum fonte bibas aquas, ut est prouerb, sign. doctrinam haurire a Deo, qui est fons vnus idest vna substantia, & una natura in tribus puteis, hoc est in tribus personis patre filio & Spiritu sancto. Origen. in Num. cap. 21. hom. 12.

22 Puteos qui erant in ualle dæmoniorum, & non Siluestre, ut habet ulgata editio. sulphure, & igne in Sodomæ adustione impletos fuisse, sig. e Sodomeo scelere deueniri ad puteos igne & sulphure plenos infernales. Fran. Georg. pr. 290. tom. 3.



23 Puteos fuisse appellatos ab Isaac iisdem nominibus, quibus suus, pater appellauerat, ut est Genes. 26. sign. concordiam veteris, ac noui testamenti cum ea, quæ in ueteri prædicabantur, in nouo demonstrantur impleta. Orig. in Genes. hom. 13.

24 Puteos fodientes, fig. homines, qui rerum naturas scrutantur. & singulas in disquisitionem vocant magna cum diligentia. Philo. libro de plantatione Noe.

25 Putei bituminis, ut est Genes. 14. sign. hæreses, & infernum siue peccata, per quæ ad infernum descenditur. Orig. in Num. 21. hom. 12.

26 Puteus cum uase quo hauritur aqua, & cum verbis, motu clarior, signific. hominen, qui dæmonstrat se fore clariorem, & illustriorem, quo magis homines principes experiantur suam & uirtutem, & opera.
Hieronymus Ruscellus in Insigni Ioannis Baptistæ Zanchi.

27 Puteus cum vase, quo hauritur aqua, & cum nerbis, fit purior haustu, sig. hominem, qui demōstrat, in exercitando intellectu in rebus & artibus liberalibus, in dies illum fieri puriorem. Nam sicut aqua quo magis e puteo hauritur, quæ remanet fit purior, ita intellectus, quo magis exercetur, eò fit aptior & facilior ad percipiendam ueritatem rerum, puteus, sign. intellectum, & vas sig. exercitium, quo perficitur intellectus.
Camillus Camillius in Insigni Vrsinæ Caualletæ.

28 Puteus ad quem Iacob loquens cum Rachele usus est septem interrogationibus, significat eloquentiam; & septem Dialogi quos habuit cum Rachele, signific. ideas septem eloquentiæ.
Fabius Paulinus Hebdomadæ libro primo, capitulo tertio. & idem significat puteus Samaritanæ, ad quam Christus Dominus septem uerba fecit.

1 PYRADUM animal ad instar bouis, cornibus ramosis

ramosis suillo pede vertens se, ut Chameleon ad omnes colores iuxta se positos, apud Chimicos, sign. idem quod Basiliscus apud Hermetem, & Chameleon apud Augurellum, Elixirem scilicet Alchimicum. Leo Suauius in scholijs Paracelsi f. 292.

1 PYRAMIS signifi. apud Sicionios Iouem, quia eo modo sign. per basim piramidis obscuritatem rerum humanarũ, & per cacumen, quod est acutum sicut per mentis acumen deueniendum esse ad cognitionem rerum diuinarum. Cartar. fol. 164.

2 Pyramis cum semiluna in uertice, & hædera circuinuoluta sig. in his uersis contenta.

Hæc nova quæ lector Memphitica pyramis est hæc.
Cornua quæ phœbes vertice clare geris.
Nocte suum toto fundat ab orbe Iubar?
Et Sacra quid sibi vult hedera hæc serpensque ligansque.
Pyramidem summam hanc culmem adusque petens?
Illius & nixu fulcrum sibi conficit rectum.
(Mos nouus) & circum hanc undique tota uirens?
Pyramis hæc est Rex, qui maiestate uerendus.
Vel posuit summo clara trophæa polo
Ast hedera hæc facer Antistes clarissime princeps.
Tu fueris iusta cum ratione mihi
Nam tua, quæ uirtus planè mortalia linquens
Ipsius laudis sustinet ipsa basim.

Claudius Paradinus libro de Symbolis Heroicis fol. 77. Tu lege Hieronimum Ruscellum de hoc ipso insigni, ponit uersus Gallicos supdictis respondentes.

3 Pyramis de qua Poliphilus agit. Vide Nazarium in somnio 3. cap. 3. & 4.

4 Pyramis fundata super basim quadratam in qua basi sit caput hominis sine oculis, & manus ad ficta, in uertice uero ipsius pyramidis, sit oculus, signific. mentem bonam non posse impetu aliquo euerti, oculus sign. prouidentiam, & uisum, caput uero & manus, signific. reliquos quatuor sensus: multa enim ponit Bochius, quæ super flua sunt ut puta Tibridis figuram, lupam, vẽtos, aras, venas &c. Achilles Bocchius simb. 95.

5 Pyramis signific. gloriam. Erizzus folio 335.

6 Pyramis tetragona, quæ habeat unitatem pro summitate, & pro basi habeat quaternarium, quod est hospitium æternorum deorum apud Pythgoram, sign. mundum Idealem, & radij, quos vnitas emittit supra ipsam pyramidem, sig. Ideas archetipos primos rerum. Farra sepie. fol. 213.

7 Pyramis erecta, & soli in cancro ascendenti exposita cum verbis, semper min or fia l'ombra signific. ut ego reor, hominem qui sit maiore virtute, quam fama. Licet alij aliter sentiant & eam in sensum contrarium trahant. Io. Baptista Pittonus in insigni Catherini Zeni.

8 Pyramis posita in quarta porta primi gradus Theatri Iulij Camilli, quæ piramis in sũmitate habeat punctum indiuisibile, signific. in mundo supracęlesti entium latitudinem cum basi sua & cum puncto signific. diuinitatem, & sine relatione, & cum relatione, & sign. patrem & filium ante & post incarnationem, & Spiritum sanctum. Iulius Camillus f. 66.

9 Pyramis posita in porta Mercurij sub antro in tertio gradu Theatri Iulij Camilli, signific. quantitatem in rebus continuam. Iulius Camillus. f. 89.

10 Pyramis posita in porta Mercurij sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, signific. quantitatem continuam, in hominibus, ut magnus paruus, & mediocris. Iulius Camillus f. 130.

11 Pyramis posita in porta Mercurij, sub Talaribus in sexto Gradu Theatri Iulij Camilli, sign. extollere, & deprimere. Iulius Camilus f. 138.

12 Pyramis imperfecta ad cuius perfectionem sint parata omnia cum uerbis, ut ipse finiam, sign. hominem qui inceperit aliquod magnum negocium, quod nullus alius expedire possit, nisi qui illud inceperit. Io. Baptista Pittonus in insigni Fabij Peppoli, uel ut ait Ruscellus, signific. hominem ad quem spectet imponere finem ad operis per alios incepti perfectionem, & gloriam. Pyramis enim sign. gloriam.

13 Piramis, sign. eleuationem. Goropius in Hieroglyph. lib. 7. f. 96.

14 Pyramis si Pythagorice ex numeris constituatur ut unum, sign. Deum, quod unum Parmenides omnis fecit, uno igitur posito si per planos numeros descendans, ut ad multa venias, primum locum binarius possidet cũ unitate triãgulum constituens. a quo deinde per triangulos æquilateros ad infinitum fit processus, lateribus, sibi per continuam numerorum seriem succedẽtibus, qui rectus ordo est ab uno ad omnia creata uiam dirigens, in solidis enim numeris, qui corpora ipsa dimetiuntur modo eorum plana si ab unitate ad multa pergas, cõfestim ex ea in quaternarium incides primam omnium corporum pyramidem, quatuor angulis solidis, & quatuor triangulis planis constantem, quam ob rem si integrum orbem rerum creaturarum imagineris, per pyramidẽs omnia ad ipsum unum contingent, quorum, quæ Deo proxima sunt, supremos pyramidũ numeros occupabunt, quo fit, ut primus ordo quaternario solido nõ mẽsuretᷓ, sub quo deinde ordo est secundorum & tertiorum per curtas pyramides ad primam pyramidem ordinato quodam successu adscendunt, & eius medio Deum contingunt. Pyramis itaque prima omnibus rebus diuinam unionem, essentiam, & uitam communicat solido processu per curtas pyramides uim suam deriuãs, quã ex fonte

vni-

vnitatis haurit. Hæc pyramis est illa tetractys pythagorica, quam æternæ vitæ fontem nominarunt aurea carmina. Hæc pyramis, sig. ordinem seraphicum, eo quod pyramis sit Symbolum ignis. Ignis sit Sybolum tetractyos, & tetractys sit Symbolum primi ordinis creaturarum, quem ab ardore, & flámis Seraphicum uocant. in quo Deum habitare etiam cacodæmô diuino coactu confessus dicitur.

Goropius in Hieroglyph. libro septimo fol. 97. & 98.

15 Pyramis, sig. uitam felicem; nam non quæuis uita est felix sed ea duntaxat, quæ a multis huius mundi negocijs, se paulatim ad unum colligit, & in Deum, ut apicem summum omnes suas dirigit actiones, haud aliter atque in piramidali numero a multis ad unitatem peruenitur, & in ipsa pyramidis figura latitudo in vnum apicem tendit. Goropius ut supra folio 100.

16 Pyramides ab Aegyptiorum regibus pro sepulchris sibi factæ, sig. Reges earum autores post depositum corpus non modo uiuere sed uitá etiam viuere, quàm prius vixissent beatiorém, erant enim pyramides perennia, & semper duratura fidei ipsorum argumenta incomparabili quidem sumptu conclusa; sed tanto ualidiora, quanto maiore labore, maiore impensa, maiore subditorum molestia constitissent, cum quæ talia sunt & præsentes maxime moueant & apud posteros sui admirationem excitâtia eò cogant, ut qua de causa erecta sint, interrogetur.

Goropius ut supra fol. 101.

17 Pyramidibus fines notari. sign. homini succurrere debere uiso cuiusuis rei termino, uitá totam ignis figuræ esse conformandam, nisi nunquam ad felicitatis finem pertingere velit. & Ideo.

18 Pyramidem in ludis pro meta poni esse solitam signific. in ludis etiam beatæ uitæ finem ob oculos versari debere.

19 Pyramis siue meta siue obeliscus, cum capite humano superimposito, significat Res siue ris litteræ figuram: nam ris in prima lingua interpretatur erige, quæ actio propria est Spiritus Sancti, ut erigat hominem idest hominis partem superiorem, quæ est mens & intellectus ad altissimum idest Deum, & quia pars hominis superior erigi nô potest nisi pars inferior, caro scilicet, & animi tumor a ratione frenetur; pyramis siue meta signif. carnem, & animi tumorem prius esse frenádam, ut mens libere possit ad altissimũ erigi, ad quod altissimũ erectio notatur per caput, ut significetur caput suo fræno idest ratione belluinam hominis partem coercere; & Imperio premere, & quia ris, interpretatur erige, & pyramis signif Spiritus erectionem, & frænl formam, & animis domiti imaginem, indicat ris litteræ figuram, & interpretationem componere Hieroglyphicum, quod signifi. hominem debere carnem frænare, vt possit a Spiritu sancto ita erigi ad altissimum, ut possit ipsius altissimi templum fieri. v. res littera. 2. v. animus 2. v. Templum 80.

Goropius in Hieroglyph. lib. 15. folio 238. & 239.

20 Pyramis quæ supra verticem habeat solem, & in medio ipsius sint duæ manus se inuicem complexæ cum verbis sine fine. signific. hominem, qui sit permansurus in eodem animo, & fidelitate, in qua fuerint sui maiores, & qui speret in Deum a quo sperat etiam in posteros esse futuram eandem fidelitatem sinceram Nam antiqui volentes signific. Deum, ponebant solem, & volentes signific. firmam stabilitatem, ponebant pyramidem super basi quadrata, & quando volebant sign. fidelitatem, ponebant duas manus coniunctas.

Hieronimus Ruscellus in Insigni Laurentij Cibô.

21 Pyramis quæ maiore ex parte sit perfecta, sed adsit manus humana cum instrumento trulla & sint uerba, in Dies, signific. hominem, qui demonstrat, se assiduo uti labore & diligentia ad perfectionem deducat, aliquod grande opus, quod postea sit futurum æternum, & hac de causa ad perficiendum illud requiri & tempus & solicitudinem. pyramis, signific. aliquid magnum, & diu duraturum, manus cum Trulla, signific. actionem autoris non cessare, vt perficiatur opus.

Camillus Camillius in Insigni Hernandi Vitalis.

22 Pyramis in medio aquarum fundata contra quã vndæ, uenti, & pluuiæ percellunt, cum uerbis immota manet, signifi. hominem, qui demonstrat se semper fore constantem contra persecutiones aduersariorum, & contra ictus fortunæ, utcumque affligatur. Vel signifi. hominem, qui demonstrant mulieri a se dilectę se semper in illius armore fore constantem, & immobliem.

Camillus Camillius in Insigni Nicolai Cauli.

23 Pyramis siue Pyransta, quæ ad Lucẽ candelę uolet & alas sibi adurit & corpus, ita quod moriatur, sig. hominem, qui demonstrat se adeo allici a pulchritudine mulieris a se dilectę, ut propter eam libenter & uolens & sciens ad mortem currat. Hieronimus Ruscellus in Insigni Ioannis Baptistæ Palatini.

1 PYRITES appensus puerórum collo apud Arabes, sig. pueros eo amuletos tuto esse, ne lemures, et lamias timeant, quidam ait.

1 PYROPVS quæ est spherula aurea siue ignea quæ superimponitur obliscus, sign. spem æternę uitę, quæ in cęlo empyreo possidetur a beatis, quæ nil aliud est, quam Deum videre, & quia pyropus iste siue globulus igneus, uel aureus appensus est cuspidi Trianguli euersi in postica parte Canopi ita, ut globus terram spectet, signific. omnem spem uitæ æternæ esse deiectam, quæ primo diuinitatis charactere homini a Deo impresso sustinebatur,

 quem

quem characterem triangulus æquilaterus sig. V. can opus. V. Goropiū in Hieroglyph. li. 10. fol. 155.

1 PYTAGORAM dixisse se quondā fuisse Euforbū. sig. materiā primam omniū formarum nō solum capacem, sed auaram etiam esse ac semper desiderio motam, nulla forma satiari. Paulus Scalig. tom. 2. misce. f. 13.

2 Pythagorę ludus in Luna. sig. Pythagoram vsum esse quodā speculo rotundo tali artificio facto vt existēte Luna plena, & supposito illi speculo Luna videretur in speculo ita, vt appareret de cęlo detracta, in quo speculo sanguine scribebatur aliquid, & cum volebat aliquem ludere, inspiciebat Pythagoras in cœlum ad Lunam & quidquid fecerat in speculo, scribi recitabat tanquàm ea in cęlesti Luna legeret. Hæc Natalis Comes in Mytholog. lib. 3. cap. 17. Sed tu lege: In Lunæ circulo scribere. Natalis Comes videtur rem non intellexisse vt arbitratur Iacobus Gohorius in libello de mysterijs & vsu notarum. Ego uero legi secretum quoddam in tali materia. Quod asserebat rem esse facilem factu, vt scilicet aliquis præmonitus nocte serena, & Luna plena, in signis septentrionalibus in speculo concauo litteris stanneis uel argenteis sanguine cuiusdam animalis, quod uolens sileo, & succo herbæ buglossæ madefactis & Lunæ radijs suppositus per reflexum radiorum in aere imagines litterarum videre posset adeo eleuatas, ut uiderentur in disco Lunæ scriptas esse. Cuius rei ueritas sit penes autorem non enim expertus sum, sed noui ipsum nostri temporis summū Philosophum, & mihi amicissimum.

3 Pythonē serpentē ab Apolline sagittis occisum fuisse. sign. superfluam humiditatem, quę animantia utcunque lędit, a radijs solaribus exsiccari, & hominibus amoto superfluo humore salutem præstare. Ioseph Horologius lib. 1. Metham. Ouid. 5. phithon.

4 Pythia certamina instituta fuisse, ut quinto quoque anno celebrarētur. sig. Apollinis memoriā de Victoria Pythonis serpentis, & ob memoriam quinque Nimpharum, quæ obtulerunt ipsi Apollini Victori munera. Natalis Comes lib. 5. cap. 2. mythologiæ.

5 Pyxis siue Vasculū in quo conseruantur hostiæ tam consecratæ quàm non consecratæ. sig. memoriam hominum, qui debent recordari acceptorum beneficiorum Dei tam temporalium quæ sig. hostiæ non consecratæ, quàm spiritualium quæ sign. hostiæ consecratæ, & Vrna in qua Deus iussit seruari manna, sign. hanc pixidem siue vasculum. ut est Exod. 16. Michael Timotheus in sacrif. Missæ. Quæstione. 104. tractati. 2.

Q

1 Q. Apud quendam, sig. aerem elementum in materia lapidis Philosophici.

2 Q. apud quendam etiam in practica cap. 32. & cap. 6. sig. aerem compositi Solis.

3 Q. apud quendam sign. instrumenta uitrea.

4 Q apud quendam sign. venenum perfectum & est principium decimum sextum in arte Chimica & est ultimum principium sensuale.

5 Q. apud eundem in opere minori in figura S, signific. lapidem Philosophicum, & est sextum decimum principium in illa figura. S.

6 Q. in prima lingua, sign. rem quampiam retineri, uel attrahi, eo quod in proferendo adprimatur ad molares. Goropius in Hermath. lib. 7. fol. 156.

7 Q. littera quæ a cymbris dicitur, uiæ, in alphabeto primæ linguæ notat, vt, & in oratione mystica ipsius Alphabeti, signifi. quod pręceptor optat, ut Deus exaltet discipulum, licet sit ut pecus, uel quale pecus.
Goropius in Hermath. lib. 9. f. 217.

1 QVADRAGESIMAE tempus apud Latinos incipit a Dominica Quinquagesimæ, & apud Græcos a Dominica Quadragesimæ usque ad Pascha, in altero sunt dies 42, in altero 49. Primum attribuitur Filio, & secundum attribuitur Spir. S. quod signif. quia sicut filius & Spiritus sanctus procedunt ab uno patre, ita hoc tempore gratiæ quod datum est Latinis, & Græcis, sicut filius sua corporali præsentia ita Spir. S. descensione mirifica consecrauit, & id sig. sicut ambo simul sunt ab uno patre, ita simul duarum gentium operentur salutem.

2 Quadragesimæ tempus esse dierum 46. a capite ieiunij usque ad Pascha, signif. post Babylonicam captiuitatem per annos quadraginta sex fuisse ædificatum templum Domino, & hoc facit Ecclesia, ut sign. homines post vitiorum captiuitatem, quæ est vera Babylonica confusio per dies quadraginta sex, debere per abstinentiam & bona opera semetipsos templum Deo ædificare, vel signifi. ieiunij dandam esse Deo decimam totius anni. nam a prima Dominica Quadragesimæ, usque ad Pascha sunt tantum dies 36. in quibus ieiunamus, qui 36. sunt decima pars anni, sed propter numerum quadragenarium, quem Dominus noster suo ieiunio sacrauit, adiecti sunt quatuor primi dies, de quo quadragenario numero. tu v. loco suo. Michael Timotheus in diuinum officium. quæstione 53. tractatus 3.

3 Quadragesimam potius uocari, quam quadragesimam sextam. cum tamen quadraginta sex dies abstineamus, signifi. quadragesimam non prætendi, nisi usque ad diem cęnæ Domini, quę est dies absolutionis, quia per quadragesimam bene obseruatam, & per ueram pœnitentiam peruenit homo spiritualiter ad cœnā

agni

agni. Vnde Apocalyp. 19. Beatus qui uocatus est ad cœnam nuptiarum agni. Secundumhoc solum sunt dies quadraginta, demptis scilicet quatuor illis diebus præcedentibus primam Quadragesimæ Dominicam, & duobus post cœnam Domini. vel quadragesimam dici, sig. tempus annorum quadraginta in quo populus mansit in deserto, antequam ueniret in terram promissionis, & cibatus manna, vel signi. quadraginta mansiones populi per quas uenit in terrã promissam, quod sign. nos ad illorum Hebræorum exemplum per quadraginta dies abstinere a debitis corporis uerbis uitæ refici, orationi uacare, ut tande per Iesum introducamur in terrã uiuentium, uel Quadragesima signifi. Christum Dominum per quadraginta generationes ad nos descendisse, ut nos ad eũ per nostrum quadragenarium numerum ascẽdamus, & sign. nos debere imitari in ieiunio Moysem, Heliam, & Christum Dominum. Michael ut supra quæstione 54.

1 QVADRANS iuxta illud, & reddat usque ad ultimum quadrantem, signific. uel minimum peccatum. Diuus Augustinus lib. de salutaribus documentis.

1 Quadrangularis figura, quæ constaret ex 25. cubibus sign. horas, sex quæ superessent cuique anno, & per illas sign. annus uertens. Valerian. f. 290.

3 Quadrati lapides qui dicebantur Hermæa, qui in uestibulis poni consueuerunt, sig. ratione m & ueritatem rectam semper manere debere perinde ut forma quadrata. Valerianus fol. 290.

4 Quadrata fieri simulachra Deorum significat. eorum stabilitatem & permanentiam. Valerian. fol. 290.

5 Quadratum uirum dici aliquem, sign. illum undique uirtuosum & perfectum ad instar quadri. Valer. f. 290.

6 Quadratus lapis signif. Romam ueterem, quod forma esset quadrata. Valerianus fol. 291.

1 QVADRIGAE triumphalis superpositæ cuidam pulchro ædificio signif. uias munitas a uiris, qui triumphum duxissent. Erizzus fol. 150.

2 Quadrigæ Apollini datæ significat. anni quatuor tempora, scilicet Ver, Aestatem, Autumnum, & Hiemem. Erizzus. f. 652.

3 Quadrigæ de quibus Zacharias cap. 6. dixit & Ecce quatuor quadrigæ, sign. quatuor mundi partes Orientem, Occidentem, Septentrionẽ, & Meridiem. Marcus Antonius Louisinus. f. 5. supra Esdram.

4 Quadriga prima de quatuor illis quadrigis Zachar. ut supra, sign. partem mundi Occidentẽ. Louisinus ut supra.

5 Quadrigæ illæ quatuor egredientes de medio duorum montium, ut est Zachar. cap. 6. sign. quatuor mundi partes egressuras fuisse de medio duarum Ecclesiarum Orientalis, & Occidentalis, quas sign. illi duo montes. Louisinus ut supra.

6 Quadriga secunda, ut est Zach. cap. 6. sig. quartam Aquilonarem, siue partem mundi Septentrionalem. Cuius equi sunt nigri, qui sign. Reges, Principes, & populos Aquilonares. de qui bus D. Ioannes cap. 6. Apocal. & ecce equus niger, & qui sedebat super illum Stateram &c. Louisinus ut supra.

7 Quadriga tertia de qua Zachar. cap. 6. sig. quartam Orientalem siue mundi partem Orientalem, cuius equi sunt albi. de quibus & Diuus Ioannes Apocal. cap. 6. & ecce equus albus, & qui sedebat super eum habebat arcum &c. Marcus Antonius Louisinus super Esdram. fol. 6.

8 Quadriga quarta de qua Zachar. cap. 6. significat. quartam Meridionalem siue partem mundi Meridianam, cuius equi varij & fortes, significat. Reges, Principes, & populos Meridionales. Louisinus ut supra.

9 Quadriga Aminadab, sign. quatuor Euangelia. Aemarus Hennequinæus libro de ceremon. cap. 22.

10 Quadrigarum aspectus quasi lampades & fulgura, ut est Nahum. 2. sign. Dæmonum furorem etiam in iudicio futurum. D. Hieronymus in Nahum. 2.

11 Quadrigas Soli sacras, sig. ob Solem annum uerti per quatuor tempora. Ver, Aestatem, Autumnum, & Hiemem. vel quatuor Solis equi sign. elementa quatuor, primus equus roseus sign. ignem. Secundus qui est albus sig. aerem. Tertius uiridis sign. terram uirentem, & quartus qui est Venetus sign. mare. Roseus significat. Aestatem, Albus significat. Hiemem, Viridis siue prasinus, sign. Ver. Venetus sig. Autumnum. Aeneas Vicus in Numo. 29. Iulij Cæsaris.

1 QVADRVPEDIA, ut est Leuit. 11. sign. illos qui simulant vitam contemplatiuam, sed tamen affectu terrenis adhærent. Glossa Ordin. supra Leuit. 11. & Lauretus in uerbo abominari.

1 QVARTVS in mundi fabrica apud Platonem non inuentus. sig. in faciendo sermone de fabrica à summo opifice facta non opus esse elementari qualitate, cum quaternarius sign. elementa & ternarius sig. diuinitatẽ: ideo Timeus dicit quartum aduersa ualetudine laborare; quod sign. elementa, quæ sunt alterabilia, non conuenire ad faciendam fabricam, sed tantum ternarium numerum, quo Deus gaudet. f. 6. p. 312. tom. 5.

2 Quartum feliciter incedens ut est prouerb. 30. sig. Antichristũ, qui ad tempus prosperabitur non tamen bene incidet, licet feliciter. Beda in prouerb. 30.

3 Quaternarius quarta pars ex septem ad animæ, ut ait Plato, formationem concurrentibus, sig. processum, & animæ, cùm per ipsum quaternarium ipsa anima progrediatur in materiam distinctam quatuor elementorum gradibus. Fabius Paulinus. Hebd. l. 3. c. 3.

4 per Quaternarium pythagoricos iurasse, sig. ipsos opinatos animã quaternariam esse, & qua-

ternarium

ternarium numerum ipsius animæ tanquàm fontem, & datorem ueneratos, & ea de causa Græci quoque dixerunt ipsum quaternarium esse Mercurio sacrũ; qui animabus ipsis præesset: uel forsan sig. Mercurium natum esse die mensis quarto. Fabius Paulinus. lib. 3. Hebd. cap. 2.

5 Quatuor. sig. Vitam eo quod in prima lingua quatuor & ignis sint eiusdem appellationis, ad quod & tetractis pythagorica allusit. Calor enim est uitæ fons, & ideo in pectorali quo quo Vrim, & Zumin continebantur. Forma erat quadrata, & ipsum pectorale souebat cor Pontificis unde principium uitæ, & Moses ibi nõ nomẽ pectoris posuit sed cordis. Quo ratio Phylacterij siue pectoralis magis indicaretur. Sed cur quatuor sig. uitam, quia ad multa mysteria intelligenda facit, placet hic ex Goropio rationem afferre. Est uetustissimus rerum inquirendarum mos, ut libenter ex rebus a spectabilibus ad res quæ uideri nequeunt, & similitudines & nomina traducant magistri. Cum igitur in corporibus omnibus uitæ principium igneum uiderent, placuit ut uniuersum totius mundi uitale semen ignis quoque uocaretur. Hic ignis supremus a quo omnia pro sua proportione uitam accipiunt, uocatur anima totius mundi, quam Moses Diuinus uidetur posuisse primam rerum creatarum, uocans eam lucem. Hanc lucem, siue ignem, siue calorem, siue animam uoces ea nil aliud sign. quam id, quod principio à Deo creatum, omnes res uita sua donat. & est omnibus rebus corporatis & nõ corporatis uitæ calorem subministrãs. Hoc ipsum Daniel uidetur sub ignis nomine expressisse, cum dixit. Aspiciebam donec Throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli eius capitis quasi luna munda. Thronus eius flãmæ ignis, rotæ eius ignis accensus, fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à facie eius, quæ uerba Proclus in Platonis Parmenidem uocauit oracula Caldaica. quæ doceant omnium rerum genera per idearum uarietatem distincta uitæ suæ portionem, ex ignis fonte haurire, iste ignis refertur a numero quaternario, & a figura Pyramidali, nam quaternarius est primus numerus post sanctissimam Triadem, & Pyramis est prima inter corporales figuras, sicut ignis iste supremus, siue lux, siue calor, siue anima dicatur, est primus post Deum vnum & trinum, vnde Pythagoras, ut per numeros sign. res altissimas, & alij Philosophi per figuras aptarunt & numeros, & figuras vel proportiones eorum ad res illas significandas, & author primæ linguæ ut exprimeret primam rem creatam & per numerum, & per uocem propriam, alludens tamen ad figuram, uocauit primam ideam quaternarium & ignem quem sign. Pyramis, a quo & nomen habet, una & eadem uoce vier, ram, siue vur, ram, notat & ignis & quaternarij extensionẽ, ex quo patet quaternarij & ignis nomine significari primam rem creatam, quæ nil aliud est quam ignis siue calor, siue lux, siue anima mundi quæ diuinæ Trinitatis locum tenet. Quæ ut ego reor potest etiam dici Vesta, uel thronus Dei. tu lege Goropium in Hermath. lib. 9. f. 223. & in Hieroglyph. lib. 10. f. 151. v. Vesta. 12. v. Isis. 31, v. Daleth. 3.

1 QVEBRIS apud chimistas sign. Sulphur. Ioannes Garlandius.

1 QVERALI, apud Chimistas sign. plumbum. Garlandius.

1 QVERCVS altissima quam aliquis ueneretur, sign. apud Celtas Iouem Deum. Cartar. f. 167. quod sit Ioui sacra, uel quod ex illius fructu homines primi cibum cœperint. Cartar. f. 167.

2 Querna corona in statuis Iouis signific. Iouem datorem uitæ, quod ex illa arbore homines primum cibum habuerint. Cartarius folio 167.

3 Querna corona coronari eum, qui ciuem Romanum saluum in bello fecerit, sign. eum esse dignum illa fronde ex qua primum uita hominum alta fuerit, qui alteri uitam seruarit. Cartar. f. 169.

4 Quercus annosa quam uenti undique perflant immota tamen manens, licet aliquot sicca folia decidant, signif. apud Alciatum Emblem. 42. Carolum Quintum Imperatorem Viennã Austrasiæ ab Othomanno Turcarum Imperatore defendentem hostemque fugantem. Quercus enim uentis agitata, sed non euulsa signific. fortissimum aduersus fortunam & hostes.

5 Quercus, sign. salutem ciuium, sign. seruatorem ciuium, signif. alimoniam & uictum. Alciatus Emblem. 199.

6 Querna corona alicui data, signif. uel uetustatis honorem, quem honorẽ Arcadibus attribuebant, & ideo uocabant illos glandiphagos. vel sign. quod facilem uictum & promptuarium, quercus sit mihibus afferre solita. uel signific. illum seruasse ciuem, quod quercus sit sacra Ioui, in cuius tutela sunt ciuitates, quod crederetur quercus fuisse prima arborum genita, & iccirco fuisse illam populorum altricem primam & primariam oraculorum autorem. Valer, f. 375.

7 Querna corona, quam duo rami laurei cõplectantur, non in coronam ducti, sed ad osculũ quodammodo incuruati, sign. custodem fidelem ciuium, ut ego reor. Vnde Ouidius.

Postibus Augustis eadem fidissima custos.
Ante fores stabis, medicamq; tuebere quercum.

Valer. f. 375.

8 Quercus sign. fortitudinem, & uires ualidas, uel a nomine, uel ab arboris materia incorrupta. Valer. f. 375.

9 Quercus signific. diuturnitatem, quod eius materia in multos annos prorogetur, præcipue cum defossa, uel aquis est macerata. Valer. f. 375.

10 Quercus, in quam Aquila contulisset, exta quæ

de manibus

de manibus aui Galbæ imperatoris rapuisset, sign. longo post tempore imperium in eius familiam futurum, quod in Galba & sene euenit. Valer.fol.375.

11 Quercus altissima, apud Celtas signific. Iouem Deum. Erizzus. folio 449. Valerianus. fol. 375.

12 Quercus & corona querna in Iouis simulachris significat vitam. Erizzus f. 449.

13 Quernum sceptrum sign. imperij firmitatem. Valer.f.376.

14 ex Querno trunco sceptrum factum in quo inferiores rami sint amputati, & superiores ita mutuò se complectantur, ut oculi speciem referant, signifi. Osirim habuisse totius orbis firmissimum Imperium, & dicti sceptri tot rami erant quot prouinciæ, quibus rex se imperaret. Valer.f.376.

15 Quercum esse Rheæ sacram, sign. ex terra omnes utilitates prouenire, quod ea arbor multas utilitates, tam in ædificiis, quam in uictu hominibus ferat. Valer.f.376.

16 Querni rami in oculi speciem formati, sign. uel Osirim, uel Solem, quod sol regali potestate cuncta despiciat. Valer.f.376.

17 Quercus in Aruspicum disciplina, signif. principatum, in suburbano Flauiorum. Quercus antiqua, secundum Vespasiæ partus ramos edebat, primus fuit exitis, & sign. filiam quæ postea emortua est, & ramus arefactus. Secundus præualidus ac robustus, & Tertius ad instar arboris, & sign. Imperatores Vespasianos. Valer. f.376.

18 Quercus sign. feritatem, quod poetæ sint solid vocare homines feros, duro ex robore natos. Valer.f.376.

19 ex Querco aut ex petris homines genitos dici solitum esse, sign. quod ante ædificationis inuentionem homines se sub quercubus, aut rupibus retulissent. Valer.f.376.

20 Querna glans sign. partem extremam membri uirilis, quod eo modo, quo glans, contegi uideatur. Valer.f.376.

21 Quercus sign. iram & inexorabilem animi asperitatem, quod ipsa sit dura & aspera. Valer.f.376.

22 Quercus quæ complectatur oleam, signifi. iram delinitam, quod quercus sign. iram & olea, sig. pacem. Valer.f.376.

23 Quercus carie & fulmine perdita, cuius surculos quidam vir legit, sign. semper dum possumus aliis prodesse debere. Quercus enim & uiua & mortua prodest. Sambucus folio 154.

24 Quercus habens folia & sua poma, de quibus pomis si exeant uermes, sign. anni fertilitatem & pinguedinem, si uero de illis pomis exeant muscæ, sign. in illo anno bella, si uero de illis pomis exeant araneæ, sign. in eo anno mortalitatem. Et hæc est regula Siluani. Ioannes Listembergius in fine suæ pronosticationis.

25 Quercus in cuius medio sit Aquila quiescens in nido, cum uerbis, requies tutissima, sign. hominem qui demonstret se ob affinitatem contractam cum aliquo principe, vel ob aliam causam fore tutum, sed præcipuè ob tutelam Ionis, idest summi Dei. Hieronymus Ruscellus in insigni Antonij Landriani.

26 Quercus annosa cum uerbis, semper immota sign. hominem qui indicat uoluntatis & meritorum suorum in principem suum firmitudinem & constantiam, & hoc maxime Deo pro benefactis fauente. Hieronymus Ruscellus in insigni Marci Antonij Columnæ iunioris.

27 Quercus quam venti perflant, & eius folia detrudunt cum uerbis, μένω μεγάλως. idest radicibus, uel radicum uirtute profunde resisto, sign. hominem qui demonstrat, se, licet extrinsece uideatur concuti, tamen intrinsece patientia ut fortis se omnia perpeti, & pro nihilo habere quidquid aduersi aduenit. Camillus Camillius in insigni Nicolai Chiochi.

28 Quercus truncus e quo erumpat Lauri ramus, cum verbis. Dij melius, sig. hominem qui demonstrat se ob Dei gratiam, a uita ciuili, & actiua, ad uitam contemplatiuam animum aduertisse. Nam in hoc symbolo truncus quercus sign. uitam actiuam, sicut Laurus sign. uitam contemplatiuam. Camillus Camillius in insigni Francisci Melchioris.

1 QVINQVAGESIMA, in Ecclesia alia est dierum, alia annorum, & alia psalmorum.

2 Quinquagesima dierum est triplex, prima incipit post Sexagesimam usque ad diem Paschæ & sign. pœnitentiam, afflictionem, & abstinentiam. Tunc enim homines abstinent a carnibus, & continent se a luxuriis.

3 Quinquagesima dierum, secunda est a Pascha usque ad Pentecosten, & sign. lætitiam & exultationem.

4 Quinquagesima dierum, tertia est a Sabbato in Albis, usque ad Sabbatum post Pentecosten, & sign. ætatem mundi, octauam in qua induemur stola animæ & corporis in gloria & iustificatione. Michael Timotheus in diuinum officium, quæst. 49. tract. 3.

5 Quinquagesima annorum erat Iubilæus, in quo omnia debita remittebantur, & possessiones alienatæ restituebantur, & sign. pœnitentiam per quam uera libertas tribuitur, & a diaboli seruitute liberamur, per eam enim peccatorũ debita remittuntur, & æterna possessio restituitur. Michael ut supra. Quæstione 50.

6 Quinquagesima psalmorum est triplex & sign. tres Christianæ religionis status. Prima terminatur in psalmo: Miserere mei Deus, qui est quinquagesimus, & ista sig. pœnitentiæ statũ. Secunda quinquagesima finitur in psalmo centesimo qui incipit: Misericordia & iudicium. & ideo ista, sign. statum iustitiæ. sed tertia quinquagesima terminatur in psalmo centesimo quinquagesimo, qui incipit. Laudate Dominum in sanctis eius, & finit omnis spiritus laudet Dominum. qui est laudis uitæ æternæ.

Michael

Michael ut supra quæstione 51.

7 Quinquagesima, ut est ab Ecclesia instituta, sig. pœnitentiæ, & remissionis tempus, & ideo hoc tempore quinquagesimæ psalmus: Miserere mei Deus, & quia est quinquagesimus, & quia est psalmus pœnitentię & remissionis, frequentatur, legitur, & dicitur. Michael ut supra. Quæstione 52.

1 QVINTA essentia, apud Auerroem & Alpharabium signif. aquam uitæ tertio sublimatam, quæ fit per resolutionem & extractionẽ. Hæc prodest, quodam attestante, in libello de quinta essentia, omnibus quibus præmatura mors imminet: illa fit cum omnes qualitates elementorum resoluuntur, usque quo deueniat ad simplicissimam materiam & formam, unde tum demum lapidem philosophorum, ioinum sumere Alchimistę asseuerant, quo temperari metallum, & commutari in uaria metalla contendunt. Platonici cum nominant quintam essentiam, sign. Idæam æternam. Aristotelici nominantes quintam essentiam sign. æthercam regionem. Orpheus in secretiori philosophia, sign. Olympica tecta. Aglaophemus, sign. Ambrosiam, Philolaus, signif. ipsum intellectum. Mercurius Trimegistus, signif. sapientiam æternam, Pythagoras, sig. ipsum infinitum, idest Deum omnipotentem, qui omnium rerum conditor est. Anaxagoras signifi. ignem, Apuleius sign. aerem, Lucretius, signif. Iouem. Paulus Scaliger lib. 3. cap. 15. de rerum causis.

1 QVIRINVM a Romanis inuocari, signifi. Romanos nomen Deum inuocare, ut suarum rerum esset defensor. in prima enim lingua Vveren notat defensorem vv, duplex in prima lingua, si ad alias transferatur, uertitur in Q. & V. Vnde Vveren apud Latinos dicebatur Querẽ. Deus enim ea ratione cõsideratus, qua ab ipso rerum nostrarum petimus defensionem, in prima lingua dicitur vveren, a quo Latini suũ Quirinum deduxere. Goropius in Vertumno. fol. 87.

2 Quirino nullum, neque fanum, neque simulachrum a Numa, neque a suis maioribus factũ, sign. Romanos cognoscere Deum a quo sub nomine Quirini suarum rerum defensionem petebant in cœlis esse, neque ulla effigie effingi posse. Sola enim Vertumni statua sign. omnes Dei personas, omnes potestates, & omnia mortalium uota. Goropius ut supra.

3 ex Quirino & ex Virgine natum esse Dium Fidium siue Sabum, signif. ex Deo & ex Virgine Christum Dominum natum, qui vere Dius, idest Deus siue Iupiter, Fidius eo quod largiatur non modo communem inter homines fidem, sed eam etiam quam Deus per Spiritum sanctum nobis Christianis largitur, quæ uera proles est Quirini Christianorum, qui Dius Fidius natus ex Virgine & Spiritu sancto, simul Deus & homo, nihil aliud quam veram & niuam fidem ab hominibus poscit, quam & ipsemet petentibus gratia sua largitur, hunc etiam antiqui uocarunt Sabum, qui in prima lingua dictus est Sachone, idest primæ causæ uinculum, quod signifi. Christum Dominum esse uinculum & mediatorem inter Deum, siue primam causam, & hominem. Ex hoc Sabo, antiqui dixerunt natum esse Sabinum, quod sign. ex Christo Domino nasci fidelem hominem, qui primæ causæ, idest Deo se alliget. Sábinem in prima lingua notat ligare, & quia nemo potest se Deo, siue primæ causæ alligare, nisi per Sabum, idest Christũ Dominum, quando solus Christus D. est Deus & homo, & solus inter hominem & Deum mediator, sed peculiariter Sabinus apud Sabinos, sign. Noam, qui per fidem & iustitiam fuit Sabi, idest Christi Domini filius, & uiua eius imago. Goropius in Vertumno. f. 69.

4 Quirinum uocari enyalium signif. vnum ipsum Deum esse omnia defendentem, & custodientem. Enyal in prima lingua a quo Latini suum Enyalium fecerunt, interpretatur vnum ipsum custodiens omnia. Goropius ut supra folio nonagesimo octauo.

R

1 R. Littera tam apud Latinos, quam apud Græcos, sign. oportunum motus instrumentum, in qua littera referenda lingua concitatur, ad tenuia, quæque commodum per omnia maxime penetrantia. Iacobus Gohorius libro de usu & mysteriis notarum.

2 R. apud quendam signif. aquam elementum in materia lapidis Philosophici. sicuti B. apud eúdem, sign. terram.

3 R. apud quendam, significat ignem compositi Solis.

4 R. apud quendam in compendio animæ, signif. lapidem compositum.

5 R. apud quendam, sign. medicinam, vel Elixir completum, aut argentum uiuum fluens, penetrans, tingens, & permanens, a terra sublimatum secundum gradum, & compositum ex principiis significatis per M. scilicet per tertia principia.

6 R. apud quendam, sign. sublimationem, & est quintum decimum principium in dicta figura.

7 Ra in prima lingua qua Adam locutus est, sign. uibrationem, & celerem motum. Vnde in eadem lingua. Ra, uox interpretatur celeritas, quæ uox si retro uertatur fit ar, & sign. celeritatis cõtrarium, idest tarditatem. Vnde in ipsa lingua flumen Arar, ob eius fluxus lenitatem dictum est. v. Arar. Goropius in Hermath. lib. 4. f. 63. & lib. 3. f. 47.

8 Ra, & Rar, uoces primæ linguæ, quæ ambæ signant celeritatem, unde earum contrariæ sunt Ar, & Tar, quæ signant tarditatem, a rat & an, fit rat an postponenda, id est celer in progressu. vnde Rhodano fuit nomen, quod est rapidissimum flumen, cuius contrarium est ar, &

Tar,

Tar, ab Ar, fit Arar flumen tardissimum, a Tar, Latini suum tardum deduxere.
Goropius in Hermath. lib. 5. f. 110.

9 A. littera in prima lingua sig. fluxum, uibrationem, & asperiorem motum, & si proferatur per e, & r, ut dicatur, er, sign. errorem, eo quod ab e, quæ notat unum tremulo motu uox feratur, quod non aliud est, quam vnum deserere, quod dum fit, erratur, & hæc uox, er, in prima lingua notat in perturbationibus iratum, propterea quod hæc motio rationi, non minus quam insania, uel maximus error aduersetur, & quod hoc sit uerum, ut er, id est iratus, sit contrarius rationi, uerte, er, in re, & tunc in eadem prima lingua re, notat rationem, eo quod uocis fluxus quem notat r, fluit ad e, idest ad unum quod notat, e. Hoc enim est rationis proprium officium, ut omnia ad unum deducat, ueluti causarum omnium supremum.
Goropius in Hermath. libro septimo. fo. 156. & 157.

10 R. propter pronunciationem er, in Alphabeto primæ linguæ notat, ipse. sed in oratione quæ mystica est in ipso Alphabeto, simpliciter sign. ipse, ut sit sensus quod præceptor oret Deum, ut exaltet discipulum ad, se licet ipse sit ut pecus. Goropius in Hermath. libro nono fol. 217.

1 RABELA uel procurator forensis qui tota die clamat. v. Acs. 5.

1 RACEMVS ex ligno dependens ad quem, & Moyses & Iosue respicientes firmam spem habuerunt de terra promissionis, sign. Christum D.N. in ligno crucis pendentem, cuius sanguis factus est potus salutaris credentibus.
Gregorius Nissenus in uita Mosis.

2 Racemus relictus uindemiatoribus, ut est in Abdia, & Mich. 7. sign. relictum in Ecclesia, quem heretici peruertere nequiuerunt, uel signif. sensus mysticos, qui non sunt relicti Iudæis. Diuus Hieronymus & Rupertus in Abdiam.

3 Raab, sign. Ecclesiam ex gentibus, quod interpretatur fames uel latitudo uel impetus, quia Ecclesia gentium, esurit & sitit iustitiam Dei, & impetu doctrinę Philosophos & Reges conuertens ubique iam dilatata est. D. Thomas in Math. cap. 1.

4 Raari apud Chimistas, sig. sal armoniacum. Ioannes Garlandius.

1 RABVLAE & forenses procuratores. Vide Acs. 3.

1 RACHEL mater Ioseph & Beniamin, sign. matrem Ioannis Euangelistæ & Iacobi, quia utraque sign. spiritualem Ecclesiam. Ioach. lib. 4. cap. 2.

2 Rachel ancilla nomine Bala quæ tradita fuit ab ipsa Rachele uiro suo Iacob in quarto tempore lię, vt & ipsa conciperet de Iacob, sign. carnem uirgineam quæ unita est animæ contemplantis Deum. & sig. Ecclesiam illarum Virginum, quæ castitatem quidem corporum uigilanter custodiunt, nec tamen ascendere queunt ad illam perfectionem, quam sign. Rachel, quæ tamen propter bonum virginitatis iungitur, & ipsa Domino ad procreationem filiorum. Et hæc ancilla Bala, sign. illa monasteria Virginũ, quæ instituta sunt a sanctis doctoribus docentibus ipsas Virgines, qualiter uiuerent, & qualiter castitatem strenue seruare deberent, &c. huius religionis quam signifi. ista ancilla natus est ordo Monachorum in Ecclesia Gręcorum institutus ab illis sanctis patribus, non tamen in illa puritate & sanctitate, ac sinceritate seruatus. & hunc ordinem sign. Dan, filius Balæ Ancillæ Rachel. Ista Bala genuit, & alium filiũ nomine Neptalim. qui signif. ordinem Monachorum in partibus Occidentalibus, & postea desijt parere. Ioach. in Apoc. f. 19.

3 Rachel peperisse circa sextum annum post primum partum Liæ sign. Ecclesiam contemplatiuam, quæ attribuitur tertio statui incepturã fuisse celeres fructus suos circa sextũ tempus status secundi. Ioach. in Apoc. f. 19.

4 Rachel quæ ouis uel uidens interpretatur sign. Ecclesiam cuius tota intentio, ut Deum contẽpletur inuigilat, & ipsa est centesima quam pastor in humeris reportat. Rabanus Math. cap. 2.

5 Rachel, sign. speculationem sicuti Lia sig. actionem. quod apud Christianos Maria sign. sicuti Rachel, & Martha sig. sicuti Lia. Landinus in Camaldulensium lib. 1.

6 Rachel abscondisse idola, ut est Genes. 31. sign. per pœnitentiam abolendam esse auaritiam. Beda supra Genes. 31. & Lauretus in uerbo abscondere, uel signif. Ecclesiam Idæas inanes nescientem, sed ueram Trinitatis substantiam confitentem, uel quæ confundat idololatriam, & uanam esse demonstret.

6 Rachel festinans ad nunciandum patri de aduentu Iacob, vt est Genes. 29. sign. promptitudinem uitæ contemplatiuæ ad suscipiendum Christum Dominum. Lauretus in uerbo accelerare.

7 Rachel festinans abscondere idola, ut est Gen. 31. signif. ad uitam contemplatiuam spectare remouere phantasmata, &c. Quæ Dei cognitionem impediunt. Lauretus in uerbo accelerare.

8 Rachelem fuisse pulchram, sign. matrem Ecclesiam spiritualem futuram ab omni parte perfectam & pulchram, eo quod manaret ab illo pulchro, per quod omnia sunt pulchra, uel signif. vitam contemplatiuam, cui ille, qui inseruit Deo, pulcher est, & suauis. F.G.P. 210. tom. 1.

9 Rachelem propter Lilia, & non ut ait æditio vulgata Mandragoras concessisse uirum sorori, sign. uitam contemplatiuam cedere carnalia, ut consequatur spiritualia, odorem Liliorum cœlestium, & meliorum operum Deo oblatorum. F.G.P. 216. & 217. tom. 1. uide Rachel. 19.

10 Rachel vxor accepta post Liam a Iacob, ut est Genes. 29. sign. Ecclesiam ex gentibus collectã

a Deo

a Deo post Synagogam electam. D. Amb. lib. 3. de virg. & de fuga seculi. Et Lauretus in verbo Rachel.

11 Rachel sepultam fuisse in uia, ut est Genes. 35. sig. Ecclesiam paratam ad suscipiendos omnes viatores. Lauretus in uerbo Rachel.

12 Rachelem ingemiscere filios suos, ut est Matth. 2. & Hierem. 31. signif. Ecclesiam ingemiscere in hac uita usque ad resurrectionem corporū. Rupert. supra Matth. 2. & Lauretus in uerbo Rachel.

13 Rachel coniugens Balam cum Iacob, sign. Synagogam Iudæorum, quæ ex parte Apostolorū Ecclesiam ex gentibus Christo coniunxit. vel sign. electos qui ex Iudæis sunt, vel sign. ipsam synagogam, pro qua supposita est Lia, idest gentilitas. Lauretus in uerbo Rachel.

14 Rachel mortua in partu Beniamin, ut est Gen. 35. sign. Synagogam quæ mortua est in partu Pauli ad fidem Christi uenientis, uel sign. rationem, quæ moritur quodam modo, quando mēs supra seipsam rapitur, & omnis humanę ratiocinationis angustias supergreditur. Lauretus ut supra.

15 Rachel, ut est generans Ioseph, sign. rationem quæ mater discretionis, uel signifi. doctrinam ueritatis.

16. Rachelem fuisse pulchriorem Lia, signifi. uitam contemplatiuam esse pulchriorem uita actiua. & ideo magis diligi a Deo. &

17 Rachelem generasse pauciores filios quam Lia, sign. contemplationem potius quieti, quam actioni uacare.

18 Rachelem permisisse, ut Lia dormiret in nocte sua pro mandragoris cum Iacob, ut est Genes. 30. sign. viri sapientis transitum ad uitam actiuam pro bona fama uitæ contemplatiuæ. sed aduertendum est quod legendum est pro Liliis, ubi legitur pro mandragoris & ita stabit sensus. v. Rachel. 10. Lauretus ut supra.

19 quod Rachel interpretatur uidens principium, uel uidens Deum, sign. uitam contemplatiuam non per ænigmata, neque per creaturas, sed per ipsum Deum, & principium, in quo relucent omnia, contueri. Lauretus.

20 Rachelem peperisse filios post Liam sign. actus uitæ contemplatiuæ esse posteriores, quam fructus uitæ actiuæ.

21 Rachelem a Iacob post Liam ductam esse, sig. uitam terrestrem, & præsentem prius esse ducendam quam cœlestis & futura. Lauretus in uerbo Rachel. & D. Hieronymus aduersus Iouinian. 1.

22 Rachel abscondens idola patris sui, ut est Genes. 31. sign. sapientiam, fidem, contemptum huius seculi, & gratiam quæ abscondunt a nobis uanitates & insanias falsas, uel sign. aspirationem fortem, & colluctationem cum affectibus, & exercitationem ad temperantiam, uel sign. Ecclesiam, uel animam abscondentem auaritiam per pœnitentiam. Lauretus & Philo. de congre.

23 Rachel plorans filios suos, ut est Hierem. 31. & Matth. 2. sign. locum ubi sepulta est Rachel, qui fuit Bethlehem, & signific. matres innocentum eos plorantes. vel signific. Ecclesiam deflentem infideles Iudæos, uel signif. Ecclesiam deflentem martyres. Rupert. de Victor. verb. Dei. lib. 7. & Lauretus in uerbo Rachel.

24 Rachelis & Liæ ancillæ, ut est Genes. 30. signif. potentias animę inferioris deseruientes superioribus. ancilla Rachelis sign. imaginationem deseruientem rationi, & ancilla Liæ, sig. sensualitatem deseruientem affectioni. Georg. Venet. arm. Cant. a. ton. 7. cap. 5. & Richard. de Patriarch. cap. 5.

1 RADIVS apud Platonem, sign. lumen singulis mentibus & oculis proprium, & naturaliter insitum, sicut lumen sign. id quod est commune cunctis oculis, & lux sign. lucem diuinā præesse lumini mentium omnium communi. Ficinus in 7. Rep. Plato.

2 Radij corporis incurui apud Orpheum secundum Epigenem in libro de poesi Orphei, sig. aratra. Clemens Alexand. in lib. 5. Stromatum fol. 265.

3 Radix in sacris litteris sign. natiuitatem carnalē, & ideo Dominus noster Iesus Christus dictus est radix Dauid, quia secundum carnē ab Dauid duxit originem. Virga uero sign. Virginē, sicuti flos signif. Dominum nostrum iuxta illud: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Ioach. in Apoc. f. 112.

4 ab Radicibus & a stirpibus imis exordiri, signif. rem a primis initiis repetere, ut nihil prætermittatur, quod non ordine narretur. Adagium ab ouo usque ad mala.

5 Radicem aperiri secus aquas, ut est Iob 29. signific. præparari cogitationem mentis ad recipienda ueritatis fluenta, uel signific. Christum Dominum hominis autorem per humanitatem suam hominibus monstrari. Lauretus in uerbo aperire.

6 Radix ut est Isai. 37. & quod reliquum mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum, sign. cogitationem latentem. Gouschelius lib. 6. Elocut. sacr.

7 Radix Iesse quæ inuocatur in tertia ex septem Antiphonis sign. Christum Dominum, quoniam de radice Iesse egressus est. Michael Timothæus in Diuinum officium. Quæstione 22. tract. 3.

8 Radices dictionum in lingua Hebræa constare tantummodo ex tribus litteris paucis exceptis, & in eadem lingua tria duntaxat tempora haberi præteritum præsens & futurum, per quæ tempora Deus ipse vocatur, dicitur enim haia, Houe, Veheie, idest fuit est & erit, quæ voces continent apud Hebræos decem litteras, quarum numeri sunt 72. qui numerus signifi. 72. Dei uirtutes, & tres litteræ radicales, sign. sanctissimam Trinitatem, sicuti & tria tempora. Raphael Aquilinus in primo tractatu. folio vigesimo sexto.

1 RAHAB incolumem seruatam in coccineo filo a fenestra pendente signif. per sanguinem uerbi Dei salutem fieri. Nam Coccus signifi. verbum Dei in salutem datum omni credenti. F.G.P.411.

2 Rahab abscondens exploratores in lino, ut est Iosue 2. signif. gentilitatem libenter suscipientem prædicatores Dei. Lauretus in uerbo abscondere.

3 Rahab domus in qua ipsa pater mater & fratres, & tota illius familia salua facta est, ut est Iosue 2. signific. Ecclesiam extra quam nemo saluatur. Petrus Borgus capite de vnitate.

1 RAIA sign. hominem captatorem, quod raia habet ante oculos gemina fila in capilli speciem, extrema quorum rotundis quibusdam præpilantur quasi escæ causa additis, his ea vbi locis arenosis aut ficulentis obturbato solo se absconderit, piscatur attollens fila illa præpendentia, dum pisciculi accurrunt, & capita illa pensilis machinamenti pulsant, ipsa sensim fila subducens eos allicit, donec donec ad os admoueat, atque ita repente corripiat. Valer. f. 215.

1 de RAMESE proficisci in Socchoth, ut est Exod. 12. sign. homines relicta huius mundi corruptione, sumptoque itinere versus cœlum cognoscere se peregrinos esse super terram, & vt peregrinos se in omnibus gerere debere. Orig. supra Num. hom. 7. & 17. & Lauretus in uerbo abire.

2 Ramisi apud Chimistas sign. Colofoniam. Ioannes Garlandius.

1 RAMVS aureus, cum quo Eneas ad inferos descendit, significat sapientiam. Equicola lib. 2. de natura amoris.

2 Ramus aureus fatalis de quo Vergilius. Nec viribus ullis Vincere, nec duro poteris conuellere ferro per Ethymologiam, sign. Arsenicon Græco idiomate, quod Calid Iudæus uocat per metathesim cane Corasenin. & Vergilius in sensu Physico, quem ille Poeta maxime sequitur, per ramum aureum poetice intellexit illud, quod Hermes, Lullus & Arabum officina in naturali magia sępissime nominant, & forsan ut reor sign. aurum pigmentum foliatum quo Caius usus est ad conficiendum aurum. Iacobus Gohorius libro de usu & mysteriis notarum.

3 Ramus aureus de quo Vergilius in sexto, signif. falcem auream qua Druides utebantur ad incidendum ramos de robore arbore, in qua viscum enatum esset, qua arbore & quo uisco nil erat Sacratius apud Druidas, cum nullum sacrificium facerent sine robore, & maxime eo in quo viscum esset inuentum. & ideo Vergilius similem uisco fecit ramum. Petrus Crinitus de Honesta disciplina lib. 10. cap. 6.

4 Ramum aureũ, de quo Poeta opus esse dicit illis qui ad inferos ire & inde remeare vellent, significat sapientiam, sine qua non est speculatio eligendarum agendarumque rerum Iudex. aurum enim sign. sapientiæ vigorem, atque fulgorem, nullum ex metallis auro preciosius, nihil in rebus sapientia pluris faciendum, aurum maxime fulget, nihil sapientia splẽdidius, nulla erugine exeditur aurum, nulla res imminuit sapientiam, nullis sordibus aurum inquinatur, nullis maculis deturpatur. Landin. 4. Camald.

5 Rami aurei arborem opacam in luco latere, sig. verum & sapientiam multis ac uariis inscitiæ tenebris obrui, & Luco, qui sign. corporis hebetudinem, ita tegitur, ut difficile omnino sit illud eruere. ad hoc facit illud Democriti dicentis, Naturam in profundum puteum veritatem demersisse.

6 Ramum aureum Proserpinæ omnino munus ferendũ ei, qui ab inferis remeare uellet, alioquin de eo actum futurum fuisse, sign. non sine sapientia in sensualitatem declinandum esse, nam nisi adsit sapientia, mens a sensibus detinetur, & immersa pessundatur. Proserpina. n. sigo. illam animi partem quæ nihil præter sensus continet. Landin. 4. Camald.

7 Ramus aureus de quo Vergilius, sign. liberum arbitrium quod attrahitur a Dei gratia, & ipsum permittit se attrahi. Iulius Camill. fol. 52.

8 Ramum aureum illum haberi non potuisse sine numine Diuum, sign. intellęctum agentem non posse haberi sine Dei gratia & fauore diuino. Iulius Camillus f. 120.

9 Ramus aureus positus sub Gorgonibus in porta Solis in quarto gradu Theatri Iulij Camilli sign. intellectum agentem animam Nessamah, & animam in genere, & animam rationalem, & spiritum & vitam. Iulius Camil. f. 124.

10 Ramo aureo vno decerpto non deficere alium, sign. sapientiam se ipsam alere nam, unum uerum aperit aliud, nec quicquam percepitur, quod vbi perceptum sit, ad aliud percipiendũ non ducat. Landin. 4. Camald.

11 Ramum aureum alte inuestigandum fuisse, sig. Diuina & cęlestia, si verum inuenire uolumus, non hęc infima atque caduca inspicienda esse, omnis enim doctrina ac scientia ex ijs est, quæ nullis terminis circumscripta sunt; & in interitum non cadunt. Landinus 4. Camaldulen.

12 Ramum aureum inuentum fuisse rite carpendum, significat nisi certo quodam ordine in addiscendo pergamus, nunquam nos profecturos esse.

13 Ramum aureum facile secuturum, si fata vellent, sin uero, nullis uiribus nec duro ferro conuelli posse, significat nisi Deus præordinarit alicui sapientiam, nullo modo eidem esse habendam illam, quam rem Platonici ita explicant, Dicunt enim Deum seipsum primum cognoscere, deinde omnes reliquas res, tertio autem loco ea efficere quæ cognouit. Postrema ergo hæc a secunda, secunda rursus a prima dependet, nam res omnes producit, quia illas nouit, nouit

autem nulla alia ratione, nisi quia seipsum in quo omnia sunt contemplatur. Huiuscemodi itaque ordine tria ista in Deo ponunt, ita ut primam sapientiam, secundam prouidentiam, tertium fatum nominent. Deus igitur rerum causas, id est seipsum considerat, deinde ortum, ordinem, & gubernationem rerum, quas complectitur, intuetur. quæ deinde omnia exequitur, ut nullo modo valeat impediri, quam quidem rem dicunt fatum. Quod si ita est ratio & ordo rerum, quam in mente Dei prouidentiam vocant, in rebus mobilibus ac loco & tempore circumscriptis, est fatum. Si ergo fata concesserint, sapientiam aliquis facile adipiscetur: quam rem signific. ramus aureus facile sequens a fatis uocatum. quæ res tamen datur paucis. Cur vero detur huic & non illi, hoc temerarium est inquirere. Landinus 4. Camaldul.

14 Ramus aureus de quo Vergilius in sexto, sign. aurum illud philosophicum, vel Chimicum tantopere a multis inquisitum, quod Ioannes Braceschus in libro de ligno uitæ folio nono, putat se inuenisse in ferri Lobbis, sed quam uere, uiderit ipse. exponit tamen Vergilianum locum. & dicit

15 Ramum auri abscōdi intra arborū opacam, syluā sig. in scientia Chimica partem uegetabilem esse sal, quod interdum uinde est ut herba, & in eo est occultus Philosophorum sol, id est aurum. &

16 Rami aurei arborem uocari obscuram & opacam, sign. a sale illo nondum esse suam terrestreitatem separatam. & ideo etiam uocari Saturnum. &

17 Ramum dici aurum istud, signif. ex hoc uegetabili sale participari, & totum ostendi aureum colorem.

18 Ramum hunc esse Proserpinæ sacrum, signific. oportere hoc aurum per aquam Mercurialem, quam signific. Proserpina, quæ & Iuno inferna dicitur, per distillationem trahi, nam aqua Mercurialis per distillationem trahit secum aurum istud.

19 Ramum aureum istum undique cingi & obtegi a clausis vmbris & obscuris vallibus, significat hoc aurum tegi a partibus terreis ferri. &

20 Ramum aureum alterum non deficere primo anulso signific. aurum prædictum non confestim in distillatione sed guttatim & successiue descendere. &

21 Ramum aureum conscindi aut euelli non posse nisi Deo & cœlo uolente, signifi. aurum Chimicum non posse fieri, nisi Deo & cœlo ducentibus. &

22 Ramum aureum nullo ferro excindi posse sine Dei fauore, significat nullo modo uel a Chimista peritissimo in arte aurum ipsum ex ferro extrahi posse, si Deus ei non fauerit. Ioannes Braceschus in libro de ligno vitæ. folio nono.

23 Rami facti albi ut est Iocl. 1. sign. genus humanum uulneratum in naturalibus, arbor enim in ramis indicium est sterilitatis. uel sign. humanis oculis opera ostensa candescere, de sanctitate enim sumitur cum recta actio diuulgatur, & vnde placere cupiunt inde siccantur. D. Gregor. 8. mor. 37.

24 Ramos palmarum a uiginti quinque uiris dispositis in quadranguli formam ad nares admoueri, ut est Ezechiel. 8. significat idolorum adorationem. Alij uero interpretantur fœtorem siue malum odorem. sed septuaginta, & Diuus Hieronymus ramos sentiunt pouendum. tu lege Iacobum Gouschelium libro tertio Elocution. sacrar. scriptur. v. infra ramum applicare ad nares.

25 Ramus, ut est Isai. 9. & succidet ramum & iuncum significant hominem fortem, sicuti iuncus significat imbecillem. Gouschelius lib. 2. Elocut.

26 Rami uitis siue palmites, ut est Ioan. 15. Ego sum vitis, vos estis palmites, sign. electos Dei. Gousch. lib. 6.

27 Ramum applicare ad nares, vt est Ezech. 8. sign. opus hæreticorum turpi sonitu blasphemiæ. Deum ad iracundiam prouocantium. D. Hieron. Ezech. 8. vel sign. complacentiam in peccatis, & complacentiam Pharisæorum in suis traditionibus. Rupert. t. in Ezech. 30. v. supra Ramos palmarum.

28 Rami cedri aut vineę respicientes ad Aquilam, ut est Ezech. 17. sign. Sedechiæ regnum debere esse subditum Regi Babylonis. D. Hieron. in Ezech. 17.

29 Rami qui dabantur ijs qui in templis adorabāt, sig. homines monendos esse, fructus quidem omnino germinare, & augeri & longissimo tempore permanere, homines uero accepisse exiguum uitę tempus, vel sig. homines monendos esse, sicut rami tandem uruntur, ita homines hanc uitam cito esse relicturos, & futuros ignis opus. Clemens Alexandrin. in libro quinto Stromatum. fol. 264. v. Rota quæ uoluebatur.

30 Ramus qui sit insitus in arbore non sua cum verbis. Van, Goth, Vul, id est quando Deus volet, signif. hominem qui demonstrat, se cum cum Dei gratia & fauore floriturum & daturum eos fructus, qui sint digni gloria & honore familiæ suæ. Hieronymus Ruscellus in insigni Iulij Iouij.

31 Ramusculi pręcidendi, ut est Isai. 18. sign. malos de Ecclesia ejciendos esse. Lauretus in verbo abscindere.

1 ex RAPINA captis populum Dei prohibitum vesci, sign. eos qui a Diabolo rapti, & sub eius ditione detenti sunt, non licere admitti inter populum Dei. Quousque emundentur ab eo, qui omnia munda facit. F. G. P. 6 t. t. 2.

1 RANA signific. rem imperfectam. quod ea nunquam a natura fiat perfecta linguam enim habet gutturi non annexam propter ueræ materiæ nimiam tenacitatem cohærentem ori. vel quod sæpe inueniatur ranæ

pars

ranæ pars animata, & pars adhuc terra. Valer. f. 211.

2 Rana sign. inuerecundos & audaces, quod solum in oculis habeat sanguinem, & qui habent oculos sanguineos, sunt inuerecundi atque audaces. Valer. f. 211.

3 Rana sign. curiosum & cupidum explorandi negotia aliena, quod rana habeat prominentes, & quasi emissitios, quales qui habet homo semper est curiosus, est ineptus, importunus dolosus & stolidus, uel quod ut aiunt magi, ranæ oculi, cum luscíniæ carnibus in ceruino loro alligati faciunt ad uigilantiam, somnolentia fugata. Vel quod rana habeat maximum & ingenuum pudorem, cui cum non adhibetur modus, pudor uertitur in impudentiam, quod accidit ranæ: illa enim nunquam præ pudore in die coit, sed noctu, in qua se uideri non putat, tota nocte in mutuo complexu cohæret. Valer. f. 211.

4 Rana habens tantum pedes posteriores, sig. hominem, qui diuturniore tempore, æger pedes sese mouere non potuerit, aliquando tamen ingrediendi beneficium sit consecutus. quod rana aliquod tempus uiuat sine pedibus posterioribus, quos illi iam auctæ natura subministrat. Valer. f. 211.

5 Rana sign. Sophistam & Dialecticum, quod rana uocem argutam & pertinacem habeat, sed quę nihil significet. vel quod in luto uoluptuosa sit ranæ habitatio, quod maxime conuenit Sophistis & Dialecticis, qui in uerborum tricis nulla rei habita ratione uersantur. Vale. f. 211.

7 Ranæ in sacris litteris sign. hæreticos, quod illi in cœno uilissimorum sensuum commorantes uana tantum garrulitate oblaterare non desinant. Valer. f. 211.

7 Rana cum grillo prouerb. signif. homines inter se ualde dissimiles, quod rana aspere coaxet, & grillus delectabili quodam stridore exciiet somnum. Valer. f. 211.

8 Ranæ sign. Dæmones iuxta illud Apocalyps. & uidi de ore dracones spiritus tres immundos in ranarum similitudinem. Valer. fol. 211.

9 Ranæ illæ quæ ad Pharaonem missæ signific. poetarum carmina & fabellas, quod illi inani quadam & inflata modulatione, cuiusmodi est ranarum sonus, siue cantus sit mortale genus, omne in fabularum ineptias illuxerint, & hoc secundum Origenem, qui profecto in hoc fallitur nisi intellexerit Poetas illos, quos & Plato e repub. sua eliminat. Vide Valerianum fol. 211.

10 Rana rubeta, sign. silentium, quod ut aiunt magi, si in multitudinem uociferationibus obstrepentem inferatur, statim silentium fiat. Valer. f. 211.

11 Ranæ sigillum quo utebatur Męcenas in obsignandis epistolis, sign. ea, quę intus erant silentio inuoluenda. Quod Rana rubeta id efficiat quadá mirabili naturæ operatione, vel quod Męcenas in Augusti gratiam id faceret. Dicũt enim illum infantulum imperasse ranis coaxantibus, ut tacerent, & eas tacuisse, & ad id respexisse Męcenatem. Valer. f. 212. uel sig. Męcenati datam esse ab Augusto maris & terræ gubernationem. nam aliqui pingunt ranam, cum titulo: Mihi terra lacusque, & dicunt Męcenatem ea pro Emblemate vsum, uel quod Augustus admiraretur Męcenate pro taciturnitate. Claudius Paradin. lib. de Symbolis Heroicis. f. 96.

12 Rana insculpta in una parte numi, qui in altera habeat Dianæ pharetratæ simulachrum, sign. rusticitatem deducta significatione a fabula, in qua rustici impedientes potum Latonæ in ranas conuersi dicuntur esse. Valerianus folio 212. uel signific. Dianę assignari animal maxime aquaticum, quod Diana sit humoris Dea.

13 Ranæ aquam. prouerbium, sign. alicui donari id quod maxime placet, & quod illi sit uoluptati. Valer. f. 212.

14 Ranæ quæ Aegyptiorum penetralia fœdarunt, & Hębreos non molestarunt, sign. uarios malitiæ corruptionisque fętus, qui ex fętido hominum corde, quasi ex putrido limo nascuntur. Viros uero bonos nequaquam lædere permittuntur. Gregorius Nissenus in uita Mosis.

15 Ranæ quæ clamitent præter solitum, sign. pluuiam futuram non multo post. Paulus Scaliger lib. 3. de rerum causis cap. 38.

16 Ranarum aggeres. ut est Exod. 8. sig. hæreticos quorum doctrina est sicut sal infatuatum. Lauret. in verbo aceruus.

17 Ranarum delendarum sponsio facta a Mose, ut est Exod. 8. sign. curam amouendi loquaces & perturbatores Reip. Liran. in Exod. 8.

18 Ranæ ascendentes in domos Aegyptiorum, ut est Exod. 8. sign. animas sequentes corporis uoluptates, & idem sign. locustæ ascendentes super uniuersam terram, ut est Exod. 10. Lira. Exod. 8. Vel

19 Ranæ ascendentes sign. aduocatos sua loquacitate defendentes causas iniustas. Lauretus in verbo ascendere.

20 Ranas abigere, ut est Exod. 8. sig. loquacitatem restringere. D. Greg. 16. mor. 25.

21 Rana. v. Aenigma. 24.

1 RAPHAEL quartus mundi rector, & spiritus Mercurij in primo suo regimine, cępit mundum gubernare anno creationis mundi millesimo sexagesimo tertio, & die uigesima quarta Februarij, & præfuit annis tercentum quinquaginta quatuor, & quatuor mensibus, usque ad annum mundi millesimum quadringentesimum decimum septimum, & mensem quartum. In his temporibus Scribaria primo fuit inuenta, & litteræ primo ad modum seu formá arborũ atque plantarũ excogitatę quę tamen postea cum tempore & cultiorem sumpsere ornatũ, & characterũ faciem ad suum gẽtes arbitrium mutauerũt. Musicalium quoque instrumentorum usus sub regimine huius Ra-

 phaelis

phaelis multiplicari cœpit, & mercium tunc primum fuit commutatio per homines adinuenta. Nauigandi quoque rudis audacia, his temporibus primo fuit præsumpta, & alia id genus multa. v. Samael. 5. v. Mercurius. 99.

2 Raphael in secundo suo regimine mundi cœpit iterum illum regere prima die mensis Iulij anno mundi ter millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, mense quarto, & præfuit annis tercentum quadraginta quatuor, usque ad annum mundi termillesimum octingentesimum nonagesimum septimum, & mensem octauũ. His temporibus ut clare patet ex ueterum historiis, homines sapientiæ operam magis dederunt: inter quos fuerunt ultimi clarissimi uiri Mercurius, Bacchus, Omogyrus, Isis, Inachus, Argus, Apollo, Cecrops, & complures alij suis inuentionibus & mundo tunc profuerũt, & posteritati. Variæ quoque his temporibus superstitiones in cultura idolorum per homines fuerunt institutæ, incantationesque, & artes imaginum diabolicarum mirum in modũ auctæ, & quicquid subtilitatis, & ingenij Mercurio ex more attribuitur, tunc temporis augebatur. Moses Hebræorum dux sapientissimus multarum rerum & artium peritus ueri & unius Dei cultor Hebræorum populum a seruitute Aegyptiorum in libertatem uindicauit. Hoc etiam tempore Ianus in Italia primus regnauit, post quem Saturnus qui sterc ore agros pinguari docuit, & pro Deo habitus fuit, circa hoc tempus Cadmus literas Græcas inuenit, & Carmentis filia Euandri Latinas. Deus omnipotens sub regimine huius Raphaelis Angeli Mercurij legem populo suo per Mosem dedit in scriptis, quæ Christi futuræ natiuitatis in carne testimonium reddit manifestum. Mirabilis quoque in mundo religionum fuit suborta diuersitas multæ quoque his temporibus floruerunt Sibillæ, prophetæ, Arioli, Aruspices, Magi, Vates, ut Sibilla Erithrea, Delphica Phrigiaque cum cæteris. v. Samael. 12.

3 Raphael in tertio suo regimine incœpit mundum regere die secunda Nouembris anno mundi sea millesimo uigesimo tertio, mense octauo, Dominicæ uero natiuitatis anno octingentesimo decimo septimo, & præfuit orbi annis tercentum quinquaginta quatuor, & mensibus quatuor, usque ad annum mundi sea millesimum tercentesimum septuagesimum octauum. Dominicæ uero natiuitatis annum millesimum centesimum septuagesimum primum. In principio huius reuolutionis Mercurij, Monarchia Romani Imperij, sicuc diai, in Carolum magnum translata est post Carolum filius eius Ludouicus, imperauit annis uigintiquinque, quo mortuo filij eius inter se dimicantes imperij uires rursus extenuarunt Normanni Galliam deuastarunt. Roma bis fœdatur a Sarracenis. Sub Ludouico secundo sanguis pluit e cœlo in Italia per triduum. In Saxonia uilla quædam cum omnibus ædificiis, & hominibus in momento absorbetur, hiatu terræ horribili. Circa Domini nostri annos nongentos decem motus in Italia facti sunt magni, defecitque Italia ab imperio Francorum, propriosque sibi constituit reges, quorum primus fuit Berengarius Dux fori Iulij cui septem per ordinem successerunt, annis fere quinquaginta usque ad Imperij translationem in Germanos, factusque fuit primus Imperator Otto, & ex hinc Monarchia reformari cœpit, cui filius Otto, & Nepos Otto, in imperio successerunt, sub quibus conuertuntur Vngari ad Christianam fidem. Otto autem tertius sine liberis mortuus electores Imperij post se instituit anno Christi D.N. millesimo secũdo, sicuti permanent usque in præsentem diem, Hierusalem iterum capitur a Sarracenis, portenta multa uisa sunt in cęlo, aere, terra, mari, & aquis. Otrone uero tertio mortuo, Henricus primus principum electione successit, imperauit annis uiginti, qui Bambergensem Ecclesiam fundauit & moriens Virgo vna cum vxore Kunigunda miraculis coruscauit. post quem Conradus eligitur primus Dux Francorum, & imperauit annis 20. Item Gofridus Comes de Buliem terram sanctam, & Hierusalem de manibus infidelium recuperauit. Ante finem reuolutionis multa signa & portenta uisa sunt, & paruo elapso tempore gens Tartararum egressa de finibus suis multa imperio Romano fecit mala, fames, pestilentiæ & terręmotus imperio fuerunt, soles tres in Oriente uisi sunt, totidemque Lunæ. Anno D. 1553. Fridericus primus Barbarossa dictus imperare cępit, & imperauit annis 33. imperij fuit initiũ anno Raphaelis 336. multa gessit magnifice, uiresq; imperij dilatauit, & multa bella feliciter gessit, cuius tempore nono Egiani, & Lituotrij ad fidẽ Christi conuersi sunt. v. Samael 19.

4 de Raphidim proficisci in Sina, ut est Exod. 19. sig. quod cum anima est laudabilis iudicij, tunc fit capax diuinorum secretorum. Lauretus in uerbo abire.

1 RAPUM apud Aegyptios sign. Solem, sic uti cępa, sig. Lunam, quod rapi corpus sit solidũ, & non uariabile, & multiplex ut cœpæ, ea quo rapum ea plombo factum olim dicatum fuit in templo Apollinis Delphico, quod sign. corporis solis soliditatem. Valer. f. 417.

1 RASTRUM aratorium quod uulgo uocant Harpagum quo glebæ, & grumi franguntur, & herbæ gramineæ ea agris euelluntur, cum titulo, cuent & æquat, fuit symbolum Gulielmi Comitis Holandiæ, Zelandiæ &c. qui de anno 1390. in expeditione contra Barbaros eo pro insigni usus est, sig. bonum principem legum, & sanctionum equitate improbos & factiosos coercere. Claudius Paradinus lib. de symbolis Hero. f. 136.

2 Rastrum aratorium quod uocant Harpagum, alligatum y, litterę pythagoreę cum titulo. hac uirtutis iter, fuit Symbolum Petri Mouillerij Galliæ Cancellarij, quo sig. ad uirtutem conse quendam labore iter fieri. Claudius Paradinus lib.

lib. de Symbolis Heroic. f. 248.

3 Rastra duo a fœno in campo, sign. quartum gradum Capricorni, & hominem qui erit rusticus Astrolab. Planum. Ioan. Angeli.

1 RASAS, apud Chimistas, signifi. stagnum uel plumbum. Ioannes Garlandius.

1 Rasæos sign. æs. Garland.

1 RATIO diuina sign. mentem. Equicola lib. 1. de natura amoris.

2 Ratio in homine secundum D. Augustinum, sign. principatus intelligentias, quod sicuti illę intelligent æ principatuum præsunt, sic ratio præest sensibus & affectibus. Georgius Venetus arm. fol. 41.

3 Ratio quæ uir sapientis actiones firmas & stabiles faciat. v. Aaron. 30.

4 Rationis finem esse ueritatis lucem. vide Aaron. 30.

5 Ratione humana quæ more humano discurrit. v. Abraham. 1.

6 Ratio superior, & ratio inferior. v. Aeolus. 3. & v. Aeneas 34.

7 Ratio quæ submittat uires bestiales. Vide Aeolus. 7.

8 Ratio comprimens malas concupiscentias. v. Aeolus. 8.

9 Rationem primum esse imbuendam in Christi D.N. fide, & postea irascibilem & concupiscibilem partes animæ. v. Agnus. 11.

10 Rationis animæ pars. v. Agnus. 11.

11 Rationis. v. Abisai. 2.

12 Rationis partem inferiorem, & superiorem ab initio creationis unam fuisse, sed ui appetitus sæpe diuidi. v. Aeneas. 34.

13 Rationes quæ secuntur Idæas. Vide Aenigma 7.

14 Rationale positum in medio superhumeralis Summi Pontificis sign. terram, quod esset in medio, sicuti terra mundi medium possidet. Ioseph. de antiq. lib. 3. cap. 11.

15 Rationale Pontificis, signif. discretionem quam Pontifex habere debet. Aemarus Hennequinæus lib. ad Gregorium XIII. capitulo quinto.

16 Rationale aptare cum superhumerali, ut est Exodi 28. signif. facere conuenientiam intentionis & operis. Glossa Ordinaria. Exod. 28.

17 Rationale signifi. prophetiam, quæ per uerbum clamat, & prædicat, & futurum iudicium significat. Nam idem est uerbum quod simul prædicit, & iudicat & discernit. Clemens Alexand. in Stromat. libro quinto fol. 263. Vide Pectorale.

18 Rationalis philosophia. v. Abimelech. 3.

19 Rationalis pars animę. v. Agnus. 23.

1 RAYB, apud Chimistas sign. lapidem. Ioannes Garlandius.

1 RHADAMANTUS iudicans animas in porta Martis sub Prometheo in septimo gradu Theatri, Iulij Camilli, sign. forum criminale distinctum. Iulius Cam. f. 148.

1 REBECCA sig. Ecclesiam, sicuti Sarra sig. Synagogam, quando enim Sarra iungitur cū Agar ancilla, Sarra sign. Ecclesiam. & Agar Synagogam, si uero iungatur Sarra cum Rebecca, ut dictum est, Rebecca sig. Ecclesiam, quod Sarra fuit sterilis & defecit in fide, & Rebecca sig. Ecclesiam, quia subintrauit tabernaculum Sarræ. Ioach. lib. 2. cap. 29.

2 Rebecca sign. beatam Virginem, sicut Sarra sig. Elisabeth, quod & beata Virgo & Rebecca signif. Ecclesiam electam.

3 Rebecca sign. Ecclesiam generalem, ad quā pertinent quinque ordines generales. Secundum numerum Ecclesiarum, quæ pertinent ad D. Petrum, cui conuenit Ecclesię clericorum, quę proprie spectat ad D.N.I. Ioac. in Apoc. f. 19.

4 Rebecca in celebrato conuiuio ascendisse camelos, & cœpisse ire ad uirum suum, significat postquam fideles refecti sunt spirituali cibo Ecclesiam sublimari super dorsa fidelium, & exinde non cessare ire quousque perueniat ad Christum D.N. uti uirum suum. Ioach. f. 81. Conc. cap. 45.

5 Rebeccam non cognouisse Isaac sibi occurrentem, nisi per responsum serui, sign. quod Ecclesia uidebit quidem ueritatem, sed non omnino cognoscet illam sicuti est, quousque fidelis seruus quem constituit Dominus super familiam suam, perducat eam per doctrinam spiritus ad notitiam ueritatis. Ioach. f. 81. Conc. cap. 46.

6 Rebeccam viso & cognito per seruum Isaac sibi occurrente cooperuisse se pallio, sign. Ecclesiam fuisse usuram ueritatem, sed non omnino cogniturum eam sicuti est, quousque fidelis seruus & prudens quē constituit Dominus super uniuersam familiam suam, reddat illi per omnia rationem, & perducat eam per doctrinam spiritus ad notitiam ueritatis, qua cōperta & cognita, cooperiet se pallio iustitię suæ, nam pallium sign. iustificationes sanctorū sicuti & bissinum de quo in Apoc. 19. ubi dicitur, & datum est illi, ut cooperiat se bissino splendenti candido. Ioach. f. 71. Conc. cap. 46.

7 Rebeccæ celeritas in deponenda Hydria, ut daret potum seruo Abrahæ, ut est Genes. 24. fig. promptitudinem obedientiæ uenientium ad fidem ex gentibus: & idem sign. properantes populi ad montem Domini, ut est. Mich. 4. Lauretus in uerbo accelerare.

8 Rebeccam emendasse errorem mariti in benedictione filiorum sign. per illam intelligi illum gradum, quo Spirit. sanctus se creaturis communicat, per quem gradum Iacob benedictus fuit insciente patre, uel potius non aduertente. F.G.P. 188.

9 Rebeccam propinasse hędos Isaac pro siluestribus, sign. hędos similiter ab aquilonari sinistra parte prouenire, unde constituendi sunt ad sinistrā, & ideo nesciuit Isaac discernere hędos a siluestribus, qa & hędi & siluestria ab aquilone proueniūt, unde & Isaac manabat. F.G.p. 191.

10 Rebecca sign. illud supremum & diuinum donū quo dirigit nos in bonum, & ad optima semper deprecatur, nec vnquam errat, & hoc

coniunctum cum Abraham fuit Sarra coniunctum, cum Isaac fuit Rebecca, & coniunctum cum Iacob, fuit Rachel. F.G.P. 222.

1 REBELLES adduci ante Regem, ut est Lucæ 19. sig. peccatores conuocari ad iudicium. Lauretus in uerbo adducere.

2 Rebis apud Chimistas, signifi. lapidem Philosophicum, quia constat ex bina re, scilicet ex corpore & spiritu albo uel rubeo. Correctio fatuorum. cap. 8.

1 RECHAB & Banat, ut est 2. Reg. 4. assumentes spicas tritici, cum irent ad occidendum Isboseth, sign. diabolum auferre prius bonas cogitationes ab eis, quos peccando nititur occidere. Lauretus in uerbo accipere.

2 Recedere a malo, ut est Isai. 59. signific. relinquere traditiones Scribarum & Pharisæorum. Diuus Hieronymus in cap. 59. & Lauretus in verbo abire.

3 Receptaculum, apud Platonem, sign. materiam. Ficinus. c. 39. comp. Timæi.

4 Recessus varius a Deo per uariam occupationē. v. Abeuntes. 1.

5 Reclage in lingua Oritana apud Chimistas, sig. diminutionem partium grossarum in minutissimas partes, & subtilissimas.

6 Recham, apud Chimistas sign. marmor. Ioannes Garlandius.

7 Reclinatoria in Ecclesiis. v. Ecclesiæ reclinatoria.

8 Reclinatorium ferculi Salomonis aureum, ut est Cantic. 3. sign. Christi D. animam purissimam, uel sign. requiem in sapientia diuina. Lauretus in uerbo aurum.

1 REFVGIVM ad quod in periculis confugitur v. Anchora. 10.

2 Refugij ciuitates debere esse æqualis spatij inter se, ut est Deuter. 19. sign. quantum quisque credit, tantum debere sperare, & quātum quisque speret, tantum debere amare. Glossa interlin. in Deut. 19.

1 REGALIOLVS auis minima, quæ cum ramulo laureo in rostro auolauit in Pompeiam curiam, a ceteris auibus uarij generis ex proximo nemore eam persequentibus, ibidem discerpta est pridie Idus Martias, sign. Cæsarem tunc dictatorem in eadem curia a coniuratis uarij generis fuisse occidendum. Quod Idibus sequentibus & ibidem euenit. Valer. fol. 372.

2 Regia siue Basilica, sign. Ecclesiam. Durandus lib. 1. cap. 1. Ration. Diuis.

3 Reginam Sabam quæ proprio nomine dicebatur Nicolea in litteris sacris scriptam fuisse per Scin litteram, & non per Samach, signif. illam fuisse ex Arabia felice, quæ est contermina Oceano Australi, quæ dicitur Saba, & non Sabæa, nam Saba scribitur per Scin, & Sabæa per Samach litteras. Franciscus Georgius Problem. 488.

4 Reginæ Sabæ spiritum defecisse audientis Salomonis sapientiam, sign. sapientiam sapientum mundi deficere, coram splendore cœlestis sapientiæ: iuxta illud, perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. F. G. P. 489.

5 Reginam Sabam venisse de Arabia in Hierusalē sign. quod lex debebat ad uisionem pacis, & ad Christum D.N. quem sign. Salomon ad quem venit Regina illa Saba, qui Christus D.N. debebat soluere eos qui erāt sub lege. F.G.P. 36. t. 2

6 Reginam Sabam uenisse de Arabia in Hierusalē sig. legem fuisse cessuram Euangelio, nam lex data fuit in Sina monte Arabiæ, & Euangeliū datum in Hierusalem. F.G.P. 172. tom. 4. & p. 14. tom. 5.

7 Reginam Sabam audito Salomone imminutam fuisse Spiritu & quasi defecisse, sig. legem non fuisse habituram spiritum loquente Euangelio, & in eo fuisse absorbendā. F.G.P. 73. t. 4

8 Regina cœli, ut est Hierem. 7. ut facerent placentas Reginæ cœli, sign. Lunam. Gouschelius lib. 3. Flocut. sacr.

9 Reginas Galliæ non habentes liberos ex Rege, eo mortuo albis perpetuo vestiri, & Reginas blancas, idest albas nominari, signific. uestium candore perpetuam castitatem puris meritorum animis sese seruare, quod etiam faciebant Cimbrorum uiduæ, quod firmissima fide credebant maritos suos, quamuis corpus deposuissent, uiuos tamen adhuc esse, & post mortem ad ipsos reditum sibi patere, & ideo perpetuo uestium candore perpetuam castitatem puris illorum animis sese seruare monstrabāt. Goroplus in Hermath. lib. 4. f. 88.

10 Regina cœli, ut est Hierem. 7. ut facerent placentas Reginæ cœli, signif. cœli animam, quæ est Regina alma, nos uero dicimus cœli Reginam esse Beatissimam Virginem matrem. tu lege Archangelum Burgonouensem in 48. dogmate Cabalistic. ex selectioribus Pici.

11 Regina cœli lætare alleluyah, &c. frequentari in tempore Paschali, sign. memoriam Angelorum uocis auditæ in processione facta a beato Gregorio in tempore Paschali ob pestem quæ Romæ tunc nimis dira grassabatur. tu vide Cassianum Collat. 22. cap. 2 1. & hanc Antiphonam, sicut & reliquas orationes in totis diebus Pentecostes, a stantibus dici, signific. in tempore Paschali usque ad Pentecostem non esse tempus pœnitentiæ & luctus, sed lætitiæ, & genuflexio pertinet ad pœnitentiam & luctum. Michael Timothæus in diuinum officium quæstione 16. tract. 9.

1 REGISNALDVS amans Angelicam illum odio habentem sign. amantium raras esse uoluntates respondentes. Ariostus Cantu primo. Clemens Valuasorus.

2 Regisnaldi & Sacripantis certamen pro Angelica & Baiardo, signific. amoris & honoris desiderium maximas esse certaminis causas. Ariostus Cantu secundo, Clemens Valuasorus.

3 Regisnaldus credens Dæmonis nuncio Rotolandum scilicet Angelicam abstulisse, signifi. amantium esse potentes suspiciones.

Ariosti

Ariosti cantu secundo Clem. Valuas,

4 Regisnaldi subita digressio, ut Imperatori obsequatur, signif. subditi fidelis obedientiam; qui propria pro principis sui negocijs deserit. Ariosti Can.2. Clem. Valuas,

5 Regisnaldus, qui accendit oratione milites ad pugnam, ordine acies disponit, vnicuiq; suas partes assignat, & inimicis fluminis tutelam auffert, & tandem omnes in prelio præcedit, sign. officium prudentis, & optimi ducis. Ariosti Cantu. 16. Clemens Valuas.

6 Regisnaldus, qui noctu diuque & ubique perquirit Angelicam, signif. Amoris & Zelotipiæ passiones non permittere hominem quietem habere. Ariosti Cantu 27. Clem. Val.

7 Regisnaldus qui noctu exercitum in siluis locat, & nocte Affros aggrediens illos breui disperdit, sign. Ducem prudentem sua vtilitate victoriam consequi. Ariosti Cantu 31. Clem, Valuas.

8 Regisnaldus omnino contra uoluntatem Malagigis volens pugnare cum Gradasso, sig. uirtutem antiquorum Heroum pericula contempsisse. Ariosti Cantu 31, Clem. Valuas,

9 Regisnaldus eo usq; afflictus a monstro donec eques iteens pro armis igne, illum liberauerit, sign. hominem non leuari Zelotipia, nisi Iracundia illam amoueat. Ariosti Cantu 42. Cle, Valuas.

10 Regisnaldus qui non vult experiri de coniuge propria illud, quod ab Hospite propositum fuerat, sign. stultum esse illud quærere, quod inuentum displiceret. Ariosti Cantu 43. Cle, Valuas,

11 Regisnaldus Tancredus, & alij principes in exercitu Goffredi Ballionij, sign. animæ potentias præter intellectum, quem sign. Goffredus, & milites Gregarij, sign. corpus. Torquatus Tassus in allegoria suæ Hierusalem liberatæ.

12 Regisnaldus qui ob iracundiam remouecse ab Goffredo suo principe, sign. partem animæ irascibilem sæpe rationi rebellem, esse & ab ea recedere. Torquatus ut sup.

13 Regisnaldum esse secundam personam in poemate, sicuti Goffredus est prima, sig. inter animæ potentias irascibilem esse secundam sicuti rationalis uel intellectualis est prima. Torquatus ut supra,

14 Regisnaldus non obsequens Goffredo; sign. irascibilem partem nonnunquam rationi non parere, Quando uero exequit Goffredi iussa; ut est in excisione siluæ in expugnatione Hierusalem, sig. Irascibilem Rationi obedientem, Torquatus Tassus in Hierusalem liberatæ allegoria.

1 PREGNVM Saturni sig. mentem primã siue Mundum intellectualem, quem plato uocat regem æternæ ciuitatis, conuertentem animarũ autorem totius resurrectionis, principium, medium, & finem omnium rerum legum humanarum & diuinarum datorem, & patrem, & dominum. Farra fol. 74. signifi. etiam intellectum nostrum. f. 74.

2 Regnum Iouis qui fuit filius Saturni, sign. mundum rationalem uel animalem, & spiritum vniuersi viuificum, quem Plato vocat animam mundi, & Necessitatem, & fatum uitam uniuersi rationalem, legem stellarum, Ducem rerum præteritarum præsentium, et futurarum, mentem, sapientiam rectricem omnium rerum, reginam cœli, & terræ, sign. etiam rationem nostram. Farra. f. 74.

3 Regnum cęlorum signifi. Christum Dominum Nostrum iuxta illud Lucæ 3. regnum Dei intra vos est, sig. etiam Sacram Scripturam. Iuxta illud Matth. 21. auferetur a uobis regnum Dei & dabitur genti facienti fructum eius. signifi, etiam Sanctam Ecclesiam. Iuxta illud. Matth, 25. simile est regnum cęlorum decem virginibus, sign. etiam solum superorum, iuxta illud Matth. 8. multi uenient ab oriente, & ab occidente & recumbent in regno cælorum. Remig. in Matth. cap. 3.

4 Regni Iudaici diuisio sub Roboam, signific. hebræis mala euentura. Ioach. fo. 4. conc.

5 Regnum cœlorum appropinquare, ut est Matt, 10. sig. Christum accedere ad animam, vel sig. imaginem, & similitudinem Dei in consortiũ veritatis assumi, ut Sancti omnes, qui cœli nuncupati sunt, Domino corregnent. Hilarius, & Orig. sup. Matth. 10. & Lauretus in uerbo accedere.

6 Regnum Idoli, magnitudo cordis, fortitudo manus, Decor celsitudinis oculorum, in Sacris litteris sunt Synonima. Gouschelius lib. 1 Eloc, Sacr,

7 Regnum Dei significat puteum septem superiorum influxuũ siue donorũ, qui puteus dicitur bersabah. F. G. p. 237.

8 Regnorum incrementum, & decrementum, v. numerus 1718. & v. Monarchia. v. Respublicæ.

1 REGVLA aurea Hierico, ut est Iosuæ. 7, sign. falsa dogmata Philosophorum, cum eloquentia. Orig. Iosue hom. 7.

2 Regula qua stringebantur filiæ Syon ad custodiendam legem. V. Acus. 1.

3 Regulus abiens ad Christum Dominum non tamen integra fide, ut est Ioan. 4, sign. Iudæos difficulter ad Christi fidem accedeutes. Glos. interl. supra Ioann. 4. & Lauretus in verbo abire.

1 REILLI apud Chimistas, sign. Sal acetosum, Ioannes Garlandius,

1 RELIGIONES omnes adhærere religioni Hebraicę, quæ ditur religio uel lex Saturnia. ipsam uero nullis alijs, significat Saturno omnes alios planetas coniungi, ipsum vero nulli planetarum adhærere. Gregorius Venet. Armo. fol. 61.

1 RELIQVIAE vt est Miche. 5. & erunt reliquię Iacob. in medio populorum, sig. saluatos, Gouschelius libro secundo Elocution, Sacrarum,

2 Reliquiæ cogitationis, ut est psal. 75. & reliquiæ diem festum agent tibi, sig. pernitiem recordatam

tã post lachrimas,& contritionẽ cordis præteri torum criminum. Gouch.lib.7.Elocut.

1 REMIGES adducti Tyrum in aquis multis,ut est Ezech.27.signif. homines demersos a Dæmonibus in profundum peccatorum. D.Hieronymus in Ezech.27.

1 REMUS ardens & flammatus cum titulo. Nō alteri,fuit Symbolum Andreæ Lavalli,ut aiunt Admiralli regis gallici,quo sig.feruentẽ & officiosum in Regem suum,& Patriam zelum,& præsertim in Expeditione per Oceanum susce pta. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol.98.

1 REX apud Orpheum,& Dauidem psal.46.& 67.& apud Platonem in 2.Epistol.sig. Deum ipsum,ut eum qui regat omnia, nonnulli existimant significare Deum, ut dicitur Ensoph. a Cabalisticis,sed erant Ensoph enim sig.Deũ, ut est illud infinitum ab omni relatione regni et dominij penitus absolutum, & in sua solita ria dignitate contractum.F.G.p.40 t.10.5.

2 Rex Angliæ,qui ulnibus erit alter Sanpson, quãdo una cum classe Veneta,& summi Pontificis ceperit multas Græcorum vrbes, & tunc Rex Franciæ erit ab Imperatore factus captiuus in agro Brixiano,signifi.Antichristum magnum, tunc esse statim in mundum secundum Merlinum lib.3.cap. 8. priusquam perditionis filius qui est Antichristus, veniat. exurget homo in Italia, qui erit ita fortis, & corpore robustus, ut merito Sampsoni comparari possit,& post pauca dicit hic Lõbardiam de seruitute,& ma ximam Italiæ partẽ e martirio liberabit, quod autem iste nouus Sampson sit Rex Angliæ, idem Merlinus libro 4. cap. 16. satis ostendit vocans illum Regem Gaulis idest Angliæ. Theolosphorus f.18.

3 Rex Israel scindens sibi uestimenta, ut est 4. Reg. 5. sign.scribas, & Sacerdotes diuidentes Sinagogam ab Ecclesia. Idem sign. Athalia, ut est 4.Reg.11.& Iob,ut est Iob.1. & Caiphas, ut est Matth.26.& mons oliuarum diuisus, in duas partes,ut est Zach.14.Lauretus in uerbo abscindere.

4 Reges tres cum singulis libris, quorum duo inter se colloquuntur,& tertius astat coram Ioue sedente pro Tribunali cum sceptro in sinistra,sign.Reges ad curam Dei pertinere iuxta Homeri sententiam. Costalius Pegmate 20.

5 Rex Aquilonis sig. Diabolum,sicuti Rex Austri sign.Deum omnipotentem. Ioach.introduct. in Apoc.f.23.

6 Rex vnitus,ut est Esaiæ cap.23.& erit in die illa & oblita erit Tyrus 70. annis sicut in diebus Regis vniti,sig.Mesiam,qui ex duabus natur s diuina scilicet & humana uenturus erat. Galatinus lib.3.cap.2.

7 Rex sedens pro tribunali, & dormiens circum, quem astant Iudices, sign. Regem Philiphum Macedonicum qui in audiẽdo causas iudicabat & hoc sign.malos Iudices,& somniculosos. Costalius Pegmate 64. Hoc quoque nil Symboli apud Caballariam habet.

8 Reges quinque absconditi in speluncis, ut est Iosue.10.sign.quinque sensus corporis in rebus terrenis immersos. Orig. homilia. 10.super Iosue. & Lauretus in uerbo abscondere.

9 a Regis facie festinantes recedere, ut est Eccles. 8.sig.a Deo temere recedentes. Lauretus in uerbo acceterare.

10 Rex comburens librum Hierem,ut est Hierem. 36.sign.infideles nitentes perdere legem Dei, & idem, sign. iniquos combussisse libros legis domini,ut est 1.Machab.1.Lauretus in uerbo accendere.

11 Regis eligendi sortem cecidisse prius in tribum & postea usque ad saulẽ, ut est 1. Reg. 10. sig. optimum esse eligendum,licet multi sint boni ad onus ministerij. Diuus Gregorius sup.1. Reg.10.

12 Regum colla calcare, ut est Deut. 33. signific. Dæmones subijcere. Lauretus in uerbo calcare.

13 Reges septem de quibus in Apocalip.cap.17. septem capita sunt septem Reges. Quinque ceciderunt,vnus est, & alter nondum venit, sig. septem Regna, quorum tempore diui Ioannis præterierant quinque Aegyptiacum, Israeliticum Babilonicum, Persicum, & Græcum, Sextum quod tunc erat sign. Romanum. Septimum quod non dum venerat, signif.Regnum Antichristi. Rex enim ibi ponitur pro cunctis Regibus cuiusque illorum septem Regnorum. Rupertus libro 13. cap. 12. de victoria uerbi Dei.

14 Rex austri signifi. Deum omnipotentem,sicuti Rex aquilonis sign. Diabolum. Ioach. introduct.in Apoc.f.23.

15 Rex in prima omnium lingua dicitur coning,in Hebræa Melech, in Græca Basileus, in Latina Rex. in prima lingua con signat poterum uel Scielam,& hing signat omnia ex se habere suspensa,ut mystice sign.hominem non esse Regis nomine dignũ, nisi rerum earum quas regit,scientia polleat,& potentia plurimũ ualeat, & pectus ad res gerendas habeat animosum, & talis præterea in Regno suo sit, ut omnia ex ipso, & non ex alio pendeant. In Hebræa dicitur Melech, à mel quod est doceo, & aperio, & Echt siue Egt, quod signat legitimum, ut mystice sign.Regis opus esse docere,& aperire omne legitimum ducendum: esse ad, E, & signat in prima lingua iustam omnium rerum vnionem. In Greca dicitur Βασιλεύς. a bas uoce in prima lingua, quæ notat aliquem,qui nobis præbeat alimenta, ut facit hærus domesticis suis,atque sustentet,& λαός notat populum, ut mystice sign.ad Regem attinere populum sustentare, & eum pascere unde ab Homero pastores. In latina lingua dicitur Rex a uoce primæ linguæ Recht, quasi re hechet, re enim signat rationem, & hecht notat annecto & deuinico,ut mystice sign. Regis officium esse subditos per rectum deducere, sed ex littera, R, in prima syllaba & ex, E, fit, re, quæ sig. fluxum omnium rerum ad unum R.

enim

enim signat fluxum,&,E, notat unum,ut mystice,sign.omnia ad rectam rationẽ dirigenda, & rectam rationem nil aliud esse quàm fluxú ad vnum, quod est ad Deum. Hinc est quod in prima lingua coning,sig.reges debere habere quatuor dona diuina,ut sciant plus cæteris, ut possint, ut animose gerant, & tales sint, ut ex ipsis omnia pendeant. Goropius in Hermath. Lib.6.f.123.

16 Rex lidiæ qui ob Auaritiam non locat in matrimonium filiam suam Alcesti post tot regna ab eo recuperat sign. malos Principes,qui non afficiunt præmio suos familiares benemeritos. Ariosti Canto 34. Clem. Valuasorus.

17 Rex Franciæ factus captiuus ab Imperatore Alemano, qui erit últimus Imperatorum alemannorum,& erit filius cuiusdam Caroli Imperatoris, & ab exercitu cuiusdam antipapę Germani,qui erit Antichristus mistus, in bello in campo Brisiano,qui Rex Francię tunc incarcerabitur,& uerus Pontifex ab Antipapa germano similiter factus captiuus, & in carcerem detrusus,sign. eodem tempore maximum Antichristum uiuere, nam Antichristus mistus & Antichristus magnus erunt coętanei. Theolosphorus fol. 18. V. Antichristus.

18 Regem terræ non poni in terra, quin prius humilietur militia cælestis in cœlo, sign. nec bellum nec pacem, nec quippiam aliud in terris fieri, quin prius fiat in cœlis, & determinetur. Hinc Gabriel Danieli dixit. Principes Regni Persararum idest intelligentia Pręsidens, obstitit mihi viginti, & uno diebus, & Iacob luctatus est cum Elohim idest cum Angelo Esau, q. a secretioribus Theologis dictus est Samael, & quia Iacob illum deuicit, superauit & Esau in prærogatiua primogeniturę. Angeli enim, qui vnicuique creaturæ a Deo pro ut diuinæ prouidentiæ libet,pro custodibus dantur, defendunt creaturas sibi creditas cõtra alios Angelos datos alijs creaturis,& qui illorum Angelorum victor extiterit, statim creatura commissa uictori, superat creaturam commissam Angelo victo,ut patet de Gabriele custode populi Hebraici, & de Angelo custode Persarum qui per diem unum & viginti restitit Gabrieli, ne scilicet populus Hebraicus subduceretur a seruitute Persarum, tu de hac re lege Archangelum Burgonouensem in dogmate 46. ex selectioribus Cabalisticis Pici.

19 Rex Tripolis, qui inuitat muneribus, & donis Goffredum,& exercitum suum,sig.mundum, qui voluptatibus,& delicijs illectat hominem, ut impediat a bono opere. Allegoria in cantu primo Hierusalem liberatæ.

20 Rex vndecimus de quo scribit Daniel cap. 12. sign. Antichristum uenturum in consumatione sexti temporis,in quo sancti Dei occidendi sunt a gentibus,sicut & dominus Iesus occisus fuit a Iudæis, & Ioannes Baptista. Vel sicut D D. Petrus, & Paulus occisi sunt a Nerone propter Simonem magum. Ioach. in Apocal.fol.5.

21 Rex Aegypti. Pharao contendit cum Moise & ab eo submersus est f. 51. Abbas Ioach. concor.lib.4.cap.7.

22 Sesac Rex Aegypt in tempore Roboam venit in Hierusalem,& abstulit thesauros regios, & diuinos. f.51. & dominatus Hebræis.

23 Pharao Nechao cõtendens in Assirios percussit Iosiam Regem Iudæ sibi obuiantem,& dominatus est Iudæis, & humiliauit Hierusalem.

24 Rex Aegypti pater uxoris Salomonis fuit pater Sesac Regis,qui percussit Roboam,& signific. Constantinum Magnum sicuti Sesac,sig.filium Constantini Constantium,qui fuit Hæreticus fol.51.

25 Sesac Rex fouens Hieroboam significat Imperatores Constantinopolitanos fauentes Episcopis Scismaticis.

26 Necao Rex Aegypti sign. Reges francos, qui primum fauerunt Ecclesiæ, & postea illi aduersati sunt.

27 Regea Aegypti sign. Imperatores, & reges latinos, qui regnarunt usque ad 37. generationem,quæ sunt 1110.

28 Reges & Imperatores latini,qui 38. generatione regnarunt sunt similes Babilonijs. f. 52.

29 Rex Iosias captus a Nechao,Rege Aegypti,sign. Leonem Papam. f.52. Abbas,ut supra.

30 Reges Babilonij fuerunt primi Reges Aegyptij secundi, & Reges Hebræi tertij in ordine.

31 Reges quatuor quos Abrahá percussit in ualle salinarum,ut est Genes.14. sig. Elementa quatuor, quæ contra sensus interiores pugnant, sed animæ pars,quæ dicitur nessamach,siue superior pars, quæ semper in Deum tendit dirimit elementa impedientia sensus, & illa reprimit, & facit,ut homo Spiritualis liberetur a pugna carnis, & corporis ex quatuor elementis compositi. Franciscus Georgius problem. 334.tom.6.

32 Reges Aegypti post Dauid preualuisse contra Hierusalem, & ad vltimum Regem Babilonis eam euertisse,sign. per filium Dei actum esse, vt populus e tenebris veniret in lucem sicut populus Israel per Dauid a tenebris belli in pacẽ deductus fuerat:sed mortuo Dauid, & eius filijs Regnum deuenit in manus Aegyptiorum, & tandem Babiloniorum:id quod signif.quod fidelis populus Christianus appropinquante filio perditionis de luce ad tenebras erit progressurus. iuxta illud Micheæ egressus de ciuitate abijt in regionem, vt ex inde ducatur ad Babilonem.

33 Reges Iuda sign. Pontifices Romanos,& ea,quę facta sunt sub Regibus Iuda sign.ea, quæ erant facienda sub Pontificibus Romanis. Ioach. lib.4.cap.3.

34 Reges Iuda sign. prælatos Ecclesiæ in tertio statu,sicuti iudices populi Hebræi sig.prælatos secundi status, & Patriarchæ sign. Prælatos primi status. Ioach. Apoca.f. 85.

34 Reges Iuda iuxta illud Hierem.7. dedi te in murum æneum Regibus Iuda, Principibus eius, & Sa-

& Sacerdotibus eius & populo terræ. Reges sign. summos Prælatos Ecclesiæ, sicuti & Principes sig. Episcopos diocesanos, & Sacerdotes sig. Clericos, qui & prædicatores, & doctores, & populos terræ, sig. fideles vel regulares Religionis, qui omnes in tertio statu bellabunt cōtra Prædicatores reuelandos, qui erant Ordo D. Dominici, & Ordo Minorum, qui erant reuelandi in tempore Abbatis Ioachim. de quibus, ut reor ille intelligit in Hieremiam f. 5.

36 Reges Assirij, sig. Saracenos, & Turcas, & sicut Assirij euerterunt Samariam, & decem tribus Israel ita Turcæ euerterunt Constantinopolim & totum Græcorum Imperium, quod signifi. Regnum Israel. Ioach. Apoc. fol. 143.

37 Regis Babilonij cadauer considens, ut est Isai. 14. sig. Luciferum detractum esse in infernū. Glos. interl. in Isai. 14.

38 Reges, & Imperatores latinois usque ad 37. generationē a D. N. quę finit anno D. N. 1110. sign. Reges Aegypti. sicuti Reges Babilonij sign. Reges latinos, & Imperatores post annos 1110. usque ad tempus nostrum, & futurum quoque. Ioach. lib. 4. cap. 17.

39 Reges Terræ qui fornicati sunt cum meretrice magna. sign. Prælatos quibus pro uitandis peccatis populi concessum est regimen animarū, sed magis placent hominibus quam Deo. & in hoc loco Reges terræ signif. malos prælatos sicuti alibi sign. bonos. Ioach. Apocali. folio 194.

40 Reges quatuor, qui oppugnarunt quinque regulos Sodomorum, ut est Genes. 14. sign. quatuor genera hominum, qui pugnaturi erant contra quinque genera Religiosorum. primi quatuor sunt principes seculares, & hos sign. Amraphel Rex Sennar. Secundi sunt Principes infideles, & hos sign. Arioch Rex Ponti. Tertij sunt Hęresiarchæ, & hos sign. Chodorlahomor Rex Aelamitarum. Quarti sunt Philosophi mundi, & hos sign. Thadal Rex Gentium. Quinque uero genera Religiosorum, sunt primi Sacerdotes, & hos sign. Barra Rex Sodomorum. Secundi sunt Episcopi, & hos sign. Bersa Rex Gomorrhæ. Tertij sunt Archiepiscopi, & hos sign. Senaab Rex Adamæ. Quarti sunt Priores, & hos sign. Semeber Rex Seboim. Quinti sunt Abbates, & hos sig. Rex Balæ, quæ & Segor est. Sacerdotes sunt Laicorum. Episcopi Clericorum. Archiepiscopi Prelatorum. Priores Regularium. & Abbates Conuentualium. Abbas Ioacim in Hieremiam f. 2.

41 Reges Aquilonis iuxta illud, Ecce ego conuocabo omnes Reges Aquilonis. sign. Reges & Principes Alemanorum. Abbas Ioachim in Hierem. f. 4.

42 Reges Aquilonis ponere solium suum in portis Hierusalem. sign. Principes mundanos in Ecclesijs suas potestates exercere. Ioachim, ut supra f. 5.

43 Reges tres quos humiliabit cornu paruulum de medio decem cornuum ortum, ut est Danielis cap. 7. sig. Regem Gothorum, Regem Vandalorum, & Regem Persarum. M. Antonius Louisinus supra Esdram capit. 11. & 12. folio 12.

44 Reges adducentes dona Christo, ut est psal. 71. sign. homines offerentes animas proprias ipsi Christo Domino Nostro. Arnob. psalmo 71.

45 Reges antiqui, ut est Isa. 19. signif. Philosophos. idem sig. antiqui habitatores terræ sanctæ, ut est Sapien. 12. D. Hier. Isa. 19.

46 Regem haberi a Deo in indignatione sua, ut est Hose. 13. sig. Principes hæreticorum tolli. idē sign. auferri nomina Baalim, & Sacerdotum, ut est Soph. 1. Diuus Hieron. Hos. 13. & Soph. 1.

47 Rex Syriæ, & Israel præliantes contra domum Dauid, ut est Isa. 7. 29. & 41. signific. hæreticos pugnantes contra Ecclesiam. Lauretus in uerbo bellum.

48 Rex pugnans bella Israel, ut est 1. Reg. 8. sign. potentiam temporalem absque uirtute spirituali. D. Greg. 1. Reg. 8.

49 Reges non coronatos petris neque unguentis perfusos, neque suffimentis delectatos in conuiuijs ab Homero inductos esse, sign. quantū unumquemque uel summum magistratum decet frugalem, & egregie liberum esse, quod etiā sign. ab ipso poeta dijs ipsis simplicem tantū uictum, & potum nectar, & ambrosiam tributa fuisse. Atheneus lib. 1. cap. 4.

50 Reges tres qui iactabundi promiserant se in patriam ex Gallia relaturos clipeum aureum, & tamen omnes deiecti frustrati sunt spe sua, signific. nulli adeo licere iactari de uirtute sua quin alter sit eo fortior. Ariosti Cantu 32. Clemens Valuasorus.

51 Reges tres illi, qui a Bradamante victi fuerant, uouentes se per annum non gestaturos arma, & equos non ascensuros, sig. equites antiquos solere sponte pęnitentiam agere de erroribus a dmissis. Ariosti Cantu 33. Clemens Valuasorus.

52 Reges & Principes ab Homero dici sub Iouis Clipeo, & patrocinio versari sig. illud quod Ioānes Romanus Pontifex scripsit ad Iustinianū Imperatorem ex Sacra Historia desumptum. Cor Regis in manu Dei. Crinitus de Honesta disciplina. lib. 18. cap. 9.

53 Rex Assiriorum bibens aquam, ut est Is. 37. sig. Diabolum subijcientem sibi populos D. Hieron. Isai. 37.

54 Rex Assuerus & Haman bibentes cum Ester, ut est Ester. 7. signific. Deum & peccatorem. Deum, qui ministrat Eucharistiam, & peccatorem indigne summentem. Vnde & condemnatur sicut Haman. Lyra supra Ester. 7.

1 REGINA Austri audiens sapientiam Salomonis, ut est Matth. 11. & 12. sign. Gentilitatem suscipientem doctrinam Christi. Lauretus in uerbo audire.

1 REGIO

1 REGIO dissimilitudinis apud Platonem, sign. Materiam, quòd maxime sit deo dissimilis. Rhodiginus in cap.2.lib. 1.

2 Regio desiderabilis, ut est Isai.32. sign. Iudæam dum tenuit fidem, & cultum Dei. D. Hieron. Isai.32.

1 REGNA duo, quæ posuit Plato Iouis, & Saturni. Iouis in quo mundi circuitus ab oriente in occidentem fluit, qui & fatalis dicitur, in quo animorum uita in corporibus concretis ab Ioue est sensibus quæ & rerum agendarum studio dedita. Iuppiter enim sign. mundi animam, cuius lege fatali manifestè mundi ordo disponitur. At Saturni Regnum Iouis Regno oppositum in quo mundus ab occidente scilicet ad orientem uertitur in quo sponte nascātur homines, & a Senio in iuuentutem regrediuntur, sign. uitam actiuam, & uitam contemplatiuam. Vel signi. hominem exteriorem, & hominem interiorem. Valerianus folio 323.

1 Reguli semen absorbere uolucrem, ut est Isaia. 14. signific. uinum opprimere alicuius intellectum. Lauretus in uerbo absorbere.

1 RELATIO prima est patris ad filium, & sign. solum patrem gignere filium.

2 Relatio secunda est filij ad patrem, & sig. solum filium gigni a patre.

3 Relatio tertia est patris & filij ad Spiritum sanctum, & sig. patrem, & filium producere Spirit.S.

4 Relatio quarta est filij, & Spiritus Sancti ad patrem, & sig. filium, & Spiritum Sanctum mitti a patre.

5 Relatio quinta est patris, & filij, & Spiritus Sancti ad creaturam, & signif. illos tres esse unum creatorem & unum conditorem totius creaturæ. Ioach. psalt. lib. 1.f.258.

6 Relationes quinque diuinarum personarum. v. Allegoria.6.

1 REMORA sig. impedimentum, & obiectam tardationem, quòd ille piscis si pinnis adhæreat carinæ nauis a uentorum vi impulsæ, solus & firmius quam anchora remoretur, & sistat. Valer.f.2 t?.

2 Remora sig. salutem, propter Historiam Periandri, qui misit nauem Gnidum cum mandatis, vt pueri nobiles castrarentur, quæ tandem, in medio mari a remora retardata donec principem sceleris penituit, & alia decreta fecerit, quæ primum abrogarēt, & ita pueri facti sunt incolumes remoræ beneficio, in cuius rei memoriam remora insculpta fuit conchulæ Veneri Gnidiæ dicatæ. Valer.f.213. Vide Venus 35.

3 Remora sale duratus sign. pariundi facilitatem, quòd dicant grauidis alligatum facilem partum reddere. Valer. fol. 213. V. Echeneis: nam quæ ibi dicuntur huc transferenda sunt.

1 RENES ut est psal. 25. vre renes meos, & cor meum, sign. delectationes Carnales. Gouscel, lius lib.6. Elocution. Sacra.

2 Renes increpere usque ad noctem, ut est psalm. 15. sig. delectationes carnales incitare, ad peccādum D. Hieron. psal.15.

3 Renes usque ad noctem increpuisse & impletos illusionibus lumbos sign. hominem iam penè ad lubidinem incitatum. Valerianus folio 244.

4 Renes hostiæ in Sacris ignibus traditæ, signific. genitalium partium ardores extinctos esse. Valer.f.245.

5 de Renibus & interioribus pingue oblatum, sig. offerentem iam omni libidini uitio purgatum pro delicto hostiam iugulasse. Valerianus fol.245.

6 Renes duos cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum siue, ut alij fibras Iecinoris cum renūculis adoleri super altare sign. nuptiarum desiderium Deo offerendum, ut prolis causa non fornicationis proueniat, & ita honorabile sit coniugium, & torus immaculatus. Valerian. fol.245.

7 Renes venæ discursus spermalis per dorsum, & Chistis fellis in homine, sig. Martem. Renes quia sunt callidi & sicci. Venæ quia sunt uehiculum uitæ spermatis cursus, ut suo calore semen calefiat ad prolem gignendam fellis Chistis, quia feruet, & ad Iram concitat, atque impetum præbet. nares etiam, quòd sæpe furor ex bili per nares euaporet. Georg. Venet. Arm. fol.117.& 118.

8 Renes & cor a Deo comburi, ut est psal.25. sig. Deum igne Spiritus sancti purgare delectationes, & cogitationes. Lauretus in verbo accendere.

9 Renum succensio, sig. affectuum peruersorum destructionem, & idem sign. Edon succendi, ut est Abdia primo & adipes cremari. Laure. ut supra.

10 Renes accincti, ut est Exod. 12. signific. Castitatem. Idem sign. si renes accinguntur zona linea, ut est Leuit.16. & accinti lumbis, ut est Iob.38. Laur. in uerbo accingere. & Michael Timotheus in Missæ Sacrificium quæst. 4. tract. 1.

11 Renes accingi bisso sign. pinguia libidinis incentiua esse attenuanda, & idem est esse renes accinctos bisso, quòd dixit Apostolus Ephes.6. state ergo succincti lumbos vestros in ueritate, quasi alijs uerbis diceret in bisso. bissus enim sign. veritatem. Lauretus in uerbo accingere.

12 Renes accingi auro obrizo, ut est Daniel 10. signif. castitatem purissimam & mundissimam. Lauret in uerbo accingere.

13 Renes præcingi fune a Deo, vt est Iob.12. sig. castitate superbientes permitti a Deo in libidinem cadere. Lauretus in uerbo accingere. Repetitionem sæpe facere affirmationem v. e Amen.4.

1 REPTILIA, ut est Mich. vltimo. Reptilia terræ turbabuntur. sign. impios. Guschel. lib.6. Elocut.

1 Cum REQVIE, vt est Iudic. 20. iosequi fece-

fecerunt eum cum requie. sign. pedetentim. Iacobus Gouschelius lib. 3. Elocu. Sacrar. Scripturar.

1 RES decidentes apud pythagoreos. sign. Fortuoam. Paulus Scaliger libr. 4. Epistemonis. vnde illud quæ deciderint ne tollito, quod significat suarum quemque rerum oon decere esse ardentiorem amatorem. & illud chœnix per terminum in armooia lubiode expectat rē decidentem. v. Chœnix.

2 Res littera sign. vegetabilia. sign. gratiam. sign. pauperiem. sign. hæreditatem. sign. quietem, & lectum. sign. etiam 200. Farra Septen. f. 175.

3 Res littera apud Hebræos, sed apud Siros hodier no tempore risch dicitur, & in prima lingua ris, in qua interpretatur, erige. & in mystica primæ linguæ alphabeti oratione, per, Ris, magister rogat Spiritum Sanctum, ut erigat discipulum suum ad ipsum antiquum dierum, id est patrem. proprium enim spiritus est erigere, & in altum tollere, unde spiritus hominis in ipsa prima lingua dicitur geest, quæ vox iterpretatur ad ipsius esse caput. nt mysticæ significat, hominis spiritum esse eleuandum ad illud, quod est totius esse caput & principium, & quia ris interpretatur, erige, transit in proprium attributum Spiritus Sancti, cuius est opus ad Deum erigere. Cum enim appellatio Spiritus, geest, primo conueniat Spiritui Sancto, & deinde hominis Spiritui. sequitur Spiritum Sanctum esse primum motorem qui hominis spiritum moueat, ut ipse homo fiat ipsius Dei Templum. Si enim vertas, geest fit steeg, quæ vox in prima lingua interpretatur, sursum tendebat, quod sig. spiritus proprium esse sursum tendere, & illa in quibus inest secum sursum attolere. Goropius in Hieroglyph. lib. 15. f. 236. & 237.

4 Res litterā a Mose positam fuisse in voce reesith primę nocis radicem, quæ nox reesith, notat principium & caput, quia recs dicitur a rijs voce primæ linguæ, quæ interpretatur erige, & proprium erigendi est capitis; ideo Rees apud Hebræos summum, & primarium, ut est caput notat ea propter Rees litteram fuisse primam in uoce reesith sign. reesith. principium esse tum ceterarum rerum fabricæ, tum bibliorum. Be enim in Bereesith. est præpositio, & notat in. Tu de hac re lege Bereesith. v. Ceteris nomen.

5 Reseph, רשף est oomen illius diaboli, qui tentauit primos parentes in paradiso sub figura serpentis, sign. diabolum illum accepisse id nominis ex maledictione qua à Deo condemnatus est, siquidem Reseph interpretatur reptans uétre, & est princeps inter alios dæmones, adeo quod Reseph, & Belzebub, ut habetur in Euāgelio sunt idem. Dicitur etiam volatile siue volucris aut auis, & hoc propter nimiam velocitatem atque in diuersa discursum. Hoc est de quo Abacc. in capite tertio dicit, & egredietur Diabolus ante pedes eius; nam propheta loquitur de aduentu messiæ, quem cum fuisset baptizatus, Diabolus tentare debebat, vnde statim cum venit Dominus, & in Iordane baptizatus fuit, & ad columbæ descensum uox patris intonuit, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Diabolus ille excuoti de aquis occurit, & ante pedes illius stabat mors, & coluber antiquus, qui quadragiota diebus tentauit eum in solitudine &c. D. Hieronym. in Abacuc. cap. 3.

1 RESINAM ad sanandum Babilooem tollere, ut est Hieremiæ 46. sign. peccantes prædicando corrigere. Orig. sup. Hierem. hom. 2. & Lauret. in uerbo accipere.

2 Resinam in mane ab Aegyptijs sacerdotibus adoleri, signif. aerem purgandum, & rare faciē dum esse: oam aer noctu densatur, & corpus pręmit, animamque in mærorem, & cogitatū perducit, quasi caligine oppressum, & grauem. Resinam vero adolendo aerem curabant, & purgabant, & insitum corpori Spiritum languidum retouebant. Habet enim illa vehemens quiddam, & depulsorium Cœlius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

1 RESPONSORIA quæ in horis canonicis dicuntur post lectiones, sign. homines debere respondere Sanctis monitis Dei. Vel sign. homines debere facere bona opera correspondentia Dei doctrinæ Responsoria enim sig. bona opera sicut lectiones sig. Dei doctrinam. Michael Timotheus in Diuinum officium. Quęstioo. 42. tract. 2.

2 Responsiorum tertium in horis canonicis, iterum pro parte repeti, & non integre, sig. opera, quæ uiuentes facimus esse imperfecta. Michael ut sup. Quæst. 43.

3 Responsoria non dici in laudibus matutinis post capitulum, & earum breuem lectionem significat. id fuisse futurum superfluum propter responsoria in nocturnis dicta. Nam hodie, & nocturnæ, & matutinę laudes eædem censentur eum ubique coniunctum canantur. Michael ut supra. Quæstione. sexagesima prima.

4 Responsoria tria post lectiones succini, signific. quicquid electi in tribus temporibus docuerunt, vel quicquid in pueritia in iuuentute, & in senectute agimus ad Sanctissimam Trinitatem refereodum, & Trinitatem in fide, spe, & Caritate glorificandam. Michael ut supra Quæstioo. 73.

5 Responsorium primæ dominicæ Adoentus habere tres versus, sign. aduentum Domini salua re homines trium temporum, scilicet qui fuerunt ante legem, ut Adam, &c. & sub lege, ut populus Israeliticus, & vt est populus Christianus in tempore gratiæ. Vel

6 Responsorium primæ dominicæ Aduentus D. habere tres versus & unum Gloria patri &c. sig. quatuor Domini Aduentus, in caroem assumptam in utero beatę Virginis, in Mentem, ut quotidie fit in cordibus fidelium per Spiritū S. in Morte cuiuslibet de quo D. Iacobus, Patien-

Patientes estote usque ad aduentum Domini, & aduentum ad iudicium. Vel

7 Responsorium, ut supra habet tres uersus, ut sign. legem psalmodiam, & propheticam hunc saluatoris aduentum prænunciasse, & Ideo in hoc responsorio Mater Ecclesia uocat homines ante legem, ad quos dicit: ite obuiam ei. et homines sub lege, ad quos dicit, qui regis Israel intende, & uocat Christianos ad quos dicit: Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, idest tollite peccata de medio uestri, & eleuamini contra uitia. Michael Timotheus in Diuinum officium, Quæstio. 3. tractatus 3.

8 in Responsorio supradicto triplicem fieri repetitionem primam a remotiori quo ad finem, & secundam a minus remoto, & tertiam a propinquiori, sign. patres primi temporis remotiores fuisse ab Aduentu Christi Domini, quã secundos & tertios. Michael ut supra. Quæstione 4.

9 Responsorium ut supra repeti, sig. magnum desiderium, quod habemus de aduentu Domini. Vel signific. nos debere attribuere principium & finem boni operis Deo, qui est alpha, & omega. Michael ut supra. Quæstione 5.

10 Responsorium secundum ab Ecclesia desumptum uelsi a Daniele Christum D. uenturum prophetante, signifi. incarnationem uerbi Dei in principio apud Deum. Michael ut supra. Quæst. 6.

11 Responsoria Duo in Natiuitate Domini primum, sig. Angelorum restaurationem, & ideo dicitur in eo. Gaudet exercitus Angelorum. Secundum sig. Hominum reparationem, & ideo in eo dicitur. Pax uera descendit. Michael ut supra Quæst. 33. tract. 3.

12 Responsoria omnia dicta ab octaua Epiphaniæ usque ad septuagesimam, quæ responsoria sunt de psalmis Dauid, signific. nos per bona opera Deo inseruire debere, psalmi enim signific. bona opera, sicut Epistolæ D. Pauli significa fidem, & hoc ne fides nostra sit sine operibus. Epistolæ enim D. Pauli leguntur post Natiuitatem D. Michael ut sup. Quæstione 38. tract. 3.

13 Responsorium Christe fili Dei uiui non dici in triduo cœnæ Domini ad capitulum in prima signi. Ecclesiam respicere ad mortem Christi D. de qua agitur in illo triduo. Ideo non inuocat eum. Michael ut supra Quæstione 62. tract. 3.

1 RESTIS bombardica in circum adacta, & in capite ighe accensa, cum titulo, uiuit ad extremũ sig. unumquemque subditum amorem, & fidelitatem in Principem suum usque ad extremũ custodire debere. Claud. Paradinus lib. de Symbol. Heroi. fol. 187.

2 Restem facere ut est Isai. 4. veh, qui trahunt peccata sua sicut restem longam, significa peccata addere. Gouschthus lib. 3. Elocution. Sacr.

1 RESVSCITATI a D. N. I. puella, adolescens, & Lazarus, sign. prima peccatum cordis, secundus sig. peccatum operis, tertius sig. peccatum habituatum. Franciscus Georgius problem. 698. tom. 4.

1 RETE D. Ioannis iussu domini missum in dexteram nauigij cepisse magnam piscium copiam, ut ast apud D. Ioann. cap. 21. signifi. per Euangelium & gratiã fuisse piscandum in dextera clementiæ, & pietatis & faciendam magnam hominum capturam, cum uiri legales in nocte semper laborassent frustra in sinistra iustitiæ. Franciscus Georgius problemat. 369. tom. 4.

2 Retium & cassium inter se cumulus inuolutus, & colligatus cum titulo. Nil amplius optat, sig. eum qui suo contentus censu uiuit, facile rerum caducarum superfluam appetentiam spernere. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 296.

3 Rete sign. silentium, quòd præcipuum est præceptum piscatoribus, ut dum gregem circundant silentes nauigent, & quòd pisces maximo sint silentio, vnde ab Horatio & Lucretio vocantur muti. Valer. f. 336.

4 Retia in diuinis literis sign. persuasionem, qua scilicet homines in ueritatis cognitionem inducuntur atque ita capi videntur. iuxta illud Euãgelij mittite retia in capturam. Valerianus fo. 337.

5 Rete sign. insidias, uel quod eo utimur ad insidias vel piscium uel ferarum. Sed etiam ob historiam de Pittaco, & Phrinone. Valerianus fol. 337.

6 Rete quod uocatur uerriculum, signific. desolationem. Nam id genus retis extenditur ad multa maris spacia, & longis funibus postea trahitur, & quicquid medium est, totum uerrit, nequeullis piscium aditum ad fugam patere permittit, ex quo hoc miserabile genus piscationis translatũ ad urbes & homines. Quomodo autem fiat hominum euerriculatio lege. Valer. f. 337.

7 Retia sign. amorem nequam, sicuti & laqueus. Valer. f. 358.

8 Retia & laqueus assignata Dianæ signific. uenationem, quòd sint uenationis arma præcipua.

Valer. f. 368. v. laqueus.

10 Rethe præ multitudine piscium abrumpi, ut est Lucæ. 5. signific. schismata in Ecclesia oriri per hereticos, & carnalium multitudinem, & Idem signific. Ruptio regni Salomonis. 3. Reg. 11. D. Gregor. hom. 24. & Lauretus, in verbo abrumpere.

11 Rethe non rumpi quando continet tantum pisces bonos, qui & numerantur, ut est Ioan. 21. signific. in Ecclesia non fieri schismata nisi per malos. Lauretus in uerbo abrumpere.

12 Rethe ut est illud Hose. septimò & expandam super eos rethe meum. significat flagellum, quia sicut aues incaute rethe capiuntur, ita & mali a Dei flagello percutiuntur.

Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacr.

1 REPTILIA & bestiæ iuxta illud: creauit deus Reptilia, & bestias terræ, sign. homines impios & sectas hæreticorum, regna terribilia contra populum Dei, ut fuerunt Assirij Macedones, in Iudæos, & ut nunc sunt Turcæ in Christianos. Ioach. f. 64. conc. cap. 8.

2 Reptilia animarum viuarum, & volatilia cęli quę produxerunt aquæ, sign. Sacramenta Dei per opera Sanctorum in medios fluctus tentationum seculi ad imbuendas gentes nomine Dei in eius baptismo. D. Aug. lib. 13. confessionū.

3 Reptilia & quæ gradiuntur super pectus, ut est Leuit. 11. sig. illos qui sola terrena sapiūt. Glossa ord. sup. Leuit. 11. & Lauretus in verbo abominare.

1 RHADAMANTVS vnus ex iudicibus inferorum, sig. implacabilitatem, adamas enim sign. dura & implacabilia. rha sillaba adiecta est, ut augeat significatum & sit intensionis sillaba. Valer. f. 306.

1 RHAMNVS arbor sig. regem quòd si subditi sint boni, conquiescut sub umbra, & tutela illius: sin uero sint mali, percutiuntur, & pereunt quòd Rhamnus sit arbor, quæ ex propria natura præbet vmbram, sicuti cæteræ arbores, & præbeat quoque ignem. Ioseph. de antiq. lib. 5. cap. 11.

1 REAM vnico partu peperisse quinque Deos sign. uniuersum iuxta Homeri sententiam diuisum in quinque mundos in cœlum, aquam, aerem, terram, & Olympum, ex quibus duos relinquit communes terram scilicet vniuersi infimam, & Olympum supremam partem, reliquos tres mundos tribus Deis attribuit Aegyptiorum scilicet secutus Sacerdotis, qui Rheā vnico parte quinque Deos peperisse fabulantur. Petrus Bongus cap. de quinario folio 178.

1 RHEA Dea sig. terram. Cartar. f. 203.

2 Rhea quam opem Latini dixerunt sig. virtutem terræ lapidosæ, & montanæ: sicut vestes siue vestia, sig. uirtutem terræ planæ & feracis. Geo. Venet. Arm. f. 210.

3 Rhea significat defluxum & corruptionem mundi.
Valer. fol. 103.

1 RHINOCERON cum uerbis numquam victus ab hoste redit, sign. virum militarem a prælio non debere discedere, nisi vel uictorem, uel mori potius. Rhinoceron enim pugnās cū Elephante, uel uincit, uel moritur. Bartolomeus Tegius libro secundo de arte fabricandi insignia.

1 RHIPSASPIS prouerb. sig. hominem, qui non reluctatur turpia suggerenti Dæmoni, sed statim obsequitur, adagium abiecit hastam.

Rhodanus. v. Ra.

1 RHODODAPHNE sig. Scripturam Sacram esse gladium ancipitem; nam sicut folia Rhododaphnis sunt vtilia homini, ita brutis maxime sunt uenenosa: non enim alio modo est Sacra Scriptura, quæ illis, qui veri sunt homines medetur, illis vero qui brutos habent animos mortis causa esse solet. Costalius pegmate 24.

1 RIASTES apud Chimistas signifi. sal. Ioannes Garlandius.

1 RIGCIARDEDTVS qui liberatus a Rugerio illius nomen exquirit, & gratias agit, sig. illos, qui beneficium accipiunt, teneri memores & gratos esse in bene de se meritos. Ariosti Cantu 25. Clemens Valuasorus.

2 Ricciardettus, qui sequens lascinos amores tandem ad ignem destinatus fuerat, sig. voluptuosos iuuenes tandem se cum amatis perdere. Ariosti Cantu 25. Clem. Valu.

1 RIDERE ut est prouerb. 1. Ego quoque in interitu uestro ridebo, signific. non misereri non compati. Gausch. lib. 6. Elocut. sacr.

1 RISVS sig. leuitatem morum. Valer. f. 44.

2 Risu intolerabili ne teneare. Symbolum Pythagoricum, sign. affectus esse per rationem coercendos. Vel sign. hominem non pertinaciter humanitati herere debere: sed potius similitudinem diuinam, quoad eius fieri posit, possidendam esse, risus enim est hominis proprius Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythagoricis fol. 50.

1 RIVVLI multi ex fontibus fluentes sig. vigesimum tertium gradum scorpij, & hominem, qui erit instabilis. Astrolab. planum Ioannis Angeli.

2 Riui & flumina iuxta illud Ezechielis. 31. flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos suos emisit ad vniuersa signa regionis suæ, sign. scientias, quibus præditus erat lucifer ante rebellionem a Deo, & ligna, & arbusta, q̄ multiplicata sunt, & rami, qui eleuati sunt præ aquis multis, ut est in eodēm capite, sign. Angelorum reliquorum maximam partem, qui eū pro Deo habuerunt, propter illius multas sciē tias. Rupertus lib. 2. cap. 11. de victoria verbi Dei.

1 ROBOAM filius Solomonis, qui ex magna parte sui passus dissidium, regno in duobus diuiso, sig. hebræis mala multa impendere. Ioachim lib. 1. conc. vtr. test. cap. 6.

2 Roboam quod interpretatur a multitudine populi sig. sub eo seditionem in regno fuisse futuram: multitudo enim est mater seditionis. D. Chrisost. in Matth. cap. 1.

3 Ruboam, sign. Christum D. N. iuxta illud multi venient ab oriente & ab occidente &c. Remig. in Matth. cap. 1. Vel sig. Christum D. N. iuxta interpretationem nominis, quòd aliquádo interpretatur impetus populi. iuxta illud quòd velociter D. N. conuertit populos ad fidem. Rabanus in Matth. cap. 1.

4 Roboam sequi Salomonē, sig. q̄ postquam aliquis est pacificus, & non habet, quod in se uincant, debet multos amplecti, & populū Dei ad superna trahere secū. D. Thomas in Matt. c. 1.

5 Roboam iuxta illud Beati Cirilli. tunc celibes, & blascones lugere cum Roboam sign. orthodoxum Pontificem in illo scisma

quando

quando erant tres antipapæ, & unus uerus. sicut Hieroboam. sign. Antipapas. qui ex 12. partibus de Christianis habebunt decem partes fautrices, & Roboam idest verus Pontifex tantum 2. partes. Abbas Ioachim in Cirillū. & Theolosphorus f. 16.

6 Roboam festinus ascendens currū, vt est 3. Reg. 12. sig. matnre cauendum esse a Diabolo. Lauret. in uerbo accelerare.

1 RODOMONS qui suos milites perdidit. sign. damnosum esse exercitui habere ducē temerarium. Ariosti cantu 16. Clemens Valuas.

2 Rodomontem facere tantam stragem Parisijs, tam hominum quam edificiorum. significat Deū permittere ut ob propria peccata suus populus ab infidelibus puniatur. Ariosti cantu 16. Clemens Valuas.

3 Rodomontem solum fugere populum copiosū sed tamen Zelotipiæ stimulo victum non posse resistere. sign. homines facilius ferre hominum impetus quà animi passiones. Ariosti cantu 18. Clemens Valuas.

4 Rodomons non prius tollens equum Hipalcæ, quàm intelligat illum esse Rugerij. significat equitem dedecus admittere, si quid eripiat personæ debili, ut est mulier. Ariosti cant. 23. Clemens Valuas.

5 Rodomons & Hospes spernentes mulieres, & de illis mala omnia dicentes. signi. iracundiam maledicentia nutriri. Ariost. can. 27. Cl. Valu.

6 Rodomons qui primo aspectu Isabellæ eius amore capitur, demisso mulierum odio, eā prosequitur, & amat. sign. plus posse naturalem inclinationem, quam quoduis aliud accidens. Ariosti cantu 28. Clem. Valuas.

7 Rodomons iuratis Isabellę, se illi non illaturum molestiā toto tempore uitæ suæ, si fatalē aquā fecerit. licet in animo haberet contrariū sensum. sig. non habendam fidem illis, qui Deū non verentur. Ariost. can. 29. Clem. Valua.

8 Rodomons qui temere obtruncata Isabella determinat ei tropheum erigere. sig. pęnitentiā esse finem inconsideratarum actioonum. Ariosti cantu 29. Clem. Valuas.

9 Rodomons qui multorum arma suspenderat sepulchro Isabellæ, tandem a Bradamante spoliatus, & illius arma ad idem sepulchrum appēsa. sig. illum tandem eandem pęnā pati, qua alios affecerit. Ariosti cantu 35. Clemens Valuas.

10 Rodomontis mors uiolenta, & in Deum impia. significat impios & inhumanos, raro bonum exitum habere. Ariosti cantu 46. Clem. Valuas.

1 ROMAE Natali die qui fuit ad 11. Calend. Maij nullas cedi uictimas, licet fierent palilia. significat indignum esse quicquam vita priuari eo die, quo tanta vrbs incepisset esse. Cartar. f. 133.

2 Romæ caput Galeatum in numis cudi. v. Galeatum Romæ caput.

3 Romam fuisse duraturam immunē a subiectione externa, usque ad annos 1200. significat illi 12. vultures, qui apparuerunt Romulo captanti augurium in eius fundatione; nam a Romulo usque ad Gensericum Regem vrbs Roma habuit suos reges, & Imperatores sed Gensericus Barbaræ gentis Rex ui & armis eā mundi dominam depredatur & uincit anno ab urbe condita 1208. v. vltur, & postea illi alij 12. vultures, qui Octauiano in primo suo consulatu augurium captanti apparuere, sign. q̄ ab Augusto scilicet usque ad annos 1200. quoquo modo dignitas Imperij esset duratura, vel certi Imperatoris creandi ordinem mutandum esse. quod euenit in Henrico secundo filio uel nepote Othonis primi qui primus electorum suffragijs fuit Cęsar electus, vel certè usque ad Federicum primum, qui primus in Romanum Pontificem Antipapam creauit.

5 Romana mœnia & portæ e cœlo factæ, naues longas imaginarias in flumine visas, & postea euanuisse Iouis templum fulmine tactum, & eiusdem arma strepitum dedisse, flumen sanguinem cucurrisse anno ab urbe condita 541. ante Christum Dominum signific. Romanorum remp. se bene habituram: nam & Siphaces hostis Romanus deuictus, multi populi rebelles resipuerunt, solo Sempronio consule insidijs occiso.

Iulius obsequens prodig. 35.

5 Romam magna ex parte incendio cōsumptam, & templum Deæ magnæ matris. Lac per tres dies pluisse anno ab vrbe condita 643. ante Christum Dominum 109. signific. bellum Iugurtinum in Romanos mouendum. Iulius Obseque prodig. 99.

6 Romani acquiescentes ad omnia, quæ postulabant ā Iudæis, ut est 1. Machab. 8. sig. Gētilitatem libenter suscipientem fidem Christi D. Lauret. in uerbo acquiescere.

7 Romam ab Amiano Marcellino sępius appellari urbem æternam, sig. per Ianos Romam fore æternam, propterea quod in publicis Ianis signabantur quatuor anni partes, quæ sig. æternitatem, quam quoque rem sig. Anna perenna, & ignis vestæ perpetuus, & duodecim ultures Romulo adscripti, qui sig. certam futurorū prouidentiam (cuius vultur est Symbolum) in auspicando Romano Imperio adhibitam fuisse, ut numerus duodenarius Romæ adijceretur, qui in prima lingua apud Ianigenas sig. absolutam æternitatis, & totius machinæ mundanæ commutationem, Soli enim Ianigenæ siue cimmerij ad duodenarium usque in numerando progrediuntur, nullius ante numeri nomine repetito, & qui duodenarius complectitur dupplicem vitam, primam quam deus Adamo concessit, & alteram, quam Christus Dominus nobis in cruce promeruit, de quo tu lege duodenarium numerum. 11. v. Tiber. 2. Goropius in Vertumno f. 51.

Roma V. Aedom. 1.

8 Romani milites, qui Christo Domino genua flectentes in passione eum illudebant, signific. Imperium Romanum fuisse flexurum genua ipsi Christo D. Rupertus lib. 12. capitulo 20.

de victoria uerbi Dei.

1 ROMPHAEA ex utraque parte acuta, ſig. Dei ſermonem, conſumentem ab utraque parte hoc eſt a dextra, & a ſiniſtra, iuxta illud Iob. Iuſtum, & impium ipſe conſumit. Romphea dicitur etiam gladius flammeus, & uerſatilis, & conſumit iuſtum, & impium vtrumque flagellando. Ioach. Apoc. f. 69.

1 ROMVLI templum in Quirinali ſemper clauſum extitiſſe, ſign. non eſſe per quirendum an Romulus ibi eſſet ſepultus an in cœlum eſſet aſſumptus. Alexander ab. Alexand. l. 1. c. 14.

Romulus unde dictus. V. Om.

Romus Romuli frater. V. Om.

2 Romulus in prima lingua dicebatur Romhul, quæ vox interpretatur, ille qui ad Romam cuſtodiendam ſolenni populi ſuffragio eſſet electus, cum igitur multi fuerũt Romuli, uti multi Pharaones, & alius alijs parentibus, & gente ortus, tandem huius rei ignari totius vrbis originem ad unum Romulum tranſtulerunt, & quia ex ritibus priſcis ſatis liquebat, omnia totius magiſtratus inſignia a Tuſcis eſſe petita, & Lucumonem primum fuiſſe, qui Prętorium conſtituerit Romanum, uentum eſt ad eam coniecturam, Romulum unum quempiam fuiſſe, de quo, ut ignotorum natalium homine plurimę fabulæ fictæ fuerunt, & inter cætera ei Lucumonẽ auxilium tuliſſe, quod nomẽ quia proprium vnius hominis non fuit, ſed præcipui apud Tuſcos magiſtratus, neceſſe eſt deſcendere in eam ſententiam, ut ſit credendum Romulos plerunque ex Lucumonibus Hetruſcorum legi ſolere, atque ita tandem unum ex lucumonibus Romulum iam ſactum Regiam ſibi dignitatem arrogaſſe, atque idcirco indignationem Hetruſcorum incurriſſe. Hanc Goropij opinionẽ in Vertumno fo. 110. de Romulo attigiſſe uolui, ut oſtenderem eſſe multa quæ pro ueris penè ab omnibus habentur, cũ tamen ueritas ſe ſe aliter habeat. Goropius ut ſupra hæc tractat apertius & validius.

1 ROS apud Pindarum ſignific. Eloquentiæ leporem. Valer. f. 281.

2 Ros qui cęlitus decidit, ſign. Dei doctrinam. Valer. f. 282.

3 Ros pluuius ſig. doctrinam, quæ a Deo prouenit. Valer. fol. 363.

4 Ros ſiue pluuia cadens ſuper gramina, ſign. Vigeſimum nonum gradum Virginis & hominẽ qui erit religioſus. Aſtrolabium planum Ioannis Angeli.

5 Ros ut eſt illud Hoſeæ cap. 14. Ero quaſi Ros Iſraeli, & germinabit ſicut lilium, ſignific. Meſſiam, qui ſecundum diuinitatem in uterum Beatiſſimæ Virginis deſcenſurus erat, & illud pſalmi 110. ſecundum Hebræos de matrice auroræ ſiue de aurora tibi ros natiuitatis tuæ, ubi aurora ſig. Beatiſſimam Virginem, & Ros ſign. Chriſtum Dominum Noſtrum in ea incarnatum, quæ uerba ſcilicet de matrice auroræ tibi ros natiuitatis tuæ ſecundum Rabinum Iſaac Arama, ſign. antequam crearetur vulua gẽetricis, tua prophetata fuit natiuitas tuo, loquente Deo de filio ſuo. Galatinus lib. 3. cap. 15.

6 Ros ut eſt Iſai. 26. quia ros pratorum ros ſuus, ſign. miſericordiam, & refugium, de hoc rore prouerb. 19. ſicut ros ſuper herbam ad refocillandos iuſtos. Goulchelius lib. 2. Elocut. ſac.

1 ROSA ſig. Humanam fragilitatem, de qua Virgilius facit integram Elegiam. Iulius Camillus in diſcurſu Theatri. f. 4. lege Achillem Bocchiũ Symb. 118. & Valer. f. 399.

2 Roſa quam & Lucianus in aſinum trãſformatus a Paleſtra Ancilla, & Lucius Apuleius a Photide itidem Ancilla in aureum aſinũ commutatus comederunt, ſig. ſapientiam. Equicola in lib. 1. Amoris.

3 Roſa habens in medio ſui Scarabeum animal quod delectatur ſtercoribus, cum titulo. Turpibus exitium, ſig. molles & uoluptuarios pietatis, & optimarum rerum ſtudio nõ delectari, ſed uoluptatum, & nequitiæ ſordibus inquinari malle. Claudius Paradinus lib. de Symboli Heroicis fol. 228.

4 Roſa quę erat in manu Imaginis Iuliani Medicis, quam pollice folijs ſuperimpoſito continere uideretur, ſignifi. mala bonitatis ope ſuperata: nam roſa, quæ ſua uirtute, & conatu ſe metipſam expediens de calicibus, & ſpinarum aſperitate in floris elegantiam promit, ſig. nullum eſſe tam pertinacem in prauitate conatũ nullam tam grauem difficultatem, quam bonitas non poſſit euincere, diſſipare, & imperio ſuo ſubijcere. Valer. f. 399.

5 Roſa ſig. bonum, quod undique circumſeptum ſit malis, ac perinde voluptates noſtras amaritudinis, & aſperitatis plenas. Vel. f. 400.

6 Roſa purpurea ſig. affectus amatorios, utpote qui ſine verecundiæ rubore, & facinoroſi criminis exulceratione eſſe non poſſit. Valeria. fol. 400.

7 Roſam iuxta D. Baſilij ſententiam primo carniſſę ſpinis, ſigſi. oblectamentum, quod ex uoluptate percipimus propinquum inde dolorẽ ex vlceratione ſpinarum ſequi, qui ex delicti recordatione emergit. Valer. f. 400.

8 Roſa ſine ſpinis ſig. venuſtatem amorem, & eã gratiam qua quis præditus omnium in ſe amorem contrahat, & omnium ſibi animos conciliet. Valer. f. 400.

9 Roſas loqui prouerb. ſig. res gratiſſimas, & iocundiſſimas narrare. Valer. f. 401.

10 Roſeo ore Venerem ab porta noſtra fingi ſign. odorem, & colorẽ roſæ ab Veneris ſtella prouenire.

11 Roſa uel roſaceũ oleum in manu indici magi, ſig. illam habere vim conciliandæ gratiæ, de qua re tu lege. Valer. f. 401.

12 Roſa cum ſcarabeo, ſign. bonam famam extinguere, ut reor malas & turpes de aliquo opiniones. Roſæ enim odor occidit ſcarabeum. Valer. fol. 401.

13 Roſa ſiue eius planta cũ roſis inter duas cæpas cũ uerbis, ꝑ oppoſita, ſig. hoiem, q inter malos homi-

hominesversus suam uirtutem, & integritatem seruat illęsam Io. Baptista Pittonus in insigni Hieronymi Faleti, vel ut ait Hieronymus Ruscellus in hoc ipso insigni.

14 Rosa siue eius planta inter duas cepas, sig. hominem, qui dæmonstrat se semper maiorem in virtute, & honore futurum, quo duriores habuerit emulationes & inuidorum obtrectationes. Rosa enim inter cepas maiorem emittit odorem q̃ naturaliter faciat extra illos. Vel forsan, sig. hominem, qui humiliori uita nutritus, in aula principium postea versatus euaserit gloriosus, ut de Dauide dicunt Hebræi, qui veluti cepis nutritus tandem fuit gloriossimus. Vel sig. hominem, qui inter humanas miserias per propriam virtutem gratum emittat odorem. Vel sig. in hoc mundo e multis, & varijs malis bonum esse eligendum, ut est Rosa a spinis, & extra cepas, quæ sunt lachrimosę, & hoc quia homo raro nisi in perfecta ætate producit fructus dignos laude, Rosa enim non redolet, nisi prius sit perfecta. Vel forsan sig. hominem uirtuosum in hoc mundo circundari a multis molestijs, et aduersitatibus, iuxta illud per multas tribulationes & molestias oportet nos intrare in regnum cœlorum.

15 Rosę duæ nondum apertæ, quæ habeant supra se arietem cęleste signum, cum verbo, *εὔνους*. idest beneuolus, & beniguus. sig. hominem Iuuenem, nondum ætate firma, qui dæmonstrat, se cum tempus aderit appariturum mundo cum fauore veris temporis, & veluti rosa uirtuosis operibus de se gratum odorem editurũ. Rosæ sign. ipsum hominem, aries sigo. principem aliquem, cuius fauore ille speret se mundo gratum odorem exhibiturum.
Vicentius Ruscelus in Insigni Verginij Orsini.

16 Rosa purpurea, sig. ordinem martirum propter colorem sanguinis effusi sicuti Lilia candida, sign. Virginum ordinem propter corporis mũditiam. color enim rubeus sign. sanguinis effusionem, & color candidus, signific. castitatis munditiam. Valerianus fol. 401. Ioach. Apoc. f. 73. & 157.

17 Rosa apud chimicos, sign. duplicem lapidem album scilicet, & rubeum, quod Rosa ipsa sit uel alba uel rubea. Leo Suauius in scolijs paracelsi f. 233.

18 Rosa inter spinas, ut est illud canticorum sicut rosa inter spinas, sic amica mea inter filias, sign. Beatam Virginem inter alias mulieres esse sine peccato tam originali, quam actuali: rosa enim licet sit inter spinas, ipsa tamen non est spinosa sed tota pulchra, & odorifera. Galatinus lib. 7. cap. 5.

19 Rosa decerpta a suo uirgulto, cum uerbis, & decerpta seruat odorem, sign. hominem uirtuosum, qui semper, & ubique de se præbet gratũ probitatis odorem. Io. Baptista Pittonus in insigni Camilli Spanocchi.

20 Rosa alba & Rosa rubea apud chimistas, significat medicinam illa ad argentum, & ista ad aurum. Rosarius minor.

21 Rosa in sepulchris insculpta, vel picta, sig. defunctum in uita bonitatis ope superasse mala. vel sign. humanæ uitæ imbecillitatem, ad quam rẽ significandam antiqui solebant quatannis sepulchra rosis & floribus conspergere. Nam non solum Rosæ sed omnes flores sig. uitę humanæ breuitatem, & fragilitatem. Vel Rosa sign. Bonum, quod undique circumuallatum sit malis, ut voluptates nostræ sunt amaritudinis, & asperitatis plenę: vel ut ait D. Ambrosius in Hexamero. Rosa spina septa, sig. humanæ uitæ speculum. Vel

22 Rosam ut ait D. Basilius primum caruisse spinis, sed postea floris pulchritudini additos aculeos esse, quod sign. quod ex voluptate oblectamentum percipitur, propinquo inde dolore ex delicti recordatione capto confestim amitti cogitur. Iulius Iacobonius in appendice. cap. 8.

23 Rosa ut est illud Eccles. 24. quasi plantatio Rosæ in Hierico, sig. beatissimam Virginem matrem. Titus Prosper Martinengius in Theotocodia. cap. 22.

24 Rosis caput alicuius coronare, sign. illum in numero amantium habere. Eustathius lib. 3. Ismenij.

25 Rosa rubea sign. pudorem Virginitatis Sacratæ, vel sign. martires proprio sanguine rubricatos D. Ambro. de Virgin. 1. & Eucher. de form. Spiritua 1.

26 Rosa cum spinis sign. vitam humanam cum laboribus, & tentationibus. D. Ambrosius. 3. Exam. 1. 11.

27 Rosæ duæ, quarum una sit clausa & altera sit aperta cum verbis, una dies aperit, conficit vna dies, signific. hominem, qui ostendat sibi proposuisse vitæ breuitatem, & omnes eius delicias, & bona fortunæ omnino minimè pendendas esse, ut ex hoc contemptu animus ardentior inseruiat Deo.
Vincentius Ruscellus in Insigni Federici Cornelij.

28 Rosarum planta, quæ in Hyeme Iacet inculta, & quasi neglecta, cum verbis, non semper neglecta, sign. hominem, qui demonstrat uirtutem sua non posse opprimi ab maleuolis, & detractoribus, quin aliquando floreat, & de se suauem, & naturalem emittat odorem, licet per aliquod tempus contempta videatur. Planta rosarum in hoc Symbolo sig. hominem uirtuosum, qui habeat multos detractores in initio, sed postea propter virtutem fiat nobilis, & celebris. Hyems sign. molestias, & impedimenta. Camillus Camillius in Insigni Xenophonis Bindatij.

29 Rosæ Veneri Sacræ propter odorem sign. suauitatem voluptatum venerarum. Erizzus. f. 713. Vel per colorem, & spinas sig. pudorem, & cõscientiæ puncturam, propter res libidinosas. Vel propter pulchritudinis breuitatem, nam sunt admodum pulchræ, sed cito languere sig. breuitatem voluptatis venereæ.

30 Rosa sig. Rodienses Choulus f. 161.

31 cum Rosæ florent, animalia & homines maxime ad amorem excitari.

1 ROSTRVM nauis sig. victoriam naualem. Erizzus f. 167.

1 ROTA sign. mutabilitatem. Iuxta illud psal. 83. Deus meus pone eos ut rotam. hoc est cõuerte eorum statum felicem, tam facile vt vertitur Rota. Valer. f. 289.

2 Rotas deorum habere octo radios, sig. motus rerum cęlestium porrigi usque ad octauam spheram. Valer. f. 289.

3 Rotas hominum habere sex radios, sig. motus humanæ naturę sexies tantummodo fieri. ante retro, dextrorsũ, sinistrorsum, sursum & deorsum. Valer. f. 289.

4 Rotas inferorum habere quatuor radios, sig. ut ego arbitror inferiorum rerum tantũ esse motus quatuor, demptis superiore & inferiore.

5 Rota Curulis sig. doctrinam Theologicam. q̃ ea Rota terram imatantum attingat superficie, reliquum in sublime tollatur, & animum aurigam semper terra procul surrigat. Valerianus f. 289.

6 Rota sign. præcipitium imperitorum. qui potius fortunæ bona, quæ sunt posteriora, quam æterna quæ anteriora sunt usque perspiciant, vnde facile cadunt. Valer. f. 289.

7 Rota habẽs in superiore parte duo copiæ cornua, sed in inferriore est fereis aculeis pungentibus armata, & cum lapide quadrato cathena ipsi alligato qui deorsum trahere uideatur. cũ titulo. Fata obstant. sign. difficile esse fortunam, & desideratæ beatitudinis captationẽ obtinere. sæpe. n. pauperies illinc remouit accessum. Claudius Paradin. libr. de Symb. Heroi. f. 172.

8 Rota habens vtrinque Angelos qui tenent vultum Christi D. N. signifi. insigne Tirnauiæ, vrbis sed hoc sign. nil stabilius esse quàm illud quod diuinum numen tuetur, sicuti nil est instabilius rota. Rota enim sig. instabilitatem, Sambucus f. 167.

9 Rotatum radijs districtos, ut est apud Vergil 6. pendere sig. illos qui nihil ratione & consilio præuidentes, nihil uirtutis explicãtes, se se fortunæ committunt, ut eius casibus assiduæ rotentur. Landin. 4. Camaldul.

10 Rota quæ vertebatur in deorum Templis apud Aegyptios significat iuxta sensum uersuum Orphei. Videlicet non vno stare fata in loco, sed omnia uolui circum, nec fas esse una consistere parte, ut cæpit cursus. qui vult orphicos videre legat Clementem Alexan. in lib. 5. stromatum. f. 264. & quoniam in his uersibus fie ramorum mentio, qui dabantur illis qui adorabant. v. rami qui dabantur.

11 Rota quam uidit Ezechiel in medio Rotæ. significat sphæram mundanę fabricæ, quæ est in medio rotæ supramundanæ, idest in uerbo quod medium tenet in Sanctissima Trinitate. cum sit persona media. vel significat rotam intersecantem rotam facere sex angulos corporis sphęrici, scilicet, ante, retro, dextrorsum, sinistrorsum, sursum, & deorsum. quos angulos describit Abraham sex reuolutionibus trium literarum nominis sancti esse munitos. vel ophan quod alij interpretati sunt rotam significat, ut alij angelum disponentem materiam quæ est in rota, idest in machina mundana, aut in rota, idest in reuolutione continua generationis & corruptionis. Francisc. Georgius Venetus problem. quadragesimo primo tomi tertij.

12 Rotam quam vidit Ezech. cap. 1. sign. quatuor principales Doctores Ecclesiæ. & oculi qui erant in rota illa, quæ habebat quatuor facies. sign. doctrinas Sanctas prædictorum Doctorum. M. Antonius Louisinus in Expositione 11. & 12. cap. Esdræ f. 5.

13 Rotæ quadrigæ quarum meminit Ezech. cap. 1. significant quatuor Euangelia. Aemarus Hennequinæus libro de ceremon. Missæ capitulo 22.

14 Rotarum altitudo, ut est Ezech. cap. 1. sig. scripturæ sacræ profunditatem, quæ in cœlesti patria, æternæ uitæ gaudia repromittit. D. Greg. in Ezech. hom. 6.

15 Rotas ambulare cum animalibus, ut est Ezech. 1. sig. quod scriptura sacra sequitur proficientes. ut si animal ambulet, idest bene uiuendi ordinem quærat, totum progressum bene viuendi in ea inueniet. D. Gregor. in Ezech. hom. 7.

16 Rota una apparens super terram, ut est Ezech. 1. sign. legem veterem datam terrenis, vel signific. Euangelij splendorem in terra manifestatum. D. Greg. in Ezech. hom. 6. & D. Hieronym. Ezech. 1.

17 super Rotas aspectus, ut est Ezech. 1. sig. curam, quam Christus D. habet de nobis. Lauret. in uerbo aspicere.

18 Rotarum, & crystalli aspectus terribilis, ut est Ezech. 1. sig. Euangelicæ doctrinæ miraculum, comminationem iudicij, & inferni. Lauret. in uerbo aspicere.

19 Rotæ curuatura sign. cœlum, quod cœlum assidue ad instar rotæ versetur. Valerianus folio 288.

20 Rota una ex illis quæ sunt instrumenta ad eleuãda grandia pondera cum uiro super equo in ipsa rota, qui uideatur vertere ipsã rotam, & sint verba adhbita non uolentis neque currentis. sig. hominem qui demonstrat se semper in humili statu iacere, licet semper procuret, vt alij exaltentur ad cęlum, & qui ostendat hoc sibi euenire ex mera Dei uoluntate. Hieron. Ruscel. in insigni Federici Roueri Rotarij.

21 Rota Ezechielis prima & maior ceteris. signifi. Historiam generalem siue potius congeriem librorum & historiarum, quæ ab Adam usque ad Esdram protensa est. & huius rotæ rota interior sign. librum Apochalipsis, qui tendit usque ad finem sæculi, reuelans mysteriorum abdita quæ continebantur in illa prima rota. Joach. in Apoc. f. 3.

22 Rotam

22 Rotam intra rotam esse signifi. scripturam noui Testamenti in ueteri contineri. vel Rota exterior sign. litteræ intelligentiam sicuti Rota interior sign. spiritualem paginæ sacræ intelligentiam. v. liber signatus 7. sigillis. qui idem signif. Ioach. in Apoc. f. 109.

23 Rotæ 4. ostensæ Ezechieli sign. quatuor generales scripturarum intelligentias. de quibus. v. venti 4. vel. v. Triticum. Ioach. in Psalterij, fol. 226.

24 Rotæ quinque Ezechielis, scilicet maior & exterior, & quatuor interiores sig. misteria omnia gesta ab initio temporum usque ad D. Ioannem Baptistam scripta fuisse in generali quodam libro signato septem sigillis, qui aperiri nõ poterãt, nisi a Domino nostro Iesu Christo moriente & resurgente. Ioach. in Apocal. fol. 3.

25 Rotæ igneæ quas vidit Ezechiel. signif. Angelos ipsos qui etiam uocantur aquæ positæ supra firmamentum. dicuntur etiam Ophanim. Alexander Farra in Septenario f. 114. in Socrate siue de morte.

26 Rotæ altæ in sanctis Angelis, sign. uim actionis Angelicæ, qua rectam semper uiam atque ardua pergunt. Quod rotæ altæ in anteriora semper absque ulla conuersione in nullam partem declinando incedunt. Diuus Dionysius cap. 15. cœlest. Hier.

27 Rotæ in sanctis Angelis, signifi. reuelationes & reuolutiones, quod Hebraicè dicuntur gel gel, eo quod igneæ atque diuinæ rotæ regirationes quidem habent, quod sempiuerno motu circa summum bonum uersentur, reuelationes uero sign. quod occulta Sacramenta reuelent, & humiliores quosque promoueant sublimesque diuini fulgoris radios in inferiora agmina descendendo transfundat. D. Dion, cap. 15. cœlest. Hier.

1 ROTOLANDVS qui in maiore necessitate Reip. Christianæ, & Caroli Imperatoris omnia postponit, ut Angelicam sequatur, sign. uel sapientes uiros ab amore cogi deficere ab officio suo. Ariosti Cantu 8. Clemens Valuasorus.

2 Rotolandus qui audita legis Hebudæ iniquitate iurat se illam euersurum, sign. equitis probi promptum animum ad honestatem tuendam, Ariosti Cantu 9. Clemens Valuas.

3 Rotolandus a tempestate depulsus ad Olympiæ loca, quæ spoliata omni consilio se pro Bireno consorte ad mortem obeundam parabat, sign. auxilium quod miraculose Deus indigentibus mittit. Ariosti Cantu 9. Clemens Valuasorus.

4 Rotolandus & Mandricardus sine gladiis contendentes tandem re infecta secedunt, signifi. nullum opus perfici posse absque conuenienti medio. Ariosti Cantu vigesimo tertio Clemens Valuasorus.

5 Rotolandus factus insanus ob Angelicæ amorem, sign. neminem quamuis prudentem & grauem esse tutum ab amoris passione, Ariosti Cantu 23. Clemens Valuasorus.

6 Rotolandus qui transijt fretum Gaditanum, & ei fortuna fauit, signific. stultorum consuetudinẽ impossibilia tentari, & fortunam illis fauere. Ariosti Cantu trigesimo, Clemens Valuasor.

7 Rotolandus qui ob furorem adeo transformatus erat, ut ab amicis cognosci nõ posset, sig. perseuerantem in uitiis adeo transformari, ut propriam formam amittat ueram & rationabilem. Ariosti Cantu 39. Clemens Valuasorus.

8 Rotolandus qui offendit, eos qui procurabant eum ad sanitatem reducere, sign. eos qui in uitijs habitu iam facto, non cognoscunt errores suos, quinimmo offendunt illos qui tentant ut resipiscant. Ariosti Cantu 39. Clemens Valuasorus.

9 Rotolandus qui recuperat intellectum ob ampullam cœlestem sign. amissum intellectum non recuperari nisi diuina, & speciali cœlesti gratia. Ariosti Cantu 39. Clemens Valuasorus.

10 Rotolandus habita de Affritanis victoria determinans omnino euertere Bisertam ne amplius Galliæ bellum valeat inferre, sign. prudentem Imperatorem, si detur facultas, debere ita hostes eneruare, ne possint sibi amplius molesti existere. Ariosti Cantu 40. Clemens Valuasorus.

11 Rotolandi victoria de Agramante & Gradasso, attamen cum morte Brandimartis, sign. fortunam non homini ita fauere, quin amaritudinis aliquid illi commisceat. Ariosti Cantu 42, Clemens Valuas.

12 Rotolandus faciens curare sobrinum veluti parentem, sign. parcendum esse illis, quibus in bello sors uitam seruasset. Ariosti Cantu 42. Clemens Valuasorus.

13 Rotolandus qui tanta pompa procurat Brandimartis funus, sign. uerum amorem etiam post mortem permanere. Ariosti Cantu 43. Clemens Valuasorus.

14 Rotolandus qui omnino volebat Regisnaldum occidere, sign. in equite egregio plus posse officium commune, quam affectus & affinitas particularis, & sign. quantum possit opinio falsa. Ariosti Cantu quinto de quinque sequentibus. Lodouicus dulcis.

15 RVACH, uox Hebræa, quæ interpretatur spiritus, in qua uoce illud obseruandum in tota scriptura sacra non inueniri Ruach uocem coniunctam nisi cum tribus Dei nominibus Elohim, Adonai, & Iehoua, ut sign. Dei Trinitatem, uel ut sign. spiritum esse vnam ex tribus Dei personis. Quam rem videtur Isaias in 48. perbelle explicare, nam loquens in persona Messiæ. Non a principio in abscondito locutus sum, ex tempore antequam fierent, ibi erã, & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius. In quibus uerbis Propheta nominat tres personas diuinitatis patrem & eius spiritum, atque Messiam, Raphael Aquilinus in primo tractatu. f. 45.

1 RUBEN, sign. D. Andream qui primus uenit ad Christum Dominum, quod Ruben fuerit primogenitus Iacob. Iudas fortis manu, signific. Diuum Petrum fide robustum. sic Ioseph, amatus a Iacob, sign. Ioannem dilectum a Domino nostro. Dan, qui amotus fuerit de numero Patriarcharum sign. Iudam proditorem qui amotus est de numero Apostolorum, sic Manasses & Ephraim, sig. Mathiam & Ioseph, qui cognominatus est iustus. Ioach. lib. 4. cap. 2.

2 Ruben sig. primam ætatem sæculi inchoatam a primo parente, cui ætati diluuium posuit finem, & merito quia sicut Ruben iure primogenita perdidit, quod thorum patris uiolasset, ita primus homo in paradisum corruens fœdans & rumpens præceptum Dei parentis, honorem prioratus sui male custoditum amisit, quem honorem Deus concessit Abraham & Dauid, illi promittens Saluatorem, eo quod Abraham crediderit & obedierit Deo, & Dauid fuerit secundum cor Dei sui, quod significasse data primogenita Ruben. Manasse & Ephraim filiis Ioseph propter ipsius Ioseph castitatem contrariam libidini Ruben. Ioachim in Apocalyps. fol. 28.

3 Ruben scindens uestimenta sua, ut est Gen. 37. sign. apertionem Sacramentorum in lege occultorum, quæ facta fuit in morte Christi D. & idem sign. omnes fratres eius cum sciderunt uestimenta sua, ut est Genes. 44. Lauret. in uerbo abscindere.

4 Ruben scindens uestimenta sua non inuento Ioseph, ut est Genes. 37. sign. Synagogam diuisam per mortem Christi, ita ut alij fideles, alij infideles ex Iudæis in Christum existerent. Idem sign. Iacob scindens uestimenta sua, & pœne in omnibus locis Testam. Veter. ubi uestimenta scinduntur, idem sign. Lauretus in verbo abscindere.

5 Ruben ascendens cubile patris, ut est Genes. 49. signif. transgressorem legis scriptæ & naturalis Origen. in Genes. hom. 17. vel signifi. Iudæos crucifigentes Christum Dominum, vel signif. usurpantes gloriam soli Deo debitam, uel sig. timorem occupantem imaginationem in temporalibus & utilibus in tempore orationis. Lauretus in uerbo ascendere.

6 Ruben, Gad, & Manasses, contigisse fortem ultra fluuium Iordanem, cum animalibus abundarent, sign. illos qui abundant parte animali indignos terra manante lac & melle, quæ sign. influxus spirituales, uel quod ultra Iordanem, qui interpretatur fluuius iudicij, illi sint positi, signific. illos iam iudicatos minus dignos loco sancto.

7 Ruben, Gad, & Manasses uocatos ad expugnandum locum sanctum e manibus hostium reliquisse ultra Iordanem animalia, & sine eis ad bellum uenisse, signific. in bello Dei non homines animales, sed spirituales admitti. F.G. P. 407.

8 Rubescere, iuxta illud Cirilli, cum stellæ cessauerint non rubescet corona, sed liuida concaleabitur, sign. superbum & arrogantem esse. Ioachim Theolosphorus f. 11.

9 Rubeus nascetur Rubeum, ut habetur in libro bresit Rhaba, sign. Christum Dominum fuisse triumphaturum de carne & sanguine in cruce positum, & totum rubrum ex sanguinis effusione factum, de quo Esai. quis est iste qui uenit de Edom tinctis uestibus de Bozra. Edom enim interpretatur rubeus, bozra uero uindemia. Solus enim Christus Dominus torcular calcauit, & vineam suam vindemiauit. Esau uero fuit Rubeus, qui sign. hominem animalem, & sign. naturam humanam ex peccato per carnem & sanguinem contracto rubeam factam, quam Messias existens in peccatis carnis similitudine ulcus est vindicando Dæmones mortem & mundum, cuius principem eiecit, & captiuam ducens captiuitatem. Archangelus Buegonouensis, in 22. conclus. Cabal. Pic. v. rubicundum ne capias.

10 Rubicundum ne capias Symbolum Pythagoricum, quod sign. nos debere esse benignos, & miti animo in omnibus ingenuis moribus, & non ruuidos, asperos, & duros, nam color rubicundus apud Cabalistas sign. rigorem iustitiam seueritatem & iracundiam. Et Esau qui fuit rubicundus, sign. partem animalem, & uitiis hominem addictum. Hunc ergo uitandum docet Symbolum, quod signific. quoque anagogice significata uigesimæ secundæ literæ. Farra Septen. f. 237. Vel sign. non erubescentem hominem, & inuerecundū esse fugiendum, uel sign. hominem qui ad omnia erubescat tamquam stupidum non esse amplectendum, ut pote vilem ingenio, & intellectu debilem. Nicolaus Scutelius, in Symbolis Pythagoricis. f. 51. v. Rubens.

11 Rubigalium dies qui est ad 7. Kal. Maias, uel secundum Varronem est quando Sol ingreditur decimam Tauri partem, uel 19. dies post æquinoctium Vernum, & si dico ab eo die per quæ triduum fiet plenilunium, sign. fruges & omnia quæ florebunt læsum iri. Comment. Arati capite penultimo.

12 Rubigo operiens argentum, ut est prouerb. 25. sign. superficiem litteræ tegentem sensum spiritualem. Beda in Prouerb. 25.

13 Rubinus aut hyacinthus, aut corallus, aut jaspis apud Chimistas, significant Elixir rubeum. Autor incertus libro de Alchemia cap. quadragesimo tertio.

14 Rubinus. v. Aldebarum. 1.

15 Rubus, sig. odium, ut est octauis apud Diuum Hieronymum Hebræorum castris. Valerianus fol. 400.

16 Rubus sicca, sign. asperitatem & hominem ingenio moroso & difficili præditum, qui præ suo uiuendi instituto omnes aliorum mores impendio fastidiat, quod rubus sicci rigescat, ut eam potius frangas, quam minimum flectas. Valer. f. 400.

17 Rubus & aliæ herbæ spinosæ, sign. eas perturbationes

bationes & anxietates, & eam animi afflictationem quam nostri tentationem vocant, id est omnes curas & oppressiones, & casus omnes aduersus, quibus corda nostra vellicantur, lacerantur, & ærumnosa fiunt. Valerianus fol. 400.

18 Rubum ardentem non comburi, ut est Exod. 3. sign. peccata non tolli per legem, nec Iudæorum malitiam emolliri. Lauretus in uerbo accendere. & Beda. Exod. 3. sign. etiam mortalitatem carnis non fuisse consumptam in Christo, ut posset pati, licet anima ejus ab initio creationis fuerit beata, sign. etiam Ecclesiam non deficere in tribulationibus. D. Hieronym. supra Isai. 43. Et hoc idem sign. pilum trium puerorum non fuisse consumptum, ut est Daniel. 3. sign. etiam beatam Virginem parere incorrupta virginitate, in ea diuinitas ardebat, & nullum detrimentum patiebatur. Lauretus in uerbo ardere.

19 Rubi ardentis flamma sig. legem ueterem, quæ prohibebat peccata, sed non consumebat. Beda Exod. 3.

20 Rubus ardens sign. Iudæos qui habentes lucem Christi Domini in duritia permanserunt. Beda ut supra.

1 RUGERII & Brandamantis proles generosa, significat ex bonis parentibus bonos nasci filios. Ariosti Cantu 3. Clemens Valuasorus.

2 Rugerus parans ire ad Logistillam, & trahens Hippogriphum per habenas post se, sig. illum qui se ad uirtutem accingit, debere rationem anteponere, & sensum frenare, atque ita ducere, ut sequatur non autem ut præcedat. Ariosti Cantu 6. Clem. Valuas.

3 Rugerius dum iret ad Logistillam factus obuiã uariis & diuersis monstris, a quibus longe est molestatus, signifi. uirum cupientem uirtuose uiuere a uariis desideriis affligi. Ariosti Cantu 6. Clem. Valuas.

4 Rugerius transiens ad aliam fluminis ripam, & itinere aliquantulum duro tandem ad Alcinæ regiam peruenit, sign. iuuenem inanem amorem sequentem post aliquot molestias tãdem ad finem uoluptatis admitti. Ariosti Cantu 7. Clemens Valuas.

5 Rugerium apud Alcinam uiuere inter cantus conuiuia & uoluptates, sig. lasciuum amorem otio, & delitiis nutriri. Ariosti Cantu 7. Clemens Valuas.

6 Rugerium uenisse in cognitionem de incantationibus Alcinæ postea quam anulus Angelicæ ab Melissa sibi in digitum impositus est, signif. amissam rationem non posse nisi per Dei gratiam recuperari, & non humana aliqua industria. Ariosti Cantu 7. Clem. Valuas.

7 Rugerius quem quatuor monstra aggrediuntur, ceruus, auis, canis, & equus, sign. animum qui a quatuor passionibus affligitur, dum resipiscere tentat, vehementer concuti. Ceruus. n. sign. timorem, Auis sign. cupiditatem, Canis sign. dolorem, & Equus sig. gaudia. Quod Rugerius mordeatur a cane in pede sinistro, sign. animum a dolore in aduersis rebus affligi, pes enim sinister sign. aduersitates, quod uero equus percutit eum in latus dextrũ, sign. animũ uilescere in secundis rebus. Ariosti Cantu 8. Clemens Valuas.

8 Rugerij Clypei splendor obtenebrans illa quatuor monstra, quæ Rugerium affligebant, sig. quod conceptus de aliquo obiecto passionibus contrario in animo factus potest passiones decipere. Ariosti Cantu 8. Clemens Valuasorus.

9 Rugerium transisse per uiam asperam & difficilem, dum ad Logistillam iret, sign. neminem posse ad uirtutem peruenire, nisi maximo cum labore. Ariosti Cantu 8. Clemens Valuasorus.

10 Rugerium licet lassum noluisse tamen in itinere laborioso, sub umbra etiam ad preces mulierum quiescere, sign. virum uirtuosum nunquã debere a recto uirtutis tramite declinare. Ariosti Cantu 10. Clem. Valuas.

11 Rugerio iurgia facta a mulieribus, quod noluerit quiescere sub umbra, signif. contemptiones uulgi, quibus uirtuosi spernentes commoda otiosa, propter uirtutem onerantur. Ariosti Cantu 10. Clem. Valuas.

12 Rugerius adiutus a quatuor mulieribus missis a Logistilla contra exercitum Alcinæ, sig. uirum uirtuosum adiuuari a quatuor uirtutibus moralibus contra multitudinem uitiorum. Ariosti Cantu 10. Clem. Valuas.

13 Rugerius qui oblitus Bradamantis deijcit lanceam & clypeum, ut potiatur Angelica, signif. hominem obliuiscẽtem diuini amoris, animũ suum spoliare omni fortitudine, ut se rebus terrenis immisceat. Ariosti Cantu 11. Clem. Valuasorus.

14 Rugerius in sylua dũ sequitur falsam Bradamantis imaginẽ, sig. hominem in hac uita res tantum apparentes & falsas pro ueris apprehendere. Ariosti Cantu vndecimo Clemens Valuasorus.

15 Rugerius qui fracto clypei velo offuscat, nolens tamen, uisum equitibus secum præliantibus, licet in magnis periculis eo uti soleret, in puteũ clypeum iacit, sign. dolos occultos omnino relinquendos, quando dubium est ne ex illis dedecus sequatur. Ariosti Cantu 22. Clemens Valuasorus.

16 Rugerius qui solus, ut iuuenem incognitum liberaret, in gentem copiosam irruit, sign. ueterum equitum generositatem. Ariosti Cantu 25. Clemens Valuas.

17 Rugerius qui offert se ad liberandum agnatos Bradamantis, sign. amorem esse causam actionum nobilium. Ariosti Cantu 25. Clemens Valuasorus.

18 Rugerius prætermittens Brandamantem, ut Agramantem sequatur & adiuuet, sign. uirum debere omnia prætermittere, ut honori suo satisfaciat. Ariosti Cantu 25. Clemens Valuasorus.

Rugierij

19 Rugerij, Mandricardi, & Rodomontis contentiones, sign. effectus discordiæ. Ariosti Cantu 26. Clem. Valuas.

20 Rugerij, Mandricardi, Rodomontis, Marfisæ, Gradassi, Sacripantis contentiones, sign. ex leuibus causis magnas oriri perturbationes. Ariosti Cantu 27. Clem. Valuas.

21 Rugerius, & Gradassus conuenientes, quod qui sorte primus extrahatur ille rem armis decidat, sig. in difficillimis decidendis sortem esse medium optimum. Ariosti Cantu 30. Clem. Valuas.

22 Rugierius in pugna cum Mandriaardo existimatus mortuus, sed tandem viuus & uictor inuentus, sign. credulitatem hominum sæpe decipi, & maximè in singularibus certaminibus. Ariosti Cantu 30. Clem. Valuas.

23 Quod Rugierius falsò crederetur amare Marphisam, sign. non facile præstandandam fidem famæ euulgatæ. Ariosti Cantu 32. Clem. Valuas.

24 Rugerius qui coactus digladiari cum Marphisa nolebat illam uulnerare, sed quando ab illa acriter fuit percussus, patientiam dimisit, sign. nullam patientiam esse tantam, quam iusta iracundia non frangat. Ariosti Cantu 36. Clemens Valuas.

25 Rugerius & Marphisa in conflictu ab Merlini spiritu edocti se esse fratres, sign. ex malis accidentibus sæpe bonos euentus, & magnam utilitatem trahi. Ariosti Cantu 36. Clemens Valuasorus.

26 Rugerius qui ad Agramantem in Arelato obsessum redijt sig. subditum fidelem nunquam debere suum principem in aduersa fortuna derelinquere. Ariosti Cantu 38. Clem. Valuasorus.

27 Rugerius in duello cum Regisnaldo cauens offendere Bradamantem habitus minus fortis, sign. multum referre in duello, an quis sit animo dubius an liber. Ariosti Cantu 39. Clemens Valuas.

28 Rugerius qui tam diu deliberat an inter Christianos uersetur, an sequatur Agramantem, sign. contentionem intellectus, & uoluntatis nondum bene diuinis radijs illuminatæ.
Ariosti Cantu quadragesimo, Clemens Valuasorus.

29 Rugerius qui fluctu marino afflictus, vouet se Christo militaturum, & ad scopulum appulsus heremitam inuenit qui illum baptizat, significat Deum ad se afflictionibus electos suos attrahere. Ariosti Cantu 41. Clemens Valuasorus.

30 Rugerius qui solus & sine alio adiutore ibat, ut occideret Leonem filium Imperatoris Græci, & factus est captiuus. sign. eum qui suis viribus nimis fidit sæpe incaute cap. Ariost. Cantu 45. Clemens Valuas.

31 Rugerius qui concludit priuare se propria amante, ut Leoni se gratum præstet. sign. beneficia maiori cumulo esse pensanda.
Ariosti Cantu 45. Clemens Valuas.

32 Rugerius qui solus & mœstissimus discedit in nemus sign. nil aptius solitudine afflictis dari. Ariosti Cantu quadragesimo quinto, Clem. Valuasorus.

33 Rugerij & Bradamantis matrimonium quod habuit tot & tanta impedimenta, tamen summa cum fœlicitate contractum fuit, sign. res magnas & egregias habere in suis initijs multa obstacula. Ariosti Cantu 8. Clemens Valuasorus.

34 Rugerius qui a Bulgaris ob uirtutem suam eligitur Rex, sign. virtutem, vel cito, vel tarde suum premium consequi.
Ariosti Cantu quadragesimo sexto, Clemens Valuasorus.

34 Rugerius qui in duello Rodomontem superat, significat in bello plus posse artem & rationem, quam furorem & vires. Ariosti Cantu 46. Clemens Valuasorus.

1 RVINA multiplicata, ut est psal. 105. sign. ciuitatum destructionem per exempla prælatorũ. Arnob. in psal. 105.

12 Ruinæ impletæ, ut est psal. 109. sig. sedes a quibus angeli mali ceciderunt, quæ implentur hominibus, uel sign. superbos humiliatos a Deo, ut postea exaltentur ab eodem. Arnob. & D. August. in psal. 109.

3 Ruinosa in Israel, ut est Ezech. 33. & 36. signifi. hæreticorum conciliabula, quæ in Ecclesia a uirtutis rectitudine deficiunt. D. Hieron. in Ezech. 33.

1 RVMINARE, ut est Leuit. 11. sign. scientiæ operam dare, & in lege Domini die ac nocte meditari. Gouschelius lib. 6. Elocution. sacrar.

1 RVPES inaccessæ, ut est Iob 39. signifi. choros Angelicos, ad quos contemplandos non accedunt corda peccatorum. Vel sign. superbos in quibus moratur Diabolus. Diuus Hieronymus, Isai. 39. & Lauretus in uerbo accedere.

2 Rupes ubi stant Onagri, ut est Hierem. 14. sig. Doctores gentium, uel sign. potentes sæculi. Lauretus in uoce lapis.

3 Rupes ut est Ezech. 6. sign. habentes zelum Dei sed non secundum scientiam. Lauretus ut supra.

4 Rupes, ut est Hierem. 4. sign. loca tuta. Lauret. ut supra.

5 Rupes quæ transferuntur de loco suo, ut est Iob. 18. sign. Doctores hæreticorum ad Ecclesiam transeuntes. Lauret. ut supra.

6 Rupes, vt est Exod. 33. ubi traductio habet super petram consistes, littera Hebræa, habet rupem ascendes, sign. Christum Dominum, nam ad rupem ascendere, sign. ad altam & eximiam Christi Domini contemplationẽ animum applicare. Iacobus Naclantus in præludiorum. cap. 1. f. 6.

1 RVRA gregis Domini, ut est Hierem. 23. sign. doctrinam sacram, in qua pascuntur fideles; D. Hieron. Hierem. 23.

1 Ruta sign. castimoniam, sicuti & cicuta, diuersa tamen

tamen vi naturæ. Quod supra modum exsiccat, sicuti cicuta refrigerat, & genituram extinguit in potu vel in cibo assumpta. Vnde Ouid.

Vtilius summas acuentes lumina rutas,
Et quidquid Veneri corpora nostra negat.

Vel ruta est uitæ continentioris Symbolum, quod est contraria serpenti, qui sign. voluptuariam nequitiam. Valerianus libro 58. folio 423.

1 RVTH Moabitidem mulierem e genere reprobato in generationem admitti, sign. quod sicut per mulierem introiuit culpa, ita & per mulierem fieret dispositio ad salutem, uel sign. illud mysterium quod habetur de turture in Canticis. 2. vbi dicitur: Vox turturis audita est in terra nostra. Nam Ruth si inuertantur litteræ more Hebræorum, faciunt tur, quæ sign. turturem, cuius uox audita sit in terra nostra. F. G. P. 440.

2 Ruth Moabitis in Christi Domini nostri Genealogia numerata & accepta, signif. ex omnibus gentibus Ecclesiam colligendam fuisse. D. Ambrosius super Lucam.

3 Ruth sign. Ecclesiam ex gentibus, quod interpretatur videns uel festinans, quod Ecclesia uidet puro corde Deum, & festinat ad brauium supernæ uocationis. D. Thomas in Matth. cap. 1.

4 Ruth non recedens a loco vbi cum puellis spicas colligebat, ut est Ruth. 2. sign. animam fidelem, quæ uersatur in sacris scripturis, non debre transire ad sensus hæreticorum. Glossa Ordin. supra Ruth. 3. & Laurctus in uerbo abire.

5 Ruth adorans Booz, ut est Ruth. 2. sign. Ecclesiam gentium agentem gratias Christo D. pro collato fidei beneficio. Laurctus in uerbo adorare.

S.

1 S. littera apud antiquos sign. silentium, uel quod esset eius uocis littera prima, uel quod in syllaba st, quæ itidem est silentij nota & in tricliniis & conuiuiis apponi solita, & signif. in locis ubi bibitur, & quodammodo exhilaratur animus non esse ea aperienda, quæ secreto commissa sunt. Valer. fol. 261. lib. 36. cap. ex patientia uoluptas.

2 S. littera apud Græcos equis inusta, sign. illos esse uelociores, vnde illi equi dicebantur Samphoræ a ferendo Sigma litteram. Valer. fol. 314. lib. 42. cap. de Σ, & K.

3 S, apud quendam, sign. lapidem album. Secundum Alchimistas.

4 S, apud quendam sig. figuram quandam, in qua sunt 18. litteræ, quæ singulæ habent sua significata in arte Chimica. de quibus tu uide in locis suis.

5 S, littera in prima lingua, eo quod sit vehementior sibilus, quam simplex aspiratio, sign. in uocibus maiorem uim notationis, & quia in proferendo, S, dicimus, es, propter uehementem spiritum qui auditur in dicendo es, hæc uox es, signat id quod apud Latinos dicitur est, & quia e, in prima lingua denotat unum, cui si per s, addatur spiritus, es, sign. omnia esse accipiunt, quæ uita & spiratio nil aliud est quam uirtus Dei, & quia es, dicebatur etiam is, vnde Isis, nomen quod interpretatur est, est. Græci fecerunt suum, ις, per quam uocem Homerus denotat uehementiam, quam habent uenti uehementer flantes & sibilantes, quam vehementiam Latini, ut latiorem notarent, addiderunt litteram v, quæ notat dilatationem, & ampliorem extensionem, & fecerunt uocem, vis.

6 S. in dictionibus si interponatur signat vehementiam, & uim quandam additam notationi, ut si dicatus, uat, quæ uox notat appræhendo, si dicatur vast, signabit firmiter & magna ui compræhendo. Hinc, s, in nomine Vestæ Deę, quę rebus firmandis præest, sign. Vestam alligare, & conseruare ipsam essentiæ latitudinem. de qua re tu uide Vesta.

7 S. si proferatur, es, in Alphabeto primæ linguæ notat est, & in oratione quæ latet in Alphabeto sign. quod præceptor optat ut Deus exaltet discipulum, licet sit pecus ad se. Goropius in Hermath. lib. 9. f. 217.

8 S A, siue Saat, uox in prima lingua, quæ & Saat in imperatiuo modo, interpretatur, sere, & est uox Ichnæa a prorsa, as, quæ interpretatur alimentum, cuius sa, est retrorsa, & designat sere, ut sig. alimentum haberi non posse nisi homo Serat: & ne porro satio ad infinitum progrederetur, sermonis opifex, t, adiecit, uinculo certo constringendam significans, & ex sa, siue Saa, fecit Saat, nam, t, sign. uim adstringendi & fluxam animi lubidinem comprimendi. Sed idem opifex, ut ostenderet etiam apertius ad quid, & quantum serendum esset, uoluit, ut taas, quasi todas, quæ est uox retrorsa saat, sig. ad alimentum, te, enim in eadem lingua habet uim præpositionis ad aas, uel as, sign. alimentum, ut habetur suo loco, ab ista uoce taas per concisionem unius, a, fit tas, quæ signifi. aceruum frugum collectarum, cuius is modus esse debet, ut solum pertineat ad alimentum, quod est taas, & ut res quoque clarior fieret a uoce tas, si conuertatur retrorsum, fit, sat, quo id signatur, quod expleat necessitatem, & hinc latini deduxerunt suum sat, satis, satur, saturo, & satio. Ioannes Goropius in Hermath. lib. 4. fol. 91.

9 S. litteræ si, e, præponatur, ut fiat es, in prima lingua denotat idem. Nam uita vnius quod per e significatur, nulla uoci nota potius, quam magno spiritu exprimi potest. qui cum in sibilo audiatur, ipsum, e, per, s, vehementer procedit, & magno flatu dilatatur, quod nil aliud signif. quam unius esse. es, ergo in prima lingua nil aliud notat, quam illud, quod Latinus diceret, unum difflatur. Sic se unum ad esse habet, ut unum quidem prius intelligatur, deinde accedat

cedat

cedat unius communicatio, per Sibilum, qui gemini spiritus instar habet, facta, e, enim unū est, es, nil aliud, quam unum se difflans, siue vemens, cuius flatus Spiritus sanctus est, omnia permeans, quibus tribus, & trinitas exemplar omnium rerum creandarum explicatur. vnum in se manet, flans siue sibilans creat, & unum communicat, flatus ipse sanctus Spiritus est, patrem & filium uniens, & trinam imaginem per omnia creata deferens, ab, es, siue, is, Isis dicitur, ens, entis, siue secunda unius hypostasis, & hinc patet quod Isis sign. in diuinis secundam personam, & interpretatur ens entis. Goropius in Hermath. libro octauo, fol. 185. & 186.

1 SABBATI die ignem non accendendum fuisse, sign. ne punitio, quæ per ignem fieri solet, fieret in die Sabbati qui erat dies remissionis. vel sign. non procurandum lumen doctrinarum. humanarum, sed expectandum ignem illum de quo dicitur de Excelso misit ignem in ossibus meis & erudiuit me, & D. N. dixit: Veni mittere ignem in terram, & quid uolo nisi ut ardeat. Franciscus Georgius Problem. 335. tom. 2.

2 Sabbatum cessaturum, iuxta illud Oseæ 2. sign. septimum diem, qui est Saturni, commutandum fuisse in diem primam qui est Solis, & apud nos dicitur dies Dominica, hoc etiam sig. illud concessum a lege, nam si quis in die Sabbati faceret iter, oblitus Sabbati, debebat quiescere die Solis. Franciscus Georgius problem. 439. tom. 2.

3 Sabbati dies sign. illum diem Sabbati in quo D. N. I. in sepulchro requieuit, & sign. illud tempus, quod erit in septima mundi ætate, in qua post resurrectionem generalem hominis, illi qui uere Sabbata seruarunt, requiem illam septimam habituri sunt. Galatinus lib. 11. cap. 8.

4 Sabbaticus fluuius qui teste Iosepho lib. 7. cap. 45. Et Plinio lib. 31. cap. 2. diebus Sabbatis a fluxu cessabat, ita ut aluens siccus existeret. & erat in Iudæa inter Arcas & Raphaneas olim Regni Agrippæ ciuitates. Secundum Hebræos sign. in die Sabbati cessandum esse ab operibus seruilibus, sed apud nos sign. ipsum Sabbatum cessaturum fuisse, & eo magis cum fluuius ipse iam diu nusquam existat. Galatinus libro 11. cap. 9.

5 שבת Sabbat dictio, si Cabalistice interpretetur sign. sapientia, vel filius Dei est finis & requies, nam Scin prima littera dictionis ponitur pro tota dictione & interpretatur requies. Beth, secunda littera sign. summam sapientiam, que est ultima filius Dei, & est sigillum Chocmah. Thau, quæ est ultima littera Alphabeti, sign. finem, adeo quod interpretatur ut supra. Archangelus Burgonouensis in conclus. Cabal. Pici. 16.

6 Sabbatum obseruari ab Hebræis & Lunam, in festorum celebratione aduerti, sig. Hebræos ipsos habere planetas fauentes sectæ suæ Saturnum & Lunam. sicuti secta Christianorum habet Solem & Mercurium. Archangelus Burgon. in 44. conclus. Cabal. Pici.

7 Sabbatum Historicum, sig. quando aliquis post quotidianum laborem saltem in diebus festiuis ad contemplationem recurrit. Ioachim in Apoc. f. 14.

8 Sabbatum morale signifi. quando aliquis relicta vanitate sæculi, Deo se totum exhibet mente & corpore seruiturum. Ioachim folio 14. Apocal.

9 Sabbatum Tropologicum sign. quando aliquis post laborem addiscēdæ litteræ in sacris Biblijs sublimatur ad intellectum spiritalem. Ioach. f. 14. Apoc.

10 Sabbatum contemplatiuum, sig. quando aliquis post exercitium uitæ actiuæ ducitur ad uitam contemplatiuam. Ioachim in Apocalyps. fol. 14.

11 Sabbatum Tipicum est multiplex, sed sign. quietem in nouo Testamento, secundum figuram in ueteri; ut singulis temporibus sextæ ætatis post sex labores fit quies una, quæ dicitur Sabbatum. & quia plures sunt tales quietes, ut ita loquar, iccirco sunt plura Sabbata.

12 Sabbatum ante legem sign. tempus quadringentorum triginta annorum, in quo Israel mansit in Aegypto, id est tempus a quo Iacob & filij ingressi fuerunt in Aegyptum usque ad Moysem. Ioach. vt supra f. 14. Dicuntur etiam silentia, quia scriptores in his tribus siluerunt, sicut & in duobus sequentibus. Hoc Sabbatum secutum est post iudicium Sodomæ. Ioach. in Apoc. f. 15.

13 Sabbatum sub lege sign. tempus ab obitu Esdræ siue Malachiæ, usque ad Diuum Ioannem Baptistam, quod scriptores rerum sacrarum eo tempore siluerint hoc Sabbatum secutum est post iudicium Babylonis ueteris. Ioach. in Apoc. f. 14.

14 Sabbatum sub gratia sign. tempus a morte Anti Christi, siue ab incarceratione diaboli, usque ad finem sæculi, in quo tempore diabolus non amplius seducet gentes; sed aliquanto post hoc Sabbatum sequetur post iudicium Babylonis nouæ. Et hoc Sabbatum erit mille annorum, quibus soli sancti Dei regnare cum Christo permissi sunt, & iterum soluetur Sathanas de carcere suo, & exibit & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog, & Magog. Ioach. ut supra. f. 47.

15 Sabbatum secundum tres status signif. cessationem a negotiis sæcularibus, in primo statu. Septima dies septimus mensis, & septimus annus, & hic est primus gradus loquendi, qui accipitur in primo statu. Ioachim in Apocal. fol. 271.

14 Sabbatum in secundo statu sign. dies festos, & apud Monachos horas, quibus uacant lectioni, & hic est secundus gradus.

15 Sabbatum in tertio statu sign. quietem, quam habituri sunt fideles, consumato labore prædicationis suæ, & iste est tertius gradus.

16 Sabbatum

16 Sabbatum Hystoricum, signif. aliquando feriari ab actionibus mundi, ut uacent psalmis & orationibus, ut fit diebus festis. quartus gradus.
17 Sabbatum morale, sign. destitutionem uanitatis seculi, & conuersionem ad Dei seruitutem.
18 Sabbatum tropologicum, sign. cessationem ab obseruatione legis secundum litteram, & legis obseruationem secundum spiritum Dei.
19 Sabbatum contemplatiuum, sign. de perfectione uitæ laboriosæ transitum ad uitam otiosam spiritualem.
20 Sabbatum anagogicum sign. solutionem a mole carnis, & quietationem in pace.
21 Sabbatum tipicum primum, sign. quando filij Israel, abolita seruitute legis, acceperunt spiritum adoptionis.
22 Sabbatum tipicum secundum, sig. qoando Christiani consumato labore huius secundi status, quem sustinent electi propter uerbum crucis quiescent, & rebelles Iudæi conuertentur ad Deum, & erit post sextam tribulationem, quæ fiet per gentes infideles in tempore sexto. Ioachim ut supra.
23 Sabbatum tipicum tertium, sign. quaodo fideles quiescent post tribulationem, quæ durabit per annos tres & dimidium, quæ subsequetur prædictam tribulationem in Sabbato secundo, & hæc tribulatio fiet in tempore sexto, quod tempus sextum, sign. illi sex anni, quibus Iacob seruiuit post septem, & septem pro gregibus suis, & sex illi anni in quibus restauratum est Templum post impedimenta a finitimis data, sign. sextum istud tempus.
24 Sabbatum tipicum quartum sign. quando Græci, & illi qui uenient ad fidem ex circuncisione quiescent a sua lege, & uacabunt contemplationi spirituali.
25 Sabbatum tipicum quintum sign. quando & illi qui crediderint ex circuncisione vna cum Latinis quiescent a tribulatione, quam facturæ sunt gentes infideles, & dominium Babylonicum dissipabitur iterum.
26 Sabbatum tipicum sextum, sign. quando fideles tertij status cum populo secundi quiescent in tempore tertio a duobus.
27 Sabbatum tipicum septimum, sig. quando totus populus Dei quieturus est in fine sæculi. Ioach. Psalt. f. 27 .
28 Sabbatum Sabbatorum, quod dicitur septimana superna a qua uenit remissio peccatorum. v. Amen. 1.
29 Io Sabbato vigiliæ Paschę prius cantari alleluya, & postea subsequi tractus lamentationum, sig. in fine sexti temporis, primum esse aliquam consolationem, sed postea non deesse calamitatem, sicuti & Angelo Philadelphiæ dicta esse multa laude digna, qui est sextus, sed Angelo Laodiceæ, qui est septimus, multa dura promissa, signif. illa pertinere ad principium tertij status, & ista ad finem secundi.
Ioachim in Apocalypsi, folio nonagesimo septimo.
30 Sabbatum vigiliæ Paschę resurrectionis sig. Sabbatum secundi status, sicut Sabbatum pentecostes sign. Sabbatum tertij status. & hæc duo Sabbata dicuntur Sabbata Sabbatorum. Ioach. f. 15. Apocal.
31 Sabbat, litteræ tres, quæ in hac dictione Hebraicæ scriptæ sunt, si Cabalistice interpretentur, sign. mundum tunc sabbatizare, cum Dei filius fit homo, & ultimo futurum Sabbatum cum homines in Dei filium regenerabuntur. Picus in 17. Conclusione Cabalistica.
32 Sabbatum ex Sabbato uenire, ut est Isai. 66. v. mensis ex mense.
33 Sabbatum ante Pascha uocari sanctum, significat Christum Dominum, postquam omnia consumasset ad humani generis redemptionem, in sepulchro quieuisse. Vnde Antiphona primæ dicit, in pace in idipsum dormiam & requiescã & dicitur sanctũ, quia in ipsa die per baptismũ noua Ecclesiæ proles sanctificatur. vel quia baptisma in ea die sanctificatur. Michael Timotheus in diuinum offic. Quæst. 92. tract. 3.
34 Sabbati sancti vesperas esse tam breues, sig. Sabbatum æternæ quietis nullam habere uesperã, nam Sabbatum sanctum nostrum, sign. illud Sabbatum æternum, uel ut alij dicunt officiũ sit breue, ne fastidium generetur neophitis, quibus omnia debent breuiter cantari ex de causa. Michael ut supra. Quæstion. 93. tract. 3.
35 In die Sabbati sancti non cantari hymnos, sed eorum loco dici alleluya, sigo. spem, quam habemus de gloriosa resurrectione Domini. Michael ut supra. Quæstion. 94.
36 Sabbatum sign. bonorum operum cessationem. Iuxta illud: Orate ne fuga uestra fiat in hieme aut Sabbato. Valer. f. 281. lib. 38. cap. Nubes. Prophetæ.
37 Sabbatum signif. lucem, quæ non legitur creata, sed Deus benedixit diei septimo, unde solum in hac luce increata quæ Sabbatum dicitur, est & quies hominis, & non est hominis lux bene dicta nisi in Sabbato. Petrus Bongus cap. de Septen. f. 199.
38 Sabbatum fuisse a Deo commendatum priori populo in otio corporaliter celebrandum, sig. sanctificationem in requie spiritus sancti. Bongus ut supra. f. 200.
39 Sabbati diei qui est septimus sanctificationem a Deo applicatam esse, signif. septenarij rationem appositæ Spiritui sancto deputari. Nam sanctificatio nulla est diuina & uera, nisi a Spiritu sancto. Petrus Bongus ut supra. folio 200.
40 Sabbati iter sign. milliarium. Quod Hebræi in die Sabbati non poterant protrahere iter longius vno milliario. v. Iter Sabbati. Franciscus Georgios Problem. 336. tom. 2.
41 Sabbati iter non excedere milliare apud Hebræos, sign. in die Deo sacro non debere vltra numerum millenarium, qui attribuitur Deo, ullo modo progredi. quod signif. nulli alij rei uacare nisi ipsi Deo. Franciscus Georgius Problem. 336. tom. 2.

42 Sabbatismus uel requies quam habuit populus Dei post libertatem concessam de seruitute Babylonica, sig. illam requiem, quam habituri sumus in regno Dei, post consummationem saeculi. Ioach. lib. 2. tract. 2. cap. 10. concord.

43 Sabbatismus, sig. mortem animatum, id est, eam ab operibus mundanis cessationem, quam homini uita functo mors affert, tunc enim animae Sabbatum agunt, quietem ab omni motu nactae, nec ullam omnino agitationem habentes, post summi illius boni, quod ante exquirebatur, manifestationem, qua quaerentibus perspicuum fit id, quod quaesitum est. Nam cum id quod quaerebatur, apparuit, motus omniũ eorum quae mouebantur conquiescit. Petrus Bongus cap. de Septenar. f. 199.

1 SAAC in prima lingua signat causam, & quia saac dicitur quasi soaac, id est ad bonum, ideo mystice saac sign. nullam causam posse uocari saac, nisi ad bonum tendat, vel signifi. omnem causam ad primam causam quae bonum est, uocandam esse. sed & in hac uoce saac, uocalis, a, est longa, & ideo in scriptura duplicatur praecipue si notat causam, cum uero dicitur sac per a breue, tunc signat saccum, sed tamen hoc mysterio ut a sit breue, quo sign. nihil in sacco indendum esse quod non ad bonum destinetur, nam sac pro sacco prouenit a saac pro causa, quae nulla esse debet nisi ad bonum; Sed differentia longitudinis, uel breuitatis temporis in saac & in sac, sign. longum temporis spatium in causarum inquisitione, in sacco uero replendo breue oportere nos impendere, si hominis, non pecudis vitam agere velimus. Goropius in Hermath. libro octauo, folio 200.

1 SABVLI tumuli, ut est Ezech. 47. sign. infideles & infrugiferos. Lauretus in uerbo aceruus.

2 Sabulum in quo Moses abscondit Aegyptium, ut est Exod. 2. sign. intellectum uulgarem nullam habentem cognationem aut familiaritatem cum honestate. Philo. 2. Allegor. vel sign. malos non habentes stabile fundamentum, in quibus morticinia praesentia diaboli latet. Diuus Augustinus uigesimo secundo, contra Faust. 91.

3 Sabus & Sabinus. v. Quirinus. 2.

1 SACCARVM septimae decoctionis prouerb. sign. hominem sagacissimum atque vaferrimũ, ut qui sit similis saccaro septies decocto, quod nullam amplius possit accipere perfectionem. Petrus Bongus cap. de septen. f. 218.

2 Sacci ueteres, ut est Iosu. 9. sig. opera ueteris hominis, idest sensualis. Idem sign. vestimenta antiqua. Lauretus in verbo antiquus.

3 Saccum aperire, ut est Genes. 42. & 44. sig. quaerere spiritualem sensum in litterali latentem. Lauretus in uerbo aperire.

1 SACERDOTEM oportere esse ab omni macula mundissimum, sign. illum qui sacra attrectaturus sit oportere non posse offendi a limpidissima luce Dei, quod euenit, si sit ab omni peccati labe alienus. F. G. P. 158. tom. 2.

2 Sacerdotem ingressurum tabernaculum, aut sacra oblaturum, a uino abstinere iussum fuisse, signif. in sacris non esse admiscendam rerum inferiorum sapientiam, quam sig. uinum. F. G. P. 159. t. 2.

3 Sacerdotem prohiberi super mortuo signif. ex cadaueribus exire pollutionem quandam, quae astantes inficiat quasi epidimiae exhalatio sit. F. G. P. 160. t. 2.

4 Sacerdotem prohiberi accipere scortum in vxorem, sig. ex scorti carne infici carnem sacerdotis & uiri, cum utraque caro fiat una, & scorti caro sit infecta. F. G. P. 161. t. 2.

5 Sacerdotem prohiberi accipere uiduam, uel repudiatam, uel ab alio uiolatam, signifi. in coelo unicuique uiro assignari unam uxorem a Deo ordine naturae, & qui ducit ab alio submissam, non potest cum illa perfecte uniri, cum iam facta fuerit aliena. F. G. P. 162. t. 2.

6 Sacerdotem prohiberi caput aut barbam radere, sign. in barba & capillis significari uirilitatem & uirtutem hominis interioris, quae ut seruentur, sacerdos prohibetur caput ut barbam radere. F. G. P. 165. t. 2.

7 Sacerdotes, ut est illud Hieremiae 4. & obstupescent sacerdotes & Prophetae consternabuntur, sig. Abbates, & Priores religiosus maxime fuisse consternandos in die illa, idest in fine secundi status, quod euenit sub Federico 2. Imperatore. Prophetae uero ibidem, signif. magistros & Doctores legis. Abbas Ioachim in Hierem. fol. 11.

8 Sacerdotes Romanos apud antiquos a cane, & capra adeo abstinuisse, ut ne quidem nominare aut attingere possent, sig. eos oportere abstinere a luxuriosis & morbidis. Sanctius in Alciati Emblemate 75.

9 Sacerdos suscipiens a filiis Israel, quae erant immunda, ut est Leuit. 16. sign. Christum Dominum secundum carnem assumptum ex filiis Israel, ut offerretur pro peccatis nostris. Isich. Leuitic. 15. & Lauretus in uerbo accipere.

10 Sacerdos semel per annum deprecans super cornua altaris, ut est Leuit. 16. sign. Christum semel pro peccatis nostris in cruce fuisse passurum. Lauret. in uerbo annus.

11 Sacerdos aspiciens vestem leprosam, aut considerans locum maculae leprosi, ut est Leuit. 13. sign. sacerdotem examinantem vitia peccatoris. Glos. Ordin. Leuit. 13.

12 Sacerdotem non oportere habere scissuram in corpore, sign. sacerdotis opera integra & immaculata Deo offerri debere. F. G. P. 304. tom. 2.

13 Sacerdotem & populum Dei prohibitum fuisse facere scalpturam, uel caluitium super mortuum, sign. non faciendos nimios luctus super mortuos, ita ut uideamur de eorũ resurrectione spem abijcere. F. G. P. 307. tom. 2.

14 Sacerdotis auricula extrema, quae tingebatur sanguine, ut est Exod. 29. signific. Sacerdotis

sermonem

sermonem debere esse purgatum, uel sig. perfectam Christi D. & discipulorum eius obedientiam. Lauret. in uerbo auris.

15 Sacerdos unus qui tollit pugillum plenum similæ, & olei, ac totum thus quod ponit super altare in odorem suauissimum Domino, ut est Leuit. 2. sig. Christum D. qui obtulit se in altare crucis in odorem suauissimum Domino. Lauretus in uerbo unitas.

16 Sacerdos sacris indumentis ornatus cum calice, & hostia egrediens e sacrario, & ad altare accedens, sig. Christum D. de sinu patris egredientem in hunc mundum, ut hostiam Deo placentem offerret, vel sig. Christum Dominum, de sacro & uirginali claustro egressum. Michael. Timotheus in Missæ sacrif. Quæst. 43. tract. 2.

17 Sacerdotem solemniter celebraturum non portare calicem per semetipsum, sed alium ferre illum, signif. Deum patrem iam abhorrentem brutorum sacrificia, præmittere filium suum, qui calicem ferat, idest qui in passione seipsum & non brutum offerat. Michael ut sup. Quæst. 44. tractat. 2.

18 Sacerdotem ubi peruenit ad altare celebraturus facere magnam inclinationem genibus, & capite si ibi adsit sanctissimum Sacramentum, sin uero tantum adsit crux, non facere tantam inclinationem, sed solum capitis humiliationem, sign. Christi Domini exinanitionem, qui inclinauit cœlos & descendit, cum formam serui accipiens seipsum exinaniuit. Michael ut sup. Quæst. 57. tract. 2.

19 Sacerdotem post genuflexionem ad altare munire se signo sanctæ crucis dicētem in nomine patris, &c. sig. illud quod est scriptum in numerorū 6. Inuocabunt sacerdotes nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eos, uel sign. illud Apostoli ad Coloss. 3. 26. Omnia in nomine D. I. C. facite. Michael ut sup. Quæst. 58. tractat. 2. vel sign. se muniendum eo signo contra quamlibet diaboli uersutiam & potestatem, ualde enim timet diabolus signum crucis. Michael ut sup. Quæst. 59. tract. 2.

20 Sacerdotem ante ingressum ad altare incipere a psalmo: Iudica me Deus & discerne causam meam &c. sign. ab omnibus seruandum illud prouerb. 18. Iustus est accusator sui, & ideo Pontifex, siue sacerdos ad altare perueniens, & ad se ipsum reuertens, antequam ordiatur sacrum officium de peccatis suis cum astantibus confitetur, præmittens illū psalmum, qui manifeste per totum sibi ad hæc dignoscitur pertinere, & conuenire. Innocentius lib. 2. cap. 13. de mysteriis Missæ. & Michael Timotheus ut supra. Quæst. 61. tract. 2. Vel sign.

21 Sacerdotem in eo psalmo petere liberari a tentatione, & illuminari a gratia, uel sig. sacerdotē petere a Deo, ut det sibi quod offerat, scilicet filium suum, quem nisi ei daret, prout Abrahæ dedit, non haberet quod offerret. Michael ut supra. Quæst. 62. & Durandus. Vel sign.

22 Sacerdotem primo petere discerni & absolui ab omni peccato, & a consortio malorum, & a tentatione peccati, & petere lumen ueritatis & gratiæ, ut mundus possit introire ad altare Dei & digne sacrificium offerre. Iacobus de Valentia in ipso psalmo: Iudica me Deus. & Michael ut supra Quæst. 63. tract. 2.

23 a Sacerdote post dictum psalmum Iudica me Deus, dici Confiteor Deo patri &c. sign. istam confessionem quæ est manifesta, fieri, ut sacerdos purior sit, & sine macula ingrediatur ad altare Dei. Michael ut supra. Quæst. 64. tractat. 2. & ista

24 Sacerdotis confessio quæ fit una cum ministro, sign. illam contentionem, quæ fuit inter Christum D. & Ioannem Baptistam, quando Christus D. iuit ad illum ut baptizaretur in Iordane, in qua Christus D. uoluit baptizari tanquā si esset vnus ex illis qui baptizarentur a Ioanne, & tanquam si esset cum peccato: cum uero clericus respondet sacerdoti, sig. D. Ioannem respondentem Christo D. Ego debeo a te baptizari & tu uenis ad me, cui Dominus dixit, sine modo; sic enim decet impleri omnem iustitiā. Michael ut supra. Quæst. 65. tractat. 2.

25 Sacerdotem percutere sibi pectus cum dicit confessionem, sign. exemplum Euangelici Publicani, qui percutiebat pectus dicens: Propitius esto mihi peccatori. vel per tria quæ sunt in percussione ictus, sonus & tactus, sign. tria, quæ in uera pœnitentia sunt necessaria, scilicet cordis contritionem, oris confessionem, & operis satisfactionem, quia in tribus peccamus, corde ore & opere. Michael ut supra. Quæst. 66. tractat. 2.

26 Sacerdotem in confessione iungere manus, significat deuotionis indicationem, uel significat omnium bonorum unitatem & coniunctionem a Deo fluentium. Michael ut supra. 67. Quæst. tract. 2.

27 Sacerdotis ingressus ad altare, signific. Christi Domini ingressum in hunc mundum. Rupertus libro primo capitulo 28. de diuin. offic. & Michael ut supra. Quæstione 68. tractat. 2.

28 Sacerdotem ponere thus in thuribulo & thurificare altare, sign. illud quod agebat Sacerdos legalis, quando ferebat sanguinem & carbones cum thymiamate, ut est Exod. 40. vel sig. illud Apocalyps. 8. quando Angelus stetit ante altare habens thuribulum aureum in manu sua &c. vel sign. Christum Dominum, qui in conspectu Ecclesiæ habet thuribulum aureum, id est corpus suum immaculatum plenum igne charitatis, & dantur ei a fidelibus multa incensa, id est multæ orationes ut ea patri offerat. Michael ut supra. Quæstione 70 tractat. 2.

29 Sacerdotem depromere thus ex acerra, sign. fideles debere per orationes ex hoc mundi mare ad cœlestem patriam satagere nauigare, Michael ut supra. Quæst. 71. tractat. 2. & Durand. lib. 4. cap. 8.

30 Sacerdotem thurificare altare, signif. ipsum Sa-

cerdotem rogare Deum, ut sua & populi oratio tanquam incensum ad Deum sursum ascendat. Michael ut supra. Quæst. 72. tract. 2.

31 Sacerdotem non solemniter celebrantem non thurificare, sed thurificationis loco osculari reliquias sanctorum si adsint, & dicere: Oramus te Domine per merita sanctorum &c. sig. Sacerdotem petere suffragia sanctorum, quasi ex se indignus sit. Michael Timotheus in missę sacrif. Quæst. 73. tract. 2.

32 Sacerdotem osculari altare post osculatas reliquias sanctorum sign. Christi Domini pacificationem cum Iudæis. Nam osculum est signum pacis. reliquiæ sign. Ecclesiam, & altare sign. Iudæos. Michael ut supra. Quæstione 74. tractat. 2.

33 Sacerdotem in Missa post osculationem altaris, ire ad dexterum cornu sign. Christum Dominum prius uenisse ad Iudæos, & eis prędicasse & postea ad gentiles. Nam altaris pars dextera sign. Iudæos propter cultum veri Dei, & sinistra sign. gentiles propter idola. Vel.

34 Sacerdotem transire ad dexteram altaris signif. gẽtiles in uirtute sanctissimi sacrificij transijsse ad dexterã Dei in Ecclesiam, & militantẽ, & in triumphantem. Michael ut supra. Quęstio. 75. tractat. 2.

35 Sacerdotem aperire missale, ut celebret a parte dextera altaris sign. Christum D. in primitiua Ecclesia, & docuisse, & prędicasse reuelans scripturæ mysteria. Michael ut supra. Quæst. 76. tractat. 2.

36 Sacerdotem perfundere sibi digitos communione facta, & perfusionẽ sumere, sig. indignũ esse quidquam sanctissimi sacramenti remanere, ne in stomacum pertranseat. Vel illa sumptio fit in dextro altaris cornu, ut signifi. dexteram esse parauorem, & sinistram significare aduersitatem, & quia plus peccatur in prosperis, quã aduersis, ideo sumitur in dextro cornu, ut significet opus esse ablutione, plus in prosperis quam in aduersis. uel sign. ablutionem Pilati ob Iudæos, quos sign. latus dextrum altaris. Michael ut supra. Quæst. 7. tract. 6.

37 Sacerdotis ablutio trina in missa in principio in medio & in fine missæ, sign. mundationem cogitationis locutionis & actionis. Michael Timotheus de sacrif. missæ. Quæst. 8. tract. 6. uel sign. purgationem peccati originalis, venialis, & mortalis. Vel

38 Sacerdotem lauare digito in fine missæ, sig. indignum esse eos digitos qui diuina attrectarunt, eodem modo, & temporalia sine ablutione tangere. Michael ut supra.

39 Sacerdotem ire a sinistro altaris cornu ad dextrũ ubi incępta fuit missa, sign. fidem & Euangelij prædicationẽ, prius Hebræis quos sig. dextra, fuisse prædicatam, & postea populo gentili, quem sig. altaris sinistrum cornu, & ideo in fine missæ sacerdos a sinistro ad dextrum procedit, ut sign. in fine temporum, a Gentilibus ad Iudæos fidem Euangelij fore prædicãdam. Michael ut sup. Quæst. 8. tract. 6.

40 Sacerdotis ornamenta potissima fuisse pectorale & Ephod, sign. sacerdotem non solum una, sed etiam vestimentis totum cœlestium exercitu debere præsentare Deo totam familiam Israeliticam, quæ erat ex 12. tribubus, quas sign. 12. lapides præciosi, qui in Ephod & superhumerali figebantur, quæ familia debebat esse ornata ex 12. virtutibus & numinibus, quæ sign. illi lapides, & ideo sacerdos cum illis 12. lapidibus ingrediebatur in tabernaculum vt hauriret influxum supramundanum, ut illi lapides hauriebant influxus cœlestes. F.G.P. 144. tom. 2.

41 Sacerdotem portare in pectore illustrationes & immunitatem a macula nullum fuisse, sig. sacerdotem illustratum oportere in lege Dei, & oportere eum immunem & purum esse ab omni labe. F.G.P. 150. t. 2. & lege Archangelum Burgonouensem in dogmate Cabalist. 1.

42 Sacerdotem oportere portare in fronte laminã auream in qua erat scriptum nomen magnum Dei quadriliterum; quæ lamina dicebatur Ziz Zahab, & ligabatur Pontifici vitta hiacinthina, sig. sacerdotẽ ingredi ad sacra in nomine Dei, a quo uenit omnis influxus & propitiatio. F.G.P. 151. t. 2. lege Burgon. in primu dogma Cab.

43 Sacerdotis pallium habuisse 72. Malugranata sign. illum sacerdotem solum in mundo legalẽ & legitimum esse, qui solus posset rogare non solum pro populo suo Hebræo, sed pro omnibus populis mundi quos sig. illa 72. malogranata: quorum grana, sign. populum vnum distinctũ ab alio per uarietatem idiomatis, fuisse ueto in fimbria palei, sign. primo pro populo Hebræo, cuius nomina habebat in pectore, & supra humeros, sacerdotem orare. postremo uero pro populis, qui nondum erant scripti in libro vitæ. F.G.P. 152. t. 2. Burgonouensis in dogma primum Cabalisticum.

44 Sacerdotem habere in fimbria palij 72. tintinabula alternatim cum 72. malogranatis, sign. sacerdotem Hebræum debere excitare 72. principes 72. populorum ut susciperent ea quæ superarunt ex influxibus populo Israelitico datis, & hoc sig. Christum D. N. saluaturum omnes populos. F.G.P. 153. t. 2.

45 Sacerdotes vngi oleo, sig. omnes debere vngi illo oleo, de quo dicitur, oleum effusum nomen tuum. & quo omnes vngimur in sacerdotes regales, & de quo vnctus est Christus prę participibus suis. F.G.P. 154. t. 2.

46 Sacerdoti debere causas deferri in utroque Testamento iussum esse, sig. sacerdotem medium esse inter Deum & hominem, vel sig. illum gerere uicem Dei in terris, vel sig. illũ maiore dignitate fulgere, uel sig. illum tenere locũ superiorem in corpore mystico, correspondentem Nessamah, anima enim sensualis sig. populũ, & anima rationalis sig. leuitas, & Nessamah, sig. sacerdotes & ideo ad mentẽ intellectũ omnia in hoĩe interiore reducẽda sunt. F.G.p. 156. t. 2.

47 Sacerdotẽ ingredi in sanctũ sanctorũ, ut procuraret propitiationẽ populo die 10. mensis 7. in quo clangeretur tubis ois ieiunaret, & abstineret ab

ab opere seruili, sign. in eo die fieri remissionē omnium peccatorum, uel pœnam pro eis debitarum, etiam in anima a corpore soluta. F.G. P. 157. tom. 2.

48 Sacerdotum expellentium Regem Oziam de templo festinatio, ut est Paralip. 26. sign. solici tam correctionem Prælatorum sine acceptione personarum. Lauretus in uerbo accelerare.

49 Sacerdotes 365. iuuenes quos Persæ sacrarant igni Deo suo, sign. 365. dies, quibus solaris annus conficitur. Valer. 13 t.B.

50 Sacerdotes lauari solitos esse antequam sacris uestibus induerentur, ut est Exod. 29. signif. non esse promouendos ad sacerdotium, nisi qui prius per baptismum & pœnitentiam mundati essent a peccato. Lauret. in uerbo abluere.

51 Sacerdos expians sanctuarium, ut est Leuit. 16. sign. Christum D. mundantem Ecclesiam per Sacramenta. Glossa interlin. supra Leuit. 16. & Lauret. ut supra idem, sign. homo lauans corpus suum, cum parat offerre caprum emissarium. Idem, sig. ille qui comburit carnes vituli. & Iudith lauans corpus suum sign. idem.

52 Sacerdos unus qui tollit pugillum plenum similæ, & olei ac totum thus, quod ponit super altarem odorem suauissimum Domino. ut est Leuit. 2. signif. Christum Dominum nostrum redemptorem unum esse. Lauretus in uerbo unitas in append. ce Numerorum.

53 Sacerdotalis pars una, de qua habetur 1. Reg. cap. 2. & una mensura omnium thalamorum Templi sign. unam fidem omnium fidelium, tam præcedentium quam sequentium aduentum Christi Domini nostri, vel sign. unum præmium essentiale, quod dabitur omnibus beatis quod est fœlicitas. Lauret. in uerbo unitas in Appendice Numerorum.

54 Sacerdos suscipiens agnum a leproso, aut duos hircos a populo, ut est Leuit. 14. & 16. signifi. Christum acceptantem pœnitentiam. Lauret. in uerbo accipere.

55 Sacerdotem non habere uxorem uiduam sign. Sacerdotem non debere accipere Synagogam. D. Hieron. in Ezech. 44.

56 Sacerdotem non debere accipere in vxorem repudiatam, uel eiectam sign. sacerdotem debere abesse a doctrina heretica.

57 Sacerdotem debere accipere uxorem uirginem, sign. Sacerdotem debere accipere ueritatem.

58 Sacerdotem non debere accipere uxorem uiduam, nisi sit uidua a sacerdotis, sig. sacerdotē debere accipere doctrinam ab aliquo doctore relictam. D. Hieron. in Ezech. 44. & Lauretus in uerbo accipere.

59 Sacerdotem a loco, in quo uestes sacras induit, in publicum procedere, sign. Christum Dominum ex utero Beatissimæ Virginis procedentem in mundum uenire. Gulielmus Durandus lib. 1. cap. 1. Ration.

60 Sacerdotes puerum tullere, ui ab imolantibus carnes antequam coquerētur, ut est 1. Reg. 2. sig. Iudęos conantes & cogentes auferre nouam fidem Christi D. a fidelibus, antequam in ...

ea firmarentur, sign. etiam sacerdotum gulam & rapacitatem. Lauret. in uerbo accipere.

61 Sacerdotum corona quam efficiunt capiti abraso. Et quam nostrates dicunt clericam, sig. depositionem omnium curarum secularium. Choulus. fol. 223. teste Hieronymo sancto, & sign. etiam coronam cœli.

62 Sacerdotis manus apposita ad os sig. silentium. Choulus. f. 223.

64 Sacerdos infundens molam & uinum in frontem uictimæ sign. eam dignitatem. Choulus. fol. 229.

64 Sacerdotes Aegyptios ostendere bouem Apim in ueste pulla, sed byssina Deæ Isidi lugenti. idque per dies quatuor post decimam sextam mensis Athyr, qui est Nouember, sign. terram Aegypti mœstam existere ob causas quatuor, quarum prima est quod Nilus decedat. Secunda quod boreales flatus reijciantur ab australibus. Tertia quod dies a nocte, & lux vincatur a tenebris. Quarta quod terra & plantæ denudentur, & in dec decimo nono eiusdem mensis.

65 Sacerdotes stolati noctu ad mare descendentes, & sacram cistam efferentes arculam auream intus continentem, inquam infundunt aquam poculentam. qua infusa populus astans exclamat quasi Osiride inuento, quem aqua sig. mox aquæ illi infundunt glebam fœcundam, ingerentes aromata ac pretiosa suffimenta, ex qua aqua & gleba, & suffimentis & aromatibus effingunt Lunæ simulachrum, quod stola exornant, atque in medium proferunt, quibus rebus sign. suos deos esse aquæ & terræ substantiam. quos uocant Osiridem & Isidem. Celius Calcagninus de rebus Aegyptiis.

66 Sacerdotes Dagon non calcare super limen Templi eius, ut est 1. Regum 5. significat homines non resistentes malis suggestionibus, nec prauis operibus. Diuus Gregorius 1. Reg. 5.

67 Sacerdotes fœminas apud Cimbros albis uestibus uestiri solitas, sign. se puras & Deo despon satas esse debere. color enim albus sig. purum, & ab omni macula immunem. Goropius lib. 4. Hermath. f. 87.

68 Sacerdotes gentiles per undecim dies non fecisse sacra Diis superis, & ignes non accendisse, & eo tempore nobiles non ornasse seipsos, & nuptas a uiris secubasse, & dixisse umbras errare & silicernio pasci, ut est in Fastis apud Ouid. lib. 2. sig. vndenarium numerū esse maxime infensum. Petr. Bong. cap. de vndenario. f. 19.

69 Sacerdotum in consecratione pollicem manus dexteræ & pedis dexteri hostiæ sanguine illini, sig. dexteras partes indicare ope ra bona, & sinistras sig. opera praua. Valer. f. 257.

70 Sacerdotes sacris absolutis se uersus dextram conuertere solitos esse, ac deinde manum dexteram ori applicare ad eum modum, ut index pollici recto insideret, manum desteram ori applicare, sign. orationi, precibus, ac uotis operationem respondere debere, nec uota

citra laborem, nec laborem citra uota quicquam profuturum. v. manum dexteram ori applicari solere. numero 152. Quod vero index pollici recto insideret, sign. crucem vnicam esse humanae salutis anchoram, & omnes caerimonias ad crucem referendas, & frustra fieri sacra & orationes nisi sanctissimo crucis Charactere obsignentur. Goropius in Hieroglyph. lib. 5. f. 79.

71 Sacerdotes antiquos solere in sacris tertiam libationem Ioui seruatori praecipue consecrare sign. principia media & fines omnium sub Iouis prouidentia disponi atque seruari. Ficinus in Charmide.

72 Sacerdotes 7. qui cum septem suis tubis praeibãt exercitum in circuendo Hiericum per dies sex clangentes tubis semel in die, sed in septimo die septies circumeuntes Hiericum, & septies clangendo cum tubis in septimo circuitu, & in septimo clangore illius septimo die muros Hierici abiecerunt in terram, sign. septem Angelos cum septem tubis quae datae sunt eis, de quibus in Apocalypsi. sed & illi 7. Sacerdotes & illi septem Angeli sign. doctores Testamenti noui, qui sunt in populo praecones veritatis. Ioachim in Apocalypsi, folio centesimo uigesimo tertio.

73 Sacerdotum quod erant assumpturi Sacerdotes noui, & Leuitae iuxta Isai. cap. vltimo, sign. Sacerdotium vetus Hebraeorum fuisse mutandum in Sacerdotium nostrum. Franciscus Georgius Problem. 450. t. 3.

1 SACCO vestiri apud antiquos in dominorũ morte sig. per uilissimum illud indumentum ostendere, quam uilis fuerit vita etiam magnorum principum. cum omnis humana & corporea uita morte concludatur. vel sig. vt humiles ac supplices veniam & misericordiam pro defuncto imperrarent. Franciscus Georg. Problem. 140. t. 6.

2 Saccus apud Hebraeos fiebat uestis in summo luctu, & sign. supremam moestitiam & calamitatem, qua quis tum esset oppressus. Et vestis ex sacco siue cilicio factae discissio, sig. laetitiam. Valer. lib. 40. f. 297.

3 Sacculum non habendum esse, sign. in hac vitae peregrinatione minime thesaurizandum esse, Valerianus libro quadragesimo, folio 299. v. Pera.

4 Saccum uel cilicium ascendere faciam super omne dorsum, & super omne caput depilationem uel caluitium, vt est Amos cap. 8. signific. quod in aduentu Domini nostri Iesu Christi, quando Sanedrim expulsi sunt de loco Garizit ab Herode Ascalonita, scilicet quando unus & septuaginta Iudices Hebraei primam fuerunt potestate iudicandi de uita hominis, ipsi Iudices uestierunt se cilicio uel sacco, & decaluauerunt capita sua in indicium doloris, quod uidebant tempus esse aduentus Messiae, & tamẽ non credebant eum uenisse. Galatinus lib. 4. cap. 6. qui Iudices licet non haberent omnimodam illam potestatem attamen talem qualem, ut aiunt authoritatem tenebant quam totam ob Christi mortem amiserũt. quinimo ut ego arbitror illi Iudices qui tunc temporis iudicabant, erant ex substitutis ab Herode, & non per Sanedrim electi, licet quodammodo ad instar Sanedrim viderentur.

4 Sacculum peram & calciamenta non portare, ut est Lucae 10. sign. virũ Christianũ exponendum esse omnibus periculis. Gouschel. lib. 3. Elocut. sacr. script.

6 Saccus sign. vestem prophetalem & cilicium, & sign. habitum lugubrem, moerorem, & moestitiam, ut est. Isai. 50. induam coelos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. Gouschel. lib. 2.

7 Saccus & cinis sign. poenitentiam, ut est Iob 16. saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Gouschelius libro sexto.

8 Sacculum peram & calciamenta prohibita Apostolis, ut est Lucae 10. Sacculus sign. sapientiae occultationem quam prohibet Dominus, vult enim sapientiam non occultari, sicut pecunia in sacculo, pecunia enim sig. sapientiam & sacculus occultationem. vnde Eccles. 41. Sapientia abscondita, & thesaurus occultus, quae utilitas est utriusque? pera uero significe. saeculi onera. & calciamenta sig. mortuorum operum exempla. Diuus Gregorius in Euangel. Hom. 17.

9 Saccus uox quae prouenit a prima lingua tam in Latina quam in Graeca & Hebraea, nec credendum est, id euenisse citra mysterium. Nam sac in prima lingua notat res aestimatu dignas colligere ac in unam sarcinam componere, cuius uox contraria est cas. quae signat eximere rem aliquam ex illorum numero, quas conseruandas iudicamus, utpote non aestimatu dignam. unde prouenit illud cessar & casser: sed quoniam quae existimatu digna sunt pertinent, uel ad bona corporis, uel ad bona animi. si pertinent ad bona corporis, sac cum uocali breui pronunciatur, ut sign. in colligendis & sarcinandis rebus ad corporis usum pertinentibus breui immorandum esse, ut pote caducis & terrenis. Si uero spectant ad animi bona, tunc Sac profertur uocali longa, ut significn. his in quibus animi bona, & uera hominis beatitudo consistit, & longo & diuturno tempore commorandum. Goropius in Saxonicis. f. 578. & 579.

10 Sacella in triuiis, uel quadriuiis erecta, signifi. in triuiis & quadriuiis libenter morari malos spiritus, & ideo ibi erigenda sacella uel cruces quibus illae malae potestates arceantur. aiunt enim eos delectari illis locis, ubi in nocte plurimi conuenire solent, & sibi inuicem obuiam fieri. Franciscus Georgius Problem. 198. tom. 6.

1 In SACRIS non opus esse mente & curiosiore perscrutatione nimis ascendere, ad quaerendas sacrificiorum rationes. v. Altare 27.

2 Sacramenta Ecclesiastica. v. Altare. 12.

3 Sacrarium

3 Sacrarium in Ecclesia materiali, locus in quo sacerdos Sacras vestes induit, sign. D. Mariæ Sacratissimum vterum, in quo Christus D. Se sacra veste carnis induit. Gulielmus Durand. lib. 1. cap. 1. Rationalis.

1 SACRIFICIVM quod fiebat agno in mane sig. gratiam misericordiæ, & pietatis compará dam a tribunali in austro locato. v. Archangelum Burgonouensis in cabalisticis dogmate primo.

2 Sacrificium quod fiebat agno in vespere, signifi. placandos esse accusatores coram tribunali iustitiæ comparentes, qui incircumcisos accusabant tamquam reos culpa originali non dum expiata. v. Archangelum Burgonouensem, in Cabalisticis dogmate primo.

4 De Sacrificij salutaris carnibus non relinquendum quicquam in matutinum, ut est leuitici, sig. ne uitam nostram deprehendi sinamus imperfectam eo scilicet tempore, quo intercipiatur agendi facultas, quippe ubi misericordiæ opus nullum cuiuspiam alterius virtutis aggredi poteris vel exercere. Valer. f. 332.

4 Sacrificia facta oriente sole sig. deos quibus Sacra fiebant, esse cælestes, sicuti sacrificia facta sole occidente, signifi. Deos quibus fiebant sacra, esse Deos inferos. Calixeus Rhodius, & Natalis comes in mythol. fo. 11.

5 In Sacrificijs strophe, & antistrophe moduli adhiberi soliti. strophe enim, signifi. primum motum huius vniuersi, & Antistrophe, sign. proprias singulorum planetarum motiones. Natalis Comes fol. 14.

6 Sacrificiorum mensuram inter filios Aaron æquam diuidi, ut est Leuit. 7. sig. Deum æque acceptare bonum animi affectum pauperis, ac diuitis, simplicis ac sapientis. Glossæ interlin supra. Leuit. 7. & Lauretus in uerbo abijcere.

7 Sacrificium altaris in Ecclesia, sig. votum cordis & hoc secundum Gulielmum Durandū lib. 1. cap. 1. Rationalis. Sed secundum Richardum de Sancto Victore Sanctuarium, sig. Ordinē Virginum, sicuti Chorus sig. continentes, & Ecclesiæ reliquum corpus, sign. coniugatos. Durandus ut sup.

8 In Sacrificijs antiquos cucurisse circum aras, & initium cursu fecisse a læua dextrorsum, sign. se imitari Zodiacum cuius motio fit mundo diuiersa ad exortum vergens, & mox eosdem antiquos a dextris leuorsum rursus circum easdem aras recurisse, & tunc sign. se quoque imitari motum cœli, qui fit ab oriente in occasum. Rhodig. lib. 1. cap. 9.

9 Sacrificium laudis imolare Deo, ut est psal. 49. imola Deo Sacrificium laudis &c. sig. segregare se a terrenis uitijs, & mori mundo, ut hostia fiat Christo. Gouschelius lib. 3. Elocutio. Sacr. Scrip.

10 Sacrificiū, & holocaustū fieri apud filios Israel solitum, quod Holab uocabatur, sign. illud offerri pro peccatis, si esset sacrificium quod dicebatur assam. sig. culpam dimitti. si uero esset sacrificium dictum selamini, sign. pacem per illud cum superis faciendam, si esset sacrificium segagah sig. errorem talem dimissum, si esset sacrificium vespertinum sign. conciliandos esse eos, qui erant a sinistris, si esset matutinum, sign. conciliandum fauorem ab ijs, qui sunt a dextris, & alia de quibus suo loco. F. G. p. 189. to. 2.

11 Sacrificium offerentem excerebrare canem iuxta illud Isaię 66. sign. Deum tunc renuisse sacrificia, quæ fiebant a populo Hebræo cum voluisset deus, unum Christum D. N. omnia redigere. Franciscus Georgius problema. 279. to. 3.

12 Sacrificium iuxta Platonem Dijs, Deorum filijs atque dæmonibus sig. nos debere uobis conciliare Dæmones puros, ut ipsi nos concilient Deorum filijs, & illi concilient nos deos, & illos nobis reddant propitios, ut ipsi Dei efficiāt nos paratiores ad summi Dei munera: sic. n. antiquitas colebat. prius propinquiores, ut gradatim ad remotiora numina perueniret. Ficini T. de legibus Platonis.

13 Sacrificandi peritiam esse necessariam exeuntibus de Aegypto secularis & mundanæ conuersationis. v. Aaron. 29.

1 SACRIPANS impeditus ne Angelica potiretur. sig. spem nostram deludi, quando speramus vota nostra complere. Ariosti cant. 1. Clemens Valuasorus.

2 Sacripans inermis & solus contendens cum Rodomonte armato & fortissimo. sign. prudentem agilitatem multum ualere ad defensionē. Ariosti cantu 27. Clemens Valuas.

1 SACTIN apud Chimistas sign. vitriolum. Ioannes Garland.

1 SADAI quod interpretatur qui sufficit, qui sufficiens est, uel qui est sufficientia. Soli Deo conuenit, vnde sign. Messiam, iuxta illud Iob cap. 33. Spiritus Dei fecit me, & anima Sadai uiuificauit me. vbi patet Iob locutum fuisse de Messia, cum neque Pater, neque Spiritus Sanctus. habeant animam, sed solus Filius, qui eam sibi in Messia vniuit. Galatinus libr. 3. cap. 12.

2 Sadai nomen Dei scriptum tribus duntaxat litteris, & quæ singulæ sunt triangulatæ. sig. summum Deum esse unum & trinum, scim enim habet tres ramos, & interpretatur Ebur, ex quo facta fuit sedes Salomonis, quæ uocabatur sedes Dei. Daleth secunda littera est triangulata, & interpretatur hostium, uel porta. ut sign. neminem posse ingredi ad credendum Deum esse trinum & unum, nisi per medium ipsius Dei. Iod habet tres angulos, & interpretatur manus siue potentia Dei, quæ est ipse filius, unde sign. ipsum Dei filium. & Hebræi uocant has tres literas, tres coronas. & Sadai est unum ex tribus nominibus Dei, quæ scribūtur in lingua sancta, tribus tantum literis, & est primum, secundum est zur, & tertium e Ioha. de quibus uide suo loco. Raphael Aquilinus in primo tract. f. 27.

1 SADOCH sign. Christum D.N. iuxta illud traditus est iustus pro toiustis. Sadoch enim interpretatur iustus. Remig. in Math. cap. t.

2 Sadoch, sequi Azor. signif. illum qui adiuuatur ad bene operandum fieri iustum. Sadoch.. enim interpretatur iustus. Raban. in Math. cap. 1.

1 SAGITTAE Domini quarum indignatio ebibit spiritum Iob, ut est Iob 6. sign. tribulationes quas diabolus Deo permittente in eum intulit. Sagittæ Domini aliquando sunt bonę aliquando malæ. bonæ ut est illud Isaiæ 49. posuit me quasi sagittam electam. malæ ut illud psal. 143. Emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Fr. Geor. probl. 160. t. 5.

2 Sagitta quæ habeat tres aues simul transfixas, quod euenit Godefrido Bullonieñ apud Turrim dauidicam quasi portentum Regni Hierosolimitani, ob illius uirtutem ei obuenturi, in memoriam tantæ rei, auitæ nobilitatis Lotaringiæ est Symbolum. & sign. memoriam uirtutis Godefridi, & autoramentum Regiæ suæ, & Hierosolimitanæ creationis. Paradin. in Symbolis Heroicis f. 40. Habet titulum.

Dederit me uiam casusue Deusue.

7 Sagittæ iuxta illud quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, sig. dolores illos, quos habemus de rebus male actis quibus cor conscientia stimulatur, & pungitur. Valer. f. 309.

4 Sagittæ sig. uelocitatem unde Vergilius in præmium illius, qui cursu velociore alios superasset, post equum fecit pharetram plenam sagittis amazoniam. Valerian. f. 309.

5 Sagittæ iuxta illud sicut sagittæ in manu potentis &c. sign. Apostolos, qui orbem terræ uolatu pernicissimo peragrãtes doctrina sua mortalium, qui non dum Deum norant, corda penetrarunt. Valer. fol. 309. qui Apostoli dicti quoque sunt filij excussorum, idest prophetarum excussi enim. sig. Prophetas.

6 Sagittæ signific. uerba diuina. Valerianus fo. 309.

7 Sagittę duæ parallelari positu iacentes, quarum cuspides altera ad alterius pinnas vicissim cõuertantur, sign. præsentaneam contrarietatem. Valer. fol. 310.

7 Sagittæ numis cusæ, sig. persarum gentem, siue eius gentis potentiam late diffusam. Darius enim sagittas numis impressit.

9 Sagittæ ab Apolline in Græcos immissę, ut est apud Homerum, sign. pestilentiam. Vnde & diui Sebastiani sagittæ sig. pestilentiam contra quam D. Illius tutelarem opem imploramus a D.N.I.Ch. Valer. fol. 310.

10 Sagittæ cuspidis signum hoc modo factum, sig. damnationem. Vel apud grammaticos, sig. illum uersum esse explodendum siue submouendum, ubi id signum fuerit. Valerianus fol. 310.

11 Sagittæ apollinis sig. solis radios aliquando nocere. Erizzus fol. 650.

12 Sagittas acuere, ut est psal. 44. sig. Verba Dei parare, quæ penetrant corda hominum. Lauret. in uerbo acuere.

13 Sagittas acui a Christo D. sign. Discipulos ad prædicandum ab eo dispont. Lauretus ut supra.

14 Sagittæ acutæ potentis, ut est psal. 119. sig. penitentiam cum oratione, & Ieiunio. sign. etiam Charitatis uim, & authoritates Scripturæ Sacræ. Lauret. ut sup.

15 Sagitta ut est psal. 44. sagittæ tuæ acutæ potentissimæ sig. verba prædicationis, & sententias animaduersionis. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacr. ut est 4. Reg. 13. Iace sagittam, & iecit, & ait Eliseus sagittam salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam.

16 Sagittas apponi cum carbonibus dessolatorijs, ut est psal. 119. sig. Dei uerba, & exempla sanctorum proponi. Gloss. Ord. psal. 119.

17 Sagittas Domini ebibere spiritum hominis, ut est Iob. 6. sig. Domini sententias emollire duritiem peccatoris D. Greg. 7. mor. 3.

18 Sagittare in occultis immaculatũ, ut est psalmo 3. signif. enim opprimere ignorantem, & improuisum Hilar. psal. 63.

1 SAGVM sign. bellum sicuti toga sign. pacem: nam milites sago vtebantur, ut pote expeditiore indumento ad itinera & negocia. Valeria. fol. 295.

2 Sagorum Tabernaculi ęquam fuisse mensuram ut est Exod. 26. sig. in omnibus studiosis uirtutum paritatem esse debere, ut non in una se exerceant aliam uero negligant. Vel sign. unã fidem in qua tota saluatur Ecclesia. Vel significat vnam uitam æternam ad quam festinant omnes. Rupertus, & Gloss. Ordin. in Exod. 26.

3 Saga cilicina fuisse vndecim super Tabernaculo ut est Exod. 26. sig. homines memores esse debere se legis mandatorum Dei esse trangressores, & nisi eos pæniteat, fore ad sinistram constituẽdos, cilicia enim fiebant ex pilis caprarũ, & hędorũ, qui pro peccato offerebantur. vnde in cilicio est memoria peccatorum, & in undenario numero est admonitio transgressionis. Petrus Bongus in cap. vndenarij. v. Vndenarius.

1 SALIS Iuramentum, & pactum per nomen Dei: nam Malach, quæ vox interpretatur Sol: continet numerum septuagintaocto, qui numerus in omnibus & singulis suis partibus sign. aliquod nomen Dei: nam si in duas partes diuidatur, facit bis trigintanouem, quos importat euzu, quæ vox sign. vaginam nominis magni Dei, si diuidatur in tres partes reddit ter viginti sex, qui est numerus ipsius tetragrammi, diuisus in sex partes reddit tredecim, qui est numerus mensurarum pietatis: si diuidatur in tredecim partes, reddit sex qui est numerus ו uau literæ, quæ est littera uitæ supernæ, & importat sex numerum primo perfectum, si diuidatur in triginta nouem, dat numerum 2. quem sign. ב Bet littera, quæ est domus Idearum, & signif. verbum Dei. si diuidatur in 78. quælibet pars, sign. unum Deum.

Fran. Georg. probl. 26 tom. 6.

2 Sal apud pythagoreos sig. moderamen in actionibus vnde illud neque sal, neque statera intrãt uiam publicam. v. statera.

3 Sal de sacrificio auferre ut est Leuit. 2. sig. offerre ignotanter aut indiscrete. Lauret. in verbo auferre.

4 Sal bonum, ut est Marc. 9. & Lucæ 14. significat doctrinam sacram. Lauretus in verbo bonum.

5 Salis pugillus & phallus qui tradebantur ijs qui in Veneris Marinæ sacris intrabant significat uoluptatem generationis, & numus qui offerebatur Deæ ab ijs qui initiabantur, sign. munera quæ tradunt amatores amicæ. Clemens Alexandrin. in adhoratoria ad Gentes.

6 Salis vsus in mensa interdictus Sacerdotibus Aegyptijs. sign. salem Typhonis spumam esse, & ideo ab eis ut pote malum quid reijci neque solum salem, sed mare & nautas & pisces marinos ob Typhonem auersari. Typhon enim significat mare. Cælius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

7 Sal apponendum Symbolum pythagoricum, sig. prudentiam in omni uita excolendam esse. Iulius Iacobonius in Epistolam ad Donatum Cæsium Cardinalem.

8 sine Sale prohibitum fieri sacra. sign. non faciendum sacra sine diuino fauore & influxu. sine quo omnis nostra operatio est pedibus clauda. Franciscus Georgius probl. 296. tom. 2.

9 Salis pactum iussum esse sempiternum. significat pactum Dei, quod est inter ipsum & nos, semper duraturum, & semper seruandum, uti est pactum Baptismi inter Christum D.N. & nos. Nam sal sign. Deum, quòd Malach, quæ vox sign. salem. sit talis ut si per numeros & computationem numerorum diuidentium. computetur norma quadam, quãm Hebræi Ghilgul appellant, semper resultet aliquod nomen diuinum. Franciscus Georgius proble. 297. tom. 2.

10 Sal sign. discretionem, & hac de causa nullum fiebat sacrificium sine sale. quod sign. sacrificium non placere Deo, nisi fuerit cum discretione factum. Gouschel. libr. 3. Elocution. Sacr. Script.

11 Sal ut est Colloss. 4. sermo uester sit sale conditus, ut possit respondere. sign. verbum Dei. Gouschel. lib. 6.

12 Sal qui inditur in os pueri dum baptizatur, cui dicitur accipe salem sapientiæ. sign. hominis conseruationem atque eius salem in sapientia consistere. Christiani hoc suo Symbolo precantur ut Deus sapientiam eis largiatur, cuius supremus apex est, ut Deum sapiant atque cognoscant, cuius solius intuitu homo conseruatur. Goropius in Saxonicis f. 650.

13 Salis pactum uocatum a Deo æternum. sig. sapientiam & uerbum patris incarnandum, quo homines seruandi essent, quod Deus promisit Adæ dum fore dixit, ut semen mulieris conculcaret caput draconis. pactum igitur illud, & fædus, quod Deus cum homine serpentis fraude decepto sanxit, sal sign. eo quòd illo solo perinde, atque sale quodã diuinitatis, hominem ab omni corruptione, cui per peccatum obnoxius erat, saluum redditurus esset. per sapientiam ergo Crucis suæ ab interitu nos liberaturus voluit Deus in omni sacrificio salis hãc tesseram adhiberi, ut signi. non e nobis, sed aliunde, ab eo nimirum, cui sacra fierent, cõseruationem corporis & animi hominum pendere, atque ab illo solo sapientiam nobis eam esse infundendam, qua salutem consequi possimus, eamque esse salem fæderis sempiterni. Goropius ut sup.

14 Salem degustari ab ijs, qui pactum conuentionemque aliquam sunt mituri. sign. se quæcunque dixerint pepigerintque esse seruaturos non alter atque si sale essent condita. Gorop. ut sup.

15 Sal signifi. nequitiam, quòd propter calorem sal irritare libidinem seminalemque vim expergefacere & acuere existimetur. Valer. f. 220. v. Venus 36.

16 Sal sign. Doctrinam Euangelicam. iuxta illud quidquid obtuleris sacrificij sale condies. & illud. nec auferes sal fœderis tui de sacrificio tuo. in omni oblatione offeres sal. Valerian. f. 220.

17 Sal iussum poni in sacrificio. sign. quodcunque uir fecerit, docuerit, correxerit in quacunque virtute fuerit, ad Apostolicã æmulationem atque imitationem se se accommodare debere. Valer. f. 220.

18 Sal sign. Apostolos iuxta illud D. N. I. Christ. vos estis sal terræ. quòd sicut omnis cibus ad nutrimentum aptus omnimodo sale conditur. ita omnis sermo vtilis ad iuuandum Apostolicæ sapientiæ necessarium habet condimentũ. Valer. f. 220.

19 Sal sign. amicitiam, quòd corpora solidiora facit, uel quòd ex multis & facilibus in unum quoddam & solidum coit, vt ex diuerso conuenientes in unum animi coalescant. Valer. f. 221.

20 Salem infatuatum conculcari, vt est Matth. 5. sign. hominem existentem in peccato fieri contemptibilem. D. August. 2. sermo Domini in monte.

21 Sal in mensa si casu euertatur aut dissipetur. videtur habere inauspicatum nescio quid, eo quòd videatur sign. eorum qui adsunt amicitiam & fidem non diu constituram, quia sal in prima lingua a conseruando dicitur, nec potest homo sine amicitia & fide cum alijs coniunctionem & uitam tueri, nam apud antiquos sal sign. amicitiam & fœdus. non tamen fides est adhibenda ijs, & similibus. Gorop. in saxonicis. f. 652.

22 Sal significat amicitiam, Choulus f. 228.

1 SALAMANDRA, apud Paracelsum dicitur etiam adech, & sign. apud Chimistas terram

ram rubeam, siue sulphur solis. sunt autem tria Adech edochiuus, qui sig. Mercurium philosophicum, & Aniadus de quo suo loco, & quartum quod in hæc tria vergit, & est Mercurius vulgi Leo Suauius in scolijs Paracelsi fol. 310. quæ quatuor tandem fiunt unum. V. Aniadus. vide post Salmandrini.

1 SALE apud Chimistas, sign. pulchrum. Ioannes Garlendius.

1 SALDINI apud Paracelsum, sign. ea chimica, quæ ad sales pertinent.

1 Salmadrini sign. ea quæ pertinent apud Chimicos ad elementum ignis, & Melosinæ sign. ea, quæ spectant ad elementum aeris. Leo Suauius in scholijs Paracelsi f. 309.

1 SALAMANDRA flammis incubans Francisci Gallarum regis Symbolum, signifi. Regem extinguere malos, & bonos nutrire. Paradinus in Symbolis Heroicis fol. 18. habet pro titulo Nutrio & extinguo.

2 Salamandra sign. milites, qui non creantur nisi cum bella & cædes ingruunt. Salamandra enim non nascitur nisi summa tempestate, & imbribus maximis. Costalius pegmate. 29.

3 Salamandra apud chimicos signifi. substantiam Mercurij per sublimationem mundatam, quæ rite ad fixionem peruenerit ita, ut igni videatur nutriri, & in eo perdurare. Tauladanus in animaduersione Braceschi fol. 65. vel signif. ipsum lapidem philosophicum, quia sicut Salamandra solo igne nutritur & uiuit, ita & lapis philosophicus. Auicenna in tractatulo capitulo 5.

4 Salamandra quæ est in medio flammæ accensæ ex reflexu radiorum solis, qui in speculum illos dirigit, cum verbis, intus ad omnem, signifi. hominem, qui demonstrat, & intus esse inclinatum ad omnem ardorem, & delectationem quæ proueniat ex musica ab Apolline in Accademiam infusa. Nam sol signifi. Apollinem, qui delectatur musis, & musica. Speculum, sig. Accademiam philarmonicam, & salamandra sig. ipsum hominem, qui delectatur in musica Accademiæ sicuti salamandra delectatur igne naturali, ut aiunt quadam inclinatione. Camillus Camillius in Insigni Marij Beuilaquæ.

5 Salamandra sign. hominem impeditum ab ignibus, & alijs cladibus, quæ per ignem fiunt, nulla tamen parte offensum. Valer. f. 119.

6 Salamandra sign. constantiam, quòd in medio igni, qui omnia domat, Salamandra constans existat. Valer. fol. 120.

7 Salamandra secundum aliquos sign. amatorem, sed errant iuxta Valeriani sententiam. Valer. fol. 120.

8 Salamandra itidem secundum aliquos sig. amoris nutrimentum, sed errant. Valerianus fol. 120.

9 Salamandra sign. omnium corruptorem, quod id animal si arborem ascendat omnia poma corrumpit. Valerianus fol. 120.

10 Salamandræ non quando hęc appellatio, sign. illud animal quadrupes, quod in igni uiuere dicitur, de quo supra actum est, sed quando sig. vnam ex quatuor speciebus illis spirituum habentium carnem, & sanguinem, ut homines, & uiuentium in elemento ignis aeris aquæ a terræ, qui alio nomine a neothericis philosophis dicuntur Vulcani, & ubi isti salamandræ siue Vulcani apparuerint sign. ibidem infinitas latere diuitias. V. Paracelsum tractatu de philosophia magna.

11 Salamandriea monstra siue homines scintillares si apparuerint alicubi, sign. illius loci ruinam, & uastationem. v. Paracelsum in tractatu de Philosophia magna.

Salamandra. V. Adech. 1.

1 SALATHIEL. sign. Christum Dominum Nostrum iuxta illud pater serua illos quos dedisti mihi. Salathiel enim interpretatur petitio mea deus. D. Thomas Matth. cap. 1.

2 Salathiel sequi Iechoniam, signific. preparatum Domini nō petere nisi ipsum Deum. Salathiel enim interpretatur petitio mea Deus. Rabanus Math. cap. 1.

4 Saliua qua Christus D. fecit lutum, & inunxit cæcum natum, signific. quasi verbum diuinum & terra, signific. carnem, & lauatin quam fecit cæcus, sigu. baptismum. D. August. lib. 50. homil. 43.

1 SALIX ab Homero uocata frugiperda, sig. Hedropotas abstemios parum frugiferos esse aut corpore aut animo, quòd fructum nullū proferat, apud aquas proueniat, uel quod salicis semen calorem naturalem extinguat, & nim perimat generandi, sign. Abstemium infructiferum sterilem, & sterilitatem. Alciatus Embl. 200. & Ioan. Baptista Caballarius in annotation. eiusdem Embl.

2 Salix sig. uincula, quòd ex ea plurimum fiunt Vincula.
Valerianus. fol. 382.

3 Salix sign. castitatem, vel quòd habeat Symbolum ligandi & coercendi, & qui castus est coercet, & modo quodam ligat cupiditatem, vel quòd salix amerina si lectis accubitisque imponatur, castitatem inducere creditur, vel quòd eius folia contrita, & pota intemperantiam libidinis frenent, & si sepius bibantur vsum libidinis in totum auferunt, ex quo Homerus uocauit illas salices ὠλεσίκαρπους, idest frugiperdas, quòd eius semen epotum facit ne conceptus subsequatur.
Valerians fol. 382.

4 Salicis frondes quas Hebræi in Tabernaculorū festo manibus tenent, sign. continentiam ab illis in operibus habendam esse, Valerian. fol. 383.

5 Saligna fax adhibita priapo Hortorum custodi sign. Veneris pruritum & impudicas cogitationes castitatis falce resecandas esse. Valerin. fol. 383.

6 Salix sig. sterilitatem, quòd eius semen infecunditatem mulieribus gignat.

Valer,

Valerianus fol.383.

7 Salix sign. otium iuxta illud in salicibus suspendimus organa nostra, propterea quòd sit infecunda, & sine ullo semine utili. Valerianus fol.383.

8 Salix integra, & adulta, sign. præmaturum incrementum adolescentiamque ante annos mira auctam proceritate, salix enim mira quadam celeritate crescit, unde a saliendo dicta est. Valerianus fo.383.

9 Salices quas decima quinta die septemb. Iudæi iubentur sumere de torrente, sign. orationes, & torrens, signific. lacrimas quæ ex pænitentia oriuntur, & salices de torrente sumere, sig. opus esse & Orationes, & lachrimas pænitendo misceri. vnde Esaias. sicut salices super præterfluentes aquas, alij uero dicunt qd torrens signif. præsentis uitæ cursum, & salices signific. Incommoda, quæ quotidie nobis ex improuiso ingruunt. Valerianus fol. 383.

10 Salices propter uiriditatem, signific. bonos, & & propter sterilitatem, signific. improbos uel potius reprobos. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacr.

1 SALMON sign. Christum D. N. quòd interpretatur sensibilis, iuxta illud ego sensi virtutem de me exisse.

Rabanus in Matth. cap. 1.

2 Salmon sequi post Naason in Geneologia Ch. D.N. si. quòd postquam aliquis studuit diuinæ scripturæ, fit sensibilis. Salmon enim interpretatur sensibilis, quòd discernat gustu. rationis qd bonum quid malum, quid dulce, & quid amarum. D. Thomas. in Matth. cap. 1.

1 SALOMONEM fuisse sapientissimum hominum sign. ipsum fuisse filium Bersabah, quæ interpretatur puteus septem, a quo influunt eis superiores influxus, quos ipse recipit, & est ultima mensura archetypa qua infunditur sapientia inferior quam Ecclesiana uocat filiam, cum superior, quę est Dei uerbum, in quo fabricatus est mundus, dicatur filius, inde est qd Salamon habuit sapientiam inferiorem, & Ch. D.N. ut homo habuit sapientiam superiorem. F.G.p.481.

2 Salomonem fabricasse templum ex his, quæ Dauid præparauerat ante, sign. illum non proprio ingenio & sapientia, sed secundum quod illi ostensum fuerat a patre Dauid templum condidisse, ut esset figura Tabernaculi, quod deus docuerat Moisem in monte. Franc. Georg. prob.484.

3 de Salomone dictum fuisse Dauidi & siquippiā inique gesserit arguā eum in uirga uirorum, sig. illum non æternis sed temporaneis correptum pœnis fuisse. Nam traditur est in interitum carnis ut Spiritu saluus fieret. fuit enim in dictione Asmodai, qui ipsum regno eiectū aliquot annos in desertum detinuit, ubi composuit Ecclesiasten. & dixit; fui rex in Hierusalem. in cuius loco Asmodai iura dabat. F.G. p.486.

4 Salomonem tam sapientem deceptum fuisse, ut ferunt sapientes ab Asmodai, qui dicitur Mammona Ammonimò, & Azael Principe malarum potestatum, sign. Salomonem uoluisse, ut aiunt cōstringere Principem tenebrarum per artem magicam utendo diuinis nominibus, & ea miscendo rebus creatis, sed cum errasset in opere, a diabolo captus est, & punitus a Deo permissus est, quoad daret debitas penas, dicunt secretiores Theologi eum fecisse foueam & implesse uino, & lacte, ut in ea deciperet & caperet Azazelem siue diabolum principem. Vinum sign. sapientiam rerum inferiorum, & lac sign. sapientiam rerum superiorum, in quibus existimabat decipere diabolum: sed ipse ab eo deceptus & captus est, regno priuatus, & detentus est per multos annos in deserto interim dante iura, & regente diabolo sub Salomonis effigie, quo ad Deo placuit, & ipse resipuit ab errore suo. Franc. Georg. problem. 487. & Archangelus Burgon. in 17. conclusione Cabalist. Pici.

5 Salomonis Reginæ multæ sign animas, quæ in hoc mundo se se bene rexerunt, & uicerunt maligna, concubinæ uero, sign. animas peccatrices, quæ penitentiam egerunt, & adolescentulæ multæ, sig. animas paruulorum, quæ innocentes cœlum ascendunt. Franciscus Georg. proble. 38. to. 5.

6 Salomonis unica columba, sign. Ecclesiam Deo summe charam. Franciscus Georgius proble mate 39. to. 5.

7 Salomon quòd interpretatur pacificus, sign. illū fuisse futurum in regno pacificum. D. Chriso. Matth. cap. 1.

8 Salomon sign. Christum D. N. de quo dictum est, ipse est pax nostra. Remigius in Matth. cap. 1.

9 Concubinæ Salomonis numero 80 signifi. illas animas, quæ post carnis delictum aut copulam cum summa animi deuotione ad Christum totis viribus conuertūtur, & numerus 80. sig. excellentiam contemplationis, quæ in amoris perfectione consistit, & hoc quia hic numerus pertinet ad perpetuam uitam. Ioachim Apocal. fol. 154.

10 Salomon pacificus filius Dauid, sign. quòd tunc aliquis sit pacificus, quando sedatis motibus illicitis, & quasi iam in æterna tranquillitate positus deo seruit, & alios ad eum conuertit. D. Thomas. in Matth. cap. 1.

11 Salomonis folium quod erat extructum ex ebore intus, & ex auro foris, & erat insignitum leūculis, sig. Ecclesiam Romanam, quæ intus habet contēplationis Dei sapientię, & foris hominum scientiam runlaniem. & habet principes terrenos, ut excessus corrigat, Ebur enim sig. sanctitatem, & aurum sign. doctrinam cælestem. leunculi sig. Principes fauentes Ecclesiæ. Abbas Ioachim in Gierem. f. 9.

12 Salomon proficiscens in Gabaon, ad sacrificandum, ut est 3. Reg. 3. sign. eleuationem animi ad sublimem perfectionem, ubi gratum offertur

tur Deo sacrificium. Lauretus in uerbo abire.

13 Salomonis Regni diruptio, ut est 3. Reg. 11. signif. schismata futura in Ecclesia. Lauret. in verbo abrumpere.

14 Salomon in armonica mundi concordantia.sig. D. Bernardum, & ipse D.Bernardus inuicem significat Salomonem. & ambo significãt Gabrielem, quòd canant epithalamia sposi & sponsæ. Georgius Venetus armoniac. folio 27.

15 Salomon iuxta illud cant. cantic. cap.3. exite filiæ Syon & uidete Regem nostrum Salomonem. signifi. Christum D.N. qui coronatus fuit a Sinagoga matre sua. Galatinus libr. 3. cap. 24.

16 Salomonis Reginæ 60. sign. illas felices animas quæ sustinentes agonem magni certaminis pro fide Christi palmam victoriã meruerunt. & numerus 60. sig. perfectionem laboris. Ioach. in Apoc. f. 154.

17 Salomonem fecisse sibi ferculum de lignis libani. & est Cantic. 3. sign. Christum Dominum delectatum Sanctis castitate candidatis. Gulielmus Durand. lib. 1. cap. 1. Rationalis v. ferculum Salomonis.

18 Salomon extruens sibi piscinas aquarum, & domos circa eas, vt est Eccles. 2. sign. hominem sibi voluptates parantem. Lauret. in uerbo ædificare.

19 Salomon admans mulieres alienas, ut est 3. Reg. 11. significat hominem amplectentem sectas diuinæ sapientiæ contrarias. Lauret. in uerbo amare.

20 Salomon adducens filiam Pharaonis in Ciuitatem Dauid, ut est 3. Reg. 3. sig. Christum D. adducentem Ecclesiam ex gentibus in cęlum. Liran. 3. Reg. 3.

21 Salomonis sapientiam præcedere sapientiam orientalium, ut est 3. Reg. 4. sig. Christi D. sapiẽtiam superare sapientiam Angelorum. Glos. inerlin 3. Reg. 4.

22 Salomon, Idida, Koheleth, idest Ecclesiastes, in sacris litteris sunt Synonima. Gouschelius lib. 1. Elocut.

23 Salomonis solij ascensus purpureus, ut est Cantic. 3. sig. Martirum in requiem cœlestem, per proprij sanguinis effusionem ascensum. Diu. Greg. in Cantic. 3. vel signifi. fidem passionis Christi D. Ruper. Cant. 3.

24 Salomon benedicens populo, vt est 3. Reg. 8. sign. Christum D. mittentem Spiritum S. Laur. in uerbo benedicere.

25 Salomonis sapientiam seruare ordinem disciplinarum. ut scilicet significet philosophiam absolutam. Nam prouerbia sign. Moralem, Ecclesiastes sign. Naturalem, & cantica canticorum sign. contemplatiuam. Petr. Bong. cap. de Ternario f. 99.

26 Salomonis adolescentulæ, quarum non est numerus. significat illas animas fideles, quæ quidem virtutem contemplationis ignorant, sed tamen, ut ad hoc tendere valeant, sub matrum Spiritualium disciplina laborant. Ioach. Apo. fol. 154.

1 SALTARE & superbire in Sacris litteris sunt Synonima. Gouschelius libro primo Elocut. Sacr.

2 Saltum munitum fuisse succisum, ut est Zacar. 11. sig. Iudæorum vastationem. Lauretus in uerbo abscindere.

3 Saltus, ut est Hose. 2. & ponam eam in saltum, sign. vastationem, qui sit rei testimonium. Gousch. lib. 2. Elocut. Sacr.

4 Salus auicula rostro excauans ulcera Asini, sign. hominem vlciscentẽ illatas filijs iniurias: nam nidulatur inter spineta, & Asinus cum habet vlcera, quæ illi pruriant, petit spineta, ibiquæ se scalpit, & sæpe atterit nidum, & pullos salii. quod postea uidens mater eo modo ulciscitur filios. Valer. f. 182.

5 Salus & florus aues auersæ sign. necessitudinis alicuius pertinaciter auersantem: nam istæ aui culæ adeo altera alteri auersatur, ut earum sanguis mixtus non coeat. Valerianus fol. 183. v. Florus 2.

1 Neminem SALVTANDVM in uia, iuxta D. N. I. præceptum, sign. non applicandum animum conspersum Deo ad aliquod obiectum mortale, & videtur idem esse cum illo Pythagorę, qui iubebat in itinere nõ respiciendum esse propter furias transeuntes, quæ sign. perturbationes sensuales. Farra. 182.

2 Salutare per uiam, sign. ambire humano more amicitias, vel sign. non recto tramite ad opus procedere. Gouschelius lib. 3. Eloeution. Sacr. Scrip.

3 Salutationes in missa septies a sacerdote ad populum, in prima Salutatione sign. sacerdotem precari populo dari Spiritum sapientiæ, in secunda Spiritum intellectus, in tertia Spiritum consilij, in quarta Spiritum fortitudinis, in quinta Spiritum scientiæ. in sexta Spiritum pietatis in septima Spiritum timoris. Vel septem salutationes sign. septem precationes vel admonitiones contra septem peccata mortalia superbiæ auaritiæ luxuriæ iræ gulæ inuidiæ, & pigritiæ.

Aemarus Hennequineus lib. de Cerem. Missę cap. 14.

1 SAMAEL quintus mundi gubernator, & Angelus Martis primum suum regimen cępit vigesima sexta die mensis Iunij anno mundi millesimo quadringẽtesimo decimo septimo, & gubernauit mundũ annis tercentum quinquaginta quatuor, & mensibus quatuor usque ad annũ mundi millesimum septingentesimum septuagesimum primum, & mensem octauum. sub cuius Regimine diluuium fuit vniuersale anno mundi millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, sicuti ex geneseos clare patescit historia, & notandum, quòd uete res tradiderunt Philosophi, quoties Samael spiritus Martis rector est orbis, toties Monarchiæ notabilis alteratio surgit. Religiones variantur, & sectæ, nutantur leges, principatusque

tusq; ad extraneos trãs erũt,& regna. Quod
ex historijs per ordinem facile possumus inue-
nire, uerum nõ statim a principio regiminis Sa
mael hunc manifestat sui motus affectum, sed
posteaq̃ suę gubernationis medium excesserit
quod idem & de aliorum Planetarum spiriti-
bus est intelligendum, ut in Historijs patet,
qui omnes secũdum proprietatẽ naturæ astro-
rum suorũ influunt, & operantur ad inferio-
ra mundi huius. V. Gabriel. 6. V. Mars 25.

2 Samael in secundo suo mundi regimine incepit
secunda die mensis octobris anno mundi ter-
millesimo octingentesimo nonagesimo septi-
mo, mense octauo, & pręfuit annis tercẽtum
quinquaginta quatuor, & mensibus quatuor
usq; ad annum mundi quatermillesimum du-
centesimum quinquagesimum secundum. sub
cuius regimine fuit magnũ illud, & famosissi-
mũ excidium Troianũ in Asia minore, factaq;
est monarchiæ multorumq; regnorum admirã
da mutatio, & multarũ de nouo ciuitatũ insti-
tutio, ut Parisiorũ Maguntiæ Cartaginis Nea-
polis, & aliarum multarum, multa ẽt regna de
nouo fuerunt exorta, ut Lacedæmoniorũ Cor
rinthiorum, Hebræorũ, & cõplura alia. Maxi-
ma fuerunt his tẽporibus in toto mundo bella
& p̃lia regum, & gentium, varieq; mutationes
Imperiorum. Veneti ab hoc tpe ex Troia-
nis cõputant initium & gentis suæ, & Vrbis, &
notandum, quòd & aliæ nationes plurimæ tã
in Europa, quam in Asia suam prætendunt ori
ginẽ se sumpsisse a Troianis, quibus tñ accom
modare fidẽ duxi, quantum ipsi ueritatis mihi
sufficienti testimonio poterũt psuadere. friuo
la sunt q̃ afferunt de sua nobilitate, & antiqui-
tate, uolentes palã gloriari, quasi nõ fuerint, in
Europa gẽtes ante Troianorũ excidium nullius
que inter ipsos Troianos ignobilis. Itẽ sub hu-
ius planetæ Imperio Saul primus Rex Iudæo-
rũ factus est Rex, posteaq; Dauid, cuius filius
Rex Solomon templũ Dei ueri toto famosissi
mum in mundo in Hierusalẽ construxit. Huic
Spiritus Dei Prophetas suos ampliore lumine
gratiæ suæ illustrans non solum de futura incar
natione Dñi Saluatoris, sed, & alia multa p̃dice
re fecit, ut Sãctæ testantur Historię, inter quos
fuerũt Natan filius Dauid Regis, Gad, Asaph,
Achias, Semeias, Asarias, Anã cũ pluribus alijs
Homerus poeta Græcus Troiani scriptor ex
cidij, Dares Phrigius, Dites Cretensis, qui exci
dio ipsi interfuerunt, & similiter descripserũt,
fuisse leguntur his temporibus in humanis
v. Gabriel. 13

19 Samael in tertio suo mũdi regimine incepit ter-
tia die Martij, anno mũdi sexmillesimo tercẽte
simo septuagesimo octauo, & p̃fuit mũdo an-
nis tercẽtũ quinquagintaquatuor, & mẽsib. u-
quatuor usq; ad annũ mundi sexmillesimũ se-
ptingẽtesimũ trigesimũ s̃m mẽse quarto, Dñi
uero Iesu Xpi annũ millesimũ quingentesimũ
vigesimũ quintũ. Sub cuius regimine multa in
orbe terrarũ bella fuerunt, qbus infinita homi
nũ millia perierunt, & regna q̃ plura pristinos
terminos amiserũt inter Fridericũ Imperatorẽ
primũ, & Romanos pceres discordiæ multæ
fuerũt, & p̃lia magna, & Romanorũ multa mil
lia perierũt. Dictus Fridericus Mediolanũ fun
ditus subuertit, Leodiũ destruit, Hierusalẽ a Sa
racenis iterũ capit. Imperiũ Tartarorum oium
hoc tpe in orbe maximũ his tpibus initiũ sum
sit, feceruntq; in mũdo plagã maximã nec cessãt.
post Fridericũ Henricus filius eius ad Impera-
torẽ eligit, quo mortuo Schisma cõfundit im-
periũ. sub Philippo, & Othone, & secuta sunt
in finib. Germaniæ p̃lia multa Argẽtinæ, Co-
lõię, Leodij, Vuormatię, Spirę, & ĩ toto Regno,
Mẽdicãtiũ secta his tpib. instituit anno Samaę
lis quadragesimo uel circa. vnde certũ est oĩa
prouidentia fieri. Saraceni multa p̃lia aduersus
Xp̃ianos in Asia & Affrica gesserũt, Cõstãtino
polis capitur a Germanis, & Balduinus Flãdrię
comes Imperator instituit. Ex Alemania pueri
plusq̃ vigintimillia a piratis mergunt in mari,
q̃ uano spiritu seducti, se terrã Sãctã recuperatu
ros dicebãt. Ex Hispania coadunati pastores pe
corũ multi Parisios accedentes bona clericorũ
rapuerũt, populo cõgratulãte, sed cũ manus in
laicorũ extẽderũt bona, necati sũt. anno Xp̃ia-
norũ 1212. Fridericus scd's eligit Imperator
imperauit annis trigintatrib. q̃ multa cõtra Ec-
clesiã egit. anno 1238. ecclipsis, & terremotus
continua multa hominũ millia opp̃ssere, Frisia
quoq; p' maritimos fluctus pene tota submer
sa fuit, & perierũt plusq̃ cẽtũ mille hoies. Tar-
tari Vngariã deuastãt atq; Poloniã, Armenia
maiori prius, & multis superatis regionib. an-
no Chr̃ianorũ 1244. q̃dã Iudæus apud Toletũ
fodiens, librũ inuenit, in quo erat scriptũ. in 3.
mũdo Chr̃s nascet de V. Maria, & pro salute ho
minũ patiet, mox credẽs baptizatus est tertius
mũdus. Tertia Saturni Spiritus reuolutio fuit
de qua supradictũ est, in cuius principio Chr̃s
fuit de Virgine natus. Romani Põtifices Fride
ricũ abrogãtes, Imperium 26. annis vacasse di-
cunt usq; ad electionem Rodulphi Comitis de
Habsburg. interreges cõstituẽtes Principũ ele-
ctione, primo Hẽricũ comitẽ de Schuuartzem
burg Thuringũ. Vuildelmum Comitẽ Hollan
diæ, Conradũ filiũ Friderici, Alphonsum regẽ
Castellę, & Ricchardũ Comitẽ cornubię Fratrẽ
regis Angliæ, & mulptiplicata sũt mala ĩ terra.
Hoc tpe circa annos diuinit 1260. Suitentium
confideratio primũ cæpit. Gens parua nume-
ro, q̃ cum tẽporibus creuit, & multos nobilium
alios interfecerũt, alios de finibus fugarũt. uiri
bellicosi, quorũ Resp. nota est oĩbus Germanię
populis. An. Christianorũ 1273. Rodulphus
de Habspurg. electione principũ Imperator
cõstituit, & imperauit annis 18. vir per omnia
prudẽs, & optimus, de quo duces Austriæ oẽs
postea descẽderũt. Tartari terras Chr̃ianorum,
Cõstãtinopolim, & Grecíã inuadẽtes, multa da
mna Chr̃ianis intulerũt. Saraceni in Asia ciuita
tes occupant, & plusq̃ quater centies Chr̃iano
rũ ĩterficiut. Rudolpho mortuo, Adolphus de
Nassau ĩ Regẽ electus ẽ, & ĩperauit ann. 6. quẽ

Albertus filius Rodolphi postea superans in bello apud Vuormatiā occidit, & īperator electus fuit anno 1298. imperauitq; annis decē, & a fratris filio interficit. Ordo templariorū, Iussu Clementis Papæ quinti destruitur. Insula Rhodus p Christianos de manibus Saracenorū capta est anno quarto obsidionis,& belli contra eos continui. Alberto p pepotē occiso Henericus octauus Imperator constituitur,comes lucemburgēsis,qui imperauit annis quinque,quo mortuo Ludouicus quartus,Bauariæ Imperat annis 32.incipiens anno 1315.cui Romani Pontifices coronā dederunt. Fridericus Dux Austriæ se opposuit sed ab eo superatus est post Ludonicū quartus Boemiæ Rex Imperator cōstituit,q Episcopum Pragenlem in Archiepiscopatū erexit,imperauit annis 31. Terremotus maximi fuerūt,hic Carolus multa circa Teutonea de nouo instituit infauorem Principatus Electorū.Gūtherus comes da schuartzemberg se Regem appellitans Carolo imperatori opposuit,sed mh.l aduersus eum p̄ualuit post Carulum filius eius Venceslaus imperauit annis.22.post quē Iodecus Marchio Morauiæ successit Sigismundo Vuencesslai Germano. Vencislaus depositus fuit, Leupoldus dux Austriæ cū 8.comitib. & plusq̄ 4000.a Suitēsibus in bello dimicās occisus est.sub Vuēceslao Bohemorū Rege,& Imperatore dogma Hussitanorū initiū sumpsit. quo deposito Rupertus comes Palatinus Rheni Bauariæq̄ Dux fuit electus, & imperauit annis decē. Anno Domini. 1369.Saracenis bellū indixerūt Christiani,sed male successit p p arrogātiā Gallorū, q̄a plusq̄ cētū mille nostrorū occubuerūt p̄ter captiuos, inter quos fuit Ioānes Burgūdionū Dux. Multa fuerunt his tpibus bella.Anno 1407. Sigismundus fit Imperator, & p̄fuit annis 27.Boemiā vastare conatus , p exturbatione hæresū, sed parū profecit. Regnū Frāciæ p Anglos , & Burgūdiones atrociter vastat,& affligit. Sigismūdo uita defuncto Albertus Dux Austriæ,gener eius successit anno Christianorū 1438. regnauitq; annis dūtaxat duob. vir optimus , & Imperio dignus , quo mortuo Fridericus. 3. Dux Austriæ Ernesti filius electionē Principiū Imperator cōstitutus fuit,& annis 56. imperauit.uir ingenio diuinus, & aio pacificus anno D. 1440. cepit regnare. Anno Xp̄ianorum 1453.Cōstātinopoli traditione cuiusdā Iannēsis a Turcis capit,& paulatim tota Græcia defecit a fide Xp̄iana.Paruo.n.tp̄e multa Regna,& prouinciæ Xp̄ianorū a Turcis vastantur, & capiunt. multa Xp̄iani inter se se bella habuerūt grauissima,i Gallia Anglia,Saxonia, Vuestphalia. Prussia, Flādria.Sueuia,& alijs locis,His tēporibus ars impressoria Moguntiæ, Mehodoli Alemannie inuēta est de nouo mirabili industria,munere diuinitatis.anno Xp̄ianorū.1456 Turci p̄strati in Hungaria p fideles multi perierunt. Puerorū peregrinatio ad S. Michaelē mirabilis fuit. Terremotus in regno Neapolitano fuerunt, & perierunt plusquam 40000. hoīum. Anno Dñi 1462. Mogūtia capitur,& spoliat Metropolis frāncorū. Carolus Dux Burgūdiæ francos deuicit anno 1465.postea anno 67.Dinant,& Leodium destruit.anno 1473. intrauit Geldrum eamque potenter obtinuit, similiter & ducatum Lotaringiæ totum. Cometes per mensem Ianuariū anno Dñi 1475. apparuit.Carolus Dux Burgūd.oppidū Nuticū ad anni spaciū postea obsedit anno 1474.q postea an. 1477.in bello fuit occisus,Princeps magnanimus.Turcæ multas Christianorū ciuitates his tēporib. ceperūt.Nigropōtū in Euboia Regnū quoq; Bosneū. Ducatum de Spetis, Achaiā,Misiā,& plura Regna in Oriēte.Anno 1476.cōcursus stultorū in Frācia,Germaniæ factus est ad Niclaushausē errorib; plenus an. 1480.Turci magno cū exercitu Rhodianos obsederūt,sed nō p̄ualuerūt, eodē anno discedentes a Rhodis Hidruntum ceperunt,interfectis Christianorū plusq̄ 12000.solū a a.fuga elapsis & anno seqnēti Imperator turcarū Mahomet mortuus est,cui Baisetus primogenitus in Regno successit,imperās iā in ann.27.anno Christianorū 1486. Maximilianus Friderici filius Rex Romanorū Frācfordiæ cōstituit,& Cesar a Iulio Papa anno 1508.salutatus est,qui ordinē militiæ sācti Geor. cōtra heret.& Turc. instituit.Suitēses bello domuit.Sicābros rebelles usq; in hūc diē bello impugnat,fortunabiturq; aduersus fedrisagos oēs. Oīpotēs tueat Samaelis Imperio descriptos.Anno 1508.Veneti Imperio Cesaris rebelles & bāno , & bello notati sunt. Erit pertinaciæ pena satisfactionis consultæ præmium. Circa finem huius tertiæ reuolutionis Samaelis alterationis imago transibit ad primum, & erit perditio multorum, nisi.n. Y. reducatur Deo ministrante ad algos erit alicuius Monarchiæ , vel magni alicuius translatio Regni, Secta Religionis consurget magna veterū destructio Religionum . Timendū ne caput vnū amittat bestia quarta, in Samael Mars primo prædixit diluuium , in secūdo Troianū excidiū, in tertio erit circa finem magnum vnitatis detrimentum : ex præcedentibus enim iudicent futura,quæ sequunt. Nin cōsumabitur Martis hæc tertia reuolutio sine prophetia, & nouæ alicuius institutione Religionis.Ab hinc anno Christianorū 1508.restant anni usq; ad finē gubernamēti Samaelis decē & septē,in qbus dabūtur significātes initium malorū figuræ,anno.n. Christianorū 1525.Cruces in vestimētis hoīum visæ ante decenniū,quod præterij, suum ostendēt effectum. Sed 13:ab hinc iure citatus locum dabis nescienti: maior post fata resurges mihi in tertio , nisi licet nebula tegas . V. Gabriel 20.

1 SAM vox primæ linguæ,dū verbū est, denotat in vnum cōgrego , & habet vocalē lōgā . Sed si cōuertat,vt fiat, mas, q̄ notat res multas simul aceruatas,sed in mas vocalis est breuis.sig.lōgo tp̄e opus esse ad cōgregādū,& ubi cōgregaris, breui tpis momēto totū aceruū posse dissipari vel p̄digalitate,vel furto,vel bello,vel incēdio,

vel

vel alijs modis ſexcẽtis, atq; idcirco aĩum nõ eſſe adijciẽdũ vehemẽtius, aut ad ſeruili opa coaceruãdũ, vel ad aceruũ nimio amore cõplectẽdũ. Gorop. in Hierogliph. lib. 14. ſ. 214.

1 SAMA apud Chaldeos habere ſignificatũ duplex veneni, ſ. & aromatis. ſign. nullũ venenũ exiſtere tã preſentaneum & noxium, quod ex altera parte non proſit & adiuuet. Franc. G. p. 291. to. 6.

1 SAMARITANA cui D.N.I. ſuper puteo ſedens verba fecit ſignific. Eccleſiam. Diuus Auguſt. homilia ſuper miſſus eſt Angelus.

2 Samaritanæ viri quinque quos ipſa habuerat, ut eſt Ioan. 4. ſign. leges quinque humano generi datas primam in praradiſo ante peccatum prohibitione ligni. Secundam poſt præuaricationem, & expulſionem de paradiſo, ſed humani generis multiplicatione. Tertiam Noæ ante diluuium de fabricanda arca. Quartam, poſt diluuium de diuiſionibus gentiũ. Quintam, Abrahæ de circunciſione, & imolatione filij, & quoniam uir ſextus Samaritanæ quem habebat tunc temporis, cum loqueretur cum D. Chriſto Ieſu, & ipſe non erat verus eius maritus, ſign. legem ſextam Moiſi in monte Sinai datam, unde Saluator noſter mulierem illam quæ ſig. Eccleſiam, ab illo putatiuo marito, id eſt a lege litteræ, quæ nullam contulit ſalutem, ad verum mittit uirum, quæ lex eſt Spiritus, & gratiæ in nouo teſtamento comprehenſa, a quo ſpiritualem uirtutum concipiat prolem. Georgius Ederus in lib. 2. œconom. Tab. 9.

1 Quòd Regnum SAMARIAE fit datum in manu Azachis regis Siriæ, & quòd Eccleſia orientalis tradita ſit in in manu Coſdroe Regis Perſarum ſign. futuram calamitatem, quam paſſurus erat populus Chriſtianus in fine ſtatus ſecundi, quando gentes debebant calcare ciuitatem ſanctã mẽſibus 42. Ioac. l. 2. tract. 2. c. 10.

2 Samariæ fortitudinem detrahi, ut eſt Amos. 3. ſign. ab Hæreticis auferri fortitudinem Syllogiſmorum, & verborum argutias, quibus ſuũ dogma firmauerunt. D. Hiero. Amos. 3. idem ſignific. ranas & muſcas auferri de Aegypto, ut eſt Exod. 8. & idem ſign. Iudas auferens gladium Apollonij, ut eſt 1. Machab. 3. Lauret. in uerbo auferre.

1 SAMECH littera ſign. Cœlum Mercurij, & ſign. Michaelem illius intelligentiam, ſign. omnem Spiritum, ſig. omnem appoſitionem, ſig. indefeſſam contemplationem, ſign. omnem rethoricum ſermonem, & ſig. 60. Farra f. 175.

2 Samech apud Hebræos, ſed in prima lingua dicitur Samecht cum, t, littera vinculum ſignificante interpretatur autem Samecht, ſimul connecte, & in oratione Alphabeti primæ linguæ magiſter rogat Spiritum ſanctum ne ucht partem diſcipuli ſui ſublimiorem ita veterinæ carnis naturæ adſtringere, ut ei non repugnet, ſed veluti pedanea in ſententiam eius deſcendat. Samecht, autem componitur ex ſam, & hecht, Sam, enim quando eſt verbum ſignat in unum congrego. Sed ut aduerbium ponitur pro ſimul, hecht ſiue Echt notat firmiter connecto. Sed in prima parte nominis huius litteræ, quæ eſt Sam, hoc obſeruandum, quod Sam habet uocalem longam, ut ſign. in congregando in unum opus eſſe longo tempore. ſed ſi uertatur ſam, ut fiat mas, quæ uox ſignat multas ſimul aceruatas, ſed habet uocalem breuem, ut ſign. rerum omnium congregatarum aceruum breui temporis momento totũ aceruum poſſe diſſipari uel prodigalitate, uel furto, vel bello, vel incendio, uel alijs modis ſexcentis, atque idcirco animum non eſſe adijciendum vehementius aut ad ſeruili opere coacervandum, uel ad aceruum nimio amore complectendum. V. Sam. v. ſerpens 189. Gorop. in Hieroglyph. lib. 14. fol. 214.

1 SAMPSON ſign. uirum Deo dicatum, & præcipue Nazaræum. nam illi comam maxime nutriebant, quæ maximæ uirtutis ornamentum ſign. quæ caput, quod ſign. intellectũ, decorabat, quæ quo magis excreſcit, eo fortiores aduerſus aduerſarios motus efficimur. Valer. fol. 231.

2 Sampſonis aduerſarij, qui illi uincula inijcere cõtendebant, & q erant alienigenæ, ſig. humanos affectus, & uim cõcupiſcentiæ. Val. f. 231.

3 Sampſon in gremio Dalidæ ſomno oppreſſus, & illius dolo detonſus fortitudinem amiſit, ſig. hominem uictum humana fragilitate, & corrupti ſenſus amore correptum tamquam in ſomnum declinantem, obliuiſci eorum, quæ rationis lumine irradiatus efficiebat iam factum deſidem, & ignauum bona opera intermittẽtem a Dalidæ tonderi, quæ ſign. voluptatem, & ita ſpiritus fortitudinem amittere, quam capilli ſign. unde poſtea in manus hoſtum incidit Sampſon, ſicut homo, qui uoluptati deditus eſt ſemper curis torquetur. Valer. f. 231.

4 Sampſon experrectus a ſomno cognoſcit errorem, ſig. hominem ubi reſipiſcat errorem cognoſcere, & agere pænitentiam, & ſtudere comam reparare, hoc eſt rurſus uirtuti ſe ſe dedere, & recuperato robore peccato moriturus cum omnibus inimicis ſibi & illis ruinam trahat extincta omnium cupiditatum, & uitiorũ manu, mundo etiam ipſe moriatur. Val. f. 231.

5 Sampſonis fuiſſe tam celebrem conceptum, natale, ex uxore ſterili, eum non bibiſſe neque uinum, neque ſiceram, non totondiſſe comam, & fuiſſe tamquam Nazareum, & Sacerdotem, ſign. illum in multis fuiſſe futurum ſimilem uero ſoli, quem nomine referebat, & operibus. Franc. Georg. problem. 422.

6 Sampſon interpretatur ſol fortis, uel ſol eorum, & ſign. illum ſolem, qui vere fuit fortis in liberando humano genere ab hoſte maligno, & qui vere fuit ſol noſter, & lux illuminans mundum, cuius Regnũ in domo Iacob in ęternũ q̃ donus eſt ſol ipſe ſupramũdanus. F. C. p. 422.

7 Samſonem duxiſſe vxorem philiſtæam. ſignific. Chriſtum D. N. I. fuiſſe aſſumpturum naturam humanam, quæ in primo parente ceciderat a dignitate ſua. Philiſteus enim interpreta-

tur cadens. F.G.p.423.

8 Sampsonis duplicia uestimenta promissa soluentibus problema, sig. Baptismum, & penitentiã. uel sign. corpus elementare & celeste siue animale, & spirituale F.G.p.425.

9 a Sãpsone detracta fuisse vestimẽta ab Philisteis Achaloniti j & data soluentibus problema. sig. Christum Dominum Nostrum fuisse spoliatu rum Spiritus cadentes & daturum illorũ sedes familiaribus & conuiuis suis. F.G.p.426.

10 Sampsonis problema sig. de Leone ex tribus Iuda, qui est Ch.D.N.I. fuisse exituram dulcidinem mellis, quæ sig. sua uictam Sanctissimi Sacramenti Pauluto beue dispositio. F.G.proble, 429.

11 Sampsonẽ cum maxilla Asini interfecisse mille uiros, signific. illum in magna fortitudine, & robore vicisse: nam Maxilla per se sign. robur iuxta illud, quoniam tu percussisti omnis tribulator meos Maxilla, sic enim legendum, & non sine causa, ut habet vulgata æditio, & eo magis quia Asini Maxilla: nam & Asinus dictus est fortis iuxta illud Iacob de Isacar. qui dictus fuit Asinus fortis, sed sig. illum uicisse in fortitudinem pietati annexa. Asinus enim dici tur chemor, quę litteræ si inuertantur more Hebræorũ efficiũt rechem, & sig. pietatem, & forsan hinc D. N. I. cum iret in in Hierusalẽ ad debellandum Hostem pro nobis, usus est asina, ut ostenderet piam fortitudinẽ, qua erat debellaturus hostes humani generis. Francisc. G.p.431.

12 Sãpsonis robur in capillis fuisse sig. cogitationibus mentis illius, quæ erant iunctæ canalibus superioribus, fortitudinem in eum descendisse. capilli enim, sig. illas cogitationes, quæ sunt in mente, quæ mens sign. Christum Dominũ Nostrum iuxta illud in canticis, & comæ capitis tui, ut purpura regis uincta canalibus. F.G. p.434.

13 Sampsonis robur abscitsis capillis callisum fuisse sig. robur spirituale omne remotis cogitationibus in Christo Domino Nostro a uoluptate olli. Vel sig. Christum D.N. tanta affectus uoluptate in salute humanæ naturæ, ut passus sit capi ligari flagellari, & tandem pro ea occidi. F.G.p.435.

14 Sampsonem permisisse sibi oculos erui sig. luxuriam obcęcare oculos hominis utriusque, animalis scilicet, & spiritualis. F.G.p.436.

15 Sampsonem applicato igni ad caudas vulpium adussisse segetes philistinorum, signifi. uerum Sansonem applicaturum fuisse ignem, qui purgaret, & non consumeret Sinagogam, quam Hebræi tradiderant satanæ. F.G.p.437.

16 Sampsonem se cũ philisteis interfecisse sig. Ch. D.N. volentem se ipsum intefecturum fuisse, ut incuteret mortem Philisteis, spiritibus scilicet, qui ceciderant, & morti, inferno, & diabolo. F.G.p.438.

17 a Sampsone fortitudinẽ discessisse, ut est iudic. 16. sig. uirtutem Spiritus S, deserentem peccatorem. Lauret. in uerbo abire.

18 Sampson disrumpẽs vincula quibus se ligari permiserat, ut est iudic. 16. sig. Christum D. dissol uentem omnia Iudæorum machinamenta quibus eum sæpe moliti sunt comprehendere. vel sig. Christum disrumpere vincula peccatorum, quibus eius membra detinebantur in Eclesia. vel sig. Christum spernentem traditiones inutiles scribarũ, & pharisęorũ Arnob. & Basilius supra psal. 115. & Laur. in uerbo abrumpere.

19 Sampsonis crines septem incisi per Dalidam, sign. septem dona Spiritus sancti per Diabolum subtracta, quibus subtractis recedit Spiritus, & amittitur fortitudo, & homo capitur a Diabolo, & incarceratur. Petrus Bongus cap. de septem. f.201.

20 Sampson qui erat nazareus, & capillos septem qui illi fortitudinem inuincibilem præstabant sig. quemcunque fidelem, qui ex proposito cõtinenter uiuit, in septem illis crinibus uidebatur consistere uirtus, a cuius conspectu quæcunque uincula rumpebantur, sed hoc sign. per septem uirtutes uel dona Spiritus sancti hominem fieri insuperabilem. Sed detonsis illis septem capillis Sansonem, ut cæteri homines debilem fieri sign. sine illis 7. uirtutibus in quibus 7. dona Spiritus S. quiescunt, nil forte agere posse humanam fragilitatem. Ioach. Apocali. fol.43.

21 Sampsonis caput Domino Sacrum, sign. animũ continentis, qui dum bona naturalia data, & ipsa gratis diligenter custodit, hæreditare quasi bonum hospitem 7. dona Spiritu sancti.

22 Sampsonem impugnatum a Dalida meretrice, sig. continentẽ quotidie a carne peccati in massa utique peccatrice usque pulsari.

23 Sampsonis prima uincula, signif. uanas cogitationes: sed simplices tamen, quæ animum primo impugnent quasi sine dolo: ueluti si simpliciter cogitamus mulierem pulchram esse & hoc sine intentione ulterius progrediendi, & hæc uincula facile rumpuntur, si cogitationes illas abijcimus.

24 Sampsonis secunda uincula sig. quando primas uanas licet simplices cogitationes sequitur cogitatio immunda, ut puta si cogitamus mulierem pulcram, & postea ulterius procedentes cogitemus esse rem delectabilem secum uersari, hæc cogitatio est potentior prima, & eneruat quodammodo animum, qui allectus delectatione incipit declinare ad terrena, & carnalia: sed tamen Spiritus adhuc potest resistere sed cum maiori difficultate quam primum, & nisi quasi minis hãc cogitationem, quasi blandam meretricem abijciat, ipse succumbit.

25 Sampsonis tertia uincula sig. quando à secunda cogitatione iam mollis factus animus, & quasi fessus insurgenti carnali delectationi, & immundæ titillationi non solum non resistit, sed annuit, & consentit. Iam tunc capilli, qui signific. uirtutes licio quodam plectuntur, & eisdem circumligatus clauus ferreus solo

mentis

mentis iam factæ terrenæ infigitur. quia permixtis bonis cogitationibus cũ malis, clauus concupiscentiæ in terrena illa anima radicem figit. quam concupiscentiam nisi prius a terrena anima eduxerit annixu, quo præualet agere iam fortiter, vt primo & secundo non potest, qu a ueluti lęsis crinibus cogitationum sanctarum ex parte illi spiritus nõ ex toto assistit. & hoc signifi. Sansonem in duabus illis primis pugnis a principio excitatum a somno fuisse & illi spiritum fortitudinis affuisse. Sed in tertia non priusque a terra clauum euulserit. Vincula fregisse.

26 Sansonis vincula quarta postquam crines sunt illi non perplexi licio, ut in tertijs uinculis, sed sunt e capite abrasi. significat quando usque adeo preualet delectatio praua, ut sanctas, & adeo dignas cogitationes excludat, quibus a sacro capite quasi capillis 7. sacris detonsis tunc miser animus obcęcatur a Philisteis, & portatur in Gazam, vbi priuatur, & dominio, & libertate arbitrij, vt iam non ei liceat quod libet. Ioachim. Apocalip. folio 43.

27 Sansonis septem capilli sacri per quos fortitudinem suam integram seruabat. sig. septem virtutes naturales vnicuique nostrum concessas, quibus recte custoditis dantur septem dona Spirit. S. Ioach. vt sup.

28 Sanson auferens portas de Ciuitate Philistin. signif. Iesum post resurrectionem superato Tiranno, & morte, scripturarum sensum aperuisse, & velum abstulisse de misterijs sacris. Ioac. Apoc. f. 99.

29 Sansonem vicisse Leones, & alia omnia antequã haberet commertium cum Dalida, & posteaquam ei abscisi sunt capilli non potuisse. sign. quandiu homo abest a carnali luxu spiritus fortitudinem habere, cum uero carnis illecebris victus cedit, ab omnibus illum vinci. Ioach. f. 3. Apocal.

30 Sampson diligens Dalidam, ut est Iud. 16. sign. Christum D. amantem Synagogam. Lauret. in verbo amare.

31 Samson apprehendens ambas portas Ciuitatis, vt est Iudic. 16. signifi. Christum deuictis diabolo, & morte, resurgentem. Glos. ordin. Iudic. 16.

1 SAMVELE orante Philisteos cæsos fuisse. sig. Deũ viro bono orante propitium in populũ fieri. Fran. Geor. p. 542.

2 Samuelem abijsse in Ramatha, nec amplius uidisse Saulem, vt est 1. Reg. 15. sign. Prælatum non amplius corrigentem eum, quem incorrigibilem videt. D. Greg. sup. 1. Reg. 15. & Lauret. in uerbo abire.

3 Samuel concidens Agag. in frusta, vt est 1. Reg. 15. significat turpem motum carnis non solum extinguere, sed etiam naturalem penè consupire. vel significat motum non addi cogitationi turpi, ne exeat in peccatum. Lauret. in uerbo abscindere.

4 Samuelis pallij abscisio facta a Saule, vt est 1. Reg. 15. signific. separationem hæreticorum ab Ecclesia. Lauretus ut supra. Vide Pallium. Idem significat abscissio pallij Achiæ in 12. partes, ut est 3. Reg. 13.

5 Samuel accinctus Ephod lineo, ut est 1. Reg. 2. significat Testamenti noui ministros debere esse puriores. Lauretus in uerbo accingere.

6 Samuel tollens lapidem adiutorij, ut est 1. Reg. 7. sign. prædicatorem offerentem, vel præponentem Christum, & eius passionem. Lauret. in uerbo accipere.

7 Samuel assumens Saulem, & eius puerum, ut est 1. Reg. 9. sign. prædicatorem, qui adducat auditorem ad spiritualem sensum. Lauretus in verbo accipere.

8 Samuel tollens cornu olei ad vngendum Dauid. ut est 1. Reg. 16. significat Pontificis vitam spiritualem esse debere, ita ut misericors existat.

9 Samuel tollens uitulũ in manu sua, vncturus Dauid, ut est 1. Reg. 16. significat prælatum esse eligendum, qui Christi sit futurus imitator. D. Greg. 1. Reg. 16. & Lauretus in uerbo accipere.

10 Samuelem non nisi ablactatum offerri Templo Domini, vt est 1. Reg. 1. significat hominem nullum debere applicari diuino ministerio, nisi qui solidioris doctrinæ capax, & particeps est. D. Greg. in 1. Reg. 1. & Lauret. in verbo Lac.

11 Samuelem noluisse discumbere priusquam veniret Dauid, ut est 1. Reg. 16. sig. Ecclesiæ negocia non esse tractanda, donec spiritualia cõpleantur. D. Greg. sup. 1. Reg. 16. & Lauret. in uerbo accubitus.

12 in Samuelis aduẽtu miratos esse seniores, ut est primo Reg. 16. significat Prædicatoris aduentum raro esse debere in publicum. vel significat admirationem, quæ futura erat de prædicatione nouæ doctrinæ Christi D. D. Greg. primo Reg. 16.

13 Samuelem puerum adducere in tribus uitulis, vt est 1. Reg. 1. significat agere gratias summę Trinitati de largitate spiritualis muneris. D. Greg. 1. Reg. 16.

14 Samuel sign. Spiritum Sanctum, in cuius Tipo missus est ad domum Iesse, ut ungeret Dauid, qui sign. Christum D. N. I. Ioach. libr. 3. cap. 15.

15 in Samuelis vijs ambulare, ut est primo Reg. 8. significat Prædicationis officium exercere. D. Greg. in 1. Reg. 8. & in uijs Dauid ambulare, sign. imitari bonos. Lauretus in uerbo ambulare.

16 Samuel per singulos annos circuens omnes ciuitates Israel ut est 1. Reg. 7. significat Prædicatorem, aut Prælatum examinantem sigillatim singulorum ordinum profectiones, D. Gregor. 1. Reg. 7.

17 Samuelem ministrare Domino ante faciem Eli, vt est 1. Reg. 3. significat illum ante præceptoris sui faciem Domino ministrare, qui in

exhibitione ministerij sui proprij arbitrij ratio nem non sequitur, & eo operis itinere gradi tur, quod ei magistri sui cognitione præuide tur. D.Greg.in 1.Reg.2.

18 Samuel aperiens ostia Domus Domini, ut est 1. Reg. 3. sign. Apostolos prædicantes uirtu tes spirituales, & idem significat. apertio por tarum Hierusalem, ut est Neem. 7. D.Gregor. 1.Reg.3.

19 Samuel apparens in ciuitate, ut est primo Reg. 9. sign. prædicatorem plana & omnibus expo sita prædicantem D.Greg. 1.Reg.9.

20 Samuel applicans omnes tribus & familias ad Electionem Regis, ut est 1.Reg. 10. sig. ex om nibus merito eligendum esse, qui omnibus præsit. D. Gregor. 2. Reg. 10.

21 Samuelis auricula, ut 1.Reg. 9. sig. humilem in telligentiam prædicatoris. D.Greg. 1.Reg.9.

22 Samuel benedicens hostiæ, ut est, ut est 1.Reg. 9. sig. prædicatorem augentem per prædicationē audientium deuotionem. D.Reg. 1.Reg. 9.

1 SANCTA Sanctorum esse in interiore parte Tabernaculi sig. sicut cor positum in interiore & media corporis parte in quo anima residet, & diffundit per totum corpus uitam per Spiri tus medios.. ita Deum in medio Taberna culi, quod ponebatur in medio castorum dif fundi per totum populum medijs sacerdoti bus. Franciscus Georgius problemate 108. to. 2.

Vel sign. redemptorem Christum Dominum Nostrum fuisse operaturum salutem in medio terræ, sicuti illud Sanctum sanctorum in quo fiebat propitiatio erat in medio tabernaculi, q sig. totum mundum. vel ut Thaelogi antiqui scribunt sign. quod Tabernaculum, in cuius medio erat Sanctum sanctorum correspondé bat illi loco supramundano, quod uocatur tem plum, ad cuius perpendiculum dicunt extru ctum fuisse templum Salomonis in quo posi tum fuerat illud Tabernaculum. F.G.p. 357. tom. 6. Sanctificata. E. Ala. 36.

1 SANCTARII apud cabalistas esse duas do mos Domum Sanctuarij superiorem, & do mum Sanctuarij inferiorem e regione superio ris. Signific. vitam actiuam esse inferiorem, & tanquam speculum, & imitatricem uitæ cō templatiuæ, quam significat. domus Sanctuarij superior. nam Domus inferior sig. uitam acti uam, & per consequens hæc sig. partem ratio nalem, & illa sign. partem intellectualem, & pars rationalis dicitur mundus inferior, & pars intellectualis dicitur mundus superior. Farra In Epistola ad Adornum Lazarium.

2 Sanctuarium diuisum, & Sanctuarium Sanctua rij per uelum, ut est. Exod. 26. sign. Ecclesiā militantem diuidi ab Ecclesia triumphante per cœlum, aut per fidem, aut per mortale cor pus.
Beda supra Exod. 26. & Lauretus in uerbo ab scindere.

1 SANTCVM dare canibus, & Margaritas por cis sig. Theologiæ mysteria impijs prodere, an tiquitas enim res Sacras paradigmatis, & ænig matis, & parabolis pandit. Gousfchelus lib. 3. Elocution Sacr.

2 Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exer cituum. sign. Sanctissimam Trinitatem. Nam rabinus Ionathan filius Huzi, ita interpreta tur. Caddis Abbà, Caddis Berà, Caddis Ruha, Caddisà. Idest Sanctus pater Sanctus filius, Sanctus Spiritus Sanctus. Raphael Aquilinus in tractatu primo.

3 Sanctus Sanctus Sanctus. Verba post præfatio nem Missæ a sacerdote alta uoce proferri soli ta, sig. mysterium Sanctissimæ Trinitatis. Ae marus Henequin. lib. de cere. ia p. 26. & 27.

4 Sanctus, Sanctus, Sanctus, ut est Isaiæ 6. signifi. Deum esse trinum, & cum sequitur Domi nus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius, significat. Dei vnitatem.
Frat. Faustinus Tassus in Sermon secundo ad Hebræos.

5 In Sanctis uerbis si quis peccasset, tantundem te neri reddere, & ad illud quintas adijcere, ut est Leuit. 2. sign. siquis de Sacris, uel oblationibus, vel muneribus in usum pauperum erogatis, aut pro templi ædificatione, uel alterius uoti operis designatione datis, quinque interuertis set, oportere eum quinq; sarcta tecta reddere, mox peccati pœniam imploratarū, & alia quin que adijcere, aliquidque in super auctarij. quam sententiam Cyrillus examinans in hæc verba prorumpit.
Siquis quinque sensuum opus peruerterit, & debito honestoque vnumquemque officio de fraudarit, oportet eum sinceros illos, & inte gros Deo restituere, mox alios quinque inte riores adijcere, horum omnium denique sum mam, & solidationem quandam superaddere firmumque scilicet bene agendi propositum, si Deo satis ex asse facere uoluerit. Petrus Bon gus cap. de quinario f. 181. v. Sicleos quinque offerri.

6 Sanctorum officium habere primas, & secun das uesperas per primas uesperas. sig. sanctos iam habere animæ glorificationem, per secun das sig. sanctos esse habituros, & corporis glo rificationem, quæ nunquam finem habebit. Mi chael Timotheus in Diuinum officium Quæ stion. 12. tract. octaue.

7 Sanctorum octaua celebrari, sig. Ecclesiam con gratulari Sanctis de resurrectione eorum cor porum. nam in octauis recolimus resurrectio nem corporum, sicuti festa Sactorum sign. na tiuitatem eorū, qua nascuntur coelo, idest quā do moriuntur, celebrandam esse quòd in socie tatem Angelorum, & sanctorum aliorum ad scribantur. Michael ut supra Quæst. 6. tract. 9.

8 Sanctorum omnium festum fuisse ab Ecclesia institutum sig. supplementum pro illis sanctis quorum festa non celebrantur. uel siquid omis sum fuisset in festis celebratis, ut in hoc peculia ri festo suppleantur, vel sign. faciliorem gratiæ impetrationem, quam impossibile uidetur esse non impetrari tot intercedētibus sanctis.

Michael

Michael Timotheus in diuinum offic. Quæst. 12. tractat. 9.

1 SANDALIA quibus utitur Episcopus, signific. diuini uerbi prædicationem. Aemarus Hennequinæus lib. ad Gregor. XIII. capitulo quinto.

1 Sandonix uterque, quos Pontifex gestabat in humeris sign. solem dexter, & Lunam finister. Ioseph. lib. 3. cap. 11. de antiq. & mirum de sar donice dextro, quem Ioseph tradit lib. 3. cap. 12. de antiq. cum Sacerdos faceret sacra in Solis modum splendere solitum. cum alias id non faceret, scilicet cum Deus adesset sacris, illum splendere, cum uero Deus non adesset lapidem non splendere. Qui cessauit ita splendo rem emittere anno 200. ante quam Ioseph conscriberet historiam de antiq. Idem Ioseph. lib. 3. cap. 12. de antiq.

1 SANGVINIS esus prohibitus Noe, sign. homicidium homini prohibitum. Iuxta illud: Sanguinem animarum uestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis, de manu uiri, & fratris eius requiram animam hominis. v. preputium. Ioach. Apoc. fol. 58.

2 In Sanguinem aquas apud Aegyptios conuersas fuisse, sign. ueritatis prædicationem in sanguinem uerti apud illos qui peruersis opinionibus scatent. & easdem aquas ab Hebræis lim pidas bibitas fuisse, sign. ueritatem bonis uiris semper nutrimentum præbere. Gregorius Nissenus in Mosis uita.

3 Sanguis iuxta illud Cirilli. vnde est superbia, nisi quod ex sanguine destillante, significat ex uirtute sanguinis Christi D. N. & ex eius deuotione tantum concessum esse sacerdotibus, ut ipsi ex culta superbia in tantum intumuerint, ut iam deuotio ipsa extepuerit. & sanguinis redemptio apud multos detur obliuioni.
Ioachim in Cirillum. Theolosphorus folio vndecimo.

4 Sanguis, pituita bilis, & bilis atra, in hominis corpore, sign. elementa in mundo. Georg. Venet. arm. f. 103.

5 Sanguis in homine sign. in cœlo Iouem, qui aeri correspondet. Georgius Venetus armo. fol. 114.

6 In sanguine fœderis tui emisisti uinctos tuos de lacu, ut est Zachar. cap. 9. sign. redemptionis nostræ mysterium in sanguine Mesiæ fuisse faciendum. Galatinus libro quarto, cap. primo.

7 Sanguis apud Chimistas, sign. aquam corporis, cum corpus redactum sit in Mercurium. Rosarius minor. cap. 12. Vel

8 Sanguis apud eosdem signifi. lapidem philosophicum. Auicenna in tractatulo capit. quinto.

9 In Sanguine pene omnia mundari, ut est apud Apostolum sign. per animalis imolati sanguinem apud antiquos credi peccatum per sanguinem in nostro animali contractum purgari, cum sit homo omnium rerum vinculum, & omnia contineat & symbolum habeat maximum in parte inferiori, in qua & per quam contrahitur initium peccati. Archangelus Burgonouensis in primo dogmate Cabalist.

10 Sanguinis guttas pluisse cum Romulus cœpisset Fidenas signifi. pestem quæ Romam vehementer afflixit, & sign. frugum maximam sterilitatem. Iulius Obsequens libro de Prodigijs.

11 Sanguinis guttæ, quæ ex panibus fractis exiliebant tempore Syllæ, sign. bellum illud ciuile & intestinas clades, hoc etiam significanes & alia id genus animalia lugubres ululatus emittentia. Alexander ab Alexandro libro secundo cap. 31.

12 Sanguinem exire de lacu iræ Dei usque ad frenos equorum, sig. intolerabilem apparere malitiam impiorum. Ioachim in Apocalyps. fol. 176.

12 Sanguine flumen cucurrisse in Piceno, anno ab vrbe condita 531. ante Christum Dominum 221. signifi. bellum futurum cum Gallis quos Flaminius deuicit. Iulius Obsequens Prodig. 30.

13 Sanguinem & lapides pluisse anno ab vrbe condita 538. ante Christum natum 214. sign. Romanorum cladem memorabilem apud Cãnas. Iulius Obseq. Prodig. 32.

14 Sanguineas guttas in foro in Capitolio, & in comitiis visas terrã pluisse, Vulcani caput arsisse, lac pluisse, pueros plures nobiles sine oculis & naso natos, puerum sine manibus & pedibus ortum, lapides pluisse anno ab urbe condita 560. ante Christum Dominum 191. sig. Romanis rem bene cessuram. nam Luc. Valerius Flaccus dimicauit cum Gallis Insubribus, & Boijs Cato de Hispaniis triumphauit. Sempronius Boijos pcussit, & T. Quintius e Macedonia præsidia Romana Brundusium adduxit. Iulius Obseq. prodig. 51.

15 Sanguinem per tres dies continuos pluisse, asellum tripedem natum, Taurum, & Vaccas quin que, fulmine solo occisas. aono ab vrbe condita 582. ante Christum Dominum 170. sign. Romanos nil eo anno memorabile facturos. Iulius Obseq. prodig. 68.

16 Sanguinem in cibum accipere, ut est Leuit. 7. sign. contemnere uitam proximi. Lauretus in verbo accipere.

17 Sanguinem in capite esse, ut est Iosue 2. signifi. aliquem sibi existere mortis causam. Gouschelius libro tertio Elocution. sacrar. scriptur.

18 Sanguinis aspersio facta septies contra altare, ut est Leuit. 4. & Num. 19. sign. Christi Domini, carnis dilacerationem, unde septem fluerent sacramenta, uel aspersio septuplex facta, siue per sanguinem, siue per oleum sign. septiformem gratiam donorum Spiritus sancti, & sig. remissionem contra septem Dęmonia eijcienda, uel significat mysteriorum manifestationem cœlestium per Christi Domini sanguinem, collatis donis Spiritus sancti. Origen. in Leuit. hom.

hom. 38. Et Diuus Augustinus quęst. in num. 33. & Isych. in Leuit. 4. 16. & Rupert. in Leuit. 14.

19 Sanguine & unguento facta aspersio a Moyse in Aaron, & eius filios, & eorum uestes, ut est Leuit. 8. sign. Christi Domini sanguinis communicationem, quo nos mundamur. Idem sig. aspersio sanguinis vituli, facta a Moyse in populum, ut est Exod. 24. Isych. Leuit. 8.

20 Sanguine aspergentes manus suas sacerdotes, ut est 2. Par. 35. signif. mundantes opera sua in sanguine Christi Domini. Lauretus in uerbo aspergere.

21 Sanguine pulli columbæ aspergere parietem altaris. v. aqua lustrationis aspergi.

22 Sanguinem pinguedinem & renes immundos esse, sign. ea omnia esse uasa libidinis & concupiscentiæ. Et debere igni sancti Spiritus comburi, si ad sacrificia admitti debeant, & hoc sig. illa non cruda, sed adusta igni in altari poni. F.G.P. 65. tom. 2.

23 Sanguis hostium aspersus super uestimenta Christi Domini, ut est Isai. 63. sign. vindictam qua Christus D. percutit Dæmones & malos. D. Hieron. Isa. 63.

24 Sanguinem de ore Azoti a deo auferri, ut est Zach. 9. sign. a gentibus tolli uerba blasphemię & idolorum cultum. Diuus Hieronymus Zach. 9.

25 Sanguinem Iesu Domini bibere, ut est Ioannis 6. & 1. Corinth. 11. signific. incorruptionis Domini participem fieri. Lauretus in uerbo bibere.

26 Sanguinem bibere, ut est 2. Reg. 23. sign. peccatis, & erroribus aliorum pasci. vel sig. effundere alienum sanguinem.
Lauretus in uerbo bibere. & Rupertus 9. supra Apocal.

27 Sanguis apud Hebræos, iuxta illud sanguinem ne comedetis, sign. eam animam, & uitam, quę sanguine & halitu continetur. Paulus Scaliger lib. 1. de rerum causis, & hoc scilicet. Sanguinem non comedendum esse, signifi. nos ut in bestias, sic & homines crudeles non esse debere.

28 Sanguis, quem Christus Dominus in horto sudando emisit, signifi. accusationem vehementem perfidiæ Iudaicæ, quam accusationem signif. & sanguis Abel clamans de terra.

29 Rupertus libro duodecimo cap. 21. de victoria verbi Dei.

30 Sanguinem prohiberi in sacris & cibo, signif. in sanguine esse animam, ne comestus sanguis propria anima uificiat animam comedentis & quasi brutalem efficiat. Franciscus Georg. problem. 94. tom. 2.

31 Sanguinis innocentis effusorem non posse altari inseruire, sign. Deum repellere illum, qui occiderit eum, cuius sanguinem Deus uindicare tenetur, ut Iustus. Franciscus Georgius problem. 95. tom. 2.

32 Sanguisugæ duæ clamantes affer, affer, ut est, Prouerb. 30. signifi. luxuriam & auaritiam, uel sign. septenas & septenas diaboli filias, quæ sanguinem nostrum bibunt. hab, hab, quæ significant affer, affer, in lingua Hebræa signifi. septem in numeris, & quia duplicatur sign. bis septem filias diaboli de quibus loco suo. F.G.P. 102. tom. 5.

33 Sanitas corporis, & mentis apud nonnullos sapientes sign. hominis fœlicitatem. Franciscus Georgius.

1 SANOI, Sansanoi, Samnagalaph, & Saddai, sunt nomina quæ sign. sanctissimam Trinitatem omnipotentem esse vnum Deum. Licet Hebræi recentiores existiment esse nomina trium Angelorum, qui ut ipsi fingunt facti sunt obuiam Lilith, quæ interpretatur striges primæ uxori Adami, quæ nolebat subdita esse marito suo, neque inferior eo, sed cum fugeret uersus litus maris ei facti sunt obuiam tres angeli qui suaserunt Lilith, ne reuerteretur ad ad suum maritum, sed illa nolens illis assentiri tantum illis promisit, se non esse offensurum neque Adamo, neque Euæ alteri vxori Adami, neque filiis eorum, quotiescunque videret in thalamis inscripta nomina ipsorum Angelorum. quam fabellam ipsi Hebræi, ut multas alias sibi confinxerunt. Nam Sanoi in Aegyptiaca lingua significat primum ramum diuinitatis, qui sign. patrem, Sansanoi sign. secundum ramum Diuinitatis, qui signifi. Filium, & Samnagalaph sign. tertium ramum Diuinitatis, qui sign. Spiritum sanctum. Sadai uero est vnum ex Dei nominibus, & interpretatur omnipotens & habet tres tantum litteras in lingua sancta, & ipsum per litteras sign. tres personas diuinas, & per unitatem & sensum dictionis, sign. Deum esse trinum & vnum. Raphael Aquilinus in tractatu primo. v. numerus ternarius 33.

1 SAPPHIRVS, sign. imperium aut summum sacerdotium, quod is Lapillus Cęlitus a Ioue, & a Saturno quandam uim contrahat, ut ad eiusmodi euentu animam præparet, & faciliora hæc affectantibus omnia reddat. Nam ab Ioue regnum, a Saturno Sacerdotium aiunt impetrari, uerum alia est causa. Nam Ezechielis Sapphirum in similitudine throni figuratum pietas nostrorum patrum agnoscit, idque Dei Opt. Max. sedem sign. contendit, sed Eucherius per Sapphirum intelligit, signific. cœlestes formas ipsosque Angelos, & per serenum cœlum idem uult signifi. electorum couentum, quem conuentum & similia, Helichius vult, sign. per tunicam coloris hyacinthini. Valerian. f. 306.

2 Sapphirus de quo Ezechiel utsupra, secundum, Isaachum Philosophum sign. decimum cœlorum orbem, quem alij uocant empireum, nam nitor Sapphiri sig. illius lucem, quę superemmet omnem lucem. Throni uero similitudo, sign. illius decimi cœli inmobilitatem, siquidē orbis ille fixus manens & quietus perhibetur. Vnde in diuinis litteris legere est. Intuebuntur pij quæ sub pedibus Dei sunt, quasi opus lapidis

pidis sapphirei, & authores prophanæ religionis Iouem in throno statuebant, quod apud eos, sign. apud Iouem esse firmam perennitatem. Valer. f.307.

1 SAPIENTIA, sign. mentem. Equicola lib. 1. de natura amoris.

2 Sapientiam excidere sibi septem columnas, ut est Prouerb. 9. sign. sapientiam præparare septem dona Spiritus sancti fidelibus distribuen da. Lauret. in uerbo abscindere.

3 Sapientia apud Biantem prienæum, signif. hominis fœlicitatem. Georgius Venetus arm. fol. 29.

4 Sapientia, scientia, siue notitia, & prudentia proprietates tres apud Rabinos Hebræos midoth uocatæ, quibus Deus mundum creauerit, sig. apud nos tres diuinas personas, patrem scilicet filium & Spiritum sanctum, de supradictis proprietatibus in Prouerb. 3. scriptum est Dominus in sapientia fundauit terram. & rursus in notitia, uel scientia abyssi eruperunt, & ibidem, & ornauit cœlos prudentia. Galatinus lib. 2. cap. 4.

5 Sapientiam ædificasse sibi domum suam, ut est Prouerb. cap. 9. signifi. Deum in sapientia, uel per sapientiam sibi uniuersum mundum fabricasse.

6 Sapientiam dolasse septem columnas, sig. Deum septem dies creationis constituisse.

7 Sapientiam imolasse victimam suam, sig. Deum creasse maria flumina, & omnia mundi necessaria.

8 Sapientiam misisse puellas suas, ut uocarent, significat Deum creasse primum hominem Adam & Euam. Galatinus libro tertio capitulo secundo.

9 Sapientiam absconditam esse ab oculis uiuentium, ut est Iob 28. sign. mysteria sacræ scripturæ non esse passim carnalibus exposita. Lauretus in uerbo abscondere.

10 Sapientiæ cogitationem abundare a mari, ut est Ecclesiast. 24. signif. sensuum profunditatem esse in sapientibus. Lauretus in uerbo abundare.

11 Sapientiam ædificasse sibi domum, ut est Prou. 9. sign. uerbum Dei factum esse carnem. Beda in Prouerb. 9.

12 Sapientiā adduceré sibi ad conuiuandum, ut est Sap. 8. sign. Christum D. in se suscipere. Lauret. in uerbo adducere.

13 Sapientia, lac, cibus in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius libro primo Elocut. sacrar.

14 Sapientiæ vena benedicta, ut est Prouerb. 5. significat scripturam sacram. Glossa Ordinar. Prouerb. 5.

15 Sapientia cana, ut est apud Platonem, significat antiquissimam, quæ est apud Barbaros ueritatem. Clemens Alexandrin. libro primo Stromatum.

16 Sapientia quæ inuocatur in prima ex septem Antiphonis, sign. filium Dei. de quo Apostolus 1. Corinth. 1. Nos prædicamus Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam. Michael Timotheus in diuinum officium. Quæst. 20. tractat. 3.

17 Sapientes non abscondere patres suos, ut est Iob. 15. sig. hæreticos prosilire in laudem suorum authorum. uel sign. hæreticos qui resipiscant, & confiteantur sua peccata, & errores suos, & suorum authorum. D. Hieronym. Iob. 15.

18 Sapiens ascendens ciuitatem fortium, ut est Prouerb. 21. signif. Christum Dominum, qui uincit fortem armatum, & abstulit Tyrannidem diaboli e mundo. Beda Prouerb. 21.

19 Sapientes abscondere sapientiam suam, ut est Prouerb. 1. & 10. sign. illos eam acquirere, & secundum eam viuere.

1 SAPHO mulier in poesis arte celeberrima in numis insculpta, sig. Mytilenæos sine Lesbios, quod ea, utpote ciue sua gloriarentur. Aeneas Vicus lib. 1. de numis. cap. 8.

1 SARABAITAE Sacerdotes sign. illos religiosos, qui cum unltum seueritatis uendiceut, atque seueritatem egregiam pre se ferant, in recessu scelera omnia, & flagitia retinent, & ut inquit ille Catones & Curios simulant, sed Bacchanalia uiuunt. Petrus Crinitus lib. 3. cap. 15. de honesta disciplina.

1 SARRAE nomini detractam litteram Iod, quæ sign. decem, & loco Iod additam litteram He, quæ sign. quinque, sig. per quinarium detractum mulieri, & additum uiro, aliquid ablatum de excellentia sexus fœminei, & additum sexui uirili reformato in Abraham, & sig. partem animalem, & fœmineam in aliquo imminutam, & partem uirilem in uirtute auctam. vel certe sign. propter litteram Iod, quæ est una quæ attribuitur coronæ æternæ, detractū mulieri eam, non amplius futuram parem viro, sed sub illius dominio, unde & post hoc Sarra uocauit Abraham Dominum. F. G. P. 132.

2 Sarram uixisse 127. annis, sign. illam toto tempore uitæ suæ Deo addictam fuisse, quod in scriptura non fit mentio de annis eorum, qui in peccatis mortui sint, & numerus centenarius sign. illius animam animalem. Denarius duplex sign. illius Spiritum, & septenarius sig. portionem illius superiorem. quod illi numeri sint perfecti, sign. illam in illis partibus fuisse perfectam. F. G. P. 161.

3 Sarra anus pariens, ut est Genes. 18. sign. Ecclesiam ex gentibus generantem multos in fide, in fine sæculorum. Sed secundum quod non credebat, sign. synagogam. Glossa interlin. Genes. 18.

4 Sarra filia Raguelis audiens improperium ab vna ancilla, ut est Tob. 3. sign. Ecclesiam audientem ab hæreticis & Iudæis crimina sibi imposita. Lauretus in uerbo audire.

5 Sarra sublata in domum Pharaonis, ut est Gen. 12. sign. sapientiam, quæ inducitur aliquando in mentem superbam. D. Ambr. 2. de Abrahā 4. & Philo de Abraham.

6 Sarram

6 Sarram sterilem, concessisse Abrahæ uiro suo, Agar Aegyptiam ancillam ad liberorum susceptionem, ut est Genes. 11. & 17. sign. Sapientiam, quæ cum fideli cohabitat (fidelis autẽ & iustus reputatus est Abraham) existentem adhuc sterilem, & sine liberis in generatione illa, ut quæ nihil adhuc Abrahæ, quod esset ex uirtute peperisset, merito uelle, ut qui proficiendi adhuc tempus haberet cum mundi, seu sæculi disciplina, (per Aegyptum autem allegorice significatur mundus) prius congrederetur, postea autem ad eam quoque accedens diuina prouidentia gigneret Isaac. Agar enim secundum Philonem interpretatur meus principatus. Licet enim ei qui prius disciplinis est institutus venire ad sapientiam, quæ uel maxime principatum obtinet, & a qua augetur genus Israeliticum, ex quibus significatur sapientiam esse docendi potestate præditam, ad quam peruenit Abraham, ex contemplatione cœlestiũ, transiens ad eam, quæ ex Deo est, fidem & iustitiam. per Isaac uero significatur id, quod per se didicit Abraham. Clemens Alexand. lib. 1. Stromatum.

7 Sarram primo fuisse sterilem, & postea fœcundam, sig. Sarram per uiam naturalem sterilem esse, sed per uiam supramundanam factam fœcundam, quæ uia supramondana apud sapientes antiquos dicitur, Coh, ut est locus in Archetipo; vnde venit fœcunditas filiorum. F.C.P.150. tom. 1.

8 Sarræ dies coonumeratos fuisse annorum 127. sign. illam fuisse mulierem perfectam. nam numerus centenarius sign. eius animalem portionem, numerus denarius geminatus signific. illius spiritum, & numerus septenarius signifi. illius superiorem animæ portionem. F.G.P.161.tom.1.

9 Sarra, sig. synagogam non reprobam, sicut Agar sign. synagogam reprobam. Ioach. lib. 1. vir. Test. Con. cap. 3.

10 Sarra quæ concepit anus, sign. electam Israelis Ecclesiam, quæ sterilis fuit in filiis spiritualibus usque ad plenitudinem temporum. & idẽ sign. Elisabeth mater D. Ioannis. Ioach. lib. 2. cap. 29. Conser.

11 Sarra si iungatur cum Agar sua ancilla, signific. synagogam electam, & Agar sign. synagogam reprobam. Ioach. lib. 4. cap. 1. Cooc. & in Apoc. f. 18.

12 Sarra si iungatur cum Rebecca, sign. synagogam electam, & Rebecca sig. Ecclesiam electam de populo gentili. & Ecclesia quam sign. Sarra incepit ab ea, & concepit in tempore Elisabeth, & finiet in fine, quando Rex ille nequissimus, de quo Daniel in 8. omnia uastabit. & hæc Ecclesia semper erit, & fuit in laboribus & solicitudinibus, & hæc Ecclesia fuit subiecta Patriarchis & Prælatis illius temporis habens filios ex ancilla, sed tamen in seipsa mansit sterilis usque ad Diuum Ioannem Baptistam. Ioach. f. 80. concord. cap. 44.

13 Sarra & Rebecca si iungantur simul, Sarra sign. synagogam status primi, & Rebecca sig. Ecclesiam status secundi, & maxime ubi dicitur Isaac introduxisse Rebeccam in tabernaculum matris suæ, & in tantum tam dilexisse, ut dolorem qui de morte matris acciderat temperaret. Ioach. f. 12. Apocal.

14 post Sarræ filium natum, ancillam cum filiis suis eiectam fuisse, sign. post natum Christum Iudæos, qui sectatores iustitiæ, quæ in lege est esse maluerunt, quam gratiæ, quæ est in Euangelio, a Deo eiiciendos fuisse. Ioach. fol. 12. Apocal.

15 In sensu historico, Sarra sig. bonam matronam, Rebecca sign. bonam continentem. Rachel signif. sanctimonialem. Ioach. ut infra.

16 In morali Sarra sign. bonam operationem, Rebecca signif. lectionem. Rachel significat iubilationem.

17 In tropologico, Sarra sign. litteram prioris Testamenti, Rebecca sign. Testamenti noui, Rachel signifi. regulam uel institutionem monachorum.

18 In contemplatiuo, Sarra signifi. gratiam præuenientem, Rebecca sign. gratiam cooperantem, & Rachel sign. gratiam consumantem sine perficientem.

19 In anagogico, Sarra sign. partem supernæ Hierusalem, quæ designatur in arces, Rebecca sig. partem quæ designatur in suburbiis. Rachel sign. ipsam Hierusalem sanctam.

20 In tipico uero sensu qui habet septem species, aduertendum quod plebs populi primi status diuiditur in ter 14. generationes, quæ primæ 14 generationes sunt ad Abraham usque ad Dauid. Secundæ 14. generationes sunt a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis, & & tertiæ 14. generationes sunt a transmigratione Babylonis usque ad Christum D. N. I. ita quod.

21 In tipico primo sensu, Sarra sign. primas 14. generationes primi status ab Abraham vsque ad Dauid, & Rebecca sign. secundas 14. generationes primi status. & Rachel sign. tertias 14. generationes primi status.

22 In secundo sensu tipico, Sarra sign. primas 14. generationes secundi status. Rebecca sign, secundas 14. generationes secundi status. Rachel signific. tertias 14. generationes secundi status.

23 In tertio sensu tipico, Sarra sign. primas 14. generationes tertij status. Rebecca sign. secundas 14. generationes tertij status, & Rachel sign. tertias 14 generationes tertij status.

24 In quarto sensu tipico, in quinto, & in sexto duplicanda sunt tempora secundum concordiã, scilicet tempora primi status cum temporibus secundi, & tempora secundi cum temporibus tertij status, & de his tribus si quis vult sibi satisfacere, potest uidere exemplum in Abrahã, Isaac, & Iacob, ubi datur exemplum.

25 In septimo vero tipico sensu, qui spectat ad unitatem substantiæ Dei, sicuti tres primi pertinent ad proprietatem trium personarum. Sarra sign.

ra signifi. totam synagogam electam. Rebecca sign. totam Ecclesiam secundi status. Rachel sign. totam Ecclesiam tertij status. Ioach. Psalt. fol. 268.

1 SARDAE pisciculi quos aurata insequitur, nisi in summo mari aufugiunt, auratæ fiunt esca, sin uero ibi uideantur, rapiuntur a mergis & fulicis, sign. debilitatem esse undique nõ tutam. Alciat. Emblem. 169.

2 Sardis Ecclesia, quæ in ordine est quinta & eius Angelus, sign. ordinem monachorum D. Benedicti, qui est quintus ordo. Abbas Ioach. in Apocal. f. 80.

3 Sardus eques super musmonem sign. malorum multitudinem, iuxta Brantis notam. Gens n. Sarda ab omnibus videtur male audire. & musmon est mulus Corsicus non maior capra, cæterum iniquæ mentis bestia. Alciatus Emblemat. 186.

1 SARGVS sign. illum cuius labores & fructum alter usurpauerit. quod nullus sequatur sargi reliquias, & vbi sargus luto excitato abierit, fodere enim potest, mullus descendit & pascitur. Valer. f. 215. v. Miluius captaus.

2 Sargus captus a piscatore induto capræ pelle, sig. meretricum amatores, nam Sargus irrationali quodam amore prosequitur capras, & si earũ in littore pascentium vmbra in mari visa fuerit adnatat libenter lætusque exilit, & attingere eas miro quodammodo gestit. & ideo piscatores, vt capiant sargos, vestiunt se pellibus caprinis, & ita pisces illos decipiunt iam retibus paratis. Alciatus Emblemate 75. & Sanctius ibidem.

1 SARTAGO sign. propriæ culpæ agnitionem cum pœnitentia errori conueniente, sicuti Clibanus significat tacitæ conscientiæ stimulum, qui tamen non ulterius procedat. Valerianus fol. 243.

2 Sartago sign. prophetarum oracula sæpius euoluendá, ut saltem intelligi possint pro doctrina, quæ ad mores pertinet. Valerianus folio 243.

3 Sartago sign. Domini nostri Iesu Christi crucẽ, quod sicut in sartagine conditur, & coquitur cibus ad edendum qui alioqui fuisset ineptus, ita corpus D.N. nisi in cruce pependisset, nulli esui aptum fuisset. Valerianus fol. ducentesimo quadragesimo quarto.

4 Sartaginem ferream sumere, ut est Ezech. 4. sig. Dei iræ fortitudinem ostendere, vel sign. Dei zelum contra peccata. Lauretus in uerbo accipere.

1 SATHAN adesse inter filios Dei, ut est Iob. 1. sign. diabolum in eadem natura cum Angelis persistere, uel quod praua eius opera Deo per sanctos Angelos præsentantur, sicut bona sanctorum, uel quia peruersæ eius cogitationes, & praua desideria Deo memorantur, ut uel ipsum premat, uel aliquid permittat, uel certe cum interserit se bonis cogitationibus nostris, ut bene cogitata perturbet. Lauretus in uerbo adesse.

2 Sathan dicitur aduersarius, & tunc cœpit habẽre id nominis, quando superbire incœpit, hoc est Deo aduersari. Diabolus uero dicitur ex eo, quod per superbiam proiectus cecidit, tũc enim deorsum fluxit, uel ergastulo clausus est. Diabolus quoque dicitur criminator, siue accusator, angeli uero sathanæ dicuntur Dæmones, hoc est scientes: uidentur enim præscire multa futura. Rupertus lib. 1. cap. 26. de victoria verbi Dei, sathan dicitur etiam serpens antiquus, quod serpentem ingressus, venenum in primos parentes serpere fecit, & dicitur antiquus, quod fuerit prima omnium creaturarum, ut est Iob. 40. ipse est principium viarum Dei. vbi principium viarum signifi. Luciferum esse primum omnium creaturarum. nam uiæ sign. creationes. Vide Rupertum lib. 2. cap. 9. de victoria verbi Dei.

1 SATVRNALIA festa per septem dies celebrari, & diem septimum fuisse diem Sabbati, quẽ præcedebat dies atra, quæ erat sexta dies hebdomadæ, & in qua sacerdotes Diis manibus seruilibus faciebant rem sacram, quæ dies sexta erat sacra Accæ Laurentiæ, & in ipsis sacris diei sextæ fiebat mentio Iouis, cum aliis non liceret, significat per merita mortis Christi Domini, quæ fuit in sexta die, & hora sexta paratam quieti ad æternum Sabbatismum, & sacrificium in die sexta factum, ad patrem dirigi, cui filius Christus oblatus est, ad expiandos hominum animos, qui seruitute perpetua ipsi malo erant adstricti, & sacerdotes in ipsa die Accæ Laurentiæ sacra facere Diis manibus seruilibus sig. omnes omnium hominum manes in cacodæmonis uinculis tamdiu detinendas, donec ab Acca Laurentia liberarentur, quæ Acca nil aliud sig. quam Christi Domini mortem, de qua v. loco suo. Quod uero illa dies Atra sign. diem quam nos Christiani dicimus Veneris sanctæ, exitus ipse demonstrat, cum tenebræ per uniuersam terram dimidio die factæ, tum lamentationes & tenebrarum pulsationes postea ab Ecclesia institutæ rem palam faciunt, & sacrificium diei Atræ fieri in velabro sig. Christi Domini sacrificium fieri ad eluendas omnium sordes ex hominum animis, sicuti ex uelabri lacuna omnes urbis sordes effluebant. Vvilen brun, in prima lingua notat cœnosam & fœdam aquam. Goropius in Hermath. lib. 6. f. 151. v. Ac. f.

2 In Saturnalibus Dominos seruisse seruis, signif. memoriam pristinæ libertatis omnium, quæ fuit sub Rege Saturno, cum nemo alteri seruiret. Natalis Comes in Mythol. lib. 2. cap. 2. fol. 38.

1 SATVRNI regnum fuisse fœlix, sign. homines dum contemplationi uacarent, & ad intelligibile bonum sese conferrent beatos fuisse, uel sign. animas antequam in corpora descenderent, inter diuinas angelicasque mentes beatas uixisse, iuxta tamen illorum placitum quid ueritate contrariatur.

2 Saturno regnum ab Ioue ereptum, sign. plures

homines

homines sese ad bonum sensibile quam ad intelligibile contulisse. Nam Platonici mundum a quadam uita & anima contineri atque duci, coniectant ex firma diuersarum mundi partiũ copula, ex mirabili motu cœli. & ex perpetua sub cœlo rerum generatione. Coniectant rursus mundum a mente regi ex ordine, qui est in ipsa partium copula, ex ordine qui in spherarum motu, & ex ordine qui in rerum generatione conspicitur. Coniectant tandem & animam, & mentem ab ipso bono uno quę dirigi ad regendum, ex eo præcipue, quod & connexio partium, & motus, & generatio, & omnis horum trium ordo in unum tendit bonũque dirigitur. Quamobrem sub ipso bono geminum regnum continetur intellectus uidelicet atque animæ Regnum intellectus uocant regnum Saturni. Regnum uero animæ uocant regnum Iouis. Cum uero utrisque ad propriũ regnum animas uocantibus, scilicet Saturno ad intelligibile, & Ioue ad sensibile bonum, plures animæ ad Iouis bonum sensibile, actionemque quotidie confluerent, & paucissimæ ad Saturni bonum intelligibile contemplationemque se se referrent, ideo dixerunt ut diximus Iouem Saturno regnum eripuisse. Ficinus in 4. de legib. Platon.

3 Saturnum homines distributos in greges custodiæ Dæmonum commendasse, sign. diuinam mentem animas hominum in uarios ordines ab initio diuisisse stellarum animarum numerum comitantes. uel sign. ab orbis initio, uel statim post diluuium rudiores homines diuina prouidentia Angelorum, siue Dæmonum meliorum ministerio rexerit, donec paulatim facti peritiores ipsi sese regerent, uel sign. quicunque uitę rationem eligunt ab aliis quodam modo segregatam, itaque educati fuerint, statim in contemplatiuum beatumque Saturni regnum commigrare, sed quatenus sub contemplationis officio in ritus uarios discernuntur, eatenus & in multos greges fecerni uidentur, & aliis atque aliis pro uitæ similitudine inspirari numinibus atque Regi. Ficinus in 4. de legibus Plat.

4 Saturnum Pollucis filium, Opis maritum seniorem, uelato capite falcem gerentem, cuius uirilia discissa, & in mari proiecta Venerem genuisse dici, sign. Saturnum primum in Italia regnum obtinuisse, & propter annonæ caritatem populos ad se attraxisse, & quod eos saturauit Saturnum dictum, eius uxori Opis nomen inditum, sign. eam pauperibus opem tulisse. Pollucis filium esse, sign. eum a pollendo uel a pollucibilitate, quæ interpretatur humanitas, dictum esse Pollucis filium. Velato capite fingi, signif. quod omnes fructus foliorum obnupti tegantur umbraculo. filios suos comedisse, sign. tempus omne quodcumque gignit consumere. Falcem ferre, signifi. quod omne tempus in se redit, ut falcis curuamen, uel sig. quod omnes fructuum uires abscissæ, atque in humoribus uiscerum, ueluti in mare proiectę, sicut in mari Venerem, ita in animalibus libidinem gignũt, omnes filios, quatuor exceptis, comedisse, sign. sensum diuinum, quem sign. Saturnus creare omnia, & consumere præter quatuor Elementa, quæ sign. quatuor alij.

5 Saturnus sign. septimæ sphere animam, uel sig. Angelicam mentem, uel sign. Dei intelligentiam, uel sign. respectum ad semetipsum. Ficinus in Cratilo.

6 Saturnus sign. supernam intelligentiam in qua sit uniuersalis omnium lex atque prouidentia, circa omnium essentias, & uitas & ordines formarum. Ficinus in Gorgia.

7 Saturnum esse filium Vrani, sig. tempus prouenire ex cœli conuersione. Giraldus lib. de mensibus & annis.

8 In Saturni festo non licere apud Romanos cuique bellum inferre, sign. apud eos non decere alios molestare in solemni eius Dei in tempore cuius omnes fuissent, sine ullo bellico tumultu. Gyraldus lib. de annis & mensibus. Vide mundo patenti, & Latinarum solemni.

9 Saturno & Serapi apud Aegyptios, non fuisse templa in urbibus, vel oppidis cum tamen reliquorum Deorum existerent, sign. Aegyptios reliquis diis thure & precibus sacra fecisse: Saturno uero & Serapi sanguine & cęde, & ideo illorum templa extra moenia fuisse. Petrus Crinitus libro quinto cap. 5. de honesta discipl.

10 Saturni regnum apud Platonem præpositum Iouis regno sign. contemplationem uitæ actiuæ anteponendam. Iupiter enim significat uitam actiuam, sicuti Saturnus significantam contemplatiuam. Valerianus folio trecentesimo uigesimo secundo.

11 Saturnum amputasse genitalia patri cœlo, eaq; in mare abiecisse, indeque natam Venerem, sign. igneum semen admistum cum humore, generationis fuisse principium. Valer. fol. 344. v. Ignis & aqua qui ad limen sponsi &c.

12 Saturnum per annum ligari laneo vinculo, & solui ante diem sibi festum mense Decembri, signific. semen in utero animatum in uitam grandescere, donec erumpat in lucem, quod fit decimo mense, interim mollibus vinculis naturę detineri, uel significat tempora, quæ certa naturæ lege connexa sunt, uel significat quod fruges omnes uinculis nodisque quibusdam alternentur. uel significat quod in Tartara coniectus, propter loci profunditatem in quo uersatur, quasi quibusdam uinculis ibi detineatur, uel significat Saturni Planetæ in cursu tarditatem. Valerianus folio trecentesimo quinquagesimo septimo. & Hubertinus Sala in tractatu de Saturno.

13 Saturni regnum apud Platonem, significat tranquillitatem mentis contemplatiuæ, quæ existit in cognitione Dei. Sicuti Iouis regnum significat felicitatem uitæ actiuæ, quæ consistit in uirtute. Farra in epistola ad Adornum Lazarium.

14 Saturnus in armonica mundi consonantia, sig. Dei ipsius iudicij grauitatem. Georgius Venetus arm. f. 68.

15 Saturnus sign. aquam elementum. Georg. ut supra. f. 73.

16 Saturnus sign. mentem. Equicola de natura amoris lib. 1.

17 Saturnus sign. cursum cœlestem & uarietatem temporum. Equicola lib. 2. de nat. amoris.

18 Saturnum deuorare filios, sig. omnia nata tandem perire. Equicola lib. 3. de nat. amoris.

19 Saturnus apud Platonem, signific. mentem primam, uitam Angelicam & mundum intelligibilem, quem Hebræi uocant Sabbatum Sabbatorum, hebdomadam supernam, & Iubilæum, a Platone in libro Regni. Saturnus uocatur Rex æternæ ciuitatis, animarum conuersor, author resurrectionis, & in quarto libro de legibus. Saturnus uocatur ab eodem, initium medium & finis omnium rerum, & in Prothagora Plato uocat Saturnum, benignum datorem legum diuinarum & humanarum. In epistolis uocat eum patrem & Dominum. Farra in epistola ad Adornum Lazarium.

20 Saturnum pingi senem, & tempus significare, significat Saturni stellæ uirtutem frigidam, & tardam existere, & tempore omnia senescere. Georgius Venetus armon. folio ducentesimo undecimo.

21 Saturnus apud antiquos, significat sempiternum in Deo, quod est unum ex attributis ei. Georgius Venetus armon. folio septimo.

22 Saturnus & eius intelligentia apud Hebræos Theologos, significat tertiam Dei mensuram quam uocant Bina, a qua affluit requies, peccatorum remissio & exuberantia illa, quæ Iubileus dicitur post quadratum numeri septenarij, qui cum Saturno septimo Planeta consentit, & aduerte quod Bina est septima enumeratio, si ab inferiori numerus incipiat, & est tertia, si a superiori: sunt enim decem enumerationes siue sephiroth.
Georgius Venetus armon. folio sexagesimo.

23 Saturnum docuisse Ianum sapientiam, & partem regni ei cessisse, significat Saturnum Planetam infundere sapientiam, qua qui præditus est, magnam occasionem habet ad regnum obtinendum.
Georgius Venetus ut supra.

24 Saturnus apud Hebræos dicitur Sabatai, & interpretatur requies mea, uel sedilia mea, & ideo, significat diem septimum in quo quiescendum est, & in quo Saturni est prima hora, & qui septimus dies significat septimum millenarium, in quo mortales quiescent tranquillam uitam degentes, & quod significat septimus annus, & quinquagesimus post septenarium quadratum.
Georgius ut supra.

25 Saturno fieri sacra capite aperto, sign. illum Saturnum apud antiquos haberi pro ueritate ipsa, quæ nuda & aperta esse debet.
Equicola lib. 5. de natura amoris.

26 Saturno apud Astrologos omnes alios planetas adhærere, ipsum uero nulli Planetarum coniungi, significat Thronis intelligentiis, quas signif. Saturnus, omnes alios Angelicos ordines ad Dei summi iudicia complenda con iungi, ipsos uero Thronos nullis alijs Angelicis ordinibus adhærere. Georg. Venetus armon. f. 61.

27 Saturnum sig. in armonica mundi consonantia, terra, lapides nigri Onichinus Ziazah. Calcedonius sign. Saturnum cum Mercurio, & cauda Scorpionis plumbum, iaspis magnes & Camoinus. serpentaria herba ruta ciminum heleborus, assa fetida, Opium Mandragora & stiptica. Ramelus, sus, simia, ursus, catus præcipue niger, mulus, asellus, aues quæ sunt longi colli, & grossæ uocis grues, struthij, & pauones. Serpentes & reptantia in terris, aquis & ruinis murorum, ut mures formicæ & uermes, atrabilis humectans non tamen adusta. Color niger plumbeus & liuidus, sapores acetosi, acriores & graues, & graue olentia, autumnus & hiems, uenti fortiores. Indi & Aethiopes, loca obscura subterranea & solitaria. Piscinæ stagna paludes & loca horrenda. Thesauri occulti, & qui longis itineribus & cum difficultate acquiruntur. Georg. Venet. armon. f. 78.

28 Saturnum secundum antiquos præesse auribus, & præcipue dextræ, sign. hominem a Saturno habere, ut secretiori, & profundiori sapientia delectetur, audiens. n. sapiens sapientior erit, ut inquit scriptura. Georg. Venet. arm. f. 116.

29 Saturnus cœlestis & supramundanus a quo habent homines, ut diuturna & longa rerum multarum consideratione & experientia prudentes fiant, sign. apud Hebræos numerationem, quam Binam uocant, quę intelligentia & prudentia interpretatur. Georgius Venetus arm. f. 116.

30 Saturni primum regimen incepit prima die creationis mundi, & finiuit anno ipsius mundi 285. & die 157. secundum regimen incepit anno mundi 2485. & die 113. Tertium regimen incepit anno mundi 4285. & die 12. & significat euentus de quibus habetur, in tractatu Oriphiel. secundum Tritemium. Sed computatio præsens est secundum Paulum Scaligerum in libro quarto, capite primo de rerum causis, qui in capite quinto uocat intelligentiam Saturni secundum Hebręos Zaph, Kettem, & non Oriphielem, ut Tritemius. v. Oriphiel, uel Orifiel.

31 Saturnus apud Orpheum significat mundum intellectualem, qui comprehendit mentes Angelicas puras, & omnino separatas a materia. Farra in tractatu de Theologia Orphica, uel Philosophia.

33 Saturnum dici filium terræ & celi, signif. naturam Angelicam in primo gradu creationis suę modo quodam fuisse obscuram, & ideo terreę opacitati similem. Sed reuolutam ad cęlū i.

ad uerbum diuinum, in quo sunt thesauri sapientiç & pulchritudinis Dei, accepisse illustrationem Idealem, splendorem & essentiam formæ suæ. Farra ut supra.

34 Saturnum dici semper uiuentem, sign. in natura Angelica existere fontes, & exemplaria omnium vitarum. Farra ut supra.

35 Saturnum dici Deorum patrem, sign. naturam Angelicam comprehendere Ideas omnium corporum cœlestium, quæ a Platone uocantur Dei. Farra ut supra.

36 Saturnum dici patrem hominum, sign. animum humanum cum sua unitate intellectuali, uiuere in natura Angelica.
Farra ut supra.

37 Saturnum dici purissimum sign. nihil immundiciei materialis existere in natura Angelica.
Farra in Theologia Orphica, uel Symbolica Philosophia.

38 Saturnum dici temporis patrem, sig. intellectualem mundum. siue naturam Angelicam esse in æuo, siue æternitate, cuius temporis est imago & ueluti filius. Farra in Philosophia symbolica.

39 Saturnus sign. mundi intelligibilis unionem intra se omnia implicantis. Picus Heptap. cap. 3.

40 Saturnum vorasse omnes filios suos, præter quatuor Iouem, Iunonem, Neptunum, Plutonem, sign. omnia quæ ex materia sunt præter ipsa quatuor Elementa tempore conteri. Saturnus enim, sig. tempora, Opis eius uxor, signifi. terram, quatuor filij, significant quatuor Elementa. Landinus in tertio Camaldulensium.

41 Saturnum esse filium cœli, sign. ex cœli conuersione tempus oriri, ante cœlum nullum tempus esse potuit. Natalis Comes in Mytholog. f. 34.

42 Saturnum abscidisse partes genitales patri, significant cœlum non potuisse nisi unum tempus producere.

43 Saturnum conuenisse cum Titane ne ullos filios mares gigneret, uel si gigneret deuoraret, apud Empedoclem, signific. duo tantum esse debere rerum principia, quæ ille uocat dissidium & amicitiam.

44 Saturnum prius filios deglutisse, & postea euomuisse, sig. mutuam Elementorum generationem, & corruptionem secundum partes. Natalis Comes f. 34. Mythol. lib. 2. cap. 1.

45 Saturnus in septima porta primi gradus Theatri Iul j Camilli, signif. in mundo supra cœleste Binah, & Zaphchielem illius intelligentiam. Iulius Camillus. f. 67.

46 Saturni motus qui est annorum triginta ad Iouis motum, qui est annorum duodecim, sign. proportionem duplicem sesqualteram. Georg. Venet. arm. f. 121.

47 Saturni motus ad motum cœli stellati signific. proportionem millecuplam & ducentuplam. Georg. ut supra.

48 Saturnus in mundo minore, id est in homine, sign. spem, & uitam contemplatiuam. Georgius ut supra.

49 Saturnus signific. hiemem, sicuti Venus significat Aestatem, & Proserpina significat Ver.
Cęlius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

50 Ex Saturno & Venere omnia esse progenita, significat ex hieme, & æstate, omnia in lucem prodire.
Calcagninus ut supra.

51 Saturnum e cęlo & Rhea, quę terra, est esse natum, sign. tempus ex cœli astrorumque agitatione & motu cępisse.
Natalis Comes in Mytholog. libr. 2. cap. 2. fol. 38.

52 Saturnus dictus est Noe, eo quod in sua lingua, hoc est omnium prima, uocatus sit, Sat, Vr, Not, id est necessarius ad semen perfectum, & absolutum. Sat enim in prima lingua signif. semen, quæ syllaba si Ichnæo modo conuertatur, quod est peculiare primæ linguæ & illius solius, fit tas, quæ significat escam ad quam paratur semen. Vr, sign. perfectum quid, & si conuertatur fit Ru, quæ uox significat imperfectum. vnde fluxit Rude Latinorum. Not siue noot, significat necessitatem, & quia necessitas nos ad omnia discenda cogit. si Noot uertatur fit toon, quod signific. ostendo, demonstro, & doceo. Sed ut Saturnoot terminatione ad Latinam formam accomodata fieret, factus est Saturnus. Qui propriè significat eum, qui necessarius fuerit humano semini perficiendo. Si uero tantum in prima lingua proferatur satur, sine extrema syllaba not, uel noot, significat perfectum seminatorem, quod uocabulum primum conuenit Deo, deinde potestatibus mundi seminario præfectis, deinde Adamo inter homines postremo Noę, quibus Deus hanc singularem seminis humani propagandi gratiam concesit.
Ioannes Goropius in Vertumno folio 38. & 39.

53 Saturnum a Romanis dictum fuisse ueritatis patrem, sign. Noe post diluuium fuisse ueritatis doctorem, & ab eo omnem ueritatem, duxisse originem. Goropius in lib. 2. Hermath. f. 23. Saturnus enim sign. Noe, ut supra. sed hoc nomen non minus conuenit Adamo, quã Noe. Goropius ut supra.

54 Saturnus signifi. sempiternitatem Dei vnum ex attributis diuinis. Franciscus Georgius arm. f. 7.

55 Saturnum fugisse ex Græcia in Italiam, significat ex Græcia in Italiam tandem uenisse scientiarum contemplationem, quando scilicet in Italia studium philosophiæ excoli cępit.
F. G. arm. f. 48.

56 Saturnum consumere filios omnes, quatuor exceptis, sign. tempus omnia consumere præter quatuor Elementa. Saturnus enim sign. tempus. F. G. arm. f. 48.

57 Saturnus signific. Deum, nam in prima lingua Sat, notat satorem, & Vr, signat potentiam late fluentem. Vnde Satur significat

summum

summum satorem. Goropius in Hermath. lib. 7. f. 158.

59 Saturnus signifi. Noam. v. supra folio 51. 52. & 53.

60 Saturni aram Cereis accensis coli solere, & Cereos mitti dictoribus, significat Saturnum fuisse quasi lumen humanæ uitæ, quam e tenebris ad bonarum artium cognitionem excitarit. Natalis Comes in Mythologia lib. 2. cap. 2. f. 38.

61 Saturnum abscidisse uirilia patri, sign. æthera a Deo, siue cœlo procreatum ex vniuersa ætheris materia, neque alium æthera procreari potuisse. Natalis Comes in Mytholog. lib. 2. cap. 2. f. 39.

62 Saturnum conuenisse cum Titano fratre, ut filios omnes occideret, sign. Solem cum tempore coniurasse, ut omnia quæ nascantur, properent ad interitum, Nam sol est author generationis, & corruptionis rerum naturalium, quorum nihil fit sine tempore. Natalis ut supra.

63 Saturnum euomuisse saxum, & reliqua omnia, quæ comederat, signifi. alias res in demortuarum locum sufficí ab ipsa natura & reparari. Nam cum omnium rerum sit uicissitudo, & omnia quæ nata sunt interire aliquando necesse sit, quia quæ composita sunt denique in sua principia soluuntur, quorum omnium mutationis tempus est architectus, & ideo Saturnus dictus est uorasse filios. Natalis ut supra.

64 Saturnum dici patrem hominum atque Deorum, ab Orpheo, sign. solem modo declinantem ad Septentrionem, modo ad meridiem efficere, nunc hiemem, nunc æstatem, atque pro mutationibus temporum, omnibus quæ terra mariue nascuntur, initia, causasque sui ortus præbere, qua de re uideri omnium patrem. Natalis ut supra.

65 Saturnus apud Platonicos, sign. mentem puram quæ totá rerum diuinarum contemplationem semper intendit. Cartarius f. 44. cap. de Saturno.

66 Saturnus apud Platonem sign. illam supremam intelligentiam, quæ curat esse uiuere & ordinem rerum omnium. Cartarius f. 44. cap. de Saturno.

67 Saturnus habens pedes uinctos laneis uinculis, signifi. fœtus in uentre matris teneri uinculis mollibus. Cartarius ut supra.

68 Saturnum non solui a uinculis laneis, quibus per totos menses uinciebatur, nisi in mense Decembr. sign. fœtum non dari in lucem nisi mense decimo. Cartarius fol. 44. cap. de Saturno.

69 Saturnus habens pedes ligatos uinculis laneis, sign. secundum aliquos diuinam benignitatem non cito, neque cum strepitu currere ad punitionem peccatorum, sed lente, & tacite adeo, quod non prius peccator animaduertit, quam pœnas luat. Cartar. f. 44. vel sign. quod omnes res adeo sunt simul complexæ, & adiunctæ simul colligatæ esse uideantur, vel sign. quod natura tenet tempora, ita simul ligata, ut nunquam cessent unum alteri succedere. Cart. f. 45. cap. de Saturno.

70 Saturnus conuersus in equum aufugiens coniugem, sign. temporis uelocitatem.

71 Saturnum habere falcem, signif. tempus omnia incidere & truncare, prosternere & labefactare. Natalis Comes in Mytholog. lib. 2. cap. 2. fol. 39.

72 Saturni falcem, uel Iouis, uel Cereris, fuisse occultatam in Sicilia, signifi. fœcunditatis priuationem, non habere locum in Sicilia, uel certe latere. Nam Sicilia est omnium insularum, ut Polibius lib. 1. scripsit frumenti, & rerum victui necessariarum fertilissima. Natalis ut supra.

73 Saturnum a Ioue de regno depulsum, ligatum, & in Tartara deiectum, significat sublimiora corpora, quæ sunt supra elementa, & corpora simplicia, omnem uim temporis, ad inferiora, quæ patiuntur mutationem relegari, cum ipsa sint ab omni, uel senectute, uel labore, uel mutatione immunia. Nam antiqui uocarunt Tartarum hunc locum inferiorem corruptioni scilicet obnoxium, sic igitur Iupiter, & se, & fratres suos ab immanitate Saturni liberauit, cujus fratres sunt Elementa, quæ & si partes singuli corrumpuntur, uniuersa certe interire non possunt. Sed

74 Saturnum fuisse ligatum, ut ait Lucianus in Dialogo de Astrologia, significat Saturni tarditatem, segnemque illius Planetæ motum, cum tamen Saturnus ligatus nunquam fuerit, neque in Tartarum deiectus, sed tergiuersationes & uarietates illius motus dederunt locum fabulæ. Natalis ut supra.

75 Saturni regnum præponi Iouis regno apud Platonem, significat contemplationem uitæ actioni præferendam. siquidem Saturni regnũ, significat uitam contemplatiuam, & Iouis regnum sign. vitam actiuam. Ficinus in arg. ciuilis Plat.

76 Saturnus sign. puritatem integritatemque mentis inuiolabilem. Ficinus in arg. ciuilis Platonis.

77 Saturno regnante homines beatos uiuere sign. si regnaret aliquis, qui diuina quadam mente actiones gratia contemplationis institueret, genus humanum fore beatum. Ficinus in arg. ciuilis Platonis.

78 Saturnum fuisse in Tartarum dimissum, signifi. Saturni Planetæ obscuritatem dedisse locum fabulæ eum detrusum in Tartarum fuisse, eo quod stella Saturni non facile sit usui mortalium obnoxia. Natalis Comes in Mythol. lib. 2. cap. 2. f. 39.

79 Saturnus sign. uniuersam mundi naturam. Dionysius Halicarnassæus lib. 1. & Natalis Comes ut supra.

80 Saturnus apud Platonicos sign. mentem illam diuinam, quæ cæteras complectitur. Nam

Platonici uocant hanc mentē modo Iouem, modo Venerem, & modo Saturnum, & quia huic menti assignatus locus in cœlo, ideo dixerunt Saturnum esse filium cœli, siue quia mentis uirtus e cœlo proueniat, & in omnia corpora diffundatur. & quando illa mens gubernat æthercam regionem, tunc Platonici vocant eam Iouem, quando uero ea mens descendit in inferiora corpora ad concitanda ea ad generationem, tunc uocant Venerem. Quando autem ipsa mens fit superna, in qua sit lex vniuersa rerum omnium atque prouidentia, quæ ad ordinem, & uitam, & mutationes omnium fortunarum pertineat, tunc dicitur Saturnus. Natalis ut supra.

80 Saturnus sign. cœlum eius sphæræ quæ aplanem sequitur, nam nonnulli spheram Aplanem uocarunt animam, & cœlum sequentis sphæræ uocarunt Saturnum. Natalis vt supra.

81 Saturnum vinctum fuisse ab Ioue, sign. Saturni malignitatem, ut aiunt Astrologi, placari uel leniri ab Iouis coniunctione, uel receptione, uel oppositione, uel trino festiiue aspectu, quæ res facit ut Saturni uires uideantur uinctæ, & quasi in Tartarum detrusæ. Si enim Iupiter nō obsistat Saturno, ut supra homo in cuius natiuitate Saturnus fuerit potens, euadet inuidus malignus, superbus, auarus, & tardus ad iram, sed in ea diutius insistens, est tamen consilio pollens, & audax in periculis senili quadam prudentia, Natalis ut supra folio 40.

82 Saturnum conuersum esse in equum, qui est animal in Venerem procline & penè furiosum, signifi. homines, quibus Saturnus Planeta dominatur, clam libidini esse deditos, & quasi in Venerem furiosos. Natalis ut supra.

83 Saturni stella frigidæ naturæ, quæ diuturnis temporum spatiis cursum suum peragit, significat Adam primum parentem, quem friguisse legimus in Paradiso, & ipsum, & cæteros homines ætatis primæ supra mensuram modernorum hominum, & eo amplius perdurasse. Ioachim in Apocalyps. fol. 54.

84 Saturnus sign. hiemem apud Aegyptios. Valer. f. 130

85 Saturno ab Ioue abscissas esse partes genitales acuta falce, & in mare deiectas ex quibus & spuma nata sit Venus, apud Chimistas signifi. ex sale quodam fieri salem præparatum, qui dicitur Iupiter, sicut prior sal dicitur Saturnus, & quoniam cum sal præparatus qui dicitur Iupiter, in vase vitreo existit, in peracutam tenuemque aquam soluitur propter uim ignis, quæ sumitur etiam ab ipso Ioue cum uiriles partes secum afferat incidens, ac separans, sulphur intimum ac in sale latens, quæ recidunt in uas, quod accipiendis apponitur, iccirco & Saturno amputatas uiriles partes dicunt, & cum sal in aquam tamquam in mare decidat, ex illo sale ac sulphure gignitur Venus. Natalis Comes in Mytholog. lib. 2. cap. 2. f. 40.

86 Saturnum pingi senem, signifi. Planetæ Saturni tarditatem & caloris inopiam. Natalis ut supra.

77 Saturnum habere falcem sign. Saturnum retrogradum dominantem in horoscopo alicuius nati recidere uitam, Pauci enim uiuunt, quibus Saturnus est retrogradus dominans in horoscopo. Natalis Comes in Mytholog. lib. 2. cap. 2. f. 40.

88 Saturnum deiecisse patrem suum e regno propter iniurias fratrum, sign. Deum esse iniuriarum uindicem, & Saturnum eundem esse passum eadem a Ioue filio, sign. nullam iniquitatem iniquitatis esse remedium, & idcirco eos qui iniurias ulciscuntur illud videre debere, quo tenus uiro bono procedendum sit, atque easdem iniurias, quas in parentes contulerimus, nobis a filiis postea expectandas esse, cum omnes domesticis exemplis maxime excitentur. Natalis ut supaa.

89 Saturnum castrasse Patrem Cælium, signific. primam mentem Angelicam recepisse a Deo facultatem creandi cætera omnia, cessante ipso Deo a creatione, ut fuit opinio Platonicorum. Ioannes Picus in libr. 2. cap. 17. comm. in cantilenam Hieronymi Beniuienij. Vide Venus. 171.

90 Saturnum ligatum fuisse, & mundi administrationem fuisse apud Iouem, sign. mentem primam omnino esse immobilem, sed animam mundi, quam sign. Iupiter esse principium omnis motus. Picus ut supra.

1 SATYRVS habens coronam, siue sertum ex herba eruca in capite, sign. libidinosos, Satyri enim natura sunt petulantes, & eruca ciet Venerem. Alciatus Emblemate 72. Vide Orphi.

2 Satyri tres saltantes, & simul & certatim bibentes, sign. luxuriam. Cartarius in imagine Iouis. f. 30.

3 Satyrus siue satyriscus, ut ait Valer. lib. 44. folio 330. in somniis sig. uisus celebritatem, quod euenit matri Dionysij Siracusanorum Tiranni.

4 Satyrus complectens ignis flammam, significat uiros illitteratos, & triuiales uolentes sacram scripturam pro libitu suo interpretari. Ignis enim pulcher & utilis est, si prudenter eo utamur, quod si temere attrectemus eum, in damnum uertitur nostrum, sic pagina sacra.

Costalius Pegmate quadragesimo tertio. Satyrus enim significat hominem affectantem diuina.

5 Satyrus eruta herba coronatus sign. luxuriam. v. Faunus.

6 Satyros fingi cornibus, & pedibus caprinis, signif. Satyros nunquam saturari libidine, nam capra est animal libidinosissimum.

Aeneas Vicus in quadragesimo tertio numismate Iulij Cæsaris.

7 Satyrus conducens hyrcum ad altare, quod

quod habet ante se, in quo ardet ignis, significat sacrificium faciendum Baccho.
Choulus de Rom. antiquitate. fol. centesimo decimo nono.

8 Satyris aures esse arrectas in acumen sursum, sign. in omnibus uerbis, quæ audimus, ipsam primam omnium rerum causam esse quærendam, eoque sursum aures esse erigendas.
Goropius in Hermath. libro quinto, fol. 104.
v. Orpheus 10.

1 SAVLEM Regem de tribu Beniamin regnasse in Hierusalem ante Dauid de tribu Iuda, signifi. Diuum Paulum de tribu Beniamin fuisse regnaturum spiritualiter in Ecclesiis gentilium, prius quam Diuus Petrus. Nam Diuus Paulus euangelizauit in Asia Ecclesiæ Ephesi, & aliis sex, de quibus Diuus Ioannes in Apocalypsi, antequam Diuus Petrus Romæ sedem locaret. Ioachim in Apocalypsi. folio sexagesimo primo.

2 Saulis filiam datam vxorem Dauid signif. quod in tribu Beniamin deficientibus uiris regiis, omnis potestas danda erat tribui Iudę, id quod sign. Diuum Paulum, Diuo Petro colligatum non habiturum in Ecclesia Romana successorem, sed tantummodo Diuum Petrum, quem sign. tribus Iuda.

3 Saul qui regnabat ante Dauid & Salomonem, significat statum primum. sicuti Dauid significat secundum, & Salomon significat statum tertium.

4 Saul de tribu Beniamin, & Dauid de tribu Iuda signific. ille Diuum Paulum, & iste Diuum Petrum, futuros simul Romæ vbi coronati sunt martyrio.

5 Saul abiens a Samuele, ut est 1. Reg. 10. signifi. nouum prędicatorem, qui iam a maiore instructus incipit prædicare.
Diuus Gregorius supra 1. Reg. 10. & Lauret. in uerbo abire.

6 Saul abiens in domum suam, ut est 1. Reg. 10. sign. prædicatorem libere intrantem in contemplationis secretum. Lauretus ut supra.

7 a Saul recedens a persecutione Philistinorũ, ut est 1. Reg. 14. sig. prædicatorem, qui post aliorum correctionem redeat ad tempus ad semetipsum, ut si quid corrigendum inuenerit emendet. D. Greg. supra. 1. Reg. 14. & Lauret. ut supra.

8 a Saul recessisse Spiritum malum pulsante Dauid citharam, ut est 1. Reg. 16. significat per prædicationem diabolum ejici a cordibus pęnitentium. Lauretus in uerbo abire.

9 Saul diuidens populum in tres partes aduersus hostes, ut est 1. Reg. 11. signifi. prædicatorem proponentem exempla ieiunij in lege Moysem, in Prophetis Eliam, in Euangelio Christum Dominum. D. Gregor. supra 1. Reg. 11. & Lauretus in uerbo abscindere.

10 Saul absconditus domi dum quæreretur, ut fieret Rex. vt est 1. Reg. 10. sign. id quod facere debent, qui eligendi sunt ad dignitates. Diuus Gregorius 1. Reg. 10. & Lauretus in uerbo abscondere.

11 Saulem electum, & postea reprobatum fuisse, significat bonitatem Saulis potius spectasse ad hominem animalem, quam ad hominem spiritualem. Saul enim interpretatur locus quidam inferni, & quod semper insecutus est Dauid, tipum gerente Christi Domini nostri, & quod tandem reiectus se ipsum interemit.
Franciscus Georgius Problemate quatercentesimo quinquagesimo tertio.

12 Saulem non explesse iussa Dei sign. eum auaritia & uictoriæ insolentia tumescentem contra Deum in læsæ maiestatis crimen incidisse, uel rerum a dęmonibus pollutarum attrectatione amisso lumine diuino, quid ageret nescisse.
F. G. P. 455.

13 Saulem bellaturum indixisse ieiunium, & non obtinuisse uictoriam, sed Ionathan, qui mel comederat, sign. Saulem ficte hypocriticè imperasse ieiunium, & Dominum non Sauli ficto, sed Ionathæ sincero victoriam præstitisse.
F. G. P. 456.

14 Saulem insecutum fuisse Dauid, a quo susceperat beneficium, significat hominem animalem semper aduersari spirituali, nec unquam velle illi obtemperare & acquiescere. sed semper ei rebellem esse. Franciscus Georgius Problemate. 458.

15 Saulis festinatio ad inueniendum Samuelem, ut est 1. Reg. 9. sign. prædicatorem debere quam minimum in ciuitate morari. Lauret. in uerbo accelerare.

16 Saul uiri cingentes Dauid in modum coronæ, ut est 1. Reg. 23. sign. Scribas & Pharisæos congregatos aduersus Christum D. Lauretus in verbo accingere.

17 Saul accipiens panes duos, ut est 1. Reg. 2. signi. Prælatum debere duplices lachrimas accipere pro suis, & pro subditorum peccatis. Lauretus in uerbo accipere.

18 Sauli afferre munera, ut est 1. Reg. 10. sig. honores, reuerentiam, & humilitatem subiectionis exhibere Prælatis. D. Greg. in 1. Reg. 10.

19 Saul adducens secum Agag regem Amalech, ut est 1. Reg. 15. significat hominem adhuc retinentem secum sensum carnis, & adducere eum regem Samuelem sign. confiteri sensum carnis ut extinguatur. Diuus Gregorius 1. Reg. 15.

20 Saulis puerum antecedere ipsum Saulem, & Samuelem, ut est 1. Reg. 9. sign. aliud agi, quod a spirituali sensu suggeritur, non quod a motu carnali imperatur. Diuus Gregorius in 1. Reg. 9.

21 Saul descendens ante Samuelem, ut est 1. Reg. 10. sign. ordinandum debere videri ab ordinatore, ut eius cognoscatur obedientia, quia debet agere quod maioris iudicio imperatur. D. Greg. 1. Reg. 10.

22 Saul inter Prophetas Adag. sign. hominem qui repente sit mutatus, uel qui dissimilibus conuiuat. Gousch. lib. 3. Elocut. sacr.

23 Saul apprehendens Agag Regem Amalech, ut ut est 1.Reg.16.sign. prædicatorem recipientem ad pœnitentiam peccatores conuersos, non solum pœnitentes, sed & confitentes. D.Gregor.1.Reg.15.

24 Saul apprehendens pallium Samuelis, ut est 1. Reg.15.sign. ambitiosos, qui cum ab honore depulsi sunt per familiares Prælati, uel adulando superiori, in pristinum gradum restitui procurant. D.Greg. 1.Reg.15.

25 Saul ascendens ante Samuelem sign. auditorum mentis eleuationem, & præparationem ad audienda uerba prædicatorum. Lauretus in uerbo ascendere.

26 Saul derelictus a Deo ascendens in domum suam, ut est 1.Reg.15. sign. hominem malum peruenientem usque ad summum malitiæ suę. D.Greg. 1.Reg.15.

27 Saulis nuncios dispergi, ut uulgus, ut est. 1.Regum 14.sign. prædicatores mitti ad simplices erudiendos. Lauret. in uerbo aspergere.

28 Saul auertens humerum ut abiret, ut est 1.Reg. 10.sig. ordinarium disponentem agere, quod sibi de pastorali officio iniunctum est. D.Greg. 1.Reg.10.

29 Saulis filiæ Merob, & Michol. quæ signif. uitam actiuam, & uitam contemplatiuam. Merob enim interpretatur de multitudine, quia actiua uita de multis operibus perficitur. Et Michol interpretatur ex omnibus, quia nullus est perfectus in contemplatione, qui ex labore boni operis non peruenerit ad arcem ipsius contemplationis. D.Greg. 1.Reg.14.

30 Saulis oculi, in quibus sibi erat paruulus antequam fieret Rex, ut est 1. Reg. 15. significat cognitionem sui, quam habet Prælatus, ante dignitatem assumptam. Diuus Gregorius 1. Reg.15.

1 SAXVM, de quo Vergil. scribit, capitoli immobile saxum, sign. Diuum Petrum: primum Romanum Pontificem, qui sedem Romæ immobilem fixit, cui ut Euangelia testantur, data est potestas in uniuersum orbem. Valerianus fol.362.

2 Saxum quod excisum de monte contriuit statuam quam uidit Nabucdonosor, & mox adeo creuit, ut totam terram sua magnitudine occuparet, signific. Romanum imperium sub Pontifice Romano, per totum uniuersum esse dominaturum. Valerianus folio 362. Nam saxum sign. Christianam pietatem, cuius sonus peruulgata quippe doctrina in omnem terram esset exiturus. Valerianus folio 362.

3 Saxum illud, quod contriuit statuam Nabucdonosor sine vllius manibus impulsum contriuisse, sign. Christum Dominum nostrum sine congressu uiri & mulieris conceptum fuisse. Valerianus folio trecentesimo sexagesimo secundo.

4 Saxum uoluentes, de quibus Verg.6. sign. illos qui misere in eo uersantur, ut semper ea petant, quæ aut supra naturam, aut eorum fortunam constituta sunt, efficere nequeant, ut omnes eorum conatus irriti, & inefficaces non fiant. Landinus 4. Camald.

5 Saxum transferri de loco suo, ut est Iob.14. sig. cum mens sancta, cuius locus iustitia fuerat, subito transfertur in culpam. Lauretus in uoce lapis.

6 Saxum unde manat oleum, ut est Deutero.32. sign. diuinam sapientiam. Lauretus in uoce lapis.

7 Saxa quorum loco lateribus utebantur ædificantes turrim Babel, ut est Genes. 11. significat rationes ueras, pro quibus hæretici falsas accipiunt. Lauretus in uoce lapis.

1 SBO, apud Aegyptios significat institutionem, quod huius uocis interpretatio, signif. victum opulentum. & ad necessitatem idoneum. Quod sine rebus necessariis victui difficile opera nadetur litteris. Valerianus fol. 277.

1 SCABELLA pulsare, significat plausum, & lætitiam. Valerianus folio trecentesimo decimo tertio.

2 Scabellum in sacris litteris, sign. humilitatem & subiectionem, ut est illud; Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Valer.f.320.

3 Scabellum, signifi. in diuinis Domini nostri Iesu Christi humanitatem. Iuxta illud: Adorate scabellum pedum eius. Pedes enim, signif. filium, sicuti caput sign. patrem. Valerianus folio trecentesimo uigesimo. lege Aemarum Hennequinæum lib. de ceremon. cap. 35.

4 Scabellum pedum tuorum, iuxta illud: Donec ponam scabellum pedum tuorum, sign. imperium Romanum, quod erat Hierosolymam euersurum. Valer.f.332.

1 SCALA Iacob quam uidit, signif. orationem Dominicam, per quam Angeli ferunt petitiones nostras ad patrem. Farra.f.35.

2 Scala Iacob, sign. orationem compotam a Cabalistis ex 72. versiculis, ex quibus singulis elicitur faustissimum nomen quadrilitterum, quã dicunt habere altissimam uirtutem. Farra Septen.f.215.

3 Scala habens septem gradus, ut est apud Zoroastrem, sign. vires septem planetarum, quibus ascendimus a materia usque ad eum, qui est super omnes gradus, & per quos etiam descenditur ad inferos, quando uidelicet subiectum est male dispositum, ad influxus illos suscipiendos. F.G.P.475.tom.5.

4 Scala a Tartaro ad primum ignem, primum Zoroastri dictum, sign. seriem causarum vniuersi a non gradu materiæ ad eum qui est super omnem gradum graduate protensum. Leo Suauius in scholis de vita longa Paracelsi. f. 190. & Picus in prima conclusione, ex quindecim de intelligentia dictorum Zoroastris, ubi notandi Picum dicere seriẽ naturarum & non, vt Leo, qui a Pico accepit, causarum.

5 Scala Iacob, stans in terra, cuius caput attingebat Cœlum, & Angeli Dei ascendebant & descendebant per eam. signif. aerem cuius basis terra caput Cœlum est. Nam a lunari orbe qui extremus est circulorum cœlestium, primus autem uersus nos, ut describunt contemplatores rerum sublimium, usque ad superficiem terræ per totum id interstitium aer extenditur. Philo. lib. de somnijs f. 374.

6 Scala sign. Doctrinam siue disciplinam. Nam quemadmodum per scalam facilis est ascensus ad ardua, ita per doctrinam promptus fit adscensus ad honores, qui in scalæ nomine designantur, in prima enim lingua scala & doctrina dicitur, Leer, & quia ut ait ille honos alit artes, in uoce leer comprehenditur honor, nã eer denotat honorem. & quia per disciplinam ascendimus ad honores, per honores super alios excellimus, vox eer, si uertatur, ut fiat, ree, denotabit omnis apparatus excellentiam, vt sign. ipsam doctrinam esse præparationem ad sublimem & excellentem excellentiam. vnde sequitur doctrinam esse veram scalam, per quam genus humanum ad cœleste regnum ascendit, qua re nulla maior esse potest excellentia. Goropius in Hierogliph. lib. 10. folio 158.

7 Scalæ naturæ gradus qui sunt decem. signif. decẽ numerationes siue attributa uel sephiroth, per quos ad cognitionem omnium, quæ sunt vere aut sensu, aut scientia, aut fide ab imo ad summum ascendere possumus. & dicuntur corona, sapientia, prudentia siue intelligentia, clementia seu bonitas, grauitas uel seueritas, ornatus triumphus, confessio laudis, fundamentum, & regnum. Paulus Scalig. 2. tomo miscellaneorum f. 82. & 83.

8 Scala naturæ habet quatuor gradus, vt Areopagita tradere uidetur. qui sign. quatuor rerum creatarum genera, quibus tota vniuersitas ad Deum ascendit. qui sunt essentia, uita, sensus & intellectus. & super hoc fundamento Raimundus de Sabunda scalam suam stabiliuit, per quam ad summum religionis apicem ascendit. Goropius in Hieroglyph. libr. 10. f. 159.

9 Scala Iacob per quam Angeli diuino iussu ad mortales humanæ salutis oracula detulerunt, & rursus una secum ad patrem cœlestem animos reducunt. sign. doctrinam Christianam veteris & noui Testamẽti libris comprehensã. Gorop. ut sup.

1 In SCAPHIO ne edito, Symbolum pythagoricum. signifi. cum uiris nefarijs & vitijs infectis non esse amicitias ineundas, atque ab eorum conuictu aufugiendum. Costalius pegmate 17. vide viri complures comedentes in scaphio.

2 SCARABEVS sign. mundum, quòd ad mundi ipsius imaginem & rationum fieri compertus sit. Valerianus folio 60. Horus folio 5.

3 Scarabeus sign. generationem, quòd ex aquis in lucem prodeat, ueluti omnium rerum generationem ab aquis esse plurimi asseuerarint Philosophi. Valerianus folio 60. Horus folio 5.

3 Scarabeus sign. vnigenitum. quod singulis ex singulis pilulis exeant scarabei. vel quòd solus sibi met ipse seminium fuerit. Valer. f. 60. Horus f. 5.

4 Scarabeus sign. Deum fuisse in corpore humano. iuxta D. Augustini illud in soliloquijs loquens de admiranda Christi humanitate, bonus ille scarabeus meus, non ea tantum de caussa, quod vnigenitus, quod ipsemet sui autor mortalium speciem induerit, sed quòd in hac fece nostra se se uolutarit, & ex ipsa nasci homo voluerit. Valerianus folio 60. Horus folio 5.

5 Scarabeus sign. patrem quòd in hac animalium specie nulla sit fœmina. Valer. fol. 61. Horus fol. 5.

6 Scarabeus sig. militum strenuitatem, quòd hoc animal nihil muliebre in se habeat, sed sit totum virile, vt decet milites esse. hinc milites gerebant imaginem scarabei in anulis insculptam. Valer. f. 61.

7 Scarabeus primus, sign. Solem, quòd hoc animal habeat triginta digitulos ad similitudinem dierum 30. quibus Sol signum vnum percurrit. Valer. f. 61. & Horus f. 5. Vel sign. Solem, quòd agit pillulam in cõtrarium, sicut Sol videtur Cœlum agere in contrarium ab Occidente in ortum deuoluens. Cælius Calcagn. lib. de rebus Aegyptiacis.

8 Scarabeus secundus, sig. Lunam, quòd hoc animal taurum cornibus imitetur, qui taurus est Lunæ ipsius exaltatio apud Aegyptios. Valer. f. 61. Hor. f. 5.

9 Scarabeus tertius, qui unum tantum cornu habet. sign. Mercurium. v. Valerianum fol. 61. Horus f. 5.

10 Scarabeus habens oculos acu transfixos. sig. hominem lætali febre extinctum, quam febrem sub dio solares radios perpetiendo cõtraxerit. Valer. f. 61.

11 Scarabeus olfaciens rosas. sign. virtutem delicijs eneruatam. quòd hoc animal, odorata rosa, emoriatur. Valer. f. 61.

12 Scarabeus pillulam siue cantharus pilulam. sig. in adagijs quòd animali ingenitum, nulla arte prorsus deleri. Rodiginus libro 5. capitulo 5.

13 Scarabei siue canthari vnguenta in Adagijs significat eos ridiculos esse, qui in conuiuijs innoxias auersantur voluptates. Rodiginus libr. 5. cap. 5.

14 Scarabeus desinens in vulturem, sign. Vulcanũ, sicuti vultur desinens in scarebeum sign. Palladem. Valerianus fol. 1343.

15 Scarabeus & aquila sig. a minimis quoque timẽdum, nam scarebeus implicatur aquilę pennis, ea inscia, & sic defertur in nidum, ubi eius oua perforat. Alciatus Emblematibus f. 197.

16 Scarabeus abominandus prouerb. sig. homunculum

culum contemptissimum utilissimumq; adagiū abominandus Scarabeus.

17 Scarabeus Sacer Apollini sig. Solem, quòd Scarabeus sit tantum Mas, & non habet fœminā, solis est tantum uirtus actiua, & nullo modo passiua in rebus procreandis. Cart. lib. de imaginibus Deorum tractatu de Apolline.

18 Scarabeus in anulis sculptus, sign. hominem gestantem illos anulos debere esse animo uirili, & non effœminato, sicuti Scarabeus tantummodo est masculus neque habet fœminas. Cartarius ut supra. & Calcagninus libro de rebus Aegyptiacis.

19 Scarabeus Apollini sacer sign. Solem præbere vim lunæ, vt in singulis diebus 28. ipsa renouetur. Nam Scarabeus spargit semen suum in luto, & ex eo efficit pillulas quas per dies 28. euoluit, & postea nascitur proles. ita quoque spargit virtutes suas seminales super terram, & cum illa semper euoluitur, & efficit, ut luna per dies 28. renouetur. Cartar. ut sup.

1 SCARVS sign. callidum captiuitatis declinatorē, quod cum sentit se in nassa captum, uertit non caput ad uimina infesta sed caudam, quæ Paulatim ingressa in surculos illos aperit adeo, ut elabantur uel si ipse id non possit ad sunt alij, qui non sint capti, illi opem laturi, nā caudam capti mordicus apprehendunt, & adeo trahunt, ut captum liberent. Valeria. fol. 214.

2 Scarus sign. hominem uoracem, & ingluuiosum quòd solus in eo genere rumiuare credatur, non enim habet dentes neque serratos, neque utrinque consertos, sed altera tantum parte planos. Valer. fol. 224.

Scelera & prauæ consuetudines. V. Ager. 36.

Sceppem, & scepper. V. scip. scep.

1 SCENOPHEGIAE dies, qui erant octo. & incipiebant die vigesima quinta mensis casleu. qui est December. Rupertus libro 10. cap. 8. de victoria verbi Dei, quid autem significarent, & qua de causa fieri scenophegiæ deberēt uide Rupertum eodem libro, capitulo 14. At, ut ego Reor Magnum latebat mysterium. Nam die 27. decembris. templum pollutum expurgatum fuerat, ut ait Rupertus lib. 10. cap. 3. quod sign. eadem die futuram veri Templi Dei veram, & legitimam expurgationem, quando in ea oriundus erat ex Virginis Sanctissimo Dei templo utero, scilicet Sanctus Sanctorum, ad Sanctificandum omnia singulorum fidelium corda, quæ uera & Sancta sunt Dei templa.

1 SCEPTRVM cum oculo in uertice sign. regem. vel regis vigilantiam sceptrum, sign. potestatem, oculus signifi. vigilantiam. Cartarius 149. v. oculus. 5.

2 Sceptrum habens in uertice caput ciconiæ, & in calce Hippopotamum siue pedem illius, sign. Regem pium, & iustum esse debere, & premere impios, & iniquos. Cartar. fol. 150. quòd ciconia sit pia in parentes, & Hippopotamus eos occidat. lege Alexandrum ab Alexandro. lib. 1. cap. 28.

3 Sceptrum & toga palmata sig. Iouis insignia. Cartar. f. 169.

4 Sceptrum datum Iunoni sign. Iunonem habere facultatem attribuendi regna, & opes quibus ipsi placuerit. Cartar. f. 176.

5 Sceptrum habēs multos ita complexos, ut quisque oculi formam faceret, sign. Osyrim quem Aegyptij sua lingua multoculum dicunt: nam os significat multum, & iri significat oculum. Valer. f. 234.

6 Sceptrum in cuius uertice sit manus gladium tenens, sign. magistratum, & legitimam administrationem animaduersionemque, & illud D. Pauli. Rom. 13. uis autem non timere potestatem? bonum fac. &c. Habet titulum. non sine causa.

7 Sceptrum unum sign. vnius partis in orbe Imperium, & plura sceptra signifi. plurium patitum in orbe Imperium. Annius lib. de antiquitate, & rebus Ethruriæ f. 385.

8 Sceptrum, sig. Regnum iuxta illud non auferetur sceptrum de manu Iuda donec &c. Valer. fol. 305.

9 Sceptrum e manu Neronis a fulmine deiectū sign. Imperium de familia Cæsarum abrogandum fuisse, quod eo anno in Nerouis morte euenit. Valer. f. 376.

10 Sceptri Iuda ablatio de quo in Geneseos. cap. 49. non recedet sceptrum de Iuda & legum lator de medio pedum eius, donec veniat Silo, idest Messias, signif. Messiam fuisse venturum in defectione Regiæ potestatis in tribu Iuda quod ad unguem euenit in aduentu D. N. sub Herode Ascalonita, ubi aduētum, quod Iacob noluit dicere Mesias, sed usus est hoc uoce Silo quæ deriuatur a Sylia, quę, sign. illum sacculum matricis, in quo infans inuoluitur in utero matris, & aliquando ponitur pro Embrione, ex qua patet in illa uoce Iacob, significare voluisse Messiam, non de semine patris sed tantum de sanguine matris futurum, qui proprie esset filius mulieris, & non uiri: unde D. N. uocatus est filius hominis idest mulieris. Galatinus lib. 4. cap. 4. V. Domini nostri aduentus.

11 Sceptrum in manu uiri, qui in curru triumphali trahitur a quatuor equis sig. potestatem, & authoritatem magistratuum, & præfectorū prouinciarum. Erizzus in numo Titi Imperatoris.

12 Sceptrum signifi. potestatem. Erizzus in numo Antonini pij, qui numus habet Iouem cum fulmine in dextera, & sceptrum in finistra.

13 Sceptrum ab Achille iuratum esse se repulsurū iniuriam, qua esset affectus, sign. per iustitiam se iurasse, utpote per quam docemur repellere iniuriam, sceptrum enim sign. iustitiam, signifi. Imperium, & sig. orationem. nam sceptrum datur Agamemnoni late imperāti, datur Telemacho concionanti, & Achilli iniuriam repellenti. Rhodig lib. 4. cap. 29.

10 Sceptrum aureum Apollini datum, ut est Illiados

dos primo sign. aurum esse soli Sacrum, sicuti Lunæ argentum. Rhodig. ut sup.

15 Sceptrum Iuda non auferendum, donec ueniat &c. ut est Genes. 49. sig. Christianos principes esse duraturos usque ad Christi Domini aduentum ad iudicium. Lauretus in uerbo auferre.

16 Sceptrum Agamemnonis a Cheroneis pro Deo habitum. V. Agamemnon. 5.

1 SCHAENOBATES æque librans utrumque alterem cum inscriptione Ἀνέχου. Ἀπέχου. idest sustine, abstine, sign. eum qui medium in rebus agendis sequitur, Prudentem esse & rectû semper & ubique consistere. Achilles Bocchius Symb. 57.

1 SCHOENVS qui & funiculus apud nos, sign. hereditatem, iuxta illud funiculus hæreditatis Israel, Deuteron, Valerianus fol. 266.

1 SCICADOS apud chimistas sign. herbam mobam, vel Iouis. Ioannes Garlandius.

1 SCIDEN apud chimicos, signific. cerusam Garlandius.

1 SCIENTIA apud Platonem finific. in mente sapientiam, in ratione signifi. reminiscentiam. Nam scientia apud Platonem, est diuinarû rerum certa ratione comprehensio. Ficin. in Argum. Thæteti.

2 Scientia apud quosdam socraticos sig. hominis felicitatem. Georgius Venetus Armonia. fol. 29.

1 SCILLA sig. scopulos inter Siciliam, & Italiam qui rupibus in aqua occultis lacerat naues. Cartarius f. 148.

2 Scillam a Glauco Antedonis filio adamari, sig. confusionem, & libidinem a parum uidentibus dihgi. Fulgentius lib. 2.

3 Scillam odio habitâ propter Glaucum a Circe, sign. laborem, & manuum operationem aduersari mulieri libidinosæ. Circe enim interpretatur manuum operatio. Fulgentius lib. 2.

4 Scillam a lupis, & canibus pubetenus deuorari, sign. mulieres libidinosas præbere inguina sua alienis deuoratoribus consumenda. Fulgentius lib. 2.

5 Scillam ab Vlixe præteritam, signific. libidinem a sapiente contemni. Fulgentius lib. 2.

6 Scilla in rupe maris supra ore uirgineo infra caninis capitibus expressa sign. uel uirum, uel fœminam forma decoros externa, intus uero auaritia, impudentia, audacia, inuidia, atque rapina lauiari solere. Alciatus Emblem. 68.

7 Scilla mõstrum in mari sig. Luxuriam in appetitu sensuali. Scillam tenere latus dextrum, sig. luxuriam ex rebus prosperis nasci, sicuti Caribdis, q̃ signific. auaritiam, tenet latus sinistrum quod sign. auaritiam, ob res duras, & aduersas, ut plurimum progredi. Landinus in 3. Camaldul.

8 Scillæ utræque in uestibulo inferni, ut est apud verg. sign. nimias cupiditates, Landinus, 4. Camaldul. 1.

1 SCIN littera sign. omnes res sensitiuas, significat ignem, sign. deites, sign. commiserationem, & sig. 300. Farra. f. 175.

2 Scin littera quæ est in medio nominis Iesu caballistice, sign. mundum perfecte quieuisse, quando Iod coniunctus fuit uau, quod factum est in Christo D. qui fuit uerus Dei filius, & homo, in Conclusione Caballistica. 15. Archangelus Burgonouensis.

3 Scin littera in nomine Iesu includens duas he, quæ sunt in magno tetragrammo. sign. Christum D. cum patre unitum per primam he, & unitum humanitati per secundam he, qui venit, ut nos sabbatizaret, hoc est, ut in requiem adduceret, & sicut nomen tetragrammum soli Deo est competens, sic nomen Iesu, est soli Christo conueniens. Quod nomen soli diuinitati conueniens pure creaturæ repugnet. (Archang Burgon. in 7. Conclus. Caballist.) Nomen enim Iesu nec ante illum nec post unquam ulli creaturæ fuit impositum quod certe non est modicæ admirationis.

4 Scin littera coniuncta cum Iod, & vau, in nomine Iesu, sign. tunc mundum perfecte quiescere quasi in sua perfectione, quando scilicet filius Dei fuit & homo. Nam יוי nomen induxit Iod Scin & uau, & Scin est media inter Iod & uau, & sig. tercentum, quæ innuunt remunerationem, quæ fit per centenarium ter complicatum, significantem tres diuinitatis personas, quarum uisio est merces nostra. unde illud centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit, uita enim æterna est diuinitas ipsa cõtinens tres personas, quarum cuilibet respondet centenarius numerus, & trecenta explicata in una littera scin, signific. tres personas in unius essentiæ vnitate, & Scin signifi. quietem quòd sit prima littera Sabbat, quies uero est unio conuenientis cum conueniente, quod fit quando res una est adepta suum finem, qui finis Deus est, ideo homo tunc quiescit, cû unitur suo creatori, quod nunquam factum est nisi in Christo Iesu D.N. Iod enim prima littera nominis Iesu, sign. totam Trinitatem, quæ in Christo Domino esse debebat: nam ego in patre & pater in me est. Et, ego mittam paracletum &c. tertia littera est vau, quæ sig. arborem uitæ fontem uitæ, & panem uitæ, qui de cœlo descendit, & qui ait ego sum ueritas, & uita. In nomine Iesu sunt Iod, quæ littera est prima nominis tetragrami, & sign. patrem, & uau, q̃ sign. filium, & scin pro duabus he, he, quæ sunt in Iehoua, & sig. Spiritum Sanctum, quarum, he, prima sig. nexum patris, & filij, altera he, sig. medium, quo pater & filius se nobis cõmunicat, & duæ he, he tetragrammi mutatæ sunt in Scin mediam nominis Iesu, ut sign. requiem quam Iesus daturus erat, Scin enim est prima littera Sabbat, q̃ interpretatur requies. lege Archangelum. Burgonouensem in 14. conclusione cabalist. Pici,

5 Scin littera Alphabeti primæ linguæ in oratione mystica, quæ est in ipso Alphabeto interpretatur splẽdor, & imago, qua de causa magister

ster in ea oratione rogat Spiritum sanctum, ut euchat ad Deum suum discipulum, qui sit factus ad imaginem, & similitudinē ipsius Dei, & quia scin interpretatur splendor, & imago, mysticæ sign. Dei filium, qui est imago patris & splendor gloriæ eius, sicut enim res sine ijs, in eadem lingua, & in eodem alphabeto littera præcedens sign. Spiritum sanctum, ita scin sig. filium, & ut suo loco uideri licet Tau sign. patrem scin uero componitur ex sce, hin. quę vox notat, quod posterius est distinguo, ot ēt scin mysticę sign. cognitionem, quæ per posteriora Dei fit a magistro rogari, in alphabeto, ut in suo discipulo muretur in clarum, & directam diuini vultus inspectionem. V. Lynus 1.

Goropius in Hieroglyph. lib. 15. fol. 243.

6 Sein littera sig. hominis mentem uerbo Dei tāquam oleo lucernam nutritam atque sursum elatam per assiduam meditationem, & operationem. nam scin litteræ figura est Lycnuc ardens, flāmæ enim perpetua vibratio, signific. verbi Dei continuam meditationem, & exercitationem.

Goropius ut supra fol. 245.

1 SCIP in prima lingua denotat nauem, quæ vox deducitur a sceppen quod est creare, & formare de rudi materia, quod ut primū Deo conuenit, ita per excellentiam nauis fabricationi accomodatur, quod signif. homines semper recordari debere, quis primus fuerit nauis inuentor, nam & super vox in eadem lingua denotat omnium rerum Creatorem. Vnde scip. & sceppen, & sceppeu sign. nos debere perpetuo in animo habere totius machinæ mundanæ creatorem, & tenere memoriam maximi beneficij in naue omnium prima, & maxima præmonstrata Noe facti. Goropius in Hermath. lib. 5. f. 106.

1 SCIPHI quatuor in hastili candelabri, ut est Exod. 25. sign. quatuor Euangelia, & Schiphi in candelabro significat ora prædicatorum uel signific. ipsos auditores. Lauretus in uoce calix.

2 Sciphus argenteus in quo dininabat Ioseph, ut est Genes. 44. sign. D. Paulum eloquentem, qui est uas electionis, uel sign. doctrinam diuinorum mysteriorum in D. Paulo prædicante, in quo prius latebat. Sed cum apertus est saccus, & conciderunt squamæ ab oculis eius, apparuit. D. Ambr. de Ioseph. 11. & Beda super Gene. 42.

3 Sciphus aquæ Saulis, quem accepit Dauid, ut est 1. Reg. 26. sig. gratiam legis a Iudæis ablatam. Lauret. ut sup.

1 SCIPIONIS statuæ tenentes manus coniunctas sub pallio signif. illius modestiam, qua ille prefulgebat, similes quoque erant Solonis statuæ. Equicola libro quincto de natura amoris.

2 Scipiones siue baculi, qui habent alaudæ capita, in uertice super posita, qui sunt in manibus Canopi, & in alijs Hieroglyphicis, sign. Laudes diuinas debere esse fulcrum nostrum in uita nostra, & fidem uiuis operibus coronatam totius humanæ uitæ continere firmitatem.

Goropius in Hieroglyph. lib. 8. fol. 132.

1 SCIRE Dei sig. approbare sicut nescire sign. improbare iuxta illud: ego scio quos elegerim, & illud discedite ame operarij iniquitatis, nescio, qui sitis. Ioach. Apoc. f. 59.

1 SCIRPVS arescens ante omnes herbas, & antequam carpatur, ut est Iob. 8. sign. hippocritam, qui priusquam de carne transeat, ea, quæ in se ostenderat uirtutum facta derelinquit. Lauret in uerbo arida.

1 SCISMA septimum, quod fuit anno 783. inter Stephanum Tertium Sanctum uirum, & Constantinum secundum sig. scisma, quod fuit Theolosphori tempore qui fuit anno 1386. Tholosp. f. 28.

1 SCISSIONES qbus deus pcutit domū minorū, ut est Amos. 6. sign. tribulationes Ecclesiæ militantis, aut castigationes Laicorum in Ecclesia vel sign. captiuitatem tribus Iuda, quæ fuit restituta, quod enim scissum est, reparari potest. Lauret. in uerbo abscondere.

1 SCISSVRAM q̄ fit uestimenti ueteris p commissuram noui peiorem esse, ut est Matth. 9. signifi. pharisæos non admittentes doctrinam Christi D. permanere in ueteri infidelitate. Lauret. in uerbo abscindere.

2 Scissuræ petrarū in quibus Abdias habitabat, significat sensus corporis, & Abdias, sig. vacantem sensibus corporis. Vel scissuræ sig. diuisionem Israel a Iuda, & Dauid, & etiam a Christo D. Lauret. in uerbo abscindere.

1 SCYTHOPOLITANOS olim dictos fuisse Bæsos, sign. in Scythopoli. Noam & Iapetum & eorum socios diu habitasse, ut nutrimento diuinæ religionis illos populos alerent, Baes enim in prima lingua interpretatur præbens nutrimentum. Goropius in Hieroglyp. lib. 1. fol. 10.

1 SCOLOPENDRA sig. hominem, qui animū suum à uitijs affectibusue cruciabilibus depurget, quæque se ledant eximat, & expellat, quòd ea ubi hamo deprehensa fuerit quamlongissime potest se se exporrigens hami lineam abrodit, quo deuorato, interiora sua foras euomit donec hamum eijciat, deinde recipit intrò ac valet ea, qua prius salubritate. Valerianus fol. 215.

1 SCOPELISMO apud Arabes sign. signis uisis lapidibus quibusdam in agrum impositis, & illos colere auderet, sciret omnino se occidendum ab illis, qui lapides imposuissent, qua de re ager inculcus existebat.

Petrus Crinitus lib. 8. cap. 10. de honesta disciplina.

2 Scopulus existens contra Gabaa, ut est 1. Reg. 14. sign. peccatum aduersari celęstibus. Diu. Greg. sup. 1. Reg. 14.

3 Scopuli in medio mari turbato, cum uerbis conantia frangere frangunt, sign. hominem, qui sua uirtute resistat aduersarijs, & de illis uindictam

ctam sumat. Bartholameus Thegizs lib. 3. de arte fabricandi insignia.

4 Scopulus in medio mari, quem & venti & undæ undique concutiunt cum uersu Etrusco. *Immobil son di uera sede scoglio.* signifi. hominem, qui in erumnis tum amoris tum etiam fortunæ semper eandem seruat fidem. Io. Baptista Pittonus in insigni Achillis Lodronij.

5 Scopuli ut est 1. Reg. 14. sig. concupiscentiam, & peccatum, quæ mentẽ, & corpus occupant. D. Gregor. Reg. 14.

6 Scopulus in medio mari, quem & uenti perflãt & undæ quatiunt, cum uerbis semper idem, sign. hominem, qui dæmonstrat se semper in eodem statu permansurum, neque ob inimicorũ calumnias, & persecutiones quicquam destiturum ab officio uel in principes suos uel in amicos, sed etiam in mulierem a se dilectam. Hieronimus Ruscellus in Insigni Scipionis Portulacæ.

1 SCOPVS qui inheret terræ tumulo in quo sunt multa Iacula infixa, sed in scopo nullum cum uerbo frustra sign. hominem, qui in uirtute sola collocet spem suam, aliquando attingere scopum, licet sæpius a fortuna eius actiones frangantur. Io Baptista Pittonus in insigni Alphonsi a Villa Clara.

2 Scopus siue signum ad quod intenduntur sagittæ siue iacula, vel ut nunc vt plurimum fit in Europa orbicali plumbei e sclopis igne sulphureo eiecti. cum uerbis βάλλ' οὕτως Hoc est. ita feri. sign. hominem qui proposito sibi scopo in aliqua re omnia faciat, ne ab eo aberret. uel sign. hominem, qui in nulla re trãsgredicatur mediocritatem. Hieron. Ruscel. in insigni Alexandri Farnesij.

1 SCORPIVS scilicet marinus, & crocodilus dimicantes. sign. hostium cædem mutuam ꝙ ambo in contentione concurrentes mutua damna sibi inferunt. Valer. f. 119.

2 Scorpioni subiectus crocodilus. sign. necem e vestigio peractam. ꝙ crocodilus ictus a scorpio statim moriatur. Valerian. f. 119.

3 Scorpius superatus a crocodilo. sign. necem & pugnam diutius distractam. quòd crocodilus motus segnis longe diutius laborat antequam hostem interficere possit. Valerianus folio 119.

4 Scorpius terrestris. sign. dolos ac fallacias, quòd semper cauda insidiatur. Valerianus folio 119.

5 Scorpius sign. acerbitatem morum, quòd ab eo nemo sit tutus. quin pungatur. Valerian. f. 119.

6 Scorpius sign. insidias post aliquam felicitatem quòd proprium est fortunæ, quæ uirum, ut scorpius vltima sui parte percutit. Valeria. f. 119.

7 Scorpius in aqua. sign. prauitatem innocuam quòd in aqua nequeat præualere sicut in sicco. Valer. f. 11.

8 Scorpius significat Diabolum. iuxta illud Euãgelij, dedi uobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones. Valerianus folio 119.

9 Scorpius sign. libidinem, & nequitiam, quòd ei pudenda in hominis corpore sint attributa. Valer. f. 119.

10 Scorpius cœlestis, sign. humani generis perditionem propter aculeum, qui est instar teli. Valer. f. 119.

11 Scorpij Chelæ sign. matrimonij concordiam, quòd in hac libra sit collocata. Valerianus folio 119.

12 Scorpius in numo in quo sunt quadrigæ cum uictoria, & his litteris. Q. EL. IVLI BVRSIO. ab cuius altera facie caput est cum laurea, & alijs ab occipitio cuius fuscina est, & scorpius, ille scorpius dico sig. terram, sicuti fuscina sig. mare. Valer. f. 119.

13 Scorpius sign. Affricam terram. sicuti cuniculus Hispaniam, quòd uaffri sint doli, & fallaciæ pleni, uel quòd colore sint similes scorpio, vel quod potius est, quòd Affrica illis animalibus abundet, sicuti Hispania cuniculis. Valerianus folio 119. Vide Erizzum folio 350.

14 Scorpiones significãt malos Principes, vel Sacerdotes iniquos, quòd Diabolus per Reges sacrilegos male iubendo, uel per Sacerdotes sacrilegos male docendo noceat. D. Augustinus in Homilia. 7. super Apoc.

15 Scorpiones ut Apoc. 9. sign. Hippocritas, quòd scorpio apparet facie blãdus, & quasi brachijs ad amplexandum expãsis, sed cauda retro pungit, & nocens effundit venenum, ita & Hippocritæ cum quodam exteriore, & anteriore blandimento suas finaliter malas intentiones complent, uel suas luxurias explendo uel bona temporalia a simplicibus extorquendo. Vbertinus de Casali fol. 63.

16 Scorpius cum testudine sig. Mercurium. Cart. fol. 339.

17 Scorpionis cor stellam in tertio gradu sagittarij in armonica mundi concordia sign. sardonius amethistus Aristolochia longa crocus, quæ signifi. bonum colorem, animum lætum, sapientiam et Dæmonum fugam. Georg. Venetus Armon. fol. 42.

18 Scorpius signum in Zodiaco sign. illum scorpionem supracælestem, a quo Sol accipit diquàm uim, et de quo in libro Iosue, et nnmerorum habetur cũ dicitur; terminus Iuda erit ab extremo maris salsi a sinu, qui respicit ad meridiem, et egreditur de meridie ad ascẽsum scorpionis: siue, ut melius, scorpionũ, est enim in mundo supracælesti scorpius supracælestis sicut in mundo cælesti est scorpius cælestis, et in terrestri terrestris, de quo terrestri dominus loquitur et dedit, eis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, non tantum animalcula ista nostratia, sed de potestate quadam dæmonica intelligens. Georgius Venetus Arm. fol. 112.

19 Scor-

19 Scorpiones ut est Ezech. 3. Quoniam increduli sunt tecum, & subuersores, & cum Scorpionibus habitas, sign. homines qui blandi, & innoxij in facie uidentur, sed post dorsum portant unde uenenum fundant. Gousch. lib. 6. Elocut. Sacr.

20 Scorpionem apprehendere, ut est Ecclesiast. sign. tenere mulierem Zelotipam. Lauret. in uerbo apprehendere.

21 Scorpionis ascensus, qui erat finis tribu Iuda, ut est Iosue. 15. & Num. 34. sign. dæmones calcandos esse, ut ueniatur ad ueram Iudæam nempe confessionem. Orig. in Iosu hom. 19.

22 Scorpiones sign. homines blandos sed malitiosos, qui quidem bonis in faciem non sistunt sed mox, ut recesserint derogant. D. Gregor. in Ezech. hom. 8.

23 Scorpio signum cæleste chelibus tenens lunam nouellam, cum verbis satis agor. signific. hominem, qui experiatur cœlum infaustum, & amatam ut reor, mulierem, inimicam.
Io Baptista Pittonus in insigni Andreæ Anguillaræ.

24 Scorpio sign. Africam prouinciam. Erizzus fol. 350. in numo Adriani.

25 Scorpionem ab Antigono & Demetrio dici, Ἐννεάσπονδον. idest nouem spondilium cum tamen scorpio tantum septem habeat, sign. nouenarium numerum esse maxime infelicem, quasi ueneni scorpij quam simillimum, ut innuat nouenarium nihil a Scorpione differre. Quin & Nicander dixit nouem spondilium esse eum, qui duos tantum aculeos haberet.
Petrus Bongus cap. de nouenario folio 242.

1 SCROFA cum suis natis iacens sub ficu signif. originem Romę. Erizzus fol. 409. sign. etiam pietatem. Erizz. fol. 42.

2 Scrofa cum aureo anulo in rostro, ut est apud Salomonem prouerb. 11. sign. mulierem pulchram prostitutam.
Claudius Paradinus lib. de Symb. Heroicis folio 89.

1 SCOTVS & Franciscus in armonica mundi consonantia sign. D. Augustinum, sed ille tardiore motu grauiorem atque robustiorem sonum facit. Hic uero celeriori cursu acutius resonat. Georgius Venetus. Armon. f. 27.

1 SCRIBAM de femore Iuda non esse auferendum, donec ueniret Silo, ut est Genes. 49. sign. in aduentum Christi D. potestatem iudiciariā quam habebant apud Hebręos illi sapientes, qui dicebantur sanedrim sedentes in consistorio Bazith ad iudicandum Iudicia animarum, fuisse defuturam. Duo enim erant sanedrim, magnum quod constabat ex 71. indicibus & minus ex 23. utrunque Sanedrim inter fectum fuit ab Herode Ascalonita, a quo & potestas regia de Domo Iuda ablata est. Galatinus libro quarto capitulo quarto & quinto & sexto.

2 Scribas & librarios accire, ut est Ester. 8. sign. prædicare fidem. Lauretus in uerbo accersire.

1 SCRIPTVRA Sacra, Lucerna, Saphirus, vox, malleus, calciamentū, brachium, mensa, Margarita, scientia, panis uiuus, Eloquia Domini, os altissimi, potentia Dei, Lac, Lumen, pabulum, onus Spiritus oris, Carbunculus, Christallus, Visio, Iugum, tabulæ saxeæ, uia salutis, Labrum æneum, sermo Crucis, Verbum Dei, & uita æterna, in Sacris litteris sunt sin onnima. Gouschelius lib. 1. Elocut. Sacr.

2 In Scriptura Sacra Deus loquitur tribus modis, vel Historice, ut in Genesi, & libris Regum, Euangelijs, actibus Apostolorum, & si in his quædam sint, quæ non tantum Historialiter sint intelligenda. Vel Deus loquitur in reuelatione imaginum, ut est Rota Ezechielis, ut Bestiæ uisæ a Daniele, & similia. Vel loquitur, in simplicitate ueritatis, ut est illud Hieremiæ. Ecce dies ueniunt Dicit Dominus, & suscitabo Dauid Germen iustum, & Ecce Dominus Deus meus venit, & omnes Sancti eius cum eo, & &c. Quæ prophetico Spiritu, non sub mysteriorum caligine, sed aperte pronunciata sunt.
Abbas Ioachim in Apocal. folio quarto decimo.

1 SCRIPTVRAE Sacræ ęnigmata fuisse permansura in cordibus clericorum usque in sextam, patrem secundi status, &c. V. Angelus 40.

2 Scriptura Sacra. V. Angelus 40.

3 Scripturæ Sacræ intellectum mysticum necessarium esse ad conuincendos fidei aduersarios. V. Angelus 40.

4 Scripturæ sacræ quatuor sunt præcipui sensus tum apud Hebręos tum apud Græcos & latinos, apud Hebræos pesat, signifi. sensum literalem, Midras sig. sensum allegoricum, sechel. sign. sensum tropologicum, & cabala sign. sensum anagogicum, qui inter omnes sensus est sublimior, & diuinior, & ducens sursum a terrenis ad cęlestia, a sensibilibus ad intelligibilia, a Temporalibus ad æterna, ab infimis ad suprema, ab humanis ad diuina, & a corporalibus ad spiritualia.
Archangelus de Burgonouo in Apollogia contra Petrum Garziam.

5 Scripturæ sacræ mysteria. V. Abyssus. 9.

6 Scriptura sacra. V. Ager. 16. & 17.

7 Scriptura sacra, quam heretici demetuut non suam. V. Ager. 31.

8 Scriptura sacra. V. Agnus. 13.

9 Scripturæ sacræ incognita esse veneranda. V. Agnus. 13.

10 in Scriptura sacra mysteria non intellecta esse reseruanda Spiritui sancto.
V. Agnus. 24.

1 SCVLPTILIA concidi, ut est Michea. primo significat destruere hæreticorum errores.
Lauretus in uerbo abscindere.

1 SCV-

1 SCVTVM alicui donatum. significat strenuitatem, vt illud apud Virgilium cum Aeneas Clipeum Niso donat. Valerianus folio 312.

2 Scutum. significat defensionem. iuxta illud scuto circundabit &c. Valerianus folio 313.

3 Scuto caput summittere. sign. deditionem facere. vel sign. etiam oppugnationem. Valeria. fol. 313.

4 Scuta hastis illisa. sig. initium pugnæ, quòd mos esset incipientibus pugnam scuta hastis percutere. Valer. f. 313.

5 Scuta igne cōburere, vt est psa. 45. sig. peccati defensiones, & munimenta dissipare. Lauret. in verbo accendere.

6 Scuta a Deo comburi. signific. mentes peccatorum in malitia se defendentium ad pœnitentiæ, & confessionis ardorem Sancti Spiritus calore succendere. Lauretus in uerbo accendere.

7 Scutum Christiani hominis. v. Christiani hominis arma.

1 SCYPHVS vino plenus, cui sint cum saphiro inscripti characteres quidam, ut est apud sextum Artephij experimentum. Si uinum ferueat. sign. malum, si uero paulatim exierit, sign. bonum. Leo Suauius in Scholijs Paracelsi. f. 212.

1 SE & SVA Christo anteponere. vide Abnegare 2.

1 SECESPITA signifi. dignitatem Pontificiam. Erizzus f. 1336.

1 SECRETIM velamento fuisse habendū honorem. v. Amen. 2.

2 Secretum suum tibi, vt est Isai. 24. sign. maiora mala in mundum fuisse uentura, quam ipse Isaias verbis explicare posset. D. Hieronym. Isai 24.

3 Secreta uentris. sig. cogitationes mētis occultas. Lauret. in uerbo arcanum.

4 Secretum calami in quo dormit Behemoth, vt est Iob. 40. sig. corda superborum, hippocritarum, & Iudęorum, in quibus diabolus quiescit vel sig. peccata quæ sunt uelut abscōdita a Deo qui ea non approbat. D. Hieron. Iob. 40. & D. Greg. 33. mor. 4.

5 Secreta, quorum scrutatores dat Deus quasi non sint. sign. arcana rerum naturalium, & diuinarum, quæ philosophi curiose scrutantur, & non exequuntur, vt est Isai. 40. & Ezech. 28. Gloss. Ordi. in Isai. 40.

6 Secreta quæ dicuntur in Missa. sign. statum viæ. Georgius Ederus in Acconom. Tabula 90.

7 Secreta hominum a solo Deo cognosci. v. Aequalitas. 2.

1 SECVLVM apud nostros scriptores sacros sępe ponitur pro olam hebræa voce in quo diligenter animaduertendum est. nam olam si habet vau in dictione positam, tunc sign. æternitatem. si vero olam scribatur sine vau. tunc sign. annum quinquagesimum quem Hæbrei vocant Iobéleum. D. Hieronimus. & Gouschel. lib. 2. Elocut. Sacrar. Scriptur. v. Aeternum.

2 Seculum naturale, ut est in ritualibus Hetruscorum. sign. spatium vitæ illius qui natus esset in eo die in quo sua ciuitas construebatur. nam antiqui obseruabant eos qui nascerentur in die fundationis noue urbis, & qui ex illis longissime uixisset, dicebatur finisse primum seculum naturale illius urbis. Gyraldus lib. de annis et mensib.

3 per omnia Secula seculorum, prima uerba præfationis in Missa, sign. Deum semper fuisse neque principium habuisse neque etiam finem habiturum, sede fuisse antequam essent Abyssi. Aemarus Hennequinæus libro de Cerem. cap. 26.

4 Secula aurea Saturni a poetis decantata, signific. illud breue tempus in quo Adam uixit immunis a peccato, in quo omnia, ut canunt de seculo aureo, erant. Franciscus Georgius Armoniac. Cantu primo tono primo cap. primo.

1 SECVRIS Tenedia prauerb. sig. seueram animaduersionem, quod Tenediorū rex filiam, adulteram securi percussit propter legem. Valer. f. 227. v. caput. lege Aeneam Vicum lib. 1. cap. 8. numismis.

2 Securis quæ erat posita ad redices arboris Matth. 3. iram Dei acutissimam consumationis, quæ totum pręcisura est mundum. D. Chrisost. super Matth. cap. 3.

2 Securis posita ad radices arboris ut supra sign. Euangelij prædicationem secundum Hieremiam, qui uerbum Dñi comparat securi cedēti petram. D. Hieronimus in Homel.

4 Securis posita ad redices ut sup. sign. Christum D. N. qui uelut ex manubrio & ferro, humanitate & diuinitate constans, tenetur ex humanitate sed ex diuinitate incidit, quæ securis ad radices posita est, quia & si per patientiam expectat, uidetur tamen quid sit factura. D. Gregor. in Homel.

5 Securis apud Demosthenē sign. Phocionē, quē uocabat securim orationum suarum, utebatur enim Phocion oratione breui quidem sed acuta, & maxime Demosteni aduersabatur. Val. fol. 316.

6 Securis sig. Regem Lydorum, quòd ea uteretur unde quoque iupiter dictus labradeus, quod apud Lydos Iouei simulacrum securim tenebat, quę Lydorum lingua labris dicebatur.

7 Securis qua in fascibus utebātur consules Rom. signif. scelus, quod emendationem non reciperet esse excidendum.
Valer. fol. 316.

8 Securis non solum apud Romanos sed etiam apud aliquot Græcos, signi. seuerissimam animaduersionem.
Valer. fol. 316.

4 securis in Tenedio numo cusa, et duo capita in numi altera parte significant animaduersionem filij Tenediorum Regis, & adulteræ

qua pater in filium est usus. Valerianus. fol. 316.

10 Securis & ascia, in sepulchris adsculpta, sign. defunctum voluisse memoriam de sepulchro non obliterandam esse, & ideo auersa acies ferri scalpebatur. Valerianus fol. 316. v. ascia.

11 Securis tenedia, sign. tribunal boni Iudicis, qui secundum leges omnia secat. Costalius pegmate 85

12 Securim acuere sign. hominem instrui ad colligenda fidelium exempla. Lauretus in verbo acuere.

13 Securis ut est illud Lucæ. securis posita est ad radicem arboris. sign. Iram mortiferam, quę diuinitus irruit in Iudæos propter exercitam impietatem in Christum D. Gouschelius lib. 6. Elocution.

14 Securis sign. dignitatem pontificiam. Erizzus f. 136. & Aeneas Vicus in 18. numo Iulij. Cęsaris.

15 Securis ferrum cadens de manubrio in aquam ut est 4. Reg 6. signific. genus humanum de manu omnipotentis Dei per superbiam exclusum, & lapsum in flumine luxuriæ, vel omniū peccatorum gurgiti submersum. Vel sign. intelligentiæ donum deperditum. Vel signifi. increpationem excedentem modum rectæ rationis. Lauretus in uerbo cadere.

16 Securis in Sanctis Angelis, sig. uim dissimilia diuidendi, discernentiumque uirtutum habilitationem, efficientiam atque strenuitatem, ut habetur Ezechielis cap. 9. D. Dionis. 15. cap. celest. Hierarch.

1 SEDECHIAS adductus in Babilonē captiuus, ut est 4. Reg. 25. sig. animas captiuas, & in confusione detentas a Dęmonibus. Idem sign. fi. prædam adduci a rege syriæ in Damascum, ut est. 2. Paral. 28. & Idem signific. tribus Ruben & Gad adductæ a rege Assur, ut est 1. Para. quinto. Lauretus in verbo adducere.

1 SEDEM apud Chimistas sign. Vas. Ioannes Garlandius.

2 Sedes Dei a qua proueniunt omnes animæ nostræ sign. solem supramundanum, de quo psal. 18. in sole posuit Tabernaculum suum. Franc. Georgius problem. 356. to. 4.

3 Sedem lampade ne abstergas. Symbolum Pythagoricum, sig. pulchra non esse conspurcanda. Vel sign. sapientiam non esse miscendam cum sensualitate. lampas enim sign. philosophiam, & sedes sig. sensualitatem. Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythag. f. 48.

4 Sedes siue sella. sign. perennem æternamque quietem, quod quies ibi sit necesse est, ubi nihil subsultat, quod alterum inquietet, sed omnia firma, & stabilia in æquilibrio conquiescant. Valer. fol. 319.

5 Sedes in qua sacerdos flamen cum martiale, & quirinale Numæ instituto post adorationem dijs exhibitam, & sedebant, signific. firmitatem uel bonum omen, quòd rotæ precum augurarentur, & hanc Religionem postea imitati sunt plurimi Romani Principes nam diuos sedentes aliquando finxerunt: nam sedentis habitus signific. diuos esse. Valerian. fol. 319.

6 Sedentes Nasamones emori, & sepeliri uoluisse sig. illos Iudicasse homines ab obitu ad Deos euolare, & eo modo velle emori, quo dijs ipsis propiores fierent, & ideo sedentes, & moriebantur & sepeliebantur. sedere enim sign. diuinitatem.
Valerianus fol. 319.

7 Sedes siue sella sign. æternitatem, ut in pluribus numis cernere est inquibus inest Romæ simulacrum in sede cum ancili, & inscriptione. Romæ æternitas. Valerianus folio 319.

8 Sedes sign. Vestam i nam ea semper sedens, & sculpi & fingi solita est, & alijs deis apud Platonem sequentibus Iouis currum, & e domo egressis sola Vesta domi sedet. Valeri. fol. 319.

9 Sedes in qua sit aliquis uel aliqua sedens signifi. sedentem in diuorum numerum relatum esse. Valer. fol. 319.

10 Sedes in qua sit mulier sedens caput manu sufulciens, quæ manus sedi innititur dextra vero radium tenet. signific. securitatem, aliquando mulier in dextera tenet sagittam, & læuam supra caput tollit sedi innixam, aliquando mulier sedens habet ante se aram appositam, & radium læua tenet, dextera uero caput ab occipitio sustentat. Valerianus fo. 319.

11 Sedes tres in quibus sint tres] protribunali sedentes, significat congiarium. Sedens enim congiarium populo præbet numis Domitiani Consulis. 13. cum literis S. V. F. P. D. quæ signific. sedem uouit firmam primo Decennali.
Valer. f. 320.

12 Sedes posita in cœlo in qua erat sedens sign. gloriosam, & felicem Sanctam matrem Ecclesiam sedens sign. Deum patrem.
Ioachim. Apocalip. f. 100.

13 Sedens posita pro templi foribus cum sedente in ea, eo amicto indumento, ijsque gestaminibus ornata, quæ Eusebius libro undecimo de præparatione Euangelica describit. sig. æditumum siue æditum. Valerianus fol. 320.

14 Sedes in qua Deus sedet, ut est apud Micheam, Esaiam, & Hieremiam. signific. firmum, & stabile Dei imperium. Valerianus fol. 320.

15 Sedem poni ad Aquilonem. Iuxta illud ponam thronum meum ad Aquilonem significat Diabolum præsagise a Septentrione Scithas Turcas, & alios barbaros impios alios hæreticos sibi addicendos, quos per mali genus omne, per tot ætates, per tot sæcula aduersus Dei

altissimi Ecclesiam, & populum electum ipse iugiter conciaturus esset. Valer.fol.320.

17 Sedes siue cathedra sign. Doctrinam. iuxta illud Euangelicum super catheram Moisi sederunt Scribæ &c. & illud & in cathedra pestilentiæ non sedit, quæ sign. doctrinam non sanam, ut puta Hæreticorum. Valerianus f.320. V. Cathedra.

18 Sedes sig. consultationem. nam prouerb. fertur Romanos sedendo uicisse, idest consultando. Valer.fol.320.

18 Sedes siue sella eburnea, sign. ædilitatem, quòd Aediles ea uterentur. Valer.f.320.

20 super Sedes duodecim sedere, ut est Matth. 19. sign. glorificari propter uirtutem. Gousche-hus lib.3. Elocution Sacr.

21 Sedes Dauid, ut est psal. 92. sign. paupertatem, & Crucem Ch. D. Arnob. in psal. 92. & 131.

22 Sedes ut est Iudic. 9. & 20. signifi. locum in quo quis habitat, & quiescit, ut est illud reuersi suut in sedes suas. Lauretus in uoce Cathedra.

23 Sedes Bestiæ & sedes iniquitatis, ut est psal. 93. & solium Pharaonis, ut est Exod. 12. sig. Ecclesiam malorum, qui sunt thronus Diaboli. Lauret. sedes Bestiæ sign. mendacium cui innititur Diabolus & hæretici.

24 Sedes pelliceæ Philistinorum, ut est 1. Reg. 5. carnis infirmitatem. Lauret.

25 Sedes uel sedilia 24. de quibus in Apocalip. sig. aliquando 24. seniores iuxta illud psalmi 121. Illic sederunt sedes in iudicio, & signifi. etiam legiones illas sanctorum sedentes in iudicio cum Christo Domino Nostro Iesu Christo. Ioach. Apocal. fol. 105.

26 Sedes Salomonis facta ex ebore, & auro obrizo contecta ad quam ascendebatur per sex gradus & habebat 12. Leones, ad basim, sign. Crucem Christi, super quam ascendit per sex gradus per incarnationem, natiuitatem, circuncisionem, baptismum, Ieiunium, & prædicationem Euangelij, 12. Leones sig. 12. Apostolos Ebur sign. innocentiam, & fortitudinem, duo Appodia sign. duas leges veterem, & nouam. rotunditas in summo sedis sign. Diuinam misericordiam. Raphel Aquilinus tractatu. 2. fo. 101.

27 Sedes Sathanæ sig. collegium superborum, sicut collegium humilium sign. sedes Christi D.N. Ioach. Apoc.f.70.

28 Sedere in throno sign. quiescere a labore. Ioac. Apocal. fol. 99.

29 Sedere Deum super sedem suam signifi. Deum regnare super omnes gentes. Valerianus fol.320.

30 Sedere Deum super cherubim. signific. summam scientiæ plenitudinem, quæ tum Angelis tum uiris insigni pietate præditis impertiri solet, & illis super esse. Valer.fol.310.

31 Sedere sign. consilium capere. Vergilius Turnus sacrati ualle sedebat idest consilium capiebat. Valer.f.320.

32 Sedere sig. Cessare, ut faciunt pusillanimes iuxta illud Horatij. Sedet, qui timuit ne non succedat. Valer.fol.320.

33 Sedere signifi. opem implorare, ut Vlixes apud Alcinoum & Martius Coriolanus sedebat ad focum Actij Iulij Volscorum Principis. Valer. fol.320.

34 Sedere sign. diuinitatis perpetuitatem. Valer.f. 344.

35 Sedere apud pythagoricos sig. humilitatem siue humilem se reddere, unde illud uitis non putata nunquam sedet, quod sig. ut reor. hominem qui non abijciat peccata, & sordes, nunquam amplecti humilitatem. Paulus Scaliger. Episto monis lib.4.f.270. vitis non putat, sig. hominē peccatorem, siue ipsa peccata.

36 Sedentes in porta de quibus David, aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, sign. Sacerdotum Principes apud Iudæos futuros esse qui contra Christum D.N.I. essent obloquuturi, mos enim erat Iudæis uel pro foribus templi uel in portis ciuitatis Iudices agere. Valer.fol.320.lib.43.

37 Sedens ut est illud psal. 49. sedens aduersum fratrem tuum obloqueris, sign. hominem qui cōsulto, non subita ira percitus, non dolore concitatus, non repentina aliqua recommotus, sed animo quiescente, & sponte de calomnijs agitaotem uel aliquid quod obesse posset excogitantem.

38 Sedens sign. desidem, & qui nihil attentet, sicuti stans sign. ad expeditionem paratum. Valeria. lib.43.

39 Sedum siue semper uiuum herba in uase contēta cum uerbis. Durando secula uincet, sign. hominem, qui expers cupiditatum, & liber ab illecebris mundi procuret, ut a Domino trasferatur in atria Domus suæ, ut possit viridantem consequi sempiternæ uitæ. Iacobus Tramontana in funerali Margaritæ Austriæ.

1 SEGETVM viridium quatuor fasces cum titulo, flauescent, fuit Symbolum Horatij Farnesij Ducis Camerini Iuuenis, quo sign. se aliquando in maturam ætatem conuersum iri. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroic. folio 23.

2 Segetes & uineas Philistinorum combusta fuisse, ut est iudic. 15. sig. hæreticorum errores cōuictos. Lauretus in uerbo accendere, sign. etiam deceptos ab Hæreticis una cum illis in infernum detrusos.

3 Segetes in arboribus natas. Lac & oleum pluisse bubonem in capitolio uisum. lapides per tres dies pluisse, locustas in Affrica a uēto in mare deiectas quibus ad littora reiectis pestis orta est, quæ bruta, & homines consumpsit ad octingenta millia. anno ab urbe condita 629. anno ante Christum Dominum. 23. sig. Ligures, Salios, & Fregellas a Romanis debellandos. Iulius Obsque prodig.90

1 SEGOR, Bala, Zo ora, in Sacris litteris sunt synonima. Gouschelius lib. 1. Elocution, Sacr.

1 SELEVCI statua cum cornibus sign. illum fi-stere fecisse Taurum fugientem sacrificandum ab Alexandro cum apprehendisset illum per cornua. Cartar.f.421.

2 Seleuco anchoram fuisse euentus prosperi. V. Anchora.4.

3 Seleuci genua. V.Anchora.17.

1 SELLA mulieris, meretricis,ut est prouerb.9. sig.fastum humanæ scientiæ,& eloquentiæ.Beda in prouerb.

1 SEM & Iaphet incedentes retrorsum, ut est Genes.9.sign.sapientes, qui recordantur præteritorum,& futura prospectant.D.Amb. De Noe.31.

2 Sem & Iaphet facies auersæ cum operirent uerenda patris,ut est Genes.9.sign.non consentientes passioni Christi. uel signific. Solem,& Lunam auertentes, & retrahentes lucem in tempore passionis Christi Domini, Beda in Genes.9.

1 SEMELE Vniuersi Regina apud Orpheum sign.mentem,a qua anima mundi procedit. Farra f.115.

1 SEMEN tricesimum sexagesimum, & centesimum dequo in Euangelio tricesimum signifi. coniugatas,quę quasi molli osculo cum uiro se se conf.derantes ab eo numero ad digitos reducto pinguntur. Sexagesimum sign. viduas, quę eo quod in tribulatione sunt positæ,supe riore digito deprimuntur. Centenarium sign. Virgines, quia ijsdem digitis,quibus & Læua sed non eadem manu circulum facientes Virginitatis coronam exprimunt. F.G. 137.to.4.

2 Semen in Sacra scriptura,ut ait Gouschelius lib. 2. Elocut. Sacr. nunquam inuenitur neque in bonam neque in malam partem in plurali numero sed semper in singulari, & sig. heredem uel prosapiam,uel filium.

3 Semen ut est Matth. 13.fig.verbum prędicationis vnde illud Isai.32. beati, qui seminatis super omnes aquas. Gouschelius libro sexto Elocution.

4 Semen arefactum. ut est Matth. 13. signif. verbi Dei amissionem, quod prius libenter susceptum fuerat. Gloss. inter Matthe, tertiodecimo.

4 Semen conculcatum,ut est Matth.13. sign.verbum Dei contemptum. Lauretus in uerbo calcare.

5 Semen Mulieris quod erat contriturum caput serpentis,ut est Genesi. 3. sign. Christum Dominum ut Dei & hominum mediatorem, & ad hunc modum multe figurę sig.illum,ut semen Abrahami, in quo erant benedicendæ omnes gentes, ut occisio Abelis. translatio Enocchi, circuncisio Abrahami, oblatio Isaachi,lucta Iacobi, exaltatio Iosephi, benedictio Iudæ,ducatus Mosis, sacerdotium Aaronis,agnus paschalis,petra percussa, hircus pro peccato, & vitula rubra, Sacrificium expiationis,& multa alia.dequibus loco suo. Iacobus Naclantus, in præludiorum cap. 2. ad arcano Christi D.fol.31.

5 Semen propter quod non facti sumus sicut Sodoma, & sicut Gomorrha, signific. Christum Dominum,cuius causa Deus miseretur populi sui, Paulus Scaliger lib.1. de rerum Causis fol. 13.

6 Semē mulieris cum quo draco fecit bellum, sig. eos,qui custodiunt mandata Dei & habent testimonium Iesu Christi, propriè signific ordinem monachorum, qui in quarto tempore laboribus, & angustijs afflictus est. sed maxime proprie signific. Christum Dominum Nostrum. Ioach.Apoc.f.161.

7 aduersus Semen mulieris bellantes,ut est Apoc. 12.signifi.dæmones præliantes aduersus filios Ecclesiæ. Rupertus in Apocal.cap.12.

8 Semen iusti esse in benedictione,ut est psal. 36. signific. multiplicare bona opera. D. Hiero. psal.36.

9 Semina cuiusuis rei apud amatores sig. indicare animum sincerum, & cor purum, & id quod dicitur a corde prouenire.
Ioannes de Rinaldis in tractatu de significatione herbarum,& florum.

10 Semen rerum omnium sanctum astare coram trono Dei sig.species, & semē omnium rerum producendarum astare in aquis,quæ sig. sapiētiam Dei,& ideo ibi illud rerum semen erat Sāctum: nam quicquid est in Deo Deus est. F.G.p.40.to.3.

1 SEMINARE in mane sig. benefacere ijs,aquibus par gratia referri potest.

2 Seminare in uespere sign. beneficio afficere illum, qui non habet unde tibi reddat. F.G.p. 351.to.2.

3 Seminare super omnes aquas, ut est Esaiæ 32. sign. Elemosinam,& opera misericordiæ facere. Galatinus lib.4.cap.2.sign. etiam uerba uitæ prædicare. Gouschelius lib. 6. Elocut. Saarar.

4 Seminare super spinas,ut est Hierem.4.& ne seminetis super spinas,sign. habere laborem frustraneum,& alienum. Gouschelius lib.3.Elocution.Sacr.

5 SEMINARIVM magnum,aqua & Oceanus, & Protheus sig. rationē siue essentiā rationalem animæ mūdi, quæ format hoc uniuersum quod videmus. Farra fol.115.

1 SEMITAE sapientiæ 32.in quibus Abram dixit Deum mundum creasse, sig. decem mēsuras, & ea, quæ significantur per 22. litteras, quæ sunt tria elementa. 12. signa Zodiaci,et septem planetæ. Franciscus Georgius. pr. 3. to. 1.

2 Semitas Dei exaltari,ut est Isai.49. significlegis litteræ angustiam sublimari, et dilatari in latitudinem sensus spiritualis. Lauretus in verbo altitudo.

3 Semitæ antiquæ,ut est Hierem.6.fig. uiam tritā Sactorum. idem sig.porta antiqua Hierusalem ut est Neem. 3.Hiero.Hierem.6.

4 Semi-

4 Semitam non apparere in pedibus Iusti, ut est Isai. 41. sign. quòd Christus D. non sensit uiæ laborem, nec aliquam imbecillitatis humanæ lassitudinem sed de torrente in uia bibit, & propterea leuauit caput. D. Hieronim. Isai. 41.

5 Semita seculorum, ut est Iob. 22. nunquid semitam seculorum custodire cupis, signific. superbiam. Couschelius lib. 3. Elocution. Sacr.

6 Semitas auertere in quietem, ut est Isai. 58. sig. opus Christi. D. amouentis semitas errorum; & inducentis in quietem felicitatis. Glos. Ord. Isai. 58.

7 Semitam seculorum ab iniquis calcari, ut est Iob 22. sig. superbiam eorum, qui per huius uitæ desideria in elatione perambulant. Lauretus in uerbo calcareo, & Diuus Gregorius 16. mor. 5.

6 Semitas curuas calcare, ut est Isai 59. sign. opera a rectitudine deficienna sequi. D. Hieron. in Isai. 59.

1 In SEMODIO ne sedeas. Symbolum Pythagoricum, sig. diuina non pigre esse tractanda, vel sig. animá, & mentem potius contemplatione, & diuinis, quàm corpus alimonia dimetienda esse. Nicolaus Scutelius iu Symbolis Pythagor. f. 48.

1 SENAPVS siue presbiter Ioannes. opulentissimus cui ob superbiam a Deo visus est ereptus, & Harpiæ immissæ, sign. Italiam quæ ob nimiam suprebiam amisit mentis consilium, & facta est alienigenarum gentium cibus. Ariolti Cantu. 33. Clemens Valuasorus.

Senarius. v. numerus Senarius.

1 SENEX defendens mulieres coram Rodomonte contra hospitem, signific. mulieres licet sint malæ, non tamen esse viris peiores. Ariolti Cantu 38. Clemuns Valuasorus.

2 Senex qui Iacit hominum nomina in flumen leteum, in quo perduntur quibusdam paucis exceptis, quæ a cignis deferuntur ad templum immortalitatis, sign. tempus consumere omomnia præter famam illorum, qui a bonis poetis celebrantur. Ariosti Cantu 35. Clemens Valuasorus.

1 SENIORES 24. sedentes super 24. sedes in circuitu sedis, dequa in Apocalipsi. signific. 12. Apostolos & 12. eligendos in statu tertio quando Helias venturus est & eligentur de populo gentili sicuti Apostoli electi sunt de populo Hebræo, ut sicuti per Apostolos vocatæ sunt gentes ad salutem, ita per illos 12. de populo gentili vocentur reliquiæ filiorum Israel. & hos 12. eligendos, signific. illi 12. qui nouissime, & tertio electi fuerunt, ut intrarent in terram promissionis V. 12 viri.
Apocalip. f. 103.

2 Seniores 24. ponere coronas suas ad pedes sedentis in trono apud Apocalip. signific. uiros sanctos non sibi arrogare de propria iustitia, sed Deo omnia acceptum ferre. Ioach. in Apocalip. 199.

3 Seniores 24. de quibus in Apocalip. cap. 4. sign. iudices 12. populi Hebræi. Othonielem, Haudum, Sangarum &c. & sig. duodecim Apostolos Petrum Andream &c. Rupertus lib. 4. cap. de uictoria uerbi Dei.

4 Seniores uigintiquatuor, de quibus D. Ioannes Apoc. &c. sig. 24. libros Canonicos Scripturę sacræ, vel sign. 24. principes 12. Patriarchas Hebræos & 12. Apostolos Christianos, uel ut alij dicant sign. 24. in toto Orbe legitimos reges cũ reliqui sint uel reguli uel Tiranni. F. G. p. 477. to. 1. & Georgius Ederus in œconem. Tabula 19.

5 Seniores 72. quos eligit Moyses numer. 11. qui essent cum eo ad ferenda onera populi, & tamen 70. ascenderunt in montem, duo uero ex eis remanserunt in castris, sign. Discipulos D. N. I. 72. quos Lucas actuum 13. dominum elegisse dicit, & sicuti illi duo, qui remanserũt in castris, cõnumerãdi sunt cũ 12. & sicut Manasses, & Effraim annumerantur in 12. tribus, Ita & Paulus cum Barnaba annumerandi sunt cum 12. Apostolis.
Ioachim. lib. 2. cap. 15.

6 Seniores 72. propositos a Mose populo, signifi. partitiones præsidẽtium distribuendas secundum numerum cœlestem 72. populorum, quod & 72. malograniata portata in limbo pallij summi Sacerdotis, & 72. tintinabula ibidem effixa signific. nam malogranata 72. sig. 72. populos in totidem linguas diuisos & 72. tintinabula, signific. 72. principes illorum populorum. Franciscus Georgius problem. 359.

1 in SENSV suo abundare, ut est Rom 14. sign. sequi opinionem suam. Lauretus in uerbo abundare.

2 Sensus esse sidera mentis, ut Paligenius ait sign. sensuum effectus ab anima procedere, cum qua utique communionem habeant oportet. Paulus Scaliger libro secundo capitulo 13. rerum caulis.

3 Sensus dici in prima lingua, sin, quæ uox deducitur à So en, idest ad finem, sign. nihil a nobis sensibus explorandum, quod non ad summũ bonorum finem destinetur. Goropius in Hermath. lib. 8. f. 193.

S SEPES sign. leges, quòd complicatione quadam ambituque certo coronis quodammodo sint similes: coronæ enim sign. leges, unde fit, ut in Sacris litteris sepes sign. leges. Valerianus fol. 304.

2 Sepium ædificator, ut est Isai. signifi. Christum Dominum munientem Ecclesiam per se, & per sanctos suos, qui suis precibus arcent iram Dei a suo populo. D. Hieronimus in Isai. 58.

3 Circa sepes errare, ut est Hierem. 49. oberrant circa sepes, sign. extorrem & exulem esse. Iacobus Gouschelius libro tertio Elocution. Sacr. Scrip.

1 SEPHIRAE siue sephirod siue mensurę, signa numerationes, symbola Attributa, sig. decem genera generalissima, ad quę antiqui Theologi reduxerunt, & Deum & omnia creata, cum quibus quoad fieri licet Deum & omnia mensurant. Sunt autem corona, sapientia, prudentia, per quas intelligunt Deum int res, ut nos loqnimur personas: nam corona sig. patrem sapientia sign. filium, & prudentia sign. Spiritum Sanctum & has tres numerationes vocāt Ensoph, quod sig. incomprehensibilem infinitatem. Coronę attribuunt lucem inaccessibilem, & dies æternitatis. Regnum omnium seculorum fontem, & patrem misericordiarū. Sapientiæ attribuunt filium primogenitum, essentiam, & principium. Prudentiæ attribuūt Spiritum sanctum, Iobileum, Tubam magnā, conuersionem, pænitentiam, redemptionem mundi, & uitam futuri seculi, & in bis tribus mensuris describuut Deum nudum, & illius absolutissimam essentiam in se ipsa existentē & quasi quodammodo ociosam, septem uero reliquis Sephiris comprehendunt omnia creata, sed libet ad clariorem intelligentiam harum Sephirod cum de ipsis pluribus in locis dicendum sit & si sæpe breuiter, & obscure & quasi currēti calamo occurrat attingere, libet quanta potero breuitate hanc rem in præsenti loco explicare Erat deus ante rerum productionē ab extra nudus, & solus, & cum placuit diuinę boniatti suæ exire ad rerum productionem, & cum quales tenebrę, talis & lux in eo in nihilo, quod dicitur Ain. Aleph, erat, ut aiunt cabalistæ tenebrosum, quòd non adhuc in rerū productione quicquam existeret, sed faciente Deo productionem, Aleph primum tenebrosum factum est lucidum per literam Beth sequentem, quæ est principium fabricæ: nam Aleph adiungens se ad Beth, facit ab, quod sig. patrem omnium generationis, & productionis, Beth vero coniungens se ultimę litteræ Ain, quæ est nun, facit Ben, quod sign. filium, qui est prima productio in diuinitate, & principium alteritatis, & quia est prima productio & principium alteritatis, dictum est Resith. q sig. principium, per quod facta sunt omnia. Ar in Ain littera Iod, quæ est media, & est simbolum nominis diuini ia, quæ duæ litteræ adiunctæ Bet & Nun vltima uocis Ain. i post Beth, & A post nun. fit Binà, quod sin. prudētiam tertiam numerationem, quæ sign. Spiritum sanctum, quæ tres numerationes efficiut vnitrinam essentiam Dei, & Sanctissimam, quam nos colimus Trinitatem, cum uero deus extra se produceret, & quodammodo se produceret, quodammodo se uestiret, factæ sunt septem reliquæ sephirod, quorum prima quæ cum tribus predictis quarta est, & dicitur Benignitas, Gratia, Magnificentia, dextera, sceptrum Dei, Misericordia aquæ supernæ, Arcētum Dei, Micbael, Sacerdos Hasmael Angelus lucidissimus, auster & meridies.

Quinta dicitur Timor. seueritas iudicium fortitudo ensis, sinistra Dei ignis egrediens ab aquis, occidens, Aquilo, Gabriel, Isaac uox & obscuritas.

Sexta dicitur Gloria, ornamentum, linea, media uoluptas, lignum uitæ, homo supernus, Adam cęlestis, Israel senex. Deus Iacob, & ab ho loco fiunt distinctiones 70. nationum in terris.

Septima dicitur triumphus, æternitas, columna dextera magna, & Moises.

Octaua dicitur confessio laudis, columna sinistra, & disciplina domini.

Octaua dt fundamentū, Iustū, Iosephus, intellectus bonus, Sabbatum, quies, fous piscinæ, redemptio, pactum circuncisionis, & dies quinquagetimus leuiathan.

Decima dicitur Regnum, Ecclesia, Israel, consolatio, sacietas filiatio, uisio Dei, terra uiuentiū, misericordia infusa. Regina cœli, virgo Israel, porta Dei, primogenitura Iacob. benedictio, piscina, puteus septenarij, & istæ sunt decem illæ sephiræ, quas secretiores Theologi omnia in omnibus operari dicunt, quibus decem Sephiris præcedunt decem nomina diuina, & eas sequuntur decem ordines Angelici cum ordine Animastico, & hos sequuntur decem intelligentiæ in mundo cælesti, quæ decem sphęras regunt, in mundo sublunari sunt decem genera generalissima, quę uocant prædicamenta, & in homine, qui est minimus mundus, sunt decem partes principales Spiritus uitalis, cerebrum, pulmo, cor, iecur, fel, splen, renes, & Genitalia. & decem sunt legis precepta perpetuo seruanda.

Farra f.43. usque ad f.46. V. Aeternitas, & Farra fol.103. & f.145.

2 Sephirot septem inferiores, sign. septem sacramenta Ecclesię, cum quibus Deus nobiscum agit, ad animæ nostræ salutem sicuti dicunt cabalistæ, Deum per illas sephirot cum creaturis agere. Archangelus Burgon. in 34. conclu. Cabal. pici.

3 Sephiroth septem inferiores. V. Aedificium. 3.

1 SEPTIMANA superna. & Sabbatum Sabbatorum, a quo uenit remissio peccatorum, omnis venia, & gratiarum infusio.

V. Ameu. 1.

1 In SEPTVPLVM correctiones addere, ut est Leuit. 26. sign. omnibus modis, & plenissime castigare.

Lauret. in uerbo addere.

1 SEPVLCHRA foris speciosa, ut est Matth. 23. sign. Hipochritarum uitia latentia. Orig. in Matth. hom. 25.

1 SCIRVPH siue combinatio est pars Cabalæ, in qua per litterarum combinationes Hebræi alphabeti eliciuntur uarij, & multiplices sensus, cuius rei inuentor Abraham fuisse dicitur, & hunc modum sequūtur celebriores apud Hebræos Theologi, & apud nos Picus doctissimus, et Iulius Camillus, qui a Pico accepit exēplum in Epistola, quam ille scripsit ad Lucretiam Martigenam, cuius rei exemplum cuiq; est obuium. Farra f. 163.

3 Abstinendum a SEPIA siue ab habente caudam nigram, Symbolum Pythagoricum signif. uitam sensualem, uti pestem fugiendam esse, quæ inficit, & obtenebrat rationem, sicuti Sepia undas claras atramento conturbat, vel sig. nullo modo conuersandum esse cum perditis & uitiosis, sign. etiam significata sextæ litteræ Hebraicæ, sed anagogicè. Farra Sept. f. 222. sig. etiam uirum prudentem debere cauere se a mendacio, quod tandem extremas sui partes nigras ostendit. Farra. 223. v. Cauda.

2 Sepia sign. hominem qui pollicitus sit se daturum magna, & speciosa virtutis exempla, si per summam ignominiam postea labatur fallens omnium expectationem. Sed quando videt sibi esse quodammodo congrediendum, atramentum fundit & decipit piscatorum visus, & toties facit, quoties licet uel libet. nam aliquando non tantum necessitate, sed etiam sæpe delectationis gratia id agit. Valerianus fol. 203.

3 In Sepiam Thetis conuersa dum fugeret Peleum insequentem, sig. Thetim latitasse in promontorio, cui nomen est sepia. Valerianus folio 203.

4 Sepia sign. hominem qui multis simulationum inuolucris tegeretur, essetque occultæ multiplicisque naturæ, quod talis sit sepia. Valerianus fol. 203.

5 Sepia sign. mendacium, quod sepia habet atramentum in cauda, reliquo corpore clara. sicuti mendaces & callidi impostores sæpe primum dicunt quædam vera, ut in fine postea facilius imponant. Valer. f. 204.

6 Sepia iuncus & cribrum sign. litteras, sed sepia significat atramentarium. Valerianus folio 204.

7 Sepia tridente confossa, sign. amorem uiri in fœminam infidam, quod si Sepia fœmina fuerit percussa, statim accurrit mas & ei quantum potest succurrit. Sed si mas fuerit percussus, fœmina nulla illius habita cura aufugit. Valer. f. 204.

8 Sepiæ in aquæ summum exilientes sign. tempestatem futuram, quod sepia eum sentit mare turbari, fugit in summum, ut euitet frigus ab imo fundo deueniens. Valerianus folio 204.

9 Sepia effundens atramentum, dum piscator eam uenatur, significat unumquemque debere uiuere quamdiu potest. Sambucus fol. 76.

10 Sepia piscis sign. uirum præbentem de se honestam & dignam expectationem, sed suo dedecori & flagitiis eam expectationem eludens. Erizzus folio 229. significat uirum simulatorem.

1 SEPTENTRIO, ut est Genes. 28. significat uoluptatis contractionem, & appetitus mortificationem. Lauret. in uerbo aquilo.

2 Septem res quas dicunt Hebræi creatas per duo mille annos ante mundi creationem, signif. legem, pœnitentiam, gehennam, domum sanctuarii, thronum gloriæ, hortum uoluptatis, & nomen Messiæ. quam rem stultum est non modo credere, sed etiam imaginari. Galatinus lib. 3. cap. 13.

3 Septies in die Deo laudem dicere. v. Alauda. 1.

4 Septemani tragœdi facie prouerbij, sign. homines multos, qui mentis errore & indocto conatu opus aliquod aggrediuntur, eosdem Martialis uocat pectora Abderitana, cum dicit Abderitanæ pectora plebis habes. Rhodiginus lib. antiq. 16. cap. 31.

5 Septimam filiam alleuiare partum, sicuti &

6 Septimum filium sanare strumas. Vide Numerus septenarius. Petrus Bongus de numero septenario. f. 212.

7 Septenos filios perfectiores esse solere, sign. id prouenire ex imagine septimi diei creationis mundi, sicuti nouissimos filios esse reliquis maturiores, signif. illud ex feminis maturitate prouenire. Paulus Scaliger lib. 1. de rerum causis. fol. 30.

8 Septuagesimæ tempus signif. tempus Iudaicæ captiuitatis, quæ a Nabuchdonosor facta est, & durauit annos septuaginta, in quo tempore peregrinationis suæ propter peccata sua pœnitentiam agere instituit septuagesimam ad imitationem captiuitatis Babylonicæ, ut sicut finitis annis 70. populus Hebræus restitutus est in patriam Hierusalem, ita possit Ecclesia reduci peracto tempore suæ septuagesimæ in speratam suam celestem Hierusalem. Michael Timotheus in diuinum officium. Quæstion. 45. tractat. 3.

9 In Septuagesimæ tempore legi librum Geneseos, sign. per Genesim hominem instrui in fidem & timorem Dei, quæ duæ partes sunt essentia pœnitentiæ. nam Genesis mystice sign. incarnationem & passionem Christi Domini, quatenus erat homo. Isaac enim qui non fuit imolatus, sed aries id sign. & idem liber Geneseos in figura Ioseph, venditi & sublimati in Aegypto, & distribuentis triticum per totam Aegyptum, sig. resurrectionem, Ascensionem, & Spiritus sancti missionem &c. & hæc quoad fidem. Sed idem liber instruit etiam in Dei timorem. Nam in Adamo instruit gulæ uitium, & inobedientiam esse nobis uitandam, in Cain homicidium fugiendum, & per Gomorrheas ciuitates, & per diluuium cætera uitia eliminanda esse. Michael ut supra. Quæstion. 46. tractat. 3.

1 SEPVLCHRVM in quo erectum est spiculum quod ramis uirentibus ornatur, fuit Symbolum Dianæ Pictauiensium, ut aiunt Ducissæ, quo illa signifi. spem firmam futuræ a mortuis resurrectionis. Paradinus lib. de symbolis Heroicis fol. 56. Habet titulum. Sola uiuit in illo.

2 Sepulchrum habens supra se duos delphines, in quorum medio sit caput Gorgonis, sign. amici cuiusdam iuuenis mortem deploratam, & nimis celerem. Delphin enim quod sit φιλάνθρωπος, sign. amorem, & celeritatem. Caput uero Gorgonis,

ro Gorgonis, significat mortem quod scilicet sensu & motu priuaret. Alciatus Emblema. 156.

3 Sepulchrum in quo sint Musæ insculptæ tenentes Cignum in medio,& habentes ramos laureos in manibus, sed plorantes,quibus adsunt tres viri,cũ vrnis siccis,& in medio Aesculapius stans,arcus uero Iridis circunstat musas, sign. Epitaphium Lotichij Medici,& Poetæ, quem plorant Musæ,& Esculapius. Tres fluuij tenẽt cursum præ dolore in urnis suis, & sunt Sigelius, Sabinus, & Tibris. Sambucus fol. 194.

4 Sepulchra dealbata,ut est Matth. 23.signif. Hypocritas.idem sign.paries dealbatus, qui hypocritæ foris apparent mundi,cum intus omni uitiorum labe sint pleni. Origen.iu Matth. hom. 25.

4 Sepulchrum,supra quod sit urceus & malluuiũ, cum lemmate iudicum abstinentia, sign.ibi Iu dicem sepultum,qui habuerit manus abstinentes a muneribus contra ius oblatis. Sanctius in Alciati Emblem.31.

5 Sepulchrum supra quod sit mulier mortua, in cuius parte anteriore est leæna, quæ tenet per Clunes arietem præcedentem,sign. Laidos sepulchrum, Leena signifi.meretricem propter Clunes tenere amantem. Alciatus Emblemate 74.

6 Sepulchrum supra quod sit cadauer,supra quod astet noctua, & in eius parte anteriore sit alia noctua,& apud hoc sepulchrum sit Senex quidam qui amplectitur puellam,signifi.senem amantem puellam esse ad instar sepulchri puellæ amatæ, & alludit ad historiam Sophoclis & Archippæ, & ad Smicrini responsum de Archippæ, quod illa iacens cum Sophocle sene esset,ut noctua in sepulchro. Alciatus Emblemate 116. & Sanctius ibidem.

7 Sepulchrum quod mulier quædam manu dextera taugit,quę mulier tenet pedem sinistrum in terra,& dextrum in mare,& sepulchrum est ornatum, amarantho sign. sepulchrum Achillis,& mulier sign. Thetim eius matrem. Amaranthus,sign. strenuorum immortale nomen. Vide mulier. 297. Alciatus in Emblemate 135.

8 Sepulchrum,fouea,& infernus, in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius lib.1. Elocu. sacr.

9 Sepulchrum sign. vitam contemplatiuam, quæ nos quasi ab hoc mundo mortuos sepelit, dum a terrenis desideriis susceptos in intimis abscondit,signif. etiam uitam actiuam, quod a prauis operibus nos tegat. Gouschelius libr. 6. Elocut. & D. Gregor. moral. 24. & 25. & cap. 17.

1 SERAPHIN qui habent sex alas,quarum duæ tegunt corpus,quæ sign. pœnitentiam & misericordiam, quibus electorum hominum conteguntur delicta. Et duæ quæ tegunt faciem, & sign.patientiam,& humilitatem, quibus abscondentes iustitiam, deuitamus inanem gloriam.& duæ quibus uolant,quæ signifi. fidem & spem,quæ cæteris præponuntur, & ipsi Seraphin, sign. ipsam charitatem. nam Seraphin, sign. ardorem & incendium,quod sign. charitatem Dei & proximi, & ob hoc Seraphin sunt duo.Ioach.Apocal.f.155.

2 Seraphicus ordo,signif.in diuinis Spiritum sanctum,sicuti Cherubicus ordo,sign. Dei sapientiam,id est filium, & Throni, sign. Deum patrem. Georgius Venetus arm. folio quadragelimo primo.

3 Seraphicus ordo sign.primum mobile. quod in 16. attributis inuicem conueniant. ita quod alter alterum significare potest.Georg.Venet. arm.f.56.

4 Seraphini in armonica mundi concordantia sign if.Dei amoris incendium. Georg. Venet. arm.f.68.

5 Seraphini signifi. naturam igneam,sicuti & primum mobile eandem sign. Georg.ut supra folio 73.& in Archetipo, significat Spiritum sanctum.

6 Seraphinorum tegentium sanctum chrisma facies uariæ, & pedum multitudo sign. perspicacissimam diuinis hauriendis fulgoribus proprietatem intelligentiamque bonorum diuinorum semper mobilem, & multa peragrantem. Diuus Dionysius capit. quarto Eccles. Hier.

7 Seraphinorum tegentium sanctum chrisma,ter gemina alarum positio,sign. non vt secundum aliquos, sacratiorem trinitatis numerum. Sed quod eius qui Deo proximus est excellentioris ordinis, supremæque substantiæ absoluta penitus supermundana prima,& media atque extrema sint, spiritales ipsius subuehentia diuinasque uirtutes. Quocirca sacratissima scriptura sanctæ sapientia pennarum describens fictionem, circa facies ipsorum, & media,& pedes pennas imposuit, quod sint in totum pennata significant,& modis omnibus ad id,quod uere est potenti uirtute ferantur. Quod si facies ac pedes uelant, solisque mediis alis euolant, intellige sacratius hunc ordinem tantum excellentem supremarum altissimarumque substantiarum celsiora ac profundiora intelligentiis suis reuereri, medusque alis modice ad Dei speculationem ferri diuinis lancibus, propriam subiiciendo vitam, a quibus ad sui notionem apte promouetur. D. Dionys.cap.4. Eccles. Hierar.

8 Quod Seraphini clamant, ut ait Propheta alter ad alterum, sign. quod diuinarum intelligentiarum suarum sibi inuicem participationem, sine inuidia tradunt. D.Dionysius cap.4. Eccles.Hierar.

9 Seraphinorum qui tegunt sanctum chrisma, natura ignea & accendens,sign. ut aiunt,qui Hebream linguam callent, altissimi seraphini incendentes,& calefacientes a Theologia appellati sunt proprio plane, & substannalem habitum suum signante nomine sacri unguenti, iuxta quod significatiua ipsius describit imago, sursum agentes habent uirtutes,quæ ad ipsius expolitionem

expositionem, efficaciorumque uaporum distributionem euocent. quæ enim sensum superat odora substantia, ab ignitis purissimisque spiritibus moueri in notitiam amat, sacratissimasque inspirationes suas ijs, qui sic illam excellentiore modo euocant, in opulentissimis distributionibus donat. D. Dionysius cap. 4. Ecclesiast. Hierar.

10 Seraphinis attributas sex alas, esse sign. Seraphinos per sex uirtutum gradus excalefacere & uita omnia complere per sex angulos factos a rota in medio rotæ uisa ab Ezechiele, ante scilicet, retro, destrorsum, sinistrorsum, sursum & deorsum. quando Ophanini materiam disponant. F.G.P. 42.t.3.

11 Seraphinos clamasse ter Sanctus, Sanctus, Sanctus, sign. Trinitatem personarum. F.G.P. 43.t.3.

1 SERAPIDIS simulachrum cum modio in capite sign. memoriam Iosippi, quod interpretatus esset Pharaonis somnium, per quod Aegyptus a fame seruata sit. Valerianus folio uigesimo quinto.

2 Serapidis simulachrum capiti calathum infixum habens, & cui signum tricipitis animantis adiungitur, quod exprimit medio eodemque maximo capite Leonis effigiem, habet dextra parte canis caput exoritur mansueta specie blandientis, pars uero leua ceruicis lupi rapacis capite finitur, has animalium formas draco uolumine suo connectit, capite redeunte ad Dei dexteram, qua monstrum compescitur, secundum Macrobium lib. 1. Saturn. signific. Solem, nam caput Leonis sign. tempus præsens, quia eius conditio inter præteritum futurumque actu præsenti ualida feruensque est. caput lupi sign. tempus præteritum, quod memoria rerum transactarum rapitur & aufertur. Canis uero caput sign. futuri temporis euentum, de quo nobis spes licet incerta blanditur. Calathus sign. solis altitudinem, & eius capacitatis potentiam, quia in eum omnia terrena redeũt dum immisso calore rapiuntur. Serapidis uxorem fuisse Isidem sign. uel terram, uel rerum naturam esse soli subditam. & ideo Isidi faciunt corpus continuatis uberibus, quod signif. rerum uniuersitatem nutriri, uel altu terræ, uel naturæ. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 25. v. tabula Osiriana.

3 Serapis apud Aegyptios sign. Plutonem, & Isis sign. Proserpinam. Celius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis. Serapis, Dionysus, Osiris, & Pluto idem sunt.

4 Serapis sig. authorem motus uniuersi, uel ut ait Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis, Serapis sign. gaudium & hilaritatem.

5 Serapis apud Aegyptios sign. Christum Dominum. Nam teste Porphyrio in libris responsorum, Serapis habebatur Deus, qui malignis dæmonibus imperaret, atque eorum insanam uim, qua miseros mortales impeterent, coerceret, hac de causa symbolum ab ipso hominibus commonstratum, crux scilicet, quo malignæ furiæ expellerentur. Nemo est qui nesciat diabolum cum toto exercitu suo pedibus agni subiectum esse, & ab eo solo uictum, & hinc est quod Serapidi Tau siue crucem prisci illi Theologi addiderunt, ut qui a Noe & reliquis patribus Ianigenis cognouissent per crucem fuisse Draconem humani generis hostem debellandum. Goropius in Hieroglyph. lib. 16. f. 260. & 261.

6 Serapidis simulachrum sign. totius mundi molem. nam caput sign. cœlestem mundum. Venter sign. mare, pedes sign. terram, aures signifi. aerem. oculi sign. Solem. Valerianus folio 225.

7 Serapis sign. rerum omnium ipsa principia. Valer. f. 226.

8 Serapidis simulachrum nesciri cuius esset materiæ sign. Serapidem significare Chaos, cuius ille Symbolum erat, & ideo in Alexandria Aegypti erat simulachrum Serapidis adeo uastum ut uno brachio tangeret parietem ab uno templi latere, & altero brachio tangeret parietem ab altero latere, & materia simulachri erat ex ligno, ferro, auro, & lapide, & omni genere cuiusuis rei, quod sign. illum Deum complecti omnia quæ in terra & mari nascerentur. Valer. f. 226.

9 Serapis sign. locupletationem, quod apud antiquos erat persuasum Serapim locupletiores efficere, & Serapis & Pluto, & Plutus idem sunt.

10 ad Serapim meretricem rogare, ut deferretur significat illam utpote auaram petituram largas diuitias, ut est apud Catullum. Valerianus f. 226.

11 Serapis ex nominis notatione in prima lingua expressa duplici ratione sig. uidetur Christum Dominum. Serapis enim in prima lingua dicebatur, ser, as, uuis, quæ uox interpretatur abstergens id, quod dolore cruciat, uel scabiem abstergens, nullus profecto dolores nostros tulit, & scabie nos mundauit, nisi Christus Dominus, qui in sanguine suo peccata nostra lauit. Vel si Serapis cum prima uocali longa sumatur, tunc ser interpretatur semen, unde Latini suum sero uerbum pro semino deduxerunt, & hoc quoque modo, ser, as, uuis, interpretatur is, qui semen suum abluit atque mundat, qui profecto nullus alius esse potest quam Christus Dominus, quo cœlum, & terra creata sunt, & qui carnem assumpsit, & qui in mundum ad hominum peccata abluenda uenit. semen enim eius est genus humanum, ab eo & conditum, & redemptum, & hac de causa antiquissimi illi Theologi.

12 Serapidis simulachrum ex omni materia fabricarunt, ut sig. viderentur Christũ Dominum esse omium rerum satorem, cum eius simulachrum constaret ex omni genere materiæ. Conueniebat enim omnium rerum satori, ut tale simulachrum haberet, in quo omnium seminalium rationum siue idearum uestigia cernerentur, & rursus par erat ut is, qui toti rerum

rum uniuersitati nitorem suum, & decus esset restituturus, eam haberet effigiem, qua ab eo omnes totius mundi res purgatum iri commo neremur. Goropius in Hieroglyph. libr. 16. f. 261. & 262.

13 Serapidis simulachrum habere modium in capite, alias ansatum, & alias non, signifi. uidetur Christum esse omnium rerum creatorem, & totius iustitiæ fundamentum. Modiolus ille in Bembi tabula in vna Serapidis imagine est ansatus & in alia non. quando est ansatus, in prima lingua dicitur scepper, & est ad instar cupidinis, & tunc sign. Christum Dominum qui esset, & homo, & omnium rerum creator, scepper enim dicitur ille, qui aliquid ex maiore aliquo uase depromit, quod fuit proprium Christi Domini, qui ex infinitis patris sui abyssis totam machinam mundanam certa quadam mēsura depromit. quando vero modiolus ille ansa caret, tunc sign. Christum Dominum, ut iustitiæ fundamentum, modiolus ille quando caret ansa in prima lingua uocatur mat een, mat notat continet, een, uero nosco, uel nosce, si uero mat uertatur, ut fiat tam, quæ uox signat decorum. & uox mateen signat mensuram contīnens decorum, quæ nulla est nisi illa, qua sua Deo & generi humano iustitia constat, quæ iustitia nil aliud est quam meritum Christi Domini, per quod solum, & iustum, & decorum mortalibus contingit. adeo quod modiolus sine ansa mystice sign. Christum Dominum, ut totius iustitiæ fundamentum. Goropius ut supra fol. 262.

1 In SERMONE diuino lumen habendum secundum Pythagoram, signifi. nos debere cum de Deo loqui uolumus, excitare illud lumen quod est in nobis, ut fiat illud Psalm. 35. in lumine tuo videbimus lumen. F. G. P. 441. tom. 5.

2 Sermo omnipotens qui uenit in medio noctis silentio, & est Sap. 18. sign. verbum Dei incarnatum, quod descendit in uterum Virginis sacræ media nocte, vel signif. Dei apparitionem surgentibus in media nocte ad laudandum Deum, qui Deus solet oblectari cum iustis, & reddere illos sapientes in illa hora noctis mediæ, ut habetur de Abbate Ioachim, & de Tritemio, & aliis multis. Franciscus Georgius, Problem. 22. tom. 5.

1 SERPENS sign. animum humanum, & sig. ordinem animasticum, & Heroicum, quod ex hominum medulla procreetur. Patra folio 179.

2 Serpens quem Aegyptij vræum vocant Græci basiliscum, nos vero regulum, qui reliquo toto corpore caudam contegat, signific. apud Aegyptios & Phœnices. æuum a quo tempus prouenit. Giraldus lib. de annis & mensibus. v. Sol & Luna. v. figura orbicularis.

3 Serpens ab humo sese attollens, ut comedat fraga. cum titulo latet anguis in herba, sign. dum legimus flores & humi nascentia frago, nos cautos esse debere in legendis speciosis ac plausibilibus libris ne in absurdas impiasque sententias incidamus. Claud. Paradinus. lib. de Symbolis Heroicis f. 74.

4 Serpens circa clauem inuolutus cum titulo, scilicet is superis labor est. Symbolum deductum ab historia de Leonychide Senatore Lacedemonio, qui prudenter elusit portentum quod uulgo timebatur, sign. quæ naturalia sunt, uel casu fiunt, a multitudine in superstitionem ducta eludenda esse. Claud. Parad. lib. de Symb. Heroi. f. 81.

5 Serpens a uespis depasta, cum titulo. transfundit pasta venenum, sign. eos qui alienis calumniis delectantur, si quem insectari contingat acriora uulnera infligere, quam faciant illi, a quibus ipsi alienas calumnias audierint. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 87.

6 Serpens qui faciat de se circulum sibi ingerens caudam in os, & habens circum se in modum coronæ alligatos varios fructus. cum titulo. in se contexta recurrit, signifi. immensam diuinæ gratiæ pietatis clementiæ ac prouidentiæ beneficentiam & largitatem. Iuxta illud psal. 64. benedices coronæ anni benignitatis tuæ, quod sig. a Domino nostro, nobis liberaliter suppeditari ubertatis rerum omnium ac prouentuū: annuam renouationem ac successiuum continuumque redditum. Serpens enim sign. annū. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 104.

7 Serpentes duo inuoluti circum ramum oliuæ, & capita exerentes. cum titulo. Rerum sapientia custos. fuit Symbolum Margaritæ Bituricensium, ut aiunt Ducissæ, quo sign. ueram rerum omnium gubernationem clauo sapientiæ & prudentiæ optimæ teneri. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis. f. 244.

8 Serpens ceruleus in æquore aureo, ex cuius ore infans nascitur a partu rubens, fuit symbolum uel insigne Mediolanensis principatus, signif. diuinam originem & antiquam nobilitatem, eo enim Alexander & Scipio usi sunt, & Araxidæ Melusiadæ, ac Lusiniani, unde nobilitas Luximburgensis, sign. etiam sapientiam, nam & serpens amphisbena ore parit, quæ sign. sapientiam, & Pallas de capite Iouis nata, sign. sapientiā, & puer ille exiens a serpentis ore sign. diuinum genus sanguinis antiquam nobilitatem, & sapientiam de capite sano manantem. Alciatus Emblem. 1.

9 Serpens qui primos parentes decepit, sign. uoluptatem, quod non habens pedes semper humi serpet, & terram comedit, & in ore semper uenenum gerit, quæ omnia sign. intemperati uitia ebrietatem crapulā, luxuriam, & reliqua. Philo in mundi opificio siue creatione.

10 Serpentem primum tentasse fœminam, sign. uoluptatem non mentem in homine, sed sensum primum nouisse. Nam mens in homine sign. marem, & sensus sign. fœminam, & uoluptas medius sensibus illudit menti & eam decepit, quæ sign. Euam dedisse Adæ & non serpentem

tem

tem. Philo in mundi creatione.

11 Serpens in ara erectus, cui multi supplices faciunt uota, sign. salutem publicam. nam sub serpentis effigie Aesculapius Romam aduectus luem, ut tunc creditum est, amouit. Sed uerius Aeneus serpens quem Moses extulit, sign. publicam salutem, quod Christus Dominus noster, in quo salus existit solo, ab eo serpente, significatur. Alciatus Emblem. 149.

12 Serpens qui decepit Euam, signif. uoluptatem, quae super uentrem repens uitio terreno innutritur materiis. Clemens Alexand. in adhortatoria ad Gentes.

13 Serpens habens caput accipitris, sign. apud Aegyptios celeritatem praecipuam apud Phenices serpens sign. foelicem daemonem, illum Aegyptij uocant Ineth. illud animal sicubi sublatis palpebris effingebant, sign. totam Aegypti regionem illius lumine compleri. si uero fuisset clausis oculis, sign. tenebras circumfundi. Serpentis uero huius effigies in medio circuli aerei & ignei, sign. totius orbis molem. nam circulus signifi. magnitudinem, & formam orbis. Serpens uero cum capite accipitris in medio circuli, sign. bonum daemonem, cuius merito & beneficio omnia alantur, vigeant & contineantur. Petrus Crinitus lib. 16. cap. 2. de honesta discip.

14 Serpentes tres contra alios tres pugnantes, sig. vigesimumtertium gradum Arietis, & hominem, qui plures habebit inimicos.

15 Serpentes tres in terra prostrati sig. uigesimum gradum Geminorum, & hominem qui erit sapiens.

16 Serpens tortuose iacens in terra, sign. quintum gradum leonis, & hominem qui erit inuidus Astrolab. planum Ioannis Angeli.

17 Serpens habens magnum caput signific. trigesimum gradum Scorpij, & hominem qui erit prudens.

18 Serpens aeneus quem exaltauit Moses, signi. D. N. I. qui exaltari debebat in ligno, ut saluos faceret a serpente antiquo. Iuxta illud, sicut exaltauit Moses serpentem in deserto, ita oportet exultari filium hominis. F. G. P. 385. & Gouschelius lib. 7. Elocut. sacr.

19 Serpens factus lapideus, ubi comedisset decem passeres, quando Graeci sacra faciebant, ut prospere irent ad Troiam, sign. memoriam tanti belli aeternam futuram: decem passeres signif. decem annos, quibus bellum durare debebat. Aldiatus Emblem. 131.

20 Serpens in circulum factus, ita vt candam in ore teneat, in medio cuius circuli est Triton marinus concha personans, sign. ex litterarum studiis immortalitatem acquiri. Triton enim sig. exauditu eloquētiā. serpēs in se reuolutus, sig. aeternitatem. Concha personans sign. famam, Alciatus Embl. 132.

21 Serpens magnus qui a muscis pungatur vndique, sign. duodecimum gradum Scorpij, & hominem qui erit prudens, sed malus. Astrolab. Planum. Io. Ang.

22 Serpens magnus signif. tertium gradum Capricorni, & hominem qui erit sapiens. Astrolab. Planum.

23 Serpentes qui momorderunt populum in deserto, ex quorum morsu moriebantur Iudaei sig. corporeas carnalesque cupiditates, ad quas sanandas opus erat respicere in serpentem aeneū erectum in ligno, quod sign. eos posse sanari ab cupiditatibus terrenis qui in Christi Domini nostri passionem inspiciant; crucem enim respicere nil aliud est, quam ut huic mundo quasi mortuos ac cruci affixos, nos praebeamus fixos in uirtute immobiles in peccando Dei timore quasi clauo carnem nostram infigentes. Clauus enim qui carnem nostram retinet, est continentia. Gregorius Nissenus in Mosis uita.

24 Serpens aeneus a Moise exaltatus, qui non erat uerus serpens, sed ad similitudinem serpentis factus, in quem qui respiciebat sanabatur a morsu uiri serpentis, sig. Christum Dominum nostrum, qui in similitudine carnis peccati factus est, qui eum liberat, qui a peccato morsus est. Verus enim serpens est ipsum peccatum. Gregorius ut supra.

25 Serpentes non mortuos esse qui momorderant eos qui respicerent in aeneum serpentem, licet sanarentur respicientes in illum ab eorum morsibus, sig. cupiditates ipsas malas non ideo tolli ab illis, qui in crucem respiciant, licet eos non sequatur mors, quemadmodum sequitur eos quipeccando non habent crucis auxilium. Gregorius ut supra.

26 Serpentis semen, & semen mulieris inimicitias habere, sign. Daemones incubos & succubos faunos, & id genus portenta semper castitati insidias hominum ferre. Franciscus Georgius Problem. 54.

27 Serpentis conterendum caput a semine mulieris, & serpentem insidiaturum calcaneo mulieris sign. Christum Dominum nostrum uicturum diaboli imperium, & diabolum ipsum fuisse insidiaturum Iudae, qui inter membra corporis Dominici ex duodecim compacti sign. calcaneum. F. G. P. 55.

28 Serpentes carere pedibus sig. id genus animalis cum adeo sit malignum, ut nullis rebus afficiatur, nisi ut noceat, merito carere debuisse pedibus, qui sign. affectus. Franciscus Georgius Problem. 241. tom. 6.

29 Serpens ore caudam suam apprehendens, sign. immortalitatem litium. Costalius Pegmate 76.

30 Serpens quae in ore habeat puellum quasi euomens illum, ut est Gentilitium insigne Viececomitum, sign. Alexandrum ortum esse ex Ioue Ammone nam apud Graecos serpens sig. Iouem, Graeci enim in serpentis forma Iouem colebant. & Alexander eo Emblemate se Ioue natum credi uolebat, fama iam ex oraculo euulgata de dracone cum Olympia concumbente. Sanctius in Emblemate. 1. Alciati.

31 Serpens quem Graeci uiderunt salientem super arbo-

arborē, in cuius summitate ille comedit autem cum filiis,& postea inclinans caput conuersus est in lapidem, sign. uaporem, & humiditatem radicalem metallorum, quę ante decoctionem est admodum uenenosa, ueluti est serpens, & nominatur nominibus serpentum draconum, leonum, ursorum, & basiliscorum, qui uapor, & humiditas, cum ascendit per distillationem in bociā, & ibi reperit duo sulphura cum argento uiuo foemineo, a quo sulphura soluta sunt, comedit omnia, nā trahit ad se illa sulphura & soluit, & quia dictus uapor ascendit, & postea descendit per collum bociæ, & simul cum illis sulphuribus fixatur, ideo conuertitur in lapidem. Ioannes Bracescus in lib. de ligno uitæ folio uigesimo quinto. & idem sign. uxor Loth fugiens ignem, & quia contra Dei mandatum conuersa est retro, ideo facta est statua salis.

32 Serpentes signific. sanitatem, quod sicut serpentes exuentes uetera spolia uidentur iuuentutem induere, ita inualidi dum conualescunt uidentur amittere antiqua spolia, & rursus iuuenescere. Cartarius folio nonagesimo primo.

33 Serpens luxurians & seipsum impregnans apud Chimistas signific. argentum uiuum. v. argentum uiuum.

34 Serpens adurens flatu, ut est Deut. 8. sign. hæreticum, & diabolum. Idem signific. uentus urens, ut est Hierem. 4. Lauretus in uerbo accendere.

35 Serpentem capiens in oculis quasi hamo, ut est Iob. 40. sign. Christum Dominum exhibentem carnem diabolo, & celantem diuinitatem, & dum ille cœpit quod appetijt, tentus est, & peremptus, quod non uidit. Idem sign. Holophernes laqueo oculorum suorum captus, ut est Iudith 9. Lauretus in uerbo accipere.

36 Serpentes secundum quosdam fuisse authores scientiarum, sign. tempus uel sign. hominis genium, nam scientiæ non simul & semel, sed potius serpendo, hoc est successu temporis oriuntur, ac etiam num perficiuntur.
Paulus Scaliger libro secundo de rerum causis cap. 7.

37 Serpentem capiens in oculis quasi hamo, ut est Iob 40. sign. Christum Dominum, qui diabolo exhibens carnem, & diuinitatem celans, & dum cœpit ille, quod appetijt, & tentus est & peremptus ab diuinitate quam non uidit. Lauretus in uerbo accipere.

38 Serpentes duo qui Sempronio Consuli sacrificanti, ter uictimas depasti sunt, signif. Sempronij internecionem ab Flauio Lucano hospite insidiis paratam. Iulius Obsequens Prodig. trigesimo quinto.

39 Serpentes duos nigros ingressos esse in sacrarium Mineruæ, Tempore quo M. Fuluius Flaccus leges quasdam ferre tentabat. anno ab urbe condita 624. ante Christum Dominum centesimo uigesimo octauo, sign. Romanorum ciuilem occisionem. Iulius Obseq. Prodig. 87.

40 Serpentes duos nigros dum Tibiæ in ludis fonarent circuisse altare, & postea fugisse, & die postero rursus redijsse, sed a populo Mutusçæ lapidibus occisos, & hostio templi aperto Martis statuam esse inuentam cum capite ad pedes, anno ab urbe condita 649. ante Christum Dominum 103. sign. Romanorum exercitum a Lusitanis concidendum. Iulius Obseq. Prodig. 102.

41 Serpentes duo inuenti in lecto coniugis Didij Lelij legati. Pompei, qui elapsi abierunt incolumes, & accipi ter dum Didius sederet apud Pompeium uolans fere attigit illius caput. anno ab urbe condita 677. ante Christum Dominum 75. sign. ipsum Didium occidendum inter lixas. Iulius Obsequens Prodig. centesimo decimo nono.

42 Serpentes & feras nobis inimicari, signific. diabolum, & omnia animalia ei domestica, & legeimmunda nobis aduersari, quod proueniant ab aquilone, ubi imbibūt uenenum & rabiem contra nos a Samaele illis inditum.
Franciscus Georgius Problemate ducentesimo undecimo. tom. 6.

43 Serpens æneus quem exaltauit Moises, ut est Num. 20. propter æris duritiem, sign. Christi Domini crucis perpetuam memoriam. & propter æris sonum, sign. Christi Domini doctrinam. non tantum in Iudæos, sed & in gentes fuisse audiendam. & propter æris duritiem, sign. Christi Domini humanitatem, quæ durabilis erat futura, propter resurrectionem, & sonora propter prædicationem. Diuus Hieronymus in Ezech. & Diuus Gregor. Ezech. hom. 23.

44 Serpens qui natus ex ouo, quod quædam auis peperit in gremio Philippi Regis Macedonum, sign. Alexandrum filium Philippi orbem deuicturum, sed iuuenem e uita excessurum, dicunt enim quod auis quædam placida uolauit in gremium Philippi, & ibi peperit ouum, quod cecidit in terram a dextris ipsius Philippi, ex quo ouo fracto exijt serpens, qui cum circuisset ouum uolens rursus in illud ingredi, statim mortuus est, qua re ariolis explicata, responderunt ex se oriturum filium qui orbem superaret, & postea statim moreretur.
Cocles in introductorio.

45 Serpentes significant homines deceptores.
Clemens Alexandrinus in adhortatoria ad Græcos.

46 Serpens super saxum solem aspiciens, & seipsum ad radios poliens & detergens, cum uerbis, Anfi me recuebro, sign. uel hominem qui ante amatam mulierem, uel animam quæ coram Deo omnia tentat, ut illi placeat.
Ioannes Baptista Pittonus in insigni Odorici Pisciarij.

47 Serpens e Marathro sese proiiciens cum uerbis solo Marathro opus, sign. hominem, qui cognoscat

gnoscat se indigere luce diuina, ut possit efficere opera uitæ.
Ioannes Baptista Pittonus in insigni Hortensij Visconti.

48 Serpens qui decepit Euam & Adamum, signific. uoluptatem super uentrem repentem vitio terreno innutritam materiis.
Clemens Alexandrinus in Epistola ad gentes. & Philo libr. de agricultura. Vide Ophiomachus 1.

49 Serpentem deceptorem emisisse uocem humanam ad Adamum, signific. uoluptatem plurimos sui studiosos, & propugnatores habere, ad quam omne animal tamquam amabilem, & sibi humanam festinat. Philo lib. de mundi opificio.

50 Serpentem iussum esse a Deo progredi super pectus & uentrem, sign. uoluptatem habere suum dominium in uentre, a quo uoluptates sensibiles, & affectus carnales proueniunt. Philo. lib. 2. Allegoriarum.

51 Serpens uariis insignis maculis, qui sibi propriam caudam depascatur, signific. mundum uniuersum, quod sicuti serpens seipsum comedens uidetur ex se ipso uiuere, nihilque in eo unquam interire, ita generum immortalitas, qua rerum naturam Deus insigniuit, ostenditur, quod nihil ultra uiuum mundum pereat, sed eorum quæ nobis interire uidentur, solæ mutantur species.
Valerianus folio centesimo secundo. Orus folio tertio.

52 Serpens sign. terram, quod hoc animal pro corpore quod habet, est grauissimum.
Valerianus folio centesimo tertio. Orus folio tertio, uel quod oriatur e terra. Valer. f. 115. v. Caduceus 3.

53 Serpens sign. aquam quod sit lubricus, & sinuosus. Valer. f. 103. Orus. f. 3.

54 Serpens sign. aerem, quod sibila eius ad andientium horrorem excitari solent. Valer. f. 103. Orus fol. 3.

55 Serpens sign. varietatem stellarum, quod squamæ ueluti stellæ micare uidentur, & ob hoc etiam signif. ignem. Valerianus fol. 103. Orus fol. 3.

56 Serpens sign. ignem, propter splendorem squamarum. Valer. f. 103.

57 Serpens & lebens sign. redditum ad meliorem habitum, ut illi qui a ualetudine in integram sanitatem, & a macie, & squalore ad habitiorem, & ualidiorem habitudinem reuertuntur. Valer. f. 103.

58 Serpens habens caudam sub gutture occultatam sign. tempus, quod in longitudinem porrigitur, & multis complicatur spiris, quæ sunt multæ dierum annorumque series, taciteque proserpit nullo edito strepitu. Val. f. 104.

59 Serpens accipitrino capite inclusus, circulo æneo, sign. mundi molem. materia circuli, scilicet æs, ut pote rubrum, sign. ignem. Circulus signific. magnitudinem & formam orbis. Serpens sign. bonum dæmonem, cuius merito, & beneficio omnia alantur, vigeant, & perennēt. Valer. fol. 104.

60 Serpens cum cauda quæ delitescat sub corpore sign. æternitatem siue æuum sæculumue. Valer. f. 105.

61 Serpens basiliscus sign. sæculum siue æternitatē, quod hoc unum serpentium genus ui interfici non potest. Valer. f. 105.

62 Serpens basiliscus sign. hominem a calumniatoribus male acceptum. & mortiferis delationibus afflictatū, si alicui apponebatur. Val. f. 105.

63 Serpens basilicus sign. diuinitatem, quod Aegyptij Iouem dicunt esse spiritum, & spiritus est abundantior in basilisco, quam in alus animalibus. Valer. f. 105.

64 Serpens sign. Spiritum illum qui mouet elementa, quem spiritum alij dixerunt Deum, alij mentem. Vnde Verg. 6.
Spiritus intus alit totamque infusa per artus, &c. Valer. f. 105.

65 Serpens obuolutus pileo sacerdotum sign. eum qui in sacerdotes insurgeret, venenatos morsus non euitaturum. Valer. f. 106.

66 Serpens sign. oris uim, quòd nullis aliis corporis partibus ualidior sit quam ore ipso. Valer. f. 106.

67 Serpens longis implicatus uoluminibus, & qui linguis micet ore trisulcis, sig. furorem implacabilem, q̄ simulac se læsum sentit, ita uesane furit, ut nunquam absistat, donec uenenū inferat aut præ rabie exanimetur. Valer. f. 106.

68 Serpens aspis aurea obturans, signifi. contumacem, qui nulli legum imperio, uel magistratuū edicto parere uelit, quod aspis ubi se incantationibus accersiri sentit statim una in terram aure defossa, alteram cauda obturat, ne carminum uocem exaudiat, atque ita magorum conatum eludit. Valer. f. 106.

69 Serpens uipera, sig. mulierem inimicam, cui etiam mortem intentet, neque nisi coitus tantum gratia blandiatur. quod vipera in coitu caput uiri pro dulcedine abscindit. Valer. f. 106.

70 Serpens uipera sig. filios aduersus matrem conspirantes, quod grauidam uiperam in partu filij in lucem uenientes matrem enecant, abscisso utero. Valer. f. 107.

71 Serpens uipera mulieris pedi supposita signifi. abortum, quod si forte mulier, siue studio siue in curia uiperā transcenderit, abortum faciat. Valer. f. 107.

72 Serpentis uiperæ morsus sign. uoluptatis nequitiæ mollicieique fomitem. Valer. f. 107.

73 Serpentis picturata cutis sig. varias delicatasque rerum omnium illecebras. Valer. f. 107.

74 Serpentis reptatus sign. animum, qui attolline- queat in sublime, serpensque deiectus ad sola terræ commoda procrepat. Valer. f. 107.

75 Serpētis spiræ conglobataq; uolumina sig. mille laqueos, quibus assidue decipimur. Val. f. 107.

76 Serpentis latebræ, in quibus latet, sign. latebras quibus delectatur impura uoluptas, q̄ ueluti in scrobibus, & hiatibus ui humanis q̄ppe sc̄libus

occultatur. Valer.f.107.

78 Serpentis ſibila ſig. ipſius mali ſurrepentis blandimenta. Valer.f.107.

78 Serpentis caput ab homine obſeruari in ſacris litteris ſign. malorum effectuum principium, contagionemque mentis ex multiplici uoluptatis vſu ab homine abdicari debere, cum eius præcipua uis noſtræ inſideat cogitationi. Valer. f. 107.

79 Serpentem hominis calcaneo inſidiari in ſacris litteris ſign. Dæmonem per eam partem animæ, quæ omnibus eſt inferior, ueluti pes ſiue calcaneum, quæ eſt altrix & cibaria poſcitas, libidines irritamentum & uoluptariæ totius laſciuiæ magiſtra homini inſidias tendere. Valer. fol. 107.

80 Serpentis ſpecies ſign. delectationis figuram. Valer. fol. 107.

81 Serpens longis ſpiris complicans puellam eamque comprimens ſig. Faunum patrem nequiter Hecatem, uel Semelem filiam renitentem cognoſcere, quod ſign. fomitem naturæ multiplici uoluptatis ipſius uarietate nos oppugnare, & ut plurimum expugnare. quod vero Faunus primum uirga myrtea filiam nolentem eius nequitiæ aſſeotiri acriter uerberarit, ſignif. eundem fomitem nos oppugnantē per Veneream imaginationem, quam ſig. myrtus, quod uero eam uino delinire tentarit, ſign. eundem fomitem per lætitiam & hilaritatē nos ad peccandum allicere. Valer.f.108.

82 Serpens uipera ſign. malum dæmonem. iuxta illud, Eccleſiaſt. 10. ſi n.omordcrit ſerpens in ſilentio. quod ſicuti ſerpens motitans linguam eam multiplicem uidere facit, ita diabolus multiplicia linguæ incitamenta ingerit, nam qui eius eſt miniſter aliud porro lingua loquitur, & aliud corde meditatur, quibus Dominus dixit Genimina viperarum, quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali. Valerianus fol. 109.

83 Serpens ſig. delectationem rerum terrenarum. Valer. f. 109.

84 Serpentem a ieiuni hominis ſaliua necari, ſignif. ieiunium eſſe libidinis antidotum. Valer. fol. 109.

85 Serpens in Chimæræ extrema pars, ſig. laſciuum amorem, qui ut ex uoto facta tranſactaque omnia ſint, uenenum demum interneciua animi exulceratione relinquit. Valer.f.109.

86 Serpentes ab Hercule in cunabulis eliſi, ſignific. eum qui ad magna præclaraque negotia ſit natus, debere a teneris uoluptates extinguere. Valer. f.109.

87 Serpens æreus a Moyſe in altum excitatus ſign. uirtutem aduerſantem uoluptatibus, Valer. fol. 110.

88 Serpentis ærei materia, hoc eſt æs ipſum. ſignifi. continentiam atque conſtantiam, quod ſit æs admodum ſolidum, neque ulli obnoxium rubigini. Valerianus folio centeſimo decimo.

89 Serpens ſign. calliditatem, quod ſit animal motu narium, atque ad ſubſidium defenſionemque præcipue paratum, quodque hoſtem ulciſci probe poſsit & norit. Valer.f.110.

90 Serpens draco ſig. uirtutem indagatricem, quæ diligenter omnia perſcrutetur rimeturque ſtudioſiſsime. Val.f.110. Erizzus f.263.

91 Serpens draco ſignifi. uoluptatem eam, quæ ex intellectu depurgato, & ſano ſenſu perfectiſsima redditur. Vnde abſolutum oritur iudicium quo freti poſſumus noſmetipſos prudenter tueri, atque ſapienter conſeruare. Vnde illud: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, &c. Valer.f.110.

92 Serpens in ſpiram collectus, in cuius ſpiræ medio ſit ſpecies cuiuſdam palatij ſiue domus regiæ ſign. imperatorem. Valer.f.111. Erizzus f. 114. Orus. f.14.

93 Serpens in manu alicuius uiri, qui ſerpenti cibū porrigere uideatur, ſign. imperium. Valer. fol. 111. & numus Aurelij Cæſaris.

94 Serpens uipera ſignificat inſigne Oſcorum, qui ſunt populi in Campania, quod eorum princeps uiperam pro inſigni haberet. Valerianus fol. 111.

95 Serpens ſign. Principem, qui princeps ſit diabolus. Valer.f.111.

96 Serpentis caput in manu dextera Iunonis ſign. dominium, cuius ipſa haberetur præſes. Valerianus folio 111. V. mulier 256. Erizzus fol.406.

97 Serpentes qui apponebantur leonibus in ſimulachro Opis Deæ, ſign. orbis dominium. vel ipſum orbem terrarum. Valer.f.111. Erizzus fol. 406.

98 Serpēs niſi ſerpentem comedat non fiet draco, prouerb. ſignifi. illum non fieri imperatorem, uel regem regum, qui plurimos principes & Reges non ſubmittat. Valerianus folio 111.

99 Serpentes duo ad ſemicirculi curuaturam inuicem ſpectantes, caudis introrſum incuruatis, ſign. duorum imperatorum ſimul dominantium imperium. Valer.f. 111.

100 Serpens dimidiatus ſign. Principem uel Regem alicuius prouinciæ. per animal intelligitur princeps, per ſegmentum ſign. ꝙ non uniuerſo imperet orbi. Val.f.111. Erizzus f. 114. Orus f.15.

101 Serpens qui e columna lignea repentè Tarquinio ſuperbo elapſus apparuit, ſign. nouum, & inexpectatum Principē eundemque iuuenem, L. ſcilicet Brutum, qui de columna lignea, hoc eſt de ſtupore, quem diu ſimulauerat proditurus. lapis enim, & caudex pro ſtupido, & alienatæ mentis homine poni apud Comicos ſolent. Valer.f.111.

102 Serpens in orbem collectus caudam ſibi mordicus tenens, ſig. regem optimum. quod omnia uſque ad minima ultimaque curæ regi eſſe debēt, qui bonitatis nomen ſit adepturus. Valer. f.111. Erizzus f.114. Orus.f.14.

103 Serpens uigilans uertice ſurrecto elatoque pectore, ſig. regem ſiue principē, ſui populi curā gerentem, cui ſerpenti erat hæc uox (cuſtos) adſcripta.

adſcripta. Valerianus fol. 112. Erizzus f. 114. Orus. f. 14.

104 Serpens draco ſign. heroem, quod ut ait Plutarchus ex hominum medulla ſerpens gigni ſoleat. Valer. f. 112.

105 Serpens draco, qui apparuit Athenienſibus in naui, inituris pugnam naualem apud Salamina contra Medos ſign. heroem Cychreum quendam illis auxilium allaturum. Valer. fol. 112.

106 Serpens draco in clypeo ſignifi. inſigne Epaminondæ, quod inſigne ille gerebat, ut oſtenderet ſeſe ex ſemine dentium ſerpentis, quos Cadmus ſeuerat, oriundum eſſe. Valerianus folio 112. id quoque inſigne erat gentile Spartiatarum. Valer. f. 112.

107 Serpens complicans puerum dormientem ſig. illum puerum præclarum futurum. Valer. f. 112.

108 Serpens cingens peluim alicuius ſignific. illum cuius ſit peluis dominatorem futurum. Valer. f. 112.

109 Serpens cingens caput alicuius ſig. illum maximum futurum. Valer. f. 112.

110 Serpens inſpirans complicatus ſub capite alicuius ſign. illum uirum futurum formidabilis et iuſdam potentiæ, ſed tamen infauſtum. Valer. f. 113.

111 Serpens a formicis corroſus ſignific. principem a populo occiſum iri. Valerianus folio 113.

112 Serpentes tres, quorum duo pectoribus hinc inde ſinuoſi ſurrectis attolluntur, tertius iacens capite caudam unius, cauda uero caudam iudem alterius implicat, inter quos uictoria ſurrigitur inſiſtens calathiſco, ſign. tres orbis partes Europam, Aſiam, Affricam, uictoriæ Romanorum iam ceſsiſſe, Serpens uero tertius iacens reliquos duos capite & cauda complectens ſignifi. Aſiam, quæ extrema a Romanis deuicta fuit. Valerianus lib. 15. capite Aſia, & Erizzus in numo argenteo Octauij.

113 Serpens draco capite ſurrecto, prorepens & & magnis uoluminibus terga trahens, ſignifi. Præfectum militum, cuius nomen in numo ſit inſcriptum, ut habetur in numo Cæſaris dictat. 111. Valer. f. 113.

114 Serpentium draconum capita in aquis a Deo contrita ſign. in ſacris literis, eos milites Centuriones & Doces, qui miſsi fuerant a Pharaone, ut Iſraeliticum populum perderent, aquarum inundatione, rubri ſcilicet maris, ſuffocatos. Valer. f. 113.

115 Serpentis draconis caput iuxta illud, tu confregiſti caput draconis ſig. ipſum Pharaonem, ſig. etiam omnem uim dæmonis, Valer. f. 113.

116 Serpens draco purpureus alligatus haſtæ ſummitati ſign. uexillum militum cohortium. Valer. f. 113.

117 Serpens luteus terga, inferne habens caput, & caudam ſurſum uerſus inflectens, in parma uiridi, cuius marginem limbus ruber ambibat [illegible] cuius parmæ vmbilicus argenteus erat, circa quem luteus circunducebatur circulus, ſignific. milites Menapes ſeniores. Valerianus fol. 113.

118 Serpens draco albus in parma rubra, cuius vmbilicus argenteus, & in cuius margine duo circuli interior praſinus, exterior albus, ſign. milites Cortonacenſes. Valerianus fol. 113. qui Cortonacenſes & Menapes militabant ſub magiſtro peditum.

119 Serpens Cæruleus terga verſus læuam porrigens, in dexteram uero caput & caudam ſerpentis erat violaceus orbiculus, ſign. Theſſalos milites, qui ſub magiſtro equitum militabant. Valer. f. 113.

120 Serpens dimidiatus luteus in parma cærulea, cuius aureus vmbilicus & margo ruber, intra quē a læua parte erat onyx paruus cum Aethiopis ſigillo, ſig. Præfectos fabricæ, qui ſequebantur magiſtrum officiorum.

121 Serpentes duo purpurei ad ſimilitudinem x, in transuerſum ſit in parma cærulea, cuius margo eſſet ruber, ſign. milites Sagunnenſes, qui merebant ſub magiſtro peditum.

122 Serpens cęruleus habens caput humanum in parma cerulea ſpiris duabus circa vmbilicum aureum datis, eo capite humano ſuper arrecto & in auerſum reſpiciente, cauda aliquantulum inferne ſubmiſſa propendente, ſignific. milites Bianenſes, qui per Illiricum ſub magiſtro militum merebant. Valerianus folio centeſimo decimo tertio.

123 Serpens mutilatus luteus, cuius fruſtum totam fere parmam rubram circumplexum, & inter cuius caput, & fruſtum quadra erat lutea angulis in os, & in ceſuram uerſis, in qua teſſella purpurea conſpiciebatur, & extra caput & fruſtum ſerpentis erat circulus albus, & parmæ umbilicus argenteus ſignific. Honorianos milites ſub magiſtro equitum merentes. Valer. f. 114.

124 Serpens dimidiatus luteus in alba parma, cuius umbilicus eſſet aureus, & inter caput & ſegmentum ſerpentis lutea quædam lunula, ſignif. Marcomanos milites, ſub equitum præfecto merentes. Valer. f. 114.

125 Serpens luteus & ipſe mutilatus in parma nigra circumductus orbiculo quodam cæruleo inter caput, & inciſionem collocato, umbilicus ad angulos rectos decuſſatus partes duas aduerſis angulis oppoſitas albas, duas cęruleas habebat, Curatius iuniores ſub magiſtro equitum merentes. Valerianus folio centeſimo decimo quarto.

126 Serpentes duo dimidij albi ſe inuicem ſpectantes in uiridi parma, quam Margo ruber ambibat, cuius vmbilicus transuerſis lineis decuſſatus, duæ partes albæ, & duæ aduerſæ cæruleæ ſignifi. Mauri alites milites, ſub equitum magiſtro merentes. Valerianus folio centeſimo decimo quarto.

127 Serpens luteus dimidiatus capite, truncique parte cæſa in lęuam uerſis, in parma cęrulea inter

serpentis caput, & segmentum orbiculus luteus, cuius parmæ vmbilicus partim aureus, partim argenteus in obliquum decussatus, sig. unus ex septem ordinibus præter prædictos, quos Præfectus fabricæ ducebat. Valerianus fol. 114.

119 Serpentes duo in caducei speciem implicati, capitibus ad osculum coeuntibus, in parma cærulea, quam ruber ambitus circuibat, sign. milites defensores, sub præsentiali Præfecto merentes. Valer. f. 114.

120 Serpentes duo in caducei speciem totis expressis serpentibus, & baculo luteis in parma cærulea, cuius marginem purpureus circulus ambibat, sign. sextam parthicam legionem, sub magistro militum per Orientem militans. Valer. f. 114.

121 Serpentes duo rubei in caducei speciem cum baculo rubeo, in cuius summitate erat pila, vnde serpentes prorumpebant, & ad osculum iuxta parmæ sapphirei coloris medium adflectebantur, quam purpureus ambitus circuibat, signif. milites Angleuarios sub præsentiali merentes. Valer. f. 114.

122 Serpentes duo rubei e medio quodam cippo rubeo emissi, ad osculum se inflectentes in parma lutea nigro circulo circumducto, in cuius cippi medio paruum ancile luteum duabus in medio nigris lineis a dextera in læuam, in parallellum dissecantibus, in superiore cuius parte T. Centurionis signum notatum erat, sign. milites cornutos sub magistro militum præsentiali merentes. Valer. f. 114.

123 Serpentes duo cærulei in parma purpurea, quibus utrisque erant binæ aures acutæ longeque surrectæ, qui serpentes late cuidam Columellæ committebantur: vnde mox in superiorem caducei partem curuabantur. Fulcrum illud lato satis spatio binas hinc inde plicas acutis angulis porrigebat Medium huius spatij vmbilicus aureus occupabat, sig. milites Falconarios, qui sub præsentiali militum magistro merebant. Valer. f. 114.

124 Serpentes duo cærulei in caducei morem flexi in parma lutea, sed ubi serpentes pedamento committebantur applicati coalitique, aureus erat vmbilicus, sign. milites vindices, qui sub præsentiali militum magistro merebant. Valer. f. 114.

125 Serpentes duo purpurei rubro coaliti fulcimento ad osculum in circuli formam se incuruantes in parma prasina, cuius limbus ruber existebat, sign. milites sagittarios Neruns, qui sub peditum magistro merebant. Valerianus fol. 114.

126 Serpentes duo cerulei in caducei morem flexi in parma rubra, quorum serpentum pedamentum erat albũ ueluti squamis acutis quatuor, altera super alteram scandentibus, quarum apices infernę submittebantur, sign. Batauos milites, qui sub peditum magistro merebant. Valer. fol. 114.

127 Serpentes duo albi in caducei formam in clypeo rubeo, cuius margo albus erat, sign. Marcomanos iuniores, qui merebant sub peditum magistro. Valer. f. 114.

128 Serpentes duo prasini in caducei formam in alba parma, quam luteus ambibat circulus, & fulcrum, cui serpentes erant applicitι, erat rubrum, sign. Marcomanos seniores. qui merebant sub peditum Magistro. Valerianus folio 114.

129 Serpentes duo lutei in caducei speciem in parma cęrulea cum pedamento rubro. quam ruber margo ambibat, & intra serpentum ambitum erat figura coloris purpurei, sig. Atecottos iuniores. Valer. fol. 114. merebant sub magistro peditum.

130 Serpentes duo lutei auriti in caducei formam quorum terga crispis acutioribus inhorrescebant in parma alba, quã ruber margo complectebatur, sign. excultores milites, qui sub peditum magistro merebant. Valer. f. 114.

131 Serpentes duo albi in formam caducei cum pedamento albo in parma prasina, quam ruber limbus ambibat, sign. Brachiatos milites, qui sub equitum magistro merebant. Valerianus fol. 115.

132 Serpens, sign. regem uel principem, cum imperio. Erizzus f. 114.

133 Serpens integer, sig. regem omnium victorem. Erizzus f. 114.

134 Serpens sign. vrbem vel prouinciam. Erizzus. f. 115.

135 Serpens exiens e tabernaculo sign. salutem. Erizzus fol. 115.

136 Serpens sign. bellum. Erizzus f. 123. v. mulier 260. & 261.

137 Serpens sign. odium. Erizzus f. 123.

138 Serpens erectus in ara, sign. salutem. Erizzus f. 123.

139 Serpens sign. prouinciam uel regionem. Erizzus f. 213.

140 Serpentes applicitι currui Cereris, signific. obliquitatem sulcorum terræ. Erizzus folio 399. signific. etiam uolumina Triptolemi, quæ scripsit de agricultura. Valerianus fol. 118. V. serpens 129.

141 Serpens magnus pluribus spiris inuolutus, in capite, nescio quid tenens, & in vna spira habens caduceum, & in alia tritici spicam, sig. imperatorem, & illius imperium pacificum, & abundans. Erizzus f. 405.

142 Serpens cum virga Aesculapij sign. imperatorem esse orbis seruatorem. Erizzus f. 435.

143 Serpens inuolutus virgæ Aesculapij sign. indicium salutis. Erizzus f. 545.

144 Serpens inuolutus virgæ Aesculapij sign. diligentiam & attentionem medici in ægrotis. Erizzus fol. 545. Choulus f. 94.

145 Serpens inuolutus uariis giris & spiris, sign. orbem, prouincias, & regiones. Erizzus f. 563.

146 Serpens inuolutus virgæ Aesculapij, sign. medicum reddere ægrotis corpus nouum, sicuti serpens deposita uetere pelle, uidetur quodammodo iuuenescere.

Choulus

Choulus folio nonageſimo quarto.

147 Serpens inuolutus virgæ Aeſculapij ſign. id genus animalis multa habere remedia ad curandas ægritudines. Choulus f. 94.

148 Serpens inuolutus virgæ Aeſculapij ſign. medicum debere eſſe oculatum, & acute perſpicere in curandis ægrotis. Choulus f. 94.

149 Serpens ſolus & erectus ſign. Aeſculapium. Choulus f. 95. numus raugienſes æneus.

150 Serpens pluribus ſpiris inuolutus, & media parte erectus apponens caput ad ignem, qui eſt accenſus ſuper aram, ſignifi. Aeſculapium. qui ſerpens adhæret arbori cuidam. numus æreus Neronis.

151 Serpens in ſpiras conuolutus in manu cuiuſdam mulieris ſign. imperium. Vide mulier 257.

152 Serpens æneus exaltatus a Moyſe, ſignif. mortem Ieſu Chriſti Domini noſtri eo ſignificandi modo, quo per efficientem id, quod efficitur ſignificatur, a ſerpente quippe mors uenit, qui peccatum, quo mori mereretur, homini perſuaſit. Dominus autem in carnem ſuam non peccatum tranſtulit, tamquam uenenum ſerpentis, ſed tamen tranſtulit mortem, ut eſſet in ſimilitudine carnis peccati, pœna ſine culpa, unde in carne peccati, & pœna ſolueretur, & pœna: ſicut ergo tunc quicunque aſpiciebat exaltatum ſerpentem, & a ueneno ſanabatur, & a morte liberabatur, ſic nunc qui conformatur ſimilitudini mortis eius per fidem baptiſmi eius, & a peccato per iuſtificationem, & a morte per reſurrectionem liberatur. D. Auguſt. lib. 1. cap. 32. de peccatorum meritis.

153 Serpens uipera ſign. nouercam, quod nouerca nihil ſit uipera mitior, vt ait Euripides. Zograph. f. 22.

154 Serpens ſign. rerum occultam originem, quod ſerpens per ſpirarum poſitionem ſit ſimilis poſitioni noſtrorum inteſtinorum, in quibus delitescit occultæ in nobis ſubſtantiæ genitricis ſpecimen. Valer. f. 115.

155 Serpens ſignificat indigenam, vide Caduceus. 3.

156 Serpentes in caduceo virgæ inuoluti ſign. calliditatem & prudentiã neceſſariam eloquentiæ. Valer. f. 116.

157 Serpens ſign. tempus mortalitatis huius, mors enim a ſerpente propinata eſt. D. Auguſtinus in 2. ſermone de plagis Aegypti.

158 Serpens qui flexuoſis uoluminibus implicatur per genua & crura ſtatuarum, ſignifi. Aeſculapium Deum ſalubritatis, quod ſerpenti multa remedia ineſſe ad hominum ægritudines compertum ſit. Valer. f. 117.

159 Serpens aſpis ſign. iura hoſpitalitatis propter hiſtoriam, quam Plutarchus ſcribit de quodam Aegyptio. Valer. f. 117.

160 Serpens apud Heleos ſign. ſeruatorem, quod dimicaturi aduerſus Arcadas, puer quidam nudus ante Heleos præcedens in draconem mutari uiſus, Arcadas perturbauit ac fugam arripere fecit. Valer. f. 117.

161 Serpens ſignifi. ſalutem propter illius multa in humanum genus remedia. Valer. f. 117.

162 Serpens ſign. prudentiam, quod Dominus noſter iuſſerit nos oportere eſſe prudentes ſicut ſerpentes. Valer. f. 118.

163 Serpens habens tria capita, unum canis, unum lupi, & unum leonis, qui ſerpens ſubijciebatur, ſimulachro Apollinis ad pedes, ſign. prudentiam. Valer. f. 118.

164 Serpens qui uideatur Apollinem prouocare ad ſingulare certamen, ſignific. perniciem ſemper aduerſari ſaluti. Valerianus folio centeſimo decimo octauo.

165 Serpens uipera ab imo laurini trunci cui Apollo [illegible] dextro innititur femore, ſign. perniciem ſemper aduerſari ſaluti. Valerianus fol. 118.

166 Serpens uoluminibus implicatus ſign. genus gigantum. Valer. f. 118. v. vir. 263.

167 Serpentes additi pro crinibus Eumenidibus, ſig. horrificum & terrorem. Valer. f. 118.

168 Serpens draco ſign. uaſtitatem, cladem, ruinam. Valer. f. 118. v. Bellua. 1.

169 Serpentes dracones, qui currui Cereris addicti ſunt, ſign. uolumina quæ conſcripſit Triptolemus de agricultura. Valerianus fol. 118. V. ſerpens. 100.

170 Serpentes inuoluti ſceptris duorũ ſimulachrorum, ſub ſpecu ſubterraneo poſitorum, ſignif. oracula Trophonij & Ericynæ, quod Trophonius in oraculis præbendis eſſet prudens, uel quod more ſerpentum in ſubterraneo ſpecu latitaret. Valer. f. 118.

171 Serpens dipſas ſign. ſiticuloſitatem, quod iĩ quẽ momorderit, in eum tantum ſitis ardorem excitat, ut flumina & maria ſibi non ſatis eſſe uideantur, & quo magis bibit, eo ardentius ſitit. Valer. f. 121.

172 Serpentes in capite Meduſæ ſignificant terrorem, quem Perſeus truncato monſtri a patria ſua procul amouit. Valerianus folio 121.

173 Serpens hydra, ſign. ſophiſtas, uel ſophiſticas nugas, quod hi reſoluto aliquo eorum argumento, videantur plura ingerere, ſicuti abſciſſo vno hydrę capite, plura naſci dicebantur. Valer. f. 122.

174 Serpens hydra ſign. inuidiam, quod ſicut ipſa in paluſtri, & ſordido cœno pullulat, ita inuidia niſi in abiecto vilique animo reperitur. Valer. f. 122.

175 Serpens pictus ſignif. odium, quod habet inuidus in aliquem ob res præclare geſtas. Valer. f. 122.

176 Serpens draco a D. Georgio confectus ſignif. illecebras amatorias a uirtute edomitas. Valer. f. 122.

177 Serpentem intereſſe ſacris apud Sauatios ſigni. memoriam Iouis mutati in ſerpentem, qui Proſerpinam filiam ſuam alio nomine dictam Periſatem, compreſsit, ex quo poſtea illa peperit Taurum. Cartar. f. 239.

178 Serpens sign. genium, uel loci, uel hominis. Cartar. f. 452.

179 Serpens æneus in cruce erectus a Moise, signifi. Christum Dominum nostrum, & salutem & redemptionem nostram. Paradinus lib. de Symbolis Heroicis. f. 13. oculus est huius symboli, secum feret omina mortis.

180 Serpentem latrasse & canem locutum fuisse, significat Tarquinium e regno pellendum, & exilio multandum. Vide Canem locutum fuisse.

181 Serpens factus æneus a Moise, signific. fortitudinem, quæ est affectio uoluptati contraria. Philo. lib. de agricultura.

182 Serpentem non expectata eius defensione a Deo maledictum fuisse, sign. uoluptatem quæ decepit Euam omnino suo ingenio esse malam, & ideo defensioni eius non fuisse locum. Philo lib. 2. Allegoriarum.

186 Serpentes in somnis uidere signif. inimicos occultos, & insidiatores implacabiles. Cardanus lib. de somniis synesiis.

187 Serpentes duo certantes inter se positi in porta Martis, sub antro in tertio gradu Theatri Iulij Camilli, sign. discordiam rerum, differentiam, & diuersitatem. Iulius Camillus in Idæa Theatri.

188 Serpentes duo certantes inter se in porta Martis sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. naturam contentiosam. sed sub talaribus sign. contendere, sub Prometheo. Iulius Camillus ut supra.

189 Serpens sign. litteram Samecht, in prima lingua nam Samecht interpretatur firmiter connecte, & serpens habet vim uinciendi, & t, littera notat sibilum, quod est serpentis proprium, sed mystice sign. eam connexionem, quæ per serpentem primum facta est partis superioris hominis ad inferiorem. v. Samecht. Goropius in Hieroglyph. lib. 14. folio 215. & 216.

190 Serpentes duo, ita inter se impliciti & connexi, ut ad eorum nodum dissoluendum, uideatur opus esse Hercule, vnde dictus est nodus Herculis, siue Herculanus, sign. diaboli & humanę naturæ a diabolo corruptæ connexionem, quā nemo nisi Hercules, id est Christus Dominus soluere poterat, & hi duo serpentes sunt illi quos Hercules in cunis strangulauit, qui sign. diabolum, & mortem corruptam nostram naturam depascentes, siue diabolum & carnem concupiscentem contra spiritum, nullus unquam serpens masculus femellam, aut femella masculum tam arcte complectitur quam diabolus carnem, & caro diabolum, & hac de causa uidemus Mercurium ante se ferre caduceum his duobus serpentibus inter se deuinctis constantem, ut sign. bonum nuntium præ se ferre, quod Hercules, idest Christus Dominus nodum illorum serpentum soluisset, uel soluturus esset. Mercurius enim sign. Spiritum sanctum, sicut Hercules sign. Christum D. Caduceus enim in prima lingua dicitur Caduic. i. malum depressum, ut sign. pacem factam uel faciendam, & quamuis serpentes in caduceo inferne uirga teneantur superne tamen colla ab ea quam possunt longissime retrahunt, & eam eminus sibilis impetere videntur, quod Diabolus & caro contra virgam Dei conspirant idest recte rationi, & spiritui omnia ad bonum dirigenti communibus viribus, & ueneno & mortifero afflatu repugnant, uirga uero caducei, sig. uirgam illam de qua Dauid psalm. 44. inquit virga directionis, virga Regni tui. Quòd aūt serpēs in prima lingua si sit maior dicatur drac, quasi der hac, q̃ uox interpretatur, ad nocendum lædendumque uehæmenter pronus, qua significatione nil aptius inueniri potest, quod sign. Draconem idest Diabolum esse paratissimum ad lædendum humanū genus, quod re ipsa in primos parentes uix a Deo uiuificatos ostendit vel dicitur de her hac. i. communis & publicus harpago. Diabolus enim trahit omnes quasi. Harpago Valē dus Goropius in Hieroglyph. lib. 12. fol. 217. v. Caduceus 11.

191 Serpens minor in prima lingua dicitur Slang, & dicitur quasi, si el hang, idest animam suspendens uel strangulans, & mystice signific. carnē nostram p peccatum corruptam, quæ ueluti carnifex, animam nostram mortifero nexu suspendit, & notandum quod in prima lingua Serpens maior dicitur drac. à, deherhac, quæ interpretatur publicus uncus, quo damnati trahebantur ad supplicium, & mystice sign. dæmonem, qui tanquam publicus vncus homines ad supplicium trahit, serpens uero minor dicitur Slang, & interpretatur carnifex, & mystice sig. carnem peccato corruptam, sed & serpens in eadem prima lingua etiam dicitur hāg uuis, idest funis siue laqueus e corticibus uel uiminibus contexus ad suspendendum, & strangulandum. Vnde patet serpentem a primæ linguæ opifice ea appallatione uocari, qua homines cognoscant uel lędi uel suspendi, & tandem a serpente antiquo tamquam carnifice strangulari. v. serpens 190. Goropius in Hieroglyphi libro quatuordecimo fol. 218.

192 Serpens ad instar S litteræ elatus, in cuius Gibo sit littera tau, siue crux, primum significat littera zade figuram, sed quia zade ex sui compositione signifi. statum humanarum rerum, figura ipsius zade exprimitur per serpentem & per crucem, ut serpens signific. omnia mala, & crux omnia bona homini aduenientia. serpens enim refert diabolum, qui sub serpentis effigie fuit causa, & origo omnium malorum: crux uero præ se fert autorem totius felicitatis, & omnium bonorum. Zade enim profertur per Samecht, & per tau, & ideo serpens refert Samecht & crux tau. Goropius in Hieroglyph. libro quintodecimo fol. 232.

193 Serpens inter saxa senecta exutus cum verbis refloruit caro mea, sign. hominem, qui in tempore-

pore mortis suæ sperat se transire per petram, quæ est Christus D. Iacobus Tramontana in funerali Margaritæ Austriç.

194 Serpens qui adhæret connixus Iunipero quasi detracturus sibi ueterem nebridem, cum uerbis altera melior. signif. hominem, qui relicto suo primo principe ob calumnias, & persecutiones referat se in alterius protectionem, & sibi auguretur in futurum fore meliorem fortunam. Nam serpens detracta ueteri pelle, quodammodo in noua uidetur Iuuenescere, & melius se habere.

Hieronimus Ruscellus in Insigni Michaelis Codignaci.

195 Serpens inter herbas cum uerbo, Latet, sign. hominem, qui dæmonstrat inter bona fortunç, & corporis sæpe latere summum incommodum, & malum non sanabile. Nam difficile homo cauet illecebras diuitiarum & affectus carnis, quæ ut plurimum præcludunt æternæ uitæ aditum. Serpens enim in hoc Symbolo sign. malum, & Herba sign. diuitias & iuuentutem. Camillus Camillius in Insigni Iulij Contareni.

196 Serpens Hidra septiceps, quæ stat, ut uideatur uelle contendere cum uerbis, vix Hercules sign. hominem, qui demonstrat, nulli esse cessurum nisi illi, quem scit post principem suum esse sibi superiorem. Hidra in hoc Symbolo sig. ipsum hominem, & Hercules sign. hominis ipsius superiorem. Camillus Camillius in Insigni Alphonsij Sanchi.

197 Serpentem deceptorem Euæ per ignum habuisse tres maledictiones a Deo, ut careret pedibus, ut comederet terram, & ut occidendus esset ab homine significat Christum Dominum per lignum Crucis fuisse spoliaturum serpentem Leuiatan suis spolijs ex limbo, & priuaturum potestate, & tandem ligaturum eum in Inferno. Raphael Aquilinus tractatu. secundo fol. 68.

198 Serpens quem erexit Moses in deserto, significat Christum Dominum, qui sanauit omnes a morsu serpentis luciferi. vbi obseruandum est Mosem uocasse ex uerbis Dei illum serpentem Saraph. idest serpentem ardentem, cum uero Moses loquitur suis, & non Dei verbis uocat illum serpentem non Saraph, sed Nachas, quæ uox interpretatur serpens morsicans, & hoc, ut signific. per serpentem ardentem idest Christum euertendum esse regnum serpentis mordentis idest Diaboli. Saraph enim interpretatur ardens, vnde dicuntur Seraphin illi spiritus, qui maneus propriores diuinæ luci. Vnde Christus Dominus a Deo dicitur Saraph, ut sign. Christum Dominum esse magis ardentem quam cæteri omnes ardentes, cum nemo sit tam Deo patri uicinus quam ipse Christus, qui sedeat ad dexteram illius, & ut sign. neminem unquã futurum magis ardentem Charitate quam ipse Christus, qui propter nimiam charitatem dedit semet ipsum, ut saluos faceret non amicos sed inimicos. Vel sign. Christi corpus fuisse conflandum igne Spiritus Sancti, unde illud Spiritus Sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. uel ut sig. per mortem Saraph, idest serpentis ardentis, uenenum Nachas, id est serpentis mordentis, non fuisse nociturum illis qui inspicerent in ipsum serpentem ardentem. Raphael Aiquilinus tract. 2. f. 91.

1 SERRA in numis quos ab ea uocabant serratos. sig. Germaniam, eo enim Symbolo utebatur Germani. Sicuti Samij vtebantur pauone, & eam auem in numis cudebant, quo sig. se Iunonem colere. Aeneas Vicus lib. 1. cap. 8. de numis, & Valer. f. 316.

2 Serra sign. maledicentiam siue malloquium, & id ob dentium seriem, quæ mordacitatem sig. vel ob inuisum auribus stridorem maxime auribus infensum, quem in nodos præsertim illapsa reddit. Valer. f. 316.

3 Serra pugnare, militare dictum. sign. vicissitudinem illam, quæ sæpe fit inter duos exercitus digladiantes, quando modo una pars alteram vrget, & illa ab altera vicissim vrgetur, et quæ modo vincit mox uincatur, a gestu qui in secando fit dictum. Valer. f. 316.

4 Serra in disciplina militari. sig. subsidium iuxta illud Vegetij. si ducenda sit serra ex abundantibus ducendam esse. fiebat aut in hanc formam A. uel A. Valer. f. 316.

1 SERVII Tullij simulacrum in æde Fortunæ Sepie, tecto, vultu, toga superiniecta. sign. illum Seruium eo modo uelle celare dedecus, quod serua natus regnum haberet. Alexander Neapolit. lib. 1. cap. 13. dierum Genialium.

1 SERVIS secundum Homerum tantum dimidium mentis a Ioue concessum. sign. pro maiori parte seruos alijs addictos sibi minus dimidio mentis reseruare. uel signif. illos uelut iumenta continuis calcaribus perurgeri. vel sign. illos non posse meliorem spiritum sentire qui sunt seruituti depressi, dicente Apostolo, vbi spiritus ibi libertas. uel sig. ut aiunt Theologi antiqui. nunquam Spirit. S. in illo quiescere qui seruituti prematur. Fran. Georg. probl. 109. iom. 6.

2 Seruis solitum esse præsertim nouitijs bellaria sit per caput dispergi. ut sunt dactili, nummuli, legumina, caricæ, nuces, & huiusmodi. sig. bonũ omen annnæ vbertatis. uel sign. illos debere meminisse se frugi esse teneri. Valerianus f. 410.

3 Seruus fugitiuus apud Chimistas signifi. argentum viuum. vide unguentum solutum. Ioannes Garlandius lib. 1. cap. 5. de mineralibus.

4 Serui accipientes fructus uineæ, ut est Matth. 21. sign. prophetas offerentes Deo bona opera populi, quæ sunt fructus legis. Glos. interlin. in Matth. 21. & Lauretus in uerbo accipere.

5 Seruus qui diligit Dominum, ut est Exod. 21. significat hominem, qui intendit uerbis Prædicatoris, & ea solicita mente custodit. Lauretus

tus in uerbo amare.

6 Seruus qui diligit vxorem, ut est Exod. 21. sign. hominem, qui amat carnem suam aut opera vitæ actiuæ. Laurerus ut supra in verbo amare.

7 Seruum applicare ad hostium Tabernaculi, ut est Exod. 21. signinc. docere simplicem cælestia. Vel adiungere simplicem ad Christum. Lauret. in verbo applicare.

1 SERVOS Hebræos per sex annos tantum seruire, seruos vero alienignas seruire semper, & aliquando occidi Iussos in lege. sig. per seruos Hebræos septimo anno manumittendos, nos Christianos fuisse mansuros sine effectu perfectæ libertatis in millenario sexto, & in septimo perfectam libertaté adepturos, per seruos alienigenas, & qui occidi aliquando iubebantur sign. corpus alienum a spiritu redigendum in seruitutem & mortificandum. Franc. Geo. prob. 343. to. 2.

2 Seruum nõ esse reddendum Domino suo si a aufugerit sign. peccatorem, qui per penitentiá a peccato, & diabolo in gremium Ecclesiæ au fugerit, non esse in pristini status occasionem reddendum. Franciscus Georgius proble. 355. to. 2.

3 Seruum manumissum non debere dimitti vacuum sed dandum aliquid de grege horreo, & Torculari, signific. Christum D. N. qui erat nos omnes manumissurus, fuisse donaturum de grege carnem suam, de horreo panem corporis sui, & de Torculari Crucis pro uino sanguinem suum. F. G. p. 356.

1 SESACH uox, quæ per regulam quandam cabalæ ponitur pro Babel. secundum alphabetú Hæbraicum. de qua D. Hieronymus in Hieremiam cap. 25. super illa uerba. & Rex Sesach bibet post eos. Hæc inquit. Quomodo auté Babylon quæ Hebraice בָּבֶל Babel dicitur, intelligatur שֵׁשַׁךְ sesach. non magnopere laborabit qui Hebrææ linguæ paruam saltem habuerit scientiam. sicut apud nos Græcum Alphabetum usque ad nouissimam litteram per ordinem legitur hoc est αβ & usque ad ω, rursum que propter memoriam paruulorum solemus lectionis ordinem vertere, & primis extrema miscere, ut dicamus αω, βψ, & sic apud Hebræos, primum est א. secundum ב, tertium, usque ad vigesimam secundam et extremam litteram ת. cui penultima est ש. Legimus itaque שב תא. cumque uenerimus ad mediũ, litteræ occurrit כ caph. & ut si recte legatur, legimus Babel, ita ordine commutato legimus sesach. Vocales autem litteræ inter ב & ב. & inter ל & ב. iuxta idioma Hebrææ linguæ in hoc nomine non ponuntur sign. Hieremiam noluisse uti nomine Babel, ne concitaret contra se insaniam eorum, qui obsidebant Hierusalem & iam iam eius erant potituri.

1 SESAC Rex Aegypti fouens & manutenens Hieroboam, qui fugiebat a Salomone, & qui erat facturus diuisionem inter domum Iuda, & domum Israel, sign. Imperatores Græcos & præcipuè constantium, qui fouerunt, & manutenuerunt Episcopos Constantinopolitanos, per quos erat futurum dissidium inter Ecclesiam Romanam, & Ecclesiam græcam. in nostra uero generatione, quæ in tertio statu respondet Generationi Salomonis, Sesac videtur sign. Reginam Angliæ, quæ totis suis uiribus fouit Hæreticos rebelles Regi Philippo, Qui & magnitudine status in populo Christiano, & pia Religione in Deum potest significare. Salomonem, atque vtinam ne in sequenti Generatione sequatur Roboam alter, sub quo Decem tribus a vero cultu per nouellum Hieroboam pessime abscedant.

1 SESSIO sign. consilia tranquilliora, & aptiora ad res stabiliendas, & diu conseruandas, Hinc apud Romanos sellę curules. Sessio in Harpocrate, sign. diu morandum & perseuerandũ in capiendis consilijs. quam rem etiam prima sui nominis Syllaba Har. signifi. Goropius in Hieroglyph. lib. 5. fol. 63. & quoniam a sede a quo sessio prouenit a verbo primæ linguæ, Set, quod notat colloco, a quo set venit, Sit, idest sedeo, quæ voces set, & sit, si conuertantur ut fiant tes uel tis, idest ad ens sign. omnem sessionem referri debere ad ipsum ens, ut in entis, & veri contemplatione summa tranquillitate versemur. Goropius ut sup.

Sexum & familiã multiplicare. v. Aedificare secundo.

Seco apud Chimistas sign. plumbum. Ioannes Gaalandius.

Sezur apud Chimistas signific. aurum Garlandius.

1 SETIM ut est illud Ioel. cap. ultimo, & rigabit planitiem setim secundum targum Ionathæ, & est locus Greciæ, unde Alexander Macedo egressus est, & igatio setim, sig. tempus quo græci debebant assumere baptismum, quod euenit Apostolorum tempore, & forsan sub D. Paulo. Galatinus lib. 10. cap. 2.

1 SET vox in prima lingua noto pono, & colloco, sed eius litteræ misticæ signific. Trinitatem Sanctissimam. nam S, sign. uim patris omnia efflantis, E, sign. filij personam patris flatum opificio suo firmantis T. signif. Spiritus sancti totum colligantis personam, cuius Trinitatis Sanctissimę proprium est omnia in primo ternario collocare, & ad esse deducere. unde eius uox ichnæa, quæ est tes, in eadem prima lingua notat accepit esse, et esse perfectum, quam perfectionem ipsius linguę autor voluit significari cum in verborum formatione prætariti perfecti passiui opposuit ipsam uocem tes. quę vox tes dicitur, ex to & es, quo significatur ad ipsum quod est, quæ notatio sign. per primam omnium ideam omnia alia ad ipsum ens referri, atque deduci, uti per supremum apicé creaturarum. Vel tes resoluitur ex natura T. litteræ, & ex sillaba es, quod nil aliud notat, quàm vinculum entis ut sign. Ideam primam rerum omnium sine omni medio a Deo impressam, omnem rerum essentiam colligare, & inter se

& cum

& cum Deo. sed quoniam a set, prouenit, ses, id est senarius, qui attribuitur Vestæ, quæ sig. Ideam primam rerum omnium creatarum, & huic ideæ, & senario assignatur Angelorum ordo tertius, qui est Thronus, & qui est Dei sedes, & nocatur calcationis rotundum nã Thrõ in prima lingua dicitur a Ter, quæ uox notat calcationem, & on, notat rotundum. quod calcationis rotundum, est primum quod calcatur a summo calcante, & quòd est primus essentię ternarius, primam Trinitatis similitudinem impressam habens. Cum enim omnis creatio per ternarium descendat, cum uis hypostaseon ad omnia creanda necessario concurrat, quia illæ reapse sciungi minime possunt, necessario sequitur, ut Thronus Angelicus, qui est ipse senarius, sit Dei ipsius sedes, eo quod inter hũc Ternarium quem senarius absoluit, & eum Ternarium, qui hypostases numerat, nulla sit interposita creatura, ĩ qua sede, siue in quo senario prima imago Dei elucet ad hypostaticum numerum expressa, & perfecta formam, et materiã colligans, siue potius actum, et potentiam. Huius ideæ imago, siue vt vulgatius dicatur, huius intelligentiæ vis, et potestas in supremo cœlo cernitur, quod quia rotundum est, et orbiculare, et omnibus numeris perfectum, et absolutum, oportuit, et ipsam ideam huius rotunditatis in se exemplar habere, atque ĩnde confitendum est huic intelligentiæ, necessario eum numerum tribuendum, qui et ipse sit circularis, atque perfectus. Hunc videmus senarium esse, qui circulo in se reducitur, et totus ex suis totis partibus absoluit, ita ut nihil, uel desit, vel superfit, et hac de cã antiquissimi illi patres vestæ, idest primæ ideę assignarunt senarium, q. mystice sign. Thronum Angelicum ordinem, qui est sextus. Tu de hac re lege Goropiũ in Hermath. lib. 8. f. 177. 178. et 179. v. vestæ senarium numerum esse sacrum. et idem. Goropius in Hierogl. lib. 2. f. 23.

1 SEXAGESIMA sign. tempus viduitatis Ecclesiæ, & eius mærorem propter absentiam sponsi, qui peccatoribus abest per gratiam, & viatoribus per humanitatis præsentiam. Vnde ipsa Ecclesia sexagesimam celebrat quia expectat, ut sibi præstetur sexagesimus fructus, qui viduis debetur, & expectat, ut post sexagesimę celebrationem Deo coniungatur. Vel sign. Ecclesiam expectare, ut Dominus sibi post Decalogi impletionem benedicat, sicuti benedixit diei septimo post opera sex dierum. Michael Timotheus in Diuinum officium Quæst. 47. Tractatus 3.

1 SI idest ipsa, pronomen femininum, in prima lingua componitur ex. S. & I. quæ vehementem uim adspirationis, & insinuationis ostendit. nam, S. signific. maiorem adspirationem quàm, H. & I, sign. insinuationem, sed aduertendum, quòd in pronuntiando tertiam personam, quæ sit mas, dicitur in eadem lingua Hi, cum adspiratione leuiori, H, quàm sit, S. quæ est grauior, & vehementer adspiratio, & hoc sign. hominem marem maiori, & vehemẽtiori impetu adspirationis, & insinuationis mulierem alloqui, quam marem, quòd Deus illam masculo sociam dederit. Goropius in Hermath. lib. 5. fol. 99. V. Hi.

2 Si, in eadem Adamica lingua aliquando ponitur pro, sum, & Vis insinuationis, & adspirationis tum, I, tum, S, adeo blãditur litteræ, I, ut Se insinuet, ipsi illi, qui Se, idest dicebat, & dicendo omnia faciebat ita, ut sign. id quod uere esse cupiat, non posse id cõsequi, nisi se insinuet & adspiret ad eum, qui vere est, & a quo suum habet esse.

3 a Si, quando denotat sum, deriuatur sin in modo infinito, quæ uox denotat esse, sed sin habet. uocalem litteram productam, quam si quis corripiat, tum denotat sensum, & intellectum, & tunc componitur ab, S, &, in, & ex ui, S, sibili, & ex uoce in sign. id, quod vehementi Spiritu ad rem introspiciendam defertur, & inde venit, ut si in denotet, introspicio.

4 Sin quoque potest deduci a sen, quod est mitto & tunc ducit secum notationis causam, eo qđ nullus sit nuncius subtilior, & altius omnia penetrans, quam sensus præsertim interior, & intelligendi facultas, & quoniam nullus sensus est subtilior inter exteriores uisu, ideo fit ut

5 Si etiam ponatur pro uideo, præsertim si subtiliter pronuntietur, & quòd per uisum cœlum intuemur, atque hinc eius opificem cognoscimus uenit, ut.

6 Si pro intelligere usurpetur, sed nõ sine magno mysterio deus uoluit, ut si denotaret sum, sensum & innellectum, ut sign. hæc omnia esse, sentire, & intelligere, esse referenda ad Deum ipsum, Nam si hæc uox, si, uertatur, ut fiat, is, sign. ipsum, qui dat esse, sentire, & intelligere. Goropius ut sup.

7 Si proferri uocali longa atque subtili, & is, uocali breui, in prima lingua sign. contemplationẽ oportere esse longam, & subtilem, Ens uero quod est mentis obiectum, & contemplationis materiam, esse actum purum, & ab omni tempore non modo longo absolutum. Goropius in Hieroglyph. lib. 6 fol. 78.

8 Si in dictione σιωπή. quæ denotat silentium, est enim σιωπή. composita ex si, & hop, quæ sunt uoces primæ linguæ, denotat inspectionem, & hop, spem, ut σιωπή. nil aliud denotet, quam inspectionis spem, ut sign. in silentio potissimam causam esse debere cognitionis spem, & quia, si, conuersa fit, is, quæ notat ens, sign. cognitionem ad ens conuerti debere, qđ est contemplationis finis, & mentis obiectum. Goropius ut supra.

1 post SIBAE principis mortem populum recessisse ab urbe, & se Dauidi dedidisse, ut est secũdo Reg. 20, sign, amatus principibus errorum, populum redire ad subiectionem Christi. Laure. in uerbo abire.

1 SIBILLA cum tripode in porta Solis sub Prometheo in septimo gradu Theatri Iulij Camilli signific. diuinationem, & eius Species, & pro-

prophetiam. Iulius Cam.fol.147.

2 Sibilla ad quam Aeneas profectus est, sign. rerum diuinarum doctrinam, quæ aperit non solijs Apollinis mentem, quod sign. doctrinam rerũ diuinarũ sine mendacio diuinam sapientiam ostendere. Landinus 4. Camald.

3 Sibillam in antro manere, sign. ueritatem in obscuro latere. Land. ut sup.

4 Sibilla in numis insculpta signifi. Gergitios populos Asiæ minoris. Quòd ibi natam dicerent. Aeneas Vicus libro primo de numis cap.8.

4 Sibillam & Helenum apud Virgilium non dedisse oracula Aeneæ ligatos sed solutos, sign. illum transitum, quem facit Spiritus Dei ad mẽtes nostras, & mentis nostræ in Deum sicuti facit Silenum & Protheum non solutos sed ligatos responsa dare, quod signific. quietem, & mansionem quam facit Spiritus Dei super filium suum iuxta Isaiam. Iulius Camillus fol.44.

5 In Sicilia ubi ignis euomitur tribus hiatibus auditas esse multas, & narias uoces anno ab urbe condita 567. ante Christum D. 185. sign. Romanis rem prospere euenturam: nam in Hispanijs a Flacco, a Gracchio, & a Posthumio feliciter pugnatum est. Iulius Obseque droig.57.

Siciliæ Regnum. V. Tyrus.

1 SICCVS signific. pauperem, sicuti vnctus sig. diuitem. Iuxta illud Horatij.

Accedes siccus ad vnctum.

Valer fol. 217. V. Vnctus.

1 SICCITAS ut est Hierem. 17. sign. tribulationes, potest etiam, & ibi & alibi significare defectum verbi Dei D. Hieron. Hierem. 17. & sign. tempus Iudicij, in qua siccitate habitabunt mali.

1 SICHEN adamans Dinam, ut est Gene. 34. signifi. Diabolum intentum trahere ad se animam sanctam. Lauretus in verbo amare.

2 Sichen blanditur ad Dinam, ut est Genes. 34. sig. peccati fomenta, quibus Diabolus nititur ipsam animam in peccatis retinere. Lyra in Genes. 34.

1 SICHIMITAE detestantes Abimelech, ut est Iudic. 9. sig. malos sæpe odio habere malos non uirtutis amore, sed potius alicuius commodi causa. Lauretus in uerbo abominari.

1 ad SICLI medium addere, ut est Exod. 30. sig. facere aliquid supra præcepta, ut sunt, qui seruant. & consilia. Glossa Ordinar. in Exod. 30. & idem potest signif. addere libamenta sacrificijs, ut est Leuit. 9.

2 Siclos quinq; offerri ab uno mense uq; ad annũ quintum, ut est Leuit. 28. signifi. quinque sensuum perfectionem, quę ideo per geminatum numerum exprimitur, ut intelligamus ea, quæ puer sensibiliter audit uidet gustat, odoratur, & tangit, illa etiam conduplicet dum ad intellectum ea accomodare fuerit institutus. Hesych. ut supra in Leuit. 27. & Petrus Bongus de quinario. fol 182.

3 Siclorum centum triginta pondo fuisse acetabulum argenteum, ut est Numer. 8. signific. fidem vnius Dei & trium personarum, quia ille numerus constat ex vnitate centena, & ternario deceno consistit. Petrus Bongus cap. de numero 30. fol.75. V. acetabulum.1.

1 SIDERITIS lupis apud Aegyptios sign. Hori ossa, & ferum sign. Typhonis ossa: nam sicuti magnes attrahit, & repellit aliquando ferrum: sic bonus ac ratione præditus munde excursus conuertitur obuiusque occurrens molliorẽ rem facit persuasione magis, quam ui, duriciẽ illam plane Typhoniam, sed rursus cohibitus, ac retractus in se ipsum facultate sua deficit. Celius Calcagninus libro de rebus Aegyptiacis.

1 SIGILLA septem sign. septem bella sed modis diuersis: nam quinque sigilla prima sign. quinque bella uniformia, sed sextum sigillum, & septimum signifi. dissimilia, sextum enim est duplex & septimum sabatizat, sex sigilla sig. laborem, & sex generalia bella a tempore Moisi usque ad mortem Esdræ, quæ sex bella sunt consumata in sex temporibus. primum fuit Aegyptiorum, secundum Cananeorum. tertiũ Sinorum. quartum Assiriorum, quintum Chaldæorum, sextum duplex scilicet Assiriorum, & Macedonum, sextum bellum in Historia Iudith, septimum in Historia Hester.. nam Holofernes fuit Assirius, & Aman fuit Macedo.

1 SIGNACVLA septem, de quibus D. Ioannes in Apocalipsi sign. septem bella, quibus populus Hebræus afflictus fuit ante D.N.I.Ch. V. Bella septem.

Ioachim libro primo concor. vtr. test. capitulo nono.

2 Signacula septem aperta sunt in spatio 42. generationum, quæ 43. generationes primæ incipium ab Abraham, sicuti 42. generationes secũdæ incipiunt a Zacaria patre D. Ioannis & quẽadmodum illa 7. signacula aperta sunt in primis generationibus sign. quod & aperta sunt in secundis, quę iam præterierint, sed & signifi. quod aperientur & in tertijs 42. generationibus, quæ tertiæ generationes 42. incipiunt anno a natiuitate D.N.I. 1260. siue 1290.

4 Initium temporis Signaculi primi sign. tempus resurrectionis D.N.I. & in quo Spiritus S. quẽ Ioseph aperiens somnia Pharaonis sign. datus Apostolis cepit aperire sensum, ut intelligerẽt scripturas lib.3.cap.8.

1 SIGILLVM primum continet Ioseph, & Ephraim. Apertio huius sigilli facta est in Iudæa. Ioach. in Apoc. f. 2.

Tempus primi Sigilli incipit ab Abraham siue a Iacob. Patriarcha usque ad Moysem, & Iosue in primo statu. f.6. & 9.

Tempus huius Sigilli siue eius apertio incipit in secundo statu a Zacaria patre Ioannis, siue a resurrectione D. N. I. & finit ad obitum D. Ioannis Euangelistæ. f.9.

4 Tempus

Tempus huius primi ſigilli in primo ſtatu incepit ab Abraham, & comprehendit ea quæ facta ſænt ſub Abraham Iſaac Iacob, & duodecim patriarchis ſub Moiſe conflictum Aegyptiorum, tranſitum maris rubri, & deſerti comprehēdit, & ea, quæ facta ſunt ſub Iouſue & Caleph, & quicquid ſub eorum temporibus eſſe geſtum narratur, & illa omnia ſignific. ea quæ erant facienda in ſecundo ſtatu incipiendo a Zacaria patre D. Ioannis Babtiſtæ, & ſub D.N.I. ſub Apoſtoliſ uſque ad obitum D. Ioannis Euangeliſtæ, qui durauit uſque ad tēpora Traiani Imperatoris.

2 Sigillum ſecundum continet ea, quæ ſunt in libris Ioſue iudicum, & Apertio huius ſigilli facta eſt in Roma. Ioachim Apocalip. fol. 6.

Tempus ſecundi ſigilli incipit a Moſæ & Ioſue & finit ad Samuel & Dauid in primo ſtatu fo. & 9.

Tempus huius ſigilli ſiue eius apertio incipit in ſecundo ſtatu ab obitu D. Ioannis Eungeliſtæ & finit uſque ad Conſtantinum Auguſtum, & Beatum Silueſtrum. V. bellum. 2. Ioach. Apocalip. fol. 114.

3 Sigillum tertiū continenens Samuelem, & Dauid. Apertio huius ſigilli facta eſt in Græcia.

Tempus tertij ſigilli incipit a Samuele, & Dauid & finit ad Heliam, & Heliſeum. Ioachim fo. 9.

Tempus huius ſigilli ſiue eius apertio in ſecundo ſtatu incipit a Conſtantino Magno, & finit ad Iuſtinianum.

Ioachim Apocalip. fol. 9.

4 Sigilli 4. continet Heliā, & Heliſeū Apertio huius ſigilli facta eſt in parthia. Ioach. Apo. f. 6.

Tempus 4. ſigilli incipit ab Helia, & Heliſeo, & finit ad Iſaiam, & Ezechiam.

Tēpus huius ſigilli ſiue eius apertio in ſecundo ſtatu īcipit a Iuſtiniano, & finit ad Carolū Magnū, q fuit tpe Zacariæ Papæ. Ioach. Apo. f. 9.

5 Sigillum quintū continet Eſaiam & Ezechiam. Apertio huius ſigilli facta eſt in Theoronia.

Tempus quinti ſigilli incipit ab Eſaia, & Ezechia, & finit ad Tranſmigrationem Babilonis.

Tempus huius ſigilli ſiue eius apertio incipit in ſecundo ſtatu a Carolo Magno, & finit in tempore Ioachim Abbatis, qui uixit circa annos D.N.I. 1200. Vel ſecundum Theoloſophorū adhuc durabat quando ipſe uiuebat, qui uixit circa annos D.N. 1386. Theoloſphorus f. 10. V. liber ſignatus.

In Sigillo quinto viſas animas interfectorum ſubtus altare ſign. quòd erat futurum flagellū tam atrum contra fideles ab Imperatore Alemanno, & ſuo Antipapa, una cum infidelibus quòd Chriſtiani fugientes ad Eccleſias, et ſub altaria, ne ibidem quoque tuti futuri erant. Theoloſphorus fol 10.

6 Sigillum. 6. continent Ezechielem, & Danielem. Apertio huius ſigilli facta eſt ſub ſoldano Saladino.

Tempus ſexti ſigilli incipit a tranſmigratione Babilonis, & finit ad obitum Heſter, & Malachiæ ſiue Eſdræ. in primo ſtatu. Ioach. in Apoc. fol. 6.

Tempus huius ſigilli ſiue eius apertio incipit in ſecundo ſtatu ab annis 1200. & finiet ad aduentum Heliæ, cum D.N. uenerit iudicare mundum In hoc tempore noua Babilon percutienda eſt, & hic aduertendum ad prælia, q̄ habuit populus Hebræus a tranſmigratione Babilonis uſque ad obitum Eſdræ. Talia quoque paſſurum eſſe populum Chriſtianum in his diebus, & quemadmodum in primo ſtatu Babilon percuſſa eſt a Ciro, & Dario ita in ſecundo ſtatu in ſexto ſigillo pertutietur Babilō noua a Regibus gentium, & populus fidelis præter Babilonis euerſionem patietur duas tribulationes grauiſſimas, quarum unā dicit Ioachim preteriiſſe, aliam dicit inſtare, cum Deus voluerit, & poſtea ſequetur Antichriſtus, ſicuti in primo ſtatu Antiocus euertit Hieruſalē, & templum, & populum diſſipauit, ſed aduertendum, quod in fine ſecundi ſtatus ſecundū Ioachim prima ex duabus perſecutionibus, quas in ſexto tempore populus Dei paſſurus eſt, iam preterierat ſuo tempore ſed ſecunda non dum præterierat, & qui eam facturus erat ſignificatus fuerat a ſeptimo illo rege, de quo D. Ioannes dixit, & unus non dum venit, & ipſe erit deterior omnium, qui fuerunt ante ſe hunc exiſtimari poteſt Fuiſſe federicum ſecundum. Antichriſtus uero, qui dicitur Gog. veniet in fine tertij ſtatus, & erit vltimus, & omnium Tyrannorum immaniſſimus.

In Sexto ſignaculo inchoato percuſſam eſſe Babilonem Metropolim Caldæorum a Medis, & ſolum eſſe captiuitatem Iudæorum & tēplum ædificatum eſſe, & muros Hieruſalem in anguſtia temporum ſign. in ſexto tempore nouam Babilonem percutiendam, & electorum Dei faciendam eſſe liberationem, ſed antequam populus liberetur, illi patiendæ ſunt duæ afflictiones poſt euerſionem Babilonis, quarum duarum afflictionum unam inſtare uel potius præterijſſe ſuo tempore dixit Ioachim, quam iam præterijſſe credendum eſt, & alteram uenturam expectandam, ſed & illam quoque præterijſſe ego reor: nam ab anno 1200. in quo uiuebat Ioach. ad annos noſtros, q ſunt 1577. longum ſatis tempus intereſt, & forſitan euerſio Babilonis ſign. captionem Conſtantinopolis a Mahomete factam, anno 1454. & duæ ſequentes tribulationes forſitan non dū euen erunt, de quibus timendum poſt annos 1590. Ioach. Apoc. fol. 9.

7 Sigillum 7. continet Eſdram & Neemiam. Apertio huius ſigilli fiet in Italia.

Tempus ſeptimi ſigilli incipit ab obitu Eſdræ ſiue Malachiæ, & finit ad Zachariam patrē Ioannis Baptiſtę.

Sigillum ſeptimum quod datum eſt populo Iudæo ad quietem poſt Eſdram, & Neemiam in quo conſumatis ſeptem prælijs etiam Sacri

ſcriptores a labore quierunt. Ioach. lib. 5. cap. 2.

1 SIGNVM dei uiui quo ſignati ſunt ſerui Dei in frõtibus eorum, ſign. miſterium Crucis quod in fronte accepit unuſquiſque Dei electus, ut ſignum Crucis, quod habet in fronte gerat in mente, & paratus ſit pro Chriſti nomine paſsionem ſubire. Ioach. Apocalip. f. 120.

2 Signum æternum, ut eſt Iſai. 55. ſign. Crucis ſignum, per quod ad æternam deuenitur ſalutẽ. D. Hieron. Iſa. 55.

3 Signum exaltatum, eſt Iſai. 49. ſig. Crucem Domini, in quam ipſe aſcendit, ut captiuam duceret captiuitatem. Lauretus in uerbo altitudo.

4 Signum quo ſignati ſunt gementis iuxta illud Ezech. 9. ſign. Characterem, qui imprimitur in baptiſmo, & non ſignum Tau, ut male putant aliqui. F. G. p. 150. to. 3.

5 Signum quo ſignati ſunt ſerui Dei iuxta illud D. Ioannis Apocal. 7. ſign. caracterem baptiſmi, vel lumen illud, de quo dicitur ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. Franc. Georg. pr. 200. to. 3.

6 Signum quod petijt Dauid fieri ſibi in bonum. pſal. 84. ſig. Characterem regenerationis. F. G. p. 254. to. 3.

1 SIGNA nixidia erant tres ſtatuæ, quæ genibus nitebantur, quæ ſig. Deos tres. qui parientibus labores faciles redderent. Vulerianus folio 259.

2 Signa in homine ſi fuerit ſignum, ut neuium, cicatrix lentigo, & id genus, in nare ſign. aliud ſignum eſſe in uirga virili, & aliud in coſtis a parte ſiniſtra, & aliud ſub pilis in pendili. ſi fuerit in facie ſign. aliud ſignum eſſe in teſticulis. Si ſignum fuerit in fronte ſign. aliud ſignum eſſe in pendili. Si fuerit ſignum inter ſupercilium, & palpebras ſign. aliud ſignum in vultu inferiori, & aliud inter vmbilicum, & pendile. Si fuerit ſignum in vultu ſubtus nares ſign. aliud ſignum in brachio inter cubitum & humerũ. Si ſignum fuerit in ſupercilio ſig. aliud ſignum in pectore. Si fuerit ſignum in manibus ſign. aliud ſignum in uirga, & pendili. Si ſignum fuerit in gula ſign. aliud ſignum in coſtis a parte dextera. hæc Cocles in introductor. & Haly in ſecunda parte cap. 3.

1 Silentium ſign. locum inferni particulare unum ex ſeptem, in quo priuati conſortio creaturarũ ſilent, de quo intellexit Dauid pſal. 148. dicens neque omnes, qui deſcẽdunt in infernum. Sed veritas litteræ habet domach. quod interpretatur ſilentium, & non infernum, hinc forſitan poeta dixit perque loca ſilenta. Fran. Geor. p. 359. to. 3.

2 Silentium conducens exercitum tacitum in ſubſidium Caroli in ipſo cõflictus diſcrimine ſig. multorum referre ſubſidium ſacerdotum in ipſo prælio. Arioſti Cantu 16. Clemens Valu.

3 Silentium quo utitur ſacerdos in Miſſa, eſt triplex, poſt præfationem, poſt oblationem, & Dominicam orationem, ſignifi. ſacra non eſſe epulganda ne uileſcant. Vel ſig. in cordis ſecreto attentius orandum. vel ſign. Chriſti Domini ſeceſſum a turbis, ſilentium ſignif. pietatem deuotionem humilitatem, patientiam, & ſig. ineffabilem Dei maieſtatem in ſilentio adorandã Aemarus. Henequiræus lib. de Cere. c. 28.

4 Silentium pythagoræ. quod præcipiebat diſcipulis ſuis per quinquennium ſign. Pythagorã voluiſſe ut diſcipuli ſui auerſi a rebus ſenſibilibus, quæ per quinque genera deſtribuuntur, nuda mente Deum contemplarentur. Clemens Alexandrinus in lib. 5. ſtromath. f. 269.

1 SILENVM apud Vergilium canere cioni, qui ſign. varrum, & Naſillo, qui ſign. ipſum Vergilium aperta principia mundi, & poſtea in fabulas rem cõuertere ſign. antiquos Philoſophos ſolitos eſſe primum aperire ſecreta philoſophica, & poſtea fabulis obtegere illa. Iulius Camillus ſol. 121.

2 Silenus apud antiquos ſig. motum ſpiritualem. Geor. Venet. Atin. ſol. 211.

3 Silenus ſign. Diuina in occulto eſſe quapiam in re. Valer. ſol. 48.

4 Silenus Alcibiadis ſigni. in ſermone rem eam, quæ prima fronte vilis ac ridicula videatur, interius tamen ac propius inſpicienti ſit admirabilis. Valer. ſol. 49.

1 SILEX ad quam Deus extendit manum ſuam ut eſt Iob 18. ſignifi. Chriſtum Dominum, ad quem Deus extendit manum ſuam cum eum incarnari fecit. Lauretus in uoce lapis.

2 Silices prærupti, ut eſt Iob. 39. v. Petræ.

3 Silices ſummi, ut eſt Numer. 23. ſig. Patriarchas excelſos fide, & fortes uirtute. Ruper. in Numer. 18.

4 Silex ut eſt Iob 19 ſign. gentiles, quando fidem ſuſcipiunt. Lauretus ut ſup.

Silex. V. Aenigma. 44.

1 SILIPIT apud chimiſtas ſign. cuprum. Ioannes Garlandius.

1 SILMAH & Gyhon. in Sacris litteris ſunt Synonima. Gouſchelius lib. 1. Elocut. Sacr.

2 Siloe aquas, quæ uadunt cum ſilentio a populo abiectas eſſe, & aſſumptum Raſim, & filium Romeliæ, ut eſt Iſai. 8. ſign. omnem, qui ſapientiæ humanę innititur, & derelinquit aquas Siloe, quæ ſaliunt in uitam æternam, tradi diabolo quem ſign Raſis, cuius poteſtati traditus in profundum peccatorum ueniet. Gouſch. l. 7. Elocut. Sacr.

1 In SILO Dominum iterum apparuiſſe in tempore Samuelis, ut eſt 1. Reg. 3. ſign. Deum manifeſtare ſecreta ſua mundis corde, quæ reptobis abſcondit. Diuus Grego. 1. Reg. 3.

1 SILPHIVS, ſign. Cirena eam prouinciam, ut eſt uidere in numis Batti. Valeri. ſol. 370.

1 SILVA cum pulchris arboribus, ſig. uigeſimũ ſextum gradum capricorni, & hominem, qui erit laborator in ſilua. Aſtrolab. planum Ioannis Angeli.

2 In Siluam cum amico abire, ut eſt Deuter. 19. ſign. hominem cum proximo conuerti ad examinanda

minanda propria delicta. uel sign. prælatum accedere ad examinanda subditorum delicta gratia corrigendi. D. Greg. 10. Moral. 9. & Lauret. io uerbo abire.

3 Siluas omnia tenere iuxta illud Vergilij Tenent omnia siluæ. sign. a materia nostram omnem stultitiam, & omnem animorum nostrorum contagionem, quibus impediantur ne ad superos redeant, prouenire. & obseruandum quòd poeta locum inferorum explicat. Landin. 4. camald. Silua enim. sig. materiam.

1 SILVIAS Deus significi. fecem omnium elementorum, hoc est ignem sordidiorem aerem, terram, & aquam impuriorem, & ut ita dicam materialiorem. vnde illum appellabant ὑλικὸν θεὸν, idest Deum materialem. Iulius Iacobonius cap. 6.

1 SILVESTRI Pontificis sepulchrum, quando sudat, significat Pontificis præsentis mortem adesse. Platina in vita Siluestri 2. folio 61.

1 SIMEON, & Leui diuisi in Israel, ut est Genes. 49. sign. Iudæos per orbem dispersos. Lauret. in uerbo abscindere. vel sign. vitia omnibus communia, gulam scilicet, & libidinem. D. Hierony. in soph. 3.

1 SIMIAM mentiri actus humanos. sign. eam esse animal Dæmoniacum, quæ cum non possit ueros hominis actus facere, saltem mentitur, si cuti diabolus, qui cum nõ possit diuinos actus facere, vult saltem illos simulare. Frã. Georg. probl. 234. tom. 6.

2 Simia complectens simiolum suum, & illi ablandiens sępius inter manus uolutans. cum titulo. Cęcus amor prolis. sign. parentes plus satis proprijs filijs indulgentes eorum cladis causam existere. Simia enim dum nimis tenere & ardenter filios complectitur, sæpe illos occidit. Claudius Paradinus libr. de Symbolis Heroicis f. 235.

3 Simia proijciens in nias e fenestra domus cuiusdam variam pecuniam, cum titulo. male parta male dilabuntur. significat Deum nolle, ut male parta diu durent. Gabriel Simeon Emblem. 34.

4 Simia supra lupum sedens. significat vndecimum gradum Sagittarij, & hominem qui erit dominator alterius hominis. Astrolab. planũ Ioannis Angeli.

5 Simia aspiciens se in speculo. sign. vigesimum gradum Capricorni, & hominem qui erit superbus.

6 Simia imitans laqueos dolosos, quibus ipsa capitur. sign. curiositatem damnosam esse. Sambucus f. 51.

7 Simia vtens pede catelli dormientis ad extrahendas castancas e prunis. significat non dolo, sed uirtute agendum. Sambucus folio 110.

8 Simia proiecta Leoni. sign. non adulandum sed cedendum Tyranno. simia enim significat adulatorem, & Leo significat Tyrannum. Sambucus f. 192.

9 Simia odorans infirmum, vel aliquod illius membrum & abhorrens illud. sign. hominem mori turum, vel illud membrum esse corruptum. Paracelsus lib. de præsagijs. f. 19.

10 Simia cum parua simiola quam mater ipsa trahat. sig. hæreditatem in inuisos relictam. quòd hoc animal duas simiolas uno partu edat, quarum alteram nimis amat, alteram nero penè odio habet, quam diligit tam assidue, tam frequens attrectat, gestat, mouet, & perstringit, ut eam persepe enecet, qua mortua mater postea alteram, quam prius spreuerat, & oderat educare cogitur. Valer. f. 49.

11 Simia sign. hominem nihili, & nequam, & omnibus despicatissimum, quòd autores simiam pro eiuscemodi homine appellare soliti sint. Valer. f. 49.

12 Simia micturiens sig. hominem dissimulatorem vitiorum suorum, & tegetem domesticam turpitudinem suam. quòd simia ubi emisit lotium statim illud occulit. Valer. f. 49.

13 Simia sign. Impudentes, quòd hoc animal, vel in frequenti multitudine hominum intento vere tro si sit mas, impudentissime toto Theatro lasciuiat. Valer. f. 50.

14 Simia comesta à leone, significat febris medelam, quod leo febricitans eam in remedium febris comedat. Vide Leo 21. Valerianus fol. 50.

15 Simia sig. sui admiratorem, & nimis sua seque ipsum amantem, quòd hoc animal omnium turpissimos fętus suos, pulcherrimos omnium esse censeat. Valer. f. 51.

16 Simia sign. imitatorem, ꝙ hoc animal maximè omnium imitetur. Calep.

17 Simiolus sig. itidem imitatorem. Calep.

18 Simia sig. ratione carentem, ꝙ ipsa nihil hominis habeat præter humanam formam. Zograph. 25.

19 Simia sig. hominem uersipellem, quòd simia si uinum biberit, uersutiæ suæ obliuiscitur. Zograph. f. 30.

1 SIMON celeriter consumans muros Hierusalem, ut est 1. Machab. 13. & Rex Babilonis properans ad lacum leonum, ut est Daniel 6. sign. solicitudinem, quam Prælatus pro Ecclesia sua habere debet. Lauretus in uerbo accelerare.

1 SIMILA arefacta, ut est Leuit. 7. sign. Theologiam sine eloquentia. uel sign. Theologiam esse in eo aridam, qui indiget sapientia. Glos. interl. in Leuit. 7.

2 Simila quæ est purior farina. sig. Sacerdotes Religiosos, & Dei ministros peculiares. sed sępe simila offerebatur Deo, uel uncta, & subacta oleo, uel tantum perfusa. ꝙ sign. Dei ministros debere diuinitate perfundi quantum potest, nam oleum sig. diuinitatem. aliquando simila perfundebatur Thure, quod sign. Dei ministro orationem conuenire nam Thus significat orationem. Franciscus Georgius problema. 193. tom. 2.

3 Similam minutatim diuidi in sartagine, ut est

ut est Leuit. 2. sign. distincte contemplari singulos passionis Christi actus. Isich. supra. Leuitico. secundo & Lauretus in uerbo abscindere.

3 Similæ pugilum aut totam similam cremare, ut est Leuit. 5. sign. integram fidem incarnationis & passionis Christi Domini habere. Idem sign. Sacrificium sacerdotum totum cremari, ut est Leuit. 6. Lauretus in uerbo accendere.

4 Similæ pugillum unum plenum tollere, ut est Leuit. 2. sign. scientiam habere secundum mensuram fidei. Laur. in uerbo accipere.

5 Simila calida, ut est Leuit. 6. sign. feruorem charitatis. Lauretus in uoce calor.

1 SIMILIS filij hominis a D. Joanne uisus inter septē candelabra aurea, sign. Christum Dominum Nostrum cum agminibus electorū unà secum in gloria coronatorum: est enim ille caput, & nos illius membra. Abbas Ioacchim in Apocal. fol. 41.

1 SIMILITVDO, & imago differunt. Nam homo factus est in imagine ad similitudinē Dei, in imagine omnia sunt creata, sed non omnia ad similitudinem. Imago enim sig. uerbum in quo facta sunt omnia, sed ad similitudinem fieri signifi. differentiam inter hominem & reliqua, homo duntaxat factus est in imagine ad similitudinem, Bruta & rel qua sunt facta in Imagine sed non ad similitudinem. Paulus Scaliger libro primo de rerum causis, fol. 17.

1 SIMON abiens in Galilæam, ut liberaret fratres suos, ut est 1. Machab. 5. signif. Christum & eius prædicatores trāseuntes ad gentes, Lauretus in uerbo abire. Idem sign. Christus transiens in Galilæam, ut est Ioan. 6. & in Regionem iuxta desertum, ut Ioann. 11.

2 Simonis uiri abeuntes in campum cum hostib. pugnaturi, ut est 1. Machab. 16. signif. eos, qui aperto marte cum diabolo congrediuntur. Lauret. in uerbo abire.

3 Simon Cyreneus angariatus, ut tolleret crucem Christi Domini ut est Matth. 27. signific. prædicatorem, qui pacta. mercede prædicat verbum Dei. Vel signific. Christianum, qui pro mercede operatur bonum opus, aut propter timorem. Vel significat hominem, qui abstinet a peccato, quia illud explere non potest. Lauretus in uerbo angariare.

4 Simonem adduxisse milites a Galilæa in Iudæā, ut est primo Machab. 5. signific. Deum adducere a carnalibus ad spiritualia. idem signif. Deum adducere ad terram Galaad, & Libani quem V.
Lauretus in uerbo adducere.

1 SIMPVLLVS signific. dignitatem pontificiam. Sebastian. Erizzua fol. 136. Vel

2 Simpullus sign. dignitatem Augurum. Gulielmus Choulus folio 189. in num. argenteo. Pompei.

1 SIMVLACRVM habens tantummodo faciē hominis, cetera truncus sig. Dianam, siue Hecatem. Cartarius fol. 114.

2 Simulachra nonnullorum deorum ligata fig. eos esse Deos custodes vrbis quos, nolebant ciues ab ea uel discedere, uel auocare. Cartarius fol. 403.

3 Simulachrū uiri, quod habebat vultum Leonis, tiaram prisco habitu gestans, & utrisque manibus cornua bubula comprimens. significat Solem apud Persas uocatum mythram. Petrus Crinitus lib. 5. cap. 14. de honesta discipl.

4 Simulachra Deorum apud Germanos nulla fieri solita hominis aspectu. sign. apud illam gentem teneri Deum esse supra humanitatem. Petrus Crinitus libr. 13. cap. 8. de honesta disciplina.

5 Simulachrum uiri habens in capite radius uersus terram inclinatos. signific. Solem. V. Adad.

6 Simulachrum mulieris habens radius sursum versum reclinatos signific. terram V. Adad.

7 Simulachra siue Imagines scirpeæ numero Triginta a Romanis deturbari ex ponte sublicio in Tiberim. solitum esse, sign. memoriam qua Hercules mutauit Religionis Sacrificia de humanis victimis in illa simulacra. Giraldus in Hercule fol. 43.

8 Simulacra Deorum nuda sig. Deorum potentiam vnicuique manifestam uel eos, qui ad Deos accederent, animo debere esse sincero, & a uitijs nudo Cartarius in prologo Imag. Deorum.

9 Simulachra Deorum ex marmore, uel Christallo sign. Deum lucem purissimam, & sensibus, incomprehensibilem. Cartarius In prologo. Imaginum Deorum.

10 Simulachra Deorū apud Phœnices cum marsupijs numularijs sign. apud ipsos Phœnices, eos pluris esse, cui plurea essent numi.
Cartarius in prologo lib. de Imagine Deorum fol. 16.

11 Simulachra Deorum apud Græcos armata sig. apud illos armis sibi subditos tenere.
Cartarius libro de Imagin. Deorum folio 16.

12 Simulachra Deorum ex auro sign. ignem æternum in quo Deus habitat. Cartar. in prologo lib. Imaginum Deorum fol. 25.

13 Simulachra Deorum ex lapide nigro sign. Dei inuisibilitatem. Cartar. f. 25.

1 SIMVLTVM iuxta illud Cirilli, simultum quoque super eos diade rutilante, sign. stultitiam, vel suasionem sathanæ, quæ instigabit ministros Ecclesiæ, qui tunc temporis erunt. est enim simultum vermis in capite arietis, qui rodit cellulam eius. Abbas Ioach. in cirillum. Theolosphorus. fol. 10.

1 SINAPIS sigu. ex tenuissimo principio lætissimam feracitatem, quòd granum sinapis sit exiguum, tamen fecundæ terræ demandatum superat omnia olera, & in arborem penè surgit. Valergianus fol. 415.

2 Sinapis fig. Theologiā, quæ licet primo aspectu pusil-

pusilla videatur, tamen si a perito agricola culta fuerit, in immensum coalescit, & in arborem augetur, ut sub ea aues cæli congregentur. aues enim, ut inquit Origenes. sig. rhetores atque disputatores, qui uelut aues leuibus pennis verborum elegantia duntaxat freti, disciplinarum excelsa prius petere videbantur. ad Theologiam vero cum accedunt, sub ea gratam sedem sibi deligunt. Valer.f.415.

3 Sinapis granum. signi. intellectus efficaciam & uim. quæ ex uili, & quasi contemptibili lectione in latum se se diffundit. sicuti granum sinapis in os impositum uim acutissimi saporis exerit, & totum os incendit, reliquorum ciborum fatuitatem, temperat, & condimentum omne commendat pituitam capitis purgat. sic lectio sacra grauedinem intellectus emendat, ut diuina possit misteria degustare. Valer.f.416.

4 Sinapis sign. firmitatem doctrinæ. quod simulac semina decidere, non multo post, & virent, & feracissime pullulant. Valer.f.416.

5 Sinapis sign. intellectum expergefactum, & minime somno grauatum. quod sinapis supra caput rasum illinita sit remedium contra lethargum. Valer.f.416.

6 Sinapis ramusculus, quem aliquis ore decerpat. sign. mentem & cogitationem se se in altum extollentem. propter præsentaneam excitandi virtutem, quam in eo semine perspicimus maxime vigere. Valer.f.416.

7 Sinapis apud Chimistas. sign. id quod Tersa. Ioannes Garland.

1 SINDERESIM custodem inferioris rationis a superiore datam statim superiorem monere, cum inferior periclitatur. vide Aeneas 46.

1 SINISTRAM habere ad pectus appositã sig. seruitutis confessionem. vt solent Veneti nobiles facere. Eustathius lib. 3. Ismenij.

2 Sinistra & lęua in sacris literis sunt Synonima. Gous.lib.1.Elocut.

3 Sinistrum locum senioribus dari, & iunioribus dextrum. sign. sinistrum esse frigidius, & ideo sensuum operationi magis idoneum. nam frigida appetunt quietem, & calida motionem, & quia senes sunt frigidiores, & iuuenes calidiores, & dexteræ animalium partes sunt calidiores, & ad motum aptiores, ideo sinister locus erat senioribus aptior, & dexter iunioribus. Gorop.in Hieroglyph. lib.3. folio 44. & 45.

4 Sinistrum locum esse honoratiorem dextro. v. Goropium ut supra.

1 SINVS informis omniumque capax formarum apud Platonem. significat Materiam. Ficinus cap.39. comp. Timæi.

2 Sinus hominis sign. fidei creditum, ut est li. 21. Pand. & titulo 3. Scęuola. Titio c. do, lego, quæ mihi pertulit, quæ ideo ei non cau, quòd omnes fortunas, & substantiam siquam a matre susceperat, in sinu meo habui sine ulla cautione. Valerianus libro 40. folio 398.

3 Sinus ut est Genes. 16. ego dedi ancillam meam in sinum tuum, signifi. societatem, fidem, & mentem, ut vero est psal. 78. & redde uicinis nostris septuplum in sinum eorum, signific. inseparabile, ut vero est Ioannis. primo unigenitus filius, qui est in sinu patris, significat. secretum patris. Gouschelius lib. 2. Elocut. Sacr.

1 SIRA apud Chimistas signifi. auripigmentum. Ioannes Garlandius.

2 Sirena & puer apud Zoroastrum, Sirena sign. partem rationalem uel potius intellectualem per quam homo potest iterum cõuenire cum primo, a quo illam suscepit. Puer uero sig. intellectum agentem, uel sign. quod homo conueniens secum Deo, renasci uidetur tanquam puer purus & simplex. F.G.p.472.to.5. & Picus in conclusionibus 12. & 13. de intelligentia dictorum Zoroastris.

3 Sirênes fuisse tres. Parthenopem Ligiam, & Leucosiam sig. homines in amoris illecebras tribus modis trahi cantu, visu, & consuetudine. Fulgentius lib. 2.

4 Sirenas volatiles esse sig. amoris illecebras amãtium mentes celerrime ingredi. Fulgentius lib. 2.

4 Sirenas habuisse pedes gallinaceos, sig. affectus libidinis omnia retro dispergere. Fulgen.

6 Sirenas quòd ab Vlixe auditæ, & spretæ fuerint. emortuas, esse sign. voluptatis affectus, licet tãgant sapientis sensum, tamen emori. Fulgentius lib. 2.

7 Sirenas explumatas fuisse a musis signific. uiris doctis nihil cum meretricibus esse. Alciatus Emblemate 115. V. musas explumasse sirenas. v. nauis, ad cuius malum. Vel signifi. malos & ineptos poetas, qui doctis, & bonis semper sunt infesti, sed tandem a bonis, & doctis vincuntur inepti. Sanctius in Alciati Emblemate 115.

8 Sirena natans in mari turbato, cum verbis, contemnit tuta procellas, sig. hominem, qui confisus uirtuti suæ contemnat aduersitates. Bartholomeus Tægius libro secundo de arte Fabric. insignia.

9 Sirena sign. perniciem, quæ ex nequitia subsequitur quòd vulgatum sit ex Homeri poemate Sirenas cantu deliniisse, natas exinde eos deuorare solitas. Valerianus fol. 150.

10 Sirena sign. eloquentiam, quòd sicuti illa cantu delinit, ita eloquens uocat, & verbis homines attrahit. Valer. fol. 150.

11 Sirenæ signific. scopulos talem ex se concentum emittentes, ut facile attraherent nautas ad se vnde postea exire non poterant sine naufragio, & discrimine uitæ. Cartarius folio 246.

12 Sirenæ sig. pulchritudinem, lasciuiam, & illecebras meretricum. Cartar. f. 246.

13 Sirenas in uiridibus pratis, in quibus tamen sint hominum ossa dispersa, sign. mortem, & calamitatem extremam sequi illecebras lasciuas.

Cartarius fol. 247.

13 Sirenæ sign. landatores virtutis, & ideo apud ita los habebant templa uti deæ, quę uirtutem commendarent, quarum nomina erant Partenopes leucolia, &, Ligia,

Cartarius fol. 247.

1 SIRIA mater longæua sign. terram, antiquam omnium rerum productricem. Erizzus folio 742.

2 Siria mater corpulenta sign. crassitiem elementi terræ. Erizzus fol. 742.

3 Siriæ uestis multicolor sign. multiplices colores herbarum, & Horum 742.

4 Siria cum claue sign. terram aperire in uere, & claudere in hieme rerum productiones. Erizzus fol. 742.

5 Siria in curru attracto a Leonibus sig. pietatem maternam omnia superare posse. Erizzus fol. 742.

6 Siriam in curru sign. terram in aere pendere. Erizzus fol. 742.

7 Siriæ currus sustenceri arotis uolubilibus signif. terram sustineri a circulis mundi, qui uoluuntur ad instar rotæ. Erizzus f. 742.

8 Siria cum corona turrita sign. terram ornatam turribus & urbibus.

Erizzus. fol. 742.

9 Siriæ caput turrium in . . . . signific. urbem illam quæ numum cusserit, Erizzus fol. 742.

10 Siriam amare Athim signific: terram in. uerno tempore optare relaxari a Solis repiditate, qui sol significatur per Athim,

Erizzus fol. 742

11 Siriam habere timpana signifi. terram Claudi a duobus hemispherijs.

Erizzus fol. 743.

12 Siriam habere cimbala sign. terram a circulis or bis cingi, quorum cymbala ſuut similia,

Erizzus fol. 743.

13 Siria siue Cibeles dicebatur Ceres, Terra Proserpina Vesta Diaua, & Mater. Choulus folio 82.

1 SISTRVM distinctum in quatuor facies sign. orbem elementalem, sub luna. Quatuor facies mouentes se superius sig. rerum mutationem fieri secundum elementorum mutationē, quę quatuor facies signifi. ipsa quatuor elementa Vinc. Cartar. in tractatu Isidis V. Aelurus.

2 Sistri pars superior in qua introrsum erat incisus Cattus cum facie humana, & in parte inferiori erant duo capita, vnum Isidis, & aliud Nephthiæ Cattus sig. lunam, quòd Diana in cattum fugiens Tiphonem sit conuersa, vel propter oculorum secundum lunam mutationē, duo capita sign. ortum, & occasum rerum Facies humana in catto sign. lunam non mutari sine superiori intelligentia Vinc. Cartar. lib. de Imaginibus deorum tractatu de Iside Aelurus.

3 Sistrum apud interpretes Vergilij in eo loco *Regina in medijs patrio uocat agmina sistro*, sig. accessum, & recessum Nili fluminis, Valer. lib. 48. cap. de sistro Aelurus.

4 Sistrum signific. rerum vicissitudinem, quod usus totus eius erat, in motu, sicuti est motus continuus formandi, & deformandi res, eius enim quassatio sign. assiduum rerum motum motum. Valer. ut sup. V. Aelurus.

5 Sistri quatuor tintinabula, sign. ea quæ infra lunarem globum sunt composita, ex quatuor Elementis, esse mutabilia in hanc uel illam speciem. Valer. ut sup. V. Aelurus.

6 Sistri cattus siue felis, qui erat in summo apside qui felis habebat faciem humanam, sign. lunæ varietatem propter catti naturam, qui lunæ ad multa est obnoxius. V. Cattus. Valeria. ut sup. V. Aelurus.

Quòd uero cattus haberet faciem humanam sign. illud animal habere peritiam, & rationem mutationum, quæ lunam globo accidunt, quàdo vni homini per rationem intelligere datū est. Valer. ut sup, & Cęlius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

7 Sistri figura signific. omnem elementarem plagam. Valerianus fol. 48. cap. rerum vicissitudo.

8 Sistrum, sign. omnia moueri oportere, neque vnquam animi delatione interquiescere, sed quodammodo excitari ac propelli, ne pigrescant, & marcore consicantur. celius Cęlcagnius lib. de rebus Aegyptiacis.

9 Sistrum in manu Isidis, sign. strepitum quem facit Nilus, quando inundat Aegyptum, Vincęcius Cartarius lib. de imaginibus Deorum cap. de Iside. Vel sig. antiquorum morem, qui putabant auxilium ferre lunæ faciendo strepitum & rumorem valdum cum vasis æneis, & ferreis quando luna amittebat totum lumen per interpositionem terræ inter se & solem. Vel ut alij, sign. quod luna voluens se circa cœlum ędat sonum; nam Platonici credunt motum orbium cęlestium edere suauem armoniam. Cartarius, ut sup.

19 Sistri motus, signific. Nili accessum, & recessum, quod sistrum est in dextera Isidis: nam in sinistra tenet situlam. Quæ sign. lacunarum omnium fluentiam, & Isis ipsa, sign. genium Aegypti. Iulius Iacobonius in appendice de prisca Cæsiorum gente. cap. 1.

1 SITIS, ut est Isai. 63. qui seruiūt mihi bibēt uos autem sitietis, sign. luctum sicuti ebrietas sign. gaudium animæ, & mentis lætitiam, ut est illud psal. 22. poculum tuum inebrians quàm præclarum est.

Gouschelius libro sexto Elocutionum Sacrarum.

2 Sitienti potum auferre, ut est illud Isai. 32. sign. doctrinam ueritatis tollere. Lauretus in uerbo auferre.

3 Situla quam tenet Isis in manu sinistra, sign. lacunarum omnium fluentiam. Iulius Iacobonius in appendice de prisca Cæsiorum gēte. ui de sistri motus.

1 SMARAGDVVS signifi. Virginitatem, quod in patr andare venerea si attingatur ipse

sua

sua sponte frangitur. vel quod Astronomi eũ cœlesti veneri ascribant, & ad impetrandum eius numinis afflatum idoneum profitentur.

2 Smaragdus in armonica mundi concordia. significat alas corui cœlestis. Georg. Venetus Arm. f. 75.

3 Smaragdi lucidæ gemmæ quæ erant in superhumerali Summi Pontificis. significat Solem & Lunam, qui sunt adiutores naturæ: nam humeri sunt principium manuum, quæ sunt instrumenta operationum. Clemens Alexandrinus in strom. lib. 5. f. 262.

1 SMILAX significat rem funestam, eius enim flores, qui sunt alij albi, alij punicei, alij subpallidi, & violis similes coronis intexi solẽt, quæ lugubria significat ob Croci in eam herbã amore Smilacis conuersum. vocantur fasceoli Turcici. Valer. f. 378.

1 SMYRNAE nomen significat mirram. & quòd mirra sit amara Smyrnæ Ecclesia significat Martirum supplicia amara. Cui ordini Martirum Domin. Nostr. in Apocalipsi assignat decem dies, idest decem generationes. duodecim enim generationes à Domino Nostro nato usque ad Iulianum apostatam fuere, sed quando Diuus Ioannes scripsit Apocalipsim, iam duæ præterierant, & ideo per decem generationes ordo Martirum erat premendus. Quas decem generationes significat illi decem dies per quos Spiritus Domini dicit Ecclesiæ Smyrnæ se tribulandam fore: ad Iulianum enim usque, qui fuit anno Domini Nostri 363. Ecclesia Dei passa est multas tribulationes. Ioachim Apocalipsi folio 69.

1 SOBNA præpositus Templi excidens sibi sepulchrum in petra, ut est Isai 22. significat Sacerdotes veteris legis, volentes permanere in literali veteris legis obseruatione. Lauretus in verbo abscindere.

Sobrietas. v. Amethistus 1.

1 SOBRINVS hortans Agramantem ne sequatur Marphisam asportantem Brunellum significat prudentem consultorem, consilio, & eloquentia regere indirectos Principis affectus. Ariosti cantu vigesimo septimo. Clemens Valuas.

2 Sobrinus, & Marsilius dehortante Agramantem ne permitteret Rugerium, & Mandricardum armis contendere. significat Principes prudentes non debere permittere subditos suos singulari certamine quæstiones decidere. Ariosti cantu trigesimo. Clem. Valuasorus.

1 DE SOCCHOTH proficisci in Ethan, ut est Exod. 13. significat homini ingressu in huius mundi peregrinationẽ, statim occurrere pugnas, & tentationes. Orige. sup. Num. hom. 7.

1 SOCRATEM ambigere Theologia, ne an ciuilis disciplina præstet se heitatem. significat illum censere absolutam perfectionem, neque ex Theologia, neque ex ciuili disciplina humana via, sed diuina haberi posse. Ficin. in arg. Euthydemi.

2 Socratem uetare corpus curari antequam curetur animus. sig. maxima potiusquam minima curanda. Ficin. in Charmide.

3 Socratem uocare corporis medicinam folium. significat curam corporis, rem esse leuem, & pene nullius momenti ad comparationem animi curandi.
Ficinus in Charmide.

4 Socratem monere Charmidem, ut facturus uerba de temperante in seipsum respiciat. sig. unicuique innatam esse temperantiæ ideam, secũdum quam animi affectus temperandi sunt. Ficin. in Charmide.

5 Socratem semper socium in disputationibus habere, & solitum dicere esse necesse habere cui examinanti te ipsum subijcias. significat exercendam esse quam nos Christiani dicimus annuam confessionem.
Ficinus in Lachete.

6 Socratem in Apologia uigilantem, & in Critone dormientem uaticinari. sign. uiro pio, & uigilanti, & dormienti Deum semper adesse. Ficinus in Critone.

7 Socratem quercte solitum potiusquam docere. sig. arrogantibus in omni ætate potius addiscẽdum, quam docendum. uel signific. ueritatem mentibus per opportunam inquisitionem segregatis à corpore atq; erroribus statim infundi diuinitus. uel sign. cum uelle ostendere rerũ formas esse animis nostris ingenitas, per quas ipsa rerum ueritas animis per interrogationẽ ad eas conuersis quandoq; subrutilet. uel sign. humanam scientiam in negatione quadam falsi potius, quam in ueri affirmatione cõsistere. Ficin. lib. 1. de Rep. Platon.

8 Socratem senem musicam edoctum fuisse. sign. non esse turpe in quacunq; ætate oblectari musica, dummodo id per ocium fiat. V. Iupiter. Marius Equicola lib. 5. de natura amoris.

1 SODOMA, & Aegyptus spiritualiter acceptæ, significãt Regnum huius mundi, cuius Plateæ significãt illos uiros, qui sibi elegerunt uias latas. ad perditionem ducentes, in quibus iacebunt mortua corpora duorum Sanctorum virorum, ut habetur in Apocalipsi 1. & hoc sig. spiritualis intellectus duorũ Testamẽtorum in illis plateis mortuos esse. Ioach. Apocal. f. 150.

2 Sodomam non fuisse auditam in ore Hierusalem in die superbiæ suæ, ut est Ezechiel. 10. significat Hierusalem non esse recordatam punitionis Sodomæ, ut sibi caueret à simili pœna, cum peccaret.
Diuus Hieron. in Ezech. 10.

3 Sodoma, & illius compares ciuitates, igni & sulphure à Domino absumptæ. significat eos, qui contra naturæ vsum masculi insurgentes in masculos, quod dici quoque nefas est, scelus turpitudinis operantur, non inconuenienti iudicio in sulphure cruciandos, & igni, quatenus se vstior e libidinosa succẽderãt.

Cartarius fol. 247.

13 Strenæ sign. laudatores virtutis, & ideo apud ita los habebant templa uti deæ, quę uirtutem commendarent, quarum nomina erant Partenopes leucosia, &, Ligia.
Cartarius fol. 247.

1 SIRIA mater longæua sign. terram, antiquam omnium rerum productricem. Erizzus folio 742.

2 Siria mater corpulenta sign. crassitiem elementi terræ. Erizzus fol. 742.

3 Siriæ uestis multicolor sign. multiplices colores herbarum, & Horum 742.

4 Siria cum claue sign. terram aperire in uere, & claudere in hieme rerum productiones, Erizzus fol. 742.

5 Siria in curru attracto a Leonibus sig. pietatem maternam omnia superare posse. Erizzus fol. 742.

6 Siriam in curru sign. terram in aere pendere. Erizzus fol. 742.

7 Siriæ currus sustenet i arotis uolubilibus signif. terram sustenceri a circulis mundi, qui uoluuntur ad instar rotæ. Erizzus f. 742.

8 Siria cum corona turrita sign. terram ornatam turribus & urbibus.
Erizzus. fol. 742.

9 Sirię caput turritum in . . . signific. vrbem illam quæ numum cusserit. Erizzus fol. 742.

10 Siriam amare Athim signific: terram in. uerno tempore optare relaxari a Solis tepiditate, qui sol significatur per Athim.
Erizzus fol. 742

11 Siriam habere timpana signifi. terram Claudi a duobus hemisphenjs.
Erizzus fol. 743.

12 Siriam habere cimbals sign. terram a circulis or bis cingi, quorum cymbala sunt similia.
Erizzus fol. 743.

13 Siria siue Cibeles dicebatur Ceres, Terra Proserpina Vesta Diana, & Mater. Choulus folio 82.

1 SISTRVM distinctum in quatuor facies sign. orbem elementalem, sub luna. Quatuor facies mouentes se superius sig. rerum mutationem fieri secundum elementorum mutationé, quę quatuor facies significi, ipsa quatuor elementa Vinc. Cartar. in tractatu Isidis V. Aelurus.

2 Sistri pars superior in qua introrsum erat incisus Cattus cum facie humana, & in parte inferiori erant duo capita, vnum Isidis, & aliud Nephthiæ Cattus sig. lunam, quòd Diana in cattum fugiens Tiphonem sit conuersa, vel propter oculorum secundum lunam mutationé, duo capita sign. ortum, & occasum rerum Facies humana in catto sign. lunam non mutari sine superiori intelligentia Vinc. Cartar. lib. de Imaginibus deorum tractatu de Iside Aelurus.

3 Sistrum apud interpretes Vergilij in eo loco *Regina in medijs patrio uocat agmina sistro*, sig. accessum, & recessum Nili fluminis.

Valer. lib. 48. cap. de sistro Aelurus.

4 Sistrum signific. rerum vicissitudinem, quod usus totus eius erat, in motu, sicuti est motus continuus formandi, & deformandi res, eius enim quassatio sign. assiduum rerum motum motum. Valer. ut sup. V. Aelurus.

5 Sistri quatuor tintinabula, sign. ea quæ infra lunarem globum sunt composita, ex quatuor Elementis, esse mutabilia in hanc uel illam speciem. Valer. ut sup. V. Aelurus.

6 Sistri cattus siue felis, qui erat in summo apside qui felis habebat faciem humanam, sign. lunæ varietatem propter catu naturam, qui lunæ ad multa est obnoxius. V. Cattus. Valeria. ut sup. V. Aelurus.
Quòd uero catius haberet faciem humanam sign. illud animal habere peritiam, & rationem mutationum, quæ lunari globo accidunt, quādo vni homini per rationem intelligere datū est. Valer. ut sup, & Cęlius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

7 Sistri figura signific. omnem elementarem plagam. Valerianus fol. 48. cap. rerum vicissitudo.

8 Sistrum, sign. omnia moueri oportere, neque vnquam animi delatione interquiescere, sed quodammodo excitari ac propelli, ne pigrescant, & marcore conticiantur. cęlius Cęlcagnius lib. de rebus Aegyptiacis.

9 Sistrum in manu Isidis, sign. strepitum quem facit Nilus, quando inundat Aegyptum, Vincēcius Cartarius lib. de imaginibus Deorum cap. de Iside. Vel sig. antiquorum morem, qui putabant auxilium ferre lunæ faciendo strepitum & rumorem valedum cum vasis æneis, & ferreis quando luna amittebat totum lumen per interpositionem terræ inter se & solem. Vel ut alij, sign. quod luna voluens se circa cœlum edat sonum: nam Platonici credunt motum orbium cęlestium edere suauem armoniam. Cartarius, ut sup.

10 Sistri motus, signific. Nili accessum, & recessum, quod sistrum est in dextera Isidis: nam in sinistra tenet situlam. Quæ sign. lacunarum omnium fluentiam, & Iis ipsa, sign. genium Aegypti. Iulius Iacobonius in appendice de prisca Cæsiorum gente. cap. 1.

1 SITIS, ut est Isai. 63. quisi sitiüt mihi bibēt nos autem sitietis, sign. luctum sicuti ebrietas sign. gaudium animæ, & mentis lætitiam, ut est illud psal. 22. poculum tuum inebrians quàm præclarum est.
Gouschelius libro sexto Elocutionum Sacrarum.

2 Sitienti potum auferre, ut est illud Isai. 32. sign. doctrinam ueritatis tollere. Lauretus in uerbo auferre.

3 Situla quam tenet Isis in manu sinistra, sign. lacunarum omnium fluentiam. Iulius Iacobonius in appendice de prisca Cæsiorum gēte. ui de sistri motus.

1 SMARAGDVVS signifi. Virginitatem, quod in patrandare venerea si attingatur ipse

sua

suа sponte frangitur. vel quod Astronomi eũ cœlesti veneri ascribant, & ad impetrandum eius numinis afflatum idoneum profiteantur.

2 Smaragdus in armonica mundi concordia. significat alas corui cœlestis. Georg. Venetus Arm. f. 75.

3 Smaragdi lucidæ gemmæ quæ erant in superhumerali Summi Pontificis. significãt Solem & Lunam, qui sunt adiutores naturæ: nam humeri sunt principium manuum, quæ sunt instrumenta operationum. Clemens Alexandrinus in strom. lib. 5. f. 262.

1 SMILAX significat rem funestam, eius enim flores, qui sunt alij albi, alij punicei, alij subpallidi, & violis similes coronis intexi solle, quæ lugubria significat ob Croci in eam herbã amore Smilacis conuersum. vocantur fasçoli Turcici. Valel. f. 378.

1 SMYRNAE nomen significat mirrам. & quòd mirra sit amara Smyrnæ Ecclesia significat Martirum supplicia amara. Coi ordini Martirum Domin. Nostr. in Apocalipsi assignat decem dies, idest decem generationes, duodecim enim generationes à Domino Nostro nato usque ad Iulianum apostatam fuere: sed quando Diuus Ioannes scripsit Apocalipsim, iam duæ præterierant, & ideo per decem generations ordo Martirum erat premendus. Quas decem generationes significat illi decem dies per quos Spiritus Domini dicit Ecclesiæ Smyrnæ fore tribulandam fore. ad Iulianum enim usque, qui fuit anno Domini Nostri 363. Ecclesia Dei passa est multas tribulationes.
Ioachim Apocalipsi folio 69.

1 SOBNA præpositus Templi excidens sibi sepulchrum in petra, ut est Isai 22. significat Sacerdotes veteris legis, volentes permanere in literali veteris legis obseruatione. Lauretus in verbo abscindere.

Sobrietas. v. Amethistus 1.

1 SOBRINVS hortans Agramantem ne sequatur Marphisam asportantem Brunellum significat prudentem consultorem, consilio, & eloquentia regere indirectos Principis affectus. Ariosti cantu uigesimo septimo. Clemens Valuaf.

2 Sobrinus, & Marsilius dehortante Agramantem ne permitteret Rugerium, & Mandricardum armis contendere. significat Principes prudentes non debere permittere subditos suos singulari certamine quæstionem decidere. Ariosti cantu trigesimo. Clem. Valuasorus.

1 DE SOCCHOTH proficisci in Ethan, ut est Exod. 13. significat homini ingresso in huius mundi peregrinationẽ, statim occurrere pugnas, & tentationes. Orige. sup. Num. hom. 7. &

1 SOCRATEM ambigere Theologia, ne an ciuilis disciplina præstet te ueitmam. significat illum cernere absolutam perfectionem, neque ex Theologia, neque ex ciuili disciplina huma

na via, sed diuina haberi posse. Ficin. in arg. Euthydemi.

2 Socratem uetare corpus curari antequam curetur animus. sig. maxima potiusquam minima curanda. Ficin. in Charmide.

3 Socratem uocare corporis medicinam folium. significat curam corporis, rem esse leuem, & pene nullius momenti ad comparationem animi curandi.
Ficinus in Charmide.

4 Socratem monere Charmidem, ut facturus uerba de temperante in seipsum respiciat. sig. unicuique innatam esse temperantiæ ideam, secũdum quam animi affectus temperandi sunt. Ficin. in Charmide.

5 Socratem semper socium in disputationibus habere, & solitum dicere esse necesse habere cui examinanti teipsum subijcias. significat exercendam esse quam nos Christiani dicimus annuam confessionem.
Ficinus in Lachete.

6 Socratem in Apologia uigilantem, & in Critone dormientem uaticinari. sign. uiro pio, & uigilanti, & dormienti Deum semper adesse. Ficinus in Critone.

7 Socratem quærere solitum potiusquam docere. sig. arrogantibus in omni ætate potius addiscẽdum, quam docendum. uel significat ueritatem mentibus per opportunam inquisitionem segregatis à corpore atq; erroribus statim infundi diuinitus. uel sign. eum uelle ostendere rerũ formas esse animis nostris ingenitas, per quas ipsa rerum ueritas animis per interrogationẽ ad eas conuersis quandoq; subrutilet. uel sign. humanam scientiam in negatione quadam falsi potius, quam in ueri affirmatione cõsistere. Ficin. lib. 1. de Rep. Platon.

8 Socratem senem musicam edoctum fuisse. sign. non esse turpe in quacunq; ætate oblectari musica, dummodo id per ocium fiat. V. Iupiter. Marius Equicola lib. 5. de natura amoris.

1 SODOMA, & Aegyptus spiritualiter acceptæ, significãt Regnum huius mundi, cuius Plateæ significãt illos uiros, qui sibi elegerunt uias latas. ad perditionem ducentes. in quibus iacebunt mortua corpora duorum Sanctorum virorum, ut habetur in Apocalipsi 1. & hoc sig. spiritualis intellectus duorũ Testamẽtorum in illis plateis mortuos esse. Ioach. Apocal. f. 150.

2 Sodomam non fuisse auditam in ore Hierusalem in die superbiæ suæ, ut est Ezechiel. 10. significat Hierusalem non esse recordatam punitionis Sodomæ, ut sibi caueret à simili pœna, cum peccaret.
Diuus Hieron. in Ezech. 10.

3 Sodoma, & illius compares ciuitates. igni & sulphure à Domino absumptæ. significãt eos, qui contra naturæ usum masculi insurgentes in masculos, quod dictu quoque nefas est, scelus turpitudinis operantur, non inconueniente iudicio in sulphure cruciandos, & igni, quatenus se ultioni e libidini esse succẽderãt.

ignis paterentur ardorem, & qui fetorem tanti sceleris uoluntariæ auxerant fetore quoque sulphuris necandos inuitos esse. Ioach.lib. 1. concor.cap.3.

1 SODOMEI. qui resistebant Loth.pro posse suo tacenti Angelos sibi creditos, sign. Pontifices Phariseos, & peritos Legis, qui tempore Christi Domini Nostri insurrexerunt in eum, & in eius confessores, & sign. hæreticos illos qui in principio tertij. status procurabant euertere Ecclesiam Dei, atque vtinam oe quoque hac tempestate nostra Hugannoti id agerent in diuersis locis. Ioach.f.77.conc.c.40.

2 Sodomeos effringere Ianuas Loth, & non aperire sign. prædictos non mereri per fidem intrare ad intelligentiam spiritualem, quæ latet in cordibus electorum sed quasi humana ratione, & disputatione verborum examinare verba Dei, quæ uiri spirituales loquuntur, Sosh.f.78.conc.cap.40.

3 Sodomeos percussos cæcitate ab Angelis, qui erant cum Loth, eo saluo, & clauso hostio, sig. impijs claudi aditum intelligentiæ, & uiris bonis Spiritualem Dei gratiam ostendi, qua ad interna misteria admittantur, & ab externa mundentur Labe. Ioachim fol.78.concor. cap.40.

1 SOEN vox in prima lingua notat pacem conciliо, & quoniam componitur ex so idest, ad, & eo, idest vnum, vnde so, en, interpretatur ad vnum si vero dicatur so en quasi so een, tunc exponitur, ad unum feror, ut mystice sign. si pacem quæris, opus tibi esse, ut cum uno conciliaris, & ad unum ferraris sed si pacē cū uno quæris opus & cū cibatore, qui te cum uno conciliet, quis autem sit hic conciliator vox ipsa soen paulum immutata id tibi signabit: Nam soun, notat filium, ut sign. per filium pacem conciliari cum uno idest patre Deo, quod autem filius sit, qui conciliet uox eadem dimidiato, o, ex soun, ut fiat sun, quæ denotat reconcilio, ut sig. reconciliationem per filium fieri, & quoniam si resonciliatio fieri debet necesse est, ut antea dissidij causa præcesserit, quæ ut pote noxa & offensa aduersata sit ei, cum quo opus sit conciliatio, ideo si uox soen retro uertatur, ut fiat noes statim notabit noxam, & offensam, & quia offensa facta est ipsi Dei filio, ideo in nomine filij obuerso exprimitur offensæ nomen, ut sign. filium futurum fuisse, qui pro offensa a nobis ipsi Deo facta innocens pœnas daret, sed ne vereremur quotiescunque peccamus, conciliationem petere in ipso peccati nomine quod est sont suis sunt, includitur nomen conciliationis, nam sont, & soen idem est apud Allemanos, sed soent notat modum imperatum quo latinus diceret, reconcilia, ut sig. Dei beneuolentiam nos quoties peccamus ad reconciliationem uocantem, & ut sciamus nullum tam graue esse peccatum, neque ullum tam leue, quod non egeat conciliatione, Goropius in hiermath. libro 8. folio 187. & 188.

1 SOFRONIA & Olindus, qui se exponunt pro salute Christianorum, quos Aladinus interficere parabat, propter imaginem beatæ uirginis non inuentam in templo Idolorum sig. Sanctas Virgines, & Sanctissimos patres, qui se se exposuerunt martirio pro salute animarum fidelium, & eosdem per Clorindam incolumes factos esse, sig. martires uero liberos & saluos fieri, quando per infideles martirio coronati sunt. Vel sign. illos fideles, qui Dei misericordia liberantur e captiuitate infidelium. Allegoria in Cantu secundo Hierusalem liberatæ.

1 SELEA in qua sit oculus, & duo rami unus oliuæ, & alter palmæ cum solea decenter ligati sign. subiectionem Deo factam per misericordiam, & iustitiam: nam oculus, sign. Deum oliua sign. misericordiam, palma sig. iustitiam, & solea signific. subiectionem. Polyphilus lib.1.

1 SOL supramundanus, qui dicitur tiphereth ut est medius inter misericordiam, & iustitiam Dei, quæ sunt dextera, & sinistra significat Christianum Dominum Nostrum uerbum Sanctum Farra fol. 104.

2 Sol apud Orpheum signif. hominis intellectum sicut Luna signific. animam ipsius hominis, & terra signific. corpus ita, quod Orpheus sub his tribus nominibus Sole Luna terra, signifi. tres partes principales totius hominis mentē siue intellectum, animum, & Corpus. Farra sept.fol. 193.

3 Solem uocari Appollinem, sign. Solem omnium virentium herbarum succum decoquendo perdere. Apollo enim interpretatur perdens. Fulgentius lib. 1.

4 Sol in ortu suo maculosus, aut sub nube latens aut si dimidia pars eius apparuerit, sign. futuros imbres, Vergilius.
Commentarius in Arato cap. de Sole.

5 Sol si exoriens concauus, ita ut e medio fulgens, & radios faciat partim ad aquilonem, & partim ad austrum, sign. tempestatem humidam, & uentosam futuram. Varro. commentarius in Arato cap. de Sole.

6 Sol in occasu si rubet sign. diem futurum sincerum, si palleat sig. futuram tempestatem. Varro. comment. in arato cap. de Sole.

7 Sol si pallidus in nigras nubes occidat sig. futurum ventum aquilonem. Nigidius. coment. Arati cap. de Sole.

8 Solis quatuor equi. V. Apollinis quadrigam dari.

9 Sol & Luna apud Aegyptios sig. cuum. Giraldus lib. de annis, & mensibus. V. Serpens quem Aegyptij. Vide figura orbicularis.

10 Sol habens circa se coronam stellatam, uel etiā quasi ex spicis triticeis unà cum versicoloribus circulis concurrentibus, fuit prodigium quod apparuit tempore Augusti Cæsaris, de quo Plinius & Dionisius, Signifi. Dominum Nostrum Iesum Christum eo tempore natum, qui erat vera lux, & Sol Iustitiæ,

sum-

fumm, am totius boni mortalibus adferens. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 167. Hoc symbolum habet pro titulo. Hac conscia numinis ætas.

11 ad Solem ne micturies. Symbolum Pythagoricum, sign. nihil animali esse cogitandum. Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythagoricis fol. 47.

12 Sol signific. Deum opt. maximum, quod sicut Deus unus lumen & bonus, ita sol unus luminosus & bonus sit. Valerianus fol. trecentesimo uigesimo sexto.

13 Solem natum ex Thia, & Hiperione apud Hesiodum sig. intellectum esse radium diuinitatis supra eminentis, nam Thia sig. diuinitatem & Hiperion sign. super eminens. & sol apud illū sign. intellectum. Farra Sept. fol. 194. & penè apud Homerum in hymnis, idem significat, nam dicit Solem filium Hiperionis & Euriphaessæ, significando intellectum illuminare animam & corpus. Farra ibidem.

14 Solem dici ab Orpheo oculum cœli, sign. in intellectu ita esse omnes conceptus, & imagines rerum intelligibilium, uti in Sole sunt omnes rerum visibilium colores. Farra folio centesimo nonagesimo quarto.

15 Solem dici ab Orpheo oculum iustitiæ, & lumen uitæ sign. iustitiam & fontem uitæ deriuari a splendore intellectuali. Farra folio 194.

16 Solem apud Euripidem dici lampadem Dei, signific. mentem & intellectum nostrum illuminari a Deo, iuxta illud: In lumine tuo uidebimus lumen. Farra ut supra.

17 Sol apud Orpheum sig. sextam numerationem Cabalisticam Tipheret, siue pulchritudinem & ornamentum. Farra Sept. f. 204.

18 Sol sign. unitatem, uel quod solus præ cæteris appareat, uel ob nominis appellationem. Valer. fol. 326.

19 Sol sign. ueritatem, sicuti sol unus est, ita ueritas vna est. licet multa sint ueritati contraria. Valer. f. 326.

20 contra Solem facie uersa non esse loquendum. Symbolum Pythagoricum, signif. contra apertam ueritatem non esse repugnandum. Valer. f. 326.

21 Sol sign. Dominum nostrum Iesum Christum, iuxta illud: In sole posuit tabernaculum suum. quod exijt de tribu Iuda, cuius signum est Leo animal solare, & quod Plato uocauit Solem uisibilem filium Dei, & quod est lux, quæ mentem omnium hominum illustret, sicut sol omne corpus, & quod dies quam Solis Mathematici nocant, a nobis Dominica appellatur. Valer. fol. 326.

22 Sol apud Persas, sign. illum, penes quem summa esset imperij maiestas. & si quid Sol uideatur pati, signif. imperatorem aliquid passurum, ut Virgilius testatur.

Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam.
Tum caput obscura nitidum ferrugine texit.

Et corona Iridi similis, quæ circa Solem apparuit, ut eius lucem extinguere uideretur. Domitiani tempore, sign. illum a Stephano quodam extinguendum. Valerianus folio 327.

23 Sol in diuinis sign. summam Trinitatem, quod sicut splendor Solis intuentium in se oculorum perstringit obtutum, ita Sol ille iustitiæ penetrans in corda fidelium, sacratius exoriēs spiritali fulgore mentis eorum perstringat obtutum. Diuus Dionysius in 2. capit. cœlest. Hierarch.

24 Solis imago in naui, quam nauim ferebat Crocodilus sign. solem amouere omnem tristem qualitatem ab aqua dulci, quam sign. Crocodilus, sicuti nauis sign. motum, qui fit in humido ad rerum generationem. Cartarius fol. 67.

25 aduersus Solem Bithynni sedebant iudicia exercentes, sign. Soli iustitiam dedicatam, quod æquè omnibus suum impertiatur munus, uti iudices facere tenentur. Valerianus folio 233.

26 è Solis medio throno iustitiam per cuncta propagari, sign. sicuti sol ipse omnium est moderator, ita illam omnia dirigere. Valerianus fol. 233.

27 Sol apud Ciceronem in somno Scipionis sign. omnium moderatorem. Valerianu fol. 234.

28 Solem intueri sign. uiuere, quasi authorem uitæ nostræ inspiciamus. Valerianus folio 235.

29 Solem & Lunam non curru, sed nauigio incursu suo, uti apud antiquos dictum, sign. ea sidera aquarum exhalationibus & humore nutriri. Valer. f. 242.

30 Solem, & reliqua sidera apud Homerum ad Aethiopas cum Oceano conuiuari, signifi. sidera aquarum exhalationibus ex humore nutriri. Valer. fol. 242.

31 Solem & fluuios, ut est apud Hesiodum mortale genus nutrire, sign. aquas & solem nutriendi uim habere, eorumque beneficio res ali & gliscere. Valerianus folio trecentesimo vigesimo septimo.

32 Sol apud Aruspices, sign. annum, quod illius sit Dominus.

33 Solem uisum Ciro in somnis eius manus subterfugisse, signif. illum annos triginta fuisse uicturum, quo tempore Saturnus Solem assequitur in eodem scilicet puncto. unde simul deferri cœperat. Valerianus folio trecentesimo vigesimo septimo.

34 Sol apud Aegyptios uates in prodigiis, sig. Græcos, sicuti Luna sign. Persas. Nam cum Alexander Tigrim superasset, paulo post Luna prima vigilia defecit, & sanguinis colore lumen fœdare uisa est, sign. Persas a Græcis laborem sanguineum suscepturos. Valerianus folio 327.

35 Sol sign. patrem, sicuti Luna signific. matrem, & stellæ sign. fratres, ut habetur in somnio Iosephi Genes. Valer. f. 327.

38 Solis

38 Solis claritas sign. Deum, ut Deus est clarius docere posse, quam ut Deus & homo Iesus lingua hominis posit. qui actus per Lunæ claritatem signif. Ioachim libro secundo cap. primo.

39 Solis mensæ prouerb. signif. diuitum mensas ad quas pauperes possunt semper adire, quod apud Ethiopas quædã prata erant in quibus noctu a magistratibus clam afferebantur, carnes tostæ, quas populus libere in die mandebat, & credebat producere. Cartarius folio septuagesimo septimo.

40 Solis simulachra, quæ erant unum fuscum, & obscurum aliud clarum, & lucidum cum pennis sign. fuscum eam anni partem in qua sol percurrit 6. signa zodiaci meridionalia, & lucidum sign. quando perlustrat 6. signa Septentrionalia. Cartarius f. 81. pennæ uero illis adiunctæ, sign. solis uelocitatem.

41 Solis corpus in duas partes diuisum, & stella in medio earum, sign. mulierem grauidam esse, & stella mutuatur lumen a sole, sicut fœtus alimentum a matre. Valerianus folio trecentesimo uigesimo octauo.

42 Sol contra Solem splendens, sig. 26. Arietis gradum, & hominem qui erit principatum tenẽs. Astrolabium Planum.

43 Solis discus apud Chimicos, sign. argentum uiuum ex auro. Leo Suauius in scholiis Paracelsi fol. 238.

44 Solis exaltatio in signo Arietis apud Chimicos signific. primam conuersionem Alchimicam, quam quidam explicat in rota Astrolabica, & Augurellus sign. in reditu Iasonis in patriam, quæ nihil aliud est, quam primus gradus sublimationis, quem persequi oportet supra lapidem. Leo Suauius in scholiis Paracelsi fol. 297.

45 Sol mittens radios suos super cadauera, tum hominum, tum brutorum prostrata humi iacentium, quæ duo uiri admirantur, sign. in sole potiorem esse causam Epidemiæ. Sambucus fol. 82.

46 Sol in concordia armonica, sign. potestates intelligentias Angelicas, propter symbola quæ inter se habent sol & potestates. Georgius Venetus armonic. folio sexagesimo quinto.

47 Solis essentia sign. Deum patrem, & solis splendor sign. Deum filium; & solis calor signifi. Deum Spiritum sanctum. Georgius Venetus ut supra folio sexagesimo quinto.

48 Solis caput cũ radiis & globo externa parte nummi, & in altera luna cũ duobus stellis & globo, sign. Romæ gesta splendere, ut sol per orbem, & ascendisse usque in coelum ad sydera. Choulus folio centesimo quadragesimo primo Aeneo.

49 Sol in armonica mundi consonantia, sig. ipsius Dei clarissimum imperium. Georgius Venetus armonic. folio sexagesimo octauo.

50 Sol sign. ignem Elementum. Georgius ut supra folio septuagesimo tertio, & folio septuagesimo quarto, eo quod apud Speusippum, sol decoquit omnia quæ ad cibum magni animalis, id est mundi pertinent, sicuti ignis elementalis humani animalis, idest mundi minoris decoquendo perficit.

51 Solem dictum esse Apollinem, apud Speusippum sign. solis uim ex multis ignibus constare, quod omnium syderum uim & lucem solus contineat, a in dictione Apollo, sign. sine, & Poly. sign. multitudinem quasi sine multitudine, quod solus omnia haberet, unde dictus sol a Latinis ab Assyriis Adad, quod eorum lingua dicitur solus, & ab Hebræis semes, quod interpretatur lux, & eius beneficium sit sibiipsi propitium. Georg. ut supra.

52 Solem in armonica mundi consonantia, signifi. ignis, aurum & aurata omnia, & flores, & lapilli aureo colore. Carbunculus, & lapis qui dicitur solis oculus, Chrisolitus, Topacius, hiacynthus, rubinus, balagius, panthaura, balsamus, palma Cedrus, Laurus fraxinus, peonia quam Græci dicunt Glycisidem, uel Dulcisidam, vel Ephiauon dicunt. Lotus ægyptia quæ habet folia & poma rotunda. & omnes herbæ Heliotropiæ: Citraris crocus, muscus, ambra, mel flauum, Calamus aromaticus lignum aloe. Cinamonum piper, garofalus, zinziber, & cætera aromata, thus, amaracus, & ea in quibus est lipos acutus dulcedini immistus, lbamontana, Leo, gallus, cignus, astur, coruus, accipiter, aries, crocodilus, uaulus marinus, Scarabeus, quem uocant Cantharum. Solem cum Leone cœlesti, sign. Italia, & præcipue Roma Appulia, Sicilia, Phenicia, Chaldæi, & Orchenij ædificia magnifica sedes regiæ pulpita, Theatra, & omnia regia, & cor hominis. Georg. Venet. arm. f. 79.

53 Sol, ut est illud psal. 71. Timebunt cum sole, significat Diuinitatem quæ futura erat cum humanitate in Messia, quem tunc alloquitur Propheta. de quo sole alias psalm. 83. dixit sol & scutum est Dominus Deus. Galatinus lib. 3. cap. 2.

54 Sol Centimanus apud Homerum. V. Briareus Centimanus.

55 Sol sign. Idolatriam: nam oriente Sole Messia, Sol Idolatriæ obscuratus est. Galatinus lib. 5. cap. 2.

56 Soles nouem, qui uisi sunt a centum Senatoribus Romanis in una nocte in somnis, qui consulentes Sybillam Erithream uel potius libros Sybillinos (ut ego reor) intellexerunt quod illi nouem Soles sign. nouem generationes totius mundi: sic enim fuit responsum, in diebus quartæ generat omnis exurget mulier de stirpe Iudeorum nomine Maria habens sponsum nomine Ioseph, & procreabitur ex ea sine commixtione uiri de Spiritu sancto filius Dei nomine Iesus, & ipsa erit uirgo post partum, qui vero ex ea nascetur erit uerus Deus, & uerus homo, sicut omnes prophetæ prophetauerunt

& in

& in diebus illis erit Cæsari Augusto celebre nomen, & regnabit in Roma & subijciet omnem terram sibi, Bartholomeus Risanus in cõformitatibus Diui Francisci libro primo fructu secundo.

57 Sol & Luna apud Gebrum lib. 1. cap. 20. signifi. sulphur alio nomine dictum Arsenicum, quod dicitur Sol & Luna, simul eo quod in se conti neat utranque naturam. Ioannes Braceschus libro de ligno uitæ, folio trigesimo quarto, & trigesimo quinto.

58 Solis umbra apud Chimistas, ut est apud Philo sophum fili a radio Solis extrahe umbram tuã, sign. in secunda operatione terram & nutricẽ, quæ in prima operatione dicebantur sperma, uel pater & mater, ab aqua sua esse exsiccan da, ita ut illa terra, & materia quæ in fundo vasis erat clara & rubea, fiat tandem nigra & sicca, illa terra a Philosophis uocatur umbra Solis. Corpus mortuum, corona uincens, nubes, cortices, maris, uel matris, magnesia nigra, & draco qui comedit caudam suam, & alis pluribus nominibus. aqua vero quæ extrahitur ab ista terra, & uocatur cauda draconis, quæ a dracone prædicto comeditur, sicut residuum duorum spermatum in prima operatione exactorũ, & uocatur ista aqua anima, uentus, aer, uita, lux meridiana domum illuminans, argentum uiuum nostrum, lac Virginis, & totum secretum, & hoc intelligendum quando fuerit impregnata cum aliquo nostrorum corporum, uel spirituum in ea solutorum. Author incertus in lib. de Alchemia cap. 41. & aqua quæ ut supra dicta est umbra solis, uocatur etiam fex uentris, terra inuenta in stercore, putredine, uel stercore equino, uel igne leui, sulphur, & Mercurius duo numero, & unum essentia, nomen in nomine, lapis, corpus, spiritus, & anima, uocatur terra, aer, ignis, omnia quia in se continet quatuor elementa, uocatur animal, uel homo, quia habet animam corpus & spiritum, uocatur aqua sulphuris, aqua mundi sputum Lunæ, antrum seb, Elephas, succus, albus, oculi piscium, beya, sulphur uiuum, aqua acuta, lac, acetum animatum, lachrima, aqua conuigens, vrina, unguentum solutum, pater mirabilis, pater mineralium, arbor fructifera, fons uiuus, seruus fugitiuus, centrum terræ, uenenum acetum acerrimum, gumma alba, perennis mulier & fœmina, res uilis pretij, azot, menstruum, laton, ile, natura, azoc, aqua, materia prima, principium mundi. Gulielmus Grataroluss.

63 Sole orto congregatas esse feras in cubicula sua, signifi. post aduentum Christi Iesu, dæmones retulisse se in sua cubicula, neq; posse amplius ad libitum, ut feræ solent, animas uorare, nisi Deo permittente. Georgius Venetus 128. tom. 3.

64 Solem cognoscere occasum suum, iuxta illud, psal. 103. sign. Christum Dominum nostrum cognouisse mortem suam, quando oblatus est, quia uoluit. Franciscus Georgius Problem. 434. tom. 3. sign. etiam solem supramundanũ nomine Tipheret conoscere non impertiri benignum influxum suum alicui. Franciscus Georgius utsupra.

65 Sol sign. vitam lucidam Dei vnum ex attributis diuinis. Georgius Venetus armon. folio octauo.

66 Sol apud Platonem sign. illud diuinum lumen, quod a Deo humanæ menti infunditur, quo ipsa cognoscat diuina, quæ suo lumine naturali cognoscere non potest. sicuti sacri Prophetæ, & Apostoli ac alij sancti Dei homines lumine supranaturali afflati fuere, Luna uero sign. lumen naturale, apud eundem Platonem. Georg. Venet. arm. f. 30.

67 Sol in mundo minore, idest in homine, signif. charitatem omnium uirtutum Reginam. Georgius Venetus armonic. folio centesimo uigesimo primo.

68 Solem non vrere per diem, neque Lunam per noctem, ut est psal. 120. signifi. homini iusto, neque prosperitatem, neque aduersitatem nocere, uel sign. hominem non pati scandalum circa humanitatem & diuinitatem Christi D. aut circa Ecclesiam. Lauretus in uerbo accendere.

69 Solis primum regimen mundi incepit post annos mundi 1713. & dies 62. & finit anno mũdi 1998. & die 319. Secundum finit anno mundi 3999. & die 115. Tertium regimen mundi finit anno 5999. die 134. & hoc secundum computum Pauli Scaligeri libr. 4. cap. 1. de rerum causis, & sign. euentus de quibus agitur in dictione. Michael, ubi secuti sumus Abbatem Tritemium.

70 Soles duos uisos esse, lucem media nocte apparuisse facem ardentem ex Oriente in Occiden tem per aerem percurrisse, portas locorum aliquorum e cælo tactas fuisse anno ab urbe condita 552. ante Christum Dominum 202. sig. Romanorum rem bene successuram, nam Scipio, ex Sicilia in Aphricam traiecit Hannonem occidit, & cladem multam Carthaginensibus intulit. Iulius Obsequens Prodig. quadragesimo tertio.

71 Sol sign. Iesum Christum Dominum nostrum, iuxta illud psalmi 103. sol cognouit occasum suum, & ortus est sol & congregati sunt. & iuxta illud Pauli Alia claritas solis alia Lunæ, & alia claritas stellæ. Ioachin in Apocalyps. fol. 53.

72 Sol sign. sapientiam, sig. uitam contemplatiuam sign. spiritum, signific. Ecclesiam contemplantium, signific. vitam futuram. Vide luminare maius.

73 Sol sign. Heliam, utpote qui uenturus est præ uersor iudicis ad iudicium per ignem faciendum, & qui in igne iudiciario puniuit iniustos contra se milites missos. Ioach. in Apoc. fol. 54.

74 Sol signifi. diuinitatem, quæ non aliunde habet, quod est, sicuti humanitas in Christo Iesu Domino nostro, qui est lux uera, quæ illuminat omnem

omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ioachim in Apocalypſ. folio decimo quinto.

73 Solem duodecies diuturniorem in curſu ſuo eſſe quam Luna, ſignif. Heliam per multa annorum ſæcula manſurum in uita carnis, ſicuti Luna quæ in uno menſe conficit curſum ſuum, ſign. Diuum Ioannem Baptiſtam in ſpatio annorum triginta fuiſſe conſumpturum terminum uitæ ſuæ, quaſi uno lunari menſe ex annis peracto. Ioachim in Apocalypſ. folio quinquageſimo ſexto.

76 Sol & Luna ſi ſunt ſimul aliquando ſign. Chriſtum & Moyſem, aliquando ſign. Chriſtum & Eccleſiam, aliquando ſig. Heliam & Ioannem Baptiſtam. Ioachim in Apocalypſ. folio 118.

77 Sol ſign. ordinem contemplantium, & Luna ſignif. ordinem Prædicatorum.
Ioach. Apoc. 118.

78 Sol factus niger tanquam ſaccus Cilicinus, ſign. ordinem contemplantium, qui cum a mundanis curis abſtinere cogitur, contriſtatus incedit, & concepta in ſecreto malitiam in aperto demonſtrat. Ioachim in Apocalypſ. folio 118.

79 Sol, quo amicta eſt mulier, ut eſt Apoc. ſignifi. eum Monachorum ordinem qui Chriſtum ſecundum Apoſtolum perfectius induens nihil in mundanis facultatibus quærit.
Ioach. f. 67. Conc. cap. 13.

80 Sol, Luna, ſtellæ creatæ in quarto die, ſignifi. ille Heliam, iſta Heliſeum, & iſtæ Prophetarum filios in quarta ætate, quæ incepit a Dauid, & finiuit in Tranſmigratione Babylonis.
Ioach. f. 72. Concord. cap. 27.

81 Sol, & Luna, & Stellę quæ adorant, ut eſt in ſomnio Ioſeph, ſign. mentis intentionem, rationis ſubtilitatem, & uirtutum chorum, obtemperare rationi. Richard. de S. Victor. de 12. Patriar. 69.

82 Solis tertiam partem, & tertiam partem Lunæ, & Stellarum percuſſam eſſe ab Angelo quarto, ſign. ordinem quartum, qui eſt Virginum in quarto tempore percuſſum, quod tempus fuit ab obitu beati Gregorij Papæ anno Domini 604. in quo Perſæ & poſtea Sarraceni afflixerunt partes Meridianas, ubi maxima Monachorum copia uigebat, quibus eliminatis & corruptis multis ab turpiſsima, & carnali Mahometana lege luminum cœleſtium tertiam partem obſcuratam legimus. erant enim ſancti patres illi tamquam lumina cœleſtia, in populo, qui & miraculis, & ieiuniis, & orationibus ubique fulgebant. Ioach, in Apocal. fol. 130.

83 Soles tres qui apparuerunt in Italia anno Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſeptuageſimo ſeptimo, ſign. Sciſma, quod tunc ortum fuit in creando nouo Pontifice. & Soles tres, qui in Oriente uiſi ſunt, anno Domini milleſimo centeſimo ſeptimo, ſign. diſsidia quæ orta ſunt in Syria propter Damaſcum, & ſoles tres, & Lunæ tres, quarum media tenebat crucem in Italia uiſi anno Domini noſtri milleſimo centeſimo quinquageſimo ſeptimo, ſign. diſcordiam & ſciſma, quod tunc fuit in creando Pontifice. & ſoles tres qui Romæ uiſi ſunt anno Domini milleſimo quatercenteſimo ſexageſimonono, ſign. calamitatem, qua Romani afficiendi erant a Turcis. & tres ſoles qui in Polonia uiſi ſunt anno Domini noſtri 1492. ſign. diſcordiam inter Vngaros & Maximilianum, & Soles tres uiſi in Caſſa vrbe anno Domini noſtri 1567. die 26. Ianuarij, ſign. quod Turca eſſet habiturus incommoda multa, quod euenit. Ioannes Baptiſta Nazarius in curſu de ſperata, tunc & poſt habita uictoria contra Turcas.

87 Solem uehementer imminutum uiſum eſſe lapides pluiſſe, terras apud Velitras in multis locis declinaſſe, arbores a terra abſortas, multa loca fulmine afflata anno ab urbe condita 552. ante Chriſtum Dominum 200. ſign. Romanorum rem non bene euenturam, nam Claudius Conſul naufragium paſſus, incendiũ fuit maximum, & Fabius Maximus mortuus. licet Vermina Siſacis Regis filius a Romanis cæſus. Iulius Obſequens prodig. quadrageſimo quinto.

88 Solem cœlo ſereno ſanguineum uiſum eſſe cœlum ardere, monſtra multa orta, agnum cum capite porci, equum quinque pedibus, ſuem cum capite humano, puerum ſexdecim annorum uerſum in ſexum dubium, anno ab urbe condita 554. ante Chriſtum Dominum 198. ſig. Romanis bellum Macędonicum cum Philippo, bellum cum Inſubribus, Cœnomanis & Boijs populis, & Hamilcaris aduentum in Italiam. Iulius Obſequens Prodig. quadrageſimo ſexto.

89 Solem in noctis tempore uiſum, & eius lucem per bonum ſpatium duraſſe, bouem locutum, ſerui cuiuſdam veſtes ſine ipſius detrimento arſiſſe, auis cuiuſdam uocem ueluti humanam quærelas edere auditam, in Iunionis Reginæ templo Clypeum Liguſticum fulmine ictum fuiſſe. anno ab urbe condita 620. ante Chriſtum Dominum 132. ſignifi. fugitiuorum, & ſeruorum bellum. quod tamen in Italia fuit compreſſum, & eodem anno in lacu Romano uiſi ſunt lactis riuuli. Quatuor iugera terræ profundata ſunt, & factus eſt lacus. Terram pluit. Lupus Minturnis occidit cuſtodem & euſit incolumis. bubo auis, & aliæ incognitæ uiſæ ſunt Romæ, in templo Iunonis Reginæ per duos dies clauſis ianuis pueri uox audita eſt. Clypei aliquot ſanguine aſperſi inuenti ſunt, puella quatuor pedibus orta.
Iulius Obſequens prodig. 86.

90 Soles tres, & tres Lunas uiſas fuiſſe, uitulum bicipitem natum, catenam ferream incendio abſumptam. anno ab urbe condita 632. ante Chriſtum Dominum centeſimo uigeſimo, ſig. Gallos & Allobroges a Romanis ſuperandos fuiſſe.

91 Sole Occidente clypeum uiſum eſſe in aere Orientem

rientem uersus transcurrere, & facem in aere ardere, & postea cadere, terræmotum multa ædificia conuulsisse. Armorum strepitum magnum auditum fuisse in Romano foro, quadrigas auratas e pedibus sudorem emisisse. anno ab urbe condita 654. ante Christum Dominũ 98. sign. fugitiuos in Sicilia trucidandos fuisse. Iulius Obsequens prodig. 105.

309 Sol apud Pythagoreos, sign. quod manifestum, & apertum est: Vnde illud, aduersus Solem ne loquaris, quod sign. ne impugnes, quod apud omnes constat. Paulus Scaliger lib. 4. Epistemonis, & illud: Sol ut plurimum acutum habet gladium, quod sig. illud quod manifestum est omnibus, si impugnetur, afferre periculum, gladius acutus sig. periculum.

310 Solis imago crystalli inclusa globo posita supra Regis Persarum tabernaculum sign. castra esse mouenda. Rhodiginus libro quinto capitulo secundo.

311 Solem decolorasse sponsam, ut est Cantic. 1. signific. Deum decolorasse beatam Virginem quando fecit eam præguantem, & uoluit mysterium occultari. Rupert. Cant. 1.

312 Sol cum rutilans in uespere propinat ad occasum sign. serenitatem propinquam. Cocles in introductorio. & si faciat in mane candem rẽ, sign. in uespere fore mutationem. Arist. 26. problem. 6.

313 Sol in die Dominica, si clarus ad Orizontem descenderit, sign. tempus clarum usque ad diẽ Iouis, & si in die Iouis sol clarus occiderit, sig. serenitatem usque ad diem Dominicam. Cocles in Introductorio.

314 Sol percurrens per duodecim signa Zodiaci, significat Christum Dominum, qui per magni nominis Tetragrammi 12. auadot siue reuolutiones influit in duodecim Apostolos suum fauorem, quod duodecim orbis terrarum partes fecerunt ad fidem conuenire. de quibus reuolutionibus. Vide Tetragram. &c. Archangelus Burgonouensis in 44. Conclus. Cabal.

315 Solem ita fuisse plenum in Messia, sicut Luna in Salomone, sign. quod Sol supramundanus Tipheret effudit in Messiam, qui fuit Iesus, omnem plenitudinem gratiarum, sicut Malchut Luna supramundana effudit suos influxus in Salomone qui fuit felicissimus regum Hebręorum, & fuit in 14. generatione ab Abraham, sicut in 14. die Luna ipsa plena est, & quia Synagoga habet Saturnum, & Lunam planetas fautores, & Luna ipsa modo crescit modo minuitur lumine, ita & fuit Synagoga. Sol uero qui cum Mercurio fauet Ecclesiæ Christianæ nunquam amittit lumen, neque crescit, neque minuitur, licet patiatur aliquando Ecclipsim sic, sign. futuram Ecclesiam in qua semper sol iustitiæ Christus D. lucem emittit. Archang. ut supra Conclus. 49.

316 Sol ut est illud psal. 71. & permanebit cum sole, sig. Deum patrem, cum quo Christus filius in æternum manet. Diuus August. psal. 71. & D. Hieronymus interpretatur cum claritate paterna, nam soli mundano illa uerba aptari non possunt, quia cum hoc mundo dissoluetur.

317 Sol, ut est illud psal. 57. & non uiderunt Solem, sign. Christum Dominum. D. Hieronymus in psal. 57.

318 Sol stans in habitaculo suo, ut est Abac. 3. sign. Christum Dominum stantem in gloria sua, uel in Ecclesia. Lauret. in voce sol.

319 Sol conuersus in tenebras, ut est Ioel. 2. signifi. Christum Dominum relinquentem Iudæos in tenebris. Lauretus ut supra.

320 Sol adorãs Ioseph, ut est Genes. 37. sig. beatam Virginem Mariam Christum adorantem. Lauretus. vel sign. Ecclesiam adorantem eundem. Vel sign. excellentiam Sanctorum in qua Christus Dominus posuit Tabernaculum suum. Vel

321 Sol adorans Ioseph, sign. mentis intentionem, quæ adorat Ioseph, id est discretionem, per quam dirigitur. nam mens, sicut Sol in vniuerso, in nobis principatum gerit extendens ubique suos radios. Philo lib. de somniis.

322 Sol sign. sensum, quia sensus indicat menti omnia sensibilia, in quo significatu dicta sunt illa uerba. Exortus est ei sol, quando præterijt Dei uisio. Nam cum a sacratissimis idæis, & tanquã imaginibus incorporeis, non uolentes earum contemplationem diutius ferre, auertimur, alio lumine, sensibili scilicet, vtendum est, quod comparatum cum lumine mentis nihil differt a tenebris, quod lumẽ sensibile cum exoritur, excitat quidem uisum, auditum, gustum, tactum, & odoratum, sed prudentiam, iustitiam, scientiam, sapientiã, uigilantes mentes in somnum vertit. quamobrem ante vesperam nemini nem purum eloquia sacra pronunciant, turbantibus mentem incompositis sensuum motibus. Philo lib. de somnis.

323 Sol signif. Deum patrem principemque rerum omnium, quandoquidem re uera nihil dici potest Deo simile, opinione autem hominum duo tantum, alterum inuisibile, alterum uisibile anima inuisibilis, sol uisibilis. Philo ut supra.

324 Sol, ut est illud Cantic. 6. Electa ut sol, sign. charitatem, quæ illuminat cæteras uirtutes, ut Sol astra omnia. Lauretus ut supra.

325 Solem colentes in Heliopoli, non afferre nisi, quicquam in solis Templum, sign. turpe esse per diem Deoque ipso inspectante uinum epotare, ut pote quod vinum ex eorum sanguine, qui cum Dijs pugnarunt, ortum existimarent. Cælius Calcagninus de rebus Aegyptiacis.

326 Sol circundatus densis nubibus, cum uerbis ob stantia soluet, sign. hominem qui speret omnes sibi aduersantes propria uirtute superare. Bartholomæus Tægius libro secundo de arte fabric. insignia.

327 Sol ascendens per circulum suæ augis, cum uerbis: nondum in auge, sign. hominem qui speret breui se ascensurum ad gradum, ad quem progres-

progressus se beatum existimet. Io. Bapdsta Pittonus in insigni. Ducis Seminariæ.

128 Sol ut est psalm. 135. signific. nouum testamentum, sicut luna sig. uetus. Arnobius in psalm. 135.

129 Sol quo fulgebunt iusti, ut est Matth. 13. signif. Gloriæ unitatem, quæ erit in beatis in fine mūdi. Lauretus in uoce sol.

130 Sol ut est Exod. 1. sign. mentem cuius solis idest mentis ciuitatem ędificare, sign. creaturam Creatori preferre. Philo libro de somnijs fol. 369.

131 Solem factum esse nigrum, ut est Apocalib. 6. sign. Hierusalem, & Iudęorum Regnum fuisse subuertendum. & Sol cuius tertia pars percussa est, ut est Apocalip. signif. populum Iudæorum, ex quo nasciturus erat Christus Dominus. Rupertus in Apocalip. libro quinto capitulo octauo.

132 Sol vt est psal. 120. & Isai. 49. sig. prosperitatem ipsam siue eius tempora. D. Hieronimus in psal. 120.

132 Sol ut est illud numerorum 25. suspende uos contra Solem sign. correptionem manifestam in iudicio. Lauretus.

133 Sol ut est psal. 73. sig. homines Spirituales, uel prædicatorum claritatem. D. Augustinus psal. 73.

134 Sol fugans tenebras sign. potestates Angelicas fugantes Dæmones. F. G. in Arm. Cantic. 1. Tono. 4. cap. 10.

135 Sol sig. mundi durationem. Vnde Solis occasus sig. mundi tempus Vltimum. Glos. inter in Genes. cap. 45.

136 Solem & lunam apud Aegyptios existimari nō curribus sed nauibus trahi. sign. humidum scilicet eorum esse alimentum & generationem, Cœlius Calcagninus libro de rebus Aegyptiacis.

137 Sol feruens sign. concupiscentiæ ardorem, siue tentationis feruorem. Lauretus.

138 Sol qui tegitur nube, ut est Ezech. 32. signif. iniquitatem ipsam. D. Hieronimus in Ezech. 32.

139 Sol adurens, ut est psal. 120. sign. satanam, qui transfigurat se in Angelum lucis, & signif. Antichristum. Lauretus.

140 Sol obtenebratus, ut est Isai. 13. sign. Balthassarem Regem Babilon. Gloss. interl. in Isai. 13.

141 Sol sign. persecutionem uel tribulationem, ut est Matth. 13. & orto sole aruit. Lauret.

142 Solem non cadere super aliquem ut est 7. sign. tribulationem non aduenire illi. Lauretus in uerbo cadere.

143 Sol sig. Christū D. tribus de causis in nominis notione apud primam linguam, in qua sol dicitur son, quæ vox signat pacem facio, sono, & osculor. Solus enim Christus fecit pacem inter patrem, & humanum genus. solus animis nostris perfectā sanitatem attulit, & amissam restituit, & dum vicissim a patre & patrem osculatur, homines patri conciliat, & spiritu ab utroque progresso nos accendit. Goropius in Hermath. libro septimo folio 138.

144 Solem a Græcis dici ἥλιος, sign. Solem omnia in integrum restituere, & sanare, nam ἥλιος prouenit a uoce primæ linguæ, Heel, quæ ut uerbum notat sano, & integritati restituo. Goropius ut supra fol. 148. & libro octauo, f. 192.

145 Solem in prima lingua uocari son syllaba breui existente, & filium Dei in eadem lingua dici similiter son, sed syllaba longa, & son pro sano, utrique soli scilicet & filio attribui, sign. Solem & filium Dei sanitatis esse authores, sed multo magis & principaliter filium habere sanandi potestatem. Nam a filio omnia habent esse, & ab eo sanitatem accipiunt.
Goropius in Hermath. libro octauo folio centesimo octuagesimo octauo.

146 Solem ad Deum abire, sign. solem ad occasum tendere, est enim phrasis primæ linguæ, cum dicunt. De son, gat, te, go. Goropius in Hermath. libro nono, folio centesimo uigesimo tertio.

147 Sol, Son, Soen, & Suon, in prima lingua, signifi. Dei filium, humani generis Saluatorem, & liberatorem esse. nam si uertas sol, fit los, id est soluo & e uinculis mortis æternæ libero. Goropius in Hermath. libro octauo, folio 192.

148 Sol qui uidetur insculptus in medio spatio de templi fastigio, ut Tertulliani uerba ponantur, quod templum est in circo Romano, ubi quadrigæ currebant, sign. circum illum esse Soli sacrum, & ad eius honorem illos ludos fieri, ad quam rem significandam, quatuor colores quibus induebantur agitatores quadrigarum sign. anni quatuor partes, quas Sol decurrendo perficit. Cassiodorus, & Goropius in Hieroglyph. libro tertio folio trigesimo septimo.

149 Sol qui intra circulum suum tenet caput hominis supini nudi manibus protensis, & pedibus ad instar defuncti, qui sese extendat dextrorsum, sed habeat caput sensim eleuatum, significat litteræ Q. figuram. sed mysticæ significat Solem esse opificem beneficum uitæ, & ijs quæ ad uitam sunt necessaria, & quia littera Q, in prima lingua dicitur qua af, siue Vvee, af. quæ interpretatur dolor sempiternus, figura litteræ, Q, idest sol cum cadauere hominis, ut supra extenti, sign. lumen filij Dei, quod est Spiritus Sanctus extendens se, & diffundens ad homines sanandos. Goropius in Hieroglyph. libro decimo quinto, folio ducentesimo trigesimo quarto, & ducentesimo trigesimo quinto.

150 Solem uocari Bacchum, sign. propter solem vinum in uuis maturari. Solem uocari Apollinē sign. a Sole omnia reuelari. Solem uocari Phœbum sign. a Sole omnibus alimenta suppeditari. Solem uocari Iacchum, sign. sole discedente perire animalium uitalem calorem. Solem uocari Mithram, sign. recedente sole terræ comas

mas à nobis abscondi. Solem vocari Atym. signific. dum Sol in hybernis signis currit eum videri odisse orbis nostri custodiam. & similibus de causis Sol tot sortitur nomina, quot ipsius, uel præsentiæ, vel absentiæ aadscribuntur effectiones.

Goropius in Vertumno fol. 107.

151 Sol incalescens, ut est 1. Reg. 11. sign. desiderij feruorem. D. Greg. 1. Reg. 11.

152 Sol signifi. sanctissimam Trinitatem. nam Solis corpus sign. Patrem. Radius sign. Filium, & Lumen sign. Spiritum Sanctum, lege Petrum Bongum capite de Ternario fol. 86. ex quo hæc ad uerbum desumpta sunt. Vt igitur in Sole tria sunt distincta, ita est & unus Deus trium personarum. Pater ipse est corpus solare. Filius autem est radius, & Spiritus Sanctus est lumen Solis, & sicut in Sole est corpus solare, est radius, & lumen & tamen vnus est Sol, non tres, similiter & in Deo Pater, Filius, & Spiritus Sanctus vnus Deus, non tres sunt Dij. sicut simul sunt corpus solis, radius, & lumen, sic Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Et quanquam utrique causa est Pater, non tamen antiquior est, non hercle magis quam sol illis tempore prior. Et quemadmodum sub stantia Solis producit radios, & a Sole, & radiis procedit Lumen. Ita Pater generat filium, & a Patre & filio procedit Spiritus Sanctus, & sicut radius Solis descendit de cœlo ad terram, & corpore solari & non separatur, & neque à cœlo abest, neque a terra, sed est in corpore solari in cœlo in terra, & ubique neque sursum, neque deorsum abest, Ita & filius Dei descendit in terram, & neque à Patre abest, nec a cœlo, nec a terra, sed fuit semper, & est in gremio patris, inseparabilis, & sursum & deorsum, & vbique & nunquam deest. & quemadmodum est lumen solare, & in corpore solari, & in radio, & in cœlo & in terra, & ingreditur interiora domus, & omnia illuminat, ita & Spiritus Sanctus, ubique & cum patre & cum filio, est sursum & deorsum, & omnes homines illuminat, & nullibi deest. Spiritus enim ut ait D. Paulus 1. Cor. 2. etiam inquirit & profunditates Dei. Sol itaque uisibilis & unus est, & in se habet tria distincta, pariter & unita. Quare Solē credidit Plato perspicuam Dei statuam esse in hoc mundano Templo ab ipso Deo positam, quem etiam, ut refert Plotinus venerabātur ut Deum. Et Heraclitus nocat fontem cœlestis lucis, & qui non uidet Solem in mundo esse imaginem vicariumque Dei, is certe noctem numquam consideravit, nec Solem suspexit exorientem, nec illius animaduertit munera. Hæc Bongus ut supra.

153 Soli tres tantum regiones ortum, occasum, & meridiem a prisca Theologia assignari, sig. antiquos sensisse in Deo tres tantū personas venerandas esse. nā in Septentrione antiqui inferos locabant, utpote qui sit sinistra mundi, ad quam sinistram in extremo iudicio mali sunt locandi, & aqua parte venit omne malum. Nam & Platonici asserunt Septentrionales Dæmones esse malos, & Astrologi Marti, & Saturno assignant extremas Aquilonares partes. & hac de causa fit, ut nullæ ferè gentes ad Septentrionem fundant præces. Bongus ut supra fol. 87.

157 ad Solem Orientem Pythagoricos adorare solitos esse, signif. lucem ueram esse Deum, & eam ob causam ad creatum solis lumen conuersi, non illud quod creatum est lumen, sed eius luminis creatorem adorabant, & ex elemento omnium splendidissimo, omnium splē didissimum creatorem uenerabantur.

Bongus cap. de Ternario, folio octuagesimo octauo.

158 ad Solis ortum Ecclesias Christianorum vergere, iuxta Apostolorum traditionem, significat Christianos debere semper in memoria habere locum Paradisi, qui erat in Oriente, & Deū orare, ut in antiquam patriam & locum vnde cecidimus, restituere uelit.

Bongus ut supra.

159 Sol Luna & terra signif. Patrem Filium & Spiritum Sanctum. Nam Sol qui per se lucet sig. patrem. Luna quæ a Sole lumen accipit, sign. filium, & terra quæ a Sole & Luna recipit lumen signif. Spiritum sanctum, qui ab patre & filio procedit. Bongus ut supra folio octuagesimo octauo.

160 Sol qui inter duos duos ciclos uideatur ascendere ad Augem. cum verbis: Nondum in auge, sign. hominem, qui demonstret se nondum peruenisse ad eam metam gloriæ, quam animo conceperit, licet satis magnam propria virtute acquisiuerit, uel signif. hominem qui pro suo principe cupiat maiora quam fecerit, operari. Hieronymus Ruscellus in insigni Caroli Spinelli.

161 Sol siue Phœbus currum suum libere cum equis per inane conducens cum uerbis. Iam illustrabit omnia, signif. hominem principem, qui tota mente & opere procuret in Dei lumine totum terrarum orbem illustrare, & maxime cum Dei gratia & ductu ad Christianam pietatem & religionem illum conuertere.

Hieronymus Ruscellus in insigni Philippi Regis.

162 Sol qui uideatur a nubibus premi, sed tandem erumpens clarior illustrat. cum verbis. Hinc clarior, sign. hominem qui demonstrat mulierem a se dilectam, ob lugubres habitus formosiorem videri. Vel sign. hominem qui procuret sibi in hoc mundo veram & solidam gloriam, quæ a sola Dei gratia dependet, quam gratiam. Sol sign. & Nubes sign. impedimenta quæ talem gloriam procuranti se semper opponunt. vel significat hominem qui demonstrat totam intentionem suam in Deum habere, uel aliquid simile.

Hieronymus Ruscellus in insigni Pompilij Collalti.

163 Sol qui supra nubes penetrat cum radiis eas, & infra eas illustrat, cum uerbis obstantia sol-

uet significat hominem, qui demonstrat mu heris a se dilectæ fauorem & gratiam esse supe raturam omnia impedimenta, quę sibi in amo re opponi possint. Vel signific. hominem qui propria uirtute sit superaturus omnes difficul tates sibi interpellantes gloriam. Vel forsan si gnif. hominem, qui demonstrat splendorem familiæ suæ esse ecouturum omnia, quæ sibi possent opponi ad gloriam consequendam.

Hieronymus Ruscellus in insigni Tolberti Collari.

26 Sol qui radiis suis vas vitreum aqua plenum a quo radiorum reflexio iterum percutit io ada mantem, & illum accendit & frangit, cum uer bis, & duriora, sig. hominem, qui demonstrat se semper fore paratum in obsequium patriæ suæ, in quo adeo sit effecturus, ut rumpat du ritiem suorum detractorum, uel inuidorum, uel cum fauore patrię uel principis sui. Vel for san uerius sign. hominem, qui se totum offe rat Deo, cuius radius illuminata humanitas i psius facile superet Tepitationes & duritiem mundi carnis & diaboli, & hoc modo sol sig. Deum, vas vitreum sign. hominem, & adamas sign. tentationes omnes. Vincentius Ruscellus in insigni Andreæ Delphini.

162 Sol qui sit undique nubibus circundatus, sed ex vna parte appareat clarus cum uerbis, Atta men mihi clarus, sign. hominem, qui demon strat splendorem familiæ suæ non posse ex io uidorum impedimentis celari, & eo magis se accendi ad bonas operationes, ex quibus ma ius lumen effulgeat. Sol enim in hoc symbolo sign. splendorem & nobilitatem familiæ. Nu bes sign. impedimenta, tum aduersariorum, tum fortunæ. vel sign. hominem qui demon strat se inter impedimenta carnis mundi, & diaboli tamen Dei gratiam agnoscere clarissi mam illius omnipotentiam, & summa ani mi iocunditate illam reuereri, & sic sol signif. Deum, Nubes sign. impedimenta mundi car nis & Diaboli.

Camillus Camillius in insigni Dominici Clariti.

1 Solida solidis medio duplici copulari apud Pla tonem, significat composita naturalia indigere duobus naturæ diuersæ mediis. Quorum al terum quidem formale sit, alterum vero mate riale. Ficinus in vigesimo secundo capitulo compendij Timæi.

2 Solida sig. apud Platonē Elementorum qualita tes, ut puta ignis per substantiam subtilitatem, per uirtutem acutatem, per actionem, mobi litatem, Aeris subtilitatem, obtusitatem, mo bilitatem. Aquæ crassitiem obtusitatem mo bilitatem. Terræ crassitiem, obtusitatem, & immobilitatem. & hoc quia Elementa instar dimensionis trinæ trinas superiores qualitates possident, & quod solida duobus mediis vin ciuntur, ita & istæ Elementorum qualitates duobus colligantur mediis, quod tres inuicem habent oppositas. Ficinus cap. 23. com pendij Timæi.

1 SOLITARIVS in psalmo David: Sedebit solitarius, & tacebit eleuans se supra se, significa animum iam eleuatum in amorem diuinum, in quo factus sit unum cum Deo. Farra fol. 25.

1 SOLITVDINES ædificari sibi ab aliquo, ut est Iob 3. sign. desideria terrena a cordis se creto expellere, & otium ad contemplatio nem sibi parare. Dinus Gregorius 4. Mor. 34.

2 In Solitudinem tribus diebus ambulare, ut est Exodi quinto, & decimo quinto, signific. tres partes pœnitentiæ explere. vel sign. credere, & confiteri resurrectionem Christi Domini factam tertia die, uel significat credere & con fiteri trinitatis mysterium, uel significat mun dari ab omni inquinamento carnis animæ, & Spiritus. vel significat purificare dicta fa cta & cogitata.

Beda in Exod. 5.

3 Solitudines ueteres, ut est Ezech. 26. sign. infer num. D. Hieron. Ezech. 26.

1 SOLIVM gloriæ altitudinis, ut est Hierem. cap. 17. sign. beatissimam Virginem, quæ fuit diuinitatis sedes, & a principio fuit locus san ctificationis nostræ. Galatinus libro 7. cap. 19.

2 Solium Domini, ut est Hiere. 3. sig. Hierusalem, quæ sign. Ecclesiam in qua sedet qui sedebat in ueteri lege super Cherubim, & signif. to tum corpus Christi Domini. Lauretus in uoce Cathedra.

3 Solium gloriæ tenere, ut est 1. Reg. 2. sign. bonę famæ odorem ad eos spargere, quibus digni tate præminet, uel ut est psalm. 83. signif. in æterna gloria requiescere.

Lauretus ut supra.

4 Solium Regis Niniue, ut est Ionæ. 3. sign. au thoritatem philosophorum, & oratorum a pud gentiles. Lauretus ut supra.

5 Solium Pharaonis. v. sedes bestiæ.

1 SOLONIS statua apud Salaminios cum manibus coninnctis sub pallio, sign. Solonis modestiam, qua ille præsignitus erat, similes quoque erant statuæ Scipionis.

Marius Equicola libro quinto de natura amo ris.

1 SOLVERE peccata, remittere peccata, sepeliri cum Christo, Christum induere, in sacris litte ris sunt synonima. Gouschelius lib. primo Elocut. sacr. script.

2 Soluere apud Chimistas, sign. inhumare. Ioannes Garland.

1 SOMNVS sine dormitatio, signifi. mortem carnis, ut est 1. Thessalon. 4. Nolo uos igno rare fratres de dormientibus. Sed ut est Can ticor. 5. Ego dormio, & cor meum uigilat, si gnif. vitæ quietem. Gouschelius libro 6. Elocut. sacr.

2 Somnus siue mors animæ apud Platonem, sig. ipsius animæ descensum in corpus.

Clemens Alexandrinus libro quinto Stromat. fol. 278.

3 Somnus

3 Somnus apud Danidem in psalmo 3. cum dicit Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me, signif. Christi Domini resurrectionem propter excitationem a somno. Sed somnus allegoricè signif. Christi Domini descensum in carnem.
Clemens ut supra.

4 Somnum dici ab Orpheo Regem hominum atque Deorum, sig. omnia animalia somno subijci, & esse omnium prope rerum naturalium dulcissimum optimum ac utilissimum, si moderatus existat. Natalis Comes libr. 3. Mytholog. cap. 14.

5 Somnum difficile potuisse induci a Iunone, ut Iouem consopiret, signific. illis, qui cæteris imperant, difficillimum esse somnum capere.
Natalis ut supra.

6 Somni sororem esse Lethen sign. per somnum omnium erumnarum, & malorum homines obliuisci. Natalis ut supra.

7 Somnum esse noctis filium, sign. noctis humorem stomachi uapores ad supremas corporis partes ascendentes augere, qui postea facti frigore cerebri frigidiores, descendunt inferius atque ita gignunt somnum.
Natalis ut supra.

8 Somni ciuitatem in qua fit omne somniorum genus, esse apud Oceanum, ut est in lib. 2. verarum historiarum Luciani signific. ex humorum abundantia somnia oriri.
Natalis vt supra.

1 SON. v. sol sig. Christum Dominum.

2 Son in prima lingua interpretatur sano, uel sol, uel filius, quatenus signat sano. format retrorsum ke&anos, quæ denotat morbum, & quatenus signat solem uel filium, sign. per solem & per filium Dei hominem a morbo sanari. sed quoniam omne donum desuper est proueniens a patre luminum, uox ipsa Son, significat. sanctissimam Trinitatem, quæ omnia sanat, & Soli in quo posuit Tabernaculum suum præbet sanandi uirtutem. S. enim sign. patris personam, O, sign. filium, & N, significat. Spiritum sanctum.
Goropius in Hermath. libro octauo folio centesimo octuagesimo nono.

3 Son in prima lingua signare filium, & pacem facere, sign. Christum Dominum Dei filium pacem facere inter homines & Deum patrem, neque homines pacem habere posse, nisi cum Christo Domino unum corpus fiant, ut uere sint pacifici recte uocati filij Dei, ut uocentur eodem nomine, quo & ipse Dei filius. qui uere pacificus, idest pacem faciens est.
Goropius in Hieroglyph. libro quinto, folio septuagesimo sexto.

4 Et quia Son quo notatur pacificus, videtur indicare causam, ob quam pax homini sit necessaria, nam pax non requiritur, nisi prius adsit offensio, ideo si son contrario modo legatur fiet nos, quæ denotat offensionem, & iræ prouocationem, ut sign. per filium pacificum tollendam fuisse offensionem & iræ prouocationem, cum & son interpretetur filius, & ut sciretur unde proueniret offensio in Deum, si, o de medio son, ponatur in principio fiet ons, quæ interpretatur nostrum, ut sign. offensam in Deum ex nobis prouenire, & si retro legas ons ut fiat sno, quæ uox denotat quidquid peruersum, & ad mala procliue est, sign. a nostro siue ex nobis nihil promanare nisi peruersitatem, & quidquid nostrum est præposterum esse, & ad malum inclinare. & quia litterarum ordo perturbatur, quaodo ex son fit ons, uel soo, sign. ex pace, qua fruebantur primi parentes, cum perturbassent ordinem Dei in miserabilem statum & malignam naturam illos cum toto humano genere incidisse, & Dei honorem tum homini, tum diabolo post habitum fuisse. Goropius ut supra folio septuagesimo septimo.

5 Sonus omnis fit aut pulsu, ut fit per tympana, & psalterium, aut voce quæ fit per fauces, aut flatu, ut per fistulas & Tibias. Sed ut ait Isidorus: Pulsus significat Patrem Deum, siue eius potentiam, vox significat filij sapientiam, & & flatus signif. Spiritus sancti uiuificatiuam bonitatem.
Petrus Bongus capitulo de Ternario folio centesimo decimo.

1 SOPHISTA apud Platonem, significat. Amorem, Plutonem, Iouem, & hominem Philosophum, sign. quoque opificem sublunarem.
Proculus in Sophista Platonis.

2 Sophistam esse idolorum fictorem, signif. opificem sublunarem efficere animalium fabricam, quæ est secundum mortalium rationem.

3 Sophistam esse animarum purificatorem sign. opificem sublunarem suscipere animas plenas rationibus a superis venientes in animalium fabricam immittere, easque a contrariis semper separare.

4 Sophistam esse transmutatorem, sign. opificem sublunarem in materiam formas imprimere, & de una in aliam transmutare.

5 Sophistam esse iuuenum diuitum mercenarium venatorem signif. opificem sublunarem, dum animas suscipit plenas rationibus a superis venientes, mercedem ab illis superis accipere ipsam scilicet animalium fabricam, quæ fit secundum mortalium rationem.

6 Sophistam incumbere ei, quod non est, significat. opificem sublunarem ea, quæ sunt in materia, gignere.

7 Sophistam id quod reuera falsum est diligere, significat. opificem sublunarem amare materiam, & tantummodo quod reuera uerum est, respicere.

8 Sophistam esse multicipem, sign. opificem sublunarem essentias uitasque multas sibi uendicare, per quas uarietatem generationis ipse disponat.

9 Sophistam esse in generatione magum, significat. opificem sublunarem animas naturalibus rationibus mulcere & allicere adeo, ut egre agene-

uet significat hominem, qui demonstrat mulieris a se dilectæ fauorem & gratiam esse superaturam omnia impedimenta, quę sibi in amore opponi possint. Vel signific. hominem qui propria uirtute sit superaturus omnes difficultates sibi interpellantes gloriam. Vel forsan signif. hominem, qui demonstrat splendorem familiæ suæ esse remoturum omnia, quæ sibi possent opponi ad gloriam consequendam.

Hieronymus Ruscellus in insigni Tolberti Collati.

26 Sol qui radiis suis vas vitreum aqua plenum a quo radiorum reflexio iterum percutit in adamantem, & illum accendit & frangit, cum uerbis, & duriora, sig. hominem, qui demonstrat se semper fore paratum in obsequium patriæ suæ, in quo adeo sit effecturus, ut rumpat duritiem suorum detractorum, uel inuidorum, uel cum fauore patrię uel principis sui. Vel forsan uerius sign. hominem, qui se totum offerat Deo, cuius radiis illuminata humanitas ipsius facile superet Tepitationes & duritiem mundi carnis & diaboli, & hoc modo sol sig. Deum, vas vitreum sign. hominem, & adamas sign. tentationes omnes. Vincentius Ruscellus in insigni Andreæ Delphini.

162 Sol qui sit undique nubibus circundatus, sed ex vna parte appareat clarus cum uerbis, Attamen mihi clarus, sign. hominem, qui demonstrat splendorem familiæ suæ non posse ex inuidorum impedimentis celari, & eo magis se accendi ad bonas operationes, ex quibus magis lumen effulgeat. Sol enim in hoc symbolo sign. splendorem & nobilitatem familiæ. Nubes sign. impedimenta, tum aduersariorum, tum fortunæ. vel sign. hominem qui demonstrat se inter impedimenta carnis mundi, & diaboli tamen Dei gratiam agnoscere clarissimam illius omnipotentiam, & summa animi iocunditate illam revereri, & sic sol signif. Deum, Nubes sign. impedimenta mundi carnis & Diaboli.

Camillus Camillius in insigni Dominici Clarini.

1 Solida solidis medio duplici copulari apud Platonem, signifi. composita naturalia indigere duobus naturæ diuersæ mediis. Quorum alterum quidem formale sit, alterum vero materiale. Ficinus in vigesimo secundo capitulo compendij Timæi.

2 Solida sig. apud Platonē Elementorum qualitates, ut puta ignis per substantiam subtilitatem, per uirtutem acutatem, per actionem, mobilitatem, Aeris subtilitatem, obtusitatem, mobilitatem. Aquæ crassitiem obtusitatem mobilitatem. Terræ crassitiem, obtusitatem, & immobilitatem. & hoc quia Elementa instar dimensionis trinæ trinas superiores qualitates possident, & quod solida duobus mediis vinciuntur, ita & istæ Elementorum qualitates duobus colligantur mediis, quod tres inuicem habent oppositas. Ficinus cap. 23. compendij Timæi.

1 SOLITARIUS in psalmo Dauid: Sedebit solitarius, & tacebit eleuans se supra se, significa animum iam eleuatum in amorem diuinum, in quo factus sit unum cum Deo.

Farra fol. 25.

1 SOLITVDINES ædificari sibi ab aliquo, ut est Iob 3. sign. desideria terrena a cordis secreto expellere, & otium ad contemplationem sibi parare. Diuus Gregorius 4. Mor. 34.

2 In Solitudinem tribus diebus ambulare, ut est Exodi quinto, & decimo quinto, significat tres partes pœnitentiæ explere. vel sign. credere, & confiteri resurrectionem Christi Domini factam tertia die, uel significat credere & confiteri trinitatis mysterium, uel significat mundari ab omni inquinamento carnis animæ, & Spiritus. vel significat purificare dicta facta & cogitata.

Beda in Exod. 5.

3 Solitudines ueteres, ut est Ezech. 26. sign. infernum. D. Hieron. Ezech. 26.

1 SOLIVM gloriæ altitudinis, ut est Hierem. cap. 17. sign. beatissimam Virginem, quæ fuit diuinitatis sedes, & a principio fuit locus sanctificationis nostræ. Galatinus libro 7. cap. 19.

2 Solium Domini, ut est Hiere. 3. sig. Hierusalem, quæ sign. Ecclesiam in qua sedet qui sedebat in ueteri lege super Cherubim, & signif. totum corpus Christi Domini. Lauretus in uoce Cathedra.

3 Solium gloriæ tenere, ut est 1. Reg. 2. sign. bonę famæ odorem ad eos spargere, quibus dignitate præminet, uel ut est psalm. 83. signif. in æterna gloria requiescere.

Lauretus ut supra.

4 Solium Regis Niniue, ut est Ionæ, 3. sign. authoritatem philosophorum, & oratorum apud gentiles. Lauretus ut supra.

5 Solium Pharaonis. v. sedes bestiæ.

1 SOLONIS statua apud Salaminios cum manibus coniunctis sub pallio, sign. Solonis modestiam, quæ ille præsignitus erat, similes quoque erant statuæ Scipionis.

Marius Equicola libro quinto de natura amoris.

1 SOLVERE peccata, remittere peccata, sepeliri cum Christo, Christum induere, in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius lib. primo Elocut. sacr. script.

2 Soluere apud Chimistas, sign. inhumare. Ioannes Garland.

1 SOMNVS siue dormitatio, signifi. mortem carnis, ut est 1. Thessalon. 4. Nolo uos ignorare fratres de dormientibus. Sed ut est Canticor. 5. Ego dormio, & cor meum uigilat, signif. vitæ quietem. Gouschelius libro 6. Elocut. sacr.

2 Somnus siue mors animæ apud Platonem, sig. ipsius animæ descensum in corpus.

Clemens Alexandrinus libro quinto Stromat. fol. 278.

3 Somnus

3 Somnus apud Danidem in psalmo 3. cum dicit Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me, signif. Christi Domini resurrectionem propter excitationem a somno. Sed somnus allegoricè signif. Christi Domini descensum in carnem.
Clemens ut supra.

4 Somnum dici ab Orpheo Regem hominum atque Deorum, sig. omnia animalia somno subiici, & esse omnium prope rerum naturalium dulcissimum optimum ac utilissimum, si moderatus existat. Natalis Comes libr. 3. Mytholog. cap. 14.

5 Somnum difficile potuisse induci a Iunone, ut Iouem consopiret, signific. illis, qui cæteris imperant, difficillimum esse somnum capere.
Natalis ut supra.

6 Somni sororem esse Lethen sign. per somnum omnium erumnarum, & malorum homines obliuisci. Natalis ut supra.

7 Somnum esse noctis filium, sign. noctis humorem stomachi uapores ad supremas corporis partes ascendentes augere, qui postea facti frigore cerebri frigidiores, descendunt inferius atque ita gignunt somnum.
Natalis ut supra.

8 Somni ciuitatem in qua sit omne somniorum genus, esse apud Oceanum, ut est in lib. 2. verarum historiarum Luciani signific. ex humorum abundantia somnia oriri.
Natalis vt supra.

1 SON. v. sol sig. Christum Dominum.

2 Son in prima lingua interpretatur sano, uel sol, uel filius, quatenus signat sano. format retrorsum lectanos, quæ denotat morbum, & quatenus signat solem uel filium, sign. per solem & per filium Dei hominem a morbo sanari. sed quoniam omne donum desuper est proueniens a patre luminum, uox ipsa Son, signific. sanctissimam Trinitatem, quæ omnia sanat, & Soli in quo posuit Tabernaculum suum præbet sanandi uirtutem. S. enim sign. patris personam, O, sign. filium, & N, signific. Spiritum sanctum.
Goropius in Hermath. libro octauo folio centesimo octuagesimo nono.

3 Son in prima lingua signare filium, & pacem facere, sign. Christum Dominum Dei filium pacem facere inter homines & Deum patrem, neque homines pacem habere posse, nisi cum Christo Domino unum corpus fiant, ut uere sint pacifici recte uocati filij Dei, ut uocentur eodem nomine, quo & ipse Dei filius. qui uere pacificus, idest pacem faciens est.
Goropius in Hieroglyph. libro quinto, folio septuagesimo sexto.

4 Et quia Son quo notatur pacificus, videtur indicare causam, ob quam pax homini sit necessaria, nam pax non requiritur, nisi prius adsit offensio, ideo si son contrario modo legatur fiet nos, quæ denotat offensionem, & iræ prouocationem, ut sign. per filium pacificum tollendam fuisse offensionem & iræ prouocationem, cum & son interpretetur filius, & ut sciretur unde proueniret offensio in Deum, si, o de medio son, ponatur in principio fiet ons, quæ interpretatur nostrum, ut sign. offensam in Deum ex nobis prouenire, & si retro legas ons ut fiat sno, quæ uox denotat quidquid peruersum, & ad mala procliue est, sign. a nostro siue ex nobis nihil promanare nisi peruersitatem, & quidquid nostrum est præposterum esse, & ad malum inclinare. & quia litterarum ordo perturbatur, quando ex son fie ons, uel sno, sign. ex pace, qua fruebantur primi parentes, cum perturbassent ordinem Dei in miserabilem statum & malignam naturam illos cum toto humano genere incidisse, & Dei honorem tum homini, tum diabolo post habitum fuisse. Goropius ut supra folio septuagesimo septimo.

5 Sonus omnis fit aut pulsu, ut fit per tympana, & psalterium, aut voce quæ fit per fauces, aut flatu, ut per fistulas & Tibias. Sed ut ait Isidorus: Pulsus significat Patrem Deum, siue eius potentiam, vox significat filij sapientiam, & & flatus signif. Spiritus sancti uiuificatiuam bonitatem.
Petrus Bongus capitulo de Ternario folio centesimo decimo.

1 SOPHISTA apud Platonem, signifi. Amorem, Plutonem, Iouem, & hominem Philosophum, sign. quoque opificem sublunarem.
Proculus in Sophista Platonis.

2 Sophistam esse idolorum fictorem, signif. opificem sublunarem efficere animalium fabricam, quæ est secundum mortalium rationem.

3 Sophistam esse animarum purificatorem sign. opificem sublunarem suscipere animas plenas rationibus a superis venientes in animalium fabricam immittere, easque a contrariis semper separare.

4 Sophistam esse transmutatorem, sign. opificem sublunarem in materiam formas imprimere, & de una in aliam transmutare.

5 Sophistam esse iuuenum diuitum mercenarium venatorem signif. opificem sublunarem, dum animas suscipit plenas rationibus a superis venientes, mercedem ab illis superis accipere ipsam scilicet animalium fabricam, quæ fit secundum mortalium rationem.

6 Sophistam incumbere ei, quod non est, signific. opificem sublunarem ea, quæ sunt in materia, gignere.

7 Sophistam id quod reuera falsum est diligere, signific. opificem sublunarem amare materiam, & tantummodo quod reuera uerum est, respicere.

8 Sophistam esse multicipem, sign. opificem sublunarem essentias uitasque multas sibi uendicare, per quas uarietatem generationis ipse disponat.

9 Sophistam esse in generatione magum, signific. opificem sublunarem animas naturalibus rationibus mulcere & allicere adeo, ut egre

a generatione amoueantur.

10 Sophista signific. Philosophum. quod Philosophus ecelestem opificem, & generationis quo que opificem imitetur. Proculus in Sophista Platonis.

1 SOREX candidus, sign. bonum euentum illi, cui sit factus obuiam.
Polyphilus libro primo.

1 SOROR paruula de qua habetur in Cantico vltimo, signif. Synagogam, quæ fuit paruula in Ecclesiæ comparationem. nam illa præbuit aquas sapientiæ, & ista præbet lac. F.G.P.59. tom. 5.

1 SORTES Prænestinæ erant quædam Tesserulæ conclusæ in arca, ex olea quæ produxerat mel facta. quæ tesserulæ extractæ fuerunt ex quodam sylice a Numerio Suffustio, & erant litteris antiquioribus inscriptæ, & a puero extrahebantur ex arca, & Tessella extracta sign. fortunam futuram de re, ob quam sortem quærebant. Petrus Crinitus lib. 22. cap. 3. de honesta disciplina.

2 Sortis humanæ miseria. Vide Aedificium secundum.

1 SPADO complectens Virginem & suspirans, ut est Eccles. 30. signific. appetitionem rerum, quas quis non potest consequi. Glos. Ord. Eccles. 30.

1 SPECIES inuisibilis apud Platonem signif. materiam. Ficinus capitulo trigesimo nono Comp. Timæi.

1 SPECVLATIO, & operatio vel fides & charitas. v. Ala. 5.

2 Speculatorem annunciare gladiū uenientem, ut est Ez. ch. 33. sign. prædicare peccatori iram Dei imminentem. Lauretus in uerbo annunciare.

3 Speculator annuncians, quæ uidit ut est.

4 In Speculo non aspiciendum esse ad lumen lucernæ, sign. non dandam esse occasionem malis spiritualibus potestatibus præualendi contra nos. Nam secundum Platonem omnes imagines sunt dæmoniacæ & præsertim nocturnæ. Franciscus Georgius Problem. 440. tom. 5. v. Laterna.

5 Speculum cum muscis circum se uolitantibus, cum titulo, labūtur nitidis, scabrisque tenacius hærent, sign. multos esse qui prospero rerum statu sæpe labantur, in aduersis vero utcunque sustineri.
Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 74.

6 Speculum in manu uiri se in eo cogitantis sign. sui ipsius cognitionem. Iuxta illud Chilonis dictum nosce te ipsum. Alciatus Emblem. 186 uel duo specula unum in una, & alterum in altera manu.

7 Speculum significat explorationem, quod & næui & rugæ, & color, & alia quæ forent incognita speculo indice deprehenduntur.
Valerianus folio trecentesimo septimo, libro quadragesimo primo capitulo de speculo.

8 Speculum signifi. falsum. Nam in eo licet fiat rerum similitudo, tamen est falsa. dextera enim fiunt læua, & læua dextera, atque ita ueritati fucus fit. Valerianus folio trecentesimo septimo. ut supra. cap. falsum.

9 Speculum apud Pindarum, sig. hymnum, quod sicut in speculo res ostenduntur, ita in hymno res præclaræ gestæ alicuius celebrantur.
Valerianus folio trecentesimo septimo, ut supra cap. Hymnus.

10 Speculum magnum affixum parieti, significat decimum quartum gradum Libræ, & hominem qui erit superbus.
Astrolabium Planum.

11 Speculum quod habetur in manu sinistra cuiusdam mulieris, ut est in numo Hadriani, significat fidem, & Columella iuxta mulierem erecta significat fidei rectitudinem & firmitatem.
Valerianus folio ducentesimo quinquagesimo quarto.

12 Speculum oppositum soli, quod lumen & radios quantum potest reflectit. cum uerbis, ut Valeo, significat hominem qui quantum potest suspicit ad uirtutem, & pro uirili sua parte alus uirtuosis se parem præbet.
Ioannes Baptista Pittonus in insigni Bernardi Nani, uel signifi. hominem qui suo principi adeo sit obsequens, ut quidquid laude dignum agat non sibi, sed illi adscribat, quasi hoc dicat, ut possum imitor Principis mei uirtuosas actiones. Sol enim in hoc loco signific. Principem, speculum signifi. ipsum hominem Principi addictum. Vincentius Rusccllus in insigni ipsius Nani.

13 Speculum non lucens apud secretiores Theologos signifi. Lunam supramundanam, quæ ex se non lucet, nisi illustretur a Sole supramundano, & illa Luna influebat influxum suum in Synagogam, sicuti sol supramundanus influit in Ecclesiam. Quorum Lunæ & Solis supramundani Sol & Luna cœlestes typum geruor. Franciscus Georgius Problemate 332. & 333. tom. 2. & Archangelus Burgon. in 51. Concl. Cabal. Pici.

14 Speculum lucens sig. Sephiram, Tipheret, quæ est sol supramundanus, & illuminat Malchut, sephiram quæ est Luna supramundana, & dicitur, ut supra dictum est, speculum non lucens. Et quando apud Cabalistas interpretatur illud: Fiat lux, per lucem intelligunt speculum lucens, id est lucem illam. de qua D. Ioannes inquit. In ipso uita erat, & uita erat lux, quæ lux, vt aiunt sapientes nil aliud est, quam esse ideale & rituum, quod omnia habent in uerbo. Iuxta dictum Arati ab Apostolo commendatum, in ipso uiuimus, mouemur, & sumos. Et ab hac luce unumquodque habet, ut sit, uiuat, informetur & appareat. Archangelus Burgon. in 51. Conclu. Cabal. Pici.

15 In Speculo lucente reposito sanctis in futuro seculo, secundum Cabalistas nos esse beatificandos, sign. nos beatificandos esse in filio. Iuxta fundamenta Cabalistica.

Archan-

Archangelus Burgonouensis in quinquagesima secunda Conclusione. Cabal. Pici. & Picus ipse in Conclus. eadem.

13 Speculum quod habeat partem leuem, & lucidam oppositam Soli, sed partem obscuram in posita quę uideatur ab hominibus, cum uerbis aduersum cæteris, sign. hominem, qui demonstrat se mulieri soli a se dilectæ intentum, & oppositum, sed cæteris mulieribus semper futurum aduersum, & nullum aspectu rum, nisi illam, quæ est sibi tanquam sol. speculum in hoc sensu signifi. ipsum hominem, sol significat mulierem dilectam, vel hoc symbolum significat hominem qui demonstrat se habere mentem soli Deo tantum intentam, & ab aliis rebus omnibus omnino aduersam, & in hoc sensu, speculum significat mentem, & sol significat Deum. Camillus de Camillis in insigni Marci Mauri.

1 SPELVNCAE de quibus in Apocalypsi 6. & absconderunt se in speluncis, significat vulnera Christi Domini, in quibus saluantur sancti in tempore tribulationum. Lauretus in uerbo abscondere.

2 Spelunca quam fingit Plato in septimo de Republ. signifi. hunc quem uidemus mundum, qui uere est spelunca si ad mundum inuisibilem comparetur. Vinculum quo in spelunca homines ligantur, significat corpus humanum, siue potius perturbationem animum & corpus alligantem. Vmbræ quas uident illic alligati, signifi. res omnes quæ mouent sensus, sunt enim rerum uerarum, idest Idearum umbræ. Lumen quod ter nominatur a Platone, scilicet in cauerna in nocte, & in die, sign. triplicem solem Diuinum Angelicum & mundanum. Diuinum esse Solem solis Angelici, Angelicum esse Solem, solis mundani & sicuti fulgor mundani solis per omnia se diffundens est imago actusque Solis, ita & lux quæ inest Soli, significat imaginem & actum mentis siue solis Angelicę, & lumen quod est in Angelo, significat actum & imaginem luminis diuini, & quemadmodum lumen visibile in natura perspicua duntaxat recipitur, sic & lumen inuisibile in perspicaci natura, & quoniam Plato ter nominauit in tribus gradibus illud: significat triplex esse lumen, uisibile super usum, & diuinum super intellectum. & radium Solis secum afferre & actum lucis, & uim caloris, significat per actum lucis, diuinæ & Angelicæ intelligentiæ claritatem, per uim caloris, sign. utriusque uoluntatis claritatisque affectum.

Et cum superi opera sua agant potius per uoluntatem quàm per intelligentiam. Igitur is radius uisibilis ab inuisibili illorum radio profluens per calorem agens singula quæ gignuntur, scilicet corporeas qualitates, & per lucem agere rerum imagines spiritales, significat in diuinis per intellectum idealiter repræsentari omnia, & per affectum inde surgentem omnia generari.

Et quoniam Plato ter quoque mentionem facit de aqua, in cauerna, in nocte, in die, ut quoque de lumine facit, significat quemadmodum lumen facit, & demonstrat omnia, ita aquam lauare & repræsentare omnia.

Aquam seu nomina in tribus gradibus signific. per primum gradum purgari mores nostros. idque ter, nam primo purgantur amputando fœcundos motus per uirtutes ciuiles. Secundo extirpando eosdem per uirtutes purgatorias. Tertio moderando per uirtutes animi iam purgati. Quibus iam ad exemplares uirtutes quæ sunt in Deo per contemplationem perueniamus.

Cuius contemplationis sunt tres gradus, quos significat aqua a Platone ter nominata. Nam diuina significat per tres aquas. Prima significat Diuina, sed confusius in rationibus Physicis.

Secunda significat Diuina minus confuse in Mathematicis.

Tertia significat Diuina. Clare in Methaphysicis absolutis. Ficinus in 7. de Republ. Platon.

3 Spelunca apud Platonem, & antrum apud Empedoclem, significat hoc uniuersum, quod mundi nomine continetur.

Rhodig. lib. 1. cap. 1.

4 Et Spelunca ascendere, significat animam ad intelligibile progredi.

Rhodig. ut supra.

1 SPERMATIS expurgationem prohibitam esse extra coitum, sign. eam prohibere filiationem filiorum Dei, cum filij Dei fiant non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carni, sed ex Deo, vel signific. ibi non seminandum ubi non oriatur seminatum. vel signifi. non dandum occasionem malis spiritibus, qui sæpe ex huiuscemodi semine procreant incubos, succubos, satyros, faunos, & illiusmodi portenta. Franciscus Georgius Problem. 72. tom. 2.

1 SPES & Nemesis iunctæ simul, sign. illicitum non sperandum, uel tantum sperare quod liceat. Alciatus Emblemate 46. Vide Nemesis 6.

2 Spes in homine apud Diuum Augustinum, sign. Seraphinos intelligentias qui homines conducant in Deum, qui est spes omnium finium terræ. Georgius Venetus arm. folio quadragesimo secundo.

3 Spes & turris fortitudinis in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius libro primo Elocu. sacrar.

4 Spes duæ quibus tenentur amantes. Vide Amor. 96.

5 Spes salutis nostræ in Christo Domino nostro V. Anchora 3.

6 Spes malorum. V. Abominatio. 3.

7 Spes qua sustentamur. V. Agnus. 10.

8 Spe amouendas esse bestias alienas a veritate. v. Agnus 10.

9 Spes, quæ ex gratia prouenit Ecclesiæ, de sursum

de sursum, & ex matricis Ecclesiæ deorsum. V. Alba. 6.

11 Spes resurrectionis inter aduersa. Vide Altitudo. 6.

12 Spei perseuerantia. v. Altitudo. 10.

1 SPHERA intelligibilis cuius centrum est vbique & circumferentia nusquam, sign. Deum, Deus est enim principium & finis. Franciscus Georgius Problemate ducentesimo nonagesimo sexto tom. 6.

2 Sphera Hermetis, cuius centrum est ubique, & circumferentia nusquam. & centri & circumferentiæ mutua relatio, sign. Trinitatem sanctissimam, nam centrum, quod est ubique sign. patrem, qui per potentiam suam est ubique, circumferentia, quæ est nusquam, signifi. filium, quia Dei sapientia capi non potest, centri & circumferentiæ mutua relatio, sig. Spiritum S. amorem scilicet patris & filij mutuum. F.G. armon. fol. 40.

3 Spherulæ, sign. numos. v. Cymbalum.

4 Spheræ decem in mundo angelico, significant primum ipsum Deum, & postea nouem choros Angelicos. Picus in Heptaplo. in procemio.

5 Spheræ decem in mundo cœlesti signifi. cœlum empireum, & reliquas nouem mobiles spheras.

6 Spheræ decem in mundo sublunari, signific. materiam, & nouem spheras formarum corruptibilium, quæ sunt tres corporum expertium vitæ, tres uegetabilis naturæ & tres animæ sensualis naturæ. Picus in Procemio Heptapli.

7 Sphera cum decem circulis, & decimo aureo paruis spiritibus vbique onusta, posita in porta Veneris secundi gradus Theatri Iulij Camilli, sign. iucunditatem & delectationem ex campis Elisiis & terrestri paradiso. Iulius Camillus folio 79.

8 Sphera mundi cum Sole supra se posito. & cum herbis. fert omnia, sign. (ut ego reor) hominem qui expectat temporis commoditatem. Ioannes Baptista Pittonus in insigni. Antonij Baronis de Spor.

9 Sphera posita in porta Iouis sub Prometheo in septimo gradu Theatri Iulij Camilli, significat Astrologiam. Iulius Camillus folio centesimo quadragesimo nono.

1 Spherica forma sign. Deum quod careat principio & fine.

2 Spherica forma, quod Deum sign. significat quoque æternitatem. Valer. fol. 288.

3 Spherica forma signif. mundum, quod sit rotundus.

4 Sphera signif. perpetuitatem. ut habetur in numo Cæsaris, cui insculpta erat sphera, quæ cum caduceo & pharetra transuersis, uirgaque cui palliolum appensum sit dexteræque consertæ; quæ omnia sign. authoritem dictatoriam. sicuti sphera sign. perpetuitatem. Valer. folio 288.

5 Sphera cum Sole, & Luna, & signis picta, significat Cœlum, uel ut alij putant, significat cuncta, quæ sunt, sicuti & circulus signif. cuncta. quod sub cœlo omnia comprehendantur. Valer. f. 288.

6 Sphera supra quam fortuna pedibus insistit. significat fortunæ instabilitatem. Valerianus f. 288.

7 Sphera ærea quæ cecidit de statua Maximiniani Antiochia, Iouiano Imperatore, eam ingrediente. sig. futuram rerum volubilitatem, & mutationem, quod euenit nam ille statim mortuus, Imperio per eũ prius imminuto. Val. f. 288.

8 Sphera quam Constantinus Imperator uidit de manu sua ab infante deici dum dormiret. significat rerum uariationem, & status mutationem, quod mox euenit. Valerianus f. 288.

9 Sphera tribus lineis distincta. sign. orbem terrarum. quod quisque penè nouit. Valerian. f. 288.

10 Sphera cui erant adscriptæ S. C. cum Temone adiecto. significat orbis terrarum gubernationem Senatus Consi. Imperatori addictam. Valer. f. 289.

11 Sphera cum cornucopiæ. sig. felicitatem. Valer. f. 289.

12 Sphera cum iaculo. sig. felicitatem Principis Iuuentutis. Valer. f. 289.

13 Sphera orbium cœlestium cum suis circulis, & signis planetarum, ad cuius basim lic Pan sedens, & sonans suam fistulam, & ab uno latere Astrologus unus sedens, & ab altero latere sit alius Astrologus stans, & tenens in sinistra circinum. significat dulcia cum amaris esse mixta. Nam spheræ cœlestes continuo circumuoluuntur, sed tamen dulci armonia complentur. Sambucus f. 174.

14 Sphera intelligibilis, cuius centrũ sit vbique, & circumferentia nusquam, ut est apud Trimegistum. significat Deum, qui dicitur sphera, ut significat Deum esse sine principio & fine, ut ex hoc etiam innuatur Dei æternitas. Sphera dici intelligibilem. significat Deum esse immaterialem. Nam Deus non potest esse corpus, eo quod omne compositum est posterius componentibus, & quod omne, quod est perfectissimum, oportet esse simplicissimũ. Deus est omnium primus, & omnium simplicissimus. & eius centrum esse vbique significat Dei essentiam indiuisibilem, & simplicem, vbique totam esse. Sed circumferentiam eius nusquam esse. significat Dei immensitatem. a loco nequaquam comprehendi posse. vel spheræ centrum esse vbique significat Dei Patris potentiam esse ubique. & spheræ circumferentiam nusquam esse. significat Filij sapientiam, nequaquam capi posse, & uniuersa circumplecti. relatio uerò mutua vtriusque, centri uidelicet, & circumferentiæ significat spiritum & amorem esse reciprocum. Petrus Bongus cap. de Ternario, fol. 113. V. Circulus 26.

15 Sphera, Astrolabium, & circinus, fracta, & in vnum

vnum compacta cum verbis, sufficit vna Dies. sign. hominem, qui demonstrat spernere omnia transitoria, & mentem in Deum & ad contemplandam ęternam beatitudinem intentam habere, sphera enim sig. motus cęlestes, & Astrolabium sig. res terrestres, & circinus sig. earum mensuras. Quę omnia apud mentem contemplatricem debeant haberi digna, ut una tantum dies conteratur in eis. Vel forsan sign. hominem qui demonstrat se esse contentum eo, quod in singulos dies euenit, ut alludat ad id, quod dicit. Ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, aut corpori vestro, quid induamini. Camillus Camillus in Insigni Iacobi Zacchi.

1 SPHINGEM capite humano & corpore canino vel Leonino, atque alato proponere solitam ænigma Thebanis, & eum qui illud non soluerat ab ea perire. sign. Sphingem fuisse mulierem Amazonidem Cadmi vxorem, quæ cũ eius vir Harmoniam aliam uxorẽ duxisset, ut pote bellatrix bonam Thebanorum partem se cum iô Sphincium montem contra Cadmum adduxit, in cuius populum cum multas incursiones faceret, & multos perimeret dedit locũ fabulæ: nam ænigma Apud Thebanos sign. incursiones, & qui ab incursione se explicare nesciebat. Oedipodem uiro ænigma soluisse, & sphingem se se precipitasse. sig. Oedipodem uirum bellicosum noctu eam cæpisse dum incursionem faceret, & eam occidisse, quod vero dicebatur canino corpore, sig. illã abduxisse secũ canem Cadmi ferocissimum, & velocem, quo veluti custode esset ab insidijs tuta. Palephatus.

2 Shphinx fuit Symbolũ Augusti, in principio imperij sui, quo usus est, sign. Res Principis serias grauioresque causas, & deliberationes non esse plebi committendas.
Paradinus lib. de Symbolis Heroicis f. 35. Habet titulum. Inextricabilis error.

3 Sphinx monstrum callidum, & crudele, est. n. alarum, habet Virginis faciem, & corpus Leonis. vel canis sign. ignorantiam submouendam secundum Alciatum Emblẽ. 187. nam Sphinx proponebat ænigma quod nam animal quadrupes bipes, tripes, quod Griptum Oedippus soluit, hominem interpretatus: infans quadrupes repit, Iuuenis duobus ambulat pedibus & senex tertium addit baculum, & qui non nouit quid sit homo, hic nimis est ignorans, quod euenit, uel leuitate: quam sig. sphingis alæ. Vel uoluptate quam sign. facies Virginis. vel prouenit ex arrogantia quam sign. corpus Leoninum:

4 Spinx apud Aegyptios pro foribus templorum statui solita. sign. mysteria, quæ intus fiebant esse celanda, & ænigmate inuoluenda. Leo suanius in scholijs Paracelli fol. 159. lege Rhodiginum lib. 3. cap. 12. Clemens Alexandrinus Strom. 5. fol. 261.

5 Sphinx ut est emblemate 185. Alciati præter supradictam sententiam sig. ignorantiam præcipitare cunctos præter sapientes, qui se norunt: nam ignorantia Interrogat mortales, quid sit homo proprie, & vere, sed eum paucissimis sit datum nosse sese nihil mirum, si tam multos præcipitet ignorantia. Sanctius in Alciat Emblem, 185.

6 Sphinx sign. arcana esse tegenda. Valerianus f. 48.

7 Sphinx subiecta hastæ palladię sign. ingenij acumen. Valer. fol. 48.

8 Sphinges positę in templorum propyleis sig. obscuram. & ænigmaticam philosophiam, quod & sig. pauimentum in sacrario Palladis, quam Isim putabant: in eo enim hæc erant inscripta. Ego sum quicquid fuit, est, & erit nec meum peplum quisquam mortalis unquam retexit. Cœlius Calcagninus de rebus Aegyptiacis. vel Sphinges sign. tecte, & per ænigmata tractandas esse mysticas doctrinas, & sacras institutiones. Bartholomeus Thegius libro secundo Licei.

9 Sphinx quam habet Pallas in capite, sig. suũ primũ ortum in affrica, tum quando a matre. proiecta in ripa Tritonidis paludis vel lacus, à quo tritonia dicta est. Gabriel Simeon lib. de illustratione Epitaphiorum antiquorum.

10 Sphinx in foribus templorum apud Aegyptios sign. oportere Deum amare, & timere: amare quidem, ut sanctis benignum, & propitium, timere autem, qui sit impijs iustus inexorabiliter. sphinx enim habet hominis, & feræ imaginem. Clemens Alexandrinus stromatum lib. 5. fol. 261.

11 Sphinx sign. robur & ingenij solertiam. Clemẽs Alexandr. in strom. lib. 5. fol. 263.

12 Sphinx, sign. quendam spiritalem tenorem qui peruadit, & mundum continet, sed iuxta Clementis sententiam melius fuerit accipere, quod sign. æthera, qui omnia continet & constringit, licet alij dixerint sphingem sign. intelligentiam uniuersorum, & Aratus Poeta dixerit mundi conuersionem. Clemens Alexandrinus in lib. 5. Stromat. f. 265.

13 Sphinx in expiatione Branchi vatis apud Milesios cum dicit, Bedy, Zaps, Chthon, Plectrum, Sphinx, sign. mundi compagem.

12 Sphinx in conó Galeæ Mineruæ imposita sign. cum totum Mineruæ ornatum puris ænigmatibus constare, tum ipsam Mineruã quæ sign. uidetur Christum Dominum, esse totius religionis caput, cuius symbolum suprema Galeæ pars præferret, Sphinx enim sign. religionem. Goropius in Hermath. lib. 6. f. 131. v. Mineruæ Galea.

15 Sphinges in Ianuis Templi, uel pictæ, uel sculptæ, sign. res diuinas non debere publice nisi cum ænigmatibus euulgari. Iulius Camillus in Idea Theatri. f. 57.

16 Sphinges Templis præponi solitas esse. sig. quęcunque in ueterum Religione fierent, ænigmata esse, omnesque ceremonias, & ritus alia prorsus signare, quam prima fronte viderentur. Goropius in Hermath. libro sexto. f. 131.

17 Sphinges præferre faciem virginum castarum, sign.

sign. in cultu diuino virgineo quodam pudore omnia peragenda.

28 Sphinges esse vinctas. significat Religione nos Deo deuinciri, eòque omnes ritus spectare debere.

29 Sphinges habere corpus leoninum, quod vnguibus contractis placidum iacebat. sign. religionis esse maximas uires, & ex hac uita exististere præstantissimam quam leo, & nomine leeu in prima lingua, & reapse demonstrabat, & hanc quidem totam eo referri, quo magna uis Dei placaretur, quæ si placata non esset Leoninos ungues, & robur ingens in eum ostenderet, qui non caste eam tractasset. Goropius, ut supra.

20 Sphinges uirginea facie, & leonino corpore denotari. sign. summum omnis Religionis apicem in eo constare, ut Leo de Virgine nascεretur, at id circo sphingem in Mineruæ galea poni solere, ut sign. hanc summam esse omnium rituum sacrorum, ut typum gererent illius religionis, in qua de uirgine Leo de tribus Iuda nasceretur, & hanc quidem religionem fundari in ipsa Minerua, Esaiæ a spiritu reuelatum est in capite redemptoris Galeam esse salutis. Goropius in Hermath. libro sexto folio 131.

21 Sphingem in prima lingua ita appellari, nil aliud sig. nisi quòd homines uidentes sphingum figuras nec quid sibi uellent intelligentes, mentis oculos captos haberēt. dicitur enim sphinx, quasi sie phinc, idest uideo uisionem. Sie profecto notat uideo, & phinc, capiebam. Vel sphinx dicitur quasi spi hing. spi notat exploro, & hing signat Dei uolutatem omnia suspēdentem. ut sig. in omnibus enigmatibus sacris, id explorandum, quod Deus prædestinauit, & quod ex ipsius æterna dependet uoluntate. Omnes enim ritus sacri ad arcanum illud magni consilij mysterium referebantur, sed tam obscuris griphis tecti, ut nisi Christus ipse, & eius spiritus significationem eorum reserasset, nunquam intelligi potuissent. Goropius in Herm. ut supr. f. 132.

22 Sphinges pro templorum foribus, & in ipsa Palladis galea poni solere. sig. homines in ijs, quę uiderent, se mentem suam, & omnem intelligentiam captiuam dare debere ipsis Religionis arcanis nec fas esse de ijs iudicare, nisi mox leoninum diuinitatis robur, & celerem uindictam expectare uellent. Gorop. in Hierogl. lib. 8. f. 124.

23 Sphinx cum uerbo, Nemini. sign. hominem, qui demonstrat nemini licere effugere ab ignorantia nisi illi, qui norit se ipsum, nam licet multi multa sciant, si non norint se ipsos non sapientes sed ignorantes sunt. sphinx enim in hoc Symbolo sign. ignorantiam, a qua omnes opprimuntur nisi cognorint spingis ænigma, quod erat circa hominis naturam, qui uero soluit ænigma hic cognoscit se ipsum idest se esse hominem, & ut hominem uiuere, & sapere debere, si non vult de rupe præcipitari. Camillus Camillius in Insigni Renati Borromei.

1 SPICAE septem fertiles & 7. inanes V. vacca.

2 Spicæ aliquot & aliquot manipuli, & vnus fascis cum titulo, de paruis grandis aceruus, significa minimis sæpe ad maximum deuenire, & prę cipue ad illam rerum sufficientiam, veram diuitiarum coronidem, quæ est animum ad naturæ necessitatem præfigere. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 224.

3 Spicæ aliquot ex quibus grana decident in terram in qua sint quam plurima mortuorum ossa, cum titulo spes altera vitæ, signif. mortuorū resurrectionem. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroic. fol. 270.

4 Spicæ duæ in modiolo quodam ab cuius utraqȝ parte sint copiæ cornua. sign. Vel Aedilem curulem vel Præfectum rei frumentariæ. Valer. fol. 404.

5 Spica quæ est in manu mulieris dextera, quæ mulier cum sinistra adhęret conto, & habet ante pedes calathum propositum, in numis Iulię piæ. sign. Cererem. Valerianus folio 404. v. mulier.

6 Spicæ quæ cum calatho, & naui appositæ sunt cuidam uiro tenente in manu dextera mulieris imaginem, quæ in altera manu habeat libellū, & in altera cornu copiæ, in numis Titi Cęsaris Vespaliani sign. annonam procuratam ab Tito. Valerianus fol. 404. V. Vir teneas in manu &c.

7 Spicæ duæ in utraque manu mulieris, quæ habeat caput pileo tectum, & ceruleam pallam ab utroque humero ad numum usque desinsam, & tunica sit rubea, ad cuius pedes sint naues duæ onustæ frumento, sign. Africam esse tritico feracem. Valer. fol. 404. V. mulier Pileo caput tecta.

8 Spicæ duæ in quarum medio sit dolium uuis plenum sig. prouentum bonorum fructuumque copiam & feracitatem. Valerianus fol. 405.

9 Spicarum fasciculus sign. æstatem, sign. & messē ipsam, & sig. inuentorem frugum. Valerianus fol. 405.

10 Spicæ duæ siuæ manipuli spicarum duo in trāsuersum inclinati, sign. mensem Iulium, quòd vt plurimum eo mense fiat messis. Valerianus fol. 405.

11 Spicæ duæ tritici sig. Aegyptum prouinciam. Sebast. Erizz. fol. 141.

12 Spicea corona sign. aruales Fratres, quòd Acca Larentia Romulo sacrificianti eam dederit. Valer. fol. 405.

13 Spicea corona, quę uitta alba esset illigata sig. sacerdotes aruorum. Valer. fol. 405.

14 Spica in manu pacis deæ, sign. pacem ferre fertilitatem, & rerum abundantiam. Valer. fol. 405. & Tibullus.

At nobis pax alma veni, spicamque teneto

15 Spicea corona sig. eos adolescentes, qui Dianæ Triclariæ Sacra facerent, apud Patrenses ob numinis uiolati placationem.

Valer.

Valerianus fol. 405.

16 Spicam siue alaazel, quę est in quintodecimo gradu libræ in armonica mundi concordia signif. Smaragdus, Saluia, Trifolium, & Mandragora, quæ sign. honestatem lætitiam diuitiarum, augmentum, & victoriam. Georgius Venet. Arm. fol. 82.

17 Spica Virginis cum Saturno in alicuius natiuitate sig. natum, qui erit Zelotipus, & asper. si uero spica erit cum Marte, sign. natum, qui erit seuerus, & stolidus. Iunctinus fol. 55.

18 Spicæ septem in uno culmo, quas uidit Pharao, ut est Genes. 41. sig. omnium uirtutum fructus in una charitate intra unam Ecclesiam radicari. Lauretus in uerbo unitas in appendice numerorum.

19 Spicas serere vsque ad solum, ut est Leuit. 32. signific. frustra conari adipisci ea, quæ superant scientiam nostram Isych. sup. Leuit. 23. & Lauretus in uerbo fabscindere.

20 Spica tritici, signif. Cererem, sign. abundantiam, sign. Africam sign. annonam, sign. tempus, & sign. agriculturam. Bartholomeus Tægius li. 2. de arte fabric. insignia.

1 SPINA dorsi sign. nequitiam petulciorem, & concitatam titilatione, quòd secúdum aliquos genitura a cerebro per id os difluit. Valerianus fol. 244.

2 Spinæ quæ nascuntur in mano temulenti, ut est apud Solomonem. sig. actiones temulenti esse sceleribus, & perperam quibusque factis plenas. Valer. fol. 400.

3 Spinæ ut est illud Esaiæ, expectatum est uti uinea uuas daret, sed spinas protulit, sign. iniquitates, sicuti vua sig. Iustitiam. Valerianus f. 400.

4 Spinę ut est illud, & aliud semen cecidit inter spinas sig. diuitiarum curas, siue ipsas diuitias, quę cogitationum suarum punctione mentes lacerent, cum eas usque ad peccatum per trahunt quasi inflicto vulnere cruentant. Valerian. fol. 400.

5 Spinæ ut est illud Hieremiæ. 4. & nolite serere super spinas, sig. peccata, quibus fideles, & uirtute suffocantur. Ioachim in Hierem. folio duodecimo.

6 Spinam sacram detegi, & decrescentibus natium carnibus maiorem apparere. V. Amigdala. 4.

7 Spinas & uepres comburere, ut est Isai. 10. sign. errores destruere. Lauretus in uerbo accendere.

6 Spinæ complectentes se inuicem, ut est Nahum 1. sign. fœdera hæreticorum mutuo se defendentium, sed. cum molestia D. Hieron. in Nahum. 1.

9 Spina & vepres, ut est Isai. 9. vepres, & sentes deuorabit. sig. principes procliues ad peccandum, & diuites ambitiosos. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacr.

10 Spina ut est psal. 31. conuersus sum in ærumna dum configitur spina. sign. conscientiam, & ut est Matth. 7. nunquid colligunt de spinis vuas sign. pharisæum potest etiam, ut est psal. 31. significare uitæ curas, opum fallacias, & quoduis genus peccati. Gouschelius lib. 6.

11 Spina in manu temulenti, ut est prouerb. 26. sign. aliquem seipsum lædere, suo se gladio Iugulare. Gousch. lib. 3.

1 SPIRITVS. uox in sacris litteris varios habet sensus, ideo visum est nonulla significata illius apponere, quæ ab re nostra non satis longè aberunt. Spiritus, ut est Rom. 8. sign. donum Spiritus Sancti idẽ Spiritus testimoni phibet unà cũ Spiritu nostro, ut est ad Ephes. 2. iuxta principẽ potestatis aeris, q est Spiritus, sig. affectũ humanũ. aliquando sig. solem, ut est illud Gyrans gyrãdo vadit Spiritus, ipsum solẽ Spiritũ nominauit, q animet, & spiret, & uigeat, & anouos cursus orbis expleat. Vnde Vergil.

Interea magnum sol circum uoluitur annum,

Siue quòd & lunæ lucentem Globum, & astra titania Spiritus intus alit, totam infusam per artus mens agitat molem, & magno se corpore miscet. Aliquando sign. suspicionem, ut illud Numer. 5. transiuit super eum Spiritus Zelotipiæ. Aliquando sig. intelligentiam. Daniel. 6. quia Spiritus amplior in illo. aliquando signifi. phantasiam, ut est Daniel. 2. & conterritus est Spiritus eius, sign. animam, pater cõmendo tibi Spiritum meum, ut est Lucæ 23. aliquando ut est Hose. 4. quia Spiritus scortationum fefellit eum, sig. appetitum. aliquando sign. ut est Malach. 2. & residuum Spiritus eius, aliquando, ut est Isai. 2. sig. rem nullius momenti, cõcepimus, & peperimus spiritum, sign. ventum & anhelitum, sig. libertatem, sign. indignationem, & sæuitiam, sign. iram, & sententiam domini, sig. aerem, ut est illud Genes. 1. & Spiritus ferebatur super aquas. Gouschelius lib. 2. Elocution. sacr.

2 Spiritum attrahere, ut est psal. 118. sig. spiritualia concupiscere. Vel sign. uirtutem operandi desiderantibus dari. Glos. Ord. psal. 118.

3 Spiritum Domini ferri super aquas, ut est illud Spiritus Domini ferebatur super aquas, signif. quòd etiam gratia Dei spirabat in cordibus nonnullorum, qui post diluuium inter colentes Idola, vnum Deum uenerabantur, ita ut præscirent futura, & intelligerent bona opera Domini, quæ ipse esset facturus super terram. Ioachim lib. 5. concordant. 3.

4 Spiritus de quo Vergilius 6. Spiritus intus alit sign. naturam quandam per uniuersum diffusam, & in omnibus rebus innatam in se ipsa lucentem, & transparentem quasi ex diaphano, & lumine temperatam nulli externæ mixtioni nullisque subiectam passionibu, sed actum puræ intelligentiæ deforis tamen procedentẽ lumen inuisibile in se & incorporeum continẽtem, causam visibilis huius in luminis, in cuius Spiritus uirtute minimum terrenæ naturæ aliquantulum aqueæ, plusculum aeris, & multum Ignis existere ferunt, ad cuius proportionem stellarum quantitatem, & elementorum mixtionem factam fatentur. Hic ubique uiuit

author

author motus, cuiusque generationis. hic spiritus in sphęris usque ad elementa dicitur Mercurius Cælestis, a luna usque in centrum terrę dicitur Mercurius terrestris. Hic Mercurius terrestris in elementis implet omnia sua uaria fecunditate. quam uariam fecunditatem. sign. Dei uniuersum implentis, quos vocant Democritus Orpheus, & Pythagoras. Zoroaster uero Sinesius, & Plotinus vocant Illecebras diuinas, & D. Augustinus uocat rationes seminarias in elementis sparsas, & cum in luna sint animalia vegetalia, & mineralia in quibus Spiritus iste operatur in omnibus omnia congrui in hominibus est illud vehiculum æthereum siue currus cęlestis uel spolium internum, quo anima descendens in corpus, & transiens de sphera in spherā induitur, cuius medio, utpote, quòd sit inter corpus, & animā neque corpus neque animam tamen, sed utriusque particeps. Ipsa anima coniungitur corpori, & hoc vehiculū s͡m aliquos sig. vestis pellicea qua D. Deus induit Adam. In plantis est calor vegetalis, quo ipsæ plantę crescunt viuunt, & manēt. In mineralibus est sulphur, & argentū uiuū videlicet calor, & humidum, quæ sunt principium metallorum lapidum, & rerum omniū quæ sunt in terræ visceribus, & a quo in aere isto crasso ventunt uapores exalationis, nebulæ vēti, caligines, pruinæ, pluuiæ, niues, gārdines tuonitrua, fulgura, cometæ, capræ, saltātes, stipulæ ardentes, stellę caudatæ, & similia. Farra fol. 13.

5 Spiritus plenus, ut est illud Hieremiæ 4. Spiritus plenus ex his tunc veniet mihi. sign. plenā afflictionem Ecclesiæ, quam illa erat habitura tempore Federici 2. Imperatoris. Abbas Ioachim in Hierem. fol. 11.

6 Spiritus tenuis per corpus diffusus apud Hippocratem, sign. hominis animam. Georg. Venet. Atmo. fol. 28.

7 Spiritus qui ferebat aquis sign. ignem, ut unum principium rerum, & aquæ sign. aliud principium iuxta opinionem Hipponis Rhegini, qui posuit aquam & ignem esse rerum omnium principia fa. fol. 8.

8 Spiritus sulphur, aurum philosophicum, crocus martis, apud chimistas, sign. fermentum solis in lapide, Scuti anima, rosa alba & aer exīstēs in lapide sig. fermentum lunæ. Vnde Spiritus est fermentum solis, & anima est fermentum lunæ, & corpus terra stans, & hæc tria sunt in Mercurio, ait quidam.

9 Spiritus petrosus, & lapideus apud quendam signific. illam partem materiæ lapidis philosophici, & ut reor, est argentum uiuum exigēs in sole vel luna iam separatum a morte sua corruptibili.

10 Spiritus quinque essentiæ apud chimistas sign. virtutem mineralem, in qua naturæ metallorū quiescunt, & dicitur forma formarum, anima elementorum, & mater omnium formarum, & ipse Spiritus non est neque masculus neque fœmina, neque calidus, neque frigidus, neque humidus neque siccus, sed participat quatuor naturarum, & existit in Mercurij substantia unctuosa. V. Mercurij substantia unctuosa. Clāgor buccinæ in cap. operis inceptio.

11 Spiritum Domini diuidere sortem prophetijs in mensura, ut est Isai. 34. signif. Deum secundum ordinem facere prophetias suis temporibus impleri. D. Hieronimus sup. Isa. 34. & Lauretus in uerbo abscindere.

12 Spiritus ut est apud Dauid, emitte Spiritum tuū & creabuntur, & renouabis faciem terræ, sig. Spiritum Sanctum, quem vetus theologia uocat animam mundi. Vnde Vergilius in 6.

Vnde hominum pecudumque genus, vitæque uolantum,
Et quæ marmoreo fert monstra suo sub æquore pontus.

Et Mercurius Trimegistus in Asclepio dixit Spiritu agitatur, & viuificatur omnis in mūdo species &c.

Paulus Scaliger libro quarto capitulo secundo de rerum causis.

13 Spiritus ardoris, Spiritus Iudicij, Spiritus Dei, Spiritus sanctus & aqua sign. ablutionem. Iacobus Gouschchus libro primo Elocution. sacr. scrip.

14 Spiritus administratorij sign. Angelos. Gousch lib. 1. ut sup.

14 Spiritus durus ut est 1. Samuel. 1. mulier duri Spiritus ego, sign. animum tribulatum & anxium. Gousch. lib. 3. ut sup.

16 Spiritus tres immundi exeuntes in modum ranarum de ore draconis, sign. tres sectas principales in lutheranismo, Anabaptistarum, Sacramentariorum, & confessionistarum, quarum fuerunt Principes Bernardus Rotmon. Zuinglius, & Philippus Melancton. Theodorus Gramminens in Esaiam. fol. 18.

17 Spiritus Iudicij, & Spiritus ardoris, ut est apud Esaiam. cap. 4. saluus erit omnis, cuius nomen scriptum fuerit in libro uitæ in Hierusalem, si abluerit Dominus sordes ipsorum in Spiritu Iudicij signif. Christum Dominum Nostrum cui pater dedit omne iudicium, & Spiritus ardoris sign. Spiritum sanctum. Vnde dicitur de utroque: nisi quis renatus fuerit ex aqua idest filio Dei, & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum Cœlorum.
Georg. Venet. fol. 488.

18 Spiritus apud Hebræos dicitur. רוח. ruach. in qua dictione sunt tres litteræ una est uau. ו. quę media est, & est littera diuinitatis, quæ numerum sign. secundum quem numerum ipse Spiritus summus omnium. artifex primu incubans super fecundis aquis, disposuit totam hanc machinam mundi. Trinum enim est rerū principium, in opus egrediens, ornans, & confouens, & quod libet illorum per intermediū Spiritum, ex quibus senarius resultat in maxima unitate, hinc dixere secretiores theologi litteram diuinitatis, quę est Iod. י. significans principium, & finem, cum sit finis numerorū simplicium, & principium denariorum, habere sex

re sex

re sex spinulas, quoniã in ea ratione qua principium est ipse Deus significatur per litteram illam ternarius est a quo, in quo, & per quem omnia, in ea autem ratione qua director, confouens, & reduceus est alio ternario, spirituali videlicet gaudet, non quia tres sint spiritus Dei, sed triplex est eius operatio, secundum q̃ Dauid in psal. nuncupat eum spiritum principalem, Spiritum rectum, & Spiritum sanctũ. Est etiam alia littera chet. ח quæ in dictione ruach, est tertia, & est littera uitæ: nam uita dicitur. ח. chai. Tertia littera ruach, quæ est dictionis prima est Res ר. & sign. ducentos, qui numerus centenarius duplex. sign. materiam aut corporeitatem. nam binarius materiam sign. qui teste D. Hieronimo est semper infaustus, nisi cum alio numero coniunctus felicitetur, nam materiale cum uita, & diuinitate associatum fælix existit: ducenti enim per litterã. ר Res significat. sig. illos ducentos, de quibus in canticis agitur. ubi postquam א. aleph, & unum, & mille attributa sunt diuinitati. Subinfertur, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius. custodes enim positi sumus in uinea Domini cum binaria corporeitate, ubi si custodierimus fructifera Domini præcepta, tandem inuenimur cum ipso aleph preparato omni homini uere pacifico, & illi qui habet pacem in ipso. Spiritus igitur quidam nexus, & est ligãs & nectens duo extrema simul ipsa uiuificans & corroborans pro conditione Spiritus unientis &c.

Archangelus Burgonouensis in 43. conclus. Cabal. Pici.

19 Spiritus immundus quem Zachar. 13. dicit Dominum ablaturum de mundo, & pseudo prophetas, & Spiritum immundum auferam de terra, sign. idolatriam, quæ in tempore Christi Domini erat auferenda. Goulchelius lib. 2. vbi legit Spiritum immundiciæ quam immundam interpretatur idolatriam,

20 Spiritus iudicij, & Spiritus ardoris dequibus, Isai. 4. illi sign. filium Dei cui datum est omne iudicium, & iste sign. Spiritum sanctum, in quibus Dominus idest pater abluit sordes filiarũ Sion in Baptismo. Franciscus Georgius prob. 233. to. 3.

21 Spiritus immundus, qui auferendus erat a terra per fontem quam uidit Zachar. cap. 13. signif. Idola, & principem tenebrarum ejciendum fuisse a Deo per Christum D.N. & per baptismi lauacrum destruendam immundorum Spirituum sedem.

F. G. p. 235. to. 3.

22 Spiritum inuocatũ ab Ezechiele 37. a quatuor vẽtis sig. abomni mundi parte mortuos suscitãdos, uel sig. ab eisdem partibus mũdi Spiritum reddendum mortuis aquibus in hominis fabrica Spiritus fuit Adę inditus.

F. G. p. 292. to. 3.

23 Spiritum non esse inquinandum neque super ficiem ad centrum reducendam, ut est apud Zoroastrem, sign. Spiritum tenentem mediũ inter intellectum, & animalem fortem, non esse declinandum ad animalem, sed potius ad intellectum eleuandum neque intellectum ipsum quem sig. centrum, cum terra sit mundi centrum, & corpus sit ex terra. Fran. G. p. 489. to 5.

24 Spiritus tres qui exierunt de ore draconis in modum ranarum, qui procedent ad reges totius terrę congregare illos ad prælium ad diẽ magnum omnipotentis Dei, sign. tres Antipapas vnum Grecũ, de quo dicitur Gallum Galli na calcabit, vmbra mortis, dux cæcorum potestas mortuorum, quæ forsitan sign. illa tria nomina blasphemię, quæ dixit Sybilla Erítrea cũ dixit & erunt tres adulteri, & unus legitimus, qui alios deuorabit, erit vnus cui erunt tria nomina blasphemiæ, cantut eius abominatio ascẽdens in conspepectu altissimi, & finis interitus nam iste Antipapa græcus, ut ait abbas Ioachi turpi morte afflictus erit, alter Antipapa erit Italus, de quo dicitur. homo tenebrosus dæmone plenus, palma, & secure loquetur, & fallax falletur. Tertius Antipapa erit Germanus, & Antichristus mistus de quo dicitur, propter se & te disperdam satorem magnum de Babilone tenentem falcem in tempore messis.

Theolosphorus folio quinto decimo, & sexto decimo V. Antichristus.

25 Spiritus mundi, ut est primo Corin. secundo nos uero Spiritum mundi non accepimus, sig. sapientiam, & disciplinam humanam. Goulc. lib. 3. Elocut. fact.

26 Spiritum Dei fouisse aquas sign. ex calore, & humiditate rerum generationem fieri, uel sig. Deum filium, quem sig. aquæ, & Deum Spiritum sanctum quem sign. Spiritus Dei ad rerũ generationem coagere. Franc. Georg. proble. 5. to. 1.

27 Spiritum Dei non fuisse permansurum in æternum in homine, sign. Deum noluisse hominẽ vllum ad spatium mille annorum homini designatum peruenire uiuendo, & hoc propter peccatum. ubi aduertendum est illud in æternum male translatum. holam enim non æternum sed mille annorum curriculum significat. F. G. p. 79.

28 Spiritus aqua & sanguis quæ testantur in terra. Iuxta illud Ioan. 5. sign. patrem filium, & Spiritum sanctum. nã in eo loco Spiritus sign. patrem, aqua sig. filium, & sanguis sig. Spiritũ S. F. G. p. 30. tom. 4.

29 Spiritum habentem potestatem super aliquem ascendere, ut est Ecclesiast. sign. grauem, & uehementem ingruere tentationem, vel sig. diabolum immittere graues cogitationes. Idem sign. mare ascendere super Babilonem Laure, in uerbo ascendere.

30 Spiritus Domini qui ferebatur super aquas, sig. vim causæ efficientis: & aduerte quod non super terram, sed super aquas dicitur ferri, quod sign. vim agentem non permeare super subiectum, nisi medijs & intercedentibus qualitatibus quas, sign. aquæ quas qualitate dum agens uer-

uersat, & agit oritur lux, quæ sign. formæ speciem, quæ lux fugat tenebras, quæ sign. priuationem. Picus Hep. cap. 2. & attende quod Spiritus Domini, quē diximus significare vim causæ agentis, sign. non uti causam principalem, sed uti Spiritum Domini, idest organum diuinæ artis, quomodo Spiritus nostes vitalis organum animi est, & statim tractāte Spiritu aquas illas, & peruadente subiectum Iussu Dei artificis exorta est lux idest formæ deus, & splendor.

31 Spiritus Domini, qui fouebat aquas, sig. amorē diuinum, qui & Spiritus sanctus dicitur, qui fouebat illas, aquas ex quibus omnia uiuentia generantur, quoniam amore connectuntur omnia. Georg. Venet. Arm. fol. 37.

32 Spiritus uadens, & non reuersurus, ut est illud psalm. 78. & recordatus est quia caro ipsi, & Spiritus uadens, & non reuersurus. sig. figmentum malum, ut aiunt Hebræi sine peccati fomitem, qui cum homine vadit in hora mortis & non reuertitur cum eo in hora, qua mortui resurgent.
Galatinus lib. 6. cap. 5.

33 Spiritus uitalis in homine sign. Solem, quod sol sit eius fautor & dator. Georg. Venet. Armo. fol. 118.

34 Spiritus nasi tui, ut est illud Exodi 15. per Siritum nasi tui coacertuatæ sunt aquæ, & in alijs plurimis locis. sign. Spiritum sanctum. Galatinus lib. 2. cap. 6.

35 Spiritus de excelso, ut est illud Isaiæ cap. 32. Donec effundatur super nos Spiritus de excelso, erit desertum in carmel, vel vinea Domini, & Carmel nemus reputabitur sign. Spiritum sanctum, qui in die penthecostes super Apostolos effusus est.
Galatinus lib. 8. cap. 65.

36 Spiritum S. descēdisse in forma Columbæ sup. D. N. in Baptismo, & postea insufflatum fuisse a D. N. I. in discipulos. sig. ipsum S. S. procedere ibi a patre & hic procedere & á filio.
Ioach. lib. 2. conc. veri. Test. cap. 9.

37 Spiritum S. descendisse prius in forma Columb. sign. Spiritus dandam fuisse gratiam generalē quam sign. & aqua, & Columba, in primo aduentu Domini nostri. Ioachim. Apoca. fol. 57.

38 Spiritum S. in die pasche insufflatione datum Apostolis sig. gratiam dandam in fine secundi status, & in principio Tertij.

39 Spiritus S. descendisse in die Pentecostes, in formam linguarum ignis sig. dandam esse gratiā consumatam in fine seculi post resurrectionē mortuorum, quæ per ignem sig.

40 Spiritus sanctus, aqua, signaculum, vnctio, paraclelus, ignis, ventus, oleum lætitiæ, aquæ uitæ, digitus Dei, Spiritus veritatis, & donum Dei, in sacris litteris sunt Synonima. Guschel. lib. 1. Elocut. Sacr.

41 Spiritum sanctum tribus imaginibus ostendi voluisse, quando Dei filius venit in mundum. sig. illum operari trinum aliquid in opere suo apparuit enim in specie columbæ in specie aeris insufflati ea in specie ignis, vt Io primo statu demus exemplum de primo 12. patriarchę & ea quæ sibi & filijs eorum euenerunt. de secundo Duodecim Principes, qui corruerunt in deserto. de tertio Duodecim Principes, qui ingressi sunt terram promissionis, & ea, quæ acciderunt in diebus eorum. Sed secundum eorum significatum. Patriarchæ sig. primum statum, in quo populus ille puerilis adhuc, & pro tempore in Aegypto carnaliter vixit. 12. principes, qui corruerunt in deserto sig. secundum statum in quo fidelis populus egressus est de Sinagoga cum duodecim Apostolis ac si de Aegypto per multas tentationis & pericula corporum perueniret in Regnum Dei. 12. Principes, qui ingressi sunt terram promissionis sign. tertium scānum in quo fidelis populus intra turus. est in requiem, ut uideat bona Hierusalem cunctis diebus uitæ suæ, & Patriarchæ 12. sign. primumstatum. 12. Principes, qui corruerunt sign. Duodecim Apostolos, & duodecim, qui ingressi sunt terram promissionis sign. eos, qui futuri sunt in initio tertij status, per quos & Iudeorum populus conuertetur ad Deum, qui & erunt 12. principales, & hæc circa opus trinum primi status.

In Secundo statu 12. Apostoli primo sunt Iussi a Domino ne irent in uiam gentium, sed potius ad oues Israel, & hoc fuit antequam mitteretur Spir. S. post D. N. resurrectionem, & sig. rationem Patriarcharū, & Prophetarū, quos deus voluit a principio coarctari in populo Israel, donec veniret plenitudo temporum in qua resurgens D. N. mitteret Apostolos in uniuersum orbem.

Secundo eisdem 12. Apostolis D. N. præcepit post resurrectionem, ne irent in uniuersū mundum prædicare Euangelium omni creaturæ, & sig. quòd Apóstulorum vicarij prædicaturi erant Euāgelium omni creaturę quousque compleatur tempus illud, quod sign. 40. anni quibus mansit populus in deserto.

Tertio 12. illi uiri quos Populus in urbe Ephesi instituit, & qui in ipsa prima Ecclesia inter septem ecclesias Asiæ. per manum impositionem Pauli acceperunt Spiritum S. ut loquerētur linguis uarijs magnalia Dei, & illi 12. uiri signif. illos prædicatores, per quos reliquiæ Iudæorum conuertentur ad Dominum Nostrum.

In Tertio verò statu non potest dari exemplū nisi de primo operis trini. quod est in exordio tertij status, quidam Monachi in Egypto fuere qui vixerunt Sanctissime, & hoc tēpore sunt quam plurimi Religiosi claustrales, qui sequuntur Spiritus sanct libertatem, hæc sint satis, pro tertio statu.

42 Spiritum sanctum primo apparuisse in formam Columbæ sign. Confessorem debere primum clementer, & mansuete reprehendere contitentem. Ioach. Apoc. fol. 181.

43 Spiritum sanctum apparuisse in specie colum-
sign.

be, sig. illum à patre procedere. Secundo appa ruisse in sufflatione, sign. illũ procedere à filio. Tertio illum apparuisse in specie ignis, signif. illum, ubi uult spirare, & esse spiritum libertatis. Ioach. fol. 6. Apocalyp.

44 Spiritum sanctum in quinta à passione D. N. dierum decadæ uehementius Apostolis, & copinsius datum, sign. in quinto tempore secundi status, & quinto opere dari consumationem à Spiritu sancto his, quæ D. N. cœpit facere, & docere. Ioach. Apocaly. introductor. folio decimo septimo.

45 Spiritus 7. de quibus D. Ioannes ait in Apocalyp. si. Et à septem spiritibus, qui in conspectu troni eius sunt, sign. septem dona Spiritus sancti, quæ non sunt ipse Spiritus sanctus, sed eius dona. Vide 7. lampades. Vide 7. oculi. Ioach. in Apocalyp. fol. 30.

DONA uero Spiritus sancti sunt Sapientia, Intellectus, Consilium, Scientia, Fortitudo, Pietas, & Timor.

Sapientia datur pro uisu, qua mentis oculi illustrantur.

Intellectus datur pro auditu, qui aures aperiat interioris hominis.

Consilium datur pro odoratu, quo manet discretio spiritalis.

Scientia datur pro loquela, quod per linguam scientia mundanorum addiscitur.

Fortitudo datur per quam tẽtationes aduersas, & repellere, & patiualeamus. Et hæc pro manibus, & brachijs.

Pietas datur pro pedibus, quę ad ministrandum proximo nos impellit, & quasi Martham huc, & illuc discurrentes adducit.

Timor datur, ut semper uereamur patrem nostrum, nullaque in re illius uoluntatem turbare parati simus. Et hic timor datus est loco conseruationis nostræ, ut quemadmodum timemus ea, quæ ad ruinam nostram spectant, ita & timeamus ea committere, quæ Deus omnipotens ipse nolit.

Sed sunt, & alia dona, quæ quoniam utile est sciri, & his sunt alligata, & illius ipsius Spiritus sancti dona, est.

Charitas proximi quam Spiritus sanc. nobis impertit ꝑ sãguine sine quo uita stare nô põt, ita uita spũalis sine ꝓximi charitate stari nequit.

Et Charitas qua Deũ diligimus, quæ est summa oĩum uirtutum, & donorũ, & datur nobis pro aĩa ipsa, ita ꝙ sicut sine corpore, & aĩa rõnali homo esse non põt, ita & homo Christianus sine ista charitate nullo mõdo põt uiuere, neque charitas proximi, & Dei sunt duo dona, uel duę charitates, sed una tm̃ licet eius effectus sint diuersi, ut hæc dona supra dicta significo.

Ephraim, cui benedixit Iacob cum manu dextera, licet Manasses esset primogenitus, ad quẽ ut uolebat Ioseph eorum pater attinebant primogenita. Sed mistice factum fuit nam Iacob sign. personam Dei Patris, Ioseph sign. personam Spiritus sancti, & Manasses sign. personã filij prout homo, non prout erat Deus. Et Ephraim sign. Dona Spiritus sancti. Natus est enim primo Manasses, qui interpretatur obliuio, ꝙ sig. D. N. I. nasciturum secundum carnẽ & doctorum electos tradere obliuioni legem Moysis. Natus est postea Ephraim, q interpretatur fructificatio, ꝙ sign. Spiritus sancti dona Ecclesiæ concedenda post D. N. I. ascensionẽ, per quæ fructus institiæ Deo redderentur accepti iam per mortem filij sui humano genere conciliato, tu autem aduerte, quod D. N. I. quẽ sig. Manasses primogenitus Ioseph, quasi fuit positus ad dexteram patris, Ecclesia uero quã sign. ephraim quasi fuit posita ad sinistram, q filius Dei prædicauit populo Iudæo, qui erat quasi a dextris Dei, & Ecclesia primitiua ꝑdicauit populo gentili, qui erat a sinistris, sed populus Iudæus qui erat a dextris, factus est sub manu sinistra, & gentilis, qui erat sinister, factus est sub dextera, datis illi primogenitis, quæ Iudæus amisit.

46 Spiritus Dominus in alicuius natiuitate si fuerit aliquis ex planetis superioribus, & fuerit oriẽtalis à sole in eius fortitudine magna, significat natũ habiturũ animam sublimẽ, & Vigorosam in intellectu, & scientia plenam. Abrahamus Auenar. in ratione primæ domus, & Iunctinus fol. 45.

47 Spiritus Dominus in alicuius natiuitatẽ si fuerit occidentalis, & fuerit unus superiorum, sign. natum habiturum animam infimam, & cuius operationes omnes nugatione falsificabuntur. Auenaris in ratione primæ domus, & Iunctinus fol. 54.

48 Spiritus Dominus in alicuius natiuitate si fuerit combustus, sig. natum futurum omnibus diebus in timore, & dubitatione atque ira. Auenaris ut sup.

1 SPITHAMA sign. Dei potentiam, iuxta illud Esaiæ, quis mensus est pugillo aquas, & cęlum palma ponderauit. Valer. f. 264.

2 Spithama sign. vitæ breuitatem, quod Spithama breue spacium occupet, quantum enim ab extremo pollice ad extremum auriculare intercipitur spatij si manus extendatur, Spithama est.

1 SPLEN humani corporis sign. fiscum, nam si splen crescat, reliqua corporis membra tabescunt, & quo magis ille augetur, eo magis illa decrescunt ita quo magis fisci pecunia augetur eo pauperiores fiunt subditi. Alciatus Emble. 146.

2 Splendor & fulgur in sacris litteris sunt Synonima. Gonsch. lib. 1. Elocut. sacr.

1 SPODIVM apud chimistas sig. Cinerem auri. Ioannes Garlandius.

1 SPOLIA congreganda iuxta illud Isaj. cap. 33. sign. Assirios oĩa deprædari sed paulò post ab Angelo frãgẽdos, & eorũ spolia a populo Dei habenda, quod omne sign. malas potestates ꝑ Chr. D. N. aduentum omni potestate priuari iuxta illud ps. 67. Ascendisti in altum adduxisti captiuitatem, & dedisti dona hominibus. Franciscus Georgius problemate 167. tom. 3.

2 Spolia & arma uaria sign. victoriam de germanis

nis. Erizzus fol. quingẽtesimo trigesimoprimo.

2 Spoliare, deuorare, bibere, & potare in sacris literis sunt synonima. Gouschelius libro primo elocut. sacr.

1 SPONGIA, sig. hominẽ naturæ bibacioris, causa patet. Valer. fol. 217.

2 Spongia sign. abolitionem propter Augusti responsum de Aiace sua Tragædia, quam aboleuerat, dixit enim Aiacem suum in spongiam incubuisse. Valer. fol. 217.

3 Spongia sign. mollitiem, quòd sit admodum illa mollis. Valer. fol. 217.

4 Spongia se serctrahens à manibus piscatorum, sign. iniuriam omnibus grauem esse. Sambucus. fol. 85.

5 Spongia, quæ imbibit humorem, in quem immittitur, & postmodum expresso, eundem reddit, signific. auctoritates diuersas in vnum collectas ad sensum aliquem eliciendum. D. August. in D. Ioan. tract. 119.

6 Spongia sign. cor, & infidelitatem Iudæorum, quod quodam modo cauernosis, atque tortuosis latibulis est fraudulentum. Euch. for. Spirituali 8.

1 SPONSA deducta ad maritum noctu, sign. illam in tenebris habere minus pudoris in congressu. Cartar. fol. 187.

2 Sponsa deducta ad maritum in lectica attracta, vel à mulis, vel à bobus. Si à mulis signif. eam eo temporis vsque sterilem fuisse ab inde vero fęcundam fore: si à bobus, sign. eam futuram mariti familiæ vtilem, vt sunt generi humano boues, vt ego existimo.

3 Sponsæ quinque pueros præcedere cum quinque facibus, signific. sponsam futuram fęcundam, & daturam in lucem prolem pleno partu, qui potest esse, ut credebant vsque ad quinque, uel sign. pacem futuram inter sponsum, & spõsam propter quinarij virtutem, est enim primus numerus constans ex impari, & pari impar sign. marem, & par sign. fœminam. Et coniugium faciẽ mari, & fœmina vnum, sicut tres, & duo faciunt vnum quinarium, ut ego existimo, vel ut alij, quòd numerus impar non potest diuidi in partes pares, quin sit medius per quem in vnionem venire partes possint, quòd numerus par sign. inimicitias, & discordias, & ideo est sacer Deis inferis. Et impar sign. concordiam, & pacem, & ideo est sacer Deis cœlestibus. Qui sunt datores pacis. Cartar. fol. 188.

4 Sponsę pręponi ignem, & aquam sign. calorem, & humiditatem ad procreandum necessarias, uel sign. in matrimonio omnia debere esse & purgata, & nitida tamquàm ab igne, & aqua probata. Cartar. fol. 188.

5 Sponsam ferre colum, & fusum, sign. exercitiũ, quo sponsa in mariti domo uti debebat. Cartar. fol. 188. uel signifi. memoriam Tanaquilis uxoris Tarquinij probatissimę. Cart. fol. 196.

6 Sponsam transire super pellem ouis cum lana, sign. ut ego arbitror; eam debere omnia, sicut oues tolerant ferre, licet qua uis iniuria afficiatur immerito. Cart. fol. 188. uel sign. officium, quod sponsa facere debet, idest lanam nere. Cart. fol. 195. Vide sponsa 40.

7 Sponsam, inuocare cornicem, sign. eos desiderare inter se concordiam talem, qualem cornices inter marem, & fœminam habent. Cartar. fol. 193.

8 Sponsam, & sponsum inuocare Himeneum. sig. eos desiderare inter se fęlicem successum sicuti habuit himeneus. Cart. fol. 193.

9 Sponsam, & sponsum inuocare Talassionem, sign. apud Romanos sicut apud Græcos inuocare Himeneum. Cartar. fol. 195. uel sign. officiũ, qđ spõsa uti dẽbat, ꝙ Talassio erat calatus, in quo lana fusus, & filia tenebant. Car. f. 195.

10 Spõsum dicere vbi tu es Caius ego sũ Caia, sig. ambos æque Dños in domo futuros. Cart. fol. 195. uel sign. memoriã Tanaquilis uxoris Tarquinij prisci, quæ fuit matrona probatissima, quæ dicebatur Caia Cęcilia. Vide caius, caia.

11 Sponsam gerere fasciam laneam super interulã cinctam, & nodo Herculeo annexã, & à spõso prima nocte solutam, sign. sponsam optare eã fęcunditatem in filijs, quam habuit Hercules. Cart. fol. 196. & Alex. in Genial. lib. 2. cap. 5.

12 Sponsam, & sponsum uocare Deam uirginensem cum se ad delibandum sponsę uirginitatẽ uti accingebãt, sig. Deam illam habere curã, ut uirginitas eo usque seruari permissa libenter et facilè spõsę à spõso arriperet. Cart. f. 196.

13 Sponsæ domum augi fascijs, uel filis laneis, & cardines ungi pingui porci, & Hirci, sign. illud esse remedium contra fascinationes, & maleficia, quæ nouellis sponsis ne coeant fieri solita. sunt. Cartar. fol. 197.

14 In Sponsæ domo nuces à marito spargi, sign. illud esse remedium contra maleficia, si rumor cardinis in aperiendo, uel claudendo hostiũ audiretur. Sed immodo strepitus nucũ, & clamor puerorũ sentiretur. Vel sig. illum strepitũ efficere ne audiret sponsa ingemiscere, dũ à spõso premeretur, uel signif. sponsum iam deponere puerilia, uel sig. eos optare Iouem fautorẽ, cui nuces Iuglandes erant sacrę. Cart. fol. 198. uel sig. fętum in sponsa, ita muniendũ, sicut & in nucibus, quæ duplici operimento nucleos tegunt. Alexand. Genial. lib. 2. cap. 5.

15 Sponsam ferre super caput uelum croceũ, quo tegebat sibi faciẽ, sign. pudorẽ, quẽ ob amissam uirginitatem habere dẽnt nouę nuptę, uel sig. illud matrimoniũ non dirrimendũ, ꝙ eo velo uterentur uxores sacerdotum, quibus nõ erat licitum mulieres repudiare. Cartar. fol. 198. Vide Alexand. de Genial. lib. 2. cap. 5.

16 Sponsam suscipi è uino in nuptijs in ueste Ianthina siue uiolacea, sig. omen Herculis: nam in ea ueste Hercules duxit uxorem Alciopi filiã. Giraldus in Hercule. fol. 64.

17 Sponsum lauisse sibi pedes, ut est Cartar. 5. significat mentem separantem se à carnis familiaritate, & ad superna uolare contendentem, uel significat eum, qui ab actiua uita, quæ terrenis affectibus inficitur se ad contem-

contemplatiuam conuertit. D. August. supra Ioan. tractatu 57. & Lauretus in verbo abluere.

18 Sponsæ occulta, ut est cant. 6. sign. verba Dei in corde, sed opera completa sine inani gloria V. Dei verbo abscondere in sinu. Lauretus in uerbo abscondere.

19 Sponsam affluere delitijs, vt est Cantic. 8. sign. Spiritualium gaudiorum plenitudine abundare Greg. sup. cant. 8. & Lauret. in nerbo abundare.

20 Sponsæ properatio, ut est cantico secundo transitum ad sensum Spiritualem, & mysticum, & abiectionem corporis, & rerum corporalium, & vehemens desiderium ad proficiendum. Lauret. in verbo accelerare.

21 Sponsa quam amici auscultant morantem in horto, ut est cantic. 3. sign. animam, quam Angeli sibi creditam custodiunt, ita ut non solum defendant, & diligant sed omnia, quæ facit tam bona quàm mala Deo referant. F. G. p. 12. to. 5.

22 Sponsæ caput simile carmelo, ut est cant. 7. sign. Christum Dominum, qui est caput Ecclesiæ comparari uero carmelo, sign. illum foris videri despectum licet intus habeat omnes Thesauros sapientiæ, & scientiæ Dei: nam Carmal. in eo loco non mons est, sed vermis, ex quo elicitur color coccineus. Iuxta illud secundi libri Paralipom. cap. 3. Salomon fecit uelum in templo ex Hyacinto purpura Carmel. & bisso. F. G. p. 43. to. 5.

23 Sponsæ dentes comparati gregibus tonsarum ascendentibus de Lauacro. cant. 4. sig. uirtutes in dies acquisitas corũ, qui ascenderũt de Lauacro baptismi, & lacrimarum, quæ virtutes debent esse sicuti oues simplices, & tonsæ uidelicet a tẽporalibus penitus amotæ, & lotæ in lauacro baptismi & penitentiæ. Fran. Geor. p. 46. to. 5.

24 Sponsæ nasus comparatus Turri Libani contra Damascum respicienti, ut est cant. 7. sig. Spiritum Ecclesiæ vehementem esse contra mundum carnem, & diabolum. nam nasus sign. Spiritum. Libanus sig. munditiam cordis, respicere contra Damascum, sign. excandescere contra prædicta, quæ sign. Damascus. F. G. p. 49. tom. 5.

25 sponsę labia coccinea, & Eloquium dulce, ut est cantic. cap. 4. sign. secundum Hebræos, qui per sponsam intelligunt legem, verba legis amore & charitate succensa si uero secũdum nostros exponemus, sign. primos Apostolos, & martyres, qui pro Ecclesia rubei facti, & sanguine & charitate, & eorum eloquium omnibus fuit dulce audientibus nuncium bonum salutis humanæ. F. G. p. 50. to. 5.

26 Sponsæ collum assimilatum Turri Dauid, quæ fuit cum propugnaculis constructa, sig. B. Virginem, in Ecclesia cum Apostolis, & martiribus circum circa constructis, caput enim Chr. D. N. est, & uirgo collum per quod omnes gratiæ, a capite deriuant in totum corpus. F. Georg. problem. 51. to. 5.

27 In Sponsæ collo esse omnem armaturam fortiũ sign. in lege esse omnia remedia contra diabolum carnem, & mundum, vel sig. in B. Virgine esse omne refugium, & defensionem contra hostes nostros. F. G. p. 52. to. 5.

28 Sponsę vbera comparata duobus hinnulis capreæ gemellis, sign. duo loca in archetipo, quæ alio nomine dicuntur tertium cœlum, & dicũtur duo ubera, quia inde propinatur nobis lac uerę sapientiæ. uocantur hinnuli caprearum atque ceruorum, quia illa animalia in lege sunt mundissima, & dicuntur hinnuli respectu superiorum mansionum quintæ, & sextæ vbi sunt tribunalia Dei iustitiæ atque pietatis, quorum respectu loca inferiora dicuntur hinnuli & dicuntur gemelli, quia pariter influunt, & uocantur confessio, & decor. F. G. p. 54. tom. 5.

29 Sponsæ ubera comparata botris vuæ in cantic. 7. sign. in lege contineri sapientiam rerum diuinarum, quam sig. lac proueniens ab uberibus, & sapientiam rerum mundanarum quam sig. uinum proueniens a botris uuæ. Idem exprimitur penè in Euangelio per simplicitatem columbæ, & per prudentiam serpentis, colũba, & lac sig. sapientiam diuinam, & serpens, & vinum significat sapientiam mundanam. F. G. 55. to. 5.

30 Sponsę uenter comparatus aceruo tritici uallato Lilijs vel rosis sign. legem nobis præbuisse illum panem, de quo scriptum est, cibauit illum pane uitæ, & intellectus, vel sign. Euangelium nobis præbuisse illum panem, qui de cœlo descendit. F. G. p. 56. to. 5.

31 Sponsæ pallium a vigilibus tolli, ut est cantic. 5. sig. ueterem hominem ab anima auferri a prædicatoribus. Lauret. in uerbo accipere, vel tolli ab anima prudẽtiam carnis vel philosophiam aut actiones corporales, vel sign. conscientiam mundare.

32 Sponsæ capitis frontem, & comam discriminari hasta celibari, quæ in corpore mortui stetisset, sig. sponsam augurari, ut pareret filios fortes, uel sig. sponsam fatere se subditam disciplinæ mariti. Alexand. ab Alex. lib. 2. cap. 5.

33 Sponsam velari caput velo flammeo, sign. sponsam pudere violati pudoris, nam eo velo vtebantur matronæ spectatæ pudicitiæ, vel ut supra dictum est, sig. sponsam optare ne unq̃ a uiro fieret dissidium, quod eo velo vtebatur flaminica, cum qua non licebat flamini repudium facere. Alexander ab Alex. lib. 2. cap. quinto.

34 Sponsam vocari Caiam, & sponsum Caium. sig. augurari, ut ambo fierent felices, quales fuere Tanaquil, & Tarquinius, qui Rom. Regnum adepti sunt Alexandr. lib. Geneal. 2. capitu. 5.

35 Sponsam & sponsum iussos tangere Ignem, & aquam in limine positam, significant sponsum, & sponsam eo fœdere inexplicapili uinculo, & mutuo nexu fore copulatos,

Oo 2 Hæc

hæc enim elementa sunt primæ, quibus uita uictusquæ communis constat, & quibus qui extorres ab hominum cætu futuri sunt, interci legibus solet.

Alexandrinus ut supra.

36 Sponsam & sponsum iugum pariter subire, sig. Iugales æquissimo iure, & concordibus animis inuicem necti, & societatem, & communicationem uitæ communem fore.

37 inter sponsam & sponsum dona dare, & accipere prohibitum esse, sign. non conuenire cooiuges donis potius, quam coniugali amore conciliari.

38 Sponsę a rponso anulum pronubum ferreum, sine gemma dono mitti, sign. sposæ esse imitaodos priscorum parsimoniam, ac mores frugales.

39 Sponsam comptam nuptiali modo sedere in pelle lanata, & eandem sub pedibus habere, sign. sponsam recordari debere uetustum morem, quo pellibus veteres usi sunt, & non tot, tantisq; vestibus sericeis argēteis aureis, & Gemeis. V. ante sponse. 6.

40 Sponsam profecturam ad maritum solere inuitam e gremio matris a sponso trahi, sign. sponsam non debere non inuitam coire, ubi flos maritalis amittendus esset: vel sign. virginem nisi coactam debere e proprijs laribus egredi Alexandrinus in Genealogia libro secundo capitulo quinto.

41 Sponsa ad Maritum deducta axem currus, in quo ducta fuerat ante fores mariti comburi, sign. sponsæ perpetuo in domo mariti manendum esse, oeque ulla tempestate inde eam esse recessuram.

42 ante Sponsam ferri facem accensam solitum esse, significat coniugium apud priscos non nisi sub noctem, & in tenebris iniri solere.

43 Sponsæ facem sub mariti lectum ponere vel eā in sepulchro comburendam curare, sign. auspicium fędum, & omen exitiale, maximaq; afferre infortunia apud antiquos creditum est.

44 ante Sponsam præcedere puerum obsitum spinis, & glande querna deferentem canistrum panibus onustum, & clamantem, effugi malū; & inueni bonum, sig. Sponsam post frugalea mores, re & honoribus auctiorem factam esse. Alexandrinus Genial. libro secundo capitulo quinto.

45 Sponsæ dari clauem ea die qua in uiri domo libertatem auspicabatur, sign. partus facilitatem sponsæ auspiciari.

46 Sponsam in primis diebus mittere acceptum mutuo ab socru sua ollam, quam illa asperius abneget, signific. nouam nuptam debere assuescere se ad ferenda iurgia superiorum in domo.

47 Sponsæ faces fieri ex spino alba cum ad lectum genialem ducerentur, signific. sposæ augurari felicitatem quam babuerant Sabinæ a Romanis raptæ, quæ dum raperentur pastores ex spino alba faces fecere, & accensas prætulere. Alexandr. Genial. libro secundo, capitulo quioto.

48 Sponsa, vt est Isa. 61. sign. hominem imperfectum in Ecclesia, sicuti sponsus sign. hominem perfectum. D. hieronymus Isa. 61.

49 Sponsa agni, vt est Apocal. 21. sign. Ecclesiam. Titelmanus in Cantic. cap. 1.

50 Sponsam velari, sign. sub viri potestatem se subditam fateri: hoc enim fecit Rebecca videns Isaac, quæ faciem velauit. D. Isidorus, & Durandus lib. 1. cap. 9.

51 Sponsam, & sponsum apud Christianos alias post benedictionem vitta candida purpureo colore distincta inuicem vno vinculo copulari solere, sign. compagem, & fidem vnitatis coniugalis non esse disrumpendam. Color candidus in vitta sign. candorem, & munditiam vitę: color uero purpureus in eadem vitta, sign. posteritatis sanguinem, quem tempore idoneo procurare deberent reddentes inuicem debitum. Durand. lib. 1. cap. 9.

52 Sponsæ à sponso anulum dari, & in digito ab auriculari secundo, sign. mutuæ dilectionis esse pignus, quod corda inuicem copulantur, in eo enim digito est neruulus circumuolutus in eo loco, ubi manet anulus, qui neruus tendit ad cor, secundum aliquos est vena. Durand. vt supra.

53 Sponsę dari anulum ferreum cum gemma adamante à Promotheo institutum; sign. amorē inter coniuges debere omnia vincere, & à re nulla superari, ferreum enim omnia domat, & adamas à nullo superatur. Sequentibus vero sæculis pro ferreo, anulus aureus datur, & pro adamante gemma insignitur. Quod signific. sicut aurum cætera metalla, sic coniugalem amorem cætera bona superare, & sicut gemma exornat aurum, sic amorem coniugum cæteris virtutibus exornari. Durandus, vt supra.

54 Sponsam apprehendere sponsum, ut est Cantic. 8. signific. animam inhærere amore uerbo Dei, & percipere eius mysteria, quæ in scripturis habentur. Lauret. in uerbo apprehendere.

55 Sponsam intueri, aut Sunamitidem, ut est Cantic. 6. signific. contemplari synagogam in fine mundi fidem amplectentem. Hoc idem sign. Balaam intuentis extremam partem populi Israel, ut est numero uigesimosecundo. D. Gregor. in Cantic. 6.

56 Sponsæ vocem audire, ut est Canticor. 8. sign. prædicationem percipere. Idem signific. audire uocem buccinæ. D. Gregor. in Cantic. 8.

57 Sponsam præcipi auertere oculos à sponso, ut est Caotic. 6. signific. animæ uetitum esse arbitrari se adhuc intueri sponsum sicuti est, significat, quòd anima reuertatur ad se, & cognoscat incomprehensibilem sibi esse Deum, nec nisi per eius gratiam habere, quod habet D. Gregor. in Cantic. 6. & Rupert. in Cantic. 6.

58 Sponsæ

58 Sponsæ pallium a custodibus tolli, ut est cantic. 5. sign. animam mundare a terrenis. D.Greg. in cant. 5.

59 Sponsi crura esse duas columnas marmoreas super aureis basibus fundatas, ut est cantic. 5. signific. Christi D.N. Ecclesiæ sponsi stabilitatem vest enim lapis ille angularis. bases uero aureæ sign. charitatem qua ipse dilexit nos, & quam ille noluit nos inter nos habere. F.G. probl. 48. to. 5.

60 Sponsus creatus ad sonum cimbali. Iuxta illud Cirilli: Veh sponso glorioso creato ad sonum cimbali. significat Pastorem Ecclesiæ quendam, qui omnia erat facturus propter pecuniam. Abbas Ioachim in Cirillum. & Theolosphorus f. 11.

61 Sponsi ianuam ornari, & uittis laneis, & Lauro multa coronari, & a noua sponsa tangi, & oleo, & adipe suillo, vel lupino inungi, & felle nigri canis domum sufferi, & eius genitale sub limine defodi. apud antiquos significat amuletum contra maleficia, quæ fieri solent in nuptijs. Alexandr. Genial. libro secundo cap. 5.

62 In Sponsi foribus Villarum. Lupi rostrum affigi solitum. significat in domo nihil deperire uel in eam malam fascinationem non irrepere: habebatur enim pro amuleto. Alij vero affigebant stellam marinam vulpino sanguine illitam. nequid periculo foret aut noxæ.
Alexan. ut sup.

63 Sponsus iuxta illud, uenerunt obuiam sponso. significat Christum Dominum. D. August. libr. 83. quæstion. & sponsua significat verbum, Dei sicuti sponsa significat carnem a uerbo assumptam: & Thalamus sponsi significat Beatissimę matris uterum. Diu. August. psal. 90. sponsus est uerbum, & sponsa est caro humana, & utrunque est unus filius Dei, & idem filius hominis.

64 Sponsi verba, ut est Cantic. capit. primo. significat Dei ipsam misericordem liberalitatem, & amicabilem beneficentiam, qua Ecclesiam prosequitur. Quæ duo vbera a Zacharia appellantur viscera misericordiæ.
Titelmanus in Cantic. cap. 1. vide misericordiæ viscera.

65 Sponsi vnguenta post quæ sponsa currit. ut est Cantic. capitulo primo, & si in Testu Hebręo non sint illa uerba. significat Christi Domini plurima, & maxima beneficia, quibus Ecclesia maxime recreatur, & mirifice reficitur, & oblectatur. Titelm. in Cantic. capitulo primo. vel significat Christi Domini virtutes, quibus factus est nobis Sapientia, Iustitia, Sanctificatio, & Redemptio. D. Bern. in Cantic. Serm. 22.

66 Sponsum esse totum desiderabilem, ut est cantic. quinto, significat Christum Dominum quanto magis de eo habetur, tanto magis desiderari.
Diuus Gregor. supra Cantic. 5.

67 Sponsum apprehendisse fructus palmæ, vt est Canticis. 7. sign. Christum D. in cruce inuenisse fructus uitæ, & apprehendisse, & nobis tribuisse. D.Greg. Cant. 7.

68 Sponsus prospiciens per fenestras, ut est cantic. 2. signifi. Christum Dominum illuminantem per sensus, ut per sensibilia veniamus in notitiam spiritualium. vel sig. Christum Dominũ manifestantem se in carne paulatim per mystęria prophetarum, quæ ipse declarauit: nam tũc partim se abscondebat, & partim per miracula se demonstrabat. Origen. in cant. hom. 2. & 3. D. Ambr. de Isaac. 4. D. Greg. in cant. 2, & D. Bern. in cant. serm. 57.

69 Sponsum auferri, ut est Matth. 9. sign. Christũ per peccatum ab anima amoueri. Lauretus in uerbo auferre.

70 Sponsi vbera esse meliora quam uinum, ut est cant. 1. sign. Christi Domini doctrinam esse meliorem, quàm doctrina fuerit veteris testamenti. Vel sign. amorem Dei & proximi meliorem esse, quàm curam rerum temporalium. Origenes in cant. hom. 1. D. Greg. in cantic. primo.

71 Sponsi crura, ut est cant. 5. sign. Apostolos, per quos sponsus uniuersum mundum circuiuit, & fidem eis prædicantibus sparsit. D.Greg. in Cantic. 5.

1 SPORTA spicis tritici plena signific. Africam.
Erizzus fol. 350

2 Sportę septem fragmentorum, ut est apud Matth. capitulo quintodecimo sign. septem dona Spiritus sancti exuberantia super septem panes, qui sign. summam Spiritualium perfectionem. Vnde non dicuntur hordeacei.
Petrus Bongus capitulo de septenar. folio 201.

Spuma maris. V. Alfronitum. 1.

1 SPVERE in faciem, ut est Numer. 12. signific. contemnere, & detrahere.
Gouschelius libro tertio Elocution sacrarum scripturarum.

1 SQVAMAE, quę ceciderunt de oculis D. Pauli, sign. criminum, & peccatorum sordes, Christi Domini venia, & Ananiæ prædicatione ex Diui Pauli anima depulsas. Iulius Iacobonius in appendice de prisca Cæliorum gẽte cap. 14. V. Pilei squamosi.

2 Squamas ab oculis D. Pauli cecidisse, ut est Actor. 9. sign. defensiones, quibus contra lucem ueritatis tegebatur D. Paulus, iã cessasse Diuus Gregorius trigesimotertio mor. trigesimoprimo.

1 SQVATINA sign. fabrum lignarium, quòd illius cutis sit tam aspera, & scabra, ut ebur, & ligna ea poliantur, & in eius capite sint ossa ad similitudinem omnium penè instrumentorum fabrilium.
Valer. fol. 216.

1 STABILIMENTVM rei cuiuspiam firmum.
V, Anchora. 12.

2 Stabilitatis seu durationis pars, si fuerit libera

abInfortunijs sign. natum futurum compositę formę, & eius corpus sine maculis, & sanum & bonæ complexionis Abenragel. part. 4. cap. 10. & Iunctinus libro de Iudicijs natiuit. capitulo secundo.

1 STABVLVM Augiæ in porta lunæ sub antro in tertio gradu theatri Iulij Camilli sign. mundi huius immundicies. Iulius Camillus fol. 87.

2 Stabulum Augiæ sub pasiphse in porta lunæ, in quinto gradu theatri Iulij Camilli sign. corporis spurficiem, & illius excrementa. Iulius Camillus fol. 129.

3 Stabulum Augiæ in porta lunæ sub Talaribus in sexto gradu theatri Iulij Camilli signific. inficere polluere & maculare. Iulius Camillus fol. 138.

1 STAGNA arefacta a Deo, ut est Isai. 42. sign. Doctrinam ablatam a Deo Iudæis. Glo. inter linear. Isai. 42.

1 STADIA 60. quæ sunt a Hierusalem in Emaus quò ibant illi duo discipuli quibus D. N. I. in peregrini forma apparuit. signific. sexaginta generationes quibus peractis cognitio ueritatis aperietur populo Hebræo, & populo Græco, quos populos sign. illi duo discipuli. sexaginta generationes conficientur anno a natiuitate D. N. I. 1800. post quem annum tunc Iudæi conuertentur ad fidem catholicam unà cum Grecis & Hæreticis V. Discipuli secundo.
Ioachim Aeocallp. fol. 95.

2 Stadia duodecim millia in circuitu Hierusalem, sign. 12. Sanctorum turmas ex quibus confecti sunt muri Santissimæ illius ciuitatis cælestis, quæ habet in muris centumquadragintaquatuor millia cubitorum, qui sign. centum quadraginta quatuor millia signatos ita ut singuli cubiti singula millenaria sig. Ioach. Apo. fol. 218.

1 STAMEN apud Orpheum sig. sulcum, sicuti filum sig. semen. Clemens Alexandr. lib. 5. stro. fol. 265. V. στημων

1 STANNVM auferri a Deo ab Hierusalem, ut est Isai. 2. sig. Deum desinere castigare animam in hac vita, & idem signific. a Deo Zelum auferri ab Hierusalem, ut est Ezech. 16. D. Hieron. Ezech. 16.

1 STARE & perseuerare in sacris litteris sunt Synonima.
Gouschel. lib. 1. Elocut. 1.

2 Stare ut est Ioannis. 8. & in ueritate non stetit, signific. permanere in gratia quam acceperat. Gousch. lib. 2.

3 Stare adextris, ut est Zachar. 3. & aduersarius stabat ad dexteram eius, & psal. 108. & diabolus stet adextris, signific. potenter accusare. Gousch. lib. 3. Elocut.

1 STATERES septem, & argenteos decem appensos a Hieremia pro agro, ut est Hierem 32. sign. decalogi impletionem, & consiliorum perfectionem per septiformem gratiam Spiritus S. pro agro disciplinæ cælestis Liran. in Hie rem. 32.

2 Statera sign. mediocritatem, siue illud optimus in rebus modus est, Cleobuli dectum: examen enim bilancis nisi rectus, & medius existat pondera inequalia sunt.
Alciatus Emblem. 186.

3 Stateram ne transilias. Symbolum pythagoricũ, sig. iuste agere, & præferre æqualitatem, & mediocritatem, & Iustitiam esse omnium uirtutũ perfectissimam. Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythagoricis. fol. 47.

4 Statera apud Pythagoreos sig. Institiam. Vnde illud neque sal neque statera intrant uiam publicam, quod sign. neque moderamen neque iustitiam sequi vulgi errores, uia publica sign. vulgi errores. Paulus Scaliger lib. Epistemonis 4. & statera sign. iustitiam, & ut est Hose. 12. Chanaam in manu eius statera dolosa, ubi statera sig. iustitiam. Gousch. lib. 2. Elocution. sacr.

5 Statera ut est Iob. 6. vtinam appenderentur peccata mea in statera, signific. Christum D. qui ad pensandum uitæ nostræ meritum venit, ac secum iustititiam simul, & misericordiam detulit. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacr.
D. Gregorius moral. lib. 7. cap. 2. in 6. Iob. & mor. 21. cap. 2.

6 In Statera appendi peccata nostra sign. peccata nostra comparari meritis passionis Christi. Lauret. in uerbo appendere.

7 In Statera iuste Deum appendere, ut est Iob. 31. sign. Deum pro peccatis nostris acceptare merita Christi, vel sig. Deum nos ad Christi ui2 exempla prouocare. Lauretus in uerbo abpendere.

8 Statera iuxta illud Mosis non erit in tuo marsupio statera magna vel parua, sed statera uera, & æqua, signific. Deum, qui est statera uera & æqua & mensura, & numerus omnium rerum.

9 Stateram non transilias Symbolum Pythagor. signifi. æqualitatem non prætergrediendam esse, quæ uersatur in distributionibus Clemens Alexandrinus stromatum libro quinto fol. 260.

10 Statera in qua appensum fuit Regnum Balthassaris, ut est Danielis cap. 5. signifi. uerbum Dei, quod ponderat omnium hominum opera omnia. Rupertus lib. 7. cap. 8. de victoria uerbi Dei.

1 STATVAE 360. quæ apud Græcos in honorem Demetrij Phalerei erectæ fuerant, sig. annum, qui ut Plinius ait non excedebat eo tempore illum numerum dierum. Gousch. lib. de annis, & mensibus.

2 Statua quam uidit Nabuchdonosor, cuius caput erat aureum, & sign. Christianos, & Religiosos, qui in initio sunt feruentes in caritate & deueniunt ratione ad bene operandum quod sig. pectus argenteum, sed paulatim delabuntur in Hipochrisim qđ sig venter æneus, postea uero fiũt deo pmitẽte crudeles, & hoc sig crura ferrea. postremo fiunt ut testa fragilis quod

quod sig. pedes terrei Franc. Geor. Prob. 286. tom. 3.

2 Statua dissolutionis de qua Daniel cap. 9. sign. Antichristum ipsum, quem D.N.I. vocat abominationem dissolutionis. Franc. Geor. Prob. 489. tom. 3.

3 Statuas ligare. Quod fiebat de statuis à Dedalo fabrifactis, sign. opus esse perfectum, atque pulcherrimum, vt erant statuæ Dedali. Valer. fol. 357.

4 Statua Nabuchodonosor, sign. imperia mundi. Caput aureum sign. Assirium, Brachia sign. duos Reges, qui illud Imperium erant euersuri, Arsacem, scilicet & Cirum, venter, & fœmora sign. Alexandrum. pedes ferrei sig. Romanos. Valer. fol. 362.

5 Statuæ Heroum maiores solito fieri solitæ sign. Quo maiores essent illum dignũ maiori quoque honore habendum, cuius erant. Valer. fol. 366.

6 Statua Nabuchodonosor, sign. omnia Regna mundi, quæ reducentur ad nihilum in fine secundi status. Ioach. introductor, in Apoch. fol. 24.

7 In Statua illa aurum, argentum, & æs semel posita, sign. Regna demonstrata per illa metalla futura simplicia, sed ferrum bis positum in statua sign. Regnum demonstratum in ferro futurum duplex unum primum, & ex eo alterum, primum sign. Regnum Sarracenorum, & secundum Regnum Turchorum, in quo mixtum erat lutum. Sed aduertendum, quod Regnum Sarracenorum floruit sub Quarto Tempore, & sub Quarto Angelo, & Regnum Turchorum debet florere in fine Quinti, & in Sexto Tempore, sub Quinto, & Sexto Angelo, de quibus in Apocalypsi. Ioach. in Apocalyp. fol. 135.

8 In Statua illa digiti pedum ferrei, & testei ferrei, sign. Regnum Romanorum, & testei sign. Regnum Iudæorum, quæ duo Regna iuncta sunt, quando Romani eripuerunt Iudæos de manibus Græcorum, quando fœdus scilicet initum est cum Machabæis. lapis uero qui contriuit utrunque pedem, & digitos, sign. Regnum Christi Domini, quod debellaturum erat, & sibi submissurum, & Regnum Romanum, & Iudaicum, quod tamen ad nihilum, & in puluerem redigendum erat. Galatinus libro 4. cap. 25.

9 Statuæ Nabuchodonosoris pedes fuisse partim ferreos, & partim terreos, sign. Monarchiam Romanorum habituram fuisse duo Imperia, quorum vnum Orientale scilicet fuisset futurum integrum, & floridum, & alterum Occidentale frangendum sæpius, & miscendum cum Regnis Cretaceis, nam Gotthi, Franchi, Vandali, Alani, Heruli, Turingi, Longobardi, & Vnni sæpe cum Imperio regnarunt, sed tandem, ut terrei contriti sunt, pars enim terrea pedum statuæ significat illius modi Regna, & gentes, quæ vt plurimum fuerunt infideles, &c.

Louisinus in Esdram. folio nonagesimo.

10 Statuas multas, & multa ædificia fulmine tacta, & in Iouis lectisternio statuarum capita Deorum se vertisse, & Iouis uestis lanea, & alia indumenta humi prostrata fuisse, mures arrosisse oliuas in mensa templi, anno ab urbe condita 575. ante Christum Dominum 177. signific. Romanis rem eo anno bene successuram: nam triumphatum est de Cellibetis, & in reliqua Hispania omnia prospere acta, & cum Liguribus utiliter pugnatum. Iulius Obseq. prop. 61.

11 Statua saltatorio gestu posito ritu Barbarico ornata, digitis supra caput ueluti argutum aliquid crepitantibus, signific. lasciuas mollities, & eneruatæ nequitiæ delitias.

Valerianus folio ducentesimo quinquagesimo nono.

12 Statua quædam posita supra columnam, in cuius faciem Sol uideatur radios immitere, sign. Memnonis simulachrum in Aethiopia. Et significat aduocatos auaros, qui non loquuntur nisi aureorum splendor in oculos effulserit. Memnonis enim statua ita fabrefacta erat, ut cum Sol in eius os radios collimaret, emitteret uocem quandam. Costalius pigmate undecimo.

13 Statua ornata aristis, & tenens in dextera papauer in sinistra uas uino plenum, apud Romanos signific. bonum euentum. Aristæ, & uinum, ut reor. signific. uictum, papauer uero signific. populi multitudinem, & sobolis progeniem, uel signific. cessationem à molestijs, dormire enim facit. Costalius pegmate centesimo tertio.

14 Statuas multas, & imagines è cœlo cecidisse, æthnam montem solito ignes maiores euomuisse, anno ab urbe condita 614. ante Christum Dominum 138. signific. annum pacificum deuicto Viriato.

Iulius obseq. prod. 82.

15 Statua quadam puerum natum cum quatuor pedibus quatuor manibus, quatuor oculis, & quatuor auribus, & duplici genitali membro, & Regium urbem totam penè arsisse nulla hominum fraude, in balneis puteolanis riuos sanguinis cucurisse, et ædificia multa fulmine deiecta, anno ab urbe condita 618. ante Christum Dominum 134. signific. Romanorum exercitium ab Acheis delendum fuisse.

Iulius Obsequens prodig. octuagesimo quarto.

16 Statuas fieri magnitudine diuersa, signific. diuersitatem honorum meritorum, & dignitatum eorum, quibus fiebant, uel ad quorum gratiam erigebantur.

Thomas Porcacchius in funerabilibus. folio quinquagesimo.

17 Statuæ absque manibus apud Thebanos, significat Iudices debere esse sine manibus ad accipienda munera. Valerianus folio ducentesimo quinquagesimo quinto.

18 Statua principis, quæ habebat oculos auersos a subiugantibus, sign. iustitiam a donis alienam esse debere, neque respicere ad munera subditorum.

19 Statuas Deis non ex auro argento,&c. apud Platonem faciendas. Vide aurum, argentum ebur. &

1 ad STATERAM suã neminem adiicere posse, ut est Lucæ 12. sign. neminem sine speciali Dei auxilio posse profectum addere in uita spirituali. Lauretus in uerbo addere.

2 Status apud Philosophos sign. v. idem.

3 Status cum manibus in cœlum sublatis sign. inconuertibilis mentis indicium ac sese Deo applicantis, qui nulls præditus vacillitate, stabilis firmusque permanens author est, ut cuncta moueantur. Valerianus folio quadragesimo sexto.

4 Status tres scilicet coniugatorum, qui incœpit ab Adam, & fructificauit in Iacob, & finiuit in Domino nostro Iesu Christo, & clericorum, qui incepit ab Ozia, siue Heliseo fructificauit in D.N.I. & finiuit in tẽpore Diui Benedicti, siue in generatione 42. a natiuitate Domini nostri Iesu Christi. Tertius status, Monachorum qui incœpit secũdum aliquos ab Heliseo & secundũ aliquos a S. Benedicto, & fructificauit in 22. generatione post Sanctum Benedictum, & finiet eum sæculo mundi, sign. Trinitatem sanctissimam. Status coniugatorum, sig. Deum patrem. Status Clericorum sign. Deum filium, & status Monachorum, signifi. Deum Spiritum Sanctum. & sicut Spiritus Sanctus procedit a patre & a filio, ita status tertius secundum aliquos incipit ab Heliseo, & secundum aliquos a Diuo Benedicto in Ozia, siue in Heliseo, ut ostendatur Spiritus sanctus procedere a Patre, in Diuo Benedicto, ut ostendatur procedere a filio. Ioach. libro secundo Conc. utr. Testam. cap. 4. & 5.

5 Status primi & secundi sunt termini in quadraginta duabus generationibus ommissis 21. generationibus initialibus. & hoc propter numerum senarium, qui sign. labores & operationes & qui attribuitur patri & filio, Pater enim imposuit laborem legis, quia timor est. Filius imposuit laborem disciplinæ, quia sapientia est. Sed terminus tertij status, qui attribuitur Spiritui Sancto, est in quadragesima nona generatione, quod numerus septenarius attribuitur Spiritui sancto, & sign. Iubileum & quietem. & Spiritus Sanctus exhibet libertatem, quia est amor Dei. & ubi est timor, ibi seruitus, vbi magisterium ibi disciplina, & ubi amor ibi libertas. Veruntamen quia una est uoluntas & operatio trium, & a patre data est hominibus libertas, & a filio & Spiritu sancto e diuerso imposita est seruitus bonæ actionis. Ioach. lib. 2. tract, 2. cap. 5.

6 in primi Status quinquagesima generatione datam esse licentiam. Iudæis reædificandi Hierusalem, signifi. quòd in secundi status similiter quinquagesima generatione dabitur fidelibus similis libertas, sed spiritualis, quæ 50. generatio finiuit anno Domini nostri Iesu Christi 1260. incipiunt enim ipsæ quinquaginta generationes ab Abiud filio Zorobabel.

7 Status primus qui claruit sub lege & circuncisione, initiatus est ab Adam. Secundus qui claruit sub Euangelio initiatus est ab Ozia. Tertius quantum datur intelligi ex numero generationum, initiatus est a tempore Sancti Benedicti, cuius præcellens claritas expectanda est circa finem, ex eo uidelicet tempore quo reuelabitur Helias, & incredulus Iudæorum populus conuertetur ad Dominum nostrum Iesum Christum. Ioachim in Apocalypsi folio quinto.

8 Status primus designatus ab exitu Abrahæ de Caldęa, usque ad transitum filiorum Israel maris Rubri. in cuius fine facta est persecutio Aegyptiorum. & sign. quod primus status a Christo Domino nostro erat terminandus sub Tito in persecutione Romanorum.

9 Status secundus designatus a Moyse fugiente in Madian, & Aaron, usque ad transitum Iordanis, sign. quod in populo Christiano. Secundus status terminandus erat sub regibus multis contra populum Christianum auersum, & apostatarum a fide. sicuti post Moysem populus Hebræus a Regibus Cananæorum afflictus est.

10 Status tertius designatus ab exploratoribus missis in Canaam usque ad tempus Iudicum, sign. tertium statum terminandum in populo Christiano sub persecutione Gog, sicuti in populo Hebræo terminatus fuit in persecutione Philistinorum. Abbas Ioachim in Hieremi. fol. 12.

11 Primus status sæculi claruit ab Abraham. Cuius initiatio ab Adam, cuius finis in Christo. Huic statui imposuit finem Anthiocus radix peccati, qui fuit ex Græcis. Ioachim in Apocalypsim. f. 1. & f. 5.

12 Secundus Status claruit a Zacharia patre Ioannis, in quo sacerdotium legis obmutuit, cuius initiatio ab Ozia Rege Iuda, & protenditur usque ad annum Domini nostri Iesu Christi 1260. Huic imposuit finem Federicus secundus. Inter initium tertij status & finem secundi duę generationes communiter interponuntur. Ioach. fol. 9. Apocal. Aduerte quod initia statuum sumuntur a tribus generationibus, ut primi Abraham, Isaac, & Iacob. Secundi Zacharias Diuus Ioannes & Dominus noster Iesus Christus. Tertij similiter per tres generationes post annos 1200. qui sunt 1290. Ioachim fol. 9. Apocal.

13 Tertius Status incępit clarescere in diebus Abbatis Ioachim, qui circa annos 1200. cuius initiatio a Beato Benedicto, accepturus finem in comsummatione seculi. Huic daturus est finem Antichristus Propheta docens mendacium. & aduerte quod Ioachim decet in introductorio in Apocalypsim hæc uerba in capite uigesimo tertio a sexto tempore secundi sta-

tus

tus initiari oportet tertium statum, simul & nouum ordinem qui creatus est ad imaginem Spiritus Sancti, significatum in Ioseph. & D. Ioanne Euangelista.

14 Secundus Status finire debet quando illa uerba D.N. adimpleta fuerint actuum primo cap. accipietis virtutem Spiritus sancti superuenientis in uos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & usque ad ultimum terræ. Oportet enim compleri ista in fine secundi status, qui uidelicet finis principiũ Tertij status dicendus est, & in quadraginta secundum quid, siue etiam in quinquaginta diebus, sign. seu & in omni tempore quo Christus & Apostoli prædicauerunt in mundo usque uidelicet ad passionem Apostolorum Petri, & Pauli, qui & ipsi sigillatim in operibus suis, sign. secundum statum. Ioachim Introductor. Apocal. fol. 23. cap. 24. Quod uero fides Christi prædicata fuerit usque ad vltimum terræ temporibus nostris, & non Apostolorũ facile credendum est in noui mundi inuentione. & hoc est consentaneum verbis Ioachim, quando dicit in quadraginta secundum quid, siue etiam in quinquaginta diebus, qui significant, ut habetur loco suo totidem generationes a natiuitate Domini nostri Iesu Christi. Nam in quinquagesima generatione maxime inuentus est nouus mundus ab anno scilicet 1500. usque ad 1530. in quo fides fundata est per fratres Diui Francisci, & Diui. Dominici, ad quæ loca, ut reor, nunquam iuerunt Apostoli. & ideo nunc instat finis secundi & principium tertij status, & eo magis quod quasi præteriere tres illæ generationes quæ sunt mediæ inter statum, & statum, quando nos sumus in anno 1577. & durant vsque ad annum 1590. Sed Abbas Ioachim libro secundo, tractatu 2. cap. 3. dicit secundum uero quod pertinet ad Spiritum Sanctum, incipiendum est a Sadoch, quo tempore arbitramur acta, uel completa gesta Machabæorũ, & translationẽ diuinarum legum ad Græcos, ex eodem aut tempore usque ad finem secundi status sunt generationes quadraginta nouem, quibus completis occurret quinquagesima, in qua erit maximus Iubilæus, &c. Quinquagesima de qua loquitur, est 43. a Domini nostri Iesu Christi natiuitate. 1260.

15 Status quintus Ecclesiæ est in quo nos sumus secundum uerba Siluestri Meucij in abbreuiatione libelli Theolosphori siue quisquis fuerit ille, qui illum abbreuiauerit, uel imprimere fecerit qui Siluester fuit anno 1516. f. 6. in cuius fine futurus est ille Antipapa Germanus, qui erit Antichristus mistus. de quo. v. Antichristi duo futuri. in fine huius status. secundum dictum Siluestrum futurum est magnum Scisma in Ecclesia, in qua erunt Antipapæ, & Imperator qui cum infidelibus Ecclesiam affliget vide Antichristus. vel certe status quintus fuit tempore Theolosphori qui vixit anno 1386. Theoloph. f. 35.

16 Status mundi sunt tres, quorum primus signif. tempus ab Adam usque ad Christum Dominum nostrum. Secundus status sig. tempus ab Christo Domino nostro, usque in annum 1200. in quo Ecclesia Dei recepit finem a tribulationibus datis per Federicum Imperatore secundum, qui ipsam multum conculcauit.

17 Tertius Status in quo sumus, Ecclesia Dei recipiet finem, & tribulationes in ultimo Antichristo, vel Gog. persecutore Ecclesiæ contemplantis. Qua tribulatione finita, erit perfecta pax & lætitia in mundo tam in clero, quam in populo seculari usque ad finem seculi. Theolosphorus f. 20.

18 Status tertius incœpit tempore Abbatis Ioach. ut ipse testatur in Hierem. f. 12. sed tamen lib. 2. cap. 17. indicat numerum generationum tertij status esse quinquagenarium, ob magni Iubilei libertatem. Quæ quinquaginta generationes uidentur incœpisse in generationes 43. a natiuitate Domini nostri Iesu Christi, ut ipse Ioachim uidetur significare cap. 14. lib. 2. Concord. nam numerus septuagenarius assignatur Spiritui Sancto, qui numerus generationum debet incipere a Sancto Benedicto, & finire in consummationem seculi. ut ait Ioach. libro 2. cap. 14. Concord.

19 Status Ecclesiæ sunt septem. quorum primus sign. tempus a natiuitate Domini nostri, usque ad Neronianam persecutionem. Secundus signif. tempus a Neronis persecutione, usque ad Diuum Siluestrum. Tertius sign. tempus a Diuo Siluestro ad tempus Imperatoris Iustiniani. Quartus sig. tempus a Iustiniano ad Carolum magnum. Quintus sign. tempus a Carolo ad Diuum Franciscum. Sextus sign. tempus a Diuo Francisco usque ad Antichristi mortem, in quo tamen & quintus perseuerauit per annos 160. Yber. f. 57. Septimus sign. tempus ab Antichristi morte, usque ad aduentum Domini nostri Iesu Christi ad iudicium. Ybertinus de Casali fol. 55. in primo floruerunt Apostoli, & hunc sign. Leo, in secundo floruerunt martyres, & hunc sign. Vitulus. Tertius habuit Doctores & Confessores, & hunc sign. homo. Quartus inclusit Virgines, & monacos contemplantes, & hunc sign. Aquila. Quintus habuit genus omne mixtum, & hunc sign. sedes Dei, a qua dicuntur manare iudicia iustitiæ & misericordiæ. in Sexto vero & septimo semper est noua inchoatio. Vbertinus vt supra.

20 In Statu tertio fuisse eligendos ex omni Iudæa & gente, idest ex omni Ecclesia, & mittendos in uniuersum mundum. V. Abraham 5.

21 Status primi patres. status secundi patres, & status tertij patres. v. Abraham. 8. & 18.

22 in Statu tertio prius futurum iudicium de perditis quam Ecclesia in libertatem suscitatur. V. Abraham 14.

23 ad Status tres pertinentia v. Angelus 40.

1 Primus liber continet plusquam centum modos occulte scribẽdi quidquid uelis sine omni suspicione

ſuſpicione, ſine litterarum tranſpoſitione, ſine omni timore. ita ut non ſit homo in mundo, qui naturali induſtria ſcire, uel ſuſpicari quidem poſsit quid in meis literis contineatur, præter eum qui artem nouit ex me, vel ex eo quem ego docuero, uerba ſunt plana, & familiaria omni ſuſpicione carentia, ſed intentionẽ meã nemo ſine arte percipere poterit in æternum quantumcumq; ſit doctus, & eſt uere res ſtupenda.

2 Secundus liber multo mirabiliora continebit per ignem, uidelicet in hac arte poſſum mentis meæ conceptum notum facere artem meam ſcienti, ad quantamcumque diſtantiam ad centum milliaria, uel plura ſecure ſine uerbis, ſine ſcriptis, ſine ſignis per quemcumque nuntium qui ſi comprehenſus in uia fuerit, ſi interrogatus etiam per tormenta duriſsima, nihil poteſt fateri de nuncio meo, quia nihil ſibi penitus conſtat de illo, quicquid occurrat, nuncium meum ſemper manebit occultum, nec omnes totius mundi homines poſſent illud ueſtigari uirtute naturali, quod etiam facere ſine nuncio dum uolo, poſſum uoluntatem quoque meam indicare ſedenti in carcere, artem ſcienti, etiam longe abſens quantumcumque cuſtodiatur. etiam ſi tribus milliaribus ſub terra ſederet, & hæc omnia latiſsimẽ, & uniuerſaliter quando & quotieſcumque voluero poſſum naturaliter ſine aliqua ſuſpicione, uel adiutorio ſpirituum quorumcumque. Mira ſunt fateor, ſed audi mirabiliora.

3 Tertius liber docet artem per quam poſſum hominem idiotam, ſcientem tantum linguam maternam, qui nunquam nouit uerbum Latini ſermonis in duabus horis docere, ſcribere, legere, & intelligere Latinum ſatis ornatè, & diſerte quantumcumque volueris, ita ut quicumque viderint eius litteras, laudent verba, intelligant Latine compoſita.

4 Quartus liber continet multa ſtupenda experimenta, ſed pure naturalia, mentem uidelicet meam indicare poſſum ſcienti artem meam inter edendum, uel ſedendum cum aliis, ſine uerbis, ſine nutibus quam latiſsime uoluero, etiã inter loquendum, prædicandum, ludendum in organo, uel cantandum ſine impedimento actionis alterius cuiuſcumque, ita ut prædicando bona & ſancta indicem, non uerbis, non ſignis, non nutibus cuicumque ſcienti latiſsime, quidquid uoluero etiam clauſis oculis, & alia multa continebit quartus liber arcana, quæ non ſunt in publicum proferenda. In Steganographia autem quã in Polygraphia ſunt locupletiores modi ſecretiſsime, & ſine aliqua ſuſpicione ſcribendi, vbi non dictio litterã, ſed quæque aliam integram ad myſterium conuenientem repræſentat dictionem, cuius rei ponimus exemplum, vt ſi præmonere amicũ de aliquo imminenti periculo velis ſub tali narratione uerborum. Conſpirauerunt in necem tuam Melancius, Tiberius, Ioannes, & Petrus famuli Comitis de Aſolo, & quarta die poſt Laurentij in nocte circumuallabunt domum tuam, prouide quid agas. Hoc ſecretum Steganographia ſic pallian. Oro te amice cariſsime ut mutuo mihi transmittas decem florenos cum latore præſentium, quia mihi ſunt ualde neceſſarij pro conſtructione ædificij, eos tibi fideliter reſtituam. Et hoc alio modo. Domine Ieſu Chriſte fili Dei uiui, qui homo fieri pro nobis pati, & mori uoluiſti, miſerere mei peccatoris indigni, nunc & in terribili hora mortis meæ.

5 In ipſa Steganographia nomina ſpirituum, ſiue intelligentiarum, ſign. in arte Chimica, metalla uel ſpiritus eorum. Leo Suauius qui & idem Iacobus Gohorius in ſcholiis de uita longa Paracelſi f. 196. & 197. & 198.

6 In ipſa Steganographia planetæ, & ea quæ de illis dicit Tritemius ad Gannaium Germanum ſign. vim artis myſticæ ab intelligibili cœli cognatione pendere. Iacobus Gohorius lib. de uſu & myſterijs notarum. v. planetæ 2.

1 STELLA ſign. Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Iuxta illud: Balam orietur ſtella ex Iacob. Ioach. Apoc. f. 53.

2 Stellam Magis, & non Angelum in ortu Chriſti Domini noſtri. & rurſus Angelum Zachariæ, D. Virgini, & D. Ioſeph. & non ſtellam apparuiſſe, ſign. gentibus, ut pote ratione non utentibus, non conuenire animal rationale, ut eſt Angelus; ſed ſignum mutum ut eſt ſtella: & e contra Iudæis qui Soli uidebantur in Dei cultu uti ratione, conuenire animal rationale, & non mutum ſignum, ut eſt ſtella.
D. Gregor. in Math. cap. 2.

3 Stella ſign. gratiam Dei. Remigius in Math. cap. 2.

4 Stellam non apparuiſſe dum Magi erant cum Herode ſign. eos qui per peccatum ſe diabolo ſubdunt, Dei gratiam perdere. Herodes enim ſign. Diabolum. Cum uero per pœnitentiam a Diabolo recedunt rurſus inueniunt gratiã Dei, & hoc ſign. Stellam rurſus apparuiſſe Magis, cum receſsiſſent ab Herode. Remig. in Math. cap. 2.

5 Stella ſign. fidei illuminationem. D. Thomas. Math. cap. 2.

6 Stella cum Regia corona ſupra poſita, ſign. ordinem equitum ſtellatorum qui a Ioanne Galliarum Rege anno 1351. inſtitutus fuit publice. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 20.

7 Stella micans, & undique uelut per gyrum ſagittas emittens cum titulo, Vias tuas Domine demonſtra mihi. fuit Symbolum Andreæ Dorij in expeditione Turcica, quo ſign. continuam admonitionem ad ductum diuinum, & poteſtatem in ea expeditione implorandum. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 91.

8 Stella comata cum gladio inter comas rutilante, & cum titulo. ventura deſuper vrbi. Symbolum alludens ad cometam, quæ apparuit Templo Hieroſolymitano per annum poſt mortẽ Chriſti Domini noſtri, ſign. iram Dei in gentem

tem

tem Iudaicam eventuram. quod factum fuit ut narrat Iosephus. Claud. Paradin. libr. de Symbolis Heroicis f. 121.

9 Stella comata quam dicunt Cometam cum titulo, candor illæsus, fuit Symbolum Clementis septimis Max. Pontifi. sign. noui principis administrationem in Remp. vel immensam felicitatem, vel exitium inuehi. Nam iuxta Aristotelis sententiam, Cometes, vel prosperum Fortunæ successum, uel summum aliquod detrimentum signifi. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 175.

10 Stella quæ cecidit de cœlo in terram, & ei data est clauis putei abissi. . signific. Authorem sectæ patharenę, que asserebat omne corpus a Diabolo esse, q quisquis fuerit ille miser aut vnde surrexerit, qui clausum quondam abissi puteum aperuit ignoratur, clericum tamē fuisse, & literarum imbutum scientia praui dogmatis clauem a patre diabolo sumpsisse compertum est. Clauis putei abissi sig. potestatem inuestigandi profunda scientiæ mundi huius, & fumus procedens de puteo obscurans aerē sig. erroris praui tenebras propter carnis illecebras rationis, & fidei claritatem obtenebrare. Ab puteo abissi exisse locustas, signif. hæreticos patharenos ab authoris sui scientia productos locustis istis datam facultatem tantum nocendi hominibus non habentibus signum Dei uiui infrontibus suis, non nocendi feno terræ neque aboribus. Homines non habentes signū Dei uiui in frontibus suis, signifi. carnales, qui vt genio, & sibi indulgeant, Deum non curant. Fenum terre sign. simplices qui nesciūt neque dexteram neque sinistram, sed solum sciunt Iesum Christum, & hunc Crucifixum. Arbores, sign. Viros perfectos, qui proferunt fructus suos in tempore opportuno, neque permittunt se ulla heretica prauitate corrūpi locustæ sign. inter patharenos eos, qui apud illos dicuntur perfecti, & quos uocant aredentes sunt illi, quos Scorpiones caudis suis percutiunt, & quia locustis est imperatum ne occiderent sed tantum nocerent per menses quinque, sign. sectam patharenorum p annos 150. fuisse duraturam. nam mensis sig. vnā generationē, & unus dies sig. annum, & menses quinque sunt dies 150. qui sign. annos 150. q profecto euenit. Locustarū coronæ similes auro. sig. eos patharenos uerbis sacris palliare sua facta tristia. Locustas habere facies hominis, & dētes leonum. sig. eos patharenos mansuetudinē, & humanitatē foris ostendere, sed factis postea Leoninis dētib. captos laniare, locustas habere capillos similes capillis mulierū sig. eos patharenos decipere in assidultate operandi: nam fingunt semper se aliquid agere, quo pauperibus subueniant, & cum hoc incautos decipiunt, amouentes alios a recta fide & allicientes ad prauuum illorum dogma. Locustas habere loricas quasi ferreas, sig. patharenos armatos duritie contra resipiscentiam, & adeo obstinatos in opinione sua, ut diuini verbi spicula ad eorum corda penetrare non queant. Locustas habere alas quarum uox sit, sicut uox curruorū, equorum mulorum. alæ signific. inter patharenos illos qui inter perfectos sunt perfectiores. Alarum strepitus significat patharenorum perfectiorum disputationem magis stridore, quam ratione consistere. Et locustarum caudas esse similes caudis scorpionum. sign. Hæreticos in fine plus offendere quam per frontem credi possit.

11 Stella splendens habens circa se serpentem in annuli formam adductum, habet enim caudam in ore, & supra ipsum caput serpentis, est corona regia. cum titulo. Fato prudentia maior. fuit Symbolum vxoris Hērici 2. Regis Galliæ. quo sign. se primas laudis partes inter ceteras Galliarum Reginas uirtute modestia ac rerum tolerantia adeptā esse. Gabriel Simeon sym. 6.

12 Stella apud Aegyptios. signif. Deum uniuersi. quòd per stellarum numerum, & motus uarietatem Deum omniuo esse necesse deprehenderunt. Valer. f. 330.

13 Stellæ apud Danielem sign. uiros doctos. Valer. f. 330.

14 Stellarum numerus in Abrahæ prole promissus sign. non tantum multitudinem, quam multorum claritatem ob rerum gerendarum ab eis celebritatem. Valer. f. 330.

15 Stellæ triades. significāt sacrę disciplinę doctores. eo enim sidere pluuiæ excitantur. & pluuiæ sign. diuinas institutiones. Valer. f. 330.

16 Stella in aruspicum obseruatione. significat prosperitatem, unde Vergilius.

Subitoque fragore.
Intonuit leuum, de cœlo lapsa per umbras
Stella facem ducens multa cū luce cucurrit.

Valer. f. 330.

17 Stella in numis Cæsaris Augusti posita. significat felicitatis ostentum. Macer uero eam ipsam stellam in occipitio Iulij cudi fecit, quod significat, post mortem Cæsaris apparuisse. Valer. f. 330.

18 Stella sign. fatum, quòd antiqui existimarent ex stellis fata decerni. Valer. f. 330.

19 Stella Sirius. si obscurior & caliginosa in ortu uideatur, sign. annum futurum pestilentem. si uero sit illustris & lucida. sign. annum salubrem. ea stella est quam uocant caniculam. Valer. f. 331.

20 Stellæ sign. Angelos, quòd ipsi præsint stellis. Valer. f. 331.

21 Stella sig. Tempus, quòd nihil in orbe toto statā temporis legem magis obseruat, quàm cęlestia corpora. Valer. f. 331.

22 Stella significat exploratores, ut est apud Plautum in Rudente de stella Arcturo. Valerian. f. 331.

23 Stella picta. sig. noctem, q stellæ nisi nocte non cernantur. Valer. f. 332.

24 Stellę, q pingebātur sup. caput Romuli, & Remi lactentium lupæ mammas, signif. custodiam propriorum geniorum, per quam illi infantes

sospitati

sospitati sint, quæ diuinitus eos seruauit. Valerianus fol. 332.

25 Stella magna ardens quæ cecidit de cœlo in tertiam partem fluminum. de qua in Apocal. sig. Arrium. qui correptus ab Alexandro Alexandriæ Episcopo noluit ei bene præcipienti assentiri, sed potius zelo amaritudinis accensus inflammauit magnam fluminum partem, quæ sign. Doctores, & Episcopos a quibus prius flumina aquæ uiuæ & sanctæ doctrinæ fluebant, infecta Arrij ueneno versa sunt in Absynthium. unde multi hominum mortui sunt. Ioachim in Apocalyps. folio centesimo uigesimo nono.

26 Stella apud Aegyptios, signifi. animam defuncti iam hominis. Quod Heraclitus dicebat animam esse stellaris massæ quãdam parueculam. Valerianus folio trecentesimo trigesimo secundo.

27 Stella longe micans qualis phosphoros videtur, vel ut vulgo aiunt Diana stella, sign. crepusculum, & primam diei lucem. ea enim stella Solem præuenire, ut plurimum solet. Valerianus folio trecentesimo trigesimo secundo.

28 Stella quæ cecidit de cœlo postquam quintus Angelus cecinit tuba, & data est ei clauis putei abyssi &c. Licet sign. diabolum qui principalis est ad immittendas, & suggerendas malas cogitationes. tamen sign. Antichristum multum, qui erit Prælatus in Ecclesia Dei natione Germanus, & forte de numero Cardinalium, qui videbitur esse stella, cum sit fera pessima, cum assumptus fuerit ad Papatum dolo & fraude, eius ui maxima erit tribulatio in Ecclesia; & confusio qualis non fuit ante, & secum ducet magnam caudam hæresi inficiendo. Theolosphorus fol. decimo.

29 Stella quæ orta fuit, ut duceret Magos ad Christum Dominum nostrum, sign. ortum & descensum Dei ad humanæ conuersationis gratiam mortalium. Calcidius supra Timæum Platonis, qui ita inquit, cuius inspectione Stellæ sapientes Chaldæorum quæ iste recentem ortum Dei repertaque illa maiestate pueruli, eam veneratos, munera & uota tanto Regi conuenientia ministrasse. Bartholomæus Pisanus in confor. Diui Francisci libro primo fructu secundo.

30 Stella magorum sign. & Christum Dominum nostrum, & sign. B. Virginem eius sanctissimam matrem. Bartholomæus Pisanus ut supra fructu quarto.

31 Stella matutina, in diuinis sign. summam Trinitatem, quod sicut illa radiorum fulgore intuentium perstringit obtutum, ita Trinitas diuina in corde fidelium sacratius exoriens, atque ut lux absque ullo uelamine spiritali fulgore perstringit mentis obtutum. D. Dionysius in 2. cap. cœlestis Hierarchiæ.

32 Stella matutina, sign. Baptismum. quod sicut stella matutina fugat noctem & lucem annunciat, ita baptismus peccata tollit, & gratiam tribuit, si tamen acceptam gratiam opera bona sequantur. Diuus Augustinus super Apocal. homil. 1.

33 Stellaris essentiæ scintilla. apud Heraclitum Ephesium, sign. hominis animam.

34 Stellæ fixæ Saturninæ in alicuius natiuitate si cum sole, uel cum Luna sint sign. natum futurum aridum & imbecillum. Iunctinus lib. de indicijs natiuitat. cap. 3.

35 Cum Stellis nebulosis luminaria in alicuius natiuitate, sign. natum habiturum cæcitatem, uel obtusissimum visum.

36 cum Stellis pleiadibus luminaria. si Saturnus aspiciat sign. natum strabum. & hoc si pleiades fuerint cum luminari temporis. Iunctinus ut supra.

37 Stellæ fixæ Iouiales si fuerint cum Marte in alicuius Natiuitate sign. natum temerarium impetuosum: si uero fuerint cum Saturno significat natum vecordem stupidum & ignauum. Iunctinus fol. 55.

38 Stellæ fixæ de natura Mercurij & Veneris si fuerint in horoscopo aut in decima domo, & cum Sole, vel Luna, aut Venere, aut Mercurio, aut Ioue uel cum Domino ascendentis, sign. natum habiturum gratiam, & formam, & scientiam & dignitates. Iunctinus folio quinquagesimo secundo.

39 Stellæ fixæ de natura Martis, & Mercurij sig. natum promptum ad opificia manuum, ad bellum & ad uenationes, sed non fortunatum, nisi in prædictis, qui sit fallax crudelis, malorũ morum, & rapax.

40 Stellæ fixæ de natura Iouis & Veneris sign. natum formosum, honestum, & probum, diuitem & mulierum amatorem.

41 Stellæ de natura Martis, & Veneris sign. natum qui habebit repentinas & magnas fœlicitates, & maximam tamen incontinentiam, qui dum erit puer, erit formosus, sed turpis vir, habebit violentos casus, & gaudia.

42 Stellæ de natura Saturni & Veneris, sig. natum inuidum fallacem, in diuitiis mediocriter fortunatum, auarum in honestis, in turpibus autem causis Prodigum. Iunctinus folio quinquagesimo quinto.

43 Stella matutina de qua in Apocalyps. quæ promittitur Angelo Thiathyræ Ecclesiæ sign. donum præscientiæ, per quod intelligantur inuisibilia, quæ aliquando clara luce uisuri & cogniturі sumus. Ioach. in Apocal fol. 77.

44 Stella quoque quæ apparuit magis adoraturis D.N.I. in præsæpe, sign. idem quod stella matutina.

45 Stellæ fixæ de natura Iouis, & Saturni, sign. natum lentum patientem, aut diuitem, uel etiam nimium pertinacem, in omnibus grauitatem & senum naturam referentem. Iunctinus fol. 55.

46 Stellæ de natura Saturni, & Mercurij, sign. natum nimis turpem aut admodum dolosum, tamen infœlicissimum ac a mulierum & filiorum amore alienum.

47 Stellæ de natura Saturni, & Martis sign. natum habitu-

habiturum omnia penè mala.

4 Stellæ de natura Solis, & Martis, signific. natum crudelem turpem vel infœlicem, & audacem: & si ipsæ stellæ associentur cum Luna, uel cum ascendente, uel eius Domino, uel Soli, aut Marti. ipse natus igne comburetur, vel etiam fulgure afflabitur. & qui sit pauper & ad litteras ineptus. Iunctinus folio quinquagesimo quinto.

5 Stellæ de natura Martis, & Lunæ, sign. natum futurum popularem seditiosum turpem, uagum inconstantem, laboriosum, pauperem, infamem, oculorum vitijs captum, & repentina morte opprimendum. Qui erit equiso immoderatus, & bibo.

6 Stellæ de natura Iouis, & Martis, sign. natum fortem fœlicem promptum fortunam magnã & infortunia habiturum, vt nihil in eo sit mediocre preter mores & formam, qui sunt mixti. Iunctinus f. 55.

7 Stella quæ dicitur absynthium, ut est Apocal. 8. sign. iram vel sententiam Dei, quæ malos puniat, quod sicut in absynthio semper est amaritudo, ita in damnatis perpetua est, & amara pœna. Lauretus in verbo absynthium. V. Absynthium.

8 Stella de qua Diuus Ioannes Apocal. cap. 9. dicit, & uidi stellam cecidisse de cœlo in terram, sign. Sergium Monachum qui de gremio Ecclesiæ in doctrinam & eruditionem Maomethicam desciuit. Marcus Antonius Louisinus supra Esdram. f. 12.

9 Stella aliquando sign. sanctorum iustitiam, quę in huius uitæ tenebris, ueluti stella lucet. aliquando sign. hypocritarum fictionem, qui bona quæ faciunt ad percipiendas laudes hominibus ostendunt. Vnde in Apocal. 12. stellarũ tertia pars in terra tracta dicitur a Draconis cauda.

Gouschelius libro sexto. Elocution. sacrar. scripturar.

10 Stellam trium Magorum non apparuisse, dum Magi essent in Hierusalem, sed tantum cum exirent, sign. non omnia publicanda esse malis, ut erant Herodes & Iudæi. Sed tantum illis quibus datus est nosse mysteria. Vide Tonitrua. Ioachim in Apocal. folio centesimo trigesimo octauo.

11 Stellæ cadentes, ut est Apocal. 6. sign. Principes, & Sacerdotes Hebræos cadentes in infidelitatem in Christum Dominum. Lauretus in verbo cadere.

12 Stellæ cadentes de cœlo, ut est Matth. 24. & Marc. 13. sign. hæreticos perituros in iudicio, vel sign. bonos perturbatos in persecutionibus, uel sign. sanctos, qui tunc nobis non fauebunt. Orig. in Matth. hom. 30. & D. Amb. in Luc cap. 21.

13 Stella cadens de cœlo, ut est Apocal. 6. & 8. sig. diuinam vindictam in peccatores. Rupertus 5. Apocal.

14 Stella, ut est illud Numer. 24. orietur stella ex Iacob, sign. beatissimam Virginem matrem. Titus Prosper Martinengius in Theotocodia, cap. 9. vel sign. Diuinitatem in Christo Domino. Origen. in Numer. hom. 18. vel sig. Christi Domini humanitatem.

15 Stellæ in sacris litteris passim sign. sanctos, Prælatos, & Doctores Ecclesiæ. Origen. in Genes. hom. 1. & 9.

16 Stellæ, ut est Iob 38. sign. filios Ecclesiæ, qui per baptismum renascuntur Christo Domino, male uiuendo obtenebrantur caligine. D. Gregor. 4. mor. 13. & cap. 14.

17 Stellæ Pleiades, ut est Iob 38. sign. sanctos. Lauretus in uoce stella.

18 Stellæ septem in dextera Christi Domini, ut est Apocal. 1. & sig. Ecclesiam, & Prælatos vel uniuersitatem saluandorum. Rupertus sup. Apoc. 1. & 2.

19 Stella matutina, vt est Apocalyp. 2. sign. Diuum Ioannem Baptistam, & Heliam præcedentes vtrunque Aduentum Christi Domini. Aretus in Apoc. 1. & 2. vel sign. primam resurrectionem, quæ fit per gratiam baptismi. D. August. super Apocal. hom. 2. V. infra.

20 Stella pisces sign. numerum quinarium propter numerum radiorum, qui in eo quinque naturaliter insunt. Alij verò existimant esse stellam cęlestem, quæ significet quinque erraticas, per quas, ut illi existimabant omnia in orbe fierent, quæ quoniam sunt quinque. ideo cum dicebant stellam, sign. quinque.

Valerianus folio ducentesimo septuagesimo.

21 Stellæ vndecim adorantes Ioseph, ut est Genes. 37. signific. Apostolos adorantes Christum Dominum. Diuus Ambrosius libro de Ioseph. 3.

22 Stellæ duodecim in corona mulieris, ut est Apocalyps. 12. sig. 12. Apostolos. vel sign. virtutes subiectas discretioni, per quam gubernantur, vt sint veræ virtutes. Ricard. de Sancto Victore de 12. Patriarch. cap. 69. vel sign. 12. prærogatiuas in Beata Maria Virgine, quæ sunt quatuor cęli, scilicet Mariæ generatio, Angelica visitatio, Spiritus sancti superuentio, & filij Dei inenarrabilis conceptio. & quatuor carnis Virginitatis primitiæ, fœcunditas sine corruptione, ventris onus sine grauamine, & partus sine dolore, & quatuor cordis, scilicet mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, & martyrium cordis. Lauretus ut supra.

23 Stellæ productæ in cælo, ut est Genes. 1. signif. Spiritus sancti dona minora. D. August. in 3. Conf. 18.

24 Stellæ quæ obscurantur, ut est Iob. 3. signific. Sacerdotes, Scribas, & Pharisæos ac etiam reliquum populum Iudæorum. Origen. in Iob 3. & Diuus Hieronymus in Iob. 3. vel significat peccatores, qui in nocte huius sæculi diuitijs & honore lucere se putant. vel significant hypocritas, qui ante oculos humanos quasi operibus bonis splendere videntur.

Diuus Gregor. 4. Mor. 13. & Rupert. 4. sup. Apocal.

26 Stellæ cadentes, vt est Matth. 24. sign. homines decidentes a veritate, Origen. in Matth. hom. 30.

27 Stellæ quas trahit Draco, ut est Apocalyps. 8. & 12. significant homines qui prius erant boni, & significant etiam Dæmones, Lauretus ut supra.

28 Stellæ percussæ sign. homines, qui perierunt de populo Israel.

29 Stella quæ cecidit de cœlo, ut est Apocal. 9. sig. Luciferum. Lauretus vt supra.

30 Stella matutina, ut est illud Apocal. 2. qui uicerit, & custodierit vsque in finem opera mea. Dabo ei stellam matutinam, sign. beatissimam Virginem matrem. Titus Prosper Martinengius in Theotocodia. cap. 10. v. supra.

31 Stellas apud Platonem esse, uel sempiternas, uel longæuas, sign. mundum post multa secula in ignem resolutum iri. Nam & dissolubile esse quod compositum, & ignem uelut maximum omnium, atque potentissimum in se omnia tandem mirabiliter assumpturum. Mentemque diuinam operis huius artificem ex igne rursus opus simile, & simili fato facillimeque nutu reformaturam. Ficinus in Epinomide Platon.

32 Stella trium Magorum, ut est illud Matth. 2. vidimus stellam eius in Oriente, sign. beatissimā Virginem matrem. Titus prosper Martinengius in Theotocodia, cap. 11.

33 Stellas cadere de cœlo, ut est Matth. 24. sig. docentes falsa perituros in iudicio. Origen. in Matth. hom. 30. vel sign. cum boni perturbantur in persecutionibus. D. Ambr. in Lucæ 21. vel sign. cum sancti nobis non lucent, nobis ab eorum uita oculos auertentibus. D. August. in Apoc. hom. 5.

34 Stella cadens de cœlo, ut est Apocal. 6. & 8. sig. diuinam vindictam in peccatores. Rupert. in 5. supra Apocal.

35 Stella apud Aegyptios sign. numerum Quinarium, quia tantum quinque sunt stellæ, quæ moueantur, scilicet stella Saturni, Iouis, Martis, Veneris, & Mercurij.
Petrus Bongus cap. de Quinario, folio centesimo octuagesimo tertio.

36 Stella quam Luciferum uocant præcedens Solem. cum verbis. hac monstrate uiam, signific. hominem principem, qui lumine fidei ductus optet mouere bellum in Orientem contra hostes fidei. vel si verba dicunt, Hoc monstrate uiam, sign. hominem qui ostendat se paratum ire quo Christus Dominus uocet, vel sign. hominem nobilem, qui demonstret se uelle sequi uestigia sancta & iusta, sui Regis, uel Principis. Hieronymus Ruscellus in insigni Ferrantis Francisci Dauali.

37 Stellæ sex ita in ordine sitæ, ut una duæ, & tres collocentur cum uerbis, immobile in motu, signific. hominem qui demonstrat inter infinitas cogitationes suas vnam habere, quæ semper in mente fixa & stabilis maneat. Cuius solius causa reliquas omnes parum curet, Stellæ enim in hoc symbolo sign. firmamentum, q. semper uoluitur, sed stellæ ipsæ nunquam mouentur de loco suo. motus in firmamento sig. curas ipsius hominis in mente mobiles, sed stabilitas stellarum in loco suo. sign. stabilitatem vnius curæ & cogitationis, quam fixam habet in mente. Camillus Camillius in insigni Ioannis Frattæ.

38 Stellæ quas Orpheus vocat Dæmones sanctos, & duces noctis, sign. radios pulchritudinis diuinæ qui in mente Angelica, & in intellectu animæ mundi constituunt exemplaria prima rerum. Farra Septen. folio centesimo nonagesimo secundo.

39 Stella Lucifer, quæ ante Solem nascentem apparet adhuc cœlo tenebroso, eum scilicet Sol in aurora incipit radios in nostrum Emisphærium emittere. cum verbis, ex ore corusco, sig. hominem, qui demonstrat desiderium quod habet uirtutis, in se effundere lumen, quo ipse inter alios splendet. Nam in hoc symbolo sol signific. uirtutem, stella signific. desiderium uirtutis, quo afficitur ipse homo
Camillus Camillius in insigni Ognibenis Ferrarij.

40 Stellarum claritas signific. Prophetas minus clare quam Deum, & Iesum Dominum nostrum docere potuisse, sicuti stellæ minus lucent, quam Luna Ioach. lib. 2. cap.

41 Stellæ sign. multitudinem electorum Dei, sicut Luna significat Ecclesiam. Vide Ecclesia, & secundum illud Diui Pauli. Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas Stellæ. Stella quoque a Stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Ioachim in Apocal. fol. 53.

42 Stellæ primę magnitudinis sig. Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, & Confessores, qui quasi columnę dati sunt ad portandum fabricam domus Domini. & quasi pręclara luminaria cœli ad illuminandas Ecclesias.

43 Stellæ mediocres sign. electos, qui bona multę fecerunt, non tamen usque ad merita illorum, qui magni in Ecclesia dicuntur.

44 Stellæ minimę signific. eos, qui sola spe clementiæ diuinæ a faucibus mortis æternæ erepti sunt.

45 Stellas de cœlo cadere signific. plures ex doctoribus, & primarijs, uel hæretica prauitate, uel carnis lubricitate, uel ambitionis tumore a vero scripturę sensu deuiare. Ioach. Apoc. fol. 119.

46 Stellę septem quas in dextera sua habebat similis filio hominis, signifi. bonorum Pręlatorum gloriam. Ioach. Apoc. f. 52.

47 Stellas septem in dextera tenere, significat diuini iudicis inter Prælatos maiestatem. sicut deambulatio inter candelabra, signific. inter humiles diuini iudicis humilitatem.
Ioach. Apoc. f. 52.

48 Stellæ duodecim, quibus coronata est mulier

amicta Sole, & cui Luna est sub pedibus suis, significat duodecim uirtutes quibus fidelis ornari debet, quæ duodecim diuiduntur in quinque, & in septem. Quinque primæ sunt illæ quæ comprimunt quinque sensus, ut compresio tactus, ne ad carnalia declinet. Compresio visus ne concupiscentia te corrumpat. Compresio auris, ut te ab otiosis audiendis abstrahas. oris compresio, ut & a sermone malo, & a gula recedas. Naris uero compresio ne odoramenta lasciua te alliciant & infirmorum fœtores, ut patienter feras. & reliquæ septem sunt. Pœnitentia, misericordia, patientia, humilitas, fides, spes, & charitas. Quas septem producunt septem dona Spiritus sancti. Timor Domini producit pœnitentiam, Pietas misericordiam. Scientia patientiam. Consilium humilitatem. Fortitudo fidem. Intellectus spem. Sapientia charitatem. Ioachim folio centesimo quinquagesimo Apocalyps.

49 Stellæ illæ duodecim quæ sunt in capite mulieris, & sign. dona Spiritus sancti, sign. prælatos Monachorum, quia Abbates qui animas regendas accipiunt locum Christi tenent in cœnobijs suis. Ioachim folio 67. concord. cap. 14.

50 Stella Alchameth. Vide Alchameth. t. Vide Iaspis. Vide Plantago. Vide Sanguinis & febris represio. t.

1 Στημων, id est Stamen. apud Orpheum, ut ait Epimenes in libro de Poeti Orphei, sign. fulcum. Clemens Alexandrinus libro quinto. Stromat. f. 265.

1 STELLIO significat fraudolentos uel insidios. habet enim nigricantes maculas stellatim positas, a quibus si quis vinum in quo stellio fit suffocatus biberit, in facie notas turpes contrahit. Alciatus Emblemate quadragesimo nono.

1 Στηλογραφια, siue aureum insigne Dauidis, est inscriptio psalmi fexitdecimi. & interpretatur columnæ, siue imaginis, uel statuæ delineatio, siue descriptio. & signif. in eo psalmo laudes uictoriæ Christi debitas contineri. Valerianus folio trecentesimo sexagesimo sexto.

1 STERCORA amplexari, ut est Thren. 4. sign. uanam huius mundi pompam appetere. Glos. interl. in Thren. 4. vel. signifi. leges Historicam traditionem sequi spiritali intelligentia neglecta. Lauretus in uerbo amplecti.

1 STERILIS mater, ut est psalm. Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum lætantem, sign. Gentilitatem, cui data est fœcunditas bonorum operum, cum esset sine cultu, & fructu grato Deo. quæ suscipiens Christum Dominum, facta est mater multorum filiorū: Vnde illud Isaiæ: Lauda sterilis, quæ non paris, quoniam multi filij desertæ magis quam eius, quæ habebat vnum. Archangelus Burgon. in 48. Conclus. Cabal. Pici.

2 Sterilitatem accidere, vt est Genes. 16. significat verbi Dei, & præfectorum defectum. Lauretus in uerbo accidere.

1 STESICHORVM poetam oculorum lumine priuatum, ut crediderunt antiqui, quod parum honeste de Helena locutus esset, sign. de mulieribus, neque bene, neque male loquendum esse. Costalius Pegmate septuagesimo.

2 Stercus solennitatum a Deo dispergi in faciem sacerdotum. ut est Malach. 2. sign. sacerdotes confundi a Deo in peccatis solennitatum male celebratarum. Diuus Hieronymus Malach. 2.

3 Stercora calida hirundinū, ut est Tob. 2. sig. superbiam feruentem, uel sign. temporalia bona, quæ reputanda sunt vt stercora, quæ excæcant oculos. Glossa Ordinaria in Tob. 2.

1 STERF, uox primæ linguæ, quæ interpretatur morior. & quia componitur ex ste, & erf. quæ signant hæreditatis iure ciuitatem Dei adire, sign. ex Christi D. morte nos ciuitatis Dei ciues fieri, & ut sciremus quid essemus consecuturi in ea ciuitate uox ipsa sterf. Si retro legatur, ostendit nam fre est interpretatur pax est. ut sign. mori oportere cum Christo Domino, eum, qui uelit in Dei ciuitate pacem habere. nam pacifici filij Dei vocantur. Goropius in Hieroglyph. lib. 5. f. 75. & 76.

1 STERNVTAMENTA esse inter auguria sicut & offensiones pedum, Plinius annotauit. quæ symbola dicta sunt, plerique contra. Nam sternutamenta non facere auspicium censent. Sed enim captatis augurijs, & sternutamenta peruenia nt, sign. auguria capta rata esse, siue boni, siue mali, ut apud Homerum Vlisse referente de procis Penelopes. Telemachus sternutans sign. procis Penelopes malum futurum. & Xenophonte ad milites concionãte quidam sternutans, sig. ipsum Xenophontẽ fuisse creandum militiæ Ducem. & Themistocle ad aras sacrificante quidam a dextera sternutans, sign. præcipuos captiuos imolandos fore. & Hippiæ dum sternutat dens excussus, signif. Hippiæ futuram calamitatem.

2 Sternutamenta matutina, signif. nefanda & rei inceptandę irritos effectus.

3 Sternutamenta meridiana, significant facienda fore rata, & firmi auspicij, & præcipue a dextris.

4 Sternumenta signific. liberationem a metu insidiarum.

5 Sternutamentum inter epulas medio accubitu, si sternutamento reuocetur ferculum, & postea non gustetur aliquid. significat dirum & certisimum exitium. Alexander ab Alexandro genialium dierum lib. 2. cap. 26.

6 Sternutamentum, quod nonnulli aiunt fuisse Socrati pro Deo, siue Dæmonio si a dextera parte obueniret, tunc significabat Socratem incitari ad agendum, si uero a sinistra parte, tunc significabat Socratem esse ab

actione auertendum. Rhodiginus lib. 1. cap. 31.

7 In Sternutatione si quis bis sternutaret apud antiquos sign. infœlicitatem in re, de qua agebatur. V. Binarius in sternutatione.

8 Sternutanti cur dicatur Deus te adiuuet. Vide Deus te adiuuet. V. Oscitans 1.

1 STIL in prima lingua interpretatur arx ciuitatis, quæ fit ut ciues sint tuti, & quia tutela & custodia ciuitatis, est Dei, ut est illud: Nisi Dominus custodierit ciuitatem frustra uigilant, qui custodiunt illam, sequitur, ut quies animi sit arx, nam qui custodiuntur a Deo sunt animo quieti, neque perturbationibus illis vexantur, contra hanc animi quietem, serpens, qui erat callidior omnibus animantibus, semper struit insidias, quam rem sign. stil retro lecta, ut sit list, quę notat calliditatem qua Diabolus primos parentes decepit, ut sign. eum, qui non vult a Diabolo decipi, debere animo quietum esse.

Goropius in Hieroglyph. libro quinto folio septuagesimo septimo.

1 STILLARE, ut est Amos 7. & non stillabis super domum idoli, sign. prophetare. Prophetæ dicuntur stillare, quod non totam Dei iram inferant, sed paruas stillas comminatione denunciant. Gouschel. lib. 2. Elocut.

2 Stillæ, iuxta illud Cirilli, cum stillæ cessauerint, non rubescet corona, sed liuida conculcabitur, sign. deuotionem, quæ haberi debet in sanguine Christi Domini nostri, & quæ sæpe apud multos ob sacerdotum arrogantiam tepescere solet. Ioachim in Cirillum Theolosphorus. fol. 11.

3 Stillę pluuiarum, iuxta illud Hierem. 3. Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, sign. ordinem prædicatorum. & doctorum illlantium still cidia super terram, & cum eis alios imbres gratiæ multiformis. Abbas Ioachim in Hierem. f. 10.

4 Stillæ sign. verba subtiliora expositorum sacrorum, sicuti pluuiæ, sign. verba monitoria prædicantium Euangelium. & imbres, signific. uerba increpatoria eorum., qui peccatores coarguunt.

Abbas Ioachim ut supra.

5 Stilus hominis quo scripta sunt omnia in libro grandi, quem uidit Isaias 8. sign. omnia quæ scripta sunt in libro prouidentiæ in quantum referuntur ad Deum prouidentem, esse scripta digito Dei, & æterna atque immutabilia, inquantum uero referuntur ad hominem, esse scripta stilo hominis & mutabilia esse.

Franciscus Georgius Problemate 72. tomi tertij. Vel

6 Stilo hominis scribere, sign. rem manifestam facere eo modo, ut omnis homo possit eam legere. Gouschelius libro tertio Elocution. sacrar.

1 nisi STIMVLVS ex animo eruatur veritatem haberi non posse. apud Platonem, sign. veritatem rerum adeo dependentium haberi non posse, nisi ipsa de Deo veritas habeatur. Ficinus in epistola Platon. ad Dionysium.

1 STIPVLA sign. nullius boni operis fructus, Iuxta illud: Hei mihi, vt factus sum sicut ille qui colligit stipulam in messe. Valerianus f. 405.

2 Stipula arida, ut est Nahum 1. sign. doctrinam hæreticorum igni cum ipsis tradendam. Diuus Hieron. Nahum. 1.

3 Stipula arida, ut est Iob. 13. sign. carnem humanam sine viriditate amoris diuini intimi. Laurerus in uerbo arida.

1 STIX palus a Deis iurata, sign. Deos semper abesse a mœrore, quem sign. Stix. Cartarius f. 292.

2 Stigiam paludem circundare infernum signific. nullibi maiorem, quam in inferno existere tristitiam. Cartar. f. 294.

3 Stix sign. odium illud, quod habetur erga transacta facinora, quod pœnitentiam consequitur, cum enim peccata prætetita odio habere incepimus, tunc dicuntur animæ stigiam paludem traijcere, quæ ex Acheronte exoritur, qui Acheron sign. mœrorem illum ac tristitiã, quæ nascitur in mente hominis moituri e consideratione rerum præteritarum.

Natalis Comes in Mytholog. libro tertio cap. secundo.

4 Stigem esse filiam Oceani quatenus est palus, sig. omnem fluminum materiam in Oceanum fluere, & inde fontium & fluminum & imbrium materiam quoque manare. alij verò dixerunt.

5 Stigem esse terræ filiam, quod significat ex aere in locis cauis sub terra concreto, & in aquam uerso vim dulcium aquarum oriri &c.

6 Stigem a Ioue obtinuisse præeminentiã iurisiurandi, quod & dijs ipsis esset tremendum, propter auxilium in Titanas, uel ob insidias patefactas, significat principes suos esse a cunctis suis subditis pro uiribus in Imperio retinendos, & principes debere esse munificos, & liberales erga suos subditos.

Natalis Comes in Mytholog. libro tertio cap. secundo.

7 Stigiam paludem nouies circundare infernum, ut est illud Poetæ:

Alligat, & nouies Stix circumfusa coercet.

sig. nouem hominis temperamenta per quorũ discrepantiam aiunt animas religari apud inferos. Quatuor. n. sunt primæ humorũ qualitates ex quibus fiunt nouem temperamentã siue complexiones. de quibus tu lege Petrum Bonguin cap. de nouenario f. 241.

8 Per Stigiam paludem Deos iurare. v. catena Homeri.

1 STIX sig. locum purgatorium odium per luctũ & fletum punientem, qui locus respõdit terræ & parti Occidentali. & huic annexus est Cocitus, qui a Stige progreditur. Ficinus in Phędone. in his purgant ea peccata q̃ iã habitũ genuerũt, sed iã aliquatenus inducunt committentes

in

in aliquam pœnitentiam, ita tamen vt ferè repugnent, & ferè expellant illam, ita quòd neque faciant pœnitentiam, neque sint omnino sine illa, adeo quòd tardè, & durè purgantur. Ficinus, ut supra. Vide Cathena Homeri.

2 Sua palma. Vide Aer. secundo.

1 STOLA fig. pudicitiam, vnde Ouidius.
Este procul vittæ tenues insigne pudoris,
Quæq; tegis medios instita longa pedes.
Valerianus fol. 297.

2 Stola signific. baptismum iuxta illud Euangelij pro iuuene perdito, qui redierat in viam. Valer. fol. 297.

3 Stolas suas lauare, vt est Apocalyp. 7. & 22. fig. Sanctos lauisse corpora sua per pœnitentię labores. Lauretus in uerbo abluere.

4 Stolam ab Episcopo super pectus sacerdotis, quem instituit in crucis signum concinnari, signific. sacerdotem iam accepisse uirtutem ex alto, ut ferat crucem Domini, & eius iugum leue. Cathechismus de ordine sacro.

5 Stolas lauare suas, ut est Apocal. 22. sign. cogitationes suas mundare. Gulielmus Durand. in Proœmio Rationalis.

6 Stola qua vtitur Episcopus, signific. patientiam, quam habere debet Episcopus. Aemarus Hennequinæus lib. ad Gregor. XIII. capitulo quinto.

7 Stolæ quinque optimæ datæ à Ioseph Beniamin, ut est Genes. 45. signific. scientiam, & moderationem quinque sensuum. Gloss. interl. Genes. 45.

8 Stola qua utuntur sacerdotes in Missa, signific. perseuerantiam longanimitatis. Michael Timothæus in Missæ sacrific. quæstio. 5. tractat. 1.

9 Stola qua utuntur sacerdotes in Missa, signific. ligamen quo Christus Dominus ligatus fuit ad columnam: cingulum enim manipulus, & stola sign. tria ligamina, quibus Christus Dominus ligatus, fuit in horto, & in palatio Caiphæ, & baiulans crucem, uel quibus flagellatus fuit. Michael, ut supra quæstione 14. tractat. 2.

10 Stolam imponi sibi collo in modum crucis à sacerdote, significat Christi Domini crucis baiulationem super humeros, uel sign. sacerdotes imponere sibi iugum præceptorum Domini. Michael, ut supra quæstione decimaquinta, tracta. 2.

11 Stola quam sacerdos imponit sibi super amictũ in collo, sign. obedientiam, & seruitutem filij Dei, quam ipse pro nostra salute subijt. Rupertus lib. 1. de diuino officio, cap. 21. Et Michael quæstio. 16. tract. 2.

12 Stolam osculari à sacerdote, dum eam sibi assumit, sign. assensum, & desiderium, quo se subijcit sacerdos præceptis Domini. Michael, ut supra. quæst. 17. tract. 2.

13 Stolam descendere ad dextrum, & ad sinistrum latus, sig. sacerdotem muniri debere à dextris, & à sinistris per arma iustitiæ ne in prosperis eleuetur, & in aduersis frangatur. Innocent. 3. de myster. Missæ. tit. 1. cap. 52.

14 Stolam subcingi ad lumbos a sacerdote celebraturo, signific. fortitudinem, & expeditionem ad impugnandam libidinem. Michael Timotheus in Missæ sacrif. quæstione decima octaua, tract. 2.

15 Stolam in sinistro humero Diaconi imponi, signific. temporalia, quæ sign. sinistra, decere seruire spiritualibus, uel signif. Diaconi dextram debere esse liberam, ut sit expeditus ad ministerium sacerdotij. Michael, ut supra quæst. 18. tract. 2.

16 Stolæ, quas Sancti martyres dealbauerunt in sanguine agni, significant corpora ipsa martyrum, quæ per sanguinem proprium, qui iam factus est Christi Domini, baptizata, & abluta sunt Abbas, Ioachim in Apocalyp. folio centesimo uigesimo secundo.

17 Stolæ quas lauant illi, qui beati sunt, ut sit potestas eorum in ligno vitæ, signif. opera iustitiæ, quæ tamen polluuntur sæpius ueluti sanguine mortuorum, dum inter ipsa bona opera, quæ agimus, multa, quibus polluuntur, quotidiana committimus mala. Abbas, Ioachim in Apocalyp. fol. 223.

18 Stola bysina, ut est Genes. 41. & 49. signific. Christi Domini carnem maceratam, sed mundã. Carne enim sua Christus Dominus quasi stola operuit peccata nostra. D. Ambr. lib. de Ioseph 3. & D. Io. Chrysost. in Genes. hom. 67. & D. Hieron. in Isai. 63.

19 Stola, signific. primam iustitiam, unde lapsus est primus homo, uel signific. indumentum corporalis immortalitatis, quam etiam ille propter peccatum amisit, cum ad eam peruenire non potuit post peccatum. Diuus Augustinus libro sexto super Genes. capitulo uigesimo septimo, tom. 3.

20 Stola quam erat lauaturus in sanguine suo, ut est Genes. 49. lauabit in uino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum, signific. Ecclesiam, quam Christus Dominus erat lauaturus in sanguine suo. Lauretus in uoce stola.

21 Stolæ albæ Sanctorum, ut est Apocalyp. septimo, signific. spiritum sanctum, cuius gratia Sancti amiciuntur. D. Augustin. super Apoc. hom. 6.

22 Stolæ singulæ datæ Sanctis, ut est Apocalyp. 6. signific. fœlicitatem animæ, qua nunc fruuntur. Sed

23 Stolæ duplices, quas dedit Ioseph fratribus suis, ut est Genes. 45. signific. fęlicitatem corporis, & animæ post diem Iudicij habendam. Diuus Augustinus sermone de Sanctis decimo primo.

24 Stola prima reddita filio prodigo, ut est Luc. 15. signific. iustitiam originalem, & gratiam innocentiæ, & signific. sapientiam, & immortalitatem, uel gratiam baptismalem. D. Ambrosius super Lucam. cap. 15.

25 Stolæ binæ Ioseph datæ fratribus, ut est Genes. 45. sign. confessionem diuinitatis, & humanitatis in Christo Domino. vel sig. sacræ scripturæ intelligentiam mysticam & moralem datã a Spiritu sancto, Apostolis & successoribus.
Lauretus in uoce stola.

26 Stolæ quinque Beniamin, ut est Genes. 45. signi. sapientiam quinque sensuum. vel sig. quinque sensuum uictoriam contra uitia.
Diuus Ambrosius de Ioseph. 13. & Beda sup. Genes. 45.

27 Stola, ut est in hymno. Ad cœnam agni prouidi, & stolis albis candidi, sig. animi habitum, idest uirtutem. vel sign. corpus quo anima uestitur, vel sign. animam quæ corpus ornatur. vel sign. opera interiora, & exteriora, quæ sunt mentis & corporis spiritualia indumenta.
Michael Timotheus in hymnos libro tertio, hymno 17.

1 STRAGVLA lecti. v. lecti stragula.

2 Stratum coangustatum, ut est Isa. 28. sig. animã quæ non potest simul capere Deum & Diabolum. D. Hieronymus in Isa. 28.

1 STREPITVS & tumultus in primo congressu belli ab Homero barbaris datus, sig. a militibus non eundum in prælium temere, & strepitose, sed quiete & animo sedato. Vnde citharam Achilli assignat. Valerianus folio 147.

2 Strepitus & rumor qui fit in tribus noctibus in passione Christi Domini ad Benedictus sign. Iudæ proditoris concrepationem & tumultũ cohortis adductæ ad capiendum Christum D.
Michael Timotheus in Diuinum officium. Quæst. 34. tract. 3.

3 Strepitus qui fit, vel cum manu quodam modo uel fragor postquam cum silentio in illis tribus noctibus passionis Christi Domini dictũ est, & Pater noster, & Miserere mei, & Respice quæsumus Domine, &c signat Apostolorum terrorem, quem habuerunt ex tumultu cohortis inuadentis Christum Dominum, uel ex terræmotu. Michael ut supra. Quæstione 86. tractatus 3.

1 STRIAE columinarum. v. colomnarum striæ siue cauaturæ.

1 STRVMAS sanaria filio septimo. v. septenas filias. & septenarius.

1 STRVTHIO sign. prædicatores qui bona doctrina deberent sibi populum commissum alere, & nutrire in Deum malis artibus, & falsis dogmatibus & exemplis perditis perdunt eum. nam struthio parit oua, sed nõ fouet, neque eorum curam gerit, uel potius, ut aliqui dicunt ea dispergit. Franciscus Georgius Problem. 419. tom. 3.

2 Struthio dilatans alas, sed tamen uolare non ualens sign. Hyppocritarum proprietatem. quibus splendida foris est, ac nitgens religionis sanctimonia, uerum præter simulationem nihil est pietatis, & si ultra scruteris intus, delitescunt mendacia, est enim struthio plurimus in plumarum ostentatione, sed illis extolli nequicquam ualet. Paradinus lib. de Symbolicis Heroicis fol. 52. Habet titulum. Nil penna sed usus.

3 Struthio, ut est Iob. 30. frater fui draconum, & socius struthionum sign. simulatorum, sicut draco in eo loco, sig. hominum maliciosorum uitam. Gouscholdi lib. 6. Elocutionis sacræ.

4 Struthio deglutiens clauum ferreum, cum uerbis. Spiritus durissima coquit, sign. hominem generosum posse tempore omnem grauem iniuriam eluere. Bartholomæus Tægius libr. 2. arte fabricandi insignia.

5 Struthio qui oculorum radiis foueat oua sua, cum uerbis. Diuersa ab alijs natura ualentius, sign. hominem qui fuerit inuentor alicuius mirabilis artificij. Bartholomeus Tægius lib. 2. de arte fabr. insignia.

6 Struthionis oua pedibus conculcare, ut est Iob 39: sign. malorum exemplis simplices & nouos in fide peruerti. Diuus Gregor. 31. Mor. 8.

7 Struthionis oua a Deo calefieri in puluere, ut est Iob 38. signif. Deum inter peccatores aliquos accendere feruore charitatis. Diuus Gregor. 31. Mor. 7.

8 Struthio qui oculos intendat in ouum, ut illud foueat radijs quibus uitale fiat, cum uerbis, Lux uitam, sign. hominem qui ostendat se recipere uitam & alimentum a radijs & splendore oculorum mulieris a se dilectæ. Nam struthio sign. amatricem, ouum sign. hominem amantem. Dicunt enim quod Struthio fouet oua sua, non corpore, & illius calore, ut reliquæ aues, sed oculis in illa intuendo uiuificare.
Camillus Camillius in insigni Bartholomæi Alessij.

9 Struthiocameli pennæ sign. iustitiam, quod illæ pennæ sint ab utraque parte æquales.
Valerianus folio centesimo septuagesimo, octuagesimo lib. 25. cap. iustitia.

10 Struthiocamelus lutra, uel vitulus marinus, & homo uinculo simul colligati, sign. totam rerum omnium machinam. quod lutra & uitulus marinus sunt animalia inter terrestria, & & aquatica, & sign. illud uinculum quo tenentur terræ applicitæ aquæ, neque egrediuntur terminos sibi a summo opifice adscriptos.
Struthio camelus est media inter animalia terrestria, & aerea, quod neque in altum uolet, & habeat crura quodammodo, & pedes bubulos. & homo sit media inter elementa omnia, & Deum ipsum. Valer. f. 178. lib. 25. cap. Elementorum concordia.

11 Struthio camelus sign. hominem qui multa uelit. & certe nihil sibi asciscat, uti sunt adscripti militiæ sacræ, qui tamen profana negotia tractant, in hisque occupantur. quod illa auis habeat alas non tamen euolat quæ alæ sign. rerum diuinarum contemplationem. & quod habeat pedes bouillos, quibus semper terram præmit, qui sign. terrena negotia.
Valerianus folio 178. ut supra capit. multiuolus.

12 Stru-

12 Struthio Camelus sig. Hæreticum, quod habeat pennas, non tamen euolare posse, sicut Hæretici sapientiam videntur habere, non tamen sunt sapien. Valer. fol. 179. ut supra cap. Hæreticus.

13 Struthio Camelus sign. Hypochritam, quod oua quidem pariat, sed ea humi defigit, nulloque incubatu fouet, neque pullos nutrit, ita Hypochrita quamuis alios recte admoneat, & uiam bene faciendi ad doceat, non tamen ullos filios per ullum actæ uitæ exemplum generat. Valerianus folio 179. libro 25. cap. Hypochrites.

13 Struthio Camelus occultans tantum caput inter uirgulta sig. insipientiam, quod hæc auis si caput absconderit tantum, non curat de reliquo corpore. Valerian. fol. 179. lib. 25. cap. insipientia.

1 STRVTIO sign. Iunonem. Choulus fol. 44. Philipp. Arg.

1 STVDIA & desideria omnia deberi ad illud, quod est supremum Tendere Vide A. 5.

1 STVPA de qua Daniel cap. 3. significat superbiam. Bartolom. Pisanus in conformit. D. Franc. lib. 1. fructu. 2.

1 STVRIOLVS & huius secundum pannones pisces, sign. vel minima offendere. Hoc etiam sig. uir excutiens e calceo scrupulum. Sambucus fol. 64.

1 STRIMONEM Regem habuisse in uxorem Euterpem musam ex qua susceperit Branicum Rhœsum, & Olynthum, sig. illum Regem fuisse omnium sui temporis iustissimum, & æquissimum summa prudentia Regni sui tranquillitatem semper, & ubique spectantem; & denique talem eum Euterpes merito esset uxor. Goropius in Francicis fol. 75.

1 SVBDIACONVM procedentem, ut legat Epistolam a solo Acolitho comitari sig. D. Ioannis Baptistæ prædicationem paucos secutos esse.

2 Subdiaconum lecturum Epistolam non petere benedictionem ab Episcopo, vel Sacerdote neque lecta Epistola facere reuerentiam illi sign. legem accepisse finem in Christo D. & Epistola lecta, sacerdos uel Episcopus non osculatur uerba Epistolæ sicuti osculatur verba Euangelij, sign. maiorem honorem, & reuerentiam exhibendam esse ueritati quam Vmbris ueteris testamenti, & ipsi Christo D. quam præcursori eius Ioanni Baptistæ. Acmarus Hennequineus lib. de Cerem. cap. 18.

3 Subdiaconum præcedere Diaconum, quando sacerdos solenniter celebraturus accedit ad Altare. sign. legem præcedere Euangelium tempore, sed Euangelium dignitate maius esse. Michael Timotheus in Missæ sacrific. Quæst. 47. tractat. 2.

4 Subdiaconus qui præcedit Diaconum, ut supra sign. D. Ioannem Baptistam, qui præcessit tempore Christum D. in Spiritu, & uirtute Heliæ Innocentius 3. lib. 2. cap. 3. de myster. Missæ, & Michael, ut supra. Quæstione 48. tract. 2.

Tu vide Diaconus.

5 Subdiaconum præferre textum Euangelij quando sacerdos celebraturus solenniter accedit ad Altare significat legem continere testimonia Christi. nam subdiaconus significat legem, quæ præcedit Euangelium, de qua lege Christus D. dixit si crederetis Mosi crederetis utique & mihi. Innocentius 3. lib. 2. cap. 1. de myster Missæ, & Michael Timotheus Quæst. 49. tract. 2. Vel.

6 Subdiaconum præferre Euangelij codicem, sig. D. Ioannem Baptistam inchoasse Ante Christum D. prædicationem Euangelij: inquit enim pœnitentiam agite, &c. Innocentius, ut supra. & Michael ut supra Quæstione, 50. tractatu secundo.

5 Subdiaconum præferre missale clausum usque ad Altare, quod postea aperitur, significat nemini ex lege fuisse licitum aperire librum clausum intus & foris, signatum septem sigillis, nisi Christo Domino, qui fuit Leo de tribu Iuda radix David de quo libro T. uide suo loco. Michael ut supra. Quæstione 51. tractatu secundo.

1 SVBDITVS & collis, in Sacris litteris sunt Synonima. Gouschelius libro prio Elocut. sacrar.

2 Subditus. V. Ager. 47.

3 Subditis prædicare. V. Ager. 47.

3 Subditum nisi obediat superioribus, Deum habere iratum V. Amatus. 1.

1 SVBERIS tria frusta, quæ in flumine uel mari, vel lacu ventis, & undis turbidis semper super vndis connatent, cum uerbis nixu maiore resurgunt, sign. hominem, qui demonstrat suas actiones licet ab multis impedimentis vexentur, non tamen posse prohiberi, ne semper superiores fiant, & ad finem destinatum perueniant, Vel significat hominem, qui demonstrat in animo adeo fixas habere fidem spem, & charitatem, ut licet perturbentur a passionibus, & affectibus, tamen illæ semper manent superiores, & hoc sensu lacus siue mare sig. hominis animum: venti, & vndæ turbulentæ, sign. passiones, & affectus, tria suberis frusta sign. tres illas Theologales virtutes, quæ in bono Christiano nunquam submitti possunt. Camillus Camillius in Insigni Federici Ceruti.

2 Suberis arbor, quæ secure non recipiat vulnus licet percutiatur, & si percutiatur, & recipiat vulnus, fit tamen cum utilitate ipsius arboris, sign. hominem, qui demonstrat se ex persecutionibus non recipere detrimentum sed potius vtilitatem, & adiumentum. Nam suber si percutiatur in cortice, difficile recipit vulnus, sed si recipiat illud potius est ei utilitati quam detrimento; quia arboris suberis cortex nisi ab ipsa arbore detrahatur, suffocat illam, & si detrahitur est ei adiumento; quod in sola arbore suberis euenit, cum cæteræ, si cortice nudentur, emoriuntur. Camillus Camillius in Insigni Pauli Spinelli.

1 SV-

1 SVBIECTVM apud Platonem, sign. materiam Ficinus cap. 39. comp. Timæi.

1 SVBLIMATIO apud chimistas, sign. idem qđ solutio, distiliatio descēsio putrefactio, ablutio ceratio coagulatio, & fixio, nam Philosophi talia diuersa nomina ponunt, quæ tamen in rei veritate non sunt nisi unum, & idem, & unica operatione omnia simul, & semel, & eodem tempore, & labore perpetrantur, & hoc ideo fecerunt, ut indignis scientia esset obscura. Auicenna in tractatulo cap. 6. est autem sublimatio eleuatio partium subtilissimarum a partibus fixis. Sublimationem quando quis facere vult in lapide Philosophico, nil addat, vel diminuat, imo totam substantiam in uase raro ponat firmiter claudendo, & ponat ipsum uas in furnum, & commodet cum cineribus subtus, & inferius, ita quod duæ partes de tribus partibus uasis sint discoopertæ, tam diu, quousque materies dissoluatur, & postea administret ignem lentum, donec maior pars in pulnerem vertatur, quod fiet in 30. diebus, & tunc factæ sunt supra dictæ omnes operationes.

Sublimatum. V. Albi.

Sublimitas perfectionis. V. Altum. 1.

1 SVBSIDIVM præstitum plebi Parisiensi, quæ partim aufugerat, partim latebat ob Rodomōtis terrorem, sign. vulgus sine militari prudentiam non Valere propria sedes tueri. Ariosti cantur. 17. Clemens Valuasorus.

1 SVBSTANTIAM formam, & ordinem esse in qualibet creatura, ut ait D. Augustinus lib. 6. de trinitate, quando in unoquoque est, qđ ad diuinas personas, siue ad causam referri debeat. quodlibet enim subsistit in suo esse, habet formam, per quam determinatur ad speciem, habet ordinem ad aliquid aliud. substantia sign. patrem, forma signifi. verbum, ut quæ forma ex artificis conceptione prouenіat, & ordo sign. Spiritum sanctum, amor est enim, ac ordo effectus ad aliud quippiam ex creantis voluntate profluis. Petrus Bongus cap. de ternario. f. 90.

1 SVBVCVLA lintea sacerdotalis corpori penitus adstricta, & talaris, quæ alijs indumētis subijcitur, sign. doctrinam sacratiorem. Valeria. fol. 295.

1 SVCCINTORIVM, quo utitur Episcopus, sign. abstinentiam quam Episcopus habere debet. Hemarus Hennequinæus lib. ad Greg. 13. cap.

1 SVDARIVM quo vtitur Episcopus, sig. affectus mundanos esse extergendos. Michael Timotheus in Missæ sacrific. Quæstione. 8. tractat. 1.

1 SVDOR similis auro de quo Mirorius philosophus sign. humiditatem, quæ eleuatur in alēbicum de matera lapidis philosophici, quam cœlum philosophorum uocat aquam in colore auri, & senior uocat aurum lapidis, & aurum philosophorum, & tincturam, quæ est anima: cum qua ascendit Spiritus, & Hermes vocat aquam albam illorum, aurū quoniā anima tingens est absconditā in corpe alba aqua. & Razi dicit, oleum quod cepit rubeum colorem est sulphur, illud etiam est æs, & soli comparatur & auro. & in turba philosophorum dicitur oumus noster rubeus, est aurum. & Senior dicit quod Hermes nominauit aquam, cum dicit seminate aurum in terra foliata. Ioannes Braceschus in ligno vitæ. f. 10.

2 In Sudore accingi, ut est Ezech. 44. sign. initos continentiæ bonum seruare. Lauret. in verbo accingere.

3 Sudores febricitanti si statim inceperint, vel si in die tertio. 5. 7. 9. 11. 14. 20. 24. 27. 30. & 34. bonum sig. sudores uero, qui non ita veniunt sig. laborem in morbo, & sign. morbi longitudinem, aut sign. recidiuum. Rhodigin. lib. 3. cap. 18.

1 SVENI, & sociorum mors qui ab exercitu Goffredi sciuncti interfecti sunt. sig. hominis ciuilis iacturam, quam facit in amissione amicorum, & aliorum commodorum, quæ sunt ueluti instrumenta virtutis ad acquirendam felicitatem. Torquatus Tassus in allegoria suæ Hierusalem liberatæ.

1 SVFFLATORIVM comburi ab igne, ut est Ierem. 6. Defecit sufflatorium, ab igne consumptum est plumbum, frustrā conflauit conflator &c. sign. frustrationem vaticinii. hanc rē apud Hoseā. 6. caput sign. dolare in prophetis. Iacobus Gouschelius lib. 5. Elocu. Sacrar. scriptur.

1 SVGGESTA quattuor sibi inuicem superimposita, vel Rogus, ita ut primum quod est inferius, sit latius secundo, secundū latius tertio: & tertium quarto, quæ omnia sint triāgulata, & uarijs imaginibus alijsque ornamentis ornata, super superius quorum existeret currus cum quadri. significat Imperatoris consecrationem. Erizzus f. 437. Item uide Erizz. f. 505.

2 Suggestum quod sibi fecit Esdras, ut explicaret legem populo, sign. Crucem Christi Domini in qua ipse ascendit, ut demonstraret se expleuisse omnia, quæ in lege de se scripta erant, qua ex re in extremis dixit consumatum est. Raphael Aquilinus tractatu secundo, folio. 103.

1 SVLCVS, ut est prouerb. 13. multi cibi in sulcis pauperum. sign. laborem. Gouschel. lib. 2. Elocut.

2 In Sulcis iniustitiæ seminare mala, & metere ea in septuplum, ut est in Ecclesiast. significat datæ exemplum malè agendi hominibus ad hoc pronis, sicuti est sulcus paratus ad seminis receptionem, & puniri in pęna in septuplum inferenda. Petrus Bongus cap. de Septenar. f. 222.

1 SVLPHVR apud Spagiricos Paracelsi. sign. in corporibus omne pingue, quod incendi potest. sicuti Mercurius apud eosdem sign. omnem liquorem, qui ascendit atque in fumū transit. Et sal significat omne durum ac solidum,

quod

quod sulphuri, & Mercurio soliditatem præstat. Adam a Bodensteim ad Cosmum Medicem.

2 Sulphur apud Alchimicos, sig. aridum, & siccum in metallis sicuti argentum viuum, sign. humidum, & viscosum humorem. Paulus Scalig. 2. Tom. fol. 38.

3 Sulphur in corporibus metallicis est duplex vnum subtile dictum aurum intrinsecum sali, & compositum ex sale ac sulphure. aliud sulphur crassius dictum Mars, & ferè sali extrinsecum, quia genitum est ex lapidibus ui caloris, quod non funditur, & hoc apud chimicos sign. Mars. Ioannes Braceschus lib. de ligno uitæ fol. 18.

4 Sulphur subtile apud Morienum, sign. latonem cum dixit ignis, & azoth idest argentum uiuū conuersum in salem latonem lauant idest sulphur nostrum metallicum. Braceschus ut supra.

5 Sulphur viuum, sulphur decoctum, & sulphur claudilatum, apud chimistas est idem. Ioannes Garlandius.

6 Sulphur naturæ, & sulphur artis apud chimistas sign. Spiritum metallorum sublimatum, & conuersum in terram foliatam per sublimationem. Clangor buccinæ capitulo operis inceptio.

7 Sulphur, argentum uiuum, & arsenicum sunt idem. Clangor capitulo de luna philosophica.

8 Sulphur tingens non est nisi in auro, & argento Correctio fatuorum cap. 10.

9 Sulphureitas fixa & argenteitas uiua fixa in profundo substantiæ auri, & argenti sunt substantia subtillissima, & purissima facillimæ, & tenuissimæ liquefactionis ad modum ceræ, & est fixa super ignis pugnam, & signifi. idem, quod sulphur naturæ, per quod sulphur, & per quod argentum uiuum chimistæ coagulāt argentum viuum, & ipsum in naturam solificam, & lunificam conuertunt, & etiam conuertunt omnia corpora metallica, & imperfecta ad naturam perfectam solificam, & lunificam. Clangor in cap. operis inceptio.

10 Sulphur occultum in argento uiuo est dans formam solis sed uirtutem caloris antinaturalis siue mineralis extrinseci. Lacinius in collectam lib. 1. cap. 44.

11 Sulphur & ignem pluisse super Sodomam, & Gommoram, signifi. sodomitas inferni pœnis addictos esse: nam sulphur est materia ignis infernalis, quæ materia in lacu Gomoreorum maxime crescit ex asphato, & hoc signific. bi esse portam inferni sicuti dicunt sapientes Betel esse portam cœli. Franciscus Georgius p. 333. to. 6.

12 Sulphur aspergi in habitaculo iniqui, ut est Iob. 18. sign. fetorem libidinis accendi. D. Greg. 14. mor. 10.

13 Sulphur solis. V. Adech. 1.

14 Sulphur naturæ. V. Aequaster. 1.

15 Sulphur G. AKibrit. 1. V. AlKmit. 1.

16 Sulphurata. V. Alusuen. 1.

17 Sulphur subtile componi ex Mercurio. V. Amor. 20.

18 Sulphur siue lapis philosophicus. V. Androdamas. 1.

1 SVM. misit me. Dei uerba loquentis ad Moisē quo in loco apud Hebræos positum est futurum pro præsenti, carent enim tempore præsenti, cuius loco utuntur futuro sig. Deo conuenire purum actum essendi ea ratione, qua essendi actum omnibus largitur ipse interim infinitis spatijs omnem essendi actum excedens. Gorop. lib. 1. Hermath. fol. 13.

1 SVPERBIA & factus, & prosperitas mundi. V. Abies. 10.

2 Superbiam inficere omnium uirtutum opera. V. Abs. 11.

3 In Superbiam pharisaicam eleuari. V. Abire. 1.

4 Superbiam inimicorum. V. Ab. 42.

5 Superbia uenti quatuor, fabri quatuor, porta inferni, principium uitiorum, olla succensa, os inferni, caput diaboli, super astra eleuari, in sacris litteris sunt synonima. Guschelius lib. 1. Elocut. sacr.

6 Superbia seculorum, ut est illud Isai. 60. ponam te in superbiam seculorum, sig. Erectionis authoritatem. Gusch. lib. 6. Elocut.

7 Superbia, & iniquitatis plenitudo. V. Adeps 13.

8 Superbia vel locus crudelitati accomodus. V. Agere. 25.

9 Superbia. V. Altitudo. 12.

10 Superbia diaboli & hereticorum. V. Altitudo 13.

11 Superbia qua mali bonos conculcant. V. Altitudo. 14.

12 Superbia V. Altum. 2.

13 Superbia extolli uel superbire. V. Altum. septimo.

14 Superbos apud antiquos puniri non solum diuina censura sed etiam indignatione, sign. superbiam maxime omnium Deo dissonare obedientiam humillimam exigenti, & ideo superbis præter cætera supplicia; proprium Nemeseos numen ad punitionem introduxerunt Iuxta illud disperdit superbos mente cordis sui. Ficinus in 5. de legibus Plat.

15 Superbi & ambitiosi in Ecclesia. V. Abiron. primo.

16 Superbus inferno affixus. V. Absalon. undecimo.

17 Superborum corda Deo conteri. V. Adultera primo.

18 Superba uitiorum defensio. V. Altitudo. quintodecimo.

19 Superbi. V. Altum. 22.

1 SVPERCILIVM sig. hominem qui sublimiū diuinarum que rerum contemplatione detentus sit. quòd supercilia eminentiori sunt loco sita.

2 Supercilium sign. hominem fastuosum. nam superciliosos dicimus fastuosos. Valerian f. 238.

3 Su-

3 Supercilia si contrahuntur. sign. tristitiam. si adducuntur significant hilaritatem. si remittuntur significant pudorem.
Ioannes Baptista Porta in libro de furtiuis literarum notis.

3 Supercilium sign. seueritatem. nam qui supercilia habent, & spissa, & hirsuta sunt seueri valde. uel quòd seniores maiora habeant supercilia, qui us plurimum sunt seueriores. Valer. f.236.

1 SVPERHVMERALE sign. totam naturam, quòd quatuor coloribus fieret auro contextis propter splendorem, qui mundo diffunditur.
Iosephus de Antiquitat. libro sextio capitulo 11.

2 Superhumerale Pontificis sign. patientiam quā habere debet Pontifex. Aemarus Hennequinæus libro ad Gregorium XIII. capitulo quinto.

3 Superhumeralis anguli. significat firmam intentionem placendi Deo. Lauretus in uerbo angulus.

4 Superhumeralis latus respicere rationale, ut est Exod. 28. signific. opera esse ordinanda, & aptanda ad rectam intentionem.

5 Superhumerale. sign. iudicium discretionis. Michael Timotheus in Missæ sacrif. quæst. 5. tract. 1.

1 In SVPERLIMINARI cantare coruū. V. columbam cantare in fenestra.

2 Superliminaria, ut est illud Isaiæ 6. & commota sunt superliminaria cardinum. sign. prælatos & Principes Ecclesiasticos, qui erant commouendi ad uocem prædicationis ordinis Prædicatorum in principio tertij status. Abbas Ioach. in Hierem. f. 12.

1 SVPPLICIVM, ira, & exaltatio in sacris litteris sunt Synonima. Gouseh. lib. 1. Elocu. Sacr.

1 SVS inter insignia Romanorum. significat Imperatores Romanos non sine eo in sacris adhibito facturos inducias. Cartarius folio 406.

2 Sus q̄ sit dimidia tecta lana, & dimidia setis, uel quæ inter setas habeat lanam mistam. est Ethimon Mediolani. & sign. eam ciuitatem, est. n. eius insigne uetus compositum ex insigni Heduorum succula, & insigni Biturigum Vernicæ. Alciatus Embl. 2.

3 Sus pascens, uel eius caput alicui oblatum. sig. in dies meliora, uel ulterius in melius procedendum. Nam sus pascens nunquam retro progreditur, sed semper ante procedit.
Alciatus Emblemat. 45. Vide infra suis caput.

4 Sus iugulata ante aram Cereri. significat sacra facienda ex his quæ sunt contraria humano victui, & parcendum illis, quæ ei sunt utilia, ut sunt boues. & ideo antiquitas a bobus abstinebar. Sambucus f. 17.

5 Sus comedens cancrum. sig. illos qui prius vitiosè vixerunt, & postea retro uitam uertentes ad sanitatem reducuntur. Cancer enim a sue deuoratus illi capitis dolorem sedat. Sambucus f. 61. Emblem. 44.

6 Sus sign. libidinibus immundis ac sordida voluptate delectantes. Boetius & Georg. Venetus Arm. fol. 107.

7 Sues sign. homines, qui sunt voluptati dedici.
Clemens Alexandrinus in adhortatoria ad Græcos.

8 Suem a sacerdotibus Aegyptijs semel in plenilunio gustari, sign. Typhonem in pleni lunio suē persequentem in arcam ligneam incidisse, in qua Osiridis corpus iacebat. Vel sig. veteres ostendisse uoracitati delicijsque, & gulæ incitamentis nuncium mitti oportere.
Cœlius Calcagninus libro de Rebus Aegyptiacis.

9 Sus effæta, quam Troiam uocant, in numis Augusti, & Titi, sig. Aeneæ augurium, & insigne quò usus est in condendo Regno Romano. Gabriel Simeon libro de illustratione Epitaphiorum antiquorum.

10 Suis caput solere ostendi Canonicis Monasteriensibus iam iam morituris sign. in extremo uitæ articulo cogitandum se non humanam sed porcinam uitam egisse eoque moueri ad veram pœnitentiam, & diuinam misericordiam in postremo uitæ articulo implorandā. Vide supra sus pascens.
Goropius in Hermath. lib. 8. f. 194.

11 Sus animal signifi. obsequiosum in dominum suum, sicuti canis. Valer. fol. 42. lib. 5. cap. obsequium.

1 SVSVRRII venes ab aure audiri, ut est Iob. 4. significat Deum non uoce sonora & alta, ut homines nobiscum loqui, sed dum imprimere conceptum, in mente quiete, & bene dispositā iuxta illud, audiam quid loquatur in me D. Deus. psal. 84. Franciscus Georgius problem. 201. to. 5.

1 SVVEEG vox primæ linguæ, quæ interpretatur ad omnia humiliter tacens, mystice significat Christum D. qui quasi agnus coram tondente se obmutuit, non aperuit os suum, ita ut suueeg sign. Christum D. militantem, & hoc dum est uox prorsa, nam retrorsa geeuus, q̄ interpretatur dat secula sempiterna sig. ipsum Christum Dominum Triumphantem. nam & ipse sua virtute ad illa ascendit, nos secum ducens, & eadem nobis ipse largitur. Gorop. in Hieroglyph. lib. 5. f. 75.

1 SICOMORVS in, quam Zacheus ascendit sig. eos qui mundi sapientiam humiliter sectati, eligunt mox Dei sapientiam, subtiliter aspicere. Sycomorus enim sign. fatuitatem quòd sit ficus fatua, & Sycomorum ascendere sign. prudenter eam, quæ diuinitus præcipitur, laudabilem, & sapientem tenere fatuitatem, quòd. n. inter mortales insipientius, quam amissa non quærere, possessa largiri, rapientibus relaxare, nullam pro acceptis iniurijs iniuriam reddere, sed iuxta præceptum D. N. in omnibus patientiam præstare?
Valerianus fol. 392

2 Syco-

2 Sycomoros succidere, ut est Isai. 9. & Hierem. 4. sign. perdere inutiles ab Ecclesia, ut quando quis peccando extra ecclesiam deperit. Laure. in verbo abscindere.

3 Sycomorus sig. peccatum unde & calcatio Sycomori sign. peccati. Lauretus in uerbo ascendere.

1 SYDVS copiosum apud Esdram in lib. 4. sig. Gentium maximam stragem, quæ fiet in tempore illorum decem Regum, qui surrecturi sunt in vna hora post deletam Otthomanorum stirpem quod forsitan est futurum post duos sequentes Principes Turcarum a morte præsentis Amurathis. M. Antonius Lousinus in Esdram fol. 54.

1 SYLPHES siue conomi siue pygmei homunculi vel potius Spiritus terrei, habitantes in metallorum cauernis, si audiuntur semel, bis, terue pulsare, uel sepius eodem loco sig. mortem fossoris, qui laborat ibidem, qui ruina montis contegitur, aut alia quapiam occatione moritur, hæc est penes metallorum fossores experientia certa, nec non a peritioribus maxima diligentia notata. Theophrastus paracels. tractatu de philosophia occulta cap. 5.

1 SYMANDII Regis Sepulchrum habens circa se imagines iudicum insculptas, a collo quarum pendebat ueritatis effigies oculis pene clausis ac libris circumpositus conspicue, sign. ueritatem in uero homine semper esse debere, & pro ea semper inuigilandum. Petrus Crinitus lib. 5. cap. 8. de honesta disciplina.

1 SYMBOLICA Doctrina est earum rerum, quæ sub oscuris rerum iudicijs tradebantur, Explicatio, de qua.
Paulus Scaliger libro secundo cap. 1. de rerum Causis.

1 SYMBOLI fidei nostræ decantatio a sacerdotibus facta, sig. laudationem ueritatem actionem per quam gratias agimus Deo pro cunctis beneficijs, quæ in Symbolo continentur in nos collatis. D. Dionisius cap. 3. Ecclesiast. Hierarch. lege Aemarum cap. 23.

2 Symbola apud pythagoræos sign. Commentaria quædam capitalia, quæ erant seniorum scripta, & quæ meminerant colligentes, relinquebant liberis, uel uxoribus committentes, ne cui darent extra domum, quod mandatum Pythagoræi diu seruarunt iure quasi hereditario apud postea ex ipsis ortos. Nicolaus Scutelius in uita Pythagoræ. fol. 23.

3 Symbolum habentibus facilem esse transitum, sign. operantes in terris debere proportionari cęlestibus in anagogicis uirtutibus, uel potius debere proportionari ipsi summo Deo, iuxta illud D. Pauli prædestinauit conformes fieri imagini filij sui. Franciscus Georgius Verus proble. 460. 461. to. 1.

Collecturis nobis doctissime Caballaria quoad eius per nos fieri poterit, Symbolicas res, uisum est operępretium primum quęrere qnid nam sit Symbolica disciplina, quando eam esse apud doctos compertissimum est, tum ad eius partes deuenire quibus singulos explicitis facilem aditum, ut speramus ad Symbolorum cognitionem aperiri posse, quæ ut diuis omnibus innotescat pro uirili nostra parte dabimus operam. Qua uero intentione antiqui illi oculatissimi sapientes Symbolis potius, quam dictionibus usitatis uti voluerint, sapientia ipsa in Euangelio indicauit, ne scilicet Margaritæ projicerentur ante porcos, proinde quanta ab Symbolica cognitione proueniat utilitas, res per se se ipsa loquitur, cum symbolis ignoratis neque penitiora humanæ philosophię arcana, neque diuinæ sapientiæ occulta, quę potissimum ad communem salutem spectant nequaquam homo percipere valeat. quantam porrò iacturam faciat, & quantum patiatur detrimenti humanum genus, si non intelligat exacte fundamenta humanæ philosophię & si seria diuinę sapientiæ interpretamenta non norit, quis ignorat?

Omnis, quę ad hominem spectat liberalis, & necessaria cognitio, vel constat ex humana scientia ob hominum actus sępe iteratos nata, cuius fundamentum est orphica philosophia ad cuius cognitionem quinque organa omnino sunt peridonea. mens, discursus, opinio imaginatio, & sensus. Vel constat diuina sapientia quæ interpretatur symbolica doctrina, adeo quod quicquid cadit sub humanam cognitionem, vel est in scientia humana uel in sapientia diuina. Quę continentur in scientia humana partim sunt propriè, & partim symbolice explicata. idem euenit in his quę in sapientia diuina complectuntur, de illis, quæ propriam habent explicationem tum in humana tum etiam in scientia diuina nihil in pręsenti tractatu nobis agendum est De symbolicis igitur solis noster erit sermo, & primum dicemus quid sit symbolica doctrina, quam ita deffiniunt.

4 Symbolica doctrina nil aliud est, quam earum rerum, quę sub obscurioribus rerum indicijs traduntur, explicatio. Sed ad huius diffinitionis rectam intelligentiam percipiendam dicendum est de symbolis, quæ sint, & quot modis symbolica lingua symbolis vtatur.

5 Symbola sunt notę significatiuę arcanioris cuiuspiam mysterij, ut ciconia sign. pietatem, pauer, sign. fertilitatem, de his symbolis nos agemus.

5 Symbolica cognitio sign. scientiam diuinam, sicuti Orphica sapientia sign. scientiam humanam in symbolica cognitione nonmodo litteræ ac nomina sign. Res, sed ipsæ etiam Res sign. alias Res, sine qua symbolica cognitione licet datur in actionibus cautio, circumspectio prouidentia, sagacitas, in studijs solertia, in consideratione rerum omnium docilitas, ars, intelligentia opinio, constans tamen, pura & inefabilis scientia de quibuslibet sensibilibus non conceditur: non enim humana disciplina, sed diuina tradutione iugiter ab uno, & item ab altero recepta acquiritur.

6 Hęc Symbolica cognitio constat nouem opifi-
cibus

cibus, quæ sunt elementa, homo, receptio, partes, locus, communicatio, Sabbatum, portæ, & symbolum.

Elementa in symbolica cognitione sign. ideam diuinam, quam sign. terra uiuentium, quod in uirtute Dei uini uitam influit. Elementa sign. etiam scalam naturę, quæ habet tres regiones, quarum prima est obiectum diaphanum, & & sensus exterior.

Secunda est sensus interior scilicet phantasia, & iudicium brutum.

Tertia iuditium humanum scilicet ratio, & intellectus. In prædicta scala sunt gradus decem, qui dicuntur decem numerationes, quibus ad cognitionem omnium, quæ sunt uere, aut sensu aut sciẽtia aut fide ab imo ad summum ascẽdere possumus, quæ autem sint istæ decem numerationes, lege Sephirot. supra dictæ tres regiones habent tres status singula singulum primus uocatur sensus, secundus iudicium, & tertius intellectus, hæc triũ regionum Abrahã sign. tertiam, Iacob signifi. secundam, & Isaac sig. primam.

Homo qui est secũdum opificium symbolicum, & signifi. restaurationem generis humani uniuersalem post illius primordialem ruinam, quę restauratio occulte dicitur salus, qua nulla prior fuit, sign. illum Adam de quo dictum, est, ecce Adam fuit unus ex nobis, verbum scilicet Dei Christus D. N.

Receptio tertium opificium symbolicum, sign. reuelationem factam a Deo antiquis patribus ab Adam usque ad Iacob, de futuro Messia qui genus humanum esset redempturus, Iacob uero tempus descripsit dicens congregamini, & anunciabo uobis quod cõtinget in postremo dierum. Non auferetur sceptrum de Iuda & legis lator de femore eius, donec ueniat Silo & eidem congregatio gentium.

Partes ipsius symbolicæ philosophiæ, quæ sunt quartum opificium, sign. actionem, & contemplationem symbolicam. Actio symbolica in sensibili mundo permanet, atque animam huius vniuersi Mundi non transcendit, contemplatio uero symbolica, quam patres Anagogicã institutionem appellant, contemplatur in immobili silentio cunctorum creatorem, ut primo simul omnia creauit, & postea nouenario sermone ad proprias singula quæque distinctiones commouit.

Locus qui est opificium quintum symbolicum, & sign. Paradisum, & infernum, Paradisus duplex, cælestis. & terrestris, cęlestis signific. speculationem illuminantem, & uiuificentem quam uocant cognitionem Dei intuitiuam. terrestris Paradisus sign. contemplationem, quæ non sit illuminans, & non est beatifica sed fiat per species connaturales. infernus itidem est duplex, superior, & inferior, ille sign. purgatorium, & iste signifi. tartarum, in quo æterna est pœna. communicatio, & opificium.

Communicatio sextum opificium symbolicum, signifi. communicationem illam, quam habet homo paruus mundus cum magno mundo sensibili in Metatron intellectu agente primi mobilis, & illam quoque, quam habet mundus intellectualis cum mundo archetypo in anima Messiæ, quæ est quasi essentia quædam continua inter angelicum, & diuinum mundum.

Sabbathum septimum opificium symbolicum, sign. cessationem ab omni labore in mundo superiori, & propriè sabbathum, sign. seruitium diuinum, quo sensus, & ratio absoluuntur ab occupationibus materialibus, quantum permittit humana imbecillitas, & energia mentis alligatur occupationibus formalibus ad considerandum, quæ sursum sunt, & dicitur hebdomada superna, & uocatur Iobileus. Vnde omnis remissio, propitiatio, & infusio gratię descẽdit.

portæ octauum opificium symbolicũ, quę sunt quinquaginta, & in hoc opificio includuntur etiam semitæ sapientiæ, quæ sunt trigintaduæ, portæ vocantur portæ intelligentiæ quas omnes quinquaginta habuit Moses præter vnam in quam non potuit ingredi, in his portis omnis lex diuina comprehẽditur, & tota scientia, vel sensu literali, vel allegorico, per dictiones, uel Arithmeticas supputationes, uel Geometricas literarum figuras descriptas, uel transmutatas, uel armoniæ consonantias ex formis characterum, coniunctionibus separationibus tortuositate directione, defectu, superabundantia minoritate, maioritate coronatione, clausura, apertura, & ordine resultantes, quę aperiunt omnium creatorarum cognitionem. Istæ quinquaginta portæ signif. quinque vniuersales rerum conditiones, & decem considerationes singularum illarum quinque conditionum, quæ conditiones quinque per decem considerationes multiplicatæ efficiunt quinquaginta, quinque rerum conditiones sunt elementa, elementata, animæ, corpora cælestia, & supercęlestia incorporea, quæ singula considerantur, vel ut genera generalissima, vel ut genera specialia, uel ut species specialissimæ, uel ut species generales, uel ut indiuidua, uel ut materia, uel ut forma, uel ut differentię, uel ut proprietates uel ut accidentia. Hæ autem portæ intelligentiæ, vide portæ intelligentiæ. Semitæ verbo trigintaduæ sapientiæ, sign. decem numerationes, & vigintiduas literas Hebræas, quæ uigintiduæ literæ iunctæ cum 50. portis conficiunt 72. Qui est numerus 72. Principum angelorum, quem numerum, signif. ה־ה. Tetragrammum, si Iod quater ponatur, hæ primi ter. vau bis, & hæ secundùm semel.

7 Symbolum quod est nonum opificium symbolicum, sign. linguas angelorum, per quas Deus mentes nostras illustrat, per quas in amorem Dei, & reminiscentiam nos ipsos traducant. uoces enim angelorum sunt imagines spirituales, quibus excitant mentes nostras in fidem, spem, & charitatem Deo gratissimam, & ad intentionem ceremoniarum rectè obseruandam, quæ eius modi esse debet, ut memoriam Dei frequentem excitent, & eius timorem, & amorem

& amorem, & obseruationem mandatorum omnium doceant, ut in Deum altissimum credatur, quod vnicuique est necessarium.

Paulus Scaliger secundo tomo, fol. 71. usque ad fol. 82.

1 SYNAGOGA prima fuit de Hebræis in Aegypto: secunda fuit Græca, & tertia fuit Lana. prima confidit in Aegypti potentia, & Assiriorum Regibus. Secunda in Tyrannis Persarum, & in Regibus Constantinopolitanis, tertia in Regibus Franciæ, & Alemannis, signific. φ Ecclesia Latina confidens in Regibus Franciæ, quos signific. Aegyptij, & in Alemannis, quos signific. Assirij, & sicuti aquæ Aegypti sanguine turbatæ, sign. peccatum luxuriæ, ita sig. fore, ut ex Francis contra Ecclesiam surgant magistri sequentes literam occidentem, & non spiritum viuificantem. Quibus Francis si Ecclesia innitetur, ipsi erunt ei tanquam baculus arundineus, qui manus innitentis perforat. Et sign. fore, ut manus Pontificis, quæ sign. spiritualem, & temporalem authoritatem aliquando perforentur: erat enim futurũ, ut per Alemannos bona temporalia eriperẽtur Ecclesiasticis. Quòd vtinam ne tempestate nostra eueniat, vel saltem ab annis 1590. vsque ad annos, ut arbitror 1620. ut timeo. Frãcus enim succumbet Imperio, si tamen quod ait Abbas, Ioachim in Hieremiam. fol. 7. non iam præterijt, quod ipse nõ puto, sed potius futurum credo.

2 Synagogam nocte captam esse, ut est Isai. 27. sig. synagogam captam in erroris sui tenebris.

Lauretus in uerbo accipere.

1 DE SYON exibit lex, & uerbũ Domini de Hierusalem, sig. Spiritum sanctum in Syon fuisse illuminaturum Apostolos, qui prædicarent legem Euangelio grauidam, & in Hierusalem uerbum Dei incarnatum præcipuè fuisse prædicaturum, uel sign. quod Syon est locus in Archetipo, unde lex emanauit, & Hierusalem, quę sursum est, sign. item locum in eodem Archetipo, unde prędicatio, & uox declarans legẽ progreditur. F. G. P. 6. tom. 2. Vide p. 36. tom. 2.

2 Syon, ut est illud Isai. cap. 35. & redemptio Domino redibunt, & intrabunt in Syon, signific. Paradisum, in quem erant ingressuri à Messia de limbo redempti. Galatin. libro octauo, cap. 21.

3 Ad Syon accedere, ut est Hebr. 12. signific. accessum ad Ecclesiam, & non ad Sina, idest ad Synagogam, idem significat appropinquare Hierosolymis, & Bethphagæ, ut est Matth. vigesimoprimo.

Lauretus in uerbo accedere.

4 Syon, sign. eminentiam capituli Romani. Abbas, Ioachim supra caput quartum Ecclesiæ, & Paulus Scaliger in oratione ad Pontificem, fol. 18. Vel Syon sign. ipsam Romam. Scaliger fol. 19. ibidem.

5 Syon, sign. Ecclesiam eo, quòd ab hac peregrinatione longè posita promissionem rerum cœlestium speculatur: Syon. n. speculatio interpretatur. Guliel. Duran. in c. 1. primi lib. Rationalis.

6 Syon, aut ciuitatem in sanguinibus ædificare, ut est Mich. 3. signific. pauperum rapinis, & insontium cæde fortiores fieri. D. Hieronym. in Mich. 3. & Abac. 2. & denique sign. omnia uaria nocumenta proximi. Lauretus in uerbo ædificare.

7 Syon arari quasi agrum, ut est Mich. 3. & Hierem. uigesimosexto, signific. Ecclesiasticorum charitatem refrigescere. Diuus Hieronymus Mich. 3.

8 Syon reparatæ ruinæ, ut est Isai. 49. sign. lapsum synagogæ, & reparationem Ecclesiæ. D. Hieronym. in Isai. 49.

9 Syon sign. Romam. Paulus Scaliger in oratione ad Pontificem. fol. 19.

10 Syon sign. Ecclesiam. Durandus lib. 1. capit. 1. Ration. Diuin.

1 SYRENES quãdo hæc appellatio accipitur pro spetie spirituum habẽtium carnem, & sanguinem, & degentium in aquis, quæ alio nomine dicuntur Vndenæ a neothericis Philosophis siue nymphæ ab antiquis. Sicubi apparuerint, sign. Principum, ac magnatum, sectarum, & partialium societatum futurũ præcipitium. Vide Paracelsum in tractatu de philosophia magna. Syrenes habitant in elemento aquæ, sicuti Drames Lorindi, & Nesyder. & sunt animalia rationalia æternitate quadam in suo corpore prædita non ab alijs generata. Leo Suanius in Compendio Philos. & Medicin. Paracelsi. fol. 23.

1 SYRINGAM amatam à Pane illum spreuisse, & omnes Satyros, sig. musicam non placere rudibus. Iosephus Horologius lib. 1. Metham. Ouid.

2 Syringa fistula Panis, cum uerbis, perdit soluta leporem, signific. patrem familias, qui hortetur filios ad concordiam, & ad simul uiuendum. Bartholomæus Tægius. libro 2. de arte fabri. insignia.

1 SYRIAE Reges, & Israel ascendentes contra domum Dauid, ut est Isai. 7. signific. hæreticos contra Ecclesiam unitos. Lauretus in uerbo ascendere.

1 SYRTES anguipedes. sunt monstra, quæ in Sphingis habent corpus, nisi quòd pro cauda habent serpentem, in cuius extremitate est caput. Hæc mõstra habent faciem, & pectus uirgineum visu admodum lasciuium, oculos venustos, sed manus unguibus uncis, quibus homines allectos discerpunt, & postea deuorant, de quibus Dion Chrisostomus in oratione quinta, & Piorius lib. 14. fol. 108 Hæc monstra, ut aiunt, in Libia uersantur, cum Hercules ea peruexisset & monstra à longe uidisset, cursum pernicissimum arripuit, quem cum ipsæ syrtes insequerentur, uelocissimæ attamen non potuerunt arripere, indignatione succensæ seipsas discerpserunt, & signific. improbitatem atque lasciuiam tantum fugiendo superari, ad hoc alludit illud Ecclesiastici, peccatum tanquã colubrum fugiendum.

1 SYRVS adducens Syros contra filios Israel,

ut est 1. Paral. 19. sign. diabolum conuocans alios diabolos contra fideles. Lauretus in uerbo adducere.

T

1 TAPUD quendam sig. medicinam corporis rubei apud chimistas.

1 T. littera signifi. crucem Christi D. & arithmetice sig. tercentū, & quia crux sig. salutem, hinc fuit, ut Abraham cum audisset Loth, abductum fuisse captiuum tercentis suis familiaribus numeratis hostes aggressus vicit maximum eorum numerum, Loth recuperauit, quod sign. eos homines esse Abrahæ familiares, & coniunctos, quod ad salutem attinet, qui ad signum, & nomen domini confugerunt, & eos superasse, qui ipsos adducebant in captiuitatem, & plurimas gētes infideles, quæ eos persequebantur. Clemens Alexand. in lib. strom. 6. f. 304.

2 T. littera si proferatur, te, in alphabeto primæ linguæ notat, ad, & in orationis ipsius alphabeti parte tartia, quæ incipit ab. n. & signat sensū talem, ut præceptor desideret, & oret Deum, ut exaltet discipulum, qui est ueluti pecus ad senam. V. sequens littera notat. te. Goropius in Hermath. lib. 9. fol. 217.

1 TABELLA leuis, & altera Tabella grauis, quę iactæ in aquas una summa petit, & altera fundum, sign viros leues, & vanos adulatores uitare pericula. Graues uero & constantes, iniuriæ, & periculis subijci. Sambucus f. 210.

1 TABERNACVLVM a Mose fabrefactum sign. ordinem ipsius, & totius naturæ. Ioseph. libro antiq. 3. cap. 7. & cap. 11.

2 Tabernaculi tertia pars, quæ erat intra quatuor tabulas, quæ sacerdotibus in transgressibilis uidebatur, sign. cœlum in quo deus est. Ioseph. de antiq. lib. 3. cap. 7. & capite 10.

3 Tabernaculi pars quæ erat 20. cubitorum, & solis sacerdotibus adiacebat, sign. mare, & terram hominibus gressibilem Ioseph. de antiq. lib. 7. & capite 11.

4 Tabernaculum esse non manu factum, & manu factum sig. Christum D. N. qui ut uirtus Dei & Dei sapientia est, est non manu factus sed increatus cum sit secundum naturam suam, creaturam suscepit, quādo secundum nos carne oportuit tabernaculum hoc fabricari, & tunc dicitur manufactus: nam inquantum natura ante secula fuit, increatus est, inquantum corporalem hanc concretionem suscepit, creatus, & factus est Gregorius Nisenus in uita Mosis.

5 Tabernaculum sign. eam uirtutem, quæ omnia continet in qua vniuersa deitatis plenitudo inhabitat, cum commune id omnium tectum sit, cum uniuersa in ipso cōtineat, non iniuria tabernaculum nuncupatur. Georg. ut supra.

6 Tabernaculi inferioris cortyna, significat Christi D. N. carnem. Greg. ut sup.

7 Tabernaculi columnæ argento atque auro refulgentes, & vectes atque annuli, & Cherubin illa duo, quæ suis alis arcam contegebant cæteraque omnia, quæ ad sustinendum contigendumque Tabernaculum descripta sunt, signif. multitudinem Angelorum; quam Moises in exemplari nō manufacto videlicet in Christo D. N. Dei virtute, & sapientia uidit, a qua multitudine Angelorum hæc quæ corporea sunt secundum Dei uoluntatem sustinentur atque reguntur, io illo enim exemplari idest in Christo D. N. ueri vectes nostri & habitant, & sunt qui ad ministerium mittuntur propter futuros salutis heredes. Gregorius Nisenus in uita Mosis.

8 Tabernaculi arca, & facies, quæ contegebatur, alis Cherubim, ut est apud Mosem, & Ezechielem, sign. idem, scilicet esset incomprehensibilem speculatio nibus diuinam maiestatem. Gregorius ut supra.

9 Tabernaculi candelabrum, quod ex una basi, & vna radice in septem lucernas dispertiebatur, sign. septem Spiritus siue dona Spiritus sancti.

10 Tabernaculi propitiatorium, signific. Christum Dominum Nostrum iuxta illud Apostoli quem animarum nostrarum propitiatorium proposuit.

11 Tabernaculi altare, & Turribum sign. orationem, quam huic Tabernaculo, idest Christo cælestes uirtutes afferunt.

12 Tabernaculi corium pilosum, & purpureo colore pictum, signifi. passionem D. N. I. color enim purpureus sig. sanguinem, & pili sig. illius mortem: nam pilus in corpore est sine sensu, & ideo mortis est Symbolum.

13 Tabernaculum superius sig. Christum D. N. sicut Tabernaculum inferius sign. illius Ecclesiam. Gregorius, ut supr.

14 Tabernaculum repulsum Silo, sign. septem Ecclesias orientales repellendas a Deo, sicuti p tabernacculum Ioseph repulsum sign. septem tribus repulsæ a Regno, quo tantummodo Beniamin, & Iudæ fuit datum, & quoniam in Tabernaculo erat candelabrum Mosis, signifi. Candelabrum Ephesinæ Ecclesiæ amouendum de loco suo, ut habetur in Apocalipsi, cuius amotio, significat. septem orientales Ecclesias a Regno Spirituali amouendas. Ioach. Apocalip. f. 62.

16 Tabernaculi inferioris columnæ sign. ministros misteriorū Ecclesiæ scilicet prophetas Apostolos & doctores, quos Ecclesiæ columnas appellamus. Gregor. Nisenus in uita Mosis.

17 Tabernaculi inferioris Lichni siue lucernæ sign. Apostolos, & omnes, qui in Ecclesia suis operibus luminaria facti sunt.

18 In Tabernaculo inferiore sacrificium laudis sig. orationes, quæ fiuot in Ecclesia; tam in mane quam in uespera.

19 Tabernaculi inferioris vrnæ siue vasa ad lauandum sign. sacerdotes, qui per sacramētalē aquā auferunt sordes peccatorum, ut fuit Ioannes

Petrus

Petrus Philippus, & reliqui. Gregorius Nisenus in vita Mosis.

20 Tabernaculi inferioris atria, quæ inter se complicata in circulum connectuntur, signifi. pacem, concordiam, charitatem credentium.

21 Tabernaculi inferioris corium purpureum, signific. mortificationem carnis pronæ ad peccandum.

22 Tabernaculi saga ex pilis ad ornatum tabernaculi pertinentia, signific. viuendi normam, quæ sit strictior, & durior.

23 Tabernaculi Corij color purpureus, signific. floridam spiritus gratiam non habitare in homine nisi primo peccati vim in seipso mortificauerit. Vel, signific. pudorem modestum.

24 Tabernaculi saga esse pilis intricatis aspera, sign. passionem omnium asperam, & abstinentiam, atque continentiam.

25 Tabernaculi pars, quæ vocabatur Sancta Sanctorum, ad quæ multitudo peruenire non poterat, signific. rerum veritatem. Veritatem, scilicet mysterij nostri rem sanctam, & Sanctam Sanctorum, & multis incomprehensibilem. Hæc veritas in adytes tabernaculi constituta absque curiositate aliqua intelligi, ac recipi debet: credendum enim est ita esse, ut Ecclesia prædicat.

Gregorius Nisenus in vita Mosis.

26 Tabernaculum Dei absconditum, ut est Psalm. 26. signific. Christum Dominum, in quo proteguntur boni. D. Augustin. supra Psalm. 26. Et Lauretus in uerbo absondere.

27 Tabernaculum habuisse numen, & gloriam Dei in se, signific. In eo angelum Miatron Principem facierum resedisse. Franc. Geor. Problem. 101. tom. 2.

28 Tabernaculum fabricatum fuisse secundum mensuram hominis, signific. Deum æque habitare hominem, ac tabernaculum. Et quoniam mundus tabernaculum. Templum Salomonis, & homo eadem mensura facti sunt, signific. Deum habitare mundum tabernaculum, Templum, & hominem. Franc. Georg. Prob. 102. tom. 2.

29 Tabernaculi uasa ex uarijs metallis fieri iussa, signific. uarios supernos influxus opus esse attrahi. nam singulum metallum attrahit particularem influxum à suo planeta, ut aurum à Sole, argentum à Luna, &c. Francisc. Georg. Probl. 120. tom. 2.

30 Tabernaculi tabulas esse ita dispositas, ut à parte meridionali essent viginti, & totidem à parte Aquilonari, à parte uero Occidentis sex, & duæ, quibus parietes laterales iungebantur, ita quod omnes essent 48. Qui numerus signific. spatium operandi inter Iobileum, & Iobilæū. nam 49. anno erat Semitah, idest remissio, & 50. erat Iobilæus, una tabula erat unius cubiti cum dimidio, ita quod omnes tabulæ ascenderent ad summam cubitorum septuaginta duorum, qui numerus 72. redditur per uocē Chesed, quæ signific. pietatem, & clementiam, in qua factus est mundus.

31 Tabernaculi tabulas, ita positas esse, ut redderēt portionem æqualitatis, & duplam sesquialterā per diapason, & diapente, sign. tabernaculum factum ea proportione, qua mundus. nam 20. ad 20. sign. proportionem æquam. 20. ad 8. signific. proportionem duplam, sesquialteram per diapason, & diapente, quæ sunt totius musicæ maximę consonātiæ, quod sign. mundum esse consonantissimum, & numeris armonicis colligatum. Tabulæ illę si reddantur ad mensuram palmorum erunt 360. palmi, qui signific. 360. gradus totius mūdi, in Zodiaco signatos, & hoc apertè sign. mundum, & tabernaculum eadem mensura factos. Franc. Georg. Probl. 129. tom. 2.

32 Tabernaculum fuisse apertum à parte Orientali, sign. verbum diuinum, cuius ב bet litera est Symbolum, quæ à parte Orientali est aperta, & notandum ב bet literam apertam esse uersus Orientem, qui sign. patrem, ut denotet filium suscipere à patre omnia, & propter hoc tabernaculum fuisse apertum ab ea parte: bet enim interpretatur domus, & verbum Dei, cuius bet est symbolum, est prima domus, quam signific. tabernaculum. Franciscus Georgius Problem. 130. tom. 2.

33 Tabernaculi cortinæ decem, quinque in parte una, & quinque in parte alia contegentes tabernaculum, sig. decem numerationes, uel mensuras Archetipi, quinque à parte pietatis, & quinque à parte iustitiæ, quæ omnes X. constituūt unum tribunal, quod sig. tabernaculum, & X. cortinæ, & undecim sagi, uel uela ad tegendum tabernaculum simul iuncta faciūt 21. propter quem, signific. sanctissimum nomen: Eheieh, qđ similiter reddit 21. hoc modo aleph. 1. Hę primū. 5. Iod. X. Hę secūdū. 5. F. G. P. 132. t. 2.

34 Tabernaculi cortinas esse longas cubitus 28. sig. omnia genera rerum cōtentarum in hoc mundo, scilicet 28. Quem mundum tabernaculum, sign. & genera sunt 27. iusta ternarij cubum, hoc est ter nouem, quibus additur unitas, & fiunt 28. ut signif. omnia unum esse, sed sunt tres nouenarij, primus nouenarius est numerorum, secūdus est denariorum, & tertius centenariorum, quorum primus sign. nouem angelorum ordines: secundus sign. nouem cęlos: tertius signif. nouem genera generabilium, & corruptibilium, qui tres nouenarij, si simul iungātur, efficiunt 999. Quibus si addatur unitas quæ sig. Deum efficitur numerus millenarius, qui Deum omnia genera creaturarum replentem mirabili sign. mysterio. Franc. Geor. Prob. 132. & Georg. Ven. in armonia. fol. 84.

35 Tabernaculi cortinas esse largas quatuor cubitus, sign. elementa quatuor, quibus omnia dilatantur, uirtus formarum una intensione extenditur, & rerum genera sunt 27. Quæ cum unica intensione formarum applicanda generibus per quatuor elementa cōficiunt 32. Qui numerus, sign. 32. gradus, uel semitas diuinitatis, quibus Deus mundū creauit: latitudo uero oīum 10. cortinarum est 40. cubitorum, qui nume-

rus sig. introitum in terram promissionis per annos 40. qui introitus, lignific. introitum in cœlum post passionem Christi D. N. post dies 40. & 40. dies Ieiunijs uel 40, verbera quibus pulsabantur errantes loco 40. dierum ieiunij. F.G.p.133.to,2.

36 Tabernaculi cortinas iungi a duobus lateribus sig. decem cœlorum molē esse contiguam neque ullo interuallo disiunctam, vel sig. cœlos archetipi in unum coniunctos esse, & cortinā iungi ansulis hiacintinis sign. omnia cælesti vel diuino glutino esse coniuncta. F.G.p.134.t.3.

37 in Tabernaculi cortinis fieri 50 foraminus quibus per ansulas intus positas vniantur, signifi. Spiritùm sanctum, qui est nexus patris, & filij & omuinm electorum sibi vendicare numerū remissionis quinquagenarium, quod sign. 50. dies post resurrectionem D. N. ad apostolos Spir. S. missum fuisse, in quo numero sunt 50. portæ apertæ per quas Moses intrauit usq; ad 49. & non potuit intrare quinquagesimam, quia tunc deuenisset ad filium quem nemo nouit nisi pater, & has 50. portas sig. illa 50. foramina cortinarnm. F.G.p.135.to.2.

38 Tabernaculi tabularum Bases, ex pondere centipondio, quod dicitur chichar Hebraice singulas esse, & binas sustinere tabulam unam, per numerum centenarium sig. neminem posse ingredi in portam primæ mansionis cælestis, quæ uocatur regnū Dei nisi centies in die benedixisset Deo, nam nomen illarum Basiū erat ad ne, quę litterę Hebreæ sunt eędem, quę in Adonai, quod est nomen primæ mansionis nulla differeutia nisi punctorum uocalium existente, in qua prima mansione erat porta per quam ingrediebatur in regnum cælorum, quē ritum benedicendi Deo, seruauit D. Martha, quę centies, in die & centies in nocte Deo benedicebat. F.G.p.152.to.2.

39 Tabernaculi atrium, quod erat foris extructum quinque columnis per quod aditus erat in Tabernaculum, signific. partem corporis exteriorem quinque sensibus ornatam, per quos fit aditus ad cor, quod sign. Tabernaculnm vel ad cerebrum, qui sunt tamquam fenestræ ad disciplinam, & sapientiam. Francis. Georg. pro. 142.to.2.

40 Tabernaculum tanta celebritate erectum fuisse in prima die primi mensis sig. mundum erectū fuisse prima die mensis primi, qui primus mensis ideo factus est caput anni. Fr. Ge. pr. to.2.

41 Tabernaculi onera a leuitis ferri, sig. sacerdotes debere, & mente, & corpore sacra Dei ferre & proximi onera subleuare, atque on us docendi, & prædicandi lubenter subire. Fr. Ge. pro. 320. to.2.

42 iu Tabernaculo faciendo Deum voluisse oblationes voluntarias sig. nelle bonā opera nostra libero nostro arbitrio facta & non coacta, vel signific. Deum fecisse mundum libere nec necessitate impulsum, Tabernaeulum enim sign. Mundum. Franciscus Georgius problem. 474.to.2.

43 Tabernaculum quia in itinere factum, sig. mundum, qui transit, & concupiscentia eius unde istud constabat ex quatuor cortinarum coloribus, qui sig. quatuor mundi elementa. Gulielmus Durand. lib. 1. cap. 1. Rational.

44 Tabernaculum ponere in sole, & regnare in domo Iacob, in æternum sunt idem, & sign. Christum D.N. regnare in sole supramundano, qui est & domus Iacob. Fran. Geor. proble. 126. to.3.

45 Tabernaculum ponere in sole, sign. Ecclesiam, quæ est Tabernaculum Dei positam fuisse in manifestatione, quam sig. sol D. August. lib. 1. de consensu Euangeliorum.

46 Tabernaculi tabulæ vicenæ octonæ senæ collocatæ ad quatuor mundi plagas numerus uicenus, sign. aquam, cuius figura a Timæo est icosaedra, numerus octonarias sign. aerem, qui est octaedrus idest octo basium, numerus senarius sign. terram, & quatuor, sign. ignem, & in quibus numeris omnibus sunt omnes proportiones elementares, scilicet sesqualtera, dupla sesquitertia, quincupla tripla, & sesquitertia dupla sesqualtera. Georgius Venetus armon f.84.

47 Tabernaculi singulas Tabulas habuisse duas incastraturas quibus cum binis tabulis sibi adiacentibus coniungeretur, sign. vnumquodque elementum habere duas qualitates quibus cū duobus vicinis elemennis coniungatnr, ut terra frigiditate cum aqua, siccitate uero cū igne colligitur, & sic reliqua.

48 Tabernaculi tabula duabus basibus firmari, sign. elementa singula in duplici mundo residere in corruptibili, & incorruptibili, & cœlesti. Georg. Venet. Arm. fol.84.

49 Tabernaculi singulas tabnlas connecti quinque nectibus vel phalangis, sign. in vnoquoque cōposito elementa quinario quodam colligari, quod quintam essentiam uocant, sed altius secretiores Hebræorum Theologi dicunt quòd omnia sunt colligata per litteram ה. quæ signifi. quinque, & est sigillum Spiritus sancti, qui nexus dicitur omnia ligans. Georg. Ven. Arm. fol.84.

50 Tabernaculi omnia colligari in unum, & tamen omnia posse dissolui, & rursus in unum colligi, & connecti per ministros leuitas, sign. omnia, quæ in hoc mundo inferiori sunt nunc per angelicos ministros, & cœlos dissolui, nūc uicissitudine quadam iterum componi, uirtute tamen supremi nexns, ut semper unum sit mundanum Tabernaculum. Georg. Venet. Armon. fol.84.

51 Tabernaculum in itenere factum, sign. Ecclesiā militantem, quæ non habet hic ciuitatem permanentem sed futuram inquirit. Gulielmus Durand, lib. 1. cap. 1. Rationalis.

52 Tabernaculi pars prima, in qua populus Sacrificabat, sign. uitam actiuam, in qua populus in proximi dilectione laborat, & pars altera, in qua leuitæ ministrabant, significat

uitam

vitam cōtemplatiuam, in qua dilectioni, & contemplationi Dei Religiosorum uirorum, & sincera conuersatio vacat. Gulielmus, ut supra.

53 Tabernaculum conuersum esse in Templum, signific. Ecclesiam de militia currere ad triumphum. Tabernaculum enim est militantium. Gulielmus, ut supra.

54 Tabernaculum Dei admirabile, ut est Psalm. 41. Et templum Dei admirabile, ut est Psalm. 64. sig. Ecclesiam Militantem ornatam non auro, uel argento, sed iustitia & æquitate. D. August. in Psalm. 41. & 64. signific. etiam Ecclesiam triumphantem, quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Glossa interl. in Psalm. 41.

55 Tabernaculum, ut est Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, signif. æternitatem, aliquando sign. mentis, & cordis cogitationes, ut est illud Hier. 21. Et longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Gouschelius lib. 6. Locutionum sacr.

56 Tabernaculi constructio, & eius uasa, & est uestes & unctiones sacerdotum, sign. Ecclesiam, & diuersas eius personas diuersis officijs deputatas, sicuti uasa diuersis usibus erant deputata, uel officijs, & sacramentorum, & orationum sacratarum suauissima odoramenta. Georgius Ederus lib. 2. œconom. Tab. 29.

57 Tabernaculum, in quo Christi D. sanctissimum corpus seruatur, signific. uterum sacratissimæ Virginis Mariæ, uel sign. Ecclesiam Militantē. Michael Timotheus in sacrif. Missæ quæstion. 102. & 103. tract. 2.

58 Tabernaculum, quod fecit Moyses tripartitum, sign. tres mundos. Nam pars prima erat aperta nullo defensa tecto, uel umbraculo imbribus niui solibus calori, & frigori erat obuia, & hæc pars, signifi. mundum sublunarem. Quod in ea parte manerent non modo homines mundi, & immundi, sed omnifarij generis animalia, erat que in ea uel ob sacrificia iugesque immolationes vitæ, & mortis perpetua vicissitudo,

Secunda pars, quæ tota auri fulgore splendebat, & in se continebat Candelabrum, septem lucernis distinctum, quæ sign. septem planetas, & hæc pars dicebatur sancta, & sign. mundum cœlestem.

Tertia pars, quæ dicebatur Sancta Sanctorum, & erat omnium sacratissima, in qua erant duo Cherubim alatę, & hæc sign. mundum angelicum, in quem non antea patuit aditus nisi scisso uelo Templi in passione Domini, quæ scissio veli, sign. tum aperiri aditum ad cœlum per mortem, & sanguinem Christi D. N. I. Picus in Procemio Heptapli.

1 TABVLA in qua sint quinque capita uiri, & libri multi. Vide cap. 1.

2 Tabula libyscilla prima, in qua scriptum erat libyscilla uiturgia, sig. locum apud Vetulonium, in in quo Ceres Aegyptia dicta libyssa primos panes confecit. Viturgia enim est loci nomen Lbiyscilla cognomen Cereris, erat enim tabula alabastri ad quantitatem semidigiti transparens. Annius de antiquitate, & rebus Ethruriæ. fol. 331.

3 Tabula libyscilla secunda, in qua scriptum erat. FAVL.

Faluceres pellunt Argillum Tyrannum.
Vetulones hostijs placant-volturna volturnum
Agyllæ Stultitiæ succedit Tarcon & Ocnus
Sic Turrena Ethuræ longhola sancta manet
Etrusco quaterno populo.

Erat ista tabula Alabastrina ad quantitatem magnæ manus, & dicebatur incantata, quòd iam uidebatur sine literis eminentibus, & iam literæ ab intus cernebantur, & nunc unum nuncalium colorem præbebat, signific. Mezentij Tyranni, de quo Virgil. è Regno expulsionem, factam à ciuibus Fani, cum alijs amicis, & conuicinis. Faluceres, signific. ciues Fani. Argyllus sign. Mezentium. literæ FAVL. siue FAVP. Vtroque enim modo uidebantur legi. F signific. Faunm, A signific. Almæ, V signific. Volturnæ, L signific. Lucumonum, uel P signifi. Pomonum. Qui erat aruorum pecorisque Deus, qui ab illis populis colebatur, & erat idem & Vertumnus, de quo Propertius & signific. Noe, de quo literę sacræ, & Noe Ianus, Vertumnus, Vadimon, & Pomonus apud antiquos dicebatur. lege Annium in Vertumnianam Propertij, de nominibus Noe, de hac tabula idem Annius lib. de antiquit. & rebus Etruriæ. fol. 332.

4 Tabula prima cibilaria, sic dicta, quod in cibilario monte sit inuenta unà cum duabus alijs, quorum una amissa est, & hæ tabulæ inuentæ sunt, dum Alexander VI. Pontifex Maximus Viterbum se contulisset, cum quibus inuentæ sunt, statuæ Iasij, Armoniæ, Vestalis, & Electræ: in hac igitur prima tabula literis Græcis antiquis scriptum erat. Corticina desponsatio cum Electra Atlai Kityi iam dudum pertransierat. Et alia multa idiomate tamen Græco, quæ apud Annium Latina leguntur libro de antiquitate, & rebus Ethruriæ. fol. 341. Et signific. aduentum Isidis siue Cereris in Italiam ad nuptias Iasij, & in quo loco illæ nuptiæ factæ sint, & nonnulla alia, de quibus Annius, ut supra.

5 Tabula secunda cibellaria, in qua scriptum erat Epigramma Araratheum, in hunc sensum. Omnium primus Cameses cum patre Iano, & Ry Comero Vmbro patre Vmbrorum dedit Vetulonos habitatores ante balnea, & multa alia, quæ uideas tu apud Annium, ut supra. fol. trecentesimo quadragesimosecundo. Et signific. Noe, & Cham cum Comero Gallo fundasse Vetulanos, &c.

6 Tabula apud Annium quinta, quæ literis Lombardicis erat scripta, & erat semirota ingens alabastrina inuenta in Vico demiatu Paradussæ. Et sign. reuocationem factam Desiderio Longobardorum Rege, de is quæ antea cōtra Etruscos tulerat Aistulphus, q̄ omnia tu lege apud

Annium ut sup. f. 367.

8 Tabula Theodosij & eius significatio. Vide caput. numero.

9 Tabula Osiriana & est sexta apud Annium Viterbiensem, erat columna alabastrina incisa varijs animalibus, & figuris in templo D. Laurētij, quod est Viterbij, & in qua erat truncus arboris quercus ad instar scepari multiplicis, in quorum sceptrorum summo duo rami circulum faciebant instar oculi, quæ effigies propriè sig. Osirim, ut ait Xenophon, & Macrobius in lib. 1. saturn. quòd autem in illo trunco posita erant plura sceptra sig. Osirim non in una tantum parte sed in pluribus vel, ut ait Annius in omnibus partibus orbis imperasse, qui Osiris præfecit cunctis exercitibus suis Herculem Imperatorem generalem, & Macedonem, & Anubim, Herculi obedientes, & iuit secum in totum orbem ad debellandos Tyrannos, q̃ profectionem sign. Draco, leo, lupus, & canis, Draco, signific. tyrannos. Leo signific. Herculem, lupus sign. Macedonem, & Canis sign. Anubim, de qua Re Diodorus libro primo Macrob. in primo Satur. V. Serapim. Vel Draco in orbem opprimens, caput Leonis maius cane, ac lupo, signific. Herculis maiorem authoritatem quam Macedonis, ac Anubis, Annius libro de antiquitate, & rebus Etruriæ fol. 385. V. Osiris. In hac tabula truncus ab imo usque ad summum continens plura sceptra finientia in circulo oculari ramorū sign. Vniuersale in orbe Osiridis imperium. & caput Osiridis facie dextera semicrinita, signifi. Osirim in profectione existentem, & quòd caput illud est extra atque supra truncū a sinistrjs, sign. Osirim fuisse in paregrinatione & profectione etiam extra Italiam. Est quoque calathus in quo consistunt pulli, & signifi. Osirim docuisse Italos frugum artem, est quoque caput nimphæ semifacies a dextris supra arborem, quod aspicit caput Osiridis, & sig. Saim Xanthum Osiridis sociam, & Hæc omnia signific. sum Osiris, qui uniuerso orbi imperaui, & profectus cum meis præcipue Sai Xantho prope Italiam veni. Erat quoque serpens aut Crocodilus draco iam initia scepri occupans una, quod sign. Tyrannos occupare Imperium Italiæ, erant aues in proprio nido aperto ore, & sig. Italos in proprij patria auxilium implorare: nam nidus sign. patriam, & os apertum signific. auxilij implorationem, erant enim duo nidi alter a dextris, & altera sinistris, & signific. ab utraque parte Italiæ ab Istria scilicet, & ab Apulia Italos ab Osiri auxilium implorasse, erant etiam duo accipitres aduolantes ad illos nidos, & signifi. celerem succursum missum ab utraque parte Italiæ cōtra tyrannos unum a Brundusio, cui præfuit Hercules, & alium ab Alpibus, & fuit Osiris, & hæc omnia significat sum Osiris, qui euocatus ab Italis contra Tyrannos festinus occurri a duabus Italiæ partibus, & de illis triūphaui, quòd vero truncus est quernus putatus, habens aliquot glandes, & duo illi nidi propriè non sunt nidi sed duo calathi, sig. Osirim pacata Italia docuisse Italos putare arbores granum post araturam serere, & metere ea ætate in qua vescebantur glande. Ab ima parte arboris erat uitis volumine suo circulari totā arborem occupans uuarum pendentium plena, & lignif. Osiridē docuisse adiungere uites palis, vinum conficere, & erant quoque duo accipitres custodientes arborem & uitem, & vuas hinc inde, qui sign. duos duces Lestrigonem scilicet, & Phorcum ab Osiri relictos, qui Italiæ curam gererent, & eam tuerentur: nam alij duo accipitres uolantes, ut dictum est sig. duos duces bello adiuuantes Herculem scilicet & ipsum Osirim.

Annius libro de antiquitate, & rebus Etru. fol. 390.

10 Super Tabulas explanare, ut est illud Habac. 2. scribe uisum, & explana super tabula, signific. scribere manifeste.

Gouschelius libro tertio Elocution. Sacrar. Scripturarum.

11 Tabulæ de lignis sethin, quæ stabant, erectæ circa Tabernaculū Dei ne quid illi obesse posset, signific. crucem Christi Domini, quæ est vti murus æneus in protectionem Ecclesiæ, ne quid valeat ei nocere.

Raphael Aquilinus tractatu secundo folio 90.

12 Tabulas legis iterum a Deo per eadem verba scriptas fuisse sig. suscipientis legem malitiam non derogare legi uel signific. Dei Clementiā promptam subuenire peccātibus. vel sig. bonum Principem impetrare a Deo beneficia populo non merenti. vel sign. repetitionem totius legis quam facturus erat Deus in redemptore nostro. Franciscus Georgius prole. 366.

13 Tabulæ secundæ legis sign. corda nostra siue intellectum animi ducem, ex quo discere licet infractam atque immortalem diuinis fabricatam manibus naturā nostram in principio fuisse, quam lex non scripta sed innata, non exterius aquisita sed impressa exornabat. Naturaliter enim nobis uoluntas legis inerat, quæ ad malorum abominationem, & ad bonorum expetitionem nos instituerat, verum posteaquam peccati sonitum in auribus nostris suscepimus quem sonitum scriptura uocem serpentis in legis tabularum fractura uocat uocem uino cātantium. Tunc naturæ integritas in terram decidit & contrita est, sed rursum verus legis lator, quem Moises sign. ex natura nostra naturæ nostræ Tabulas sibi confecit, nec enim nuptiarum solemnitas carnem Dominicam produxit, sed ipse suæ carnis factus lapicida digito Dei eam inscripsit, Spiritus enim sanctus peruenit in Virginem, & excelsi eam uirtus obumbrauit, quo facto rursus natura contracta facta est illius impressione digiti immortalitatem consecuta, digitus enim Dei signific. Spiritum. S.

Gre-

Gregorius Nissenos libro de vita Mosis.

12 Tabulas secundas lapideas ad scribendam legẽ à Moyse præcisas fuisse, ut est Exod. 34. sign. præparationem nouæ legis, quæ in veteri erat figurata. Lyra supra Exod. 34. & Lauretus in verbo abscindere.

13 Tabulæ duæ legis, sign. una creationem terræ. Clemens Alexandr. lib. 6. Stromat. f. 315. Vide Decalogus.

14 Tabulæ duæ ut supra, sig. prophetiam duorum Testamentorum. Clemens ut supra.

15 Tabulæ duæ significant duos in homine spiritus, & qui est principalis. Clemens ut supra.

16 Tabulæ testamenti, virga Aaron, & manna quæ seruabantur in archa fœderis, sign. D. N. I. qui est uerbũ Dei, quod continent tabulæ, qui est virga uirtutis, quam emisit Dominus ex Syon, qui est manna absconditum diligentibus se. Ioach. Apoc. f. 156.

1 TACERE, iuxta illud: Sedebit solitarius, & tacebit eleuans se supra se, sign. sacram ignorantiam, quam homo moriens mundo acquirit in profundo cognitionis Dei. Farra folio vigesimo quinto.

2 Tacendum esse ea quæ secreto audiantur. Vide Alexander 1.

3 Tacitam Deam a Romanis esse cultam, sign. religionis mysteria non esse euulganda. Cartar. fol. 374.

1 TACTVS in sanctis Angelis, sign. constantiam illam qua quid vtile, quid noxium sit perite discernunt. Diuus Dionysius cap. 15. Hierarch. cœlest.

1 TAEDAE accensæ, ut est Iob 41. sign. vitam hypocritarum prædicatorum, quæ bene olet per suauia uerba, sed obscurum habet lumen, ob peruersam doctrinam. Diuus Gregorius 33. Moral. 36. & capitulo vigesimo sexto.

1 TALARIA Mercurij in sexto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. operationes hominum naturales. Iulius Camillus folio centesimo trigesimo octauo.

1 TALENTA quinque tria, & vnum. de quibus in Euang. sign. Dona gratuita. Franciscus Georgius Problemate centesimo trigesimo sexto. tom. 4.

2 Talentum vnum, cõmissum seruo, ut est Matth. 25. sign. scripturæ sacræ litteralem cognitionẽ vel sign. ipsum intellectum. Origen. in Matth. hom. 35. & Glossa interlinearis in Matth. 25. & Lauretus in uerbo unitas in appendice numerorum.

3 Talentum, uel pecunia absconditum, ut est Matth. 25. sign. doctrinam, quam ad hoc acceperat, ut eam aliis communicaret. Lauretus in verbo abscondere.

4 Talentum abscondere in terra, ut est Matth. 25. sign. acceptum ingenium terrenis actibus implicare. D. Greg. hom. 9.

5 Talentum tollere a non laborante, & auferre mam ab illo qui abscondit, ut est Matth. 13. & 25. &c. sign. hominem mereri amittere omne bonum, qui non exercet dona sibi a Deo collata. Origen. in Matth. homilia trigesima tertia.

6 Talenta duplicari, ut est Matth. 25. sign. his qui habent maiorem cognitionem scripturæ sacræ duplicari sensus intelligentiæ, ut cum quis ex creaturis intelligit creatorem, ex corpo reis, corpore carentia, ex uisibilibus inuisibilia, ex breuibus æterna, &c. Petrus Bongus cap. de Quinario, folio centesimo octuagesimo primo.

1 TALPA sign. cæcitatem, quod hoc animal careat luce. Valerianus folio nonagesimo nono.

2 Talpa sign. ignorantiam, quod careat, ut putabant antiqui, oculis, quibus cognitionis & intelligentiæ signum habetur. Valerianus folio 99.

3 Talpa sign. in diuinis litteris hæreticos, qui licet aliquid cernere videantur, lumen tamen ueritatis non discernunt. Valerianus folio nonagesimo nono.

4 Talpa sign. auditum è longinquo, quod facillimè terræmotum, & omnem strepitum audiat.

5 Talpa sign. præsagium, quod magi existimabant Talpæ corde deuorato ad præsagium mirificè conferre. Valerianus folio nonagesimo nono.

1 TALVS sacer Deæ Cybeli, sign. terræ firmitatem, quod si iaciatur talus, su stabilis. Cartar. fol. 215.

2 Talus Messiæ, ut psal. 89. quod exprobauerunt inimici tui Deus, quod exprobauerunt talos Messiæ tui, significat passione Domini nostri fuisse exprobrandum. Talus enim sig. nouissima hominis, quod sit corporis infimum. Galatinus lib. 8. cap. 13.

1 TAMBVRLANO erant tria tentoria, quorum primum erat album, & sign. hostes nullam iniuriam ab eo accepturos, si prima die sibi illi se dederent. Secundum erat rubrum, & sig. si hostes secundam diem ad deditionem expectarent, de illorũ magistratibus cedem futuram. Tertium erat atrum, & sign. omnia omnium atra futura, & extremam cunctis occisionem. Petrus Crinitus de honesta disciplina libro 1. cap. 1. Vde infra Tentorium.

1 TANCREDVS & alij principes qui ob uanum amorẽ alienant se a Goffredo eorum Imperatore, sign. partem animæ concupiscibilem aduersari, & rebellem esse intellectui, & rationi. Torquatus Tassus in Apologia suæ Hierusalem liberatæ.

1 TANITICVM os Nili Aegyptiis esse inuisum & detestabile, sign. memoriam internecionis Osiridis, quando a Typhone & coniuratis 72. inclusus est Osiridis cadauer, demissum est in mare per ipsum Taniticum os. Cælius Calcagninus libro de rebus Aegyptiacis.

1 TANTALVS in aqua existens, & habens poma in pectus usque pendentia, neque ualet illam bibere, neque ista carpere, sign. id quod denotant

denotant hæc carmina, auaros scilicet,

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus infœlix, quem sua uota premunt.
Diuitis hac magni facies erit, omnia latè
Qui tenet & sicco concoquit ore famem.

Fulgentius lib. 2. lege Alciatum Emblem. 84. Horatius libro 1. sermon. Sat. 1. & Homerus. Odiss. 11.

2 Tantali Phiala ex qua Brachmanæ Philosophi prius bibere soliti essent, quam somno indulgerent, humore per se nunquam deficiente, signif. amicitiæ confirmationem, quod pocula uicissim porrecta significent idem. v. Poculum. Valer. fol. 408. libr. 56. capit. amicitiæ confirmatio.

3 Tantalum esse detrusum in sceleratorum sedẽ, ibique perpetuo cruciari fame, & siti apud quendam, sign. ipsius tantali auaritiam eius pœnæ causam extitisse, non ut alij sentiunt garrulam linguam, quod non potuerit deorum res secretas clausas tenere, & de hoc Horatius scite sitis scripsit. Cum dixit.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina, &c. Tantalus enim fuit opulentissimus, nam ex fossione metallorum, ut ait Calisthenes, maximas habuit diuitias, sed iure ne an iniuria a Poetis carpatur incertum est.

4 Tantali horti, apud Pollucem sig. Athenodori sophistæ iuuenis dictionem, quod iuuenilis esset ac leuis specieṁque præ se ferret quasi esset aliquid, quum nihil esset. Adagium Adonidis horti. & apud Philostratum sign. uoluptates iuueniles, quę non hominis animum capleant, sed potius irritent. V. Adonidis hortis infructuosior.

5 Tantalus sub saxo positus in porta Veneris sub Pasiphae, in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. naturam timidam suspectam dubiosam & admirantem. Iulius Camillus fol. 132.

6 Tantalus sub saxo, in porta Veneris sub Talaribus in sexto gradu Theatri Iulij Camilli sign. facere titubare, facere tremere, & facere timere. Iulius Camillus folio centesimo trigesimo nono.

1 TARASIPPVM Deum coli a Græcia, & orari ne terreret equos, sign. Tarasippum esse eundem cum Neptuno. Cartarius folio. 253.

1 TARENTVS Neptuni filius latus supra dorsum Delphini in nummis insculptus sign. ipsos Tarentinos. nam ab eo ciuitas Tarenti condita fuerat. Aeneas Vicus. libro primo cap. 8. de numis.

1 TARSIS naues conterendas a Domino, ut est psalm. 47. sign. sapientes huius mundi in Aduentu Christi Domini nostri, perdendos esse, iuxta illud: Perdam sapientiam sapientum, & Prudentiam prudentum reprobabo. & iuxta illud: Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Mare enim sign. mundum, & naues, sign. doctos & sapientes huius mundi. F.G.P. 392. tom. 6.

1 TARTARVS locus in Inferno profundissimus e quo, & in quem flumina in inferno posita exeunt & redeunt, in quo puniuntur illi, qui spe exeundi priuantur sig. locum, quem Christiani dicunt infernum, in quo damnati includuntur, & huc iuxta Platonis sententiam truduntur tantum illi, qui propter habitum in peccatis factum non sentiunt conscientiæ repugnantiam, & pœnitentiam repellunt. Ficinus in phedone.

2 Tartarum triplici muro circundariũ, ut est apud Virgilium, sign. ex perturpationibus uitia orĩri, & ea tripl ci modo, primo solo animi motu ab deprauata uoluntate scelus concipitur. secundo cum ex animi conceptione ad actum deuenitur. Tertio cum ex frequenti actu fit habitus, quos tres modos peccandi sign. tres muri, qui circundant Tartara. Landin. 4. Camaldul.

3 Tartara a flumine phlegetonte ambiri sign. ardorem iracundiæ, & animorum æstus, quibus perditi, & flagitiosi homines assidue torrentur, nulla enim fornax, nulla fabrorum officina magis æstuat, quàm sceleratorũ mens. & saxa, quæ a flumine trahuntur, sign. quam graues, & molesti sint motus, & exagitationes animorum hominum perditorum, Landinus 4. Camald.

4 Tartarorum portam adeo esse munitam, & fortem atque ex adamante constructam, ut neque homines neque dij eam cõuellere ualeãt sign. animos eorum, qui in peccatis iam habitum contraxere, quod sig. in Tartarum ingredi, neque hominum monitis, neq; diuinis pcepti parere uelle, neq; ulla siderum clementia inde eripi posse. Laudinus 4. Camald.

5 Tartarus apud Platonem sign. aquarum euomitionem, quæ e terræ cauitate erumpat, dicit, enim terram perfossam esse, & Tartarum esse aquarum Thesaurum, quas euomat, ac resorbeat, & existimat pro terræ conditione colorem, & saporem aquas mutare.

Cœlius Calcagninus in paraphrasi in Aristotelis Meteororum fol. 419.

6 Tartarum a poetis poni ad occidentem, significa. morientibus solem occidere æterno occasu, & ideo omnia, quæ mortuis accidunt, in occasu fieri finguntur. Goropius in Hispanicorum lib. 4. fol. 58.

7 In Tartarum mergi animas sacrilegas, & iniqua cede cruentas, unde nunquam egrediantur, ut est apud Platonem, in Phędone, signif. esse quedam scelara quorum magnitudine animæ videantur insanabiles, & in æternum punibiles, qubd Plato accepit ab Isaia cap. 5. qui propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino, & illuc descendent fortes eius Plato enim multa oretenus ab Hieremia didicit, unde potuit, & Isaiæ legisse. Franciscus Georgius problemate 390. tom. 5.

8 In Tartarum aliquando cadere animas, & solũ per annuum ibi puniri, si earum peccata licet magna

gna tamen sanabilia fuissent sign. multa esse peccata quæ licet sint magna tamen esse expiabilia, & hanc sententiam Plato accepit ab Hebræis. qui tenent nullam animam quantumuis peccatricem posse, ultra annum, sed sæpe citra purgari, Franciscus Georgius Problemate trecentesimo nonagesimo quarto, tom. quinto. pu tant enim die decima septimi mensis omnes animas ab omnibus peccatis, & pœnes purgari, & subleuari.

9 Tartarum locum inferorum in prima lingua dici Tartar quę interpretatur tardũ, tardũ sig. locum interorum, quam longissimè esse dissitum ab omni ootiooe, cum enim terra in prima lingua dicatur permetathesim art, eo quod tarditate sua in medio deuinciatur, rectè iofernus qui terræ medium occupat, eo dicitur nomine, quod geminæ tarditatis habet notationem. Cum enim in eadem prima lingua rat interpretatur celer, tar interpretabitur tardum, vnde Tar tar sigoat tardum tardum. nec immerito. Nam Tartartarus est in tardissimo elemẽto omnium partium trardissima uti centro immobili. & quia mors reddit omnia tardissima, & infernus continet io perpetuum, ea quæ sunt a morte conculcata, & continent solum tardos, & iam mortuos. tu de hac re Vide Goropium in Hispanicorum libro 5. f. 69. & 70. & f. 58.

1 TAV, in prima omnium lingua prouenit à vat, quæ vox denotat teneo, comprehendoque, sed per conuersionem fit tau. quę signat instrumentum, quo aliquid tenetur & alligatur, sed mysticè sign. iostrumentum in manibus semper tenendum, ne cogamur otiosi desidere. Sed altius procedendum est, nam Tau, est instrumentum instrumentorum, quo illud opus peractum est, quo nullum uel admirabilius, uel maius, vel fœlicius ab homine peractum est, ipsa videlicet collapsi hominis in mortis tenebras, ad perpetuam uitæ æternæ lucem restitutio. Tau profectò est ipsa crux, per quam tantum opus Christus Dominus, ut uerus Hercules per ueram clauam perfecit, & quoniam Tau prouenit ex vat, quæ uox quando est verbum signat seruo, Tau mysticè signific. crucem esse instrumentum mortis Christi D. quo seruati saluatique sumus. Sed & Tau, potest compooi ex Te, & Au, idest ad vetus. nam te, signat ad, & au, signat vetus, & ex hac compositione Tau mysticè sign. per crucem homines ad ueterem & primum statum restitui, ad antiquum dierum, a quo per peccatum recesserant, & quia Tau est instrumentum quo aliquid alligatur. Tau quoque in hoc sensu, sign. per crucem Christum Dominum. nos patri alligasse. Sed & Tau, quando est uerbum sign. premendo constringendoque quicquam in se contrahere, ut coriarij premunt & constringunt, ut rugosiores fiant pelles. in hoc sensu sign. per crucem suisse adflictum corium corporis omnium nobilissimi Christi Domini, sed & quantum Tau signat teneo, sig. quoque per crucem adeo teneri, vt nullo modo homines ab ea solui soleant nisi prius moriantur. quæ significatio per Tau conuersionem in vat innotescit, vat enim ut uox est imperantis sig. arripe, qua intellectum ratione sign. homines hortandos esse, ut crucem arripiant, eaque se seruent, atque illa tamquam fune firmissimo sese in salutis portu retineant atque figant. Quatenus vero vat est tertia persona indicatiui modi, ut signet comprehendit, sign. crucem omnia captu suo comprehendere, atque id nõ alio, quam ut omnia salua reddat, & patri suo, qui, au, idest vetus, supra omoia dicendus est, ceu anchorario fune deuinciat & adstringat. Goropius io Hermath. libro quinto, fol. 107. & 108.

2 Tau in manu D. Antonij, siue in penula ad pictum, sign. Diuum Antonium cum esset Aegyptius & nobilis, uoluisse ostendere sacerdotibus Aegyptiorum numinum falsorum iam aduenisse tẽpus, in quo adesset illa vita, quam ipsi in Tau significatam venturam expectabãt, & ideo eos, ut ipse faciebat, illam manus arriperent, hortabatur, & quodammodo illos docebat, nullum aliud esse signum, quod mali Dæmones magis horrerent, & timerent. Vnde, & ipse Diuus Antonius ea de causa semper Tau in manu habebat, ut eo crucis signo Diaboli impetus semper, & pręsto frustrari posset, & ideo Antoniani religiosi eo vtuntur, qui ab ipso Diuo Antonio Aegypriaco ducunt originem, qui fuit sub S. Siluestro, & Coostantino circa anoom Domini 320.
Goropius in Hieroglyph. libro decimo sexto, folio ducentesimo sexagesimo quinto. & Alphonsus Aluareus in Thesauro Christianæ religionis. capitulo quinquagesimo septimo, fol. 254.

3 Tau in littera sign. hominem microcosmum, cum omnibus suis partibus sign. potestatem. & Characterem venerandum a Deo in homine impressum. & sign. 400. Farra folio 175.

4 Tau quo Ezechiel in spiritu vidit fidelium frontes ab Angelo signari, quo signo incolumes seruarentur, signifi. bonorum mœstitiam, & luctum pro malis populi, sign. etiam perfectionem, quod sit extrema Alphabeti, sign. crucem uerum ac propriom signum eorum qui in Ecclesia Christi Domini nostri militant. Paradinus lib. de symbolis Heroicis. tu lege Ambrosium Theseum de introductiooe Chald. folio 128. huius symboli est titulus. nullis præsentior æther.

5 Tau in militari disciplina, sig. milites qui in pręlio non cecidissent, sicuti Thita littera sign. milites qui cecidissent in prælio; quasi haberent per medium Martis Telum. Thita etiam sign. damnationem & mortem. Ioannes Baptista Porta in libello de furtiuis litterarum notis folio septimo.

6 Tau signatum in frontibus virorum gementiũ, ut est Ezech. 9. sign. scientiam perfectam in va-

ris

ris gementibus & dolentibus. uel vel sign. illos viros compleuisse legis præcepta, nam Hebræi תורה Torah, legem dicunt cuius uocis Tau, est littera prima. vel sig. crucem, quæ in Christianorum frontibus pingitur. D. Hieron. in Ezech. 9. & Goropius in Hieroglyph. libr. 16. fol. 247.

7 Tau gallicum a Vergilio appellatum sign. crucē solam reddere omnes mortales Deo placentes. Galli enim in prima lingua interpretantur placentes. & quamuis Aleph, Deth, Gimel, & cæter. sint & ipsa Gallicæ, non tamen reddunt populos Deo placentes, ut Tau, quæ est ipsa crux, in qua humanum genus est Deo conciliatum.

8 Tau in prima lingua dicitur, te, hau, idest ad retinendum, qua de causa signat finem, & crux dicitur etiam Tau, quia maxime tenet sibi affixos condemnatos, dum efflaot supremum Spiritum. & si ex Tau fiat vat. tuoc vat denotat, apprendi, vt sign. crucem apprehendendam velut sacram quandam anchoram, qua aduersus, omnes tempestates atque procellas seruemur. Goropius vt supra folio ducentesimo quadragesimo octauo.

9 Tau in manu imaginum quæ sunt in tabula Bembæa, sig. vitam venturam per medium crucis. Goropius in Hieroglyph. libr. 16. folio 260.

10 Tau litteram fuisse vltimam omnium litterarū in Alphabeto primæ linguæ, sign. crucem esse vltimum finem omnis omnium humanorum scelerum expiationis. & quia finis est operum omnium vltimum, ita Tau collocata fuit omnium extrema littera in Alphabeto, primæ linguæ, cuius Alphabeti oratio mystica pro fine habuit Tau. vt sign. nullam orationis, nullam sacrificiorum vim tantam tinquam fuisse, quæ nisi ad crucem Christi Domini tamquam ad fi oem extremum referatur, atque eo perficiatur, quidquam faciat ad salutem. Tau enim fic ex te, & au. quæ uox interpretatur ad antiquū, vt mystice sign. in oratione Alphabetica, præceptorem rogare Spiritum sanctum, vt obscurum sui discipuli lumen ad antiquum erigat. quæ res sign. crucem per Tau notari, quia solo crucis medio perueniitur ad antiquum patrem vniuersorum.
Goropius in Hieroglyph. libro decimo sexto, f. 269. & 270.

11 Tau litteram a notariis Atticis, cum vellent demonstrare in militia quot milites superstites fuissent ex prælio ante eorum nomina poni solitum erat, sign. litteram Tau esse sign. salutis etiam apud gentes. ante uero nominā eorum qui in prælio occubuissent signabant litteram Theta, θ. eò quod θ, apud Græcos notet nonenarium numerum, qui est numerus infœlix. Sicuti Tau signat 300. qui est numerus salutaris propter Trinitatis fidem, & propter crucis figuram. tu lege tercentum in Arithmetica. Petrus Bongus cap. de numero 300. f. 344.

1 TAVRVM sacrificari Neptuno sig. perpetuam generationem & corruptionem fluctuum maris, vel potius illius mugitum vt alij. Farra Septenar. f. 191.

2 Taurum vna die quam toto tempore bouem esse melius, apud Pythagoræos sig. Oligarchiam & prouidentiam præstare. Nicolaus Scutelius in vita Pythagoræ f. 24.

3 Taurus arbore alligatus per medium, sign. decimum septimum Tauri gradum. & hominem qui erit quotidie labore impeditus.

4 Tauri duo capitibus simul pugnantes, sig. decimum octauum Tauri gradum, & hominem qui erit furiosus.

5 Tauri duo vnus maior altero, sign. vigesimum septimum gradum Geminorum, & hominem qui erit laboriosus.

6 Taurus stans in pascuis, sign. decimum tertium gradum Leonis, & hominem qui erit stabilis in factis suis. Astrolab. Planum Ioannis Angeli.

7 Taurus quem Herminthiani Pachim uocant Apollini sacrum esse, sign. ipsum imitari Solem quòd ad singulas horas mutet colores, & setas habeat in aduersum positas, sicuti sol oititur in aducrsam mundi partem.
Georgius Vcoetus armon. folio centesimo duodecimo.

8 Taurum esse secundum Zodiaci signum, signif. quod sicut Sol in Ariete, qui est caput gregis dominatur capiti, sic Taurus est caput armenti, & Sol in Tauro dominatur collo quod sustentat caput. Vnde Sol procedit a grege ad armentum, & abarmento tandem ad homines. vnde in Zodiaco sequentur Gemini. de quibus vide loco suo.
Georgius Venetus arm. folio centesimo duodecimo.

9 Taurus in sacris sign. superbiam, sicuti uitulus, sign. lasciuiam, Hœdus & passer, sign. clamorem & incoostantiam. Galatinus lib. 11. cap. 9.

10 Taurus qui conduceat multas boues, & sit alligatus genu dextrum, sign. illud Epicteti, sustine & abstine. Taurus enim habet genu dextrum ligatū. Patiens est & abstinens, nam post conceptum, non adit fœminam. & ideo sign. apud Aegypnos temperantiam. Sanctius in Alciati Emblemate. 34.

11 Tauri pingues, ut est psalm. 21. significat Sacerdores Iudæorum circundantes Christum Dominum in psal. 2.

12 Taurus annorum septem, ut est Iudic. 6. significat Christum D. cum septem donis Spiritus sancti. Diuus Ambrosius in Prolog. de Spiritu sancto.

13 Taurus significat hæreticos sicut, Vaccæ signif. animas populorum seductiles. Quales nunc sunt in Anglia, quæ a Caluinistis iam seductæ sunt. Gouschelius libro sexto, Elocution. sacr.

14 Taurus sign. Insephum, qui dominatus est Aegyptijs, qui dicebantur asini, ut in Ezechiele carnes

carnes asinorum, carnes eorum. &

15 Taurus sign. Simeonem secundum fratrem Iosephi, qui perdidit Sichimitas, quorum rex dicebatur Chamor, qui sign. asinum, & hoc quia Simeon sign. secundum signum Zodiaci. cum ille esset secundus in duodecim fratribus, sicuti Taurus est secundus in 12. signis.
Franciscus Georgius Problemate ducentesimo quadragesimo.

16 Et Taurus abijt in syluam, prouerb. sign. diuortium ae neglectum veteris amicæ. vel sign. hominem, qui pristinos amicos negligere, & qui a familiarium congerronumque grege desuescere uideatur, uel sign. hominem qui solitis relictis studiis, aliud vitæ institutum sequatur. huc respicit. ἀτμαγελεῖν de qua uoce. V. in loco suo. Quæ vox non inconcinne sign. maritum, qui diutius ab vxore secubat, & sign. hominem qui familiares deserit inuisere. vel sig. hominem, qui a Musis ac librorum contubernio abstinuerit. vel sign. hominem qui tantum secum uiuat ab hominum conuictu abhorrens, vel sig. hominem qui a legitimo contubernio secesserit, & aberrauerit. Adagium abijt, & Taurus in syluam.

17 Taurus ut est Deutero. 33. sign. Christum Dominum, qui alijs est ferus ut iudex, alijs mansuetus ut Saluator. Lauretus in uerbo bos.

18 Taurus annorum septem, ut est Iudic. 6. signifi. Christum Dominum cum septem donis Spiritus sancti. Lauretus vt supra.

19 Taurus, vt est Genes. 49. vbi nos legimus, suffuderunt murum, Origenes, & Tertullianus legunt Taurum. & tunc sign. Christum Dominum. Lauretus vt supra.

20 Tauri, vt est psalm. 67. signifi. Christi Domini Sacerdotes. Arnob. psalm. 67. signifi. & sanctos.

21 Tauri sign. patres ueteris Testamenti. Lauretus ut supra.

22 Tauri occisi, vt est Matth. 22. sign. mysteriorum solidas, & rationabiles escas. Orig. in Matth. hom. 20.

23 Tauri pingues circundantes Christum Dominum, ut est psal. 21. sig. sacerdotes Iudæorum, contra Christum Dominum, in passione insurgentes. & hæreticos contra Ecclesiam propter superbiam. Arnob. psalm. 21. & D. August. psal. 67.

24 Tauri, vt est Isa. 34. sign. Principes malos. D. Hieron. Isa. 34.

25 Taurus positus in porta Lunæ, sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. capillos, barbam, pilos, totius corporis & cerebrū, & linguam, idiomata & sermonem cōgruum. pro extraordinariis membris.
Iulius Camillus fol. 130.
Nam pro ordinariis membris, ibidem rursus positus, sign. humeros brachia, & manus.
Iulius Camillus fol. 131.

26 Taurus positus in porta Veneris, sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, sig. pro membris extraordinarijs nasum, & odoram vim, malas, labra, & os, pro membris ordinariis sign. collum, gulam, deglutire, & deuorare, & clunes. Iulius Camillus folio centesimo trigesimo secundo.

27 Taurus positus in porta Solis, sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. pro membris extraordinarijs oculos, & eorum operationes, & pro ordinariis, sign. dorsum & latera. Iulius Camillus folio centesimo trigesimo tertio.

28 Taurus positus in porta Martis, sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, sig. pro membris ordinarijs caput & genitalia, & eorum operationes. Iulius Camillus folio 134.

29 Taurus positus in porta Iouis, sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, signif. pro membris extraordinarijs aures, & earum operationes, atque etiam operationes contrarias, vt surditatem. pro ordinarijs sign. coxas, cruces, & pedes cum eorum operationibus.
Iulius Camillus folio centesimo trigesimo quinto.

30 Taurus patris Gedeonis, vt est Iud. 6. sign. gentilitatem. Lauretus in verbo bos.

31 Taurus, vt est psal. 21. sign. diuitem.
Lyra psalm. 21.

32 Taurus sign. virum temperantia præditum. quod hoc animal licet sit ad libidinem propter calorem incitatissimum, tamen bis tantum in die coit. & a conceptu vaccæ non amplius eam tentat, sed sponte recedit. Valerianus folio vigesimo secundo.

33 Taurus sign. modestiam. quod mulieres Elienses cum Baccho, quem colebant, preces funderent, orare solitæ sint, ut βοέῳ ποδί, id est Taurino pedo ad eas ueniret, ut ita suā modestiam ostenderent. Valerianus folio vigesimo tertio.

34 Taurus redimitus caput, & armos caprifico sig. petulantiæ frenum. quod caprificus adeo compescat Tauri ferocitatem, ut eum penè immobilem reddat. Valerianus folio vigesimo tertio.

35 Taurus ante aram mactatus sign. superbiæ tumorem, & insolentiam mactandam. Origen. super Leuitic. Valerianus folio vigesimo tertio.

36 Taurus ab Hercule superatus sign. vitium a virtute domitum. Alij dicunt Acheloum flumen ab Hercule compressum. Valerianus folio vigesimo tertio.

37 Tauri oculus, signif. obtutum amatorium, qui seruata modestia fiat. Plato & Xenophon. Alij dicunt sign. indignationem, & obtutum toruum Aristophanes. Valerianus folio vigesimo tertio.

38 Taurus ligatus fune genu dextrum, qui ab homine ducatur per illum funem, sig. hominem ea modestia præditum, ut facile eum queas à perperam factis auertere. Valerianus fol. 23. sign. enim patientiam & continentiam secundum

cundum Alciatum Emblem. 34.

39 Taurus cauda surrecta, capite cernuo, anteriore crure læuo genuflexus, sub querno stipite, à quo laurea pendebat, ab altero latere, caput leonino spolio armatum, sign. ferociam edomitam. Valer. fol. 24.

40 Taurus a vacca descendens in dexteram partem sign. prolem masculam. Valerianus folio vigesimo quarto.

41 Taurus a vacca descendens in sinistram partem sign. prolem fœmininam. Valerianus folio vigesimo quarto.

42 Tauri auricula sign. auditum & obsequij sedulitatem. quòd Taurus audiat facillimè vaccæ vocem, & statim accurrat. Valer. f. 25.

43 Tauri Neptuno immolati color niger, sig. pelagi colorem. Valer. f. 25.

44 Taurus in medio portus cum delphinis circum colludentibus sign. Neptunum. quod mugitus pelagi, non sit absimilis Taurino. & quod Neptuno imolabant Tauros. Valer. f. 25.

45 Taurus sig. fluuios, quod fluuij & emergere, dū crescunt & cornua habere videantur. Valer. fol. 25. vel quod Taurorum instar sint atroces.

46 Taurus si per somnium lasciuiens currere videatur, sign. lætitiam futuram. Valerianus fol. 25.

47 Taurus per somnium pasci videatur lucrum futurum breui sign. Valerianus folio vigesimo quinto.

48 Tauri pingues sign. Scribas, Pharisæos, & seniores populi Hebræi, qui veluti Tauri erant implacabili odio, & crudelitate contra Dominū N. I. C. indurati pingues utique & potentes delitijs, & diuitijs, iuxta illud psal. 21. Circundederunt me vituli multi, & Tauri pingues obsederunt me. Titelm.

49 Tauri cœlestis pes ab Aegyptijs extra suam regionem in Aethyopas fictus esse porrectus, signifi. Aethyopas pedum, & articulorum doloribus laborare. Valer. f. 28.

50 Taurus sign. Dianam. quod Tauris eam opitulari putant. vel a cornuum figura quam ipsa gerit. Valer. f. 29.

51 Taurus humeris gestatus sign. Bistonis cuiusdā, robur, qui Taurum Ioui immolandum suis humeris portauit. Valerianus folio vigesimo nono.

52 Taurus in numis Seleuci, sign. robur ipsius Seleuci, quod ipse dum vellet Alexandro sacra facere, Taurum siluestrem e vinculis elapsum ambobus manibus cornibus abreptum tenuit. Valer. f. 29.

53 Tauri duo inter se pugnantes sign. 19. Tauri cœlestis gradum, quod si is affuilserit nascenti, signific. eum furijs agitandum. Valerianus fol. 29.

54 Taurus mactatus sign. victoriam apud Spartiatas, si victoria fuisset pacata & sine sanguine. Valer. fol. 30.

55 Taurus in cuius cornu sit alligatus fœni fasciculus sign. ferocitatem euitandam. Vnde illud Horatianū fœnum habet in cornu lōge, fig. & apud Hesiodum prædiuites illos, qui diuitiarum opulentia lasciuientes reliquos cives impetunt ac proculcant. Valer. f. 30.

56 Taurus signifi. Christum Dominum nostrum, iuxta illud Tauri decor eius, eo quod Dominus noster, sit ferox ut Taurus dum iudicat, sit itidem mansuetus dum saluat. Cuius cornua sunt crucis capita, quibus, vt ait Tertullianus, ventilat vniuersas gentes per fidem auferens a terra in cœlum per iudicium deijciens de cœlo in terram. & iuxta illud subneruauerunt in concupiscentia sua Taurum. cuius neruos sacerdotes, & principes, clauis suffigendos curauerunt. Valer. f. 31.

57 Taurus & vacca iugo iuncti in faciendo primo sulco circa oppidum condendum, sign. fertilitatem, & præsentaneam feminis facultatem. Valerianus fol. 23.

58 Taurino pede ut ad se veniret, Bacchum vocari a mulieribus Eliensibus, sign. mulibrem modestiam, qua sexus ille debet ornari. Valerianus fol. 23.

59 Taurus sign. Dionysium. Valerianus folio vigesimo secundo.

60 Tauri caput sign. flumen. Zog. f. 10.

61 Taurus luteus ad radicem montis viridantis, in cuius montis vertice dimidium Aethyops tenens in dextera lorum, & in sinistra pileum, significa insigne militum Theodosianorum, qui eo simulachro significa. in sua manu esse captiuos facere, & libertatem indulgere. Valerianus fol. 294.

62 Tauri duo sign. coloniam Sebast. Erizzus fol. 109.

63 Taurus vnus vnum extollens pedem, & caput declinans videturque cornibus percussurus, sign. fortitudinem & ferocitatem. Erizzus fol. 106.

64 Tarus signifi. naturalem modestiam. Erizzus fol. 415.

65 Tauri duo cum muliere sequente, signifi. coloniam Anconitanam. Erizzus fol. 539. Vide 661.

66 Taurus vnus sig. nomen L. Statilij Tauri trium viri mon.

67 Taurus vnus in medio coronæ laureæ signif. ex eo fieri sacra Dianæ. Choulus folio 78.

1 Super TECTA. vt est Isa. decimo quinto super tecta eius, sign. manifeste, & in propatulo. Gousschchius libro tertio, Elocution. sacrar.

2 de Tecto cadere, ut est Deuteron. vigesimo secundo, sign. per scandalum exponentis scriptu ras in errorem incidere. Origen. in Math. hom. 19.

3 Te Deum laudamus in horis canonicis post nonam lectionem, aut vnum responsorium dici, sign. gaudium, & laudes cœli, & terræ, capitis, & membrorum, sicut & Gloria in excelsis sig. Si vero tacetur Te Deum, dicitur responsorium, & signif. eandem rem, quam significat laudes.

des. Michael Timotheus in diuinum officium Quęstione quinquagesima; Tractatu tertio.

3 Te Deum laudamus, &c. non dici in Dominicis septuagesimæ vsque ad Pascha, sign. Ecclesiam imitari męstitiam captiuitatis Babylonicæ, quando propter captiuitatem non decebat populum in cytaris, & alijs instrumentum lætitiam ostendere. Vide Alleluyah. 4. Michael vt supra, quæstione quadragesima prima tractatu. 3.

1 TEER in prima lingua interpretatur ad pecuniam, quod sign. nos debere aggredi nummos, vt eos tantummodo in rebus necessariis impendamus, & id propter naturam litteræ, t, quæ vt suo loco dictum est, sign. Vim uinciendi, & quasi animum in fræno retinendi. Goropius in Hermath. lib. 4. fol. 91.

1 TEL, vox in prima lingua, signat numero, sed quoniam Tel componitur ex, te, quæ notat ad, & ex el, siue hel, quæ signat altum, Tel mystice signif. numerationem omnem ad id solum tendere debere, vt ad ipsum el, siue hel, perueniatur, quam solam vtilem esse Arithmeticam Plato tradit, & ex eo Horatius ad Mœcenatem. Si vero Tel contrario modo legatur, vt fiat, let, signat impedio, vt sign. quidquid huic Arithmeticæ ad supremam altitudinem ipsius vnius tendenti, contrarium est, verum esse fælicitatis impedimentum. Goropius in Hermath. lib. septimo fol. 147.

2 Telam ex lino & lana contextam prohibitam à lege fuisse, sign. non operandum esse per viam iustitiæ, & pietatis, nam linum sign. pietatem, vel sign. fatum non esse immutandum iuxta Zoroastrem, vel sequendam pietatem, vel iustitiam, vel pulchritudinem, vel Zelum & vt vno complectar verbo, vnicuique sequendam esse propriam naturam. Franciscus Georgius Problemate 85. tom. secundæ.

3 Telæ succisio vt est Iob. 7. sign. hominis mortem velociorem esse, quam manus telam incidentis. Lauretus in verbo abscindere.

4 Telas araneas texere, sign. mundi huius concupiscentia temporalia quælibet operari, quæ nulla stabilitate solidata sunt. Gouschelius libro tertio Elocution. Sacræ scripturæ.

5 Τέλος, vox quæ à Græcis interpretatur Latinè finis. Sed cum sit oriunda à Cimbris, & dicitur Telos quasi telhoot, id est caput numerationis, siue supremum in rerum numeratione, in Arithmetica de qua Plato in septimo de repub. agit. sign. omnes actiones nostras ad id esse conferendas, vt summã acquiramus perfectionem, qua fęlicitas nostra definitur, nam id quod est finis, & summum in Arithmetica nõ mercatoria sed Philosophica, Deus est qui est, vnum à quo omnia incipiunt, & in quem omnia desinunt.

Goropius in hermath. lib. quarto, folio octuagesimo octauo, & octuagesimo nono. Græci enim vt ego arbitror, voluerunt per duas voces Cymbricas quasi interpretando alteram primogeniæ ipsius linguæ, Fijn, a qua finis Latinæ vocis origo pendet, exprimere, finis, Latinæ siue Fijn Cymbrice interpretatur, id quod insigniter perfectum est, & absolutum, quod profecto nil aliud signif. quàm Deum, ad quem vox τέλος, mysticè nos inducit.

1 TEMO naualis cui alligatus sit ramus Oliuæ, sign. gubernationem misericordem. Polyphilus lib. 1.

2 Temo sign. regimen. quod eo nauis regatur. Valerianus folio trecentesimo trigesimo septimo.

3 Temo qui uisus est in somniis a Nerone sibi e manibus extorqueri, & ipsum in tenebras trahi sign. Neronem ab Imperij regimine amouendum, & in infœlicissimam mortem adducendum fuisse, quod euenit. Valerianus folio trecentesimo trigesimo septimo.

4 Temo naualis fortunæ additus sign. fortunam omnia regere, & negotiorum, quæ mortales gererent, illam arbitram esse. Valerianus folio trecentesimo trigesimo septimo.

1 TEMPERANTIAM efficere homines sexu fœminas, sig. temperatos habere remissum quendam desiderij habitum miteque ingenium. qualis est fœmineus sexus, Ficinus cap. 5. orat. 4. conuiuij Platon.

2 Temperantia sapientum apud Chimistas sign. corpus solutum in aquam, & aqua vitæ, & corpus, quod soluitur vocatur Gumma Philosophorum. Corpus vero quod soluitur, dicitur ventus, oleum, anima &c. V. Matrimonium. & Hyems, Ver, Aestas, & Autumnus. Author incertus libro de Alchemia capitulo decimo septimo.

3 Temperantia apud Platonicos significat quando anima rationalis discedens ab intellectuali parte in corporeas actiones, sed ita tamen vt sensus pareat rationi, & aliquid lucis intellectualis splendeat in corporeis actionibus. Farra Septenar. folio ducentesimo. Si vero pars corporea, omnino vincit rationem ita, vt lux intellectualis a corporeis tenebris obtenebretur, dicitur intempersntia.

1 TEMPESTATIS absconditum, vbi exaudit Deus, vt est Psalmo octuagesimo, sign. Cordis tribulationem, cum videlicet in corde contrito cogitationum tentantium fluctus intumescunt, quum contra amoris sancti studia curarum secularium se tumultus illidunt, tunc enim homo exauditur à Deo, Diuus Augustinus supra Psalmo octuagesimo. Et Lauretus in verbo abscondere.

1 TEMPLA Deorũ fieri candida: sign. colorem candidum esse propriũ deorum, & ob hoc Pl

to optabat Templa candida.
Equicola lib. 5. de natura amoris.

1 Templarij equites. V. Ordo.

1 TEMPLVM Vestæ rotundum sign. corpus terræ esse sphericum.
Cartarius folio ducentesimo vigesimo.

2 Templum ratum & rotundum; in cuius medio sit altare super cuius latera sint duæ lucernæ accensæ, quibus duæ Virgines astant & in summitate Templi sit Virgo vna, quę habeat puellum in sinu, sign. Templum Vestæ, duæ Virgines sign. vestales. Lucernæ sign. ignem Vestæ. Virgo super summitatem, sign. Vestam. Puellus sig. Iouem, quem Vesta enutrisse fertur, Cartar. fol. 220.

3 Templum rotundum, signifi. mundum, & illud Templum, ter tantum in anno aperiebatur in parte inferiori, quæ erat Dijs manibus sacra, aperiebatur, aut postridie Volcanalia. Et ante diem sextum idus Nouemb. & ante diem tertium Non. Octobris, qui dies erant nephasti, & signifi. quod in illis tribus diebus ea quæ erant arcana, & abdita religionis deorum Manium in lucem venire. Vnde non licebat illis diebus quicquam facere.
Valerianus folio trecentesimo sexagesimo quarto.

4 Templum quadratū, sig. Ianum, quod illi Templum super quatuor pilis, quæ totidem fornicibus iungerentur peruiosque a frontibus quatuor, aditus patefacerent.
Valerianus folio trecentesimo sexagesimo quarto.

5 Templa in quibus Trapezitarum mensæ. sign. mensuras, quod sub eis Trapezitæ rem pecuniariam exercerent. Valerianus folio trecentesimo sexagesimo quarto.

6 Templum Iani quadratum clatris repagulis, & foribus præmunitum, sign. pacem & bellum, quod aperiretur dum esset bellum, & clauderetur dum esset pax. Valerianus folio 365.

7 Templum in numis imperatorijs sępe sign. prouidentiam: vt illud quod Diuo Augusto dicatum, sign. quoque salutem, sign. Iunonem Martialem, sign. Apotheosim. Valerianus fol. 365.

8 Templa quæ fiebant subdio. sign. Deos subdiales, quorum numina & potestates, sub dio spectamus, ut Iouis, Solis, Lunæ, & similium.

9 Templa Dorico opere fabrefacta, sign. vel Mineruam, vel Martem, vel Herculem. veputa quæ nomina expeterent ornamenta lasciua, sed rudi ac hispido potius aspectu. Valer. fol. 365.

10 Templa Corinthiaco opere structa, sign. vel Venerem, vel Floram, vel Proserpinam, vel Nympham aliquam fluuialem, ob mollitiem floribus ac folijs aliisque eiusmodi ornamentis condita. Valer. f. 365.

11 Templa Ionice fabricata, sign. vel Dianam, vel Liberum patrem, & eiusmodi numina. fabrica Ionica erat media inter Doricam, & Corinthiam, quæ neque austeritatem, neque mollitiem ostenderet. Valer. f. 365.

12 in Templi fabrica non audita fuisse malleum securim, neque vllum genus ferramenti sign. in mundi fabrica, nil factum ad asperitatem hominis fuisse, sed quidquid ferreum & durum, postea fuit, peccato acceptum fertur. F.G.P. 14. vel sign. amotam esse oportere a Templo Dei omnem vim ferream & duram. cum omnia operemur in Templo, vt Deus nobis benignus reddatur & clemens. v. altare lapideum. F.G.P. 123. tom. 2.

13 Templum fabricatum fuisse in eo ipso loco, in quo Abraham immolare voluit Isaac. & quem locum emit Dauid per siclos quinquaginta; vt offerret ibi holocausta, & pacifica ad obtinendam remissionem pro delicto commisso in numerando populo, sign. illum locum perpendiculariter esse subiectum loco in cœlis vbi Deus manet in templo sancto suo, & in sede sua. inde remissio venit in nos pro delictis nostris, quam rem sign. sicli quinquaginta, quibus Dauid emit locum illum, nam numerus 50. & numerus Iubilei & remissionis. est aptus remissioni. F.G.P. 127. t. 2.

14 Templi fabricam durasse quadraginta sex annos, sign. tempus quo foetus concipitur in ventre vsque ad lineamenta completa: nam foetus sex diebus fit ut lac. 9. ut sanguis duodecim solidatur 18. fiunt lineamenta, & corpus est completum, qui dies sunt quadraginta quinque, quibus vnus additur qui sign. summam, & sunt quadraginta sex, quæ si per numerum 6. multiplicentur fiunt 276. qui 9. menses, & 6. dies. qui computantur ab 8. Kal. Aprilis quo die conceptus Dominus noster Iesu Christ. creditur. quia eodem die etiam passus est; usque ad 8. Kal. Ianuarias. quo die natus est; non ergo absurde quadraginta sex annis dicitur fabricatum esse Templum, quod corpus Domini nostri Iesu Christi, sig. vt 46. anni qui fuerunt in fabricatione Templi, sign. tot dies, quot fuerunt in Dominici corporis perfectione.
Diuus Augustinus lib. 83. Quæstio. & Petrus Bongus cap. de senario f. 195.

15 Templum magnum, siue domus ampla, sig. vigesimum octauum gradum Scorpij. & hominem qui erit multum orans. Astrolab. Planum Ioannis Angeli.

16 Templa duo quæ vnum tantum aditum habeant, ita quod primum per vnum eatur in aliud. & primum babet supra pinnaculum Herculis clauam. & secundum habeat lauream. ante vtrunque est numen suum. ante primum est virtus, quam sig. Herculis claua in pinnaculo. ante secundum est honor, quem sign. laurea, inter vtrumque est Hercules iacens, sign. non sine virtute ad honorem aditum patere.
Sambucus fol. 123. sunt enim templa a Marcello condita.

17 Templi lignorum cæsores, ut est. 3. Reg. 5. & cædentes lapides in montibus, ut est 2. Paral. 2. sig. prædicatores adducentes aliquos ad ædificium

ficium Ecclesiæ. Lauretus in verbo abscondere.

18 Templum quod vidit Ezechiel signific. illud Templum supra cœleste, in quo omnia erant ante quam fierent, & continue sunt quia ibidem sustentantur. Franciscus Georgius Problem. 139. tom. 2.

19 Templi Hierosolymitani miracula, eo tempore cessauisse, quo Christus Dominus noster passus est, ex quo ipsius Templi velum scissum est, sign. ob Christi Domini nostri mortem illud Templum sanctitatem amisisse. sed ad hanc rem explicandam, libet mihi afferre verba Rabinorum, qui in libro quem uocant yoma ita dicunt. Quod quadraginta annis in quibus Simeon iustus ministrauit, fuit sors nominis Dominici ascendens in dexteram, ab illo autem tempore, quandoque in dexteram, quandoque in sinistram ascendebat. erat quoque lingua splendoris albescens, ex eo autem tempore quandoque albescebat. quandoque non. lumen etiam vespertinum quod semper ardebat, ex tunc quandoque ardebat, quandoque extinguebatur. Ignis quoque præparationis, qui in altare Domini semper ardere debebat, semper validus erat, nec oportebat ligna ibi apponere, exceptis duabus hastellis ad cõplendum appositionis mandatum. ex tunc vero quandoque validus erat, quandoque non, & tamen sacerdotes nunquam cessabant tota die ligna apponere, Immissa adhuc erat benedictio in manipulum, & in duos panes, & in panes facierum, ita quòd cuicumque Sacerdoti proueniebat quantum oliua comedebat, & saturabatur, & erant quibus supererant. ex eo autem tempore immissa fuit maledictio in manipulum, & in duos panes, & in panes facierũ. & omnibus sacerdotibus inde proueniebat quantum vna faba. Honesti uero retrahebant ab eo manus suas, & gulosi tolerabant. & portæ Templi in nocte aperiebant se ipsas. quam aperitionem Zachar. cap. 11. prophetauit cum dixit. Aperi Libane portas tuas, & deuoret ignis cedros tuos. vbi Libanus sig. templum. & Cedri, sign. sacerdotes. per annos autem quadraginta antequam Templum destrueretur, extinguebatur lumen vespertinum. & lingua splẽdoris rubescebat, ut sanguis & sors nominis Dei in sinistram ascendebat, & portæ Templi cum uespere clauderentur, de nocte se ipsas aperiebant. erant quoque alia miracula, quæ Rabbini Hebræi ita explicant dicentes. Decem signa facta sunt in domo sanctuarij. Nõ enim abortiuit mulier propter nidorem carnium sanctuarij. Neque carnes sanctuarij fœtebant unquam; neque visa fuit vnquam musca in macello templi, neque contigit accidens sacerdoti magno in die propitiationis, neque inuenta est corruptio in manipulo, aut in duobus panibus, aut in panibus facierum. Stantes angusti erant, procidentes vero vt adorarent, spatiosi erant, licet a domo propitiatorij per 11. vlnas retracti essent. Nunquam nocuit serpens, neq; scorpius in Hierusalem. Nunquam pluuiæ extinxerunt ignem præparationis lignorum. Neque ventus vnquam vicit columnam fumi, quamuis omnes venti qui sunt in mundo in eam flarent, non tamen poterant eam deuiare ne recte sursum ascenderet, & fragmenta vasorum fictilium a locis suis absorbebantur, cineres quoque altaris interioris & Candelabri à loco suo absorbebantur. Omnia vero, hæc cessauerunt per annos quadraginta ante destructionem templi, sicut dictum est Psalm. 74. signa nostra non vidimus non est vltra propheta, neq; nobiscum quis erit vsque quo. Hæc illi Hebræorum Rabbini. Galatinus lib. 4. cap. 8.

20 Templum in Symbolo Pithagoræ, ingrediens templum Deum adora, sign. cor hominis, & ire ad Templum apud illum, sign. colligere se & interno cordis affectu Deum vereri, & illud Symbolum signifi. anagogicæ significata primæ literę Hebręæ. Farra Sep. fol. 217. hic etiam in templo nil aliud faciendum sed Deo soli vacandum F. G. P. 429. tom. 5. V. in Templum abiens.

21 In Templum non ingrediaris ex itinere pręter propositum, sign. hominem nullo pacto hoscitantem ad Dei contemplationem, sed cum intimo cordis affectu accedere debere, & hoc signifi. anagogicę significata secundæ literæ Hebręę V. F. G. P. 430. tom. 5. V. in Templum non obiter introeundum.

22 Templi hostium sign. fantasiam per quam res assensu apprehensę ad intellectum accidunt, & ideo in Symbolo Pithagoræ dicitur non adorabis neque in itinere neque ante Templi portas siue hostia, Iter enim signific. instabilitatem cum qua Deus non adorandus est, sed cum constantia & firmitate. Farra sept. f. 218.

23 In Templũ abiens procide, nihil aliud medium seculare neque die neque fac. Symbolum Pythagoricum, sign. ingredientem in Templum, nihil aliud temporaneum, neque dicere, neque gerere debere. & diuinũ omne immixtũ, & purum seruare. Vel sig. ad diuinam scientiam, nihil fas esse huiusmodi aliquid afferre, quale est humana cogitatio, vel curam temporaneã habens. Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythagorici, f. 44.

24 In Templum non obiter introeundum, neque in via adorandum, neque si ante fores ipsas astiteris. Symbolum Pythagoricum, sig. de Deis primum curam habendam esse. nam si quis Deorum curam habet alterius rei gratia, ordinem ipsum euertit. quod enim est primum, efficitur secundum. Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythagoricis. f. 44.

25 Templi combustio, vt est 4. Reg. 25. & combustio Siceleg. vt est 1. Reg. 30. sign. suscitare hæreses, quibus peruertantur fideles. Lauretus in verbo accendero.

26 Templa duo Fortunæ scilicet, & Martis, & aliquot sepulchra fulmine afflata, mures in Iouis Templo aurum corrosisse. Apum examen in platea consedisse, mœnia locorum

& portas è cœlo tactas, vulturem in Iouis Templum inuolasse, lacum sanguineum fluxisse anno ab vrbe condita 546. ante Christum D. 206. sign. Pestem quæ Romam inuasit, & victima prima Marcello mactata sine Iecinoris capite inuenta, & secunda cum duobus Iecinoris capitibus, sign. & Marcellum, & Crispinum consules occidendos. Iulius obsequens prodig. 39.

27 Templi Hierusalem ædificationes magnæ, quæ erant euertendæ, vt est Matth. 24. sign. literam sacræ scripturæ siue magnificentiam legis veteris, quæ erat destruenda. D. Hilarius supra Matth. 24.

28 Templum Dei ædificari vt est 2. Reg. sign. proximum corrigere, & instituere. D. Greg. 2. Mor. 24.

29 vbi Templum, & monumentum D. N. I. simul ponuntur, templum sign. testamentum vetus, & Monumentum D. N. sign. testamentum nouũ, licet vtrunque p se possit sig. vtrunque Testamentum. Ioachim in Apocal. fol. 40.

30 Templi velum scissum à summo vsq; deorsum, & monumenta aperta eo die in quo dominus noster positus est in monumento sign. ea, quæ geruntur in spiritu impiis occultari, sed piis paulo post aperiri. Ioachim in Apocal. fol. 40.

31 Templi solum, sign. ordinem primi status, sicuti muri Templi sign. Ordinem secundi status, & tectum Templi sign. ordinem tertij status, Ioachim in Apocalip. fol. vigesimo nono.

32 Templi Columna, sign. ordinem Monachorum in tertio statu. Qui futurus est in tertio statu, et forsan sign. ordinem D. Francisci, nam sub appellatione Monachi intelliguntur, qui religionem in communi profitentur, qui largiori vocabulo dicuntur Fratres, vel D. Dominici, qui ambo in principio tertij status instituti sunt, & aduerte, quod in Apocalipsi promittitur angelo Philadelphię, qui est sextus in ordine, futurum columnam Templi, qui vicerit, quod sign. in sexto tempore illum ordinem fuisse futurum.

33 Templum & arca simul posita. Templum sign. vetus Testamentum, et arca sign. Testamentum nouum. Ioachim Apocal. folio centesimo quinquagesimo tertio.

34 Templum Dei in cœlo apertum esse, & apparuisse arcam, sign. in die resurrectionis domini apertum esse Testamentum vetus in Ecclesia et apparuisse gratiam. Ioachim, vt supra.

35 Templi ædificium separatum, vt est Ezechiel. 41. sig. homines iustos à malis & terrenis separari, & ad cælestia erigi. D. Hieron. in Ezech. 41.

36 Templum apertum in cœlo, vt est Apoc. xj. sign. reuelationem misteriorum incarnationis Christi in Ecclesia. Lauretus in verbo aperire.

37 In Templo dum fabricaretur non esse auditum neque malleum, neque securim, neque aliud ferramentum, vt est in 3. Regum, sign. quod in templo, vbi petebantur remissiones, & gratiæ multiplices, non debebat audiri aliqua durities, & seueritas per ferrum significata. Archangelus Burgon. in 27. conclus. Cabalist. pici.

38 Templum vt est Ioan. 2. soluite Templum hoc & in tribus diebus excitabo illud. sign. humanam naturam, quam dei verbum suscepit. Gouschelius lib. 2. Elocuti Sacr.

39 Templum Dei, vt est 1. Corint. 3. Templum Dei quod estis vos, sign. populum fidelem, aliquando sign. hierusalem sanctam, vt est psa. 137. adorabo ad templum sanctum tuum. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacr.

40 Templum factum à Marcello extra vrbem, & Sacrum Veneri Verticordiæ, sign. lubidinem debere tantum abesse à Matronis Romanis, sicut Templum ab erat ab vrbe. Cartar. fol. 540.

41 Templum Dei, sign. Ecclesiam scilicet vniuersam tam in cœlo quam in terra. D. Aug. lib. Enchiridij.

42 In Templi secundi ædificatione Aggeum Prophetam cap. 1. Hebræos ita hortatum fuisse. Ascendite in montem, et afferte lignum, & ædificate domum, & contentabor in ea, & honorabo eam, in dictione Hæbraica, quæ significat, & honorabo eam: quæ dictio est Veecabda, deest litera, he, quæ secundum rabbinos in ea esse debebat, quod factum est non sine misterio, he, litera sign. quinque, vt cum desit in dictione, sign. quod in secundo illo Templo quinque res erant defuturæ, quæ in primo semper fuerunt, res autem erant, quæ defuerunt rationale iudicij. Arca, ignis, Diuinitas, & spiritus, Galatinus lib. 4. cap. 9. Vbi aduertendam quod has quinque res, quo defuerunt, sign. Vbera quæ non erant in sorore parua, de qua Cantica Canticorum, cap. 8. soror nobis parua, & vbera non sunt ei, vbi soror sign. populum illum, qui descendit de captiuitate in Hierusalem, & vberum carentia, sign. defectum illarum quinque rerum, quas nõ habuit ille populus in Templo.

43 Templum sign. cœlum, est enim eius Synonimum. Iacobus Gouschelius, lib. 1. Elocution. Sacrar. scriptur.

44 Templi velum appendere ante quatuor columnas, vt est Exodi. 26. sign. Christi D. vitam describi per quatuor Euangelistas. Lyra in Exod. 16.

45 Templi partem respicere ad viam Aquilonis, v. Aquilo.

46 Templum Dianæ Ephesiæ in medio flammarum, cum verbis, nos aliam ex aliis, sign. hominem, qui procuret famam bonam ex bonis actionibus, & non procuret famam malam, vt ille qui Templum Dianæ incendit nulla alia de causa, nisi vt celebraretur eius nomen. Bartholomeus Tægius lib. 2. de arte fabr. insig.

46 Templum Domini cœpisse ædificari in die 24. mensis, sign. homines debere ædificare domum Dñi in amputatione carnis, & Circuncisione vitiorum & verã puritatẽ esse credamus in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quia octonarius numerus, qui sanctus est, & sign. veram Circuncisionem, triplicatus, vigesimum quartum numerum facit.
Petrus Bongus cap. de numero vigesimoquarto fol. 57.

47 Templum, in cuius medio est tropheũ nauale, & in frontispicio est triangulus factus è tribus cruribus humanis, sig. Imperatorẽ gratias agere illi Deę, cuius imago est in altera numi parte propter victoriam naualem de Sicilia habitam, quæ Sicilia intelligitur per triangulum illum. Choulus. fol. septuagesimo sexto Aug. aureo.

48 Templa tria se inuicem spectantia, in quorũ medio est ara, quam complectitur serpens & erigit caput ad ignem, qui est ara sign. Aesculapium. Choulus. fol. 96. Valerian.

49 Templum super quatuor columnas extructum sign. Saluti Deæ vota soluta ab Imperatore. Choulus. fol. 97. Domit. argen.

50 Templum super quatuor columnis extructum cum cruce in medio, & in eius summitate, sig. religionem Christianam. Choulus. fol. 197. Ludouicus arg.

51 Templum rotundum, in cuius medio sit vir nudus tenẽs in capite galeam, in sinistra tropheũ in dextera hastam, in cuius vertice sit aquila insigne militare, sig. Templum Martis vltoris, Choulus folio centesimo septuagesimo secundo, & templum est super quatuor columnas, aliquando vir nudus qui est, habet solum hastam in sinistra.

52 Templum rotundũ in cuius medio sit currus cũ quatuor ..... in aera se ergentibus, & in curru sit aquila insigne militare, sign. Templum Martis vltoris. Choulus folio centesimo septuagesimo secundo, & Templum sit super quatuor columnas.

53 Templum rotundum ornatum pluribus columnis, & inter columnas sunt insignia militaria, sign. Templum Martis vltoris. Choulus fol. 172.

54 Templum pulcherrimum, ante quod sit Crocodilus sign. Templum Antinoi in Aegypto constructum. f. 176.

55 Templum rotundum super columnas in cuius medio sint duæ cathedræ, & ab vno latere & in eius summo culmine vir nudus, cum hasta in sinistra manu, significat Templum Vestæ. Quintus Cassius arg. Choulus folio centesimo septuagesimo nono.

56 Templum superpositum columnis habens in medio hominis imaginem nudam sinistra manu cuidam bastæ adhærentem sig. votum factum Joui Tonanti. Sebast. Erizzus folio 162.

57 Templum Iani clausum sig. Pacem vniuersalem. Erizzus. fol. 156.

58 Templum Pacis omnium maximũ sign. pacem vniuersalem. Erizzus. fol. ducentesimo quadragesimo septimo.

59 Templum super sex columnas locatum cum multis supra infra, & in medio Deorum imaginibus, sign. Templum pacis. Erizzus. fol. 259.

60 Templum in cuius medio erat vir sedens in maiestate, & ad cuius ..... erant aliæ duæ imagines. sig. Templum Iouis Custodis. Erizzus. fol. 271.

61 Templum super quatuor columnas extructum in cuius culmine erat Aquila, & in medio erat mona, significat Iouem casium. Erizzus. fol. 338.

62 Templum super columnas editum sign. populum vel gentem, cuius nomen habeat inscriptum Imperatori gratulantem Erizzus. fo. 394.

63 Templum in cuius medio sint tres deorũ imagines sign. Coloniam quandam gratulantem Imperatori. Erizzus. fol. 357.

64 Templum super columnas constructum, & intus Dianæ Idolum habens, sign. Templum Dianæ Ephesiæ. Erizzus. fol. 451.

65 Templum super columnis extructum cum aliquibus imaginibus supra, & circum se, & cum duabus alijs intra se sign. Templum Adriani Romæ conditum. Erizzus. f. quadringentesimo trigesimo tertio.

66 Templum supra quatuor terminis extructum in cuius medio est simulacrum Mercurij, & supra quod sit gallus, Ouis, Crumena, & Caduceus, sign. Sanctitatem, & religionem Imperatoris. Erizzus. f. quadringentesimo nonagesimo secundo.

67 Templum quod habet ante se semicirculum veluti Claustrum, & in vtraque parte habet veluti suggestum quoddam super columnas super quorum suggestorum culmina sunt duę columbæ; in medio vero ipsius templi est veluti piramis rotunda, quæ piramis est simulacrum veneris, sign. Templum ipsius veneris, & est insigne insulæ Cipri. Erizzus. fol 597.

68 Templa duo super columnis posita se inuicem spectantia, quæ supra se habeant duo vasa, in quibus sunt duæ palmæ sign. diuinos honores haberi Imperatori. Erizzus. f. 608. palmæ in vasis sing. prẽmia danda victoribus in ludis Actiacis.

69 Templũ habens in vtraq; parte victoriam, & in medio virum coronatum, & sub pedibus orbem tenentem sign. Imperatori Templum dicatum ab Colonia aliqua. Erizzus fol. 646.

70 Templum quatuor columnis, in cuius medio, est mulier turrita caput, tenens pedes super aliam mulierem nudam, significat vrbem Anthiochiam Templum sacrasse Imperatori, vel eius mulier turrita est Dea Cybeles, quæ significat vrbem dictam, mulier nuda est Thetis Dea maris, quæ sign. Anthiochiam dominari mari Erizzus fol. septingentesimo quinquagesimo primo.

71 Templum quadratum totum æneum altum dũtaxat tantum, ut in eo stare posset imago alta pedes quinque, quæ imago haberet duas facies vnam vergentem adorientem, & ad occidentem alterã, signif. templum Iani bifrontis quod templum signifi. Pacem si clausum erat, Choulus fol. 14.

72 Templum quadratum super columnas in cuius mdeio uir seminudus sedens super cathedrã tenẽs in sinistra hastam, & in dextera fulmen, sig. templum Iouis capitolini, Choulus. fol. 36. Aurelia quirina argent. num.

73 Templum habens quatuor columnas in frontispicio cum inscriptione IVNON. sign. templum Iunonis, Coulus folio 43. aug. arg.

74 Templum ornatum uarijs figuris, & habens ante se in medio aram super quam est Taurus imolatus, & sacerdos tenens pateram, & duo miuistri scilicet victimarius, & seruus qui accipiebat sanguinem hostiç, sign. templum Augusti, Calig. æneo, Choulus. fol. 58.

75 Templum rotundũ super columnas cum imagine tenens hastam in vtro quo latere templi, & in medio illius similiter alis sit imago mulieris tenens in sinistra vel hastam uel sceptrũ sign. templum Vestæ. aliquando non habet imagines ab utraquæ parte. Choulus. fol. 180.

76 Templum rotundum, ante quod sint sex mulieres, quarum una habeat simpullum, altera acerram in quarum medio sit ara, super q̃ sit ignis, sig. templum Veste in quo vestales faciunt sacra. Choulus fol. 180. fa æne, & sucilla.

77 Templa, & alia loca multa prophana Romæ fulmine afflata. terram pluisse, facem ardentem per aerem ferri visam, tribus diebus, & duabus noctibus sanguinem pluisse, anno ab vrbe condita 587. ante Christum Dominum 165. sig. Gentium regẽ Illiricum, & Perseum Macedonicum Regẽ a Romanis superandos. Iulius Obsequeq. prodig. 70.

78 Templum mirabile, ut est psal. 64. sig. Christi D. humanitatem mirabiliter formatam, & verbo Dei vnitam. Arno. & D. Hilar. in psalmo 64.

79 Templa obscuriora ab antiquis facta, sign. in illis templis rem lugubrem faciendam, sicuti tẽpla, quæ habebant aras, & cursus subdiales sign. ibi ad hilaritatem rem fieri, & templa occulta, & tenebrosa, significibi fieri sacra & apparatus ad inferos. Cœlius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

80 Templum in prima lingua dici tempel. mystice sign. in templo homines debere animos rationis fræno gubernare, & cohibere ita, ut in sublime tollantur ad ipsum altissimum. Nam tõpel interpretatur domiti pectoris exaltatio, quæ fit quãdo caro edomita, & effrenis animi tumor frenatur ita, ut in die tẽplum erigatur, tempelo enim componitur ex tribus particulis primæ linguæ. tem dicitur quasi toem, quæ interpretatur frænum, pe, signat pecudem, & hel altissimum. Toem si vertatur, ut fiat moet oe, est diphtongus, & vocales non mutantur, in ea, tunc notabit animum, ut sig. animum esse frenandum in templo, ut possit Spiritus sancti templum fieri, & hinc prouenit uerbũ contemplari, quod est in templo tam interno idest animo, quam externo id est fano, esse attentum ad alta, & excelsa mentis oculis conspicanda, ut sign. templa frustra adiri nisi vnà cum templo mens nostra tota sublimibus intuendis uacaret V. Animus. 2. Pyramis 19. Goropius in Hieroglyph. libro decimoquinto fol. 138.

81 Templis omnibus metam uel pyramidem cum capitis forma uel globo rotundo superne uel ad posticam partem extrui, ut totam structuram templi pyramidis, & capitis ei imposita forma terminaret, & capiti siue globo rotundo crucem imponi solitum esse, sign: primam hominis effigiem aut potius secundam, quam Spiritus sanctus resuscitans & erigens largitur esse in templis considerandam, & totis uiribus orando recuperandam, uel si adest conseruandam. Sed id fieri non posse nisi crux, ut quæ sit supremum omnium signorum, adhibeatur. Goropius ut sup. f. 239. & 240.

82 Templum positum super columnis, in cuius medio sit ara habens ignem accensum, qui nulla vi uentorum extingui posit, cum tamen sit vndique ventis expolitus, cum verbis Iunoni Laciniç, sign. hominem, qui indicet mulieri a se dilectæ, quod ignis amoris eius in se ipso ita sit æternus, & inextinguibilis, sicut erat in templo Iunonis Laciniæ, qui tamen non ignis fuit sed cinis immobilis flantibus vndique procellis, ut Plinius ait. Hieron. Ruscellus, in insigni Alphonsi Dauali.

1 TEMPVS adduxit tumultum, ut est Hierem. 46. ponitur tempus pro nomine Pharaonis, & tunc signifi. Diabolum adducere multos ad tendandum.
Lauretus in verbo adducere.

2 Tempus ut est illud Daniel. 7. usquæ ad tempus & tempora, & dimidium temporis, tempus sign. annum unum, & tempora iuxta Hæbraici sermonis proprietatem, qui & ipsi decalem numerum habent, sign. duos annos, & dimidium temporis sign. sex menses vnius anni dimidium. Gouschelius lib. 2. Elocutionum Sacrar.

3 Temporis vocabulum sign. calamitosum statũ rerum. Valer. fol. 104.

4 Tempus quo D. N. I. Christus fuit in Aegypto sign. spacium temporis ab Ascensione D. N. I. Chr. usque ad aduentum Antichristi. Remig. in Matth. cap. 2.

5 Tempus primum signif. interuallum, quod fuit ab mundi creatione usque ad primum diluuium.

8 Tempus mythicum signif. interuallum a primo diluuio usque ad primam Olimpiádem, quod in eo multa fabulosa referantur.

7 Tempus Historicum sign. interuallum a prima Olimpiade usque ad tẽpora Varronis, qui to-

tum

tum tempus in primum mythicum, & Historicum diuisit. Censorinus.

8 Tempora tria presens preteritum, & futurū si referantur ad Musicam, presens tempus sign. vocem communem, quæ & breuis, & longa esse posit, quod uno eodemque momento coniungat præteritum & futurum, præteritum sig. longam, quòd ab eo quotidie abscedamus futurum, sign. breuem, quod illi quotidie propinquiores efficimur. Valerianus folio 350.

9 Tempus muliebre. iuxta prophetiam sanctę Hildegardis, quæ dixit illud non fuisse duraturū a suo tempore, quod erat anno D. N. 1177. vltra annos 1256. sign. illud tempus quod D. Ioannes in Apocal. cap. 9. per locustas, quæ habebant cappillos mulierum intellexit, quod erat quintus status Ecclesiæ, sub præcursoribus Antichristi, post quem quintum statum sequitur sextus, in quo futurus est ipse Antichristus, & in septimo postea ueniet Christus D.N. ad iudicium. Ioannes Parisiensis fol. 46.

10 Tempus afflictionis de quo Hiere. 2. sig. tribulationem in Ecclesia, quæ tempore abbatis Ioachim proximæ futura, & forsan fuit illa, quam ab Federico secundo passa est Ecclesia, uel ut arbitror futura est in tempore Antichristi. Abbas Ioachim in Hierem. fol. 8.

11 a Tēpore fui esse ibi ego eram, sig. in prima Adæ creatione Mesiam secundum humanitatem iam fuisse mittendum, ut redimeret genus humanum, quod in Adam erat peccaturum. vbi aduertendum est quod Hebraica veritas cum dicit Ieoua elohim sine copula media, sign. Misericordiam, & iustitiam diuinam vniendas esse in missione humanitatis Mesiæ ad redemptionem humani generis. Ieoua enim nomē tetragrammaton. sign. misericordiam & Elohim sign. Iustitiam, ubi & illud aduertendum, quod dicit Dominus Deus, & Spiritus misit, & non miserunt, quod sign. patrem, & Spiritum S. unum tantum Deum esse. Galatinus lib. 2. cap. 3.

12 Tempus patriarcharum, quod fuit ab Abraham usque ad Moysem, fuit annorū quadringentorum, & circiter octoginta, sign. Deum patrem a quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur.
Ioach. Apocalip. fol. 34.

13 Tempus Iudicum quod fui ab Moise usque ad Saul, fuit annorum quadringentorum, & circiter octoginta, sign. Deum filium cui omne iudicium dedit pater.

14 Tempus Regun Iudæorum incepit ab Saul, & finit in transmigratione Babilonis, fuit annorū quadringentorū, & circiter octoginta, sign. Deum Spiritum sanctum, ad quem proprie pertinet vnctionis misterium.

15 Tempus dierum quinquaginta, qui sunt a pascha resurrectionis ad Pentecosten. sig. statum tertium fœlicem, in quo consumata sexta ætate mundi, quæ plena erit laboribus, & ærumnis fiet Sabbatismus populo Dei, qui ut ait Ioachim, iam erat initiatus tempore suo.
Ioachim libro secundo tractatu secundo cap. 4. concord.

16 Tempus primum incipit ab Adam, & durat usque ad D.N.I. & sign. Deum patrem, qui est persona ingenita. secundum tempus incepit ab Ozia, & durabit usque ad cōsumationem eculi, & sign. Deum filium, qui est persona genita, proprium uero primi temporis quatenus proprietatem Diuinæ personę patris sine tēpore initiali; incipit ab Abraham, & desinit in Zacaria patre D. Ioannis. proprium uero secundi temporis quatenus signific. Diuinam personam filij absque tempore initiali incipit ab ipso Zacaria, & durabit usque in finem seculi.
Ioachim libro secundo cap. 9.

17 Tempus etiam diuiditur a Ioachimo in tres, in primum, quod incipit ab Adam, & finit in D. M.I. inquo homines vixerunt secundum carnem, in secundum, quod incipit ab Heliseo propheta siue ab Ozia rege, & finit in annum D.N.I. 1260. inquo viuunt inter carnem, & Spiritum, & tertium tempus est quod incipit a D. Benedicto, & durat usque in finem seculi, fructificatio primi temporis ab Abraham usque ad Zacariam patrem D. Ioannis. fructificatio secundi a Zacaria usque ad generationē 42. a natiuitate D.N.I. qui annus est a natiuitate D.N.I. ut est dictum. 1260. fructificatio tertij status a 22. generatione post D. Benedictum usque in consumationem seculi.

18 Tempus filiorum Iacob siue Patriarcharum, sign. tempus Apostolorum. Ioachim in Apo. fol. 1.

19 Tempus iudicum, significat tempus Martirum.

20 Tempus Prophetarum, sign. tempus confessorum.

21 Tempus filiorum prophetarum signifi. tempus eremitarum, & Virginum.

22 Tempus Iousue extirpantis Idolatriam, signifi. tempus Ecclesiæ in quo Leo Papa Siculus hæreses profligauit, qui fuit anno D. N. I. 682.

23 Tempus in quo Iudæi sederunt secus flumina Babilonis, sig. tempus, in quo tam clerus, quā populus vndique fornicatus a Deo. tempus sepumum sign. tempus conuertentium se ad Christum Dominum N. Ioach. in Apoca. fol. 1.

24 Tempus septuagesimæ in quo Ecclesia legit librum Genesis mundi signific. Exilium humanę deiectionis in Adam. Ioachim in Apocalip. fol. 1.

25 Tempus sexagesimæ, in quo Ecclesia legit Exodum sig. ablutionem dilunij.

26 Tempus quinquagesimæ, in quo Ecclesia legit Leuiticum, sign. peregrinationem seminis Abrahæ.

27 Tempus quadragesimæ in quo Ecclesia legit Numeros, sign. dies emendationis nostræ, & hoc

hoc in prima Dominica.

28 Tempus quadragesimæ in quo Ecclesia legit Deuteronomium, sig. spem salutis Gentilium quæ per Chananeã significatur, & hoc in hebdomada secunda.

29 Tempus quadragesimæ, in quo Ecclesia legit Iosue sign. transitum Iordanis, & ruinam cananeorum in Dominica. 3. sed 4. legitur liber iudicũ, quinta Hieremias, sexta legitur Hieremias & sig. passionem, & agitur de palmis, quæ sign. quietem pro Sabbato.

30 Tempus resurrectionis 7. hebdomadarum & leguntur actus Apostolorum, & Epistolæ canonicæ.

31 Tempus post Penthecostem Dominica prima, in qua legitur in libris Regũ, usque ad Kal. August. sign. prælia Israelitica.

32 Tẽpus a Kal. Augusti usque ad Kal. Octob. legũtur variæ historiæ, ut Iob. Thobias Iudit & Hester. & sign. ea quæ illis temporibus acta sunt.

33 Tempus e Kal. Octob. usque ad Kal. Nouẽb. leguntur libri Machabeorum, & sign. prælia Græcorum.

34 Tempus a K. Nouemb. usque ad Aduentum D. N. leguntur prophetæ minores, & sig. ea, quæ eorum tempore gesta sunt.

35 Tempus aduentus D. N. quòd ex 4. hebdomadibus constat, & legitur Esaias. sign. ea, quæ illius tempore gesta sunt.

36 Tempus ab octaua Epiphaniæ usque ad quadragesimam, in quo legitur Epistola Pauli, quæ agit de Antichristo, & sign. ultimum tempus, & ideo attribuitur Gog. & magog. in quo veniet Antichristus.

36 Tempus primi sigilli est ab Iacob Patriarcha usque ad Moisem, & Iosue, secundi a Moise usque ad Dauid, tertij a Dauid ad Heliseum, quarti ab Heliseo ad Ezechiam, quinti ab Ezechia ad Transmigrationem, sexto a Transmigratione ad obitum, Malachiæ prophetæ, septimi ab obitu Malachie, ad Zachariam patrem. D. Ioannis Baptistæ, & hæc in testamento veteri, quæ sign. ordinatim tempora sequentia in testamento Nouo, primũ a Zacharia ad obitum diui Ioannis Euangelistæ, secundũ ad Constantinum, tertiũ ad Iustinianum, quartũ ad Carolum Magnum, quintũ ad annum 1260. sextum usque ad euersionem Babilonis nouæ, quæ erit. Septimum uero usque ad finem seculi. V. signacula. Ioachim Apocalip. fol. 6.

38 Tempus Ieiunij, quod est, sexta pars totius anni sig. labores certamina. Ioachim in Apocalip. fol. 15.

39 Tempus a die Paschæ usque ad Penthecostem, quod est septima pars anni, sign. septimam huius seculi ætatem, & signific. Sabbatum tertium scilicet gloriæ, & letitiæ. Ioachim folio 15. Apocalip.

40 Tempus ante legẽ, sig. illud, quod dictum est, & tenebræ erant super faciem abissi. Ioachim Apocalip. fol. 2.

41 Tempus sub lege. signi. illud quod dictum est. Splendida est facta facies Moisis. Ioach. Apocalip. fol. 2.

42 Tempus sub gratia sign. illud, quod dictum est, facies Christi fulsit, ut sol lucens in uirtute sua. Ioach. in Apoc. fol. 2.

43 Tempus primum incepit tunc quando Deus elegit Abraham, & semen eius, ut esset ei in populum peculiarem, & ab alijs per circuncisionem segregatum. Ioachim Apocalip. f. 61. concor.

44 Tempus secundum incepit tunc quando Deus suscitauit Moisem, & tribũ Leui ut ministraret sibi in Tabernaculo, & esset assidua in cultu diuino. Ioach. f. 62. concor.

45 Tempus tertium incepit a Samuele, & Dauid in quo Hebræi reges habere ceperunt, Ioach. fol. 73. concor.

46 Tempus quartum incepit ab Helia, & Heliseo. Ioach. fol. 63.

47 Tempus quintum incepit a diebus Isaiæ Prophetæ, & Ezechiæ Regis Iuda, in quo facta est confederatio inter reges Iuda, & reges Aegyptios & Babilonios. Ioach. f. 64. concor.

48 Tempora prima diuisione sunt tria: tempus ante legem. tempus sub lege, & tempus sub gratia: siue.

49 Tempora distinguntur in quinque, in tempus ante legem, in tempus sub lege, in tempus sub Euangelio, in tempus sub spiritali intellectu, & in tempus visionis Dei. Sed.

50 Tempora sunt duo præcipue, quæ sign. duo testamenta uetus scilicet, & nouum. &

51 Tempus vetus concordans cum nouo, incipit cursus eius a Iacob Patriarcha, & terminatur in D. N. I. sed proprie incipit ab Abraham.

52 Tempus testamenti noui incipit a D. N. I. & terminabitur in fine seculi quando D. N. I. venturus est iudicare. Sed proprie incipit a Zacharia patre Ioannis Baptistæ, & quamuis sit unũ tempus incipiens a Zacharia, & finiens in fine seculi, diuisum est tamen in duo, quæ signific. filium, & Spiritum sanctum sicut tempus testamenti veteris sign. patrem. Ioachim. fo. 9. Apocal.

53 Tempus primi status incipit ab Abraham & finit ad Zachariam patrẽ Ioannis Baptistæ, sed tres generationes Zachariæ Ioannis & D. N. accipiendæ sunt pro fine primi status, & sig. misterium Trinitatis, & accipiendæ quoque sunt pro principio secundi status ita, ut ille tres generationes sint finis primi, & principium secundi.
Ioachim Apocalip. fol. 9.

54 Tempus secundi status incipit a Zacharia, & finit ad annum 1200. D. N. I. ita tamen, ut tres generationes Zachariæ scilicet Ioannis, & D. N. sint principium secundi status, & finis primi: ita in fine secundi status assignande sunt tres generationes pro fine secundi, & pro initio tertij, adeo quod tempus secundi status finit exacte in anno 1290. a natiuitate D. N. I. &

post

post annum 1290. inci-a.

55 Tempus tertij status daraturum, usque in finem seculi, & eius enerrationes sunt septuaginta in totum, computatis 21. initialibus, uel sine eis 49. quæ incipiunt omnes scilicet 70. a Sadoch. ut ait Abbas Ioach. lib. 2. tract. 2. cap. 4. & 5. concord.

56 Tempora duo inuicem concordantia sunt primum incipiens ab Abraham, & finiēs ad Zacariam patrem D. Ioannis Baptistæ, Secundū incipit a Zacaria, & finiet in fine seculi. Sed secundum quod dicitur tempus gratiæ, diuiditur in duas portiones. Quarum una assignatur filio, & altera Spiritui Sancto. & ita uidentur quodammodo tria tempora. Ioach. Apoc. f. 6.

57 Tempus diuiditur in tempus literæ testamenti ueteris, in tempus literæ testamenti noui, & in tempus spiritualis intellectus, quod tertiū tempus incipit a tempore Abbatis Ioachim, & durabit usque ad consumationem seculi. Ioach. Apoc. f. 6.

58 Tempora septem, quæ significantur a septem partibus Apocalipsis, incipiunt ab aduentu D. N. I. & durabunt usque ad extremum iudiciū, prima pars Apocalipsis, quæ agit de Prelatis, sign. bellum quod passi sunt Prelati in primitiua Ecclesia, & eorum tempus. pars 2. signifi. tempus Martyrum. pars 3. sign. tempus Doctorum. pars 4. sig. tempus Virginum. pars 5. sign. tempus in quo Ecclesia uniuersalis in generali passa est. pars 6. sign. sextum tempus in quo Babilon noua iudicāda est, et post ipsam iudicatam iudicandi sunt Bestia, & Pseudo Propheta qui in ipso articulo sexti temporis andacius præsolito cōtra Christum consurgent, deinde incarcerato diabolo erit Sabbatū populo Dei, circa cuius finem soluetur iterum Diabolus de carcere suo, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog. & Magog. Ad extremum mittetur Diabolus in stagnum ignis, eritque uniuersale iudicium, & resurrectio mortuorum, quibus peractis nulla erunt vlterius tempora secularia, sed dies unus eternus; nec regnabunt vlterius Reges terræ, sed solus Rex Dominus exercituum. nec erūt ciuitates gentium, sed sola ciuitas Dei, cuius gloriam, & tempus sign. pars octaua Apoc. Ioach. f. 16. Apocal. introductorio capitulo 16.

59 Tempora festinare adesse, ut est Deut. 32. sign. mortis diem imparato uenire. Lauret. in uerbo accelerare.

60 Tempora sex quæ sunt data quinque ordinibus ad laborem. incipiunt ab Apostolis, et finient quando Babilon ipsa cum filijs suis tradetur iudicanda potestati illorum Regum, qui in Apocalip. dicuntur 10. cornua quæ uidisti & bestia odient fornicariam, & desolatam illam facient, & nudam, & carnes eius manducabunt, et ipsam igni concremabunt. Et hæc factura est Bestia, quam signif. gens Saracena cum Regibus suis, quæ uincetur a D. N. I. et morietur, sed tamen post aliquantulum temporis apparebit viuens, & mirabitur super ea uniuersa terra, & huic bestiæ adhærebit alia bestia surgens de terra, & habens duo cornua similia agni, quæ sign. sectam falsorum prophetarum, & hæc scilicet secta saracenica, & hæretica duæ bestiæ simul cum dracone procedent ad reges totius terræ, & congregabunt eos ad prælium, & pugnabit dominus aduersus illos in gladio oris sui, & vincet illos, positis duabus bestijs in camino ignis ardentis. igitur in fine secūdi status destruetur noua Babilon inchoato duntaxat tempore sexto, & omne regnum dabitur populo sanctorum altissimi. Quo tempore diabolus incarcerandus est in abisso, quæ sign. reliquias gentium ad quas non perueniet verbum Dei, eritque pax, & Sabbatum ad solutionem ipsius, quæ solutio erit circa finem seculi, in quo diabolus exibit & seducet gentes super quatuor angulos terræ, & istæ gentes uenient, & circundabunt Ecclesiam contemplantium, quam sign. D. Ioannes Euangelista. quousque descendat ignis de cælo, qui consumat eas, Diabolus mittatur in stagnum ignis, & illæ duæ bestiæ secta scilicet saracena, & heretica, & inde veniet consumatio, & dies iudicij, & resurgent agmina mortuorum, & iusti ibunt cū agno Dei in uitam æternam, & perditi in ignē æternum.

61 Tempus bene placiti, ut est psal. 68. &c. signific. tempus passionis Christi D. quo gratum obtulit patri sacrificium. D. Hieronimus. psalm. 68.

62 Tempus breue, ut est Isaiæ 29. sign. temporis spatium ab Isaia usque ad Christi Domini natiuitatem, & Gentium conuersionem, ad quā rem faciunt hæbdomadæ. Danielis abbreuiatæ, ut est Daniel. 9. Diuus Hieronymus. Isai. 29.

1 TENEBRAE quas in genesi nominat Moises signific. aeris ideam in mundo intelligibili, qi. aer ex se sit tenebrosus. (Philo in mundi creatione.) & dicuntur tenebræ super abissum, quia abissus sign. vacuum, & aer quodammodo implet vacuum, quod est infra circum lunæ. V. Abissus.

2 Tenebræ quibus Aegyptus oppressa est luce manente in Hebræis, sig. eos qui veritati obsistunt animæ suæ tenebras ignorantiæ intrudere, qui vero veritatem amplectuntur, lucis splendore semper frui. Gregorius Nisenus in Mosis uita.

3 Tenebras ab Aegyptijs post tres dies per Mosis manum extensionem amotas fuisse, sign. libertatem a peccato, & a tenebris ignorantiæ per Christum Dominum Nostrum post mortem, & resurrectionem nobis concessam. Gregor. Nisenus ut sup.

4 Tenebræ, sign. priuationem Picus Heptap. capitulo secundo.

5 Tenebræ, ut est illud psal. 103. pones tenebras & erit nox, significat. Iudæorum captiuitatem, & quod Deus contra eos obtenebrauerit mūdum.

dum. Galat nus lib. 5. cap. 2.

6 In Tenebris ambulare in lumine lucernæ Dei, ut est Iob 29. signific. viuere secundum legem Dei. Lauret. in uerbo ambulare.

7 Tenebræ, ut est Genes. 1. sign. priuationem, quæ est unum ex principijs apud peripateticos. Archangelus de Burgonono in Apollogia contra petrum Garzam.

8 Tenebræ, & supplicium sunt sinonima in sacris litteris. Gouschelius libro primo Elocution. Sacrar.

9 Tenebræ sign. mundi aduersitatem sicuti lux signific. prosperitatem, ut est psal. 137. sicut tenebræ eius, ita & lumen eius, tenebræ, ut est Ephes. 5. eratis aliquando tenebræ, sig. peccatores, sicuti lux signi. iustos. Gousch. lib. 6. Elocu. Sacrar.

10 Tenebræ conculcantes, ut est psal. 138. significa D. Petri negationes. Arnob. in psalm. 138. Vel.

11 Tenebræ conculcantes, sign. opiniones in morte, quibus non est spes resurrectionis. D. Hilarius in psal. 138. Lauretus in uerbo calcare.

12 Tenebræ, ut est Genes. 1. sign. vetus testamentum nouo comparatum. Lauretus in uoce caligo.

13 Tenebræ quas Deus posuit latibulum suum, ut est psal. 17. & Iob. 3. signi. Dei occulta Iudicia Orig. in Exod. hom. 4. & D Gregori. 4. mor. 19.

14 Tenebræ, ut est illud Iob. 17. in tenebris straui lectulum meum, sig. ipsum sepulchrum. Glos. ordin. in Iob. 17. uel sign. limbum.

15 Tenebræ iuxta illud, & tenebræ erant super faciem abissi, signifi. illam partem hominum, qui post diluuium sequebantur carnem, & deos alienos, sicuti illos, qui sequebantur uerum Deum, lux sign. ut erat Abraham, Isaac, & Iacob, & eius posteri. Ioach. lib. 5. cap. 3. fol. 61. de concor,

16 Tenebræ. sign. populum gentilem, super quem lux uera erat missura suæ gratiæ radium. Ioachim. fol. 65. conc. cap. 10.

17 Tenebras esse super faciem abissi, sign. principem tenebrarum de cœlo cecidisse in terram, vbi hominem obtenebrauit. Ioachim fol. 72. concor. cap. 24.

18 Tenebræ factæ in morte Christi Domini, ut est Matth. 27. sign. tenebras mentis Iudæorum, & quia potestas rediit lux, signi. futuram eorum conuersionem, in fine seculi, Origen. in Matth. hom. 35. Hilar. in psal. 54. & Arnob. in psalm. 103.

19 Tenebræ, ut est Genes. 1. sign. rerum imperfectionem, ut tenebræ, quę erant super faciem abyssi, antequam res perficerentur. Lauret. in uoce Caligo.

20 Tenebræ etiam sign. peccatum uel statum pecti, en quod peccatum priuet animam lumine gratię.
Lauretus ut sup.

21 Tenebræ in quibus non cognoscuntur mirabilia Dei, ut est psal. 87. sig. ipsam infidelitatem. D. August. psal. 87.

22 Tenebræ sign. Dæmones, peccatores, & peccatorum corda, denique sign. mundum, & mundanos.
Lauretus in uoce Caligo.

23 Tenebræ quæ non comprehenderunt lucem, ut est Ioann. 1: sign. mortem, quæ non comprehendit Christum D. licet eam tetigerit.
Diuus Ioannes Chrysostom. in Ioann. homel. 4.

24 Tenebræ Aegypti, ut est Exod. 10. significat pœnas inferni. Lauretus ut sup. Aliquando sign. redargutionem cæcitatis.

25 Tenebræ, ut est illud Ioel. 2. & Ierem. 13. sign. iram Dei, aut punitionem. D. Hierony. in Ierem. 13.

26 Tenebræ in quibus erat spes, ut est Ecclesiast. 9. significat Gentilitatem, in qua erat spes credendi. Diuus Augustin. quest. Testamen. 39.

27 Tenebræ conculcantes, ut est psalm. 138. sign. negationem Petri. nam negare sunt tenebræ, & fugere conuocatio tenebrarum. Arnob. in psal. 138.

28 Tenebræ, ut est Isai. 21. significat mentis stupiditatem ex contemplatione alicuius mali magni prouenientem. Lyra in Isai. nigelimoprimo.

29 Tenebræ quæ factæ sunt ab hora sexta, usque ad nonam in passione Domini. significat tępus illud de quo agitur in Apoc. eo loco vbi vidi cœlum apertum, & vidi Bestiam, & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius usque ad illum locum, vbi agitur de incarceratione Sathanæ. Ioach. Apoc. f. 4.

30 Tenebræ, vt est Matth. 6. signif. malam intentionem. D. Augu. 2. serm. Domini in monte.

31 Tenebræ, ut est Iob. 29. sig. tempus huius uitæ. D. Greg. 19. mor. 3.

32 Tenebræ, ut est Genes. 1. sig. corpus ipsum cum uitijs. Quod diuiditur ab anima, sicut tenebrę a luce. Beda in Genes. 1.

33 Tenebræ, ut est Matth. 10. sig. timorem. Glos. ord. in Matth. 10.

34 Tenebræ iuxta illud, & tenebræ erant super faciem abyssi. sign. ꝗ populus, qui post diluuiũ surrexit, coluit Deum tenebrarum, & potius creaturam, quam creatorem uoluit Deum habere. Ioachim libro quinto, capitulo tertio concord.

1 TENER iuxta illud quoniam filius fui patri meo tener & unicus filiorum matris meæ. sig. filij Dei infinitæ sapientiæ capacitatem etiam per teneritudinem carnis, & eius aptitudinem disciplinabilem omnimodam, & absolutam optimamque fuisse. Galatinus libro secundo cap. 5.

2 Tener significat etiam ipsum Messiam propter eius pietatis & clementiæ teneritudinem.
Galatin.

Galatin. lib. 3. cap. 20.

1 TENIAE Osiridis, quę erant Candidæ neque ulli mortali erat fas videre eas, signif. diuinum principium; Farra sept. fol. 260.

1 Tentationes a Diabolo immissas esse adeo periculosas, ut sic periculum de salute nisi Deus saluet miraculose. V. Aegyptius. 8.

1 TENTORIVM ut ut est Hierem. 10. non est qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas sign. Sinagogam, eo quod cessasset sacerdotes a prædicatione, qua de re conqueritur Dominus per Hieremiam. Gousch. lib. 6. Elocut. Sacr.

2 Tentoria Tambernali Scitharum Imperatoris tria, album, nigrum, & rubrum, album sign. si obsessi prima die se dederent eos a Temberlano pacem obtenturos, nigrum, quo vtebatur secunda die, sign. Tamberlanum esse obsessis iratum sed non tamen ad extremam cladem. tertiũ rubrum quod tẽbatur die tertia sig. obsessos sanguine, & igne delendos omnino. Ioannes Baptista Porta libro de furtiuis literarum notis. fol. 27. vide supra Tamburlano.

Tergi sarsatio. V. Accismus. 1.

1 TERGVS iuxta illud Hierem. 2. verterunt ad me tergum, & non faciem, sign. temporalia sicuti facies, sign. spiritualia, ecclesiæ enim debet vertere faciem ad Deum hoc est spiritualia, & non vertere tergum id est temporalia, & carnalia. Ioachim in Hierem. fol. 8.

2 post Tergum respicere, ut est Genes. 19. signifi. affectu redire ad pristina uitia, vel sign. seruare ueterem legem post datum Euangelium. Lauretus in uerbo aspicere.

1 TERMINVS Deus sig. illud Solonis dictum, finem semper respiciendum esse, & præcipue mortis. Alciatus. Emblem. 186.

2 Terminus materialis naturæ; apud chimistas sig. id quod materia prima omnium rerum. v. Ens reale.

3 Terminum Deum noluisse e suo loco amouere dum Romani vellent Ioui templum condere. sign. Romanis fuisse futura omnia stabilia, & immobilia. Iulius Obsequens libro de prodigijs.

4 Terminos proximi assumere, ut est Deuter. 19. sig. de proximi lapsu gloriari, uel gaudere. Lauretus in uerbo accipere.

5 Terminum assumere, ut est Oseę 5. sign. gloriari in Heresibus. Lauretus. ut sup.

6 Terminum Deus. V. Aenigma. 3.

7 Termini apud Pythagoreos, sign. mortem, vnde illud. Ne flectas ubi ad terminos perueneris, quod sig. mortem non solum non esse timendam, sed neque quicquid in fatis est quantumcunque terreat, namque sunt termini definiti & determinati, quos transire nõ poteris, & frustra times illud, quod reflectere aut uitare nequeas. Paulus Scaliger. lib. 4. Epistemonis.

8 Ternarius tertia pars, & septem quibus Plato dixit animam esse formatam sig. animæ regressum ad unitatem tum suã, tum Dei; quo se totam rursum ad principium conuertit, & fit unitas in Trinitate; & Trinitas in unitate animæ. Fabius Paulinus. Hebdomad. libro tertio cap. 3.

1 TERRA ut est, in principio creauit deus cœlum, & terram sign. illam partem hominum, qui in primo originali seculo relicto Deo sequebantur carnem. unde dicti sunt filij hominum ad differentiam eorum, qui dicebantur filij Dei. Ioach. lib. 5. cap. 3. fol. 61. concord.

2 Terra sig. tribum Iuda ex qua orta sunt signa, & Herba faciens semen salutis æternæ: nam ex hac terra orta est ueritas Ch. D. N. Ioach. folio 62. concor. cap. 5.

3 Terra sign. multitudinem populi Hebræi præter electos Dei, quæ non cœlestia sed tantum terrena captabat. Ioachim. fol. 65. concord. cap. 10.

4 Terram cum cœlo conditam fuisse sig. naturam humanam, & Angelicam: nam terra, sign. humanam, & cœlum sig. Angelicam. Ioach. fol. 72. concor. cap. 24. V. cœlum.

5 Terram fuisse vacuam, & inanẽ, sig. humanam naturam a Deo in paradiso examinatam fuisse inuentam non plenam gratiæ, si enim fuisset plena gratiæ, non tam execrabilem subijsset culpam. Ioach. fol. 72. concor. cap. 24.

6 Terra rubea apud Chimistas, sig. bolum armenum. Ioannes Garlandius.

7 Terra tactaria, sign. testam subtilem qua vtuntur aurifices. Garlandius.

8 Terra a qua Caim maledictus fuit, sig. Ecclesiã ostendere Iudæos quos sign. Caim a Deo sub lege maledictos D. Aug. lib. 12. ad Faustum.

9 Terra quæ non dabat fructus et Caim, sig. terrenam legis operationem, quæ habet occultam virtutem uel occultos fructus intelligendæ gratiæ Christi, quæ non datur Iudæis in impietate & infedelitate perseuerantibus. D. August. lib. 12. ad Faustum.

10 Terra inhabitabilis iuxta illud Hierem. 2. qui traduxit nos per desertum per terram inhabitabilem, sig. animam, in qua sit terrena cupiditas, sicuti terra inuia signifi. animam in qua sit iniquitas, & terra sitis, sign. animam in qua sit carnalis voluptas. terra, quæ sit imago mortis sign. animam in qua sit cordis tumiditas, & terra in qua non ambulauit uir, neque habitauit homo. sign. animam, quæ non habuit doctorem neque auditorem. Vir enim signific. doctorem, & homo signific. auditorem, & proprie intelligitur de anima, quæ non habuit fidem incarnationis Christi D. N. ut pote qui est Deus, ut doctor, & homo, ut auditor Abbas Ioachim in Hierem. fol. 5. terra carmeli sign. vitam religiosam, sicuti Aegyptus sign. Sinagogam laicorum, & Heremus sign. Ecclesiam clericorum. Ioach. ut sup. f. 5.

11 Terra apud chimistas in lapide philosophico, signific. frigidum, & siccum correctio fatuorum cap. 12.

12 Terra sign. Sinagogam Iudæorum, sicuti Mare sign. Gentilitatem, ubi D. Ioannes in Apocal. dixit, & tertia pars terræ combusta est, & quando

dum. Galat nus lib. 5. cap. 2.

6 In Tenebris ambolare in lumine lucernæ Dei, ut est Iob. 29. significat viuere secundum legem Dei. Laureti in uerbo ambulare.

7 Tenebræ, ut est Genes. 1. sign. priuationem, quæ est unum ex principijs apud peripateticos. Archangelus de Burgonouo in Apollogia contra petrum Garzam.

8 Tenebræ, & supplicium sunt sinonima in sacris litteris. Gouschelius libro primo Elocution. Sacrar.

9 Tenebræ sign. mundi aduersitatem sicuti lux signific. prosperitatem, ut est psal. 137. sicut tenebræ eius, ita & lumen eius, tenebræ, ut est Ephes. 5. eratis aliquando tenebræ, sig. peccatores, sicuti lux sign. iustos. Gousch. lib. 6. Elocu. Sacrar.

10 Tenebræ conculcantes, ut est psal. 138. signific D. petri negationes. Arnob. in psalm. 138. Vel.

11 Tenebræ conculcantes, sign. opiniones in morte, quibus non est spes resurrectionis. D. Hilarius in psal. 138. Lauretus in uerbo calcare.

12 Tenebræ, ut est Genes. 1. sign. vetus testamentum nouo comparatum. Lauretus in uoce caligo.

13 Tenebræ quas Deus posuit latibulum suum, ut est psal. 17. & Iob. 3. signi. Dei occulta Iudicia Orig. in Exod. hom. 4. & D Gregori. 4. mor. 19.

14 Tenebræ, ut est illud Iob. 17. in tenebris straui lectulum meum, sig. ipsum sepulchrum. Glos. ordin. in Iob. 17. uel sign. limbum.

15 Tenebræ iuxta illud, & tenebræ erant super faciem abissi, signifi. illam partem hominum, qui post diluuium sequebantur carnem, & deos alienos, sicuti illos, qui sequebantur uerum Deum, lux sign. ut erat Abraham, Isaac, & Iacob, & eius posteri. Ioach. lib. 5. cap. 3. fol. 61. de concor.

16 Tenebræ. sign. populum gentilem, super quem lux uera erat missura sua gratiæ radium. Ioachim. fol. 65. conc. cap. 10.

17 Tenebras esse super faciem abissi, sign. principem tenebrarum de cœlo cecidisse in terram, vbi hominem obtenebrauit. Ioachim fol. 72. concor. cap. 24.

18 Tenebræ factæ in morte Christi Domini, ut est Matth. 27. sign. tenebras mentis Iudeorum, & quia potestas rediit lux, signi. futuram eorum conuersionem, in fine seculi, Origen. in Matth. hom. 35. Hilar. in psal. 54. & Arnob. in psalm. 103.

19 Tenebræ, ut est Genes. 1. sign. rerum imperfectionem, ut tenebræ, quę erant super faciem abyssi, antequam res perficerentur. Lauret. in uoce Caligo.

20 Tenebræ etiam sign. peccatum uel statum pecti, eo quod peccatum priuet animam lumine gratię. Lauretus ut sup.

21 Tenebræ in quibus non cognoscuntur mirabilia Dei, ut est psal. 87. sig. ipsam infidelitatem. D. August. psal. 87.

22 Tenebræ sign. Dæmones, peccatores, & peccatorum corda, denique sign. mundum, & mundanos.

Lauretus in uoce Caligo.

23 Tenebræ quæ non comprehenderunt lucem, vt est Ioann. 1: sign. mortem, quæ non comprehendit Christum D. licet eam tetigerit. Diuus Ioannes Chrysostom. in Ioann. homel. 4.

24 Tenebræ Aegypti, ut est Exod. 10. significat pœnas inferni. Lauretus ut sup. Aliquando sign. redargutionem cæcitatis.

25 Tenebræ, ut est illud Ioel. 2. & Ierem. 13. sign. iram Dei, aut punitionem. D. Hierony. in Ierem. 13.

26 Tenebræ in quibus erat spes, ut est Ecclesiast. 9. significat Gentilitatem, in qua erat spes credendi. Diuus Augustin. quest. Testamen. 39.

27 Tenebræ conculcantes, ut est psalm. 138. sign. negationem Petri. nam negare sunt tenebræ, & fugere conuocatio tenebrarum. Arnob. in psal. 138.

28 Tenebræ, ut est Isai. 21. significat mentis stupiditatem ex contemplatione alicuius mali magni prouenientem. Lyra in Isai. uigesimoprimo.

29 Tenebræ quæ factæ sunt ab hora sexta, usque ad nonam in passione Domini. significat tempus illud de quo agitur in Apoc. eo loco vbi vidi cœlum apertum, & vidi Bestiam, & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius usque ad illum locum, vbi agitur de incarceratione Sathanæ. Ioach. Apoc. f. 4.

30 Tenebræ, vt est Matth. 6. signif. malam intentionem. D. Augu. 2. serm. Domini in monte.

31 Tenebræ, ut est Iob. 29. sig. tempus huius uitæ. D. Greg. 19. mor. 3.

32 Tenebræ, ut est Genes. 1. sig. corpus ipsum cum uitijs. Quod diuiditur ab anima, sicut tenebrę a luce. Beda in Genes. 1.

33 Tenebræ, ut est Matth. 10. sig. timorem. Glos. ord. in Matth. 10.

34 Tenebræ iuxta illud, & tenebræ erant super faciem abyssi. sign. ꝙ populus, qui post diluuiũ surrexit, coluit Deum tenebrarum, & potius creaturam, quam creatorem uoluit Deum habere. Ioachim libro quinto, capitulo tertio concord.

1 TENER iuxta illud quoniam filius fui patri meo tener & unicus filiorum matris meæ. sig. filij Dei infinitæ sapientiæ capacitatem etiam per teneritudinem carnis, & eius aptitudinem disciplinabilem omnimodam, & absolutam optimamque fuisse. Galatinus libro secundo cap. 5.

2 Tener significat etiam ipsum Messiam propter eius pietatis & clementiæ teneritudinem. Galatin.

Galatin. lib. 3. cap. 20.

1 TENIAE Osiridis,quę erant Candidæ neque ulli mortali erat fas videre eas, signif. diuinum principium; Farra sept. fol. 260.

2 Tentationes a Diabolo immissas esse adeo periculosas,ut sic periculum de salute nisi Deus sal uet mirabilis. V. Aegyptius. 8.

1 TENTORIVM ut ut est Hierem. 10. non est qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas sign. Sinagogam,eo quòd cessasset sacerdotes a prædicatione, qua de re conqueri tur Dominus per Hieremiam. Gousch. lib. 6. Elocut. Sacr.

2 Tentoria Tambernali Scitharum Imperatoris tria,album,nigrum,& rubrum, album sign. si obsessi prima die se dederent eos a Temberlano pacem obtinturos,nigrum,quo vtebatur secunda die,sign. Tamberlanum esse obsessis iratum sed non tamen ad extremam cladem. tertiũ rubrum quod tebatur die tertia sig. obsessos sanguine,& igne delendos omnino. Ioannes Baptista Porta libro de furtiuis literarum notis. fol. 27. vide supra Tamburlano.

Tergi versatio. V. Accipitus. 3.

1 TERGVS iuxta illud Hierem. 2. verterunt ad me tergum,& non faciem,sign. temporalia sicuti facies,sign. spiritualia, ecclesiæ enim debet vertere faciem ad Deum hoc est spiritualia, & non vertere tergum id est temporalia, & carnalia. Ioachim in Hierem. fol. 8.

2 post Tergum respicere,ut est Genes. 19. signifi, affectu redire ad pristina uitia,uel sign. seruare ueterem legem post datum Euangelium. Lau retus in uerbo aspicere.

1 TERMINVS Deus fig. illud Solonis dictum, finem semper respiciendum esse, & præcipue mortis. Alciatus. Emblem. 186.

2 Terminus materialis naturæ, apud chimistas sig. id quod materia prima omnium rerum. V. Ens reale.

3 Terminum Deum noluisse e suo loco amouere dum Romani uellent Ioui templum condere. sign. Romanis fuisse futura omnia stabilia, & immobilia. Iulius Obsequens libro de prodigijs.

4 Terminos proximi assumere,ut est Deuter. 19. sig. de proximi lapsu gloriari,uel gaudere. Lau retus in uerbo accipere.

5 Terminum assumere,ut est Osee 5. sign. gloriari in Heresibus. Lauretus. ut sup.

6 Terminum Deus. V. Aenigma. 3.

7 Termini apud Pythagoreos,sign. mortem,vnde illud. Ne flectas ubi ad terminos perueneris, quod sig. mortem non solum non esse timendam, sed neque quicquid in fatis est quantumcunque terreat, namque sunt termini definiti & determinati,quos transire nõ poteris,& frustra times illud, quod reflectere aut uitare nequeas. Paulus Scaliger. lib. 4. Epistemonis.

8 Ternarius tertia pars, & septem quibus Plato dixit animam esse formatam sig. animæ regressum ad unitatem tum suã, tum Dei; quo se totam rursum ad principium conuertit,& sit unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate animæ. Fabius Paulinus. Hebdomad. libro tertio cap. 3.

1 TERRA ut est; in principio creauit deus cœlum,& terram sign. illam partem hominum, qui in primo originali seculo relicto Deo sequebantur carnem. unde dicti sunt filij hominum ad differentiam eorum,qui dicebantur filij Dei. Ioach. lib. 5. cap. 3. fol. 61. concord.

2 Terra sig. tribum Iuda ex qua orta sunt signa, & Herba faciens semen salutis æternæ: nam ex hac terra orta est ueritas Ch. D. N. Ioach. folio 62. concor. cap. 5.

3 Terra sign. multitudinem populi Hebræi præter electos Dei, quæ non cœlestia sed tantum terrena captabat. Ioachim. fol. 65. concord. cap. 10.

4 Terram cum cœlo conditam fuisse sig. naturam humanam, & Angelicam: nam terra, sign. humanam, & cœlum sig. Angelicam. Ioach. fol. 72. concor. cap. 24. V. cœlum.

5 Terram fuisse vacuam, & inanẽ,sig. humanam naturam a Deo in paradiso examinatam fuisse inuentam non plenam gratiæ, si enim fuisset plena gratiæ, non tam execrabilem subijsset culpam. Ioach. fol. 72. concor. cap. 24.

6 Terra rubea apud Chimistas, sig. bolum armenum. Ioannes Garlandius.

7 Terra tactaria, sign. testam subtilem qua vtuntur aurifices. Garlandius.

8 Terra a qua Caim maledictus fuit, sig. Ecclesiã ostendere Iudæos quos sign. Caim a Deo sub lege maledictos D. Aug. lib. 12. ad Faustum.

9 Terra quæ non dabat fructus et Caim, sig. terrenam legis operationem, quæ habet occultam virtutem uel occultos fructus intelligendę gratiæ Christi,quæ non datur Iudæis in impietate & infedelitate perseuerantibus. D. August. lib. 12. ad Faustum.

10 Terra inhabitabilis iuxta illud Hierem. 2. qui traduxit nos per desertum per terram inhabitabilem, sig. animam,in qua sit terrena cupiditas, sicuti terra inuia significat animam in qua sit iniquitas, & terra sitis, sign. animam in qua sit carnalis voluptas. terra, quæ sit imago mortis sign. animam in qua sit cordis tumiditas,& terra in qua non ambulauit uir, neque habitauit homo. sign. animam, quæ non habuit doctorem neque auditorem. Vir enim signific. doctorem, & homo signific. auditorem, & proprie intelligitur de anima, quæ non habuit fidem incarnationis Christi D. N. ut pote qui est Deus,ut doctor, & homo, ut auditor Abbas Ioachim in Hierem. fol. 5. terra carmeli sign. vitam religiosam, sicuti Aegyptus sign. Sinagogam laicorum, & Heremus sign. Ecclesiam clericorum. Ioach. ut sup. f. 5.

11 Terra apud chimistas in lapide philosophico, significat frigidum, & siccum correctio fatuorum cap. 12.

12 Terra sign. Sinagogam Iudæorum, sicuti Mare sign. Gentilitatem, ubi D. Ioannes in Apocal. dixit, & tertia pars terræ combusta est, & quæ

do

do dixit tanquam mons magnus igne ardens missit se in Mare. Ioach. Apoc. fol. 128.

13 Terram aperuisse os suum, & absorbuisse flumẽ quod misit draco ex ore suo, & adiuuisse mulierem, sign. electos sepe cauere errores, quòd reprobi in eos incidant. iuxta illud iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo, & flumen sign. Arriaoam perfidiam.

14 Terra quando comparatur mari, sign. populum Christianum, de quo procedunt illi dequibus dicit D. Ioannes sicut audistis filioli, quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt &c. & pauló post ex nobis prodierunt sed non erant ex nobis, nam &c.

15 Terra aliquando sig. populum fidelem sicuti mare sig. populum infidelem.

16 Terrę ultimum iuxta illud D N. & eritis mihi testes in Hierusalem, Samaria, & usque ad ultimum terræ, sign. populos ad D. N. conuertendos in extremis terrarum partibus, quod factum est tempore nostro in partibus mundi noui. Ioach. Apoc, fol. 1.

17 Terra ab ingressis contaminata, iuxta illud Hierem. 2. & ingressi contaminastis terram meã, sig. Ecclesiam Dei ab omnimodis Christianis contaminatam, quòd religiosi moribus prauis fedant Religionem, doctores praua docentes fidem erroribus implent, clerici Ecclesiam irregularitatibus, laici, & alij uicijs carnis, & alijs omnia confundunt. Abbas Ioachim in Hierem. fol. 6.

18 Terra eius scilicet Christi D. N. iuxta illud Hierem. posuerunt terrã eius in solitudinem, sig. vel sinagogam, uel Ecclesiam Romanam, quã prædicit desolandam sicuti Hierusalem fuit euersa ab Assirijs, & Babilonijs, & ideo ante dixit, & super eum scilicet Israel rugierunt leones, qui sign. regem Assur, & Nabuchdonosorem Regem Babilonis, Vel terra eius sig. animam, quam euertunt subuersores fidei. Abbas Ioachim, ut sup.

19 Terra horribilis, sig. scientiam secularem, quæ & errorem in præsenti, & terrorem in futuro acquirit. Ioachim, ut sup.

20 Terra Aquilonis, ut est Hierem. cap. 3. sig. mundum plenum malitia. Ioachim in Hierem. fo. 11.

21 Terra promissa, sig. Ecclesiam siue æternam patriam siue uitam spiritualem, sicuti terra aquilonis signific. uitam carnalem, Ioachim ut sup.

22 Terra Chanaã sig. mysticam illam Hierusalem, quæ futura est in regno Dei, & eam dequa Dauid in psa. 26. credo videre bona domini in terra viuentium. D. August. lib. de quatuor virtutibus Charitatis.

23 Terram scindi fluuijs, ut est Abach. 3. sig. peccatores resipiscentes penitentiæ lachrimas fundere. Lauretus in verbo abscindere.

24 Terram scindere vomere, ut est Deut. 21. sig. seditionem in Ecclesia mouere, vel sign. asserere Christum non natum de Maria Virgine. Lauret. ut sup.

35 Terram esse improbitatis prouinciam dici, sig. nullo modo ibi bonum esse, vbi sit passio; in terra est passio ergo &c. V. mundum malorum congeriem dixit. Rhodiginus lib. 1. cap. 1.

36 Terra apud poetas aliquando sig. spheram aplanem, in qua diuidebant mundum, ut esset terra aqua aer, & ignis elementa. luna uero esset terraætherea, Mercurius aqua uenus aer, & sol ignis, conuerso uero ordine Mars esset ignis, aer Iuppiter, Saturnus aqua, & Sphera stellarum esset terra, in qua essent campi Elisij. & assertor noster ait beati mites quoniam, ipsi possidebunt terram. Rhodig. libro primo capitulo tertio.

37 ex Terra calefacta, corpuscula pisces uel piscibus similia animalia facta, apud Anaximandrum Milesium, sig. hominis animam ex illis concretam usque ad pubertatem, qua se alere posset. Georg. Venet. Aun. fol. 28.

38 ex Terra materia igni similis, apud Thaletẽ sign. hominis animam. Georgius Venetus ut sup.

39 ex Terra & aqua mixtio, apud Xenophanem, sig. hominis animam. Georg. ut supra.

40 ex Terra & igne mixtio apud Parmenidem, & Boetem. signific. animam hominis. Georg. supra.

40 Terra in Cœlis sig. densitatem, quæ uideri potest in sole potissimum, & in luna, & in stellis, quę ut Plotino placet, radios solares repellunt, in Angelis sign firmitudinem, quia ipsi sunt firma Dei sedilia, qua nobis sint fecundi tamquam Dei ministri dantes huic terræ feculentæ fecũditatem, at in Archetypo ipso Deo, sig. omniũ firmam, & fæcundissimam naturam, de qua dicitur: Aperiatur terra, & germinet Saluatorẽ. Georgius Venet. Armon. fol. 53. apud inferos terra significatur ab Acheronte fluuio.

42 Terra in harmonica mũdi consonantia sig. Dei essentiæ stabilitatem. Georg. Venet. Arm. fol. 68.

43 Terræ molem appendi a Deo tribus digitis, vel ut melius, & omnia in salis etiam puluerem terræ, sign. Deum in pondere numero, & mensura fecisse omnia, dictio Basatis, sign. in salis est mensura magna rerum non liquidarum. F. G. p. 64. to. 3.

44 Terra quę promittitur mitibus iuxta illud beati mites quoniam ipsi terrã possidebunt, sig. terram illam uiuentium, in qua est uita æterna. F. G. p. 125. to. 4.

45 Terra pura, supra quam Plato in Phædone dicit habitaturos illos, qui pie præ ceteris uixerint, sign. uerum paradisum, in uiuentium terra. F. G. p. 367. to. 5.

46 Terræ radices apud Zoroastrem signif. virtutes uegetales, & animales, quibus plantæ, & animalia uegetant fructus, & fetus. F. G. p. 476. tom. 5.

47 Terram post peccatum Adæ protulisse horrida, & infructuosa, sign. id factum, ut ipsa terra peccati humani crimen semper hominibus ante oculos poneret, quo admonerentur aliquãdo a peccatis auerti, & ad Dei præcepta conuerti.

nerti. D. Augustin. lib. 1. de Genes. contra Manich.

48 Terræ fructus iuxta illud psal. 67. confitebuntur te populi deus, confitebuntur te populi omnes terra dedit fructum suum, signifi. Messiam, qui de purissima Virgine carnem erat assumpturus, ad hoc facit illud psalm. 86. veritas de terra germinabit, & iustitia de cœlo respicietur, ubi veritas sign. filium Dei, qui ut ipse ait, est ipsa ueritas. Galatinus libro tertio cap. 14.

49 Terra sicca, ut est illud Isaiæ. 53. & ascendit uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sicca sign. Beatam Virginem, quæ non humano semine humectata peperit Messiam. Galatin. lib. 8. cap. 2.

50 Terra optabilis signifi. Israelē ad Deum conuersum iuxta illud Malachiæ capite tertio & beatificabunt vos omnes gentes, cum fueritis terra desiderabilis. Galatinus libro octauo cap. 23.

51 Terra fluens lac, & mel, terra scilicet promissionis, signifi. quod in ea deus erat diffusurus omnia Charismata, & omnia dogmata legalia, & prophetica. lac enim sign. sapientiam, & mel signific. gustum rerum diuinarum, & ubera a quibus prouenit hoc lac, & quæ sugere desiderabat Salomon in canticis, dicuntur alio nomine tertiū cœlum, ad quod diuus Paulus assumptus fuit, & sign. propinationem rerum diuinarum, qua prophetæ, & uiri sapientes imbuti, & alti sunt. Georgius Venetus Armonia. fol. 125.

52 Terra ex qua orta est ueritas, sign. essentiam diuinam, sicuti ignis signif. Spiritum sanctum, aqua sign. filium, & aer sign. patrem: nam est essentia diuina veluti terra, in qua omnia pullulant, & inter alia verbum, quod producitur ab intellectu paterno cognoscente, & essentia cognita. Franciscus Georgius problemate 133. tom. 3.

53 Terra iuxta illud Isaiæ: aperiatur terra, & germinet saluatorem, sign. Deum patrem, siue ipsam Dei mentem paternam, quę duo germina produxit, filium scilicet, et Spiritum sanctum, cum quibus cetera omnia produxit uniuersi atque ipsum vniuersum.
Georg. Venet. Armon. fol. 128.

54 Terra foliata de qua Hermes dixit seminasse aurum in terra foliata, sign. Mercurium pręparatum, cum quo vniri debet suum sulphur. Vel sig. sulphureitatem primam debere eum secūda coniungi sunt enim in corporibus metallicis duæ sulphureitates, quarum vna conclusa, est in profundo argenti uiui in suæ commixtionis initio, & hæc vocatur aurum, æs, venus arsenicum, auri pigmentum, uitrum uitriolum anima ignis, aqua viridis, leo uiridis, vinum, sanguis humanus, sanguis draconis, aqua permanens, & hæc ad differentiam aquæ Mercurialis quæ non est permanens, quoniam est fixationis illa impedimentum. Alia corporum metallorum sulphureitas est superueniens, & fixa & hæc uocatur sulphur, mars, vitrum, uitriolum, uinum, & sanguis, et quia hæc sulphureitas sublimat, ut folia auri vel argēti, & multorū aliorum colorum quos sig. oculi Argi in caudā pauonis conuersi, et ita supra dictum sulphur debet coniungi cum hoc alio sulphure uocato Marte, et hæc coniunctio debet fieri per aquā Mercurialem, quam sig. rete subtilissimum Vulcani quo implicuit Martem, & Venerē, simul coeuntes. Ioannes Braceschus in ligno uitæ fol. 10.

55 Terra alba, sulphur album, fumus albus, auri pigmentum magnesia, & Echel, apud Chimistas apud quendam sig. materiam lapidis bene dicti, & sunt sinonima.

56 Terram feculentam argenti uiui in arte chimia necessarium est delere in sublimatione Auicenna in tractatulo cap. 3.

57 Terra absorbens fluuium procedentem ex ore Draconis, ut est Apocalip. duodecimo, sign. Christum Domminum Nostrum uincentem omnes tribulationes. Vel signific. doctores sacros confutantes errores. Glossa ordin. & Rupert. in Apocalip. & Lauretus in uerbo absorbere.

58 Terra absorbens Dathan, & Abiron, vt est nu. 16. sign. grauem punitionem superborum, vt violenter humilientur qui violenter se extulerunt. Gloss. ordin. nu. 16. & Lauretus in verbo absorbere.

59 Terram promissionis prius fuisse possessam a Chananęis, quam a Iudeis, sign. primu præcedere id, quod est animale, & postea sequi id quod est spirituale. F.G.P. 321.

60 Terram promissionis per sortem fuisse distributam, sign. non ab homine portiones distribui, sed secreto Dei iudicio. Iuxta illud. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino est totum iudicium ipsarum. F.G. P. 245. tom. 2.

61 Terræ promissionis confinia, tam accurate descripta fuisse, signifi. non esse partem in ea, quę non referat partem regni cœlestis, in quo multæ mansiones sunt. Franciscus Georg. Problem. 246. tom. 2.

62 Terram exuberare simulachris, iuxta ubertatem suam, ut est Oseæ 10. sign. hæreticos, qui acumen sensus, & ingenij à Deo percipientes, ut bona naturæ in Dei cultum uerterent, fecerūt sibi ex his idola. Diuus. Hieron. Os. 10. & Lauretus in uerbo abundare.

63 Terra, ut est illud: In principio creauit Deus cœlum, & terram, sign. octo orbes cœlestes, qui uidentur, & cœlum sign. mundum Archetypum, sicut terra sign. mundum uisibilem. Paulus Scaliger libro quinto, capitulo tertio de rerum causis.

64 Terræmotus, qui est euersurus in tres partes ciuitatem Constantinopolis. de quo D. Ioan. Apocal. cap. 16. inquit, & fracta est ciuitas magna in tres partes, signific. tunc adesse tempus iudicij, & prope instare, & hunc Terręmotum sequetur grādo ad instar Talenti. quæ idē

significabit. Louisinus supra. Esdram,fol.51.

65 ab Terræ extremis gentes venire ad Messiam, ut est apud Hierem.cap. 6. ad te gentes venict ab extremis terræ, & dicent uere mendacium possederunt patres nostri vanitatem, quæ eis nunquid faciet sibi homo Deos ? & ipsi non sunt dij. &c. signific. ab Indijs orientalibus, & occidentalibus fuisse venturos credentes in Christum Dominum N. quod profecto nostra tempestate cœpit iam prædicato Euangelio in toto orbe terrarum,nouo mundo inuento. Louisinus in Esdram folio 91.

66 De Terra Chanaam tollere patrem, & cognationem,ut est Genes.45.sign. auferre perfidiã Iudæorum. Lauret.in uerbo accipere.

67 Terram suscepisse sanguinem Abel,ut est Gen. 4.si.corpus omnia sensibilia complecti, vel sig. Ecclesiam suscipere sanguinem Christi Domini per confessionem peccatorum,& fidei. Lauretur in uerbo accipere.

68 In Terra promissa fuisse omnia munda sicut eerui, sign. post aduentum Messiæ omnia fuisse mundanda,sicuti habebantur munda in terra sancta. Franciscus Georgius problemate 461.to.2.

69 Terræ radices,ut est apud Zoroastrem, signifi. uitam vegetatem secundum Empedoclis dicta, qui ponit transanimationẽ etiam in plantas. Picus in conclusione 4. de intelligentia dictorum Zoroastris.

70 Terram deflere usque ad filios, ut est apud Zoroastrem in illo dicto, Ha Ha Hos, terra deflet usque ad filios, signific. de peccato originali expressam haberi veritatem.. Iuxta Osiæ Caldæi expositionem, Picus in quinta conclusione de intelligentia dictorum Zoroastris.

71 Terræ & Aquæ numen ab Ouidio in Ibim prius uocatum, & postea terram ipsam, & Neptunum sign. post uniuersalem animationem fieri particularem, & post uniuersalem prouidentiam fieri particularem prouidentiam. Picus in conclusione. 29. & 30. de modo intelligendi himnos Orphei.

72 Terram e cœlo pluisse anno ab urbe condita 458. sign. pestem uniuersalem Italiæ, Iulius Obsequens lib.de Prodigijs.

73 Terram pluisse pluuiam sanguineam descendisse lanam, in arboribus natam, in Mineruæ templo tres mulieres fulmine afflatas,statuam æneam longo tempore aquam ex ore, & pede emisisse, in comitijs miluium in medio senatorum mustellam demisisse. Salutis templum fulmine afflatum, & terram emisisse sanguinem facem ardentem per aerem ferri uisam,nocte intempesta solem per plures horas illuxisse,puerũ quatuor manibus, & quatuor pedibus oatum, anno ab vrbe condita 588. Ante Christum Dominum centesimo sexagesimo quarto sign. Romanos domi, & foris futuros eo anno pacificos, Iulius Obseq. prod.71.

74 Terræ pinguedo promissa Iacob, vt est Genes. 27. sign. fœcunditatem rerum temporalium, & potentiam regni Iudæi promissam. Beda in Genes.27. sigo.etiam congregationem populorum ad fidem Christi uenientium.Lauretus in verbo adepti.

75 Terræ crassitudo,ut est psal.140. sig.martyres, nel eorum corpora,qui cum haberentur contemptui, ut stercora, tamen impinguarunt terram Ecclesiæ,&in suaues fructus eruperũt. D.August.psal.140.

76 Terræ crassitudo erupta supra terram, ut est psal.140.sign.superbiæ tumorem,qui tunc sanatur a medico,cum erumpit latens putredo, & attenuatur homo,abiecto tumore.D.Aug. psal.140.

77 Terra apud Platonem, signifi.Naturam spiritus mundi. quod sicut natura est diuidua multiformis & temporalis.ita terra, est crassa obtusa & immobilis. Ficinus capite 29.Compendij Timæi.

78 Terræ nomen apud Platonem,sig.omnia quæ sub cœlo sunt, sicuti ignis, vel cœli nomen,signif.omnia quæ in cœlo sunt. Ficinus in 4.de legib.Platon.

79 Terram & Vestam Deorum omnium habitationem sacram,apud Platonem existere, sign. quatenus dixit terram, & hanc nostram Elementalem,& terram Lunarem,& terram stelliferam.quatenus dixit Vestam,sig. tres terrarum trium animas,tresque angelos. Ficinus in 12.delegib.Platon.

80 Terra apud antiquos Philosophos, sign. quidquid in vniuerso solidum stabile,& consistens est.Vnde a Platonicis talis natura, & hic, & in Luna,& in firmamento terra dicitur. Ficinus in 12.de legib.Platon.

81 Terræ tremor, qui bis supra modum fuit inter acies Romanorum,& Picentum iamiam dimicaturas ab vrbe condita, anno 485. & ante Christum Dominum 267. signific. cladis atrocitatem earum. nam Picentes penè ad vnũ trucidati, & Romaoorum perpauci victores reliqui sunt. Iulius Obsequens prodig. vigesimo sexto.

82 Terra adiuuans mu erem,vt est Apocalyps.12. sign.Sanctos adiuuantes orando Ecclesiam. Gloss.interl.Apoc.12.

83 Terram ad ferendum æquare, vt est Isai. vigesimo octauo, sign. animas præparare ad suscipiendum verbum Dei. D. Hieronymus in Isai. 28.

84 Terra ænea, ut est Leuitico vigesimo sexto, sig. legem & Prophetas, quæ facta est ænea Iudæis eam non intelligentibus. Lauretus in verbo æs.

85 Terra exculta,ut est Ezech.36. sign. Ecclesiam, nel animam cum virtutibus, & inculta, significat contrarium. Glossa interlin. In Ezech.36.

86 Terram agitari,ut est Isa. 24. sign. homines terrenos, qui malorum magnitudine concutiuntur.D.Hieron.in Isa.24.

87 Terra

87 Terra aliena, vt Exod. 2. & 18. significat carnem peccatoris rebellem spiritui. Lauretus in verbo alius.

88 super Terræ latitudinem ambulare, vt est Abac. 1. signifi. sequi viam latam, quæ ducit ad inferos. Diuus Hieronymus in Abach. primus.

89 Terram aperire os suum, vt est Genes. 4. sign. Ecclesiam per confessionem peccatorum, & fidei suscepisse sanguinem Abel, id est Christi Domini. Vel

90 Terram aperire os suum sign. sensus aptare ad omnia sensibilia. Lauretus in verbo aperire.

91 Terra in Phędone in quam, non neque venti, neque imbres existunt, & vbi omnia prætiosissima nascuntur, & homines sunt acutissimi sensibus vitæque longissimę, & in longum tempus fœlicissimæ actæ, sign. locum Mosyeo paradiso persimilem esse Platonem sensisse. Ficinus in Phędone.

92 Terram aperiri, vt est Isai. 45. sign. Virginem parere. Glos. interl. Isai. 45.

93 Terra, fœnum, sign. carnem, sunt enim illius synonima. Iacobus Gouschelius lib. 1. Elocution. sacrar. scripturar.

94 omnis Terra, in sacris litteris, vt est illud Isa. 13. vt disperdat omnem terram, sign. omnem terram illius prouinciæ, de qua fit sermo, quod quidam non intelligentes ad omnium terrarum subuersionem trahunt. D. Hieronym. & Gousch. lib. 3. Elocut.

95 Terra, abyssus, aqua, & puluis, in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius libr. 1. Elocut. sacr. script.

96 Terra, vt est Malach. 3. quia vos eritis terra desiderabilis, sign. hominem. Terra, vt est Isa. 26. & reuelabit terra sanguinem suum, significat animam. Gouschelius lib. 2. Elocution. sacr. scriptur.

97 Terra, vt est Genes. 3. Terra es & in terrã ibis, signifi. hominem peccatorem, & terra, ut est Deuteron. 32. Terra audiat uerba ex ore meo sign. Ecclesiam Sanctam. Gouschel. libro 6. Elocut. sacr.

98 Terram clamare, ut est Iob 31. subiectos instē dolere contra regentes iniustitiam. Gouschel. lib. 3. Elocut. sacr.

99 Terram manducare, sign. Augustino teste terrenis pasci, & delectari, neque corda sursum habere. Gouschel. lib. 3.

100 Terram appendi super nihilum, vt est Iob 26. signific. Ecclesiam fundari super gentes, quæ nihilum appellatæ sunt. D. Gregor. Moral. 17. cap. 13.

101 Terræ fundamenta appendi a Deo, vt est Prouerb. 8. & terræ molem appendi tribus digitis, vt est Isa. 40. sign. homines prædestinari, & præcipue Christum Dominum, cum Deus benedixit eis ordinans eos ad fœlicitatem. Rupertus 4. de glorif. Triuit. 4.

102 Terra desiderabilis, vt est psalmo centesimo quinto, sign. gloriam cœlestem. Glossa interl. in Hierem. 3.

103 Terram ardere, ut est Lucæ. 12. sign. cor carnale relinquere concupiscentias seculi præsentis, & accendi in amore Dei. Lauretus in uerbo accendere.

104 Terra arida, ut fuit apparens congregatis aquis ut est Genes. 1. sig. formam substantialem pro ductam in materia dispositam. D. August. de Genes. imperf. 10.

105 Terra arida prout erat prius operta aquis, & non poterat reddere fructum, ut est Genes. 1. sign. animam, quæ non fructificabit quandiu peccatorum humore erit operta, Orig. in Genes. hom. 1. aliquando prout arida signific animam sitientem Deum, & illius gratiæ humorem expetentem. Lauret. in uerbo arida.

106 Terra inanis quam uocat Moyses in Genesi signific. materiam informem. omnium formarum receptaculum. Equicola lib. 2. de natura amoris.

107 Terra aquis operta, ut est Genes. 1. sign. fideles qui impediũtur ab infidelibus ne in bonis operibus fructificent. Lauretus in uerbo aridi.

108 Terra arida, ut est Exod. 4. signif. naturam humanam.

109 Terra arida, quæ apparuit congregatis aquis in locum unum, sign. populum Iudæum separatum a gentibus.

110 Terra australis arens, ut est Iosue 15. signifi. animam cum feruore Spiritus sancti, sed sine lachrymis. D. Greg. 3. Dial. 34.

111 super Terram dominantium ascendere, ut est Hierem. 50. signif. uincere hostes, quibus anima prius seruiebat. Lauretus in uerbo ascendere.

112 De Terra ascendere, ut est Hose. 1. sign. a terrenis sensibus, & ab humilitate litterę eleuari. D. Hieron. Hose. 1

113 In Terram aspicere, ut est Isai. 5. sign. terrenum hominum auxilium quærere Glos. ord. Isaiæ. quinto.

114 Terra bona, ut est sapien. 8. signific. animam bene operando fructificantem. Lauretus in uerbo bonum.

115 Terra bona promissionis, ut est Exod. 3. sign. Ecclesiam militantem, uel triumphantem. Beda in Exod. 3.

116 Terrę Globus siue sphera, ut est in numis Cæsaris Augusti, & Vespasiani, signific. bonum publicum, & Vniuersale. Gabriel Simeonus. libro de illustratione Epitaphiorum antiquorum.

117 Terræ habitatores non cadere, ut est Isai. 26. sig. malos non resipiscere, sed in peccatis cõsistere. Lauretus in uerbo cadere. Idem sign. equi, & muli ruina, ut est Zachar. 14.

118 In Terram cadere, ut est Iob. primo signific. hominem agnoscere quam sit infirmus in semetipso. Lauretus in verbo cadere.

119 super Terram non esse nauigandum, Symbolum Pythagor. signific. vectigalia, & similes

conditiones, quæ sunt turbulentæ, & instabiles esse recusandas. Clemens Alex. Stromatum lib. 5. fol. 260.

120 Terra fluens lacte, & melle iuxta illud Mosis, intrate in terram bonam quam iurauit Dominus Deus, Deus Abraham, & Isaac, & Iacob, & possidete eam terram fluetem lacte, & melle. sign. discite, & sperate in eum, qui in carne est vobis manifestandus Iesus Christus. Homo enim est terra patiens, ex facie enim terræ fuit Adam formatus. Terra bona siue fluens lacte, & melle. sign. Christum D. qui sapientiam & intelligentiam occultorum Dei posuit in oculos nostros, ut inquit D. Barnabas. Clemens Alexand. lib. 5. Stromat. fol. 268.

121 Terram frugiferam uertendam in salsuginem iuxta psalm 106. sign. in aduentu Domini Nostri Iesu Christi donum prophetiæ non amplius profuturum illis Hebræis. Valerianus fol. 281.

122 Terra ut est illud psal. 84. Benedixisti domine terram tuam, significat. Beatissimam Virginem Matrem. Prosper Martinengius in Theotocodia capitulo tertio. vide infra terra benedicta.

123 Terra ut est illud Isai. 45. aperiatur terra, & germinet Saluatorem, significat Deum patrem, est quippe paterna mens omnium fœcundissima, ut germina illa bona produceret, filium videlicet, & Spiritum Sanctum, quibus cætera omnia huius vniuersi produxit, & totum ipsum globum. Georgius Venetus in Armon, Cant. 3. Ton. 7. cap. 3. sed alij Theologi interpretantur hoc & dicunt, quod terra significat Beatam Virginem Matrẽ. Hebræi uero dicunt quod sign. ultimã archætypi mensuram quam Sachinam idest habitationem meditatam Dei in nobis, & domesticam uocant.

124 Terra ut est illud Genes. primo in principio creauit Deus Cœlum, & terram, signif. materiam primam, & hanc terram rigari a fonte de paradiso uoluptatis, ut est Genes. secundo significat. materiam primam essentia perfundi. Georgius Venetus in Armoniacum. Cantic. 2. Tono. 7. cap. 22.

125 Terra ut est illud Genes. 1. sign. mundum sensibilem, quando cœlum ibidem interpretatur mundus intelligibilis. Lauretus in uoce terra.

126 Terra ut est illud Iob. 11. longior terra mensura eius. &c. signifi. creaturam. Diuus Gregorius 10. mor. 10. cap. 7. & hoc quia deus creaturæ modum perennitate suæ æternitatis excedit.

127 Terra deserta inuia, & inaquosa, ut est psalm. 26. signifi. mundum sine Christo, & eius doctrina. Diuus Augustinus psal. 62. Idem sign. terra aquilonis, ut est Zachar. sexto D. Hieronim. in Zachar. 6. & idem sign. terra tribulationis, & angustiæ, ut est Isaiæ. 30. D. Hieron. Isa. 30.

128 Terra ut est illud psalm. 36. sustinentes autem Dominum ipsi hereditabunt terram, signific. æternam felicitatem. Origen. in psalm. 36. hom. 1.

129 Terra ad iuuans mulierem, ut est Apocalip. 12. sign. Christum Dominum adiuuantem Ecclesiam. D. August. in Apocal. hom. 10. & supra psalm. 96.

130 Terra habitabilis in qua defecit mã siue manna ut est Exod. 16. sign. patrum cœlestem in qua non opus est manna hoc est uiatico, huius ut idem sign. terra chanaan, quæ data est in possessionem semini Abrahæ, de qua eiectus est chanaan idest Diabolus, Lauretus in uoce terra.

131 Terra informis, & inanis, uel squallida desolata, & uacua primi diei, signifi. populum primi millenarij rude, & quasi priuatum Dei cognitione. Theodorus Gramminæus in Esaiam fol. 19.

132 Terra quæ absorsit aquam immissam a serpente post mulierem, ut est Apocali. duodecimo significat. concilium Nicenum in quo damnata fuit Hæresis Arriana, quam significat aqua illa. Rubertus libro tertiodecimo capitulo octauo.

133 Terra, ut est illud in principio creauit Deus cœlum, & terram, significat illam partem generis humani, quæ erat inanis opere iustitiæ, & vacua a gratia, & ueritate Dei, ex quo uocabantur filij hominum, sicuti illi qui manebant in amore, & reuerentia unius Dei, uocati sunt filij Dei. Ioachim libr. 5. capitulo tertio coucord.

134 Terra ut est illud, germinet terra herbam uirentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum, & cætera. signific. tribum Iuda, ex qua natus est Christus Dominus, qui est semen iuxta genus suum. Ioachim libro ut supra capitulo quinto.

135 Terram in tertio die germinasse herbam uirentem secundum semen suum, significat in tertia mundi ætate futurum uirum, unde semen benedictionis exiret, Abraham scilicet, in cuius semine omnes gentes essent benedicendæ, quod significat in tertio millenario mundi futurum fuisse illud semen de quo Esaias dixit erit germen homini, in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exaltationis, qui saluati fuerint ex Israel. & iuxta illud uir Iuda germen eius delectabile, quod germen fuit Christus Dominus qui anno mundi 3961. Imperij Augusti. quadragesimosecundo ab urbe condita 752. Olympiade centesima nonagesima quarta anno Regni Herodis Ascalonitæ trigesimo quinto natus est. Theodorus Gramminæus in Esaiam f. 20. et 21. promptuarium Iconum parte secunda fol. 3.

136 Terra benedicta dans fructum suum, ut est psal. 96. terra dedit fructum suum, significat Beatissimam Virginem Matrem generantem Christum Dominum. Arnob. in psa. 66. Idem significat terra promissionis, quæ protulit botrum,

botrum, ut est Num. 13. & terra germinans Saluatorem, ut est Isai.45. & terra quam rigat fons paradisi, ut est Gen.2. & terra sitiens vnde ascendit virgultum, ut est Isaię 53. D. Hieron. Isai. 53.
137 Terra Hus, ut e est Iob.1.sign. Christi D. humanitatem. Lauret. in uoce terra.
138 Terra fluens lacte, & melle, sign. carnem, & corpus Christi D. Lauret. ut sup.
139 Terra sig. Ecclesiam militantem. haud sig.
140 Terra unius labij, ut est Genesij.
141 Terra e qua scala Iacob erigitur ad cœlum.
142 Terra sancta, ut est Exod.3.
143 Terra in qua apparent flores, ut est cantic.2.
144 Terra Emanuel, ut est Isai.8.42.
145 Terra ad quam est ueniendum, ut est Genes.12. & 13.
sig. Ecclesiam, ex gentibus, Lauretus ut sup.
146 Terra Aegypti in qua creuit Ioseph, ut est Gene. 41. 47.
Ecclesiam in qua creuit Christus D.
147 Terra Dei ad quam deus adducit Gog. ut est. Ezech.38.
148 Terra fluens lacte, & melle, ut est Exod.13. sig. Ecclesiam militantem.
149 Terra desiderabilis, ut est Malach.3.
150 Terra Beniamin, ut est 1. Reg.9.
151 Terra desolata Israel, ut est Ezech.25. sign. Ecclesiam deficientibus bonis.
152 Terra quam fundat Deus, ut est Isai.51.
153 Terra in qua fit uoluntas Dei, ut est Matt.6.
154 Terra parturiens, & pariens una die, ut est Is.66
155 Terra a qua Deus eijcit, et reducit, ut est Hieremię 16.
156 Terra absque nube, ut est Ezech.38. fig. Ecclesiam cui caret sapientia, et eloquentia mūdana.
157 Terra sacerdotum relicta libera a Ioseph, ut est Gen.47. sig. Ecclesiā liberam a censu Diabuli.
158 Terra quam Deus appendit super nihil, figu. Ecclesiam quam Deus fundauit in gentilitate, ut est Iob. 26.
159 Terra clamās aduersus rectores, ut est Iob. 31. fig. Ecclesiam negleciam a suis doctoribus. D. Gregorius 22. moral. 23.
160 Terram producere fœnum Iumentis, ut est ps. 103. sign. laicos contribuere temporalia prædicatoribus D. August. in psal. 103.
161 Terram perflari ab austro, ut est Iob.37. et 38. sig. fideles Ecclesiæ feruentibus charitatis studijs, inardescere. Lauret. ut sup.
162 Terra inanis & vacua, ut est Genes.1. sign. corpus hominis, priusquā accipiat doctrinæ institutionē. D. Basilius in Hexaemerō. oratione. 2.
163 Terra cum germine suo, ut est Iob.21. sig. carnē cum suis concupiscentijs. Lauret. ut sup.
164 Terram quiescere a bellis tempore Iosue, ut est Iosue. 11. & 14. sign. carnem subdi spiritui post aduentum Christi D. Origen. in Iesu natiu. mil. 1.
164 Terra uiuentium, ut est psal. 26. 51. sign. corporum uiuentium.
Lauret. in uoce terra.
165 Terra aliena, ut est psalm. 136. quomodo cantabimus Canticum Domino, in terra aliena sign. corpus animæ captiuæ per peccatum, siue sign. carnem rebellem spiritui.
Lauretus ut supra.
166 Terram quam possident mites, vt est Matthæi 5. & Isa. 2. sign. corpus gloriosum. Lauretus vt supra.
167 Terra gigantum, vt est Isai.26. signifi. corpora malorum. Lauretus vt supra.
168 Terram tradi in manus impij, vt est Iob 9. sign. corpus permitti persecutoribus. Lauretus ut supra.
169 Terra exultans, ut est psal. 96. Dominus regnauit exultet terra, sign. carnem sanctorum.
170 Terra mota, signif. carnem profanorum, & corpus terrenum. Vnde & terra, vt est Thren. 2. Iob 28. & Abac. 3. sign. carnem cum suis desideriis, & opera ipsius carnis.
171 Terra obliuionis, vt est psalmo octuagesimo septimo, sign. corpus peccatoris, qui obliuiscitur Dei, & qui a Domino derelinquitur, signific. etiam inf. ros, qui & sunt Terra miseriæ & tenebrarum, vt est Iob. 10. Enchirid. quæst. in psal.
172 Terra dans fructum suum, vt est Leuitic. 26. signific. carnem cum suis desideriis, vel significat opera ipsius carnis. Isych. in Leuitic. vigesimo sexto.
173 Terra dans fructum suum, siue germen suum, vt est Leuit. 26. sig. cor hominis, si suscipiat venientem super se pluuiam doctrinæ legis, & attulerit fructum suum. Origen. in Leuit. hom. 16.
174 Terra Saulis, ut est 1. Regum 13. significat cor boni discipuli, in quo fructificat semen prædicatoris. Lauretus in uoce terra.
175 Terra vbi apparent flores, vt est Cantic. 3. Ecclesiast. primo & Iob 31. significat mentem hominis fortis, & significat linguam doctoris. vel animam in qua incipiunt apparere, & veroare flores virtutum. Origen. in Cant. homil. 4.
176 Terra suauiter viuentium, in qua non inuenitur sapientia, vt est Iob 28. signific. animam eorum, qui huius vitæ voluptatibus pascuntur. Diuus Gregorius 18. Moral. vigesimo sexto.
177 Terram fodi ab equo. V. Equum terram fodere.
178 Terra quam inebriat Deus, vt est Psal. 64. sign mentem quæ non carnalium desideriorū fluctibus agitatur, sed fixa cordis habilitate, veluti Terra non fluctuat. Richard. de xij. Patriarch. cap. 38.
179 Terra in quam proijcitur virga Mosis, vt est Exod. 4. sign. corda credentium, Lauretus in voce terra.
180 Terra non capiens Abraham & Loth simul, vt est Geoe. 13. signifi. animam, quæ non potest simul habere & virtutes, & passiones.
Lauretus ut supra.
181 Terra repleta idolis, vt est Isai. 2. significat animam plenam hæresibus, & falsis opinio-

est enim similitudo ducta, quia vt hæc terra visibilis exteriorem hominem nutrit, & continet, ita illa terra inuisibilis interiorem hominem. D. August. in psal. 1.

262 Terra sign. auditores qui debent pascere prædicatores. Diuus August. in psalm. 103. serm. 3.

263 Terræ excelsa calcari a Domino, ut est Mich. 1. sign. mentes sublimes a Deo sibi submitti, & sign. Philosophos mundi ad fidem conuerti. D. Hieron. in Mich. 1.

264 Terram pedibus calcare, vt est Iosu. 1. sign. Dæmones & vitia vincere. Origen. in Iosue. hom. 1.

265 Terram calcare, vt est Isa. 42. sign. terrena omnia despicere, & sign. etiam carnem subijci rec. Lauretus in verbo calcare.

266 Terram conculcare, vt est Isai. 16. sig. superbia alios sibi subijcere, vt facit Diabolus, & hæreticus. D. Hieron. Isai. 16.

277 Terram esse in conculcationem pecoris, vt est Isai. 7. sign. sacræ scripturæ dari inutiles sensus, vt faciunt Iudæi, & hæretici. D. Hieronymus in Isai. 7.

278 Terra sitiens, vt est illud Isaiæ, & ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti, sign. beatissimam Virginem, ex qua nulla alia stirps, præterquam filius Dei nasci potuisset. Goropius in Hieroglyph. libr. 5. fol. 72.

279 Terræ, & maris nomina, sign. impios, vt est Apocal. cap. 12. væ terræ & mari. Rupertus lib. 9. cap. 26.

1 TERRAEMOTVS qui fiet in hora in qua cadet decima pars ciuitatis, & occidentur septem millia hominum, sign. concussionem cordium illorum qui videbunt, & audient ea quæ venient sub sexto Angelo in tempore sexto. nam multi tunc fluctuabunt qui videbantur firmi in fide a qua cadent. & ciuitas illa sig. sanctam Ecclesiam, cuius decima pars cadet in terræmotu, & qui cadent erunt Clerici. quod sign. illud Danielis, & de eruditis ruent. sed si de illis qui habentur pro muris Hierusalem cadent septem millia, quid erit de illis qui sunt extra fabricam ciuitatis?

2 Terræmotus maximos, & pluuias grauissimas fuisse apud portam Flumentanam, plura ædificia a Tibride euersa, Cælimontanam fulmine tactam, lapides pluisse, Vespas innumeras in Templo Martis sese posuisse, quas tamen ignis absumpsit. anno ab vrbe condita 561. ante Christum Dominum 191. sign. Romanorum res dubias futuras. nam Minutius a Liguribus male tractatus, & Antiochus cum Annibale bellum Romanis indixit. tamen in Hispania bella Romana fœliciter facta. Iulius Obseq. Prod. 52.

3 Terræmotu ædificia apud Reate, & in ipsa vrbe primum grauiter concussa, & postea diruta, & lapides quibus viæ erant stratæ, disiunctos pontes, fluminum ripas dissipatas, voces infernales auditas esse, saxum dum è rupe præceps rueret in medio cursu hæsisse immobile. anno ab vrbe condita 678. ante Christum Dominũ 74. signif. Romanorum exercituum cladem a Sertorio inferendam. & infœlices euentus ipsorum Romanorum apud Medos in bello. Iulius Obseq. Prodig. 120.

1 Terminum in finitudinem & mistionem, à Platone poni supra essentiã idem alterum statũ, & motum quæ sunt rerum genera, & super terminum infinitudinem & mixtionẽ, vnum poni, sign. quod essentia sequitur ipsum vnũ & idem, & status sequuntur terminum, & alterum, atque motus sequuntur infinitudinem, & quod sicut in diuinis vnitas multitudinem, terminus infinitudinem, idem alterum, & status superat motionem. Sic in inferioribus contrario fit contrarium, vt quæ ibi superabant hic vicissim superentur. Sed in anima potissimum æqualis euadit singulorum ad singula temperatio, vt non immerito Platonici animam tum rerum mediam tum rationibus musicis temperatam esse velint. Ficinus cap. 27. comp. Timæi.

2 Inter Terminos accubare, vt est Genes. 49. Isachar asinus fortis accubans inter terminos, sign. prestolato mundi fine requiescere, nihilque de his quæ nunc in medio versantur quærere. Diuus Gregorius 1. Mor. 17. & cap. 7.

3 Terminus quadratus ad cuius pedes sit fulgur, sign. prudentiam. Sebast. Erizzus fol. 263.

1 TESSERA quam scacherium, cum talis qui obtulerint priorem punctũ, & cum verbis, id arte corrigas, sign. modum quem tenere debeat homo, quando res non è sententia succedunt. Bartholomeus Taguis lib. 2. de arte Fabric. in sig.

2 Tessera veluti Talus, in numis expressa, vt est in numis Alexandri Seueri, & Gordiani sign. liberalitatem Imperatorum, qua vtebantur ad populum, & ad milites, quod munus dicebatur donatiuum. & congiarium. Gabriel Simeonius lib. de illustratione epitaphiorum antiquorum.

1 TESTAMENTI veteris lectio facta ante lectionem noui Testamenti, sign. quod vetus illud instrumentum diuina Iesu D. N. opera præcinuerit, Nouum vero facta prædicauerit, atque illud quidem veritatem imaginibus texerit, præsentem vero illud ostenderit, illius enim prædictionum veritatem, huius effectus aperuit, & credi fecit, estque diuinæ locutionis operatio diuina complementum. D. Dionisius cap. 3. Ecclesiast. Hierar.

2 Testamenti veteris litera mysticè & spiritualiter intellecta sign. Testamentum nouum. Paulus Scaliger. in oratione ad Pontificem. fol. 18.

3 Testamentum vetus sicuti commissum fuit populo Iudæo, signific. Testamentum nouum commissum in populo Romano. Ioach. lib. 2. conc. vti test. cap. 3.

4 Testamenti veteris litera, sign. Deum patrem, & Testa

& Testamenti noui sig. Deum filium, & vtriusque intellectus, sig. Spiritum Sanctum. Ioach. lib. 2. cap. 9.

5 Testamentum vetus sign. tempus ab Adam vsque ad D.N.I.C. Testamentum nouum sig. tempus quod incipit ab Ozia, vsque ad consummationem seculi. Ioachim libr. 2. cap. 9.

6 Testamentum vetus sign. populum Iudaicum ad salutem electum. Ioachim libro secundo cap. 30.

7 Testamenta duo vetus & nouum. sign. populos duos, Iudæum & Gentilem. Ioachim lib. 2. cap. 30.

8 Testamentum vetus sign. Deum patrem. Testamentum nouum sign. Deum filium. Intellectus mysticus qui procedit ab vtroque Testamento sig. Deum Spiritum sanctum.
Ioach. libro secundo. Conc. vtriusq. Testam. cap. 2.

9 Testamenti veteris volumina per sex tempora prætaxata scripta fuisse, & noui per primum tantum tempus, sign. quod veteres semper manebant in tenebris, & semper indigebant ductore, in nouo autem Testamento gratia Domini nostri Iesu Christi, illuminat iter nostrum quod est in Spiritu nos contemplando peragere. Ioachim libro secundo, tract. 2. cap. 5.

10 Testamentum uetus ab Abraham vsque ad Iesum Christum Dominum nostrum, septem signaculis inuolutum, quia septem spiritualia prælia temporibus, & figuris distincta sub eodem Testamento scripta, & sub eodem consummata leguntur, quæ septem bella sign. in nouo Testamento, septem Ecclesiastica bella, & spiritalia sanctorum prælia atque labores. Ioach. Apoc. f. 4.

11 Testamentum quod Dominus dicit se consummaturum super domum Israel, iuxta illud, Hierem. 31. sign. vetus Testamentum commutandum in nouum nostrum.
Franciscus Georgius Problemate quadringentesimo quinquagesimo primo, tom. 3.

12 Testamentum uetus in sanguine animalis comprobatū, iuxta illud, Exodi 24. sign. illud Testamentum purgare hominem animalem.
Franciscus Georgius Problem. quadringentesimo quinquagesimo tertio, tom. 3.

1 TESTES in sacris sign. virtutem sicuti euiratus sign. mollitiem & effœminationem.
Valerianus folio ducentesimo quadragesimo sexto.

2 Testes Cœli a Saturno abscisi, & in mari deiecti signifi. Deum omnium rerum species conformasse, & præcepisse, ut coniugio quæque suo crescerent, & terram replerent. Valer. f. 246.

3 Testes sign. vim masculam. Goropius in Hieroglyph. lib. 4. f. 61.

4 Testis velox de quo Malach. 3. sign. Christum Dominum qui uenturus est, qua hora non putamus. F.G.P. 302. t. 3.

1 TESTVDO supernatans in aquæ summo, & radiis Solis percussa sigo. hominem qui in potentior is alicuius potestatem peruenerit, vt inde nullum speret effugium. quod ipsa vehementiori solis radio percussa, adeo exsiccatur, vt in gurgitem demergi nequeat. & ita vel capitur, vel fame tabescit, quod ad capturam non possit descendere. Valerianus folio 200.

2 Testudo subdita Veneris pedi, signifi. Virgines domi custodiendas ac taciturnas esse debere. quod etiam de coniugatis dici potest. quod testudo nunquam egrediatur domum suam, & careat lingua. Valerianus folio ducentesimo. Vide Cartarius folio quingentesimo quadragesimo primo.

3 Testudinis cortex, sign. mouimentum contra omnes incursus, quod a natura sit armata, ut non possit a quouis ictu percuti. Valerianus fol. 200.

4 Testudinis abscissum sign. difficillime morientem, & si vulnera mortalia alte acceperit. quod in ea est tanta viuacitas, ut caput a corpore auulsum, si digitum in os inferas, illum mordear. Valerianus fol. 200.

5 Testudo gradiens, sign. hominem pigrum, vel rei cuiuspiam tarditatem. quod tardissime pergat. Valerianus folio ducentesimo primo.

6 Testudinis caput cum domibus exortis sign. hominem maledicum, & mordacissimum, quod testudo ore omnino est omnium robustissimo. Valer. f. 201.

7 Testudo in numis cusa, signific. Peloponenses, quod eam in numis illi insignirent. Valer. fol. 201.

8 Testudo ab Ioue interrogata, &c. V. Iuppiter decimo octauo.

9 a Testudine vinci uirtutem, & sapientiam. Prouerb. sign. pecuniam & nummos superare virtutem & sapientiam apud Peloponenses pecunia signabatur testudine. lege Valerianum fol. 201. & Aeneam Vicum libro primo, cap. 8. de nummis.

10 Testudo sign. Mercurium. Cartar. fol. 339.

11 Testudo libet hoc loco Symbolicum gestamen Antonij Besse Nigrini ascribere. Hic enim per necessarius meus professione scriba est, sed antiquitatis studiosissimus, & Italicæ Musæ cultor non pœnitendus, & qui se antiquissima stirpe ortum profiteatur, nempe Nigrina familia Romæ olim amplissima, vir prouidus iocundus, officiosus, & non vulgariter eruditus porro & gloriæ tam cupidus, quā qui cupidissimus, & proinde doctas amicitias auidissimæ complectitur, vt etiam in amicorum scriptis viuat & neruos omnes intendit, vt fortunæ humilitatem nominis claritate superuolet, suam hanc cupiditatem non illepido Hieroglyphico testari voluit, quod habet testudinem geminas alas rostro apprehendentem, & earum remigio in sublime euolantem, cum clausula, vt Tollar humo. Testudo sign. ipsum Nigrinū ob animantis humilitatem & tarditatē,

quam

hoc in prima Dominica.

28 Tempus quadragesimæ in quo Ecclesia legit Deuteronomium, sig. spem salutis Gentilium quæ per Chananeā significatur, & hoc in hebdomada secunda.

29 Tempus quadragesimæ, in quo Ecclesia legit Iosue sign. transitum Iordanis, & ruinam cananeorum in Dominica. 3. sed 4. legitur liber iudicū, quinta Hieremias, sexta legitur Hieremias & sig. passionem, & agitur de palmis, quæ sign. quietem pro Sabbato.

30 Tempus resurrectionis 7. hebdomadarum & leguntur actus Apostolorum, & Epistulæ canonicæ.

31 Tempus post Penthecostem Dominica prima, in qua legitur in libris Regū, usque ad Kal. August. sign. prælia Israelitica.

32 Tēpus a Kal. Augusti usque ad Kal. Octob. legūtur variæ historiæ, ut Iob. Thobias Iudit & Hester. & sign. ea quæ illis temporibus acta sunt.

33 Tempus e Kal. Octob. usque ad Kal. Nouēb. leguntur libri Machabeorum, & sign. prælia Græcorum.

34 Tempus a K. Nouemb. usque ad Aduentum D. N. leguntur prophetæ minores, & sig. ea, quæ eorum tempore gesta sunt.

35 Tempus aduentus D. N. quòd ex 4. hebdomadibus constat, & legitur Esaias. sign. ea, quæ illius tempore gesta sunt.

36 Tempus ab octaua Epiphaniæ usque ad quadragesimam, in quo legitur Epistola Pauli, quæ agit de Antichristo, & sign. ultimum tempus, & ideo attribuitur Gog. & magog. in quo ueniet Antichristus.

36 Tempus primi sigilli est ab Iacob Patriarcha usque ad Moisem, & Iosue, secundi a Moise usque ad Dauid, tertij a Dauid ad Helisceum, quarti ab Heliseo ad Ezechiam, quinti ab Ezechia ad Transmigrationem, sexto a Transmigratione ad obitum, Malachiæ prophetæ, septimi ab obitu Malachie, ad Zachariam patrem. D. Ioannis Baptistæ, & hæc in testamento veteri, quæ sign. ordinatim tempora sequentia in testamento Nouo, primū a Zacharia ad obitum diui Iouannis Euangelistæ, secundū ad Constantinum, tertiū ad Iustinianum, quartū ad Carolum Magnum, quintū ad annum 1260. sextum usque ad euersionem Babilonis nouæ, quæ est u. Septimum uero usque ad finem seculi. V. signacula. Ioachim Apocalip. fol. 6.

38 Tempus Ieiunij, quod est, sexta pars totius anni sig. laboris certamina.
Ioachim in Apocalip. fol. 15.

39 Tempus a die Paschæ usque ad Penthecostem, quod est septima pars anni, sign. septimam huius seculi ætatem, & significat. Sabbatum tertium scilicet gloriæ, & letitiæ. Ioachim folio 15. Apocalip.

40 Tempus ante legē, sig. illud, quod dictum est, & tenebræ erant super faciem abissi. Ioachim Apocalip. fol. 2.

41 Tempus sub lege. signi. illud quod dictum est. Splendida est facta facies Moisis. Ioach. Apocalip. fol. 23.

42 Tempus sub gratia sign. illud, quod dictum est, facies Christi fulsit, ut sol lucens in uirtute sua. Ioach. in Apoc. fol. 2.

43 Tempus primum incepit tunc quando Deus elegit Abraham, & semen eius, ut esset ei in populum peculiarem, & ab alijs per circuncisionem segregatum. Ioachim Apocalip. f. 61. concor.

44 Tempus secundum incepit tunc quando Deus suscitauit Moisem, & tribū Leui ut ministraret sibi in Tabernaculo, & esset asidua in cultu diuino. Ioach. f. 62. concor.

45 Tempus tertium incepit a Samuele, & Dauid in quo Hebræi reges habere ceperunt, Ioach. fol. 73. concor.

46 Tempus quartum incepit ab Helia, & Heliseo. Ioach. fol. 63.

47 Tempus quintum incepit a diebus Isaie Prophetæ, & Ezechiæ Regis Iuda, in quo facta est confederatio inter reges Iuda, & reges Aegyptios & Babilonios. Ioach. f. 64. concor.

48 Tempora prima diuisione sunt tria: tempus ante legem. tempus sub lege, & tempus sub gratia: siue.

49 Tempora distinguntur in quinque in tempus ante legem, in tempus sub lege, in tempus sub Euangelio, in tempus sub spiritali intellectu, & in tempus visionis Dei. Sed.

50 Tempora sunt duo præcipue, quæ sign. duo testamenta uetus scilicet, & nouum. &

51 Tempus uetus concordans cum nouo, incipit cursus eius a Iacob Patriarcha, & terminatur in D. N. I. sed proprie incipit ab Abraham.

52 Tempus testamenti noui incipit a D. N. I. & terminabitur in fine seculi quando D. N. I. venturus est iudicare. Sed proprie incipit a Zacharia patre Ioannis Baptistæ, & quamuis sit unū tempus incipiens a Zacharia, & finiens in fine seculi, diuisum est tamen in duo, quæ significat filium, & Spiritum sanctum sicut tempus testamenti veteris sign. patrem. Ioachim. fo. 9. Apocal.

53 Tempus primi status incipit ab Abraham & finit ad Zachariam patrē Ioannis Baptistæ, sed tres generationes Zachariæ Ioannis & D. N. accipiendæ sunt pro fine primi status, & sig. misterium Trinitatis, & accipiendæ quoque sunt pro principio secundi status ita, ut ille tres generationes sint finis primi, & principium secundi.
Ioachim Apocalip. fol. 9.

54 Tempus secundi status incipit a Zacharia, & finit ad annum 1200. D. N. I. ita tamen, ut tres generationes Zachariæ scilicet Ioannis, & D. N. sint principium secundi status, & finis primi: ita in fine secundi status assignande sunt tres generationes pro fine secundi, & pro initio tertij, adeo quod tempus secundi status finit exacte in anno 1290. a natiuitate D. N. I. &

post

post annum 1290. inci.

55 Tempus tertij status duraturum, usque in finem seculi, & eius enerrationes sunt septuaginta in totum, computatis 21. initialibus, uel sine eis 49. quæ incipiunt omnes scilicet 70. a Sadoch. ut ait Abbas Ioach. lib. 2. tract. 2. cap. 4. & 5. concord.

56 Tempora duo inuicem concordantia sunt primum incipiens ab Abraham, & finiēs ad Zacariam patrem D. Ioannis Baptistæ, Secundū incipit a Zacaria, & finiet in fine seculi. Sed secundum quod dicitur tempus gratiæ, diuiditur in duas portiones. Quarum una asignatur filio, & altera Spiritui Sancto. & ita uidentur quodammodo tria tempora. Ioach. Apoc. f. 6.

57 Tempus diuiditur in tempus literæ testamenti ueteris, in tempus literæ testamenti noui, & in tempus spiritualis intellectus, quod tertiū tempus incipit a tempore Abbatis Ioachim, & durabit usque ad consumationem seculi. Ioach. Apoc. f. 6.

58 Tempora septem, quæ significantur a septem partibus Apocalipsis, incipiunt ab aduentu D. N. I. & durabunt usque ad extremum iudiciū, prima pars Apocalipsis, quæ agit de Prelatis, sign. bellum quod passi sunt Prelati in primitiua Ecclesia, & eorum tempus. pars 2. significat tempus Martyrum. pars 3. sign. tempus Doctorum. pars 4. sig. tempus Virginum. pars 5. sign. tempus in quo Ecclesia uniuersalis in generali passa est. pars 6. sign. sextum tempus in quo Babilon noua iudicāda est, et post ipsam iudicatam iudicandi sunt Bestia, & Pseudo Propheta qui in ipso articulo sexti temporis audacius præsolito cōtra Christum consurgent, deinde incarcerato diabolo erit Sabbatū populo Dei, circa cuius finem soluetur iterum Diabolus de carcere suo, & seducet gentes, quę sunt super quatuor angulos terræ Gog. & Magog. Ad extremum mittetur Diabolus in stagnum ignis, eritque uniuersale iudicium, & resurrectio mortuorum, quibus peractis nulla erunt ulterius tempora secularia, sed dies unus eternus; nec regnabunt ulterius Reges terræ, sed solus Rex Dominus exercituum. nec erūt ciuitates gentium, sed sola ciuitas Dei, cuius gloriam, & tempus sign. pars octaua Appoc. Ioach. f. 16. Apocal. introductorio capitulo 16.

59 Tempora festinare adesse, ut est Deut. 32. sign. mortis diem imparato uenire. Lauter. in uerbo accelerare.

60 Tempora sex quæ sunt data quinque ordinibus ad laborem. incipiunt ab Apostolis, et finient quando Babilon ipsa cum filijs suis tradetur iudicanda potestati illorum Regum, qui in Apocalip. dicuntur 10. cornua quæ uidisti & bestia odient fornicariam, & desolatam illam facient, & nudam, & carnes eius manducabunt, et ipsam igni concremabunt. Et hæc factura est Bestia, quam signif. gens Saracena cum Regibus suis, quæ uincetur a D. N. I. et morietur, sed tamen post aliquantulum temporis apparebit uiuens, & mirabitur super ea uniuersa terra, & huic bestiæ adhęrebit alia bestia surgens de terra, & habens duo cornua similia agni, quæ sign. sectam falsorum prophetarum, & hæc scilicet secta saracenica, & hæretica duæ bestiæ simul cum dracone procedent ad reges totius terræ, & congregabunt eos ad prælium, & pugnabit dominus aduersus illos in gladio oris sui, & uincet illos, positis duabus bestijs in camino ignis ardentis. igitur in fine secūdi status destruetur noua Babilon inchoato duntaxat tempore sexto, & omne regnum dabitur populo sanctorum altissimi. Quo tempore diabolus incarcerandus est in abisso, quę sign. reliquias gentium ad quas non perueniet verbum Dei, eritque pax, & Sabbatum ad solutionem ipsius, quæ solutio erit circa finem seculi, in quo diabolus exibit & seducet gentes super quatuor angulos terræ, & istæ gentes uenient, & circuudabunt Ecclesiam contemplantium, quam sign. D. Ioannes Euangelista. quousque descendat ignis de cœlo, qui consumat eas, Diabolus mittatur in stagnum ignis, & illæ duæ bestiæ secta scilicet saracena; & heretica, & inde ueniet consumatio, & dies iudicij, & resurgent agmina mortuorum, & iusti ibunt cū agno Dei in uitam æternam, & perditi in ignē æternum.

61 Tempus bene placiti, ut est psal. 68. &c. significa. tempus passionis Christi D. quo gratum obtulit patri sacrificium. D. Hieronimus. psalm. 68.

62 Tempus breue, ut est Isaiæ 29. sign. temporis spatium ab Isaia usque ad Christi Domini natiuitatem, & Gentium conuersionem, ad quā rem faciunt hæbdomadæ Danielis abbreuiatæ, ut est Daniel. 9. Diuus Hieronymus. Isai. 29.

1 TENEBRAE quas in genesi nominat Moises signific. aeris ideam in mundo intelligibili, quia aer ex se sit tenebrosus. (Philo in mundi creatione.) & dicuntur tenebræ super abissum, quia abissus sign. vacuum, & aer quodammodo implet vacuum, quod est intra circum lunę. V. Abissus.

2 Tenebræ quibus Aegyptus oppressa est luce manente in Hebræis, sig. eos qui veritati obsistunt animæ suæ tenebras ignorantię intrudere, qui vero veritatem amplectuntur, lucis splendore semper fruūt. Gregorius Nisenus in Mosis uita.

3 Tenebras ab Aegyptijs post tres dies per Mosis manum extensionem amotas fuisse, sign. libertatem a peccato, & a tenebris ignorantiæ per Christum Dominum Nostrum post mortem & resurrectionem nobis concessam. Gregor. Nisenus ut sup.

4 Tenebræ, sign. priuationem Picus Heptap. capitulo secundo.

5 Tenebræ, ut est illud psal. 103. posuit tenebras & erit nox, signific. Iudæorum captiuitatem, & quod Deus contra eos obtenebrauerit mūdum.

do dixit tanquam mons magnus igne ardens missit se in Mare. Ioach. Apoc. fol. 128.

23 Terram aperuisse os suum, & absorbuisse flumẽ quod misit draco ex ore suo, & adiuuisse mulierem, sign. electos sępe cauere errores, quòd & probi in eos incidant. iuxta illud iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo, & flumen sign. Arrianam perfidiam.

24 Terra quando comparatur mari, sign. populum Christianum, de quo procedunt illi de quibus dicit D. Ioannes sicut audistis filioli, quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt &c. & paulò post ex nobis prodierunt sed non erant ex nobis, nam &c.

25 Terra aliquando sig. populum fidelem sicuti mare sig. populum infidelem.

26 Terrę ultimum iuxta illud D N. & eritis mihi testes in Hierusalem, Samaria, & usque ad ultimum terræ, sign. populos ad D. N. conuertendos in extremis terrarum partibus, quod factum est tempore nostro in partibus mundi noui. Ioach. Apoc, fol. 1.

27 Terra ab ingressis contaminata, iuxta illud Hierem. 2. & ingressi contaminastis terram meã, sig. Ecclesiam Dei ab omnimodis Christianis contaminatam, quòd religiosi moribus praua fedant Religionem, doctores praua docentes fidem erroribus implent, clerici Ecclesiam irregularitatibus, laici, & alij uicijs carnis, & alijs omnia confundunt. Abbas Ioachim in Hierem. fol. 6.

28 Terra eius scilicet Christi D. N. iuxta illud Hierem. posuerunt terrã eius in solitudinem, sig. vel sinagogam, uel Ecclesiam Romanam, quã prædicit desolandam sicuti Hierusalem fuit euersa ab Assirijs, & Babilonijs, & ideo ante dixit, & super eum scilicet Israel rugierunt leones, qui sign. regem Assur, & Nabuchdonosorem Regem Babilonis, Vel terra eius sig. animam, quam euertunt subuersores fidei. Abbas Ioachim, ut sup.

29 Terra horribilis, sig. scientiam secularem, quæ & errorem in præsenti, & terrorem in futuro acquirit. Ioachim, ut sup.

30 Terra Aquilonis, ut est Hierem. cap. 3. sig. mundum plenum malitia. Ioachim in Hierem. fo. 11.

31 Terra promissa, sig. Ecclesiam siue æternam patriam siue uitam spiritualem, sicuti terra aquilonis signific. uitam carnalem, Ioachim ut sup.

32 Terra Chanaã sig. mysticam illam Hierusalem, quæ futura est in regno Dei, & eam de qua Dauid in psa. 26. credo videre bona domini in terra viuentium. D. August. lib. de quatuor virtutibus Charitatis.

33 Terram scindi fluuijs, ut est Abach. 3. sig. peccatores resipiscentes penitentiæ lachrimas fundere. Lauretus in uerbo abscindere.

34 Terram scindere vomere, ut est Deut. 21. sig. seditionem in Ecclesia mouere, vel sign. asserere Christum non natum de Maria Virgine. Lauret. ut sup.

35 Terram esse improbitatis prouinciam dici, sig. nullo modo ibi bonum esse, vbi sit passio; in terra est passio ergo &c. V. mundum malorum congeriem dixi. Rhodiginus lib. 1. cap. 1.

36 Terra apud poetas aliquando sig. spheram aplanem, in qua diuidebant mundum, ut esset terra aqua aer, & ignis elementa. luna uero esset terra ætherea, Mercurius aqua uenus aer, & sol ignis, conuerso uero ordine Mars esset ignis, aer Iuppiter, Saturnus aqua, & Sphera stellarum esset terra, in qua essent campi Elisij. & assertor noster ait beati mites quoniam, ipsi possidebunt terram. Rhodig. libro primo capitulo tertio.

37 ex Terra calefacta, corpuscula pisces uel piscibus similia animalia facta, apud Anaximandrum Milesium, sig. hominis animam ex illis concretam usque ad pubertatem, qua se alere posset. Georg. Venet. Arm. fol. 28.

38 ex Terra materia igni similis, apud Thaletẽ. sign. hominis animam. Georgius Venetus ut sup.

39 ex Terra & aqua mistio, apud Xenophanem, sig. hominis animam. Georg. ut supra.

40 ex Terra & igne mixtio apud Parmenidem, & Boetem. signific. animam hominis. Georg. supra.

40 Terra in Cœlis sig. densitatem, quæ uideri potest in sole potissimum, & in luna, & in stellis, quę ut Plotino placet, radios solares repellunt, in Angelis sign. firmitudinem, qua ipsi sunt firma Dei sedilia, qua nobis sint fecundi tamquam Dei ministri dantes huic terræ feculentæ fecũditatem, at in Archetypo ipso Deo, sig. omniũ firmam, & fœcundissimam naturam, de qua dicitur: Aperiatur terra, & germinet Saluatorẽ. Georgius Venet. Armon. fol. 53. apud inferos terra significatur ab Acheronte fluuio.

42 Terra in harmonica mũdi consonantia sig. Dei essentiæ stabilitatem, Georg. Venet. Arm. fol. 68.

43 Terræ molem appendi a Deo tribus digitis, vel ut melius, & omnia in salis etiam puluerem terræ, sign. Deum in pondere numero, & mensura fecisse omnia, dictio Basatis, sign. in salis est mensura magna rerum non liquidarum. F. G. p. 64. to. 3.

44 Terra quę promittitur mitibus iuxta illud beati mites quoniam ipsi terrã possidebunt, sig. terram illam uiuentium, in qua est uita æterna. F. G. p. 125. to. 4.

45 Terra pura, supra quam Plato in Phædone dicit habitaturos illos, qui pie præ cęteris uixerint, sign. uerum paradisum, in uiuentium terra. F. G. p. 367. to. 5.

46 Terræ radices apud Zoroastrem signif. virtutes uegetales, & animales, quibus plantæ, & animalia uegetant fructus, & fętus. F. G. p. 476. tom. 5.

47 Terram post peccatum Adæ protulilisse horrida, & infructuosa, sign. id factum, ut ipsa terra peccati humani crimen semper hominibus ante oculos poneret, quo admonerentur aliquãdo a peccatis auerti, & ad Dei præcepta conuerti.

uerti. D. Augustin.lib. 1. de Genes. contra Manich.

48 Terræ fructus iuxta illud psal. 67. confitebuntur te populi deus, confitebuntue te populi omnes terra dedit fructum suum, signifi. Messiam, qui de purissima Virgine carnem erat assumpturus, ad hoc facit illud psalm. 86. veritas de terra germinabit, & iustitia de cœlo respicietur, ubi veritas sign. filium Dei, qu iut ipse ait, est ipsa ueritas. Galatinus libro tertio cap. 14.

49 Terra sicca, ut est illud Isaiæ. 53. & ascendit uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sicca sign. Beatam Virginem, quæ non humano semine humectata peperit Messiam. Galatin. lib. 8. cap. 2.

50 Terra optabilis signifi. Israelē ad Deum conuersum iuxta illud Malachiæ capite tertio & beatificabunt vos omnes gentes, cum fueritis terra desiderabilis. Galatinus libro octauo cap. 23.

51 Terra fluens lac, & mel, terra scilicet promissionis, signifi. quod in ea deus erat diffusurus omnia Charismata, & omnia dogmata legalia, & prophetica. lac enim sign. sapientiam, & mel signific. gustum rerum diuinarum, & ubera a quibus prouenit hoc lac, & quæ sugere desiderabat Salomon in canticis, dicuntur alio nomine terriū cœlum, ad quod diuus Paulus assumptus fuit, & sign. propinationem rerum diuinarum, qua prophetæ, & uiri sapientes imbuti, & alti sunt. Georgius Venetus Armonia. fol. 125.

52 Terra ex qua orta est ueritas, sign. essentiam diuinam, sicuti ignis signif. Spiritum sanctum, aqua sign. filium, & aer sign. patrem: nam est essentia diuina veluti terra, in qua omnia pullulant, & inter alia verbum, quod producitur ab intellectu paterno cognoscente, & essentia cognita. Franciscus Georgius problemate 133. tom. 3.

53 Terra iuxta illud Isaiæ: aperiatur terra, & germinet saluatorem, sign. Deum patrem, siue ipsam Dei mentem paternam, quę duo germina produxit, filium scilicet, et Spiritum sanctum, cum quibus cetera omnia produxit uniuersi atque ipsum vniuersum.

Georg. Venct. Armon. fol. 128.

54 Terra foliata de qua Hermes dixit seminasse aurum in terra foliata, sign. Mercurium prępara-tum, cum quo vniri debet suum sulphur. Vel sig. sulphureitatem primam debere eum secūda coninngi sunt enim in corporibus metallicis duæ sulphureitates, quarum vna conclusa, est in profundo argenti uiui in suæ commixtionis initio, & hæc vocatur aurum, æs, venus arsenicum, auri pigmentum, uitrum uitriolum anima ignis, aqua viridis, leo viridis, vinum, sanguis humanus, sanguis draconis, aqua permanens, & hæc ad differentiam aquæ Mercurialis quæ non est permanens, quoniam est fixationis illa impedimentum. Alia corporum metallorum sulphureitas est superueniens, & fixa & hæc uocatur sulphur, mars, vitrum, nitriolum, uinum, & sanguis, et quia hæc sulphureitas sublimat, ut folia auri vel argēti, & multorū aliorum colorum quos sig. oculi Argi in caudā pauonis conuersi, et ita supra dictum sulphur debet coniungi cum hoc alio sulphure uocato Marte, et hæc coniunctio debet fieri per aquā Mercurialem, quam sig. rete subtilissimum Vulcani quo implicuit Martem, & Venerē, simul coeuntes. Ioannes Braceschus in ligno uitæ fol. 10.

55 Terra alba, sulphur album, fumus albus, auri pigmentum magnesia, & Echel, apud Chimistas apud quendam sig. materiam lapidis bene dicti, & sunt sinonima.

56 Terram feculentam argenti uiui in arte chimia necessarium est delere in sublimatione Auicenna in tractatulo cap. 3.

57 Terra absorbens flumium procedentem ex ore Draconis, ut est Apocalip. duodecimo, sign. Christum Domminum Nostrum uincentem omnes tribulationes. Vel signific. doctores sacros confutantes errores. Glossa ordin. & Rupert. in Apocalip. & Lauretus in uerbo absorbere.

58 Terra absorbens Dathan, & Abiron, vt est nu. 16. sign. grauem punitionem superborum, vt violenter humilientur qui violenter se extulerunt. Glos. ordin. nu. 16. & Lauretus in verbo absorbere.

59 Terram promissionis prius fuisse possessam a Chananęis, quam a Iudeis, sign. primu præcedere id, quod est animale, & postea sequi id quod est spirituale. F. G. P. 321.

60 Terram promissionis per sortem fuisse distributam, sign. non ab homine portionē distribui, sed secreto Dei iudicio. Iuxta illud. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino est totum iudicium ipsarum. F. G. P. 245. tom. 2.

61 Terræ promissionis confinia, tam accurate descripta fuisse, signifi. non esse partem in ea, quę non referat partem regni cœlestis, in quo multæ mansioues sunt. Franciscus Georg. Problem. 246. tom. 2.

62 Terram exuberare simulachris, iuxta ubertatem suam, ut est Oseæ 10. sign. hæreticos, qui acumen sensus, & ingenij à Deo percipientes, ut bona naturæ in Dei cultum ucrterent, fecerūt sibi ex his idola. Diuus. Hieron. Os. 10. & Lauretus in uerbo abundare.

63 Terra, ut est illud: In principio creauit Deus cœlum, & terram, sign. octo orbes cœlestes, qui uidentur, & cœlum sign. mundum Archetypum, sicut terra sign. mundum uisibilem. Paulus Scaliger libro quinto, capitulo tertio de rerum causis.

64 Terræmotus, qui est euersurus in tres partes ciuitatem Constantinopolis. de quo D. Ioan. Apocal. cap. 16. inquit, & facta est ciuitas magna in tres partes, signific. tunc adesse tempus indicij, & prope instare, & hunc Terręmotum sequetur grādo ad in illar Talenti. quæ idē

Ss signifi-

significabit. Louisinus supra. Esdram.fol.51.

65 ab Terræ extremis gentes venire ad Messiam, ut est apud Hierem.cap. 6. ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent uere mendacium possederunt patres nostri vanitatem, quæ eis nunquid faciet sibi homo Deos ? & ipsi non sunt dij. &c. signific. ab Indijs orientalibus, & occidentalibus fuisse venturos credentes in Christum Dominum N. quod profecto nostra tempestate euenit iam prædicato Euangelio in toto orbe terrarum,nouo mundo inuento, Louisinus in Esdram folio 91.

66 De Terra Chanaam tollere patrem, & cognationem,ut est Genes.45.sign.auferre perfidiã Iudæorum. Lauret.in uerbo accipere.

67 Terram suscepisse sanguinem Abel,ut est Genes. 4.si.corpus omnia sensibilia complecti, vel sig. Ecclesiam suscipere sanguinem Christi Domini per confessionem peccatorum,& fidei. Lauretus in uerbo accipere.

68 In Terra promissa fuisse omnia munda sicut cerui, sign. post aduentum Messiæ omnia fuisse mundanda,sicuti habebantur munda in terra sancta. Franciscus Georgius problemate 461.to.2.

69 Terræ radices,ut est apud Zoroastrem, signifi. uitam vegetatem secundum Empedoclis dicta, qui ponit transanimationẽ etiam in plantas. Picus in conclusione 4. de intelligentia dictorum Zoroastris.

70 Terram deflere usque ad filios, ut est apud Zoroastrem in illo dicto. Ha Ha Hos, terra deflet usque ad filios, significa. de peccato originali expressam haberi veritatem. Iuxta Osiæ Caldęi expositionem. Picus in quinta conclusione de intelligentia dictorum Zoroastris.

71 Terræ & Aquæ numen ab Ouidio in Ibim prius uocatum, & postea terram ipsam, & Neptunum sign. post uniuersalem animationem fieri particularem, & post uniuersalem prouidentiam fieri particularem prouidentiam. Picus in conclusione. 29. & 30. de modo intelligendi himnos Orphei.

72 Terram e cœlo pluisse anno ab urbe condita 458. sign. pestem uniuersalem Italiæ. Iulius Obsequens lib.de Prodigijs.

73 Terram pluisse pluuiam sanguineam descendisse lanam, in arboribus natam, in Mineruæ templo tres mulieres fulmine afflatas,statuam æneam longo tempore aquam ex ore, & pede emisisse, in comitijs miluium in medio se natorum mustellam demisisse. Salutis templum fulmine afflatum,& terram emisisse sanguinem facem ardentem per aerem ferri uisam,nocte intempesta solem per plures horas illuxisse,puerũ quatuor manibus, & quatuor pedibus natum, anno ab vrbe condita 588. Ante Christum Dominum centesimo sexagesimo quarto sign. Romanos domi, & foris futuros eo anno pacificos, Iulius Obseq. prod.71.

74 Terræ pinguedo promissa Iacob, vt est Genes. 27. sign. fœcunditatem rerum temporalium, & potentiam regni Iudæi promissam. Beda in Genes.27. sign.etiam congregationem populorum ad fidem Christi uenientium.Lauretus in verbo adepti.

75 Terræ crassitudo,ut est psal.140. sig.martyres, uel eorum corpora,qui cum haberentur contemptui, ut stercora, tamen impinguarunt terram Ecclesiæ,&in suaues fructus eruperũt. D.August.psal.140.

76 Terræ crassitudo erupta supra terram, ut est psal.140.sign.superbiæ tumorem,qui tunc sanatur a medico,cum erumpit latens putredo, & attenuatur homo,abiecto tumore.D.Aug. psal.140.

77 Terra apud Platonem, signifi.Naturam spiritus mundi, quod sicut natura est diuidua multiformis & temporalis.ita terra, est crassa obtusa & immobilis. Ficinus capite 29.Compendij Timæi.

78 Terræ nomen apud Platonem,sig.omnia quæ sub cœlo sunt, sicuti ignis, vel cœli nomen,signif. omnia quæ in cœlo sunt. Ficinus in 4.de legib.Platon.

79 Terram & Vestam Deorum omnium habitationem sacram,apud Platonem existere, sign. quatenus dixit terram, & hanc nostram Elementalem,& terram Lunarem,& terram stelliferam.quatenus dixit Vestam, sig. tres terrarum trium animas,tresque angelos. Ficinus in 12.de legib.Platon.

80 Terra apud antiquos Philosophos, sign. quidquid in vniuerso solidum stabile,& consistens est.Vnde a Platonicis talis natura, & hic, & in Luna,& in firmamento terra dicitur. Ficinus in 12.de legib.Platon.

81 Terræ tremor, qui bis supra modum fuit inter acies Romanorum,& Picentum iamiam dimicaturas ab vrbe condita, anno 485. & ante Christum Dominum 267. signific. cladis atrocitatem earum. nam Picentes penè ad vnũ trucidati, & Romanorum perpauci victores reliqui sunt. Iulius Obsequens prodig. vigesimo sexto.

82 Terra adiuuans mu erem,vt est Apocalyps.12. sign.Sanctos adiuuantes orando Ecclesiam. Gloss.interl.Apoc. 12.

83 Terram ad ferendum æquare, vt est Isai. vigesimo octauo, sign. animas præparare ad suscipiendum verbum Dei, D. Hieronymus in Isai. 28.

84 Terra ænea, ut est Leuitico vigesimo sexto, sig. legem & Prophetas, quæ facta est ænea Iudæis eam non intelligentibus. Lauretus in verbo æs.

85 Terra exculta,ut est Ezech.36. sign. Ecclesiam, uel animam cum virtutibus, & inculta, significat contrarium. Glossa interlin. In Ezech.36.

86 Terram agitari,ut est Isa. 24. sign. homines terrenos, qui malorum magnitudine concutiuntur.D.Hieron.in Isa.24.

87 Terra

87 Terra aliena, vt Exod. 2. & 18. ſignificat carnem peccatoris rebellem ſpiritui.
Lauretus in verbo alius.

88 ſuper Terræ latitudinem ambulare, vt eſt Abac. 1. ſignifi. ſequi viam latam, quæ ducit ad inferos. Diuus Hieronymus in Abach. primus.

89 Terram aperire os ſuum, vt eſt Geneſ. 4. ſign. Eccleſiam per confeſsionem peccatorum, & fidei ſuſcepiſſe ſanguinem Abel, id eſt Chriſti Domini. Vel

90 Terram aperire os ſuum ſign. ſenſus aptare ad omnia ſentibilia. Lauretus in verbo aperire.

91 Terra in Phędone in quam, non neque venti, neque imbres exiſtunt, & vbi omnia prætioſiſsima naſcuntur, & homines ſunt acutiſsimi ſenſibus vitæque longiſsimę, & in longum tempus fœliciſsimæ actæ, ſign. locum Moſayco paradiſo perſimilem eſſe Platonem ſenſiſſe. Ficinus in Phędone.

92 Terram aperiri, vt eſt Iſai. 45. ſign. Virginem parere. Gloſ. interl. Iſai. 45.

93 Terra, fœnum, ſign. carnem, ſunt enim illius ſynonima. Iacobus Gouſchelius lib. 1. Elocution. ſacrar. ſcripturar.

94 omnis Terra, in ſacris litteris, vt eſt illud Iſa. 13. vt diſperdat omnem terram, ſign. omnem terram illius prouinciæ, de qua fit ſermo, quod quidam non intelligentes ad omnium terrarum ſubuerſionem trahunt. D. Hieronym. & Gouſch. lib. 3. Elocut.

95 Terra, abyſſus, aqua, & puluis, in ſacris litteris ſunt ſynomima. Gouſchelius libr. 1. Elocut. ſacr. ſcript.

96 Terra, vt eſt Malach. 3. quia vos eritis terra deſiderabilis, ſign. hominem. Terra, vt eſt Iſa. 26. & reuelabit terra ſanguinem ſuum, ſignificat animam. Gouſchelius lib. 2. Elocution. ſacr. ſcriptur.

97 Terra, vt eſt Geneſ. 3. Terra es & in terrã ibis, ſignifi. hominem peccatorem, & terra, ut eſt Deuteron. 32. Terra audiat uerba ex ore meo ſign. Eccleſiam ſanctam. Gouſchel. libro 6. Elocut. ſacr.

98 Terram clamare, ut eſt Iob 31. ſubiectos iuſtè dolere contra regentes iniuſtitiam. Gouſchel. lib. 3. Elocut. ſacr.

99 Terram manducare, ſign. Auguſtino teſte terrenis paſci, & delectari, neque corda ſurſum habere. Gouſchel. lib. 3.

100 Terram appendi ſuper nihilum, vt eſt Iob 26. ſignific. Eccleſiam fundari ſuper gentes, quæ nihilum appellatæ ſunt. D. Gregor. Moral. 17. cap. 13.

101 Terræ fundamenta appendi a Deo, vt eſt Prouerb. 8. & terræ molem appendi tribus digitis, vt eſt Iſa. 40. ſign. homines prædeſtinari, & præcipue Chriſtum Dominum, cum Deus benedixit eis ordinans eos ad fœlicitatem.
Rupertus 4. de glorif. Trinit. 4.

102 Terra deſiderabilis, vt eſt pſalmo centeſimo quinto, ſign. gloriam cœleſtem. Gloſſa interl. in Hierem. 3.

103 Terram ardere, ut eſt Lucæ. 12. ſign. cor carnale relinquere concupiſcentias ſeculi præſentis, & accendi in amore Dei. Lauretus in uerbo accendere.

104 Terra arida, ut fuit apparens congregatis aquis ut eſt Geneſ. 1. ſig. formam ſubſtantualem pro ductam in materia diſpoſita. D. Auguſt. de Geneſ. imperf. 10.

105 Terra arida prout erat prius operta aquis, & non poterat reddere fructum, ut eſt Geneſ. 1. ſign. animam, quæ non fructificabit quandiu peccatorum humore erit operta, Orig. in Geneſ. hom. 1. aliquando prout arida ſignific animam ſitientem Deum, & illius gratiæ humorem expetentem. Lauret. in uerbo arida.

106 Terra inanis quam uocat Moyſes in Geneſi ſignific. materiam informem. omnium formarum receptaculum.
Equicola lib. 2. de natura amoris.

107 Terra aquis operta, ut eſt Geneſ. 1. ſign. fideles qui impediãtur ab infidelibus ne in bonis operibus fructificent. Lauretus in uerbo aridi.

108 Terra arida, ut eſt Exod. 4. ſignif. naturam humanam.

109 Terra arida, quæ apparuit congregatis aquis in locum unum, ſign. populum Iudæum ſeparatum a gentibus.

110 Terra auſtralis arens, ut eſt Ioſue 15. ſignifi. animam cum feruore Spiritus ſancti, ſed ſine lachrymis. D. Greg. 3. Dial. 34.

111 ſuper Terram dominantium aſcendere, ut eſt Hierem. 50. ſignif. uincere hoſtes, quibus anima prius ſeruiebat. Lauretus in uerbo aſcendere.

112 De Terra aſcendere, ut eſt Hose. 1. ſign. a terrenis ſenſibus, & ab humilitate litterę eleuari. D. Hieron. Hoſe. 1

113 In Terram aſpicere, ut eſt Iſai. 5. ſign. terrenum hominum auxilium quærere Gloſ. ord. Iſaiæ. quinto.

114 Terra bona, ut eſt ſapien. 8. ſignific. animam bene operando fructificantem. Lauretus in uerbo bonum.

115 Terra bona promisſionis, ut eſt Exod. 3. ſign. Eccleſiam militantem, uel triumphantem. Beda in Exod. 3.

116 Terrę Globus ſiue ſphera, ut eſt in numis Cæſaris Auguſti, & Veſpaſiani, ſignific. bonum publicum, & Vniuerſale. Gabriel Simeonus. libro de illuſtratione Epitaphiorum antiquorum.

117 Terræ habitatores non cadere, ut eſt Iſai. 26. ſig. malos non reſipiſcere, ſed in peccatis cõſiſtere. Lauretus in uerbo cadere. Idem ſign. equi, & muli ruina, ut eſt Zachar. 14.

118 In Terram cadere, ut eſt Iob. primo ſignific. hominem agnoſcere quam ſit infirmus in ſemetipſo.
Lauretus in verbo cadere.

119 ſuper Terram non eſſe nauigandum, Symbolum Pythagor. ſignific. vectigalia, & ſimiles

conditiones, quæ fiunt turbulentæ, & instabiles esse recusandas. Clemens Alex. Stromatum lib. 5. fol. 260.

120 Terra fluens lacte, & melle juxta illud Mosis, intrate in terram bonam quam iurauit Dominus Deus, Deus Abraham, & Isaac, & Jacob, & posidete eam terram fluẽtem lacte, & melle, sign. discite, & sperate in eum, qui in carne est vobis manifestandus Iesus Christus. Homo enim est terra patiens, ex facie enim terræ fuit Adam formatus. Terra bona hinc fluens lacte, & melle. sign. Christum D. qui sapientiam & intelligentiam occultorum Dei posuit in oculos nostros, ut inquit D. Barnabas. Clemens Alexand. lib. 5. Stromat. fol. 268.

121 Terram frugiferam uertendam in salsuginem juxta psalm 106. sign. in aduentu Domini Nostri Iesu Christi donum prophetiæ non amplius profuturum illis Hebræis. Valerianus fol. 281.

122 Terra ut est illud psal. 84. Benedixisti domine terram tuam, signific. Beatissimam Virginem Matrem. Prosper Martinengius in Theotocodia capitulo tertio. vide infra terra benedicta.

123 Terra ut est illud Isai. 45. aperiatur terra, & germinet Saluatorem. significat Deum patrem, est quippe paterna mens omnium fœcundissima, ut germina illa bona produceret, filium videlicet, & Spiritum Sanctum, quibus cætera omnia huius vniuersi produxit, & totum ipsum globum. Georgius Venetus in Armon. Cant. 3. Ton. 7. cap. 3. sed alij Theologi interpretantur hoc & dicunt, quod terra significat Beatam Virginem Matrẽ. Hebræi uero dicunt quod sign. ultimã archætypi mensuram quam Sachinam idest habitationem meditatam Dei in nobis, & domesticam uocant.

124 Terra ut est illud Genes. primo in principio creauit Deus Cœlum, & terram, signif. materiam primam, & hanc terram rigari a fonte de paradiso uoluptatis, ut est Genes. secundo signific. materiam primam essentia perfundi. Georgius Venetus in Armoniacum. Cantic. 3. Tono. 7. cap. 32.

125 Terra ut est illud Genes. 1. sign. mundum sensibilem, quando cœlum ibidem interpretatur mundus intelligibilis. Lauretus in uoce terra.

126 Terra ut est illud Iob. 11. longior terra mensura eius. &c. signifi. creaturam. Diuus Gregorius 10. mor. 19. cap. 7. & hoc quia deus creaturæ modum perennitate suæ æternitatis excedit.

127 Terra deserta inuia, & inaquosa, ut est psalm. 26. signifi. mundum sine Christo, & eius doctrina. Diuus Augustinus psal. 62. Idem sign. terra aquilonis, ut est Zachar. sexto D. Hieronim. in Zachar. 6. & idem sign. terra tribulationis, & angustiæ, ut est Isaiæ. 30. D. Hieron. Isa. 30.

128 Terra ut est illud psalm. 36. sustinentes autem Dominum ipsi hereditabunt terram, signific. æternam felicitatem. Origen. in psalm. 36. hom. 2.

129 Terra ad iuuans mulierem, ut est Apocalip. 12. sign. Christum Dominum adiuuantem Ecclesiam. D. August. in Apocal. hom. 10. & supra psalm. 96.

130 Terra habitabilis in qua defecit mã siue manna ut est Exod. 16. sign. patriam cœlestem in qua non opus est manna hoc est uiatico, huius uice idem sign. terra chanaan, quæ data est in possessionem semini Abrahæ, de qua eiectus est chanaan idest Diabolus. Lauretus in uoce terra.

131 Terra informis, & inanis, uel squallida desolata, & vacua primi diei, signifi. populum primi millenarij rudẽ, & quasi priuatum Dei cognitione. Theodorus Gramminæus in Esaiam fol. 19.

132 Terra quæ absorsit aquam immissam a serpente post mulierem, ut est Apocali. duodecimo signific. concilium Nicenum in quo damnata fuit Hæresis Arriana, quam significat aqua illa. Rubertus libro tertiodecimo capitulo octauo.

133 Terra, ut est illud in principio creauit Deus cœlum, & terram, significat illam partem generis humani, quæ erat inanis opere iustitiæ, & vacua a gratia, & ueritate Dei, ex quo uocabantur filij hominum, sicuti illi qui manebant in amore, & reuerentia unius Dei, uocati sunt filij Dei. Ioachim libr. 5. capitulo tertio concord.

134 Terra ut est illud, germinet terra herbam uirentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum, & cætera. signific. tribum Juda, ex qua natus est Christus Dominus, qui est semen juxta genus suum. Ioachim libro ut supra capitulo quinto.

135 Terram in tertio die germinasse herbam uirentem secundum semen suum, significat in tertia mundi ætate futurum uirum, unde semen benedictionis exiret, Abraham scilicet, in cuius semine omnes gentes essent benedicendæ, quod significat in tertio millenario mundi futurum fuisse illud semen de quo Esaias dixit erit germen homini, in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exaltationis, qui saluati fuerint ex Israel. & juxta illud uir Juda germen eius delectabile, quod germen fuit Christus Dominus qui anno mundi 3961. Imperij Augusti. quadragesimosecundo ab urbe condita 752. Olympiade centesima nonagesima quarta anno Regni Herodis Ascalonitæ trigesimo quinto natus est. Theodorus Gramminæus in Esaiam f. 20. et 21. promphtuarium Iconum parte secunda fol. 3.

136 Terra benedicta dans fructum suum, ut est psal. 96. terra dedit fructum suum, significat Beatissimam Virginem Matrem generantem Christum Dominum. Arnob. in psa. 66. Idem significat terra promissionis, quæ protulit

botrum,

botrum, ut est Num. 13. & terra germinans Saluatorem, ut est Isai. 45. & terra quam rigat fons paradisi, ut est Gen. 2. & terra sitiens vnde ascendit virgultum, ut est Isaię. 53. D. Hieron. Isai. 53.

137 Terra Hus, ut e est Iob. 1. sign. Christi D. humanitatem. Lauret. in uoce terra.

138 Terra fluens lacte, & melle, sign. carnem, & corpus Christi D. Lauret. ut sup.

139 Terra sig. Ecclesiam militantem. haud sig.

140 Terra unius labij, ut est Genes. 11. &

141 Terra e qua scala Iacob erigitur ad cœlum. &

141 Terra sancta, ut est Exod. 3. &

143 Terra in qua apparent flores, ut est cantic. 2. &

144 Terra Emanuel, ut est Isai. 8. 42. &

145 Terra ad quam est ueniendum, ut est Genes. 12. & 13. &

sig. Ecclesiam, ex gentibus, Lauretus ut sup.

146 Terra Aegypti in qua creuit Ioseph, ut est Gene. 41. 47. &

Ecclesiam in qua crescit Christus D.

147 Terra Dei ad quam deus adducit Gog. ut est. Ezech. 38. &

148 Terra fluens lacte, & melle, ut est Exod. 13. sig. Ecclesiam militantem.

149 Terra desiderabilis, ut est Malach. 3.

150 Terra Beniamin, ut est 1. Reg. 9.

151 Terra desolata Israel, ut est Ezech. 25. sign. Ecclesiam deficientibus bonis.

152 Terra quam fundat Deus, ut est Isai. 51. &

153 Terra in qua fit uoluntas Dei, ut est Matt. 6. &

154 Terra parturiēs, & pariens una die, ut est Is. 66

155 Terra a qua Deus eijcit, et reducit, ut est Hieremię 16.

156 Terra absque nube, ut est Ezech. 38. sig. Ecclesiam cũ caret sapientia, et eloquentia mũdana.

157 Terra sacerdotum relicta libera a Ioseph, ut est Gen. 47. sig. Ecclesiā liberam a censu Diaboli.

158 Terra quam Deus appendit super nihil, sign. Ecclesiam quam Deus fundauit in genilitate, ut est Iob. 26.

159 Terra clamās aduersus rectores, ut est Iob. 31. sig. Ecclesiam neglectam a suis doctoribus, D. Gregorius 22. moral. 23.

160 Terram producere fœnum Iumentis, ut est psal. 103. sign. laicos contribuere temporalia, prædicatoribus D. August. in psal. 103.

161 Terram perflari ab austro, ut est Iob. 37. et 38. sig. fideles Ecclesiæ feruentibus charitatis studijs, inardescere. Lauret. ut sup.

162 Terra inanis & vacua, ut est Genes. 1. sign. corpus hominis, priusquā accipiat doctrinæ institutionē. D. Basilius in Hexaemerō. oratione. ii.

163 Terra cum germine suo, ut est Iob. 22. sig. carnē cum suis concupiscentijs. Lauret. ut sup.

164 Terram quiescere a bellis tempore Iosue, ut est Iosue. 11. & 14. sign. carnem subdi spiritui post aduentum Christi D. Origen. in Iesu natiu. mil. 1.

164 Terra uiuentium, ut est psal. 26. 51. sign. corpo pora uiuentium.

Lauret. in uoce terra.

165 Terra aliena, ut est psalm. 136. quomodo cantabimus Canticum Domino, in terra aliena sign. corpus animæ captiuæ per peccatum, siue sign. carnem rebellem spiritui.

Lauretus ut supra.

166 Terram quam possident mites, vt est Matthæi 5. & Isa. 1. sign. corpus gloriosum, Lauretus vt supra.

167 Terra gigantum, vt est Isai. 26. signifi. corpora malorum. Lauretus vt supra.

168 Terram tradi in manus impij, vt est Iob 9. sign. corpus permitti persecutoribus. Lauretus ut supra.

169 Terra exultans, ut est psal. 96. Dominus regnauit exultet terra, sign. carnem sanctorum.

170 Terra mota, signif. carnem profanorum, & corpus terrenum. Vnde & terra, vt est Thren. 2. Iob 28. & Abac. 3. sign. carnem cum suis desiderijs, & opera ipsius carnis.

171 Terra obliuionis, vt est psalmo octuagesimo septimo, sign. corpus peccatoris, qui obliuiscitur Dei, & qui a Domino derelinquitur, signific. etiam inferos, qui & sunt Terra miseriæ & tenebrarum, vt est Iob 10. Enchirid. quæst. in psal.

172 Terra dans fructum suum, vt est Leuitic. 26. signific. carnem cum suis desiderijs; vel significat opera ipsius carnis. Isych. in Leuitic. vigesimo sexto.

173 Terra dans fructum suum, siue germen suum, vt est Leuit. 26. sig. cor hominis, si suscipiat venientem super se pluuiam doctrinæ legis, & attulerit fructum suum. Origen. in Leuit. hom. 16.

174 Terra Saulis, ut est 1. Regum 13. significat cor boni discipuli, in quo fructificat semen prædicatoris. Lauretus in uoce terra.

175 Terra vbi apparent flores, vt est Cantic. 3. Ecclesiast. primo & Iob 31. significat mentem hominis fortis, & significat linguam doctoris, vel animam in qua incipiunt apparere, & vernare flores virtutum. Origen. in Cant. homil. 4.

176 Terra suauiter viuentium, in qua non inuenitur sapientia, vt est Iob 28. signific. animam eorum, qui huius vitæ voluptatibus pascuntur. Diuus Gregorius 18. Moral. vigesimo sexto.

177 Terram fodi ab equo. V. Equum terram fodere.

178 Terra quam inebriat Deus, vt est Psal. 64. sign mentem quæ non carnalium desideriorũ fluctibus agitatur, sed fixa cordis habilitate, veluti Terra non fluctuat. Richard. de xij. Patriarch. cap. 38.

179 Terra in quam proijcitur virga Mosis, vt est Exod. 4. sign. corda credentium. Lauretus in voce terra.

180 Terra non capiens Abraham & Loth simul, vt est Gene. 13. signifi. animam, quæ non potest simul habere & virtutes, & passiones.

Lauretus ut supra.

181 Terra repleta idolis, vt est Isai. 2. significat animam plenam hæresibus, & falsis

opinionibus. Lauret.

182 Terra ut est psalm. 146. signific. hominem ipsum. D. Basilius in psal. 82. & Arnob. psalm. 146.

183 Terra ut est primo Reg. 6. sign. homines simplices D. Gregorius in primo Reg. 6. & 10. mor. 10.

184 Terra ut Iob. 11. & 24. sig. massam humani generis Lauret.

185 Terra quam exaudit coelum, ut est Hose, secundo & Zacharia, octauo signific. homines in Ecclesia, qui doctrina irrigantur, & ipsi terra exaudit triticum bene operandos. Lauretus.

186 Terra orientalis ad quam abijt Iacob, ut est Genes. 20. sign. homines relinquentes vitiorum tenebras quaerentes opera lucis, ad quam terram D. noster Christus Iesus praefectus est. Lauretus.

187 Terra ut est psal. 13. sign. homines simplices, & minus perfectos, sicuti coelum signi. perfectos Lauretus.

188 Terra Domini ubi Deus conterit Assyrium, ut est Isai. 14. sign. sanctos, qui calcant Daemones.

189 Terram Iudae silere dies paucos, ut est 1. Machab. 7. sign. iustos aliquantulum quiescere a tentationibus. Lauret.

190 Terra ut est illud Iob. 31. si aduersum me terra clamat, sign. familiam. Lauretus.

191 Terra quae illud consumitur, ut est Iob quarto decimo significat homines, qui pericula non ferentes se labefactari permittunt. Lauretus.

192 Terra calcanda, ut est Isaiae. 42. signific. sapientiam carnis, quae proculcanda. Lauretus.

193 Terra Seon, ut est Numer. 21. signific. homines mundanos, & quae ad mundi voluptates attinent.

194 Terra qua implebantur putei, ut est Genes. 26. & 34. sig. sensus carnales, & cogitationes terrenas. Lauretus.

195 Terra in qua laborandum est, ut habeatur cibus, ut est. Genes. 3. & 4. sign. Veritatem, quae non facile inuenitur.

196 Terra in qua inuenitur hominis cadauer, ut est Deuteron. 21. significant sacram scripturam.

197 Terra fluens lacte, & melle, ut est Exod. 13. 33. sign. sacram scripturam sed peculariter Epistolas diui Pauli.

198 Terra cuius medulla erat comedenda a filijs Iacob, ut est Genes. 45. sign. legis literam, quae contineret medullam spiritualis intelligentiae. Lauretus.

199 Terra possidenda, ut est Isai. 57. signifi. sacram scripturam, quae erat intelligenda. D. Hiero. in Isai. 57.

200 Terra aenea, ut est Leuit. 19. fig. scripturam, quae a Iudaeis non intelligitur. Isych. in Leuit. 19. 26.

201 Terra quam dat Moses trans Iordanem, ut est Iosue terdecimo, significat legem datam antiquis patribus, & terra, quam dat Iosue citra Iordanem, significat legem Euangelicam, & perfectam beatitudinem a Christo Domino datam. Origen. in Iosue. hom. tertia decima.

202 Terra hostilis consumens Iudaeos, ut est Leuit. 26. fig. Euangelium confundens Iudaeorum errores. Lauret.

203 Terra seu lutum qua linenda est domus leprosa, ut est Leuitic. 14. significa. doctrinam ueram traditam erranti. Glos. inter Leuit. 14.

204 Terra promissionis, signific. sapientiae uitam, & Terra Iuda, sign. doctrinam ueteris, & noui testamenti, Philo de plantatione Noe. fol. 149. & D. Hieron. in Isai. 19.

205 Terra quam dat Dominus posidendam, ut est Leuit. 23. sign. doctrinam, & conuersationem Euangelicam. Isych. in Leuit. 23.

206 ut est Hoseae. primo sign. sensus terrenos, & humilitatem litterae. Lauretus.

207 Terra ad quam ueniendum est, ut est Genes. 13. signific. religionem in qua relinquuntur terrena omnia, & etiam voluntas propria. Lyra. in Henes. 12.

208 Terra Iacob ut est Genes. 30. & terra, quae non seminatur, ut est Hieremiae secundo, significat monasteria in quibus carendum est delicijs. Lauretus.

209 Terra a qua est egrediendum, ut est Genes. 12. sign. Sacrificia Iudaeorum, quae erant deferenda. Lauret.

210 Terra fructifera, quae uersa est in salsuginem, ut est psalm. 106. signific. Iudaeam in qua post Christum Dominum non inuenta est fides, non propheta, non sacerdos, non sacrificium, & non templum Diuus Augustinus in psalm. 106.

211 Terra ad quam reducitur Ioacob, ut est Genes. 28. signif. Iudeam, quae in fine mundi recipiet Christi Domini fidem. Lauretus.

212 Terra Salsuginis, ut est Iob. 39. fig. Iudaeam derelictam a Deo. Lauret.

213 Terra commota de loco suo, ut est Iob. nono. signific. plebem Israeliticam de Iudaeae finibus eiectam. Lauretus.

214 Terra Dauid restituta, ut est psal. 96. fig. Iudaea vel gentilitatem ad fidem uenientem. D. Augustin. in psal. 96.

215 Terra quam Deus dedit patribus Iudaeorum, ut est Ezech. 36. signifi. fidei confessionem, erat enim Iudaea, quae interpretatur confessio. D. Hieron. in Ezech. 36.

216 Terra de qua oriebatur panis, ut est Iob. 28. significant Iudaeam, quae legis uerba proferebat. Diuus Gregorius 18. moral. 19. & cap. 19.

217 Terra firmata super aquas, ut est psalm. 135. signific. fidem, quae est firma opinionibus. Lauretus.

218 Terra Chanaam, vt est Leuit. 14. sign. Gentilitatem.

219 Terra super quam stillant stillicidia, vt est Psal. 64. sign Gentilitatem, cui prædicatur fides. Lauretus vt sup.

220 Terra absque homine, vt est Iob. 38. sign. Gentilitatem absque prophetis. Diuus Hieron. Iob. 38.

221 Terra Madian ad quam venit Moses, vt est Exod. 2. sign. Gentilitatem, ad quam venit Christus D. per prædicatores. Lauretus.

222 Terra in quam cecidit Iob. vt est Iob. 1. sign. Gentilitatem ad quam inopinato venit Christus D. Gregor. 2. Mor. 35.

223 Terra Scissa fluuiis, vt est Abac. 3. sign. in gentilitate fluxisse flumina aquę viuę, per prædicatores Iudæa manente arida. Lyra. Abac. 3.

224 Terra Visionis, vt est Genes. 22. sign. hortum contemplationis. &

225 Terra Patrum vt est Genes. 31. & 48. sign. contemplationem spiritualium, & sacrum sermonem. Philo demigrat. Abrahæ.

226 Terra Viuentium vt est Isay. 53. sign. vitam pręsentem de qua abscissus est Christus D. a Iudæis. Lauretus.

227 Terra Salsuginis, vt est Iob. 39. sign. Vitam pręsentem, quia sancti viri quandiu in huius vitæ Tabernaculis degunt, ad supernam patriam desiderij sui quotidianis æstibus accenduntur. D. Gregor. 30. Mor. 25. & cap. 12.

228 Terra Sabáa vt est 1. Reg. 13. sign. vitæ præsentis peregrinationem Diuus Gregorius 1. Reg. 13.

229 Terra quam perambulauit Abraham, vt est Genes. 13. sign. virtutem. D. Ambros. 2. de Abraham. 7.

230 Terra vt est Genes. 1. sign. sensus ipsos, Philo. 1. Alleg.

231 Terra vt est Iob. 8. sign. actionem Terrenam siue infirmitatem actionis. &

232 Pro Terra Silicem dari, vt supra sign. pro infirma actione fortitudinem tribui. D. Greg. 16. Mor. 9. & cap. 8.

233 Terra Deuorans malos, vt est Exod. 15. sign. vitam & conuersationem Terrenam. Orig. Exod. hom. 6.

234 In Terra Scribi vt est Hiere. 17. sign. in peccati pœnam ad Terrena condemnari. Lauretus.

235 Terra vt est Gen. 19. sig. humanam vilitatem, & inutilitatem. Lauretus.

236 Terra quam comedit serpens vt est Genes. 3. sign. peccata & curiositatem. Lauretus vt supra.

237 Terra Chanaam vt est Exod. 13. sign. vitia.

238 Terra aliena, vt est Psalmo 136. sign. statum peccati.

239 Terra Citiorum vt est Isay. 23. sign. frigiditatem peccatorum.

240 Terra Aquilonis vt est Hiere. 3. sign. statum peccati vel Idolatriæ.

241 Terra in qua sedet filia Babylon, vt est Isay. 47. sign. operationem Terrenam.

242 Terram esse vsq; ad fenestras, vt est Ezech. 41. sign. occupationes terrenas implicare prælatos Ecclesiæ.

243 Terram Sichem esse in potestate, vt est Genes. 44. sign. libertatem peccandi esse alicui.

244 Terra quæ conuertitur in Picem & sulphur, vt est Isay. 34. & Ezech. 42. sign. Infernum. Lauretus vt sup.

245 Terra inimici vnde reuertuntur innocentes, vt est Hiere. 31. sign. Lymbum. Gloss. ord. Iere. 31.

246 Terra vt est Isai. 9. & 19. sign. hereticos, & deceptos ab eis. D. Hieron. Isai. 9. 18.

247 Terra Procul vt est Isai. 8. & Hiere. 17. sign. conciliabula hereticorum & Philosophorum D. Hieron. Isa. 8. & Ierem. 17.

248 Terra Chaldæorum, vt est Hierem. 50. signifi. homines superstitionibus, & auguriis deditos. Lauretus, vel vt est Isai. 23. sign. huius mundi prosperitatem & abundantiam. D. Hieron. Isa. 23.

249 Terra Philistijm, vt est Exod. 13. sign. tentationes dæmonum. Glossa Ordin. Exod. 13.

250 in Terram cadere verbum. vt est 1. Reg. 3. sign. prædicatorum vitam contemptibilem, efficere ut verbum proijciatur in terra. D. Gregor. 1. Reg. 3.

251 Terra turbata, vt est 1. Reg. 14. sig. subditorum humilitatem. D. Greg. 1. Reg. 14.

252 in Terram abscondere pecuniam, vt est Matth. 25. sign. gloriam nouæ prędicationis obtrectatione corporeæ passionis occulere. Diuus Hilarius in Matth. Cant. 27.

253 Terra quæ non satiatur aqua, vt est Prouer. 30. sign. auarum, qui non satiatur diuitiis. Beda in Prouerb. 30.

254 Terra quæ est Cymbalum alarum, ut est Isai. 18. sign. Antichristum. D. Gregorius 13. Moral. 7.

255 Terra quam hæreditabunt iusti, ut est psal. 36. sign. vitam æternam. Diuus Augustinus psal. 36.

256 Terra nostra quæ dabit fructum suum, vt est psalm. 84. sign. animam nostram. D. August. in psal. 98.

257 Terra, vt est psal. 134. sign. homines carnales. sicuti cœlum sign. homines spirituales. D. August. in psal. 134.

258 Terra Domini. vt

259 Terra nostra de qua egrediendum est, vt est Genes. 12. sign. carnem nostram de qua egredimur, quando carnales consuetudines deserentes Christi Domini vestigijs inhæremus. Milleloquium veritatis Diui Augustini in voce terra.

260 Terra omnis, sign. homines omnes in terra degentes. D. August. vt supra.

261 Terram promissionis non a Moyse, sed a Iosue impertitam fuisse populo Israelitico, sign. non per bonum naturæ, neque per legem litteræ, sed per Euangelicam gratiam originalia, & actualia crimina de Christianorum cordibus esse fugari. D. August. vt supra.

262 Terra sign. ipsam stabilitatem, quæ in Deo est,

est cum

est enim similitudo ducta, quia vt hæc terra visibilis exteriorem hominem nutrit, & continet, ita illa terra inuisibilis interiorem hominem. D. August. in psal. 1.

262 Terra sign. auditores qui debent pascere prædicatores. Diuus August. in psalm. 103. serm. 3.

263 Terræ excelsa calcari a Domino, ut est Mich. 1. sign. mentes sublimes a Deo sibi submitti, & sign. Philosophos mundi ad fidem conuerti. D. Hieron. in Mich. 1.

264 Terram pedibus calcare, vt est Iosu. 1. sign. Dæmones & vitia vincere. Origen. in Iosue. hom. 1.

265 Terram calcare, vt est Isa. 42. sign. terrena omnia despicere, & sign. etiam carnem subijcere. Lauretus in verbo calcare.

266 Terram conculcare, vt est Isai. 16. sig. superbis alios sibi subijcere, vt facit Diabolus, & hæreticus. D. Hieron. Isai. 16.

277 Terram esse in conculcationem pecoris, vt est Isai. 7. sign. sacræ scripturæ dari inutiles sensus, vt faciunt Iudæi, & hæretici. D. Hieronymus in Isai. 7.

278 Terra sitiens, vt est illud Isaiæ, & ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti, sign. beatissimam Virginem, ex qua nulla alia stirps, præterquam filius Dei nasci potuisset. Goropius in Hieroglyph. libr. 5. fol. 72.

279 Terræ, & maris nomina, sign. impios, vt est Apocal. cap. 12. væ terræ & mari. Rupertus lib. 9. cap. 26.

1 TERRAEMOTVS qui fiet in hora in qua cadet decima pars ciuitatis, & occidentur septem millia hominum, sign. conuersionem cordium illorum qui videbunt, & audient ea quæ venient sub sexto Angelo in tempore sexto. nam multi tunc fluctuabunt qui videbantur firmi in fide a qua cadent. & ciuitas illa sig. sanctam Ecclesiam, cuius decima pars cadet in terræmotu, & qui cadent erunt Clerici. quod sign. illud Danielis, & de eruditis ruent. sed si de illis qui habentur pro muris Hierusalem cadent septem millia, quid erit de illis qui sunt extra fabricam ciuitatis?

2 Terræmotus maximos, & pluuias grauissimas fuisse apud portam Flumentanam, plura ædificia a Tibride euersa, Cælimontanam fulmine tactam, lapides pluisse, Vespas innumeras in Templo Martis sese posuisse, quas tamen ignis absumpsit. anno ab vrbe condita 561. ante Christum Dominum 191. sign. Romanorum res dubias futuras. nam Minutius a Liguribus male tractatus, & Antiochus cum Annibale bellum Romanis indixit, tamen in Hispania bella Romana fœliciter facta. Iulius Obseq. Prod. 52.

3 Terræmotu ædificia apud Reate, & in ipsa vrbe primum grauiter concussa, & postea diruta, & lapides quibus viæ erant stratæ, disiunctos pontes, fluminum ripas dissipatas, voces infernales auditas esse, saxum dum è rupe præcipa ruerat in medio cursu hæsisse immobile, anno ab vrbe condita 678. ante Christum Dominũ 74. signif. Romanorum exercituum cladem a Sertorio inferendam. & infœlices euentus ipsorum Romanorum apud Medos in bello. Iulius Obseq. Prodig. 120.

1 Terminum in finitudinem & mistionem, à Platone poni supra essentiã idem alterum statũ, & motum quæ sunt rerum genera, & super terminum infinitudinem & mixtionẽ, vnum poni, sign. quod essentia sequitur ipsum vnũ & idem, & status sequutitur terminum, & alterum, atque motus sequuntur infinitudinem, & quod sicut in diuinis vnitas multitudinem, terminus infinitudinem, idem alterum, & status superat motionem. Sic in inferioribus omnino fit contrarium, vt quæ ibi superabunt hic vicissim superentur. Sed in animis potissimum æqualis euadit singulorum ad singula temperatio, vt non immerito Platonici animam tum rerum mediam tum rationibus musicis temperatam esse velint. Ficinus cap. 27. comp. Timæi.

2 Inter Terminos accubare, vt est Genes. 49. Isachar asinus fortis accubans inter terminos, sign. prestolato mundi fine requiescere, nihilque de his quæ nunc in medio versantur quærere. Diuus Gregorius 1. Mor. 17. & cap. 7.

3 Terminus quadratus ad cuius pedes sit fulgur, sign. prudentiam. Sebast. Frizzus fol. 263.

1 TESSERA quam scacherium, cum talis qui obtinerint priorem punctũ, & cum verbis, id arte corrigas, sign. modum quem tenere debeat homo, quando res non è sententia succedunt. Bartholomeus Tagius lib. 2. de arte Fabric. insig.

2 Tessera veluti Talus, in numis expressa, vt est in numis Alexandri Seueri, & Gordiani sign. liberalitatem Imperatorum, qua vtebantur ad populum, & ad milites, quod munus dicebatur donatiuum & congiarium. Gabriel Simeonius lib. de illustratione epitaphiorum antiquorum.

1 TESTAMENTI veteris lectio facta ante lectionem noui Testamenti, sign. quod vetus illud instrumentum diuina Iesu D. N. opera prænunciera, Nouum vero facta prædicauerit, atque illud quidem veritatem imaginibus texerit, præsentem vero illud ostenderit, illius enim prædictionum veritatem, huius effectus apperuit, & credi fecit, estque diuinæ locutionis operatio diuina complementum. D. Dionisius cap. 3. Ecclesiast. Hierar.

2 Testamenti veteris litera mysticè & spiritualiter intellecta sign. Testamentum nouum. Paulus Scaliger in oratione ad Pontificem. fol. 18.

3 Testamentum vetus sicuti commissum fuit populo Iudæo, significat. Testamentum nouum commissum iri populo Romano. Ioach. lib. 2. conc. vti test. cap. 7.

4 Testamenti veteris litera, sign. Deum patrem, & Testa

& Testamenti noui sig. Deum filium, & vtriusque intellectus, sig. Spiritum Sanctum. Ioach. lib. 2. cap. 9.

5 Testamentum vetus sign. tempus ab Adam vsque ad D.N.I.C. Testamentum nouum sig. tempus quod incipit ab Ozia, vsque ad consummationem sæculi. Ioachim libr. 2. cap. 9.

6 Testamentum vetus sign. populum Iudaicum ad salutem electum. Ioachim libro secundo cap. 30.

7 Testamenta duo vetus & nouum. sign. populos duos, Iudæum & Gentilem. Ioachim lib. 2. cap. 30.

8 Testamentum vetus sign. Deum patrem. Testamentum nouum sign. Deum filium. Intellectus mysticus qui procedit ab vtroque Testamento sig. Deum Spiritum sanctum. Ioach. libro secundo. Conc. vtriusq. Testam. cap. 2.

9 Testamenti veteris volumina per sex tempora prætaxata scripta fuisse, & noui per primum tantum tempus, sign. quod veteres semper manebant in tenebris, & semper indigebant ductore, in nouo autem Testamento gratia Domini nostri Iesu Christi, illuminat iter nostrum quod est in Spiritu nos contemplando peragere. Ioachim libro secundo, tract. 1. cap. 1.

10 Testamentum uetus ab Abraham vsque ad Iesum Christum Dominum nostrum, septem signaculis inuolutum, quia septem spiritualia prælia temporibus, & figuris distincta sub eodem Testamento scripta, & sub eodem consummata leguntur, quæ septem bella sign. in nouo Testamento, septem Ecclesiastica bella, & spiritalia sanctorum prælia atque labores. Ioach. Apoc. f. 4.

11 Testamentum quod Dominus dicit se consumaturum super domum Israel, iuxta illud, Hierem. 31. sign. vetus Testamentum commutandum in nouum nostrum. Franciscus Georgius Problemate quadringentesimo quinquagesimo primo, tom. 3.

12 Testamentum uetus in sanguine animalis comprobari, iuxta illud, Exodi 24. sign. illud Testamentum purgare hominem animalem. Franciscus Georgius Problem. quadringentesimo quinquagesimo tertio, tom. 3.

1 TESTES in sacris sign. virtutem sicuti euiratus sign. mollitiem & effœminationem. Valerianus folio ducentesimo quadragesimo sexto.

2 Testes Cœli a Saturno abscisi, & in mari deiecti signifi. Deum omnium rerum species conformasse, & præcepisse, ut coniugio quæque suo crescerent, & terram replerent. Valer. f. 346.

3 Testes sign. vim masculam. Goropius in Hieroglyph. lib. 4. f. 61.

4 Testis velox de quo Malach. 3. sign. Christum Dominum qui uenturus est, qua hora non putamus. F.G.P. 302. t. 3.

1 TESTVDO supernatans in aquæ summo, & radiis Solis percussa sign. hominem qui in potentior s alicuius potestatem peruenerit, vt in de nullum speret effugium. quod ipsa vehementiori solis radio percussa, adeo exsiccatur, vt in gurgitem demergi nequeat. & ita vel capitur, vel fame tabescit, quod ad capturam non posit descendere. Valerianus folio 200.

2 Testudo subdita Veneris pedi, signifi. Virgines domi custodiendas ac taciturnas esse debere. quod etiam de coniugatis dici potest. quod testudo nunquam egrediatur domum suam, & careat lingua. Valerianus folio ducentesimo. Vide Cartarius folio quingentesimo quadragesimo primo.

3 Testudinis cortex, sign. monimentum contra omnes incursus, quod a natura sit armata, ut non posit a quo uis ictu percuti. Valerianus fol. 200.

4 Testudinis abscissum sign. difficillime morientem, & si vulnera mortalia alte acceperit. quod in ea est tanta viuacitas, ut caput a corpore auulsum, si digitum in os inferas, illum mordeat. Valerianus fol. 200.

5 Testudo gradiens, sign. hominem pigrum, vel rei cuiuspiam tarditatem. quod tardissime pergat. Valerianus folio ducentesimo primo.

6 Testudinis caput cum domibus exortis sign. hominem maledicum, & mordacissimum, quod testudo ore omnino est omnium robustissimo. Valer. f. 201.

7 Testudo in numis cusa, signific. Peloponenses, quod eam in numis illi insignirent. Valer. fol. 201.

8 Testudo ab Ione interrogata, &c. V. Iuppiter decimo octauo.

9 a Testudine vinci uirtutem, & sapientiam. Prouerb. sign. pecuniam & nummos superare virtutem & sapientiam apud Peloponenses pecunia signabatur testudine. lege Valerianum fol. 201. & Aeneam Vicum libro primo, cap. 8. de nummis.

10 Testudo sign. Mercurium. Cartar. fol. 339.

11 Testudo libet hoc loco Symbolicum gestamen Antonij Besse Nigrini ascribere. Hic enim per necessarius meus professione scriba est, sed antiquitatis studiosissimus, & Italicæ Musæ cultor non pœnitendus, & qui se antiquissima stirpe ortum profiteatur, nempe Nigrina familia Romæ olim amplissima, vir prouidus iocundus, officiosus, & non vulgariter eruditus porro & gloriæ tam cupidus, quã qui cupidissimus, & proinde doctas amicitias auidissimæ complectitur, vt etiam in amicorum scriptis viuat & neruos omnes intendit, vt fortunæ humilitatem nominis claritate superuolet, suam hanc cupiditatem non illepido Hieroglyphico testari voluit, quod habet testudinem geminas alas rostro apprehendentem, & earum remigio in sublime euolantem, cum clausula, vt Tollar humo. Testudo sign. ipsum Nigrinũ ob animantis humilitatem & tarditatẽ,

quam in se ipso modeste nimis agnoscit. Alæ porro ipsę sign. ingenium, vt supra à nobis copiose demonstratum est, quare sententiæ summa hæc est: ego homo sanè nunc obscurioris & humilioris fortunæ proindeque tartardioris progressua ingenij alis innitor, vt tollar humo, vt clarus fiam. vt volitem per ora virum, quam eandem mentem habuisse & aperuisse videtur Maro cum dixit:

Tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo, victorq; virũ volitare per ora.

Lege Almusia. 1. tu vide Camillum de Camillis qui explicat copiosius hoc ipsum insigne.

1 TETRACTIS apud Pythagoram, & apud Orpheum, & Homerum Oceanus; & apud alios flumē in Paradiso Terrestri, ex quo fluũt quatuor flumina, & apud alios fluuiis Chobar, apud quem Ezechiel vidit quatuor animalia sacra, & quatuor Cherubin cum quatuor rotis, & apud Danielem Mare illud magnum in quo pugnabant quatuor venti, & quatuor magnæ bestiæ, & apud Platonem illa quatuor capita legis prouidentiæ diuinæ, & apud Aegyptios, hæc quatuor oculus baculus clypeus, & serpens. & apud Mathematicos, quatuor termini vnum, par impar, totum & reductio, sign. Tetragrammaton Iehoua. Farra f. 110. & 167. v. pyramis.

2 Tetractis etiam apud Architam Tarentinum, signif. animam humanam. propter quatuor terminos ad perfectionem illius attinentes diuinam sapientiam. Organicam dispositionem, appræhensionem sapientiæ, & ipsius animæ ad vnitatem diuinam reductionem. Farra Septen. fol. 215.

3 Tetractis est perfectio & comprehensio omniũ rerum, generatur a trinitate binario & vnitate, & generat cum vnitate quinarium, qui sign. ordinem animasticum, & reductionem cum proportione sesquialtera producit senarium, qui sign. perfectam cœli & terræ generationē, nam tres duo & vnus efficiunt sex, & si iungatur cum tribus dimensionibus suis videlicet vnius ad duo & duorum ad tria & trium ad quatuor, formas septenarium numerum ingenitum & immortalem, & si concepit seipsam in seipsa generat octonarium primum cubitum; quem si coniungat cum vnitate paterna generat nouenarium, sign. ordinem Angelicum, si vero euoluatus a potentia in actum, parit decenarium, qui sign. omnium rerum perfectionem. Farra sept. fol. 216.

4 Tetractis V. Anachrisis. 1. V. Pyramis. 14.

5 Tetractis apud Pytagoricos, sign. quatuor limites illos, quibus comprehenditur omne scibile, qui quatuor limites ab Hebræis Tetragrāmato comprehenduntur, & prima tetractis est puncti, seminis, & essentiæ, secunda est lineæ, pullulationis, & ipsiua esse. Tertia est planitiei, formæ & virtutes, quarta est corporis, compositi, & actionis, de quibus Paulus Scaliger lib. 2 cap. 19. de rerum causis.

6 Tetractis apud Pythagoricos, sign. nomen Tetragrammaton iuxta suæ disciplinæ morem, quam omnibus Diis ac Deorum virtutibus præferunt, & apud eos sign. perpetuæ naturę fontem in animos nostros manantem, & vt ostēdam: tetractim significare diuinam essentiam in carmine, quod vocant aureum Protulit ipse Pythagoras Tetractim in genere masculino, cum alias ipsi Pythagorici explicent ipsam tetractim per genus fœmininum, quasi numerum instrumentalem ad explicandum quaternitatem, & hac causa Pythagorici tetractim dicunt significare diuinam essentiam quę quatuor sunt quæ Deus habet a se, non in respectu ad causam, quam non habet prorsus, ipse enim omnium causa a nullo est: illa autem quatuor quæ Deus habet a se, sunt esse, vnum, verum, & Bonum, quæ ab aliis rebus non habentur a se sed ab aliis et pote à Deo prout a causa. Tu de hac re lege D. Hieronimum in Epistola quarta ad Damasum & lege Petrum Bōgum cap. de quaternario fol. 164. & 165. vbi probatur Deum esse plenissimam entitatem, indiuiduam vnitatem, solidissimam veritatem, & beatissimam bonitatem, & hæc esse Tetractim, quā Pythagoras vocabat principium semper fluentis naturæ, vel vt est apud Isidorum lib. primo cap. 1. de summo bono qui concludit in Deo substantialiter considerari quatuor. Bonitatem incorruptionem immortalitatem & incommutabilitatem, quæ quoniam in Deo substantialiter existunt, & de his forte Pythagoras erat instructus, ad hunc modum iurare solebat:

Testor eum numeri nobis arcana quaterni
Qui tribuit, verum causa fortisque perennis.

7 vel Tetractix per quam iurabant ipsi Pythagorici, sign. crucem Christi Domini, sicuti ipse numerus imaginem gerit Imperatoris humanati verbi. Crucis enim munimine Diabolus multis formis expellitur, & fraudulenta machinatione non præualet superare tentatum, quē habuit primi hominis suasione captiuũ. Crux est enim humilium inuictũ tutamen, superborum deiectio victoria Christi, perditio Diaboli, infernorum destructio, Cælestium confirmatio, mors infidelium, & vita iustorum, & hanc rem cognouerũt Aegyptij & Arabes, qui per crucis effigiem sign. spem salutis venturæ, & dicebant crucem habere summam potentiam, & esse omniũ Cœlestium virium atque intelligentiarum firmissimum receptaculum, quia ipsa crux sit figura omniũ rectissima, ratione Hieroglyphica quaternarium notans, ex quatuor lineis rectis ab vno puncto sese separantibus, & sit prima superficiei descriptio habens longitudinē & latitudinem, & dicebant eam cælestium fortitudine conspiratam, quia eorum fortitudo per rectitudinem quatuor angulorum atque radiorum resultat, suntque stellæ maximè potentes, quando in figura cœli quatuor obtinent Cardines, atque radiorum suorum in se inuicem proiectione crucem constituunt, & quia crux sign.

quaterna

quaternarium, id est ipsam tetractim, Ideo Latini antiquissimi Philosophi vtebantur cruce vt sign. denarium, nam quaternarius potestate continet denarium. Petrus Bongus ca. de quaternario fol. 165. & 166. Vel.

8 Tetractus per quam iurabant Pythagorici, sign. quaternarij potétiam absolutam, quod omnis perfectio quaternione absoluatur, nam quatuor elementa sunt in omnibus, sua tamen ratione competenti, in mundo Archetypo, elementa sunt Ideæ producendorum, in intelligentiis elementa sunt distributæ potestates, in cœlis elementa sunt virtutes, in inferioribus elementa sunt crassiores formæ, vnde Pythagorici mysticè per tetractim siue quaternionem iurare solebant. Vel vt ait Macrobius.

9 Tetractis per quam Pythagorici iurabant, sign. animæ perfectionem ad quam tetractis pertinebat. Nam cum Pythagorici in numerorum linearumque scientia plurimum versarentur, per Tetragonum rectangulum, sign. animam quamuis Architas non per Tetragonum sed per circulum eam sign. Bongus vt supra fol. 166. & 167.

1 THALAMVS Templi vt est Ezech. 40. sign. arcana contemplationis, sicut & cubiculum Ioseph. vel sign. requiem cælestis gloriæ. D. Hieron. in Ezech. 40. D. Bern. in cant. serm. 23. & 79. & Ruper. 2. super Ezech. 6. & sign. corpus ipsius Christi D. & sign. etiam beatam Virginem, quæ fuit Thalamus à quo processit sponsus, vt est Psal. 118. D. Ambr. in Psal. 118.

2 Thalamus à quo egrediendum est vt est, Ioel. 2. sign. locum voluptatis. Lauretus in voce cubiculum.

1 THALASII acclamatio in nuptiis, signific. omnium onerum communionem coniugatis ingeri, vt monerentur nihil tam graue alteri eorum euenire posse, ob quod legitimum matrimonium rumpere liceret, quod Christiani etiam in iugali contractu ab vtroque volunt spondeti. Thalassius enim in prima lingua dicitur Thallast, & interpretatur ad omne onus, vt sign. vtrunque coniugum monendos esse, vt sese pararent ad ferendum omne onus alter alterius. Goropius in Vertumno fol. 103.

1 THAMASTAS ausus ad certamen prouocare musas, vt est apud Homerum in catalogo nauium sign. Philosophia, qui nimium sibi tribuit in cognitione omnium scientiarum, & artium, & ideo fingitur à poeta eum priuatũ luce à musis fuisse, quod sign. illius imperfectionem in cognitione rerum. Fabius Paulinus Hebd. lib. 3. cap. 6.

1 THEMIDIS filiæ Eunomia, Hirene, & Dice. sign. tres proportiones in repub. seruandas musicam scilicet, Arithmeticã, & Geometricam. Vide proportio.

2 Themidem apud Iouem, ius apud Dicem, & leges apud respub. eodem ordine consistere apud antiquos, sig. nullum esse locum qui nõ indigeat iustitia. Scutelius in vita Pythagoræ.

3 Themidis tres filiæ, Eunomia, Hirene, & Dice, sign. tres proportiones Geometricam Arithmeticam, & Musicam, quas tres proportiones Plato appellat medietates. Geometria cõprehendit substantiarum multitudinem, substantialesque vnit processus. Arithmetica cõplicat alteritates primas, medias, & vltimas & eas in vnum coniungit. Musica vero amplectitur omnes identitates, & eas essentias in vnam cõtinet vnionem Georg. Venetus arm. fol. 92. V. proportio.

4 Themidem ex terra ortam esse, apud fabularũ textores, sign. illud Dauidis. Veritas de terra orta est. Nam vox Themidis dicta est à Teem voce primæ linguæ, quæ notat deorum & iustum, quod a veritate seiungi nequit. Goropius in fine libri noni Hermath. fol. 237.

1 THESAVRVM desiderabilem esse in habitaculo iusti, vt est prouerb. 21. sign. sapiẽtiam vel Deum in iusto habitantem. Lauretus in voce appetitus.

2 Thesaurum siquis inuenerit, & in aliquo alio loco eundem collocarit, & postea inuenerit illum in terram, vel stercus vel similia cõmutatum, sign. Thesaurum illum fuisse Pygmeorum aut Sylphiorum, qui illum conuertunt, vt homines deludant, tamen ad ignem præbendus est, sicuti fit in mineris & statim reuertetur in aurum Theophrastus lib. de occulta Philosoph. fol. 73. vide infra post vocẽ Thumar, vbi agitur de Thesauro.

1 THETIS & fixa palus, sign. aquam, quam Thales existimauit omnium rerum principium; cum sibi viderentur omnia animalis membra aqua nutriri, quæ aqua quasi in mundi Medi tullio residet, sicut in animalium corporis centro aqueus humor existens omnibus membris pabulum præbet. huius aquæ vis fœminea. id est patiens dicebatur Thetis, sicuti vis mascula, vel agens dicebatur Neptunus. Georgius Venet. f. 27.

2 Thetidem matrem, & Oceanum patrem, omnium esse ab Homero dici, sign. omnia influxu versari. Vide Oceanus. Ficinus in arg. Thæteti.

1 THET littera sig. nomen diuinum Sadai sign. numerationem nonam, sign. Angelos sign. infusionem, sign. declinationem, sig. subsidium, & sig. 9. Farra fol. 174.

2 Thet in Alphabeto primæ linguæ, interpretatur ipsum caput, cuius notitiam magister petit infundi suo discipulo ab ipso Spiritu sancto, ut sign. supremi capitis notitiam hominis totam absoluere felicitatem, omnis enim hominis felicitas est ipsius Dei cognitio. Goropius in Hieroglyph. lib. 11. fol. 173. & 175.

3 Theta littera quam Græci θ, vel ϑ, scribunt, & apud eos Arithmetice sign. nouem, & Symbolicè sign. mortem. Vnde Martial.

Nosti mortiferum quæstoris Castrice signum
Est operæ pretium discere Theta nouum. &
Satyrographius.
Et potis est vitium mortis præfigere Theta.

Et

Etillud.

O multum ante alias infœlix littera Theta.

Hæc littera propter numerum nouenarium, sign. infœlicitatem. & propter consuetudinē Romanorum sign. sententiam condemnatoriam ad mortem. nam iudices siue Quæstores criminum per tres litteras in tabellis inscriptas ostendebant opinionem suam. si iudicabant reum dignum mortis. in tabella scribebant Theta, si censebant reum innocentē scribebāt A, quo sign. absolu. si uero res nondum liqueret scribebant N L. idest non liquet. atque ideo ampliandum esse. & quia Theta scribebatur in cordis humani transfixi speciem, ideo in sepulchris scribebatur, ut sign. mortem. ex corde enim transfixo mors sequitur. & ipsa littera habet per medium telum, quod est mortis signum, & hac de causa apponebant hanc litteram ad nomina eorum, quos supplicio mortis affici vellent. Petrus Bongus cap. de nouenar. folio 243. & Isidorus libro primo, cap. 3.

1 NOMEN sanctissimum & indicibile Dei non fuisse manifestatum Abraham, Isaac, & Iacob. Sed Moysi, eo quod illi non duxerint oues suas in deserto ad pascendum sed ille, sign. quod nisi quis studeat longe fieri a tumultibus seculi etiam si alias iustus, & bonus sit, non posse tamen intelligere inuisibile Dei. Ioach. in Apoc. fol. 35.

2 Nomen hoc ineffabile est, i, e, u, e, secundum Ioachim: secundum vero alios Iehoua. Quod si scribatur distinctum per tres sillabas ie, eu, ue, quælibet earum habet suum plenum significatum, & vna quæque sign. personam diuinæ trinitatis, & totum simul, sign. ipsam trinitatem personarum, & vnitatem deitatis, & essentiæ, & quæ prima est, tribuit secundæ principium sui ipsius cum fine ipsius primæ, nam è quæ est finis primæ, est principium secundæ, & V. quæ est finis secundæ est principiū tertiæ, & I. quæ est finis primæ, & principium secundæ, est finis tertiæ sicuti, V. quæ est finis secundæ est principium Tertiæ, adeo quod in numero sunt 4. litteræ licet reuera sint tantúmodo tres. i, e, u, est enim è duplicata, non sine magno misterio: nam in prima sillaba sign. vim patris generantis, in secunda sign. proprietatem filij generati, in tertia sign. proprietatem spiritus sancti producti à prima & secunda. V. vero, quæ est in fine secundæ, & est principium tertiæ, sign. spiritum. S. a filio procedere, & vtrumque a patre, quod sign. e, quæ est in fine primæ, in principio secundæ, & in fine tertiæ, vel sign. patrem esse in filio & spiritu sancto, & filium esse in patre & spiritu sancto, & spiritum sanctum esse in patre & in filio. I. in i, e, e, u, u, e, sign. patrem, u, sign. filium, e, sign. spiritum sanctum, & ideo e, duplicetur quia procedit, & a patre, & a filio. I. sig. tempus, quod decursum est ab Abraham vsque ad Malachiā prophetam. e, sign. tempus, quod decursum est à Malachia vsque ad D. N. I. V. sign. tempus ab aduentu D. N. I. vsque ad conuersionem Israel, & e, quæ est quarta, sign. tempus a cōuersione Iudæorum vsque in finem seculi.

I. Sign. Moysem, qui fuit in tempore, quo data est lex.

E. Sign. Heliam, qui fuit in tempore Prophetarum, quod incepit à Samuele.

V. Sign. D. Ioannem Baptistam qui fuit in tempore aduentus D. N. I.

E. Sign. rursus Eliam, qui veniet in tempore extremo à conuersione Iudæorum.

1 TETRAGRAMMI nomen sanctissimū eas in se continet litteras, quarum quælibet sign. circularem numerum, ita quod illæ ipsæ litteræ contineant omnes numeros, qui circulares dicuntur, quod magnum mysterium, sign. omnium rerum generationis corruptionis, & vicissitudinis reuolutionem, vt scilicet omnia eo reuertantur, vnde processerunt Georg. Venetus arm. fol. 54.

2 Tetragrammi nominis 12. reuolutiones quas Hebræi hauaia dicunt, quæ sunt.

6	5	4	3	2	1
הויה	יהוה	והיה	היוה	ההוי	יהוה
12	11	10	9	8	7
ההיו	היהו	יוהה	הוהי	ויהה	והה

Sig. duodecim virtutes generales, quæ sunt in primo mobili, quæ influuntur in 12. signa cœli stellati, & illæ 12. virtutes habent vim suam ab illis duodecim reuolutionibus nominis sancti, & virtutes influunt in duodecim signa Zodiaci, quę postea per varios aspectus in sublunares productas res varie distribuuntur, prima reuolutio infundit virtutem suam in arietem secunda in Taurum, & sic de singulis.

1 IN THAMAR vtero apparuisse Geminos, vt est Genes. 38. sign. manifestationē vtriusque populi ad fidem venturi. Glos. inter. Genes. 38.

2 Thamar iussa comburi, vt est Genes. 38. & filia Sacerdotis in stupro deprehensa, vt est Leuit. 21. sign. Synagogam deturpantem Christum D. & vilipendentem, cuius rei gratia dissipata est. Lauretus in verbo accendere.

1 Thesauri absconditi, vt est Isai. 45. sign. sapientiam, quæ indignis non reuelatur. Lauretus in verbo abscondere. & Clemens Alex. Stromat. lib. 5. f. 259.

2 Thesauri arenarum absconditi, ut est Deuter. 33. sign. merita sanctorū, qui cum in hoc mūdo sint contemptibiles, quasi latēt inter arenas. Nicolaus Lyra, supra Deuter. 33. & Lauretus in uerbo abscondere.

3 Thesaurus absconditus in agro, ut est Matth. 13. sign. desiderium sub disciplina studij cœlestis. Lauretus in verbo abscondere.

4 Thesaurus Regis sign. Euangelium. Aemarus Hennequinæus lib. de ceremon. capite vigesimo secundo.

5 Thesaurus quem aperiet Dominus, ut est Deuteron. 28. sign. Ecclesiam, quam Dominus manifestauit

nifestaui

nifestam faciet in iudicio. Lauretus in uerbo aperire.

6 Thesaurum grandinis aspicere, ut est Iob 38. sign. cognoscere corda prauorum in bonum conuertendo. vel sign. tolerantiam, qua Deus sustinet malos. D. Gregor. 29. Mor. 10. 11. & 32. Mor. 3.

7 Thesauri vbi sint, si quis scire velit. Vide Loca ubi audiuntur.

1 THERSITES in simiam conuersus sign. fordi dissimos, & turpes uelle agere Heroas. Vide Anaxarete.

1 THESEI in laberintho fabula, significat artis Chimiæ magisterium. Nazarius somnio 3. cap. 14.

2 Thesei vela nigra & nauis; quando reuertebatur Athenas, apud Chimicos significant quandam pelliculam ad instar olei, quæ supernatat supra aquam materiæ lapidis philophici, quam Razes in lumine luminum vocat oleum, & hoc non solum in putrefactione materiæ, & sulphuris præparatione, sed etiam in vltima decoctione, nam sulphur dictum arsenicum totum, ut oleum eleuatur super suam aquam, & suum Mercurium. Et de hoc Ioannes de Rupe scissa. dixi quod posita calce mediante calore eleuabitur quædam pellicula in modum olei. Hanc pelliculam significat etiam nauis, qua Pirrha & Deucalion saluati fuerunt a diluuio. Ioannes Bracescus in libro de ligno uitæ folio 19. & f. 26.

3 Theseus ipse significat sulphur subtile, quod latet in ea pellicula nigra superius dicta. & Aegeus Thesei pater, significat aliud sulphur crassius dictum Mars, & Aegeum demersisse se in mare significat illud sulphur crassius incidere in aquam salis, in qua moritur nigrescens. Ioannes Bracceschus vt supra.

4 Thetis. Vide Peleus

5 Thetim indignatam, se Deam Peleo mortali matrimonio iunctam iecisse sex filios in ignem exurendos, & Achillem septimum a patre superueniente ex igne exemptum, & Chironi ad curandum traditum, sign. ignem omnia mortalia purgare, & quod mortale est absumere.
Valerianus folio trecentesimo quadragesimo tertio.

6 Thetis apud antiquos, sign. aquarum quasi fontem scaturientem. Oceanus enim sign. virtutem effectiuam aquarum, sicuti Achelous sig. virtutem earum aquarum, quas bibere possumus. Neptunus sign. virtutem, aquæ marinæ, & Amphitrites sign. uirtutem aquæ marinæ inquantum generat. sicuti Nilus apud Aegyptios. & Nymphæ signif. uirtutes particulares aquæ marinæ.
Georgius Venetus in Armon. Cant. 2. Tono 2. cap. 14.

1 THIATHYRA vna ex 7. Ecclesiis Asiæ, & in ordine est quarta, & interpretatur nomen eius, illuminata, significat ordinem Virginum, & sicuti est in ordine 4. ecclesia ita ordo Virginum passus est in quarto tempore ecclesiæ, de quo V. suo loco. Interpretatur etiam inflammata, vel viuens hostia, vel transfertur in hostiam, quæ omnes interpretationes sig. proprietatem virginum, sed tu aduerte quod dicitur in Apocalip. Angelo huius Ecclesiæ Deum positurum Iezabel in lectum suum, & eos cum ea, qui mechati sunt secum cum maxima tribulatione, quod euenit quando impiissima gens Sarracenorum contra illam Ecclesiam est missa completis à Domino nostro annis circiter sexcentis triginta. Vide Iezabel.
Ioach. in Apocalip. fol. 73.

1 THIMIAMA succendere in excelsis, vt est 2. Paral. 28. & Thura redolere Idolis, vt est Ezech. 5. sig. abuti donis Dei, vt sunt qui donis intellectus, & scientiæ abutontur ad defensionem errorum. Lauretus in verbo accendere.

3 Thimiama adolere, vt est Exod. 30. sign. orationes Deo offerre. Gloss. ordin. Exod. trigesimo.

3 In Thimiamate fuisse æquale pondus aromatum, est Exod. 30. sign. Christum D. æqualiter se obtulisse pro omnibus sacrificium. Lauretus in verbo æqualis.

1 THIRSVS hasta Bacchi. V. Hedera. 2.

1 D. THOMAS doctor Angelicus in harmonica mundi concordantia, sign. ineffabili grauitate D. Bernardum, amplitudine vero D. Augustinum. Georg. Venet. arm. fol. 27.

1 THORAX sign. munimentum, vitalia enim defendit vniuersi pectori circumfusus, aliquando etiam sig. virtutem, vnde Antisthenes nominabat virtutem esse solidum munimentum. Valerian. fol. 317.

1 THRACIA ad quã Aeneas digressus Troia peruenit, sig. auaritiã illam, quæ inde rapit, vnde minime conuenit. Lãdinus in Camalduleñ.

2 Thraciam a Marte coli. sign. habendi cupiditate bella plurima fieri.

3 In Thraciam Aeneam a Troia primũ nauigasse, sign. hominem, si in prima ætate a uoluptate, in qua regnat uoluptas, ipse discedat, facile in habendi cupiditatem, & id per uim, incidere. Land. ut sup.

1 THRONVS Dei sign. Ecclesiam generalem, sicuti illa quatuor animalia, leo homo vitulus & aquila, sign. quatuor ordines spirituales de quibus V. suo loco.
Ioach. in Apocalip. folio 204.

2 Thronorum ordo significat Saturnum propter multa, quæ inuicem habent Symbola de quibus.
Georgius Venetus, armon. fol. quinquagesimo nono. & sexagesimo.

3 Throni in harmonica mundi consonantia, sign naturam aqueam sicut & Saturnus.
Georgius Venetus, vt supra. fol. septuagesimo tertio.

4 Throni in archetipo, sign. filij Dei personam, & naturam aqueam, nam filius Dei est aqua supra mundana, quæ separata fuit ab aquis sub firmamento Georg. vt supra, nã & Throni sunt illæ aquæ quæ erant de super laudantes Deum.

5 Thronus quem sibi extruxit Salomon, vt est 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9. sign. beatissimam Virginem matrem Mariam.
Titus Prosper Martinengius in Theotocodia, cap. 29.

6 Thronus eburneus Salomonis, vt est 3. Reg. 10. sign. Christi D. Maiestatis altitudinem in nouissimo, & Tremendo iudicio. Cuius puritatem ebur. sign. & erat vestitus auro, quod sign. auream diuinitatis iustitiam tunc reuelandam. Sex gradus, sign. sex sententiis iudicium esse perficiendum illis scilicet Esuriui non dedistis mihi manducare, & duæ manus hinc atque inde, sign. iudicium, & misericordiam. Leones duo iuxta singulas manus sign. vtrobique fortem atque formidabilem iudicij veritatem, nam & a sinistra omnis iniquus condemnabitur, & a dextra vix iustus saluabitur. 12. Leunculi stantes super sex gradus, sign. 12. Apostolos, scilicet vniuersi iudices positos super condignas vtriusque manus retributiones.
Rupert. sup. 3. Reg. 21. Lauretus in voce Cathedra.

7 Thronus Dei, vt est Daniel. 7. sign. Custodes animarum, qui mutari locum minime permittuntur, & sic flamma ignis, quia diuinitatis præsentiam in se portant, & ardent. Lauretus, vt supra.

8 Throni similitudo, vt est Ezechielis. 1. & Psal. 44. sign. superiores spiritus cœlestes, qui throni dicuntur, & sign. sanctos, vel signific. regnandi potestatem. Diuus Gregorius in Ezech. hom. 7. Eucher. for. Epir. 3. V. Cathedra.

9 Thronus in prima lingua dicitur Troon. a Ter, quod signat calco & on, id est rotundum, nam Throni Angelici sunt sedes Dei, quæ est illa terra viuentium, quam Deus calcat, vt homo terram nostram, quæ terra elementalis ita dicitur, à ter, verbo antiquo calco, sicut & dicitur Troon, & hinc est quod terra Symbolicè, sign. tertium ordinem Angelorum, qui est Throni, quod autem Troon, sit sedes Dei patet per eius vocem Ichnæam, quæ est noort, qua in ipsa prima lingua notatur Aquilo, in cuius lateribus lucifer voluit ponere sedem suam oppositam sedi Dei, quæ per oppositionem litterarum dicitur. Troon.
Goropius in Hermath. lib. 8. fol. centesimo octuagesimo primo.

1 THVIAM dici arborem vitæ, sign. ipsam arborem diutissimè uel suam, vel aliorum, quæ ex se fiunt uitam conseruare. vel sign. in sacrificiis quibus odor huius arboris gratus erat, uitam mortalium custodiri. Goropius in Vertumno. f. 80.

1 THVNNVS sign. hominem Strabonem, uel qui prospectat oculis limis. ipse enim transuersa tuetur. Valerianus folio ducentesimo decimo septimo.

1 THVRIBVLVM super altare emittens fumum ad Solem qui supra stat, & duæ arbores quæ ferunt thus. Vna ex altera altaris parte, & altera ex altera. cum verbis, fragrat adustum, sign. hominem qui non ostendit uirtutẽ suam, nisi ab honoris desiderio accendatur. Ioannes Baptista Pittonus in insigni Academici Ardentis.

2 Thuribulum apponi solitum in solennibus missis, significare homines debere esse Christi bonum odorem, & orationes nostras dirigi sicut incensum ante conspectum Dei.
Aemarus Hennequinæus lib. de cæremonijs Missæ cap. 6.

3 Thuribula quæ sanctificata sunt in mortibus peccatorum in laminas ductiles facta, & altari circundata, vt est Numer. 16. sign. scripturam sacram, cui hæretici ignem alienum imponũt, cum sensum & intelligentiam alienam a Deo, & ueritate adducunt, qui sensus falsi, si ad altare Dei vbi ignis diuinus est, hoc est vera fidei prædicatio, facile ueritas ipsa ex falsorum comparatione refulget.
Gouschelius libro septimo. Elocution. sacrar. scripturar.

4 Thuribulum quod erat in medio operimenti, & veli Templi, quo licebat ingredi sacerdotibus, sign. Terram, quæ est sita in hoc mundo medio, ex qua oriuntur exhalationes, & ille locus medius qui erat intra velum, in quem locum soli Pontifici permissum erat ingredi statis diebus, & atrium exterius, quod patebat omnibus Hebræis, secundum aliquos sig. medium cœli & terræ, Vel secundum alios, signific. mundum intelligibilem, & mundum sensibilem.
Clemens Alexandrinus in Stromatum libro quinto, folio centesimo sexagesimo primo.

5 Thuribulum sign. cor humanum, quod debet esse apertum superius, & acutum ad suscipienda ea, quæ sursum sunt, & clausum inferius, vt non sapiat ea, quæ super terram sunt.
Michael Timotheus, in Missæ sacrif. Quæstione quinquagesima tertia, tractatu secundo.

6 In Thuribula esse ignem qui significat charitatem, & Thus quod significat deuotionem, siue orationem, siue bonorum operum exemplum, significat bonum opus, vel orationem ex charitate vltra omnia Thymiamata fragrare.
Michael Timotheus in Missæ sacrif. Quæstione quinquagesima quinta, tractatu secundo.

7 Thuriferarius qui antecedit ceroferarios, & alios omnes, significat significationem Thuris, quæ est oratio & deuotio in charitate, conuenisse sanctis vtriusque Testamenti, quæ

quæ duo sign. subdiaconus, & Diaconus, Subdiaconus sign. vetus, & Diaconus nouum. Durandus lib. 4. cap. 6. ration. & Michael Timotheus in Missæ sacrif. Quæstione 52. tractatus 3.

1 THVSCVS quod fuit cognomen Iapeti, qui & Ianus dictus est. in ipsius Iapeti lingua quæ & Adamica fuit, dicebatur Thut, Scouu, & sig. hominem qui accurate considerat, & attentè inspicit, tum quomodo sit sacrificandum. tum quomodo publica, & priuata sint custodienda. duplex enim digamma, quo carent Latini abiectum est, & usitata Romanis vocabulorum terminatio facta, & s. in locum eius substituta. Goropius in Vertumno folio trigesimo sexto.

2 Thus in prima omnium lingua interpretatur, prima & suprema custodia, quod signific. in omni sacrificiorum varietate primam & supremam custodiam, totam nimirum in amore diuino constituendam esse.
Ioannes Goropius in Vertumno folio trigesimo sexto.

3 Thus in sacris signifi. diuinitatem. nam aurum quod Christo oblatum fuit, signific. Christum Regem, myrrha significat Christum hominem mortalem. Thus uero signific. Christum Dominum esse Deum.
Ioannes Goropius in Vertumno, fol. trigesimo tertio.

4 Thus quatenus persanat vlcera omnia quamuis maligna, & medicis obstinatè resistentia, & ad difficillima quæque vulnera etiam cerebri membranarum consolidanda nihil eo præstantius inuenitur, sign. diuinum amorem qui animis nostris infusus lethale vulnus a Draco ne inslictum consolidat, nos cum eo colligans & uniens, qui solus animi ægritudines curare potest.
Ioannes Goropius in Vertumno, folio trigesimo quarto.

5 Thus sign. charitatem & amorem. Vnde iubetur in Leuitico, Thus integrum igni inijciendum. quod sign. charitatem & amorem, non distractum, sed integrum Deo habendum.
Goropius ut supra.

6 Neque Thus, neque oleum in sacris Zelotypiæ offerri, vt est Leuit. signific. amoris, & misericordiæ Symbolum ab eo excludi sacrificio debere, a quo omnis amoris exclusa est cogitatio. Goropius ut supra folio trigesimo quinto.

7 Thus alio nomine dici Libanum, signific. Thus esse Symbolum amoris, qui nos Deo alliget, atque deuinciat. nam liebbant in lingua Adami interpretatur amoris vinculum.
Goropius ut sup. f. 36.

8 Thus sign. amoris proprium esse hominum, animos nullo morbo corruptos diuino quodam furore accendere, atque ad eum modum reddere temulentos, quo Apostoli flammis spiritus sancti incensi ad populum publice bacchabātur. Nam si Thus ab integræ valetudinis hominibus largius sumatur, ebrietatem quandam & furorem inducit. Goropius vt supra. f. 34.

9 Thus, quod oblatum fuit à Magis Christo D. sign. virtutem orationis. Thus enim incenditur Deo iuxta illud: dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. D. Gregorius in Matth. cap. 2.

10 Thus super ignem positum, sign. gratiarum actiones, & oblationem, quod non solum sit Deo dicatum, sed quod multa, oculorum sanat ægritudines. Valerianus. lib. quadragesimo sexto, cap. Puritas fol. trecentesimo quadragesimo quarto.

11 Thus quod lucidissimum superponebantur. 12. panibus propositionis, sign. Apostolorum doctrinam, quam etiam sign. Sal. Valerianus lib. 46. cap. puritas, fol. 344. septuaginta interpretes ibi transtulerunt sal, cum deberent vertere thus. Sebone enim interpretatur Thus.

12 Thura adolere Diis, vt est 3. Regul. xj. signific. Dei donis abuti. Lauretus in verbo adolere.

13 Thus vt est in Psalm. centesimo quadragesimo ascendat oratio mea sicut Thus in conspectu tuo, signific. orationem, & deuotionem, & vt est Cantic. 4. & odor vestimentorum tuorum sicut odor Thuris.
Gouschelius libro sexto, Elocution. Sacrar. Scripturar.

14 Thus adhiberi cadaueribus fidelium, sign. defunctum creatori suo bonorum operum odorem obtulisse, vel signific. orationis auxilium prodesse defunctis. Michael Timotheus in Diuinum officium, quæstione 23. tractatus. nono.

1 THYRSVS Bacchi pro mucrone conū pineū habere, signific. in Bacchicis ceremonijs uitam conclusam, & occultam latere, conus enim pini sign. uitam seminum vniuersorum intus alētem, & ideo pinus erat sacra Cybelæ Deæ, quæ Cybeles nil aliud signifi. quam uim terræ conclusam sterilem illam quidem exterius, sed uitam intus seminum uniuersorum alentem. hanc uitam signific. conus, quæ uita non nisi mentis calore, diuinitus accenso referri queat.
Goropius in Hieroglyph. libro septimo fol. 104.

2 THYRSVS Bacchi sign. fidei baculum, cuius uita conclusa est & occulta, nec alia uia in apertum fructus suos prolatura, quàm si charitatis ignis accedens, quòd uitam suam firmis claustris intra secretos sinus tuetur, id multiplici, & vndequaque patente hiatu recludat, hic est feruor ille, qui nisi omnibus ijs, quæ vel Symbolis, uel Hieroglyphicis, uel sacris ritibus abdita delitescunt, uim suam validam benigne adspiret, nihil unquam ex eorum inuolucris capietur emolumenti. Goropius ut sup.

1 TIARA siue mitra, uel cidaris, qui erat pileus sacerdotalis ex bysso, signific. integram, & incolumem pudiciciam, propter fascias,

quæ id gestaminis præligatur, vel secundum Hesichium, sign. sapientiam, propterea quod in capite cerebrum sapientiæ est organum. Vide titulus. Valerianus libro quadragesimo primo, cap. sacerdos.

3 Tiaram de capite demittere apud Persas, signifi. gratiam reddere ei, qui salutauit. Heliodorus libro septimo Historiæ Aethyopicę.

1 TIBERIS inundatio apud Romanos, sign. malum Omen. Nam flumina vel imbribus, vel niuibus liquefactis subito aucta, vel a mari etiam, & uentis repulsa atque retorta, dum alueos suos egrediuntur, semper signifi. aliquid mali, non illud quidem diu post expectādum, sed eodem tempore, quo inundant præsens futurum. Goropius in Hermath. lib. 9. fol. 206.

2 Tiber, Tibris, & Tiberinus, idem fluuius in toto terrarum orbe celeberrimus, a Iapeto, siue a Noe eius patre primo Romanæ vrbis conditore, in prima lingua dictus est Tiuuer. Vnde Latinè Tiber, & Tibris, interpretatur defendens aliquid contra tempus. Ideo ipsius fluminis nomen, signific. Romam futuram æternam & stabilem contra omnem temporis iniuriam. Tiuueren enim in prima lingua notat contra tempus defendere, & a uoce Tiuueren factum est nomen Tiberinus, ut fluuij nomen esset rei conueniens. antiqui enim Ianigenæ imponebant nomina rerum proprietati conuenientia, & quia magnus Noe, & eius filius Iapetus, diuino Spiritu afflati præuiderunt illius loci futuram ditionem per totum orbem terrarum imposuerunt, & flumini, & vrbi ea nomina quæ sign. quod erat euenturum. Vrbis enim nomen in Ianigenarum lingua erat Room, vel Rom. quæ vox interpretatur iacto potentiam in quauis re perficienda, uel talis sum, cui magna est facultas ad quidnis prompte peragendum, ut sig. Romam habituram esse talem potentiam, de qua se præ cęteris omnibus, quæ vnquam forent, vel fuissent iactare posset. Vide. Romam ab Amiano. Goropius in Vertumno. folio quinquagesimo.

1 Tibicen expectare prouerb. sign. illos, qui in re peragenda cunctabundi sunt.

1 Tibiis & myrto Romanos vti solitos in oratione, sign. Tibias, & myrtum veneri sacras, vt Plutarch. in Marcello. Valer. fol. trecentesimo quadragesimo nono.

2 Tibiæ pani Deo attributæ, sign. sensum, pan enim sign. rectorem mundi sensibus. Valer. fol. 349.

3 Tibiæ sign. rei sacræ faciendæ tempus, nam sicut apud nos campanæ dant signum ita antiquis Tibiæ. Valerius fol. trecentesimo quadragesimo nono, & Thomas Porcacchius in funeralibus. fol. 9.

1 TIFACOVM apud chimistas sign. argentum viuum. Ioannes Garlandius.

1 TIFATAM apud chimistas, sign. sulphur viuum, dicitur etiam. Tusiari. Garland.

1 TIGRIS sign. Solem, quod tigris simul ac ortus erigit se ad Solem adorandum. Valer. fol. octuagesimo quarto, vel etiam propter velocitatem.

2 Tigris sign. animos indomitos, & efferatos, quod hoc animal sit tale, vt poetæ ad indicandam alicuius immanitatem dicant hircana Tigrides illi admouisse vbera. Valer. fol. octuagesimo quarto.

3 Tigrides Bacchi Currui adiunctæ, sign. ferociam emollitam, quod vinū animos feroces, & iratos qui per tigrides significantur, vino emolliantur. Valer. folio octuagesimo quarto.

4 Tigris lacerans equum, sign. vltionem, quod Tigris ablatis ab venatore filiis, & eo in nauim ingresso, eum non possit in hominem sæuit in equum. Valer. fol. octuagesimo quarto.

5 Tigris sign. pernicitatem, quod animalium, sit velocissima, vnde nomen trahit. Valer. fol. 85.

6 Tigris signifi. amorem charitatem ac pietatem in filios, propter historiam, quomodo a venatoribus eripiantur filij tigridi. Valer. fol. 85.

7 Tigris audiens timpanum, signific. musicæ hostem, & à musis aucrsum ingenium, quod Tigris audito timpani sono adeo insaniat, vt se ipsam fœde dilaceret. Valer. fol. octuagesimo quinto.

8 Tigris & leo inter se se lacerantes, sign. feros mutare cœlum, sed non animos, quocumque enim crudeles eant, sunt tamen feri. Sambucus fol. 204.

9 Tigris vel pardalis ad radices montis Parnasi, quæ videatur ad fumitatē ascendere velle, cum verbis, te innita, sign. hominem, qui vel spreto labore, vel victo quocunque vitio ascensum ad honorem remorante, tandem amplectitur virtutem per patientiam & constantiam honorem, & landem adepturus. Ioan. Baptista, Pictonus in insigni. Horatij Thienis.

10 Tigris fluuius, sign. fortitudinem, quod sicut Tigris velocitate omnes alios fluuios euincit ita fortitudo pernici quodam cursu concita obstantia quæque demoliri atque prosternere videatur. Valer. fol. centesimo quinquagesimo quarto.

11 Tigris animal, sign. sacra secularia. Erizzus. fol. 173.

12 Tigris sign. Baccum. Choulus. fol. 122. Philippus, & Halienus.

13 Tigris fluuius, sign. aerem patris Dei, quem vocant auir, a quo prouenit, & emanat or. id est lux illa de qua Ioann. erat lux vera, vnde in auir remanet Iod, quæ est littera quæ sign. paternam proprietatem alteri non cōmunicabilem. Euphrates vero fluuius alter è Paradiso egrediēs, sign. igniuomum spiritum, qui volitabat super aquas eas, cōfouendo ad genitură omniū viuentiū. Gihon fluuius tertius Paradisi què Nilū vocāt, interpretatur pectus sig. aquā

quæ sine pedibus graditur, & currit super pectus suum, & hęc aqua sign. verbum & filium, aut virtutem eius, qui dicitur aqua sapientiæ salutaris egrediens è voluptate quamlibet pater intelligendo seipsum, nam tunc verbum, & filium producit, phison fluuius Paradisi & fons omnium aliorum sign. Terram, quæ & ipsa sign. essentiam diuinam, nam tres fluuij superiores Tigris sign. patrem, Euphrates sign. spiritum sanctum, & Nilus sign. filium, & Phison sign. ipsam diuinitatem, & ipsam Dei essentiam. Franc. Georgius Problemate. 485. 486. 487. tom. 6.

1 TIMON Cadens de Piro, & crura sibi frangens nolens tamen quemquam in auxilium petere, sign. hominum osorem sæpe pati multa sæua vulnera. Sambucus fol. 126.

1 TIMOR de quo Rabinus Simeon ben Ioachai, cum dicit in Genes. cap. 17. & quoniam declaratum est quidnam esset Timor iste, declaratum est ratione fortitudinis, illarum scilicet fortitudinum, quæ venerunt in latus sinistrum fœminæ, & coniunctus est fœminæ in loco vno, signauit autem siue potius resedit primo in membro illo occulto, quod est in cunctis fœminarum corporibus, locus vero ille appellatus est matrix, estque apud omnes occultus, est autem matrix hæc fabrefacta, vt incorporaretur in ea Timor hic, qui etiam appellatus est misericordia, coniungeretur que fortitudini illi, quæ comprehendit quinque fortitudines, sed & misericordia hæc quinque cõplectitur misericordias, misericordia a dextris, fortitudo a sinistris, veniet hæc in hanc, & vocabitur homo, qui complectitur singulas partes, id est cuncta attributa, qua propter omnibus coronabitur in perpetuum, donec permaneat rex antiquus antiquorum, ædificabit autem mundos, & concinnabit adornatus, vt resideat fœmina pro incorporatione. Nec perfecti erunt donec quiescat in illa misericordia altissima, firmus vero erit & incorporabitur coneurne hic timor, qui etiam misericordia vocatus est. Hæc rabinus ille, quæ verba sign. Deum diei timorem, & sign. verbi diuini incarnationem, & sign. præparationẽ Beatissimæ Virginis, vt dignum Dei tabernaculum fieret. Galatinus, lib. 3. cap. 1. V. mundum superiorem.

2 Timor in sacris literis sign. Deum iuxta illud nisi Deus patris mei Abraæ, & Timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me demisisses, & paulo post iurauit Iacob per timorem Isaac patris sui. Abbas Ioach. in Psalter. 240. fol.

3 Timor sign. particulariter etiam personam patris iuxta illud: initium sapientiæ est Timor Domini. Ioach. f. 240.

4 Timor in homine apud D. Augustinum sign. virtutes, quæ sunt intelligentiæ separatæ. Georgius Venetus armon. folio quadragesimo secundo.

5 Timor Domini beatitudo, & initium sapientię in sacris litteris sunt synonima. Gouschel. lib. 1. Elocut. sacr.

6 Timor, vel eius afflatus. V. Abyssus trigesimo primo.

7 Timoris & iudicij, & iustitiæ effectum, & proprietatem attributam fuisse Isaac. V. Abraham 106.

8 Timor & pœnitentia. V. Ala. 20.

9 Timoris compunctio. Vide Altare 43.

1 TIMPANA duo vnum ex pelle ouilla, & alterum ex pelle lupina. & ambo pulsata, sign. naturales inimicitias, etiam post mortem remanere. Nam ferunt timpanum ex ouilla pelle silere, vel harmoniã amittere pulsato lupino. idem dicunt euenire in fidibus, ex visceribus ouis, & lupi in cithara extensis. Si enim cithara quæ habet fides lupinas pulsetur, statim citbara habẽs ouillas fides, amitrit harmoniam. Alciatus Emblemate centesimo septuagesimo.

1 TIMOTHEO Atheniensi dormienti fortunam dare signa militaria, sign. fortunam in re militari plurimum posse. Timotheus enim in militia fuit satis fortunatus. Costalius Pegmate 100.

1 TINEAE, & vermes qui tentant inhabitare vas nostrum, vt est apud Zoroastrem, sig. malos spiritus, qui libenter occupant corpus nostrum, data peccati occasione, quorum pater est Hazazel, & Lilit. Franciscus Georg. Problem. 476. tom. 5.

1 TIN, apud Chimistas sign. sulphur. Ioannes Garlandius.

1 TINGERE apud Chimistas significat tingendo Tinctum in suam naturam transformare, & secum sine vlla separatione permanere. Clãgor buccinę in cap. operis inceptio. & tingendum est cum auro, vel argento, & non cum alio. Correctio fatuorum cap. 10.

2 Tinctura apud Chimicos sign. lapidis, ignis, & aeris, auri, vel argenti compositionem. vel sig. compositum quoddam ex igne, & aere, auri, vel argenti, vel sign. corpus tingens ortum, & compositum a duobus Elementis, scilicet ignis & aeris, auri ad rubeum, & argenti ad album. Clangor buccinæ cap. operis inceptio.

1 TINTINABVLA in tunica Summi Pontificis sign. tonitrua. Ioseph. de antiq. libro tertio, cap. 11.

2 Tintinabula septuaginta duo, quæ erant in tunica Summi Sacerdotis, sign. 72. Principes, qui præerant 72. populis totius mundi, per illa tintinabula excitandos ab ipso Pontifice ad diuina. Vide Archangelum Burgonouensem in Cabalisticis dogmate. 1.

3 Tintinabula 72. in lymbo tunicæ Summi sacerdotis, quæ illo ingrediente, vel egrediente sanctuarium, sonitum emittebant, sign. Sacerdotẽ assidue vocalem esse debere, nũc docendo, nunc arguendo, nunc exhortando sæpissimẽ etiam consolando, &c.
Valerianus folio trecentesimo quadragesimo nono. V. Canis.

4 Tintinabulum sign. prædicationem, & institutionem D. Gregorius lib. 1. epistola 24. Talerianus fol. 349.

5 Tintinabula 72. aurea, quæ erant in lymbo vestes sacerdotis Hebræi, interposita in totidem poma punica, siue malogranata, sign. splendorem bonorum operum rectam, scilicet in Deum fidem. sicuti Malogranata, sign. probatam in hac vita conscientiam. Gregorius Nissenus in vita Mosis.

1 TIPHERET mansio Iacob in qua debebat regnare ipse Messiam. v. Aleph. 8.

2 Tipheret & Malchut, coniungi in voce Amen. V. Amen. 9.

1 TIPVLA sign. leuitatem qualem Vergilius describit de Camilla. quod id animal currat super aquam, & nunquam desideat. Valerianus fol. 194.

1 TIRANNIS & immanitas. Vide Aeneas 38.

2 Tirannus & rapax. V. Anaxarete. 1.

3 Tirannus. V. Achæmenides. 1.

1 TIRESIAS qui duos serpentes concumbentes vidit, & eos virga cum percussisset in fœminam conuersus est. rursusque post temporis seriem, cum eosdem itidem concumbentes vidisset, & virga percussisset in pristinā virilē naturam est conuersus. sed cum Iuppiter, & Iuno de qualitate amoris contenderent, Tiresiam iudicem fecere, qui dixit virum tantum tres amoris vncias habere, & fœminas nouem, qua sententia irata Iuno ei oculorum lumen ademit, Iuppiter vero diuinationem præbuit, signif. temporis modum. Nam illum fuisse marem, quando primo percussit serpentes coeuntes, sign. tempus vernum, quod masculinum est, in eo enim clausura soliditasque est germinum. cum vero percussisset virga animalia coeuntia, factum fœminam, signific. tempus in æstatem transisse est fœmina, & feruore caloris, quem sign. virga percutiens, omnia patefacit, & aperit, tum in folliculis tū in fœtura, in æstate enim omnia penè pariunt, & aperiuntur.

2 Tiresiam vero secundo inuenisse eosdem serpentes, & eos percussisse, & in uirilem formā redisse, sign. quod duo sunt concipiendi tempora Veris, & Autumni, in Autumno quod tempus est masculinum, & constringit animalium, & virentium venas, & hoc sign. illum redisse rursus in marem.

3 Tiresiam quæri arbitrum à Ioue, & Iunone, id est igni, & aeri. & iudicium rectum fecisse, sig. in fructificandis germinibus aerem, quem significat. Iuno duplam materiam, & ignem simplicem præstare: nam aer fouet in glebis, producit in foliis, & grauidat in soliculis, ignis vero tantum maturat in fructibus.

4 Tiresiam vero cæcatum a Iunone, signific. quod tempus in hieme aeris cæca caligine obtenebratur.

5 Tiresiam vero a Ioue diuinatione donatum, sign. quod calor occultis vaporibus conceptionem futuri germinis subministrat. Fulgentius lib. 2.

6 Tiresiam a Pallade obcæcatum fuisse, eo quod vidisset ipsam nudam, sed postea ab eadem donatum vaticinio, sign. hominem qui intellectu cōtemplatur pulchritudinem Idealem, quam sign. Pallas, aqua procedit omnis sapientia sincera, & non uestita, vel tecta materia, fieri ad sensibilem pulchritudinem cæcum, sed pro oculis corporeis vti intellectualibus, quibus nō tantum præsentia, sed etiam futura perspiciat. & hanc rem quoque sign. Homerus, qui visa Achillis vmbra, obcæcatus est oculis corporeis, sed afflatus fuit furore poetico, in quo consistit omnis, & plena intellectualis contemplatio. Ioannes Picus in lib. 2. cap. vigesimoquinto commentar, in Cantilenam Hieronymi Beniuienij.

7 Tiresias apud chimistas, sig. Armonicum.

1 TITANES sign. Iudicium Temerarium, & repugnans naturæ, ex quo secuntur perturbationes, quam rem sign. ventos esse filios Astræi, qui fuit vnus ex Titanibus, & venti, sig. perturbationes, ex quo Neptunus apud portam increpitās Euro, & Zephiro vocat eos ex Titanum sanguine prognatos. Landinus. 3. Camaldulintium.

2 Titanes in Tartaro cruciari, vt est apud Virg. sign. impietatem in Deos æterno supplicio dignam. Land. 4. Camal.

3 Titanes sign. Dæmones præfectos genituræ, qui a Iunone, id est processionis generationisque cura laniare Dionisij membra traduntur, tu lege Rhodiginum lib. 4. cap. 14.

4 Titanem fuisse fratrem solis, sign. Titanem fuisse virum sagacem temporum, anni obseruatorem diligentem, & scientem, ac præcedentem, quando auctiora Sol faciat semina, & arborum percoquat fructus, ex quo habitus est solis frater. Rhodig. lib. 13. cap. 17.

5 Titanes voluisse in cœlum ascendere, & Iouem de regno deiicere, & illud sibi arrogare, sign. Titanem, & eius filios fuisse astronomiæ peritos, & negociorum agendorum maxime expertos, ex quo homines opinati sunt illos sibi cœlum vsurpare voluisse. Pausanias in Corinthiacis.

6 In Titanes fulmen à Ioue missum, sign. Diuinarum rerum scientiæ desideriū a summi Dei bonitate in hominum mentes immissum, cum scilicet diuina bonitas ad se rapiat homines diuina scire cupientes.

7 Titanem apud Orpheum existimatum esse Saturnum, siue tempus, sign. omnia ex tempore nasci tamquā mortalē facultatem superatura, cœli tamen calore paulatim victa intercidere, cedereque diuinis illis sempiternis corporibus quibus velle oppugnare seque æquare videbantur, nam Titanes, sign. res humanas, & Iupiter, & alij dij sign. virtutes diuinas.

8 Titanem & terram coniuges esse, sign. ex sole, terra omnia euidentius nasci.

9 Titanes sign. Elementa, quæ terrestre quiddam

& crassum

& crassum intra se continerent, quæ vi corporum superiorum inferius assidue detrudantur. Natalis Comes. lib. 6. cap. 20.

10 Titanes ob conceptionem ac deuorationem membrorum Dionysij, fuisse ab Ioue tactos de cœlo, sig. Titanes fuisse conuersos ad cœlestia, quod vero Titanibus ardentibus enati ferantur homines sig. ex Titanum diuina cura homines in lucem prodijsse uitalem, qui ea de causa Dionysiaci nuncupentur, ut qui ex Titanibus uideantur nati, quos Dionysij membra pauerant. Rhodigin. lib. 4. cap. 14.

Titar apud Chimistas sig. boracem. Ioannes Garlandius.

1 TITIO ardens cum duobus vasculis aqua susque deque repletis fuit Symbolum Galeatij vicecomitis 2. Mediolanensium ducis, signifi. in eius potestate esse uel ignem, vel aquam ferre, uel forsan sign. animi passiones in homine cœlesti beneficio ductuue rationis extingui. Vel sign. eius ducis magnanimitatem, qui quendam illustrem flandrum idem insigne gerentem monomachia gloriose superauit, unde illud Symbolum erat Throphæus quidam de hoste deuicto. Paradinus lib. de Symbolis Heroicis folio quinquagesimo quarto. Habet titulum. Humentia siccis.

2 Titiones fumigantes, ut est Isa. 7. sig. sapientiam secularem, & hæreticum sermonem. Hiero. Isai. 7.

Tithimalus. V. Aldebsram. 1.

1 TITVLOS erigi prohibitum fuisse sign. non quosuis titulos sed Idola prohibita esse. F. G. p. 270. col. 2.

2 Titulus siue tutulus, quod erat ornamentum capitis in sublime surgens purpurea uitta redimitum, sig. sacerdotium. Valer. fol. 303. V. Cyrbasia. 1. V. Cybres. V. liber.

13 Titulus in cruce Christi Domini triplici Idiomate, Hæbraico, Græco, & Latino illum Regem profitens, sign. ab Hæbreis Græcis, & Latinis Christum Dominũ fuisse prædicandum, & credendum verum Regem.

Rupertus lib. 12. cap. 20. de victoria verbi Dei.

1 TITIVS, cui vultur arrodit iecur, sig. amantes, quibus curæ semper sunt molestæ, & præsertim abrodunt Iecur, quod est amoris sedes.

Equicola lib. 4. de natura amoris, & Geor. Venet. Arm. fol. 117. V. Iouem inchoare amorem, quem Venus perficit.

2 Titij vultur arrodẽs Iecur. sig. cõscientiæ cruciatum, qui uelut seuissimus scelerum vindex, quæ flagitio obnoxia sunt intestina, assidue rimatur, & dum commissa in mentem reducit, in intima præcordia corrodit, curasque assidue excitat, nec respirandi spatium præbet. Land. 4. Camaldul.

Toe, & Too. V. O. B.

1 TITHONI coniunx, quam fuisse Auroram fingunt Poetæ, media inter tenebras, & lucem sed tenebrarum finis, est lucis initium; fuit insigne illius Comitis Balthassaris Castilionei, cuius uirtus tum in litteris, tum in armis tanta fuit, vt non immerito, sed optimo suo iure, sibi Auroram sumpsisse uideri possit. Id enim fuit insigne. Mulier quædam stans in curru, & hastam in dextera tenens, currui ipsi à bigis tracto, iuerat ab equorum exterioribus lateribus hinc, & inde genius, suum quisque moderans equũ. Verba erant TENEBRARVM, & LVCIS, insigne profectò eo viro dignum, vt Nomisma indicat, in quo illud insculptum erat, & quod ad me misit Antonius Beffa Nigrinus Publiciæ Vicecamerarius inter doctos ætatis nostræ politissimus scriptor, & Castilionensi familiæ maximè addictus, significat (inquam) hoc insigne hominem, qui animi sui tenebras tentet in lucem cõuertere. Est enim homo, vt nos in quinto Aenigmate demonstramus. Res vndique lucida, res vndique obscura; est media quoque tum lucis compos, tum cassa. Mens enim tota est lucida, sensualis uerò hominis pars tota est tenebrosa. At rationalis est in meditullio, & quasi collimitio posita, & hanc significat Aurora. Genius sinister sign. tenebras, idest sensus; & dexter sign. rationabilem opinionem, & quod vterque genius uidetur curam habere equi, quem tangit, sign. affectum, vel sensualem, vel rationabilem à sensu, vel ratione duci. Equi enim significãt affectus ille sensualem, & ille rationabilem. Aurora nimirum propriè non est lux, sed initium quoddam preuium lucis; neque propriè est tenebrosa, sed tenebrarum veluti extremus finis. Proprium etenim est hominis officium, sensus ad rationem, & rationem ad mentem, & mentem ad Deum conuertere, & talis, ut ego reor in hoc insigni fuit egregij illius uiri intentio. Verba enim tenebrarum, & lucis, id mihi signare uidentur. & quando huius tam illustris familiæ facta est mentio, operæpretium facere mihi uideor, si illius Gentilitium insigne totum mysticum, ac Symbolis refertum hic quoque apponendum curem. Leo candidus in area rubea sinistrorsum repens, pede anteriori castrum aureum tenens, cum verbis: Diligam te Christe fortitudo mea; fuit, & est insigne gentilitium huius tam illustris Familiæ comitum castilionensium. Inter quas splendet comes ille, de quo supra vere illustris Balthassar author, vt materno sermone aiunt, Cortegiani, libri nimirum illustrissimi. In quo relucet perfecti aulici forma, sed hac nostra tempestate viget, & excellit eius filius Comes Camillus, splendor patris, & familiæ, ad viuum referẽtes non solum id, quod pater in mente prius, & postea in cartis elegantissime formauit, & finxit: sed quicquid emunctum litteris, quicquid in armis strenuum actu, & ad unguẽ præstat; & unà Balthassar alter eques Diui Stephani, & prior Mantuæ primus; & Christophorus Dux Velitum custodiæ personæ Serenissimi Mantuæ, & Montisferrati Ducis, fratris ambo Patres, & Aui simuliũ Heroicam uirtutem æmulantes. leo inquam candidus sign.

Christum

Christū D, qui & leo, & candidus, & dilectus dicitur, propter Diuinitatis splendorem. Color rubeus in area sign. dilectionem, & charitatem. Castrum sign. fortitudinem, & generositatem familiæ. Color castri aureus sign. ex fortitudine Christi D. prouenire consolationem, & iocunditatem. leo est simster, eo quod castrum sign. Christi fortitudinem uelut io manu sua: & ordine significationis leo debebant castrum aspicere, & esse eo habitu, ut significationem, & ideo ipse leo uidetur repere. figuræ, & colores conueniunt cum uerbis, & uerba cum figuris, & coloribus, & sign. piam fortitudinem familiæ; & quodammodo castrum, & leo referunt cognomen castilioneum. Tu lege librum inscriptum il castiglione æditum ab Antonio Beffa Nigrino fol. 98. & 99. lege etiam, si nō te piget laboris, ea, quæ nos de Aurora, & quæ in Aenigmate quinto, & quæ de Icone conscripsimus, & aperte cognosces, quanto meliora, & diuiniora his paucis, quæ huc cumulamus, dici possint, quæ feliciori ingenio tractanda relinquimus.

1 TOBIAS proficiscens ad Medos, ut est Tob. 6. sign. Christum Dominum transisse ad gentes. Idem signific. D. Petrum transisse a Iudęa ad Gentes, ut est actorum. 12. & D. Paulum, & Barnabam trāsisse in Seleuciam, ut est actorum 13. & D.N.I. Christum transisse a Hierusalem in Bethaniam, ut est Matt. 12. Lauret. in verbo abite.

2 Tobias lauans pedes, ut est Tob. 6. signific. Christum fuisse lauaturum pedes discipulorum, qđ sign. Christum D. fuisse mundaturum discipulos suos a peccatis venialibus. Lauret. in uerbo abluere.

3 Tobias adducens aliquos de tribu sua ad conuiuium, ut est Tobię. 2. sign. Christum D. vocantem aliquos ex Iudæis ad fidem. Vel sig. prælatum inuitantem ad mysteria fidei. Liran. Tob. 2.

4 Tobias apprehendens branchiam piscis, ut est Tob. 6. sign. Christum separantem nequitiam diaboli ab his, quos ipse sibi corpus fecerat. Glos. ord. Tob. 6.

5 Tobias attrahens piscem in siccū, ut est Tob. 6. sig. Christum D. detegentem astutias Diaboli. Lyra. Tob. 6.

1 Toga sign. ciuem Romanum sicuti Pallium, sign. hominem Græcum, vnde Palliatæ, & Togatæ Comediæ dictæ. Valer. fol. 295.

2 Toga sign. virum illum, qui ciuilia negotia tractet. Valer. fol. 295.

3 Toga sign. pacem, vnde illud Ciceronis cedāt arma Togæ. Valer. fol. 295.

1 T O H V in Genes. cap. 1. sign. primam omnium corporum hypostasim, & interpretatur admirabile seu inane, & est ipsa materia, sicuti Bohu est forma & interpretatur, quod illud est. Archāgelus de Burgo nouo in Apollogia contra Petrum Garzam.

1 TOLISTOBOGI populi cognomen, & Symbolicæ, siue Synthematicè, sign. eos, qui fortiter faciendo, fortiterque agēdo, ualerent, longe esse præstantiores iis, qui fraudibus, & insidiis niterentur. Tolist in prima lingua notat facit astutiam, & fraudem, bogen vero signat inclinare, vnde Tolistobogem, interpretatur, facit astutiam inclinare, hoc est strenue agens facit, vt astuti sibi genua flectant. Goropius in Saxonicis. fol. 628. & 629.

1 TONITRVA & voces, de quibus in Apocalip. sign. illa verba spiritualia, & istæ sign. verba litteræ simplicia. Ioach. Apocalip. fol. 105.

2 Ea quæ Tonitrua septem locuta sunt non fuisse scripta à D. Ioanne in Apocalipsi. sign. non omnia esse publicanda in generatione mala, & adultera. V. stella trium magorum.

3 Tonitrui vox iuxta illud, vox tonitrui tui in rota, sign. Euangelij voces quæ de cœlo diuinitus intonaturæ essent, & vniuersum Terrarū orbem, quem sig. rota, commoturæ, attonitumque redditurę. Valer. fol. 325.

4 Tonitrui gaudium, quæ est interpretatio Ramesem, apud D. Hieronymum, sig. uerba diuina, quæ in sacris litteris sunt, per tonitrum enim sign. quòd verba diuina cœlitus excipiantur. Valer. fol. 325.

5 Tonitru ut est Iob. 38. & viam sonantis tonitrui sign. prædicationem Terroris superni, & aliquando sign. Christum D. ex quo Apostoli uocati sunt boanerges idest filij tonitrui. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacr.

1 TONITRVA facta esse, & voces, & fulgura, & terræmotus. Tonitrua sign. sonum Apostolorum exisse in omnem terram, uoces signific. quod Apostoli locuti sunt per omnium linguas. Fulgura signifi. Apostolos miraculis in mundo coruscasse. terræmotus sig. Apostolos suis prædicationibus, & miraculis corda hominum ad fidem commouisse. Ioach. Apoca. fol. 127.

1 TONSVRA qua utuntur sacerdotes signific. coronam spineam, quam tulit Christus Dominus in cruce se ipsum oblaturus. Michael. Timotheus in Missę Sacrific. Quæstion. 12. tractatus primo.

1 TORCVLAR extruere in vinea, ut est Isai. 5. sign. Altare facere ad offerenda sacrificia Diu. Hieron. Isa. 5.

2 Torcular sign. vltionem, & supplicium peccatorum, aliquando ut est Hierem. Thren. 1. Torcular calcauit dominus sign. pœnas, & tormenta. Aliquando sig. Ecclesiam, sig. verbum Dei, sign. martyrium, & passionem Christi D. ut est Isai. 63. Torcular calcaui solus. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacr.

3 Torcular calcare, ut est Isai. 57. sig. Christum D. in cruce pendere. Lauretus in uerbo calcare. &

4 Torcular calcari sign. Hierusalem euerti. Laure. ut supra.

5 Torcularia calcare, ut est Iob. 24. sig. Ecclesiam persequi. D. Greg. 16. mor. 25.

6 Torcular, quo exprimitur mel a cæra, cum verbis,

bis, fecernit utile dulci, lignifi. hominem, qui demonstrat se in suis actionibus potius esse se cutum religiosam deuotionem, quam corporalem delectationem, Nam Torcular signific. exercitum, & laborem, uel signific. delectatio nem sensualem, & cæra sig. religiosam in Deū pietatem. Camillus Camillius in insigni Iosephi Milij.

1 TORPEDO sig. hominem, qui multos conser uasset, quòd opem ferat pisciculis natandi, & emergendi adhue imperitis, eos ad se recipiēs, Vel quòd una cum alijs piscibus capta, sępe se & illos saluat, non valentibus plurimis piscatoribus verriculum trahere manibus, & pedibus eorum ab illius veneno torpescentibus. Vale. fol. 212.

2 Torpedo sign. hominem ignauia longe præditum, quòd suo veneno tactos ignauos utique reddat. Valer. fol. 212.

1 TORQVES aureus signif. solidæ virtutis præmium. Valer. fol. 305.

2 Torques cōstans ex auro & cedris marinis duplici modo connexis, catenula seu orbicel lis aureis hęrens, in cuius medio bulla pendens D. Michaelis imagine insignita fuit Symbolum Ludouici 11. Galliarum regis, & sign. virtutis concordię fœderisque perpetui comprobationem ordinis sancti Michaelis ab ipso rege instituti. Aurum enim quod erat in Torque. sign. magnanimitatem summosque honores, coclea vero sign. vnanimem equitum eorum æqualitatem seu communem fortunarum ęsti mationem, quod etiam sig. illæ cocleæ quas in lacertis gerebant Romani Senatores. Nexus coclearum duplici modo cohęrentium signif. sociorum indissolubile fœdus. Imago D. Michaelis dæmonem prostrantis sig. victoriā & triumphum de hoste potentissimo, Paradinus lib. de Symbolis Hieroicis fol. 24. Habet titulum. immensi tremor Oceani.

3 Torques aureus nodis quos ab amoribus nūcu pant subtilibus, & arte implexis quatuorque literarijs characteribus scilicet F.E.R.T. æque distante interfertis, cum imagine appensa annunciationis ab Angelo Virigini Matri factæ. sign, ordinem ipsum Annunciatorium equitū Rhodiēsium, ab Amato Vertio comite quinto Sabaudiæ institutum. litteræ sign. fortitudo Eius Rhodum Tenuit, quod fuit symbolū comitum Sabaudiensium, qui nunc duces uocan tur, & sunt, Paradinus lib. de Symbolis Heroi cis fol. 41. Titulus. Fortitudo eius Rhodum te nuit.

4 Torques aureus in similitudinem chalybis ignia rij, & silicis formatus cum uellere aureo pen denti. V. Chalybs.

5 Torquium aureorum memoria, qui miraculose impositi sunt brachijs D. Martini sacra facientis. V. Alba. 5.

1 TORRENS sign. facundiam siue eam vim dicendi, quę magno dictionis impetu decurrit. Vale. fol. 283.

2 Torrens in Psalmo 35. sign. plenissimam Christianæ doctrinæ copiā quæ a Ch. D.N.I. ore loco, & tempore plenissimæ diffluebat. Valer. fol. 283.

3 Torrens sign. insignium prædicatorum eloquentiam. Valer. fol. 283.

4 Torrens sign. stimulum concupiscentiæ, quæ vel difficulter superetur, vel in profundum trahat.

5 Sicut Torrens in Austro. sign. exultantis voceus, & ex vitiorum vinculis ad libertatē spiritus conuersionemque redeuntis, qua postulat, vt diuinæ aspirationis auxilio ex peccatorum captiuitate soluatur, sicut constricti glaciæ Torrentes austri tepore soluuntur, Valer. fol. 283.

6 Torrēs sign. impetuosos inexpectatosque hostium insultus, incursu repentino proruentes, vt Psalmo 123.

7 Torrens diuidens lapidem caliginis à populo peregrinante, vt est Iob. 28. sign. diuinam sententiam separantem bonos a malis. Laurentus in verbo abscindere.

8 Torrentis alueus, qui factus est iussu Elisei, vt est 4. Reg. 3. sign. sacram scripturam. Gloss. ord. in 4. Reg. 3.

9 Torrentis ripa, & est Ezech. 47. sign. vtrunque Testamentum, vbi sunt ligna multa exemplorum, & doctrinæ. Diuus Hieron. in Ezech. 47.

10 Torrens sign. irrigationem sanctæ prædicationis, & vt est Psalm. 17. Torrentes iniquitatis turbauerunt me, sign. gentem vniuersam. Gouschelius lib. 6. Elocution. sacrar.

11 De Torrente Christum D. bibisse vt est Psalm. 109. sign. Christum D. Saturatum fuisse iracundia Iudæorum, & multas passum afflictiones, assumpta nostrā mortalitate, & eum bibisse de Torrente in via, sign. Christū passum mortem transitorie, id est ad triduum & in ea morte, quam contigit, nequaquam sicut nos, vsque ad finem sęculi remansisse. Arnob. & D. August. Psal. 109.

12 Torrens quem vidit Ezechiel cap. 47. in quo viueret omne animal serpens, & natabile, sign. Christum D.N. in quo omnes viuunt, & saluantur, hoc quoque, sign. ille fluuius quem vidit D. Ioannes in Apocal. cap. 22.

13 Torrens sign. nostræ vitæ cursum, de quo bibit Deus factus homo. Iuxta illud de Torrente in via bibit. F.B.P. 198. tom. 3.

14 Torrentes sign. prauos, & violentos iudices, & inclementes dominos.

1 TRABES ex cedro laquearia ex cypresso, vt est illud canticorum Trabes domus nostræ ex cedro, & laquearia ex cipresso, sign. Beatissimæ Virginis & Christi D. N. totam vitam futuram fuisse absque peccati corruptione, sunt enim ligna, quæ non patiūtur corruptionem. Galatinus lib. 7. cap. 5.

1 TRADITIO humana, scoria siliquæ, summa, Vinacea vuarum maledictio, sordes, paleæ, stercora humana, & tenebræ, in sacris literis sunt Synonima. Gouschelius lib. 1. Elocut.

9 Triangulus scalenus sign. dæmonum, & malarũ potestatum naturam: Nam est ab omnibus partibus inæqualis, & a bono, & æquo remotus & quod componitur ex numero senario imperfecto, qui corporeis & mundi huius inferioribus rebus obnoxius est, unde sex dæmonum genera dicta antiquitus fuere. Valer. fol 292.

30 Triãgulus qui dicitur τετράδιον, perflant duo vẽti, cum verbis undique frustra, sign. hominẽ qui dæmonstrat fortitudinem suam, contra fortunam & Inuidorum malignitatem, & malorum persecutiones semper erectam fore, triangulus sig. firmitudinem & animi eleuatio nem uirtuosam utpote ad cœlum. venti uero sign. fortunam, & malignos. Camillus Camillis in Insigni Marci Antonij Gandini.

1 TRIAS sign. totius disciplinæ summam sicuti apud multos quatuor circuli id sig. attamen Salomon tres tantum partes facit moralem, naturalem, & contemplatiuam quas perstringit tribus libris Ecclesiaste naturalẽ, prouerbijs morali, & canticis contemplatiuam. Valerianus fol. 280.

2 Tria esse omnia. V. omnia esse tria.

1 TRIBVLATIO, angustia, Nox, aqua, tentatio, in sacris litteris sunt Synonima. Gouschelius lib. 1. Elocution sacrar.

2 Tribulatio extrema futura in fine seculi significat apertionem sexti signaculi, cuius terminus Ioachim existimat sexies senos mẽses idest annos tres, sicuti semel seni menses signific. apertionem septimi sigilli, qui menses sunt anni tres cum dimidio, & conficiunt menses 42. iuxta numerum 42. generationis in qua id complẽdum erit. Ioachim libro tertio capitulo primo.

3 Tribulationes sex a quibus nos deus liberat, & septima in qua nos malum non tangit, ut est Iob. 5. sig. famem, bellum, linguã, calamitantẽ deuastationẽ, & feras. Septiuum sunt lapides regionum, quæ omnia sex sig. sex dies laboris, & septimum sign. diem quietis, vel sig. sex mundi extremitates, quæ sunt altitudo, aqua, deus vel ꝓbat uel punit nos: profunditas, aqua, diabolus in nos immittit tristitiam, pars dextera aqua prouenit prosperitas, unde in inuidiam adducimur, sinistra a qua ueniunt mali euentus. oriens a quo prouenit labor, occidens a quo afflictio, & mors. septimum uero est locus quietis, quo ascendimus per tribulationes purgati. F. G. p. 158. to. 5.

4 Tribulationes magnæ. V. Abyssus. 43.

5 Tribulationes quæ habentur ex peccato. V. Absinthium. 8.

6 Tribulationis pondus non totum dari, sed in mensura, ut ferri possit. V. Aestus. 1.

7 Tribulus cum uerbis in utraque fortuna, signif. hominem, qui & in prospera, & in aduersa fortuna se uno & eodem tenore nitæ, & ubique, & semper gera. Bartholomeus Tegius lib. 2. de arte fabricandi insignia.

8 Tribuni Decani quinquagenarij centuriones, &c. ab Ietro Mosi, ut regeret populum dispertiti, sig. Ecclesię Romanæ Cardinales Archiepiscopos Decanos &c.

Paulus Scaliger in oratione ad Pontificem. fol. 19.

In Deuteronomij vltimo capite sunt supradicta verba, quæ vt prophetia, sign. in nouo Testamento eligendas, & fundandas esse ex gentibus 12. Ecclesias principales secundum numerum 12. filiorum Israel qui fundarunt, 12. Tribus in terra promissionis, sed multum prodest scire, quæ tribus fuerint principales inter cæteras in veteri Testamento, vt in nouo idem de Ecclesiis nouerimus, vel factum vel faciendum.

9 Tribus quinque principales fuerunt. 1. tribus Ruben. 2. Tribus Gad. 3. Tribus Manasse. 4. Ephraim. 5. Tribus Iuda, & hæ quinque tribus habuerunt suas possessiones, circa flumen Iordanem ita, vt fluuius eas diuideret æquè, nam Ruben & Gad & dimidia Manasse erar vltra fluuium ad orientem, & altera dimidia Manasse, & Ephraim, & Iuda citra fluuium ad Occidentem. Ruben fuit primogenitus Lię, & Gad fuit primogenitus in filiis ancillarum. Manasse & Ephraim fuerũt filij Ioseph primogeniti Rachel, quibus data sunt primogenita, quæ amisit Ruben ob incestũ, & eis concessa ob castitatem patris Ioseph. De Iuda vero, quod esset fortissimus, illi promissum est regnum, vsque ad aduentum veri Regis, & istæ quinque principales tribus sig. quinque Ecclesias. Prima harum omnium Hierosolimitana 2. Antiochena. 3. Alexandrina. 4. Constantinopolitana &. 5. Romana. Quod istæ Ecclesiæ essent cæteris præferendæ, & Romana cæteris quatuor. Isaias cap. 19. prædixerat, In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaam, & Iurantes per dominum exercituũ. Ciuitas solis uocabitur una, quæ sign. Ecclesiam Romanam. vt enim Ruben fuit primogẽitus patris, ita Hierosolimitana Ecclesia fuit primogenita Christi D. N. I. Sed quemadmodum Ruben perdidit sua primogenita, quod fedarit Thorum patris ita Hierosolimitana Ecclesia praue interpretando scripturas, & decens Iudaizare fideles, fedato verbi Dei thoro, amisit sua primogenita, quæ sibi primogenito debebantur, & data sunt Manasse, & Ephraim hoc est Alexandrinæ, & Constantinopolitanæ: nam in Alexandria fideles primo dicti sunt Christiani, & Costantinopoli data sunt iura Romani Imperij.

Ruben sign. Ecclesiam Hierosolimitana. Gad, sign. Anthiochenam. Manasse sign. Alexandrinam Ephraim Constantinopolitanam, & Iudas Romanam. Sed sicut dominus repulit Tabernaculum Ioseph, & ritum Ephaim non elegit, sed tribum Iuda, & montem Sion quem dilixit, signifi. quod Dominus esset prælaturus Romanam Ecclesiam omnibus alijs, sicuti exaltauit tribum Iuda super omnes, & Ephraim a Iacob prælatum fuisse Manasse, sign. Constantinopo-

tinopolitanā præferendā fuisse Ecclesiæ Alexandrinæ, q. euenit, & tribus Ruben, Gad, & dimidia Manasse; vltra fluuium ad oriente fuisse sign. Ecclesiā, Hierosolimitanam, & Alexandrinam futuras in illis partibus, quæ datæ fuerāt Patriarchis. hoc est a flumine Euphrate ad flumen Nilum, super quo fundata est Alexandria. Tribus Rubeu, Gad, & dimidia Manasses ad orientem, signifi. fideles, qui erant futuri ex circuncisione, sicuti tribus Ephraim Iuda, & dimidia Manasses ad occidentem, sign. fideles ex gentilitate, quæ nihil haberet de Iudaismo, & hæc de quinque tribus principalibus. de reliquis uero septem V. suo loco.

10 Tribus decem, Samaria, Israel, Iacob, Gens, Re ctus, Vinea, Ephraim, filij Sceleratι, Ioseph, populus, filij iniquitatis in sacris litteris sunt Synonima. Gouschelius libro primo Elocut. Sacrat. scriptu.

11 Tribus vndecim planxisse causa tribus Beniamin, ut est Iudicum cap. 21. signif. Angelos bonos indoluisse non de ruina malorum Angelorum, sed de causa, quam merito ruina seque retur. Rupertus lib. 2. cap. de victoria verbi Dei.

12 Vnamquamque Tribum in transitu Iordanis lapidem in alueo fluminis locasse, sign. fundamē tum Christi D. N. Apostolorum prophetarū, & patriarcharum fuisse facendū in fluuio iudicij, in quo Christus Dominus lotus docuit omnes fuisse lauandos. Franciscus Georgius pr. 408.

13 Tribus sex mansisse in monte Garizim ad benedicendum, & sex in monte Hebal, ad male dicendum. tribus benedicentes erant, Simeon, Leui, Iudas, Isachar, Ioseph, & Beniamim, & tribus maledicentes erant Reben, Gad, Aser, Zabulon, Dan, & Neptalim. sign. illas duodecim tribus absorbere totos influxus supracælestes, & cælestes, sed sex primas absorbere meliores influxus orientales, & meridionales, scilicet clementiæ, & misericordiæ. sex uero reliquas tribus absorbere reliquos duriores influxus aquilonares, & occidentales, qui sunt iustitiæ, & seueritatis, quomodo facient Apostoli iudicantes 12. tribus ipsas Israel in die Iudicij, sex scilicet benedicentes electos, & sex maledicentes reprobos. F. G. p. 234.

14 Tribus quæ erant adoraturæ Iacob, ut est Gen. cap. 27. ex benedictione Isaac. sign. Christum fuisse adorandum a Iudæis. Beda in Genesis 27.

15 Tribum Ruben, Gad, & dimidiam Manasses transisse Iordanem primos præliando ad præceptum Moisis, sign. fideles, qui erant futuri ex circuncisione, qui sic legem Moisis obseruandā sic exhibendam reuerentiam uerbis legalibus crediderunt, ut tamen perfusi gratia Baptismi gentiles prædicando præirent, & magni crucia tus agones pro Christi nomine sustinerent. V. constituit terminos. Ioach. in Apoc. f. 28.

19 Tribus supradictus Ruben, & Gad cum dimidia Manasses positas ultra fluuiū ad partē orientis. sign. primas ætates, primam scilicet ab Adam usque ad Noe. Secundam a Noe usque ad Abraham. & tertiam dimidiam, scilicet ab Abraham usque ad Moysem qui fuit legislator, vixisse sine lege, & quasi in prima mundi origine, quam primam originem signif. Iordanis pars Orientalis.

29 Tribus supradictas armatas, & expeditas transisse Iordanis fluenta ante alias tribus ad pugnam, sign. quotquot fuerunt ante illa tempora, qui habuerint notitiam Dei sine sarcina, & onere præceptorum expeditius contra aduersas acies militabant, per fidem, & gratiam Deo placuisse, & has sine lege Deum esse voluisse. reliquas uero duas cum dimidia Manasse cum lege.

30 Tribus quinque quæ primæ sortitæ sunt hæreditatem, sign. quinque principales Ecclesias, quæ alias fundatę fuerant in populo Christiano. Ioach. in Apoc. f. 16.

31 Quod generaliter spectat ad 5. Tribus in Testamento ueteri sign. ea, quæ euenerunt a principio Temporum, vsque ad D. N. I. scilicet omnes electos ad salutem, qui usque ad D. N. I. fuerunt. sicuti septem reliquæ tribus sign. omnes turmas electorū vnam post alteram, quę fuerūt, sunt, & erūt, extremis temporū. quibus turmis electorum, quæ a tempore D. Ioannis erant venturæ, ipse Diuus Ioannes scribit ea quæ erant illis euentura sub nomine septem Ecclesiarum.

32 Tribus. 7. quibus Iosue diuisit hæreditatem sign. in tertio statu septem species religionis, quæ in hoc tertio statu seculi erant futuræ, sed ad hunc diem euenerunt. Ioach. 134 cap. 14.

33 Tribus septem post tribus quinque sortitas fuisse hæreditatem, sign. septem Ecclesias ad quas D. Ioannes scripsit fuisse futuras, post quinque principales ecclesias, de quibus. V. suo loco. Ioach. in Apocalip. fol. 16.

34 V. Tribus 5. capite quod generaliter spectat.

35 Tribus Iuda Beniamin, & Leui, si simul iungantur, tribus Iuda sign. Deum patrem, Beniamin signifi. Deum filium. & Leui Deum Spiritum Sanctum. Si loco Tribus Leui iungatur Tribus Ioseph. tunc Tribus Ioseph sign. Spiritum Sanctum. Si uero ponatur duæ, Tribus Iuda, & Tribus Leui, Iuda sign. filium, & Leui sign. Spiritum Sanctum.
Ioachim in Apocalyps. libro tertio cap. vigesimo primo.

36 Tribus Iuda, Leui, & Beniamin, postquam reliquæ ro. abductæ sunt a Salmanasare in Babylonios, factæ sunt una. quæ tantummodo dicebatur Iuda, sign. postquam illæ 10. elongatę fuissent a patria, quod gratia D. N. I. & promissio Dei, & dona Spiritus S. effundenda erant in eas tres: quarum tamen sola Iuda erat permansura. & hoc sign. Ecclesiam Ephesiam quæ primatum in Asia habuit, & referebat Tribum Beniamin defuturam fuisse in fide, sicut & Diuus Ioannes videbatur declinare,

cum

cum Petro, & Barnaba ad fideles excircumcisione, & tribũ Leui, qua referebat Ecclesiã Pergami declinasse a fide sign. Ecclesiam Pergami futuram rebellem D. N. in fide, sed solũ tribũ Iuda mansuram, quæ sign. Ecclesiam Romanam, quę nunquam cecidit ab orthodoxa fide, & nunquam est defutura.

37 Tribus Iuda, Leui, & Beniamin, quæ una factę sunt sign. Deum trinum, & unum esse. Abbas Ioachim in Hieremiam f. 1. tribus Iuda, signif. patrem quia regalis fuit, & tribus Beniamin signi. filium, & ipsa regalis. tribus Leui sig. Spiritum sanctum, quia fuit sacerdotalis.

38 Tribus Iuda sig. Romanam Ecclesiam secundũ intellectum ad secundum statum pertinentẽ Reges enim Iuda sign. summos Pontifices, terra Beniamin sig. Ecclesiam prælatorum, sicut tribus Leui. sign. Ecclesiam contemplantium. Ioach. ut sup.

39 Tribus 10. Israel diuisæ a tribu Iuda, & domo Dauid, sig. ecclesias Græcorum diuisas secundum aliquid a Romana Ecclesia. Ioach. lib. 2. conc. vtr. test. cap. 7.

40 Tribus 10. populi Hebrei diuisæ a tribu Iuda sub Roboam, qui Generatio 35. ab Adam sig. quod in 35. generatione ab Ozia, qui est princeps secundi status. Ecclesiæ Græcorum debebant diuidi ab Ecclesia Romana, quod euenit sub Theodosio Imperatore, quæ 35. generatio ab Ozia, finiebat anno a natiuitate D. N. I. 410.

41 Tribus 10. quæ uisæ procedere de tribu Iuda sign. 10. dona Dei præcipua, septem specialia Spiritus sancti, & tria illa generalia fidem spẽ & Charitatem. Ioach. Apocalp. f. 92.

42 Tribus Ioseph, quæ licet fuerit una, tñ erat velut geminata in Manasse, & Ephraim, sig. tempus tertium unum futurum, sed in eo duo bella futura. Ioachim in Apoc. fol. 4.

43 Hæc tribus sigillum ordinem quem sign. Ecclesia Philadelphiæ sicut tribus Beniamin signif. illum ordinem, quem sign. Ecclesia Laodicea. Ordo, qui significatus e tribu Ioseph. & ab Ecclesia Philadelphiæ, sign. doctrinam superiorẽ & speculatricem ad diuina, qualis fuit quæ claruit in D. Ioanne Euangelista, & ordo quem signific. tribus Beniamin, & Ecclesia Laodiceę sign. doctrinam inferiorem, & pertinentem ad mores humanos qualis claruit in Diu. Paulo.

44 Tribus Ephraim, & Iuda, & dimidiam Manasses ad partem occidẽtalem Iordanis fuisse, sig. ecclesiã Constantinopolitanam, & Romanam & partem Alexandrinæ, quæ adhęsit Constantinopolitanę, futuras ex gentibus, quæ nihil haberent de Iudaismo; V. constituit terminos. Ioach. Apoc. fol. 38.

45 Tribus supra dictæ, quæ erant a parte occidentali Iordanis sign. tempus, quod fuit a Moyse usque ad Christum D. N. I. & tres sub lege Deum voluisse.

46 Tribus Iuda, quæ totius mundi speculum in Domino videbatur, tamen quæ uincebat gratia fuit quoque vincens delictis deducta in seruitutem Caldeorum per annos 70. quibus quoniam Caldei nimis duri in Iudæos extiterant ipsi a Medis, & Persis euersi sunt, & Iudæi liberati sign. Deum neque uictos obliuisci omnino, neque uictores insolentes impunes relinquere. Ioachim lib. 1. concord. vtr. testi capitulo septimo.

47 Tribus Iuda & Hierusalem, sign. Ecclesiam. Romanam. Ioach. lib. 2. cap. 17.

Filios Iudæ a Dauid usque ad transmigrationẽ Babilonis regnasse in Hierusalẽ, sign. a D. Siluestro esse regnaturos Romæ Pontifices in populum latinum, quem sign Tribus Iuda.

47 Tribum Beniamin, & Iuda coniũctas fuisse sig. ex illis futuros reges, qui regerent totum Israel Saulem Dauid, & Salomonem, vel sign. ex illa templum, ex ista regiam ædificandas, ut sig. palatia regum iuxta Dei templum ædificãda, ut discant iudices se sub Dei oculos sententiam laturos. Franciscus Georgius problem. 458. to. 2.

48 Tribus pugnantes, quæ erant trans Iordanem & auxiliantes filiis Israel, ut est Iosue. 1. sig. antiquos patres orantes pro nobis. Orig. in Iosue. hom. 16.

1 TRICALILILBAR apud Chimistas sig. maris spumam. Garlandius.

2 Tricar apud Chimistas sig. quoddam genus solis. Ioannes Garlandius.

1 TRIDENS Neptuni sign. Neptunum habere aliquam potestatem in cœlo in terra, & in aquis. Cartar. fo. 273.

2 Tridens piscatorius sign. vim apertam, hamus enim per fallaciam quicquid acquirit aucupatur, tridens uero aperto marte, medio ueluti campo, hostem aduenientem excipit. Valeria. fol. 338.

3 Tridens in manu Neptuni, sign. tertiam regionem ab igne idest aquam, in numis sig. mare. Valer. fol. 354.

4 Tridens in numis signatus, sign. Trœzeniorum Rempubl. qui Neptunum religiosè colebant. Valer. fol. 354.

5 Tridens in una parte numi, & in altera Pallas, signif. Trœzeniorum regionem fuisse communem Neptuno, & Palladi, cum ambo de ea certarent, Ioue litem dirimente. Valerianus f. 354.

6 Tridens in scutis pictus, sig. milites Mantineensium, ut est apud Pindarum. Valerianus fo. 354.

7 Tridens in insignibus militaribus, sig. legionem vigesimam, ut est in monumento Brixię. Val. fol. 354.

8 Tridentem acuere, sig. discretionem perficere. Lauretus in uerbo acuere.

9 Triduum quo D. N. I. mansit in sepulchro, sign. tres personas diuinitatis, quas & sig. trina illa immersio, quæ fit in baptismo, & quæ sign. triduum supra dictum. D. August. lib. expositionis orationis Dominicæ.

1 TRIFERTES sunt aĩalia Ignea. Leo Suauius in

Compendio philosophiæ, & medicinæ Paracelsi fol. 24.

1 TRIGONVS apud Pythagoreos sign. Rempublicam, sicuti Tetragonus signifi. rempriuatam. Paulus Scaliger lib. 4. Epistemonis.

1 TRINITATES tres de quibus proclus agit forsan apud Chimicos signific. illos tres ordines de quibus ait Geber. & illos Duces de quibus Tritemius in Steganographia. Tu tamen lege Suauium in scholijs Paracelsi folio ducentesimo decimo tertio.

2 Trinitatem apud Pythagoram esse rerum omniam mensuram, sign. Deum omnia ternario numero gubernare. Vel sign. Deum singula creare, ad se rapere, & tertio perficere. Ficinus in Comentar. Oration. 2, cap. 1. conuiuij Platonici.

1 TRINVM sign. iustitiam. nam afficere & affici iniuria sunt duo extrema quibus si medium adijcias, utrisque æqua addideris, medium. n. æque distat ab extremis, qui sunt termini tres Valer. fol. 292.

1 TRIPOS cuius pedes serpēs oblongus implicabat, & elatus facit plures spiras, & se ipsū innodans sub cuius tripodis pedes sint galli cibū humi capiētes, & ab una parte tripodis sit simpullus, & ab altera . . . sign. caueam gallorum augurum. Choulus folio centesimo nonagesimo quarto. Lepidus arg.

2 Tripos Appollinis sign. perfectionem numeri ternarij Erizzus fol. 651. uel sig. tres arculos per quos sol transit suum cursum perficiens scilicet tropicum cancri, & trop. Capricorni, & Æquatoris. Erizzus, 161.

3 Tripos aureus Apollini sacer signifi. ipsam sapientiam, nam cum esset mari extractus, neque sciretur cui donandus esset, ex oraculo Apollinis intellexerunt dandum esse sapientissimo, atque ideo illum Socrati miserunt sed ille adiudicauit non sibi, sed ipsi Apollini conuenire, & illum remisit. Valerianus folio 409.

4 Tripos sign. veritatem, quòd ex tripode semper liberetur in responsis ueritas. Cartar. fol. 355.

5 ex Tripode aliquem loqui sign. illum esse veridicum, quòd ex tripode semper haberetur ueritas. Cartar. fol. 355.

6 Tripos Bacchi qui erat uel patera uel aliud poculum a uino, sign. homines pro uino sępe veritatem dicere. Cartar. fol. 355.

1 TRIREMIS quæ sit in mari cum uerbis per tela per hostes, signific. hominem, qui demonstrat se p molestias hostiles adeo progressum esse, ut iam in tuto sit. vel signific. hominem, qui faciat omnia, ne ab hostibus opprimatur, & speret sua uirtute esse ab eis cuasurum, atque eos superaturum. Vel signific. hominem, qui sibi præsuponat quicquid aduersi sibi opponatur dummodo ipse fiat voti compos, nihil tela & hostes formidaturum. Hironymus Ruscellus in Insigni Scipij Constantij.

1 ex TRISTITIA abundantiori aliquem absorberi, ut est secundo Cor. secundo signific. aliquem sic uinci a tristitia, ut desperans conuertatur ad admittenda peccata, quibus grauatus absorbeatur a morte secunda. D. Ambrosi. secundo Cor. secundo & Lauretus in verbo absorbere.

1 TRITICI bilibres siue duæ libræ, de quibus in Apocalip. sign. duo testamenta, sicuti tres bilibres ordei signific. sex tempora laboriosa, quæ erant futura ab Abraham usque ad D. Ioannem Baptistam, quod unumquodque horum temporum habuerit duas hebdomadas generationum, hoc est generationes septuaginta, & aduerte, quod non dixit tres libras, sed tres bilibras tritici, quæ sign. mysterium duorum testamentorum, uel sex temporum, quibus indicta sunt opera seruilia ad sanum atque perfectum perducere intellectum. nam triticum sign. intellectum tipicum, & ordeum sig. intellectum moralem, & oleum sign. intellectum anagogicum, vel contemplatiuum. Ioach. Apocalip. fol. 115.

2 Triticum sign. perfectos credentium fructus, sicuti palea signific. infructuosorum hominum inanitatem. Hilarius in Matth. capitulo tertio.

3 Triticum sign. Dei sermonem, quia ex eo fit panis cor fidelis confirmans. Gousche. lib. 6. Elocution. sacr.

4 Tritici spicæ sign. fertilitatem, & abundantiam annonæ. Errizzus folio centesimo sexagesimo nono.

5 Tritici spicæ tres in manu mulieris, & ante eam spatio . . . . sig. fertilitatem Africæ. Erizzus fol. 347.

1 TRITVRARE, sign. prædicare, ut est 1. Cor. 9. non alligabis os boui trituranti. Gouschelius libro secundo Elocution. sacrarum scripturarum.

1 TRIVIAE lucos fuisse proximos templo Apollinis, signifi. ad sapientiam rerum diuinarum, quam sign. Apollo. accedere rerum humanarum scientiam, quam sign. triuia, & quoniam res humanæ in materia sitæ sunt, quam materiam uocant siluam, ideo hanc rem sign. triuiam in siluis uersari, & quoniam res humanæ quicquid habent a diuinis habent ideo, hāc rem signific. triuiam ab Apolline lumen habere. Apoll inis templum sign. locum contemplationis rerum diuinarum. Landinus. 4. Camaldul.

1 TRITON sign. vtilitatem, & damnum, quæ ex humore nobis proueniunt, est enim Triton ex facie & corpore pubetenus humano, & ea pars signifi. vtilitatem, reliquum uero illius corporis est piscis, & ea pars signific. damnum. Valerianus folio ducentesimo decimo nono.

2 Tritones qui in ædis fastigio, quæ Saturno erat sacra imponebantur, sign. historiam rerum gestarum ab Saturni cōmemoratione ad nostrā usque ætatem inobliteranda celebritate notā,

claram

clatam, & quasi vocalē existere, ipsi enim Tritones tubis clāgebant, sed illos habere caudas conditas, & abditas, sig. ea quæ ante Saturnum gesta fuerunt, esse obscura, & incognita, & ut tenebris latere. Valer. fol. 349. & Macrobius primo Saturicap. 8. & Porcacchius in funeralibus. fol. 8. & caudæ Tritonis latentes sign. res ante Saturnum esse incognitas, & in tenebris cælari. Porcacchius ibidem.

3 Triton concā sonans in medio serpentis in orbem redacti, qui scilicet habeat caudam in ore sign. Historiam claros viros per totum orbem prædicare vel sign. & litterarum studijs immortalitatem acquiri.
Alciatus Emblemate. 132.

1 TRIVMPHANS signifi. fortunatum felicem. Sambucus fol. 13.

2 Triumphans & habens campanam, & flagellū. sign. in secundis aduersa esse metuenda, siue, sign. felicem calamitatis memorē esse debere. Sambucus folio decimo tertio. legendæ sunt annotationes Ioannis Baptistæ Cabalariæ uiri summo, & peracri ingenio, & iudicio prædi.

3 Triumphans habēs bullam appensam collo, sig. fortunato utendum esse consilio, bulla enim sign consilium. Sambucus folio decimo tertio.

4 Triumphus deductus a Pompeio Silone in urbem Romanam subiugatam anno ab urbe cōdita 666. ante Christum Dominum 86. sign. victoriam quam eius inimici de eo, & exercitu erant habituri: nam triumphus non habetur in urbe uicta sed victrice, quod euenit: nam commisso prælio cum illis ipsis inimicis Pompeio cum suo exercitum, & ipse inter alios occisus fuit. Iulius Obsequo prodig. 116.

5 Triumphus quo Carolus Magnus honorauit equites suos in victoria de Affrica deuicta, sig. honorem esse præmium, & nutrimentum uirtutis. Anolti Cantu, 44. Clemcus Valuasforus.

6 Triumphales effigies in porticu augusta ab Augusto collocatæ. signific. illos, quorum illæ erant effigies fuisse Imperij Rom. ampliatores. Valer. fol. 321.

2 Triumphus sign. prosperitatem bonam fortunam, & felicitatem. Sambucus folio decimo tertio.

1 Trochus sign. litem: nam sicut Trochus uertitur quasi reuertens in se ipsum ita lis littera gē nerat, ut quasi in se ipsam conuolui videatur. Costalius pægmate.

1 TROIANA Vrbs ad cuius portam sit equus ligneus valde magnus, significat multos pro igne suncre labores: sicuti Græcis euenit quorum plurimi nequidem unquam Helenam viderunt.
Sambucus f. 189.

2 Troia apud Vergilium, signif. hominis primam ætatem, in qua ea quę philosophi prima naturæ appellant, maxime vigere solent ex quo etiam possumus interpretari Troiam significare prima naturæ. Landinus in tertio Camalduleusium.

3 Troianorum manum ardentem emicasse, in litus Hesperium cum Aenea, sig. omnes animi vires, quæ extincto appetitu sensibili sese mēti vltro subiecerant, ad contemplationem complectendam cōcurrere, quod sint iuuenes, sig. animi bene affecti uires nunquam senio, neque ignauia, nec torpore affici. Landin. 4. Camaldul.

4 Troianorum naues a mulieribus incendi compulse, sed Eumelo Aeneam præmonente inco lumes fuisse, sign. uoluntatem quæ ad res magnas ferebatur, incendio cupiditatum perire, nisi Synderesis præmoneat mentem, quæ incendium extinguere procurat, ad quam rem faciendam Ascanius primus accurrit, qui sig. mentis uigorem. Land. ut supra:

1 TROPHÆVM onustum hostium spolijs, cui astat captiuus quidam retro manibus ligatus, & ad pedes Trophæi mulier quædam sedēs super clypeo gestu mœsta, sign. Germaniam captam. Erizzus. f. 271.

2 Tropheum onustum uarijs hostium spolijs, & armis sign. uictoriam de Germanis habitam. Erizzus f. 479.

3 Trophæum onustum uarijs spolijs & armis, cū uiro manibus ligatis stante, & muliere sedente cum manibus ad genas positis, sig. uictoriam de germanis acceptam. Erizzus. fol. quadringentesimo octuagesimo quinto.

4 Trophęa tria onusta spolijs & armis, quæ singula habent ad pedes singulos captiuos sign. victoriam de Parthis, de Medis, & de Armenis. Erizzus f. 506.

5 Tropheum onustum spoliis, & habens ad pedes sedentem mulierem cum manu ad genas, & uirum sedentem, cum manibus retro uinctis, sign. victoriam de Germanis habitam. Erizzus f. 535.

6 Tropheum onustum armis, & spoliis ad cuius pedes iacent duo captiui, signific. victoriam de Parthis & Arabis habitam. Erizzus folio 582.

7 Tropheum onustum armis & spoliis, apud quod ex altera est victoria, & ex altera stat mulier ligata retro manibus, ad cuius pedes iacet captiuus similiter retro manibus ligatus, sign. victoriam de Britannis habitam. Erizzus folio 595.

8 Trophęa tria onusta armis & hostium spoliis, cum titulo ē fortuna celsitudo, fuit Symb. anu li Pompei, & Syllæ. quo sign. memoriam præclarorum a se gestorum.
Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis fol. 320.

9 Tropheum onustum armis, & erectum ad cuius calcē duo rami palmarum, & duo cornua copiæ: ad dexteram erat oculus, & ad sinistrā erat stella comata, sign. Diui Iulij victoriarum, & spoliorum copiosissimum Tropheū, seu insignia. Polyphilus lib. 1.

10 Trophęū onustū armis, ad cuius calcē stant duo

captiui nudi unus mas altera femina, sed mas est reuinctus retro manibus, & fœmina habet dextram sustinentem faciem in modum flentis,& ambo sunt sedentes, numus argenteus in Iij Cæsaris in cuius altera parte est caput victoriæ, quæ est alata, sign. victoriam celerem habitam a Iulio Cæsare de pharnace filij Mitri datis magni regis ponti. Aeneas vicus in septimo nummo Iulij Cęsari.

14 Tropheum in quo est clipeus in dextera parte, & in sinistra est securis, cum inscriptione Cæsar. in numo argenteo, in cuius altera parte est caput mulieris coronatum acantho, sign. victoriam Cæsaris de Pharnace, & caput mulieris sign. proninciam Ponti, & acāthus arbor qua coronatur, sign. materiam qua apparatus triū phi Pontifici constitit, de securi. v. securis. Aeneas Vicus in numo octauo Iulij Cæsaris.

1 Trulla cementarij, signific. prædicationem illius prædicatoris vel ordinis, quem signifi. Hieremias. Vel

2 Trulla sign. Christum D. N. trulla enim habet manubrium quo tenetur, & ferrum quo exercetur. manubrium sig. carnem, & ferrum signifi. diuinitatem, qua exercetur ad latum pietatis & ad acutum regidatis ferrū enim trullæ est latum, & acutum. Abbas Ioachim in HiereNiam. fol. 3.

1 Trutina cum suis lancibus inter quas sit patina, & ab una parte patinę sit canis, ab altera sit serpens, ad imum trutinæ sit arca super quam sit ensis euaginatus cum cuspide in cœlum erectus, & cum capulo super arcam, qui gladius transeat per medium coronæ regiæ, signific. quod Iustitia recta amicitia, & odio nuda, & ponderata liberalitas regnum firmiter tuetur. nam ensis signific. iustitiam, eius erectio. sign. Iustitiæ regimen, bilanx, sign. ponderationem in rebus gerendis, canis sign. amiciciam serpens signific. odium, patina signific. liberalitatem, Corona sig. Regnum. Pholiphilus lib. 1.

Tu autem Domini miserere nobis. Lectiones 11.

1 TVBAE sonus principaliter est duplex, uel continuus, qui dicitur Zechah. vel est intercisus, & repetitus qui dicitur teruah. sonus continuus signifi. diuinum influxum quē Israelitæ ciere intendebant, sonus vero repetitus & intercisus sign. aliquam repetitionem diuini influxus qui cessasset, & hoc utebantur in Iubileo. F.G.P. 408. t. 3.

3 Tubæ vnico clangore clangi sign. principes exercitus Hebraici conuocari debere.

4 Tubæ clangore conciso clangi, sign. castra hebraica mouenda esse.

5 Tubæ clangore continuo & nullatenus conciso clangi, signific. populum congregandum in unum.

6 Tubæ clangore conciso, & diminuto sign. populum ad arma cieri, & diuisionem, & dimicationem notari. F.G.P. 409. t. 3.

7 Tuba æris flexa siue cornu æris flexo clangi in Neomenijs, & maxime in decima die mensis septimi, qui est dies remissionis sign. remissionem peccatorū propter flexum ipsius cornu. nam in remittendis debitis vnius in alterum fit reflexia quæda. vnius ad alterum & alterius ad unum. Franc. Georg. Prob. 410. t. 3.

8 Tuba sign. famam, & celebritatem. Valerianus. fol. 349.

9 Tubarum celebritas, quæ prima septimi mensis die a Deo celebranda mandatur. sign. nos debere prophetarum oracula memorari, euangelicas voces cogitare, Apostolorum prædicationes celestium Tubarum instar reminisci. Valer. fol. 349. & Thomas Porcacchius in funeralibus. fol. 8.

10 Tuba sign. ueritatis prædicationem, quæ efficit nonn paruum stuporem per auditum. Gregorius Nisenus in uita Mosis.

11 Tubarum sonitus, in monte in quem a scendit Moises, qui sonitus primo imbecillis postea maior exinde uero maximus audiebatur, signif. diuinum incarnationis misterium primo per imbecilliores uoces auditum, postea vero per prophetas clarius explicatum, deinde uero per Apostolicum sonum in omnem orbem intonuisse.

Gregorius Nisenus ut sup.

12 Tuba iuxta illud cœlum tuba de super sonum dedit sign. mundi huius admirabilem fabricam quæ Dei sui artificis sapientiam, & maiestatem potestatemque enarrat, vnde ille ait cęli enarrant gloriam Dei. Georg. ut sup.

13 Tuba sign. testamentum uetus ubi est exilis, & eius nodus sign. insertionem noui testamenti in vetus quando missus est Isaias, & ubi est lata sign. nouum testamentum, quia Apostolorum uoces exiuerunt in orbem terrarum. Ioach. in Apoca. fol. 2.

14 Tubæ forma sign. vniuersæ Dei Ecclesiæ misterium, est enim longa, & primum subtilis, & in fine larga. sicuti in primo statu uox Dei parum intellecta usque ad prophetas ex inde uero idest ab Isaia usque ad D. Ioannem Baptistam clarior est facta, a Ioanne uero per Apostolos est adeo dilatata, ut per uniuersum orbem illius uox sit audita.

15 Tubę nodus sig. tempus ab Osea, & Isaia usque ad Ioannem, quia a nodo tuba incipit augeri, & crescescere, sicuti vox Dei per prophetas cepit intelligi.

16 Tuba ipsa signific. litteram duorum testamentorum: sed sicut tuba per se non sonat nisi addatur Spiritus hominis, ita Spiritus hominis est inuisibilis, & signif. intellectum spiritualem, qui later in littera.

17 Tubæ argenteæ, ut est Num. 10. signific. Excellentem prædicationem Verbi Dei, & magnam eiusdem uerbi Dei, vocem. Origen. sup. Marth. hom. 30.

17 Tubam in gutture habere, ut est Oseæ. 8. signific. annunciare quòd hostis adest.

Gouschelius libro tertio Elocution. sacrarum scripturarum.

18 In Tu-

13 In Tuba & sonitu perire, ut est Amos. 2. & morietur in sonitu Moab, in clangore, & in uoce Tubæ, sign. in bello pessum ire. Gouschelius lib. 3.

14 Tuba ut est Iob. 39. nec reputat tubæ sonare clangore, sign. uocem sæcularium potestatum, quæ contempta, resistantibus mortis certamen parat. Gouschelius libro sexto Elocutio. sacrar. scriptur.

15 Tuba esse odio Busiritis, & Lycopolitis, sign. illis populis adeò fuisse Typhonem odio, ut & homines russos, & Asinos insectarentur, & nollent audire sonitum Tubæ quod habere uidetur nescio quid simile cum uoce Asinina, & id auersabantur, quod dicebant Typhonem fuisse colore russo, & Asinino. Cœlius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis. V. Asinum a coptitis.

16 Tubæ septem de quibus habetur in Apocalip. cap. 8. 9. & 10. sign. septem mundi ætates qua rum sex priores sign. sex ætates præsentis secu li, & septima sign. uictoriam, & Imperium ue ri Regis in æterno Sabbato, dicente septimo Angelo factum esse regnum huius mundi Domini Dei, & Christi eius, sex uero Tubæ priores sign. sex bella ab Ecclesia militanti subeun da, & ad hanc rem facit illud Iob. capitulo quinto in sex tribulationibus uisitabit te, & in in septima non tanget te malum. D. Ambro. de sacram. libro secundo, & Petrus Bongus capitulo de septenar. folio 200.

1 TVNICA sign. plebeculam, sicuti sagum sign. milites, Toga sign. ciues tractantes ciuilia ne gocia. Valerianus folio ducentesimo nonagesimo quinto.

2 Tunica impermeabilis sine fine exitu, qualis a Clitemnestra Agamemnoni cum ab Aegisto occisus est, tradita fertur, sign. infinitum, sicuti & uocalium literarum numerus. Valerianus fol. 352.

3 Tunicam suam tollere, ut est Matth. 24. signific. ueterem hominem reinduere. Lauretus in uerbo accipere.

4 Tunica qua utebatur Pontifex, ut est Exodi. 28. significat perseuerantiam, quam Pontifex habere debebat. Aemarus Hennequinæus lib. ad Gregorium decimumtertium cap. 5.

5 Tunica inconsutilis Christi D. sign. baptismum sacramentum non reiterabile, alia uero.

6 Tunica ipsius Christi D. quæ erat diuisibilis, sig. Sacramentum pœnitentiæ toties quoties opus est reiterabile, & ab his duobus Sacramentis di stillat sanitas animæ sicut ab Tunicis Christi D. tactis exibat uirtus, quæ sanaret tangentes ægrotos. Archangelus Burgon. in 34. Conch. Cabalist. Pici.

7 Tunica ut est illud Lucæ. 22. qui habet tunicam uendat eam, & emat gladium, sign. omnia exteriora, quæ nos onerant. Gouschelius lib. 6. Elocut. sacrar.

8 Tunicam uendere, & emere gladium, ut est Lucæ. 22. qui non habet gladium uendat Tunicam, & emat eum. sign. vnumquemque debe re exuere se impedimentis, & facultatibus secu li ut uacare possit ad uerbum Dei tum discendum tum docendum. Rupert. lib. 12. cap. 19. uictoria uerbi Dei.

9 Tunica quã non debet tollere, qui erat in agro tempore Abominationis, ut habetur Matt. 24 sign. consuetudinem uitæ pristinæ carnalis, & de ipsa tunica habetur in quinto Canticorum. F. G. p. 277. to. 4.

10 Tunica linea pontificis significat totam terram. Ioseph. de antiq. lib. 3. cap. 11.

11 Tunica Hyacintina Pontificis sig. cælum Ioseph. de antiq. lib. 3. cap. 11.

12 Tunica siue pallium in qua erant 72. mala granata in extremo limbo, quæ deferebatur a Pontifice sing. quòd cum solus Pontifex Hebræus inter sacerdotes totius mundi legalis esset uerus, & legitimus sacerdos, ipse etiam solus po terat rogare non tantũ pro populo Israelitico, sed pro omnibus mundi populis, qui sunt septuaginta duo, ut 72. erant malagranata. V. Archangelum Burgonouensem in Cabalisticis dogmate. 1.

3 Tunica Christi Domini Nostri inconsutilis, & & indiuisa, ut est Ioannis 19. sign. Charitatem semper indiuisam manere debere. V. Vestimenta scindere.

1 TVRBA magna quam dinumerare nemo poterat, de qua in Apocalip. sig. innumeros martires, qui pro Christi D. N. fide palmam martirij sunt consequuti. Ioachim in Apocalip. fol. 121.

2 Turbæ præcedentes Christum D. euntem Hierosolimam, ut est Matth. 21. sign. fideles, qui fuerunt ante aduentum Christi Domini Orig. in Matth. hom. 14. Idem sign. pedites Dauid præcedentes. uel turbæ præeuntes Iesum, & increpantes cæcum sign. turbã carnalium desideriorum & tumultus uitiorum impedien tium ne clamor cæci perueniat ad Iesum. Vel sign. primos credentes, & ueram fidem docentes. Lauretus in uerbo antecedere.

3 Turba increpans cæcum clamantem, ut est Mat th. 20. sign. uete credentes increpantes eos qui solam humanitatem confitentur in Christo Domino. Orig. in Matt. hom. 13. Vel sign. discipulos prohibentes Gentiles venire adhuc ad fidem. D. Amb. in Luc. 18. Vel sign. turbas carnalium desideriorum, quæ dissipant suis tentationibus nostram cogitationem priusquã Iesus ueniat ad cor nostrum. Diuus Gregor. hom. 2.

4 Turbines & procellæ sign. bella. Valerianus fol. 284.

5 Turbo puerilis, trocus scilicet, quo ludunt pueri cum scutica uel habena, sign. mentis nolubilitatem, quæ nullo loco consistere ratione ue sedari possit, quod plurimum in furore accidere solet. Valer. fol. 355.

5 Turbo iuxta illud 4. Regum. 2. Eleuauit dominus Heliã per turbinem in cœlum. sign. carnis

tentationem, quam si quis premat, donum castitatis acquiritur, Abbas Ioachim in Hieremiam f. 7.

7 Turbinem dispergere fauillam, ut est Iob. 21. sign. Dei iram mittere malos in infernum. Lauretus in uerbo aspergere.

1 TVRCAS ascendere in altam turrim ad acclamationes matutinales sig. eos eo modo Deum acclamare, semper fuisse, futurumque semper ad instar circuli, quod deductum a Persis, qui cum uellent dicere Iouem æternum esse, ascendebant celsissimam speculam, & nominabant Iouem circulum qua appellatione eum sempiternum esse contendebant. Valer. fol. 287.

2 Turcas, Græcos, & Saracenos, adiunctos Imperatori Alemanno contra Ecclesiam Dei militantes, cum videbis tunc, scito esse tempus Antichristi missi, qui erit Antipapa Germanus qui coronabit illum Imperatorem, & ille erit vltimus Imperator Alemannus, & Antichristus vltimus erit illi coætaneus, & sign. tunc instare Ecclesiæ Dei extremam cladem. Theolosphorus f. 14. & 15.

3 Turchina gemma sine lapillus uulgo notus, si in casu gestantis illum; ipsa frangatur sig. quod gestans debebat sibi frangere aliquod membrum, sed pro illo fractam esse gemmam. Galatinus lib. 7. cap. 11.

1 TVRDVS auis implicita viscatæ virgæ, sign. hominem, qui (ut aiūt) incidérit in laqueos quos alijs teteuderat, uel qui propriis artibus & dolis perient, quod hæc auis cacat viscum ex quo postea capiatur. nam Plinius ait viscum non maturescere nisi in ventre auium, & maxime Palumbium, & Turdorum. Valerianus f. 184.

2 Turdus sign. surditatem. quod ea auis maxime eo vitio laborat. Valerianus fol. centesimo octuagesimo quarto.

3 Turdus sign. taciturnitatem. v. Vir. 900.

1 TVRIBVLVM cum vase aquario pictum sign. discordiam, nam in uno vase ignis, & in altero aqua poni solent, quæ contraria sunt, neque simul stare possunt. Valerianus fol. 343.

2 Turibulum & phiala aquæ, apud Aegyptios, signific. puritatem, maculas scilicet & labes detersas & elutas, sign. etiam ignorationem, hallucinationemque summotam ope doctrinæ, nam igne, & aqua omnia purgantur eluunturque. Valer. f. 343.

3 Turibulum in sacris litteris sign. linguam Dominicam, idest ignis lingua, in qua sit Spiritus. Valer. f. 343.

1 TVRRIS Babel, quam Nembrod erigere uoluit sign. Caldæos uoluisse supra aerem hunc nebulosum ascendere, quo liberius Astrologiæ arti uacarent. Franciscus Georgius Problem. 106.

2 Turris pulchra & fortis sign. 13. gradum Scorpij, & hominem qui erit fortis laborator. Astrolab. planum Ioannis Angeli.

3 Turris supra quam sit positum vas, ad quod volent omnes aues, & omnes uidentes eam sistāt circum eam apud Chimicos signific. fornacillum in quo situas medicinæ Philosophicæ, & aues sign. Spiritus, & vapores, qui uirtute caloris volant sursum, & deorsum per collum longum bociæ, & cum medicina est facta, ipsi fixantur, & cessant uolitare nec amplius ascendunt. Ioannes Braceschus libro de ligno vitę fol. 30.

4 Turrem Libani respicere contra Damascum, ut est Cantico septimo sign. prædicatores intendere in destruendis peccatis. D. Gregorius in Cantic. 7.

5 Turris ædificata in uinea, ut est Matth. 21. sign. templum in Iudæa positum ā Deo. Vel sign. verbi de Deo, & Christo eminentiam in sacra scriptura, Vel signific. legem cum eminentiori sensu. Orig. super Matth. hom. decima nona.

6 Turris Babel, & consensus superbiæ in sacris litteris sunt Synonima. Gouschelius lib. 1. Elocution. Sacr.

7 Turres cadentes, ut est Isai. 3. 8. & 25. sig. Diaboli victa machinamenta in aduentu Christi Domini. Diuus Hieronimus in Isai. 25. Idem signific. paries cadens male fabricatus, ut est Ezech. 13. & Domus cadens fundata super arenam, ut est Matth. 7. & Domus cadens supra Domum, ut est Luc. 6. & portæ cadentes Iudeæ, ut est Hierem. 14.

8 Turris fortissima, quæ in medio mari posita nullis undis, uel uentis possit dimoueri, sed vti Scopulus firma consistat, cum nomen Domini, sign. hominem, qui inter aduersa positus omnem spem vel in Deum, vel in principem suum habeat. Hieronymus Ruscellus in Insigni Bertoldi Farnesij.

9 Turris fortissima in littore maris posita in cuius summa. Coronice sint venti signati & in pinnaculo ipsius turris sit Angelus collocatus, qui sit ad flamina uēti uersabilis, in cuius manu insit uirga, quæ extrema parte tangat coronicem & indicet ventum flantem, cum uerbis, perfer & obdura. signifi. hominem, qui dæmonstrat, & per patientiam, & fortitudinem vel leaduersariorum impetus tolerare, ut tamen Deo inseruiat, & proximo prosit. Nam in hoc Symbolo turris signific. fortitudinem, Angelus, qui in multo circuitu nunquam decidit de loco suo, sed semper stabilis in officio indicat ventos significat hominem, qui non mouetur a proposito suo propter multas turbationes, & motus aduersariorum, sed constans in sua intentione omnia perfert, ut significe. gloria Deo, & ut ipse sit hominibus adiumento. Camillus Camillius in Insigni Pauli Gallucij.

1 TVRTVR sola insidens ramo sicco sig. uiduitatem continentissimam, quod turtur, amisso cōiuge, nulli unquam alij copulatur. Val. f. 161

2 Turturū par, aut duos pullos columbarū nfferre

Deo

Deo, in Circumcisione in sacris litteris sig. pudicitiam seruandam, quod turtur & columbus sunt Constantis pudicitiæ. Valerianus fol. 151. vel sign. nos mentem nostram verbo Dei velut vero coniugi sociare debere. Valerianus. fol. 161.

3 Turtur sign. castitatem in sacris litteris. Valer. vt sup. fol. 161.

4 Turtur sign. animam castitate præditam, de qua Psalm. 83. etenim passer inuenit sibi domum, & Turtur nidum vbi ponat pullos suos. Valer. vt sup. fol. 161.

5 Turturis nidus sign. ecclesiam, piorum scilicet cœtum. Iuxta illud Psalmi 83. & turtur inuenit nidum vbi ponat pullos suos. Valer. vt sup. fol. 161.

6 Turturis pulli sign. omne genus virtutum, quæ florent in sanctorum ecclesia, iuxta illud Psal. 83. & Turtur inuenit nidum vbi ponat pullos suos. Valer. vt sup. fol. 161.

7 Turturis & columbæ oblatio in sacris litteris, sign. hominem contemplatione deditum, qui munus offerat suum in scientia, & mansuetudine spirituali, Turtur enim habet cognitionē rerum sibi necessariarum, columba vero mundacest, & simplex index præsentiæ sancti spiritus. Valer. fol. 161.

8 Turtur sign. hominem saltatorem, & tibiis deditum, quod hæc auis, audita tibiarum modulatione, deliniatur adeo, vt det motus incompositos, & sæpe in laqueos imprudens incidat. Valer. vt sup. 161.

9 Turtur sign. mulierem loquacem, nam turtur non modo ore garrulitatem, sed etiam cauda quodammodo ostendat. Valer. vt supra fol. 161.

10 Turtur sign. intelligentiam quæ fit a spiritu diuino iuxta illud cantici canticorum, vox Turturis audita est in terra nostra, & proprie significat illam intelligentiam, cum res altis obscurisque mysteriis agitatur. Valer. fol. 161. sicuti columba sign. illam intelligentiam, quæ in disputatione, & commentatione de litteris sacris aperitur & manifestatur. Valer. vt sup. fol. 161.

11 Turturis caput aut guttur ita secare, vt post mortem caput corpori remaneat, vt est Leuit. 5. sign. Christum caput Ecclesiæ, sic sectum esse per mortem, vt illi semper inhæserit, & vnde pro nobis mortem pertulit inde verius nobis inhæsit. Lauretus in verbo abscindere.

12 Turtur vt est illud Canticorum cap. 1. pulchræ sunt genæ tuæ sicut Turturis, sign. Beatam Virginem, vt pote Messiæ matrem, fuisse sine vllo peccato, vel originali, vel actuali, vel mentali, Turtur enim est sine felle, & a principio sine eo creatur, & ob hanc causam mater Domini dicitur etiam Columba quæ & ipsa sicut turtur careat felle. Galatinus lib. 7. cap. 5.

13 Turturis vox quæ audita est in terra nostra, de qua Cant. 2. sign. vocem Iesu D. N. & virginis Matris illius, nam per Ghemateriam, Iesu aud Hebræos, dat numeros 316. & miriam apud eosdem dat 290. qui simul iuncti efficiūt 606. quos dat tur, apud Hebræos, quæ uox tur, sign. turturem. F. G. P. 487. tom. 4.

14 Turtur sign. gratiam uel diuinitatē, quam Hebræi dicunt Sachinam, quæ est spiritus sanctus, uel turtur sign. Beatam Virginem, cuius uox quando dixit ecce Ancilla domini, exaudita est in terra nostra, quando facta est vnio æterni verbi cum carne nostra. F. G. P. 32. tom. 5.

15 Turtur in sacris sign. castitatem, quod defuncto coniuge, nunquam alij copulatur. Galatinus lib. 11. cap. 9.

16 Turtur apud Costalium Pegmate 117. sign. eos malefacere, qui paruo interiecto tempore transeunt ad secunda nota. Sed secundum Caballarium, hoc nil habet Symboli.

17 Turtures duos sumere, aut duos pullos columbarum, ut est Leuit. 12. sign. aliquem offerre Christum Dominum, & seipsum in holocaustum, Christum quidem passionis eius memoriam agendo, seipsum autem pro peccato macerando. Lauretus in uerbo accipere.

18 Turtur alter qui offertur in holocaustum, vt est Leuit. 5. sign. sæculi abrenunciationem. Glos. interl. in Leuit. 5.

19 Turturis uocem audiri in terra nostra, ut est Cant. 2. & Isa. 6. sign. Christi sapientiam audiri in Ecclesia, uel sign. Ecclesiæ uocem audiri a Christo Domino in felicitate. D. Gregor. in Cantic. cap. 2.

20 Turtur sola sedens in ramo arboris siccæ, cum verbis. Tandem haud immemor. sign. hominem qui post mortem suæ, vel vxoris, vel amicæ dilectæ reciproci amoris nunquam obliuiscitur. Ioan. Baptista Pittonus in insigni Danielis Felicis Baronis de Spor. Vide Ruscellū in insigni Felicis San Seuerinæ, quod est idem insigne cum verbis, ille meos.

21 Turtur vnus qui offertur pro peccato, vt est Leuit. 5. sign. Christum D. Solum qui oblatus est pro peccatis. Lauretus in verbo vnitas.

22 Turtur murmurans sign. hominem ostendentem ingratam querelæ maledicentiam, Clemens Alex. stromatum, lib. 5. fol. 260.

24 Turtur sign. fœminam, quæ blanditus columbinis amorem sibi conciliare studet, nam Turtur in prima lingua dicitur Troutel duif, & inde venit verbum troutelen, quod notat blandiri, & omnibus modis, & gestibus conari cuipiam placere, & proprie id facere suauiis & amplexibus, quod a turturibus docemur, & quia Turtur est auis fidissima in cōnubio, ideo in prima lingua dicta est, Troutel, a uoce Trouu, quę notat fidem, & Trout signat coniugio copulat. Hel uero signat excellentiā; ex quo Troutel significat fidem excellentem in connubio, & Troutel, idest Turtur sig. fœminas, quæ blandiiis Columbinis amorem sibi conciliare student. Goropius in Saxon cis fo. 591.

1 TVSIACI apud chimistas signific. Sulphur viuum. Ioannes Garlandius, dicitur etiam Tifatam.

1 TVTVLVS cum infulis laneis, & cum peni culo laneo, sign. summam tutelam, & principem omnium defensionem ab agno nobis concessam, lanæ sig. agnum. Tutulus siue Cyrbasia siue etiam galea. sign. capitis defensionem, quæ merito dicitur defensionum princeps. Tutulus cyrbasia pileus pontificius, & Galea salutis. Sunt Synonima.

Goropius in Hieroglyph. lib. duodecimo fol. 198.

1 TYARA quam gestabat pontifex, vt est Exod. 28. sign. humilitatem, quam pontifex habere debebat. Aemarus Honnequinæus in lib. ad Gregor. 13. cap. 5.

1 TYMBVM Myrinnæ ab hominibus vocari, Βατίειαν. Sed à Deis σῆμα μυρίνης. sign. homines, sæpe nil curare virtutem, sed Deos illi semper honorem tribuere. Homerus enim taxat Troianos, qui Sepulchrum Myrinnæ Amazonis fortissimæ potius rubetum, quam monumētum Myrinnę nominare voluissent, vt eos apud quos iam priscæ virtuti nullus honor exhiberetur, quod vitium ciuitatum ferè sequi solent euersiones.

Goropius in Hermath. lib. nono, fol. ducentesimo octauo.

1 TYMPANVM, vt est Psalm. 150. sign. Ecclesiam, quæ meditata est carnis resurrectionem in pelle resonāte. Clemens Alex. prædag. lib. 2. cap. 4.

2 Tympanum apud Diuum Gregorium, sign. abstinentiæ tenuitatem. quod materia qua constat sit corium ex pelle arefacta, quę tamen diu prius fuerit macerata. Ita uir ieiunio confectus, ab omni luxu alienus parce, & duriter uiuens, qui laudes Deo canat.

Valerianus folio 349. & D. Gregor. in epist. cap. 193.

3 Tympanum sumens Maria soror Mosis, ut est Exod. 25. sign. hominem qui laudet Deum cum carnis maceratione. Lauretus in uerbo accipere.

1 TYPHON apud Aegyptios sacerdotes sig. mare, in quod Nilus illapsus conuellatur, quem Nilum sign. Osiris, & Isis, sign. terram. cui coniungitur Nilus, & quia Nilus in mare illapsus conuellitur, ideo sacerdotes odio habent mare, & pisces, qui apud Aegyptios sign. odium, & ob hoc ijdem sacerdotes existimant Nauticos affatu indignos, quod de mari victitant. Rhodig. lib. 3. cap. 12.

2 Typhonem esse inimicum Isidis, sign. multitudinem stupidam imperitam, & errore deuiam, quæ conuellat lancinet, obscuretque sacram rationem, quam Isis congregat, componit, & contribuit recte initiatis &c. Rhodig. lib.

3 Typhon qui dispersit Dionysij, siue Osiridis membra, sign. Dæmonum geneficorum Ducem, qui rationes rerum seminales in natura distribuit. de hac re tu lege Cælium Rhodiginum lib. quarto, cap. decimoquarto.

4 Typhon apud Orpheum sign. Zamaelem siue Samaelem Intelligentiam Martis, a qua proueniunt omnia metalla. v. metalla. Georg. Ven. Arm. 75.

5 Typhonem apud Orpheum. sign. Zamaelem, in Cabala, Picus in 23. Conclusione de modo intelligendi hymnos Orphei.

6 a Typhone nō timere elementa, ut est apud Orpheum sin. elementa à Deo ita colligata ui & con centu naturali, ut Satan ea eneruare non valeat, etenim Typhon apud Orpheum, & poetas idem quod Samael apud secretiores Theologos, & Satan apud Iob. 1. & 26. qui productus fuit ab æterno sole coluber tortuosus ad probandos homines, ut nonnulli aiunt Franciscus. Georg. Venetus problemate 405.

7 Typhonem a Iunone terra percussa ortum fuisse, sign. aeris temperamenti aliquando tantam uim existere, ut & magnitudine, & forma admirabiles plantas, & animalia oriantur. Iuno sign. aerem. Natalis Comes lib. 6. capit. vigesimosecundo.

8 Typhonem suppositum Siciliæ, cum moueat se terræ motus efficere & ignes, cineres euomere, sign. tractum illum a Cumis in Siciliam usque esse subterraneis cauernis plenum, & sulphuream plurimam nim habere, quæ flantibus ventis sæpe accendatur, vnde & ignes, & ex sequela cineres emittit. de hac ee Strabo libro quinto, ex quo secundum aliquos Typhon, sign. concitationem illam naturalem, ex qua & terræmotus, & ignes ibidem fiunt.

9 Typhonem manibus attingere Orientem, & capitibus, quæ multa & varia sunt, tangere sidera. sign. ventorum uim in aere spirantem, nam uenti, & in Orientem, & in Occidentem percurrunt, & etiam se in sublime tollunt, capita Typhonis varia, sign. uentorum diuersorum varias uires.

10 Typhonis corpus esse pennis tectum sign. ventorum celeritatem. Circa crura habere viperarum freqūētes spiras, sig. uentorū uim aliquādo esse noxiam. Typhonis oculos esse igneos, & ex ore illius ignem vomi, sign. ventorum materiam esse ex siccis & calidis vaporibus.

11 Typhonem ad montem Caucasum confugisse, signific. ventos plerunque in montibus dominari.

12 Typhonem a Ioue oppressum, sign. malam uentorum intemperiem ab acris Eucrasia, quam sign. Iupiter dinotam esse.

13 Typhonem ignem ex ore spirasse, & neruos Ioui concidisse, signifi. hominem quendam strenuum, qui mala exulum collecta copia, Ionem de Regno deijcere tentabat: & ob potentiam quam contraxarat dicebatur magnum corpus habere. & quia inflammauerat multos contra Ionem, dicebatur ignem vomere. & quia uires regni Iouis imminuerat, dictus est neruos Ioui incidisse. & quoniam Iupiter molli, & artificiosa oratione eos, qui a se ad Typhonem desciuerant rursus sibi conciliauit, dictus est

Mercurius

Mercurius eos furatum esse & Ioui reddidisse. Natalis Comes ut supra.

14 Typhonem aduersus Iouem insurrexisse, sign. ambitionem pessimam omnium prope vitiorum esse causam ut homines spernant religionem humanitatem & iustitiam.

15 Typhonem habere multa & diuersa capita, sig. ambitionem habere multos modos multas so licitudines, & multas molestias.

16 Typhonem huc & illuc fugientem ab Ioue tandem oppressum, sign. ambitionem, & cupiditatem, quamuis aliquandiu rationi & sapientiæ resistat, tamen ab illa denique uinci, non enim quispiam est sapiens, quin rationi demũ obtemperet, & si cupiditate aliquantulum exagitetur. Natalis Comes libro sexto. cap. vigesimo secundo.

17 Typhon sign. inscitiam, sicuti Isis sig. scientiam. Cælius Calcagninus de rebus Aegyptiacis.

18 Typhon, sign. quidquid squallidum, igneum, exuccum, humiditati reluctans, quamobrem & illum russo, & pallido corpore fabulantur, V. Osiri. 7. Calcagninus vt sup.

19 Typhonem ab Horo non occisum, sed viribus diminutum Isidis iussu sign. naturam humectationi aduersam interire, non esse vtile terræ, eo quod temperies non existeret, ignea vi depereunte. Calcagninus, vt supra.

20 Tiphon apud Phisicos, & Astronomicos, sign. Solarem effectum, sicuti Osiris sign. lunarem. Calcag. vt supra.

21 Typhonem vocari ab Aegyptiis Seth. id est violentum, sign. ignem purum solarem, qui plantariis, & germinationi infensum, magnaque ex parte terram flammis incultam reddentem, & ipsi Lunæ, id est humectationi inimicum. Calcag. vt sup.

22 Typhon sign. Lunæ obumbrationem in quam delapsa tegitur. Calcag.

23 Typhon sign. quidquid natura noxium, & tabificum est. Calcag. V. Osiris.

24 Typhonem depelli, & fugari sistris, sign. corruptione ac deliquio rerum innitente, & incumbente, generationem soluere naturam, & præsidio motus eam vegetare, Typhon enim sign. corruptionem, & sistrum sign. motum, cuius auxilio natura prouenit ad generationem, instante prius corruptione. Calcag. vt supra.

25 Typhon sign. quidquid in rebus est immodicũ, & ab ordine seiunctum, vel causa excessus vel causa deliquij, sicuti Isis sign. quod ornatum, quod bonum, & commodum est. Osiris vero sign. imaginem, exemplar, & rationem boni. Calcag. vt sup.

26 Typhon sign. Cacodæmona, qui hominum genus semper frustrari conetur, atque impedire quo minus ascendat & intelligat veritatem, in prima lingua dicitur, Ετυphon, id est superna, vel clara defraudans, vel dicitur de hup, hon. id est, quæ fraude sua facit, vt nos attollere, & ad supera ascendere nequeamus, vel dicitur a tup, hon. id est qui ab apice, quem ascendere debemus nos de fraudat. Quod est contrarium Apollini, qui est idem quod Horus, id est clausa referans. Hinc est Typhonis & Hori pugna, quæ sign. diaboli & spiritus sancti contentionem, siue carnis & spiritus. Goropius in Hieroglyph. li. 4. fol. 60. & li. 16. fol. 263.

27 Typhon in Magia orphei, sign. idem, quod Samael in Cabala. Alexander Farra in Septenario, fol. 205.

28 Typhon. V. Accipiter. 14.

29 Typhon, vel Tuphon apud Indos est annus tempestatum quæ euenire solent, per illa Maria, quæ non solent, vt nostra tam crebris procellis vexari, sed decimo, vel vndecimo, vel duodecimo quoque anno, sed tam acriter, vt nullus vel rarus nauta euadat incolumis. Cæsar Federicus in itinere Indiæ f. 143.

1 TYPICA intelligentia diuiditur in septem species. quarum prima est in qua Agar sign. plebem Hierosolymitanam. Et Sarra sign. Tribũ, Leui, cui constitutum fuerat a Deo viuere de labore filiorum Israel.

Secunda est in qua Agar sign. Ecclesiam secularium, & Sarra sign. Ecclesiam Clericorum.

Tertia est in qua Agar sign. Ecclesiam conuersorum, & Sarra signif. Ecclesiam Monachorum. prima species pertinet ad patrem. Secunda ad filium, & hæc tertia ad Spiritum sanctum.

Quarta est in qua Agar sign. Synagogam, & Sarra significat Ecclesiam Latinorum, ut hæc pertinet ad patrem & filium.

Quinta est in qua Agar sign. Synagogam, & Sarra signifi. Ecclesiam spiritualem quæ floruit a principio apud Græcos in religione monastica, cuius institutio peruenit etiam ad Latinos.

Sexta est in qua Agar sign. Ecclesiam eorum, qui sub hac sexta ætate seculi, quę incipit a Christo adhuc pro culparum meritis non parua com primitur seruitute. & Sarra sign. Ecclesiam spiritualem pertinentem ad Sabbatum, quę sponso cœlesti casto copulatur amore manente usque ad consummationem sæculi. & hæc pertinet ad Filium & Spiritum Sanctum.

Septima est in qua Agar signifi. totam Ecclesiam primi & secundi status, quæ sedens eiulans, & flens incolatum suum, donec compleatur tempus, quod designatum est in septuaginta annis, hoc est in 30. qui sign. tempus prioris Testamenti, & 40. qui sign. tempus noui usq; ad finem secundi status. Libera autem sign. felicem illam Ecclesiam, quæ sequitur in fine, hoc est in illa septima ætate sęculi, de qua in tempo Sabbati dicit scriptura, & benedixit diei Sabbati & sanctificauit. quia in ipso cessauerat ab omni opere quod patrarat.

Ioachim libro quinto, cap. 2. fol. 61. de concord. V. Allegoria.

1 TYRI princeps in quem inuehitur Ezechiel, cap. 28. cum dicit, tu signaculum similitudinis & sign. Sathanam, quem Deus creauerat ad similitudinem sanctissimæ trinitatis, magis quã illam aliam creaturam, in magnitudine, scilicet

scilicet scientia & pulchritudine, magnitudo enim sign. Deum patrem, scientia sign. Deum filium, & pulchritudo sign. Deum spiritum sanctum, & ob hanc rem dictus est Sathan signaculum similitudinis, quod esset plus similis trinitati sanctissimæ quã cæteræ omnes creaturæ, quod ostenditur per illud Ezechielis cap. 31. Cedri non fuerunt altiores in illo Paradiso Dei, abietes non adæquauerũt summitatem eius, & Platani non fuerunt æquales frondibus eius, cedri enim abietes, & Platani sign. dignitates Angelicas. Rupertus abbas Tuitiensis libro 1. capite 8. de victoria verbi Dei.

2 Tyri opum abundantia, vt est Ezech. vigesimo septimo, sign. vitia diuersa. Lauretus in verbo abundare.

3 Super Tyrum lamẽtum assumere, vt est Ezech. 27. sign. pro peccatoribus destendum esse. D. Hieronim. supra Ezech. 27. & Lauretus in verbo accipere, vel sig. in spem eleuari acquirendi, quod Lucifer perdidit, ad idem spectat sumens lamentum omnis maritus, vt est. 1. Machab. 1. Lauret. vt supra.

4 Tyrum & Sidonem assumpsisse sibi sapientiam, vt est Zachar. 9. sign. Philosophos mundanos & hæreticos superbire Dialectica & rationibus uanis. D. Hieron. Zachar. 9. & Lauretus in uerbo accipere.

5 Tyri Regem acquirere aurum, & argentum, ut est Ezech. 28. sign. Lucifero data esse gratuita Dona cum creatus fuit. Lauretus in uerbo acquirere.


6 Tyrum ædificatum ex abietibus Senir, & a finitimis, ut est Ezech. 27. sign. mundanam ciuitatem non habere ex se decorem, & gloriam. D. Hieron. in Ezech. 27.

7 Tyri regnum sign. Regnum Siciliæ. Ioach. in Hierem. fol. 46. colum. 1.

8 Tyrus de qua Ezechiel. 27. o Tyre tu dixisti perfecti decoris sum, & sign. genus humanum, vel sign. presens seculum, vnde Ezechiel iubetur leuare planctum super principẽ Tyri, quod sign. humanum genus debere humiliare animam suam sub potenti manu Dei, qui si non pepercit principi Angelorum, ne forte, & homini non parcat illum imitanti. Rupertus lib. 2. cap. 3. de victoria verbi Dei.

1 TYRRHENORVM appellatione Thuscos vocari solitos sig. Thuscos primos fuisse, q re nauali plurimũ valerent, & qui tota maria quàm celerrimè percurrerent ac etiam possiderent, quam rem Dionysius Halicarnassæus de vetustissimis auctoribus testatur. Nam in omniũ prima lingua, quæ & Adami fuit & Noe, Turrhennen, siue Durrhennen mutata tenui in mediam, Turrhen siue Dorrhen sign. celerrimè percurro, adeo quod Tyrrhennus erat cognomen, ab re ipsis Thuscis adhibitum, quo sibi Imperium maria, & potestatem ad quasuis oras penetrandi arrogarent, vt hac sua appellatione efficerent, vt dum aliæ nationes ipsos ita nominarent, hanc ipsis concedere, & confirmare potestatem viderentur ad hanc rem quoque fecit, quod eorum conditor Iapetus cognominatus est Ianus ab eundo, & ait Cicero. & Liuius attestatur mare superum, & inferum Thuschorum fuisse, quod Adriaticum alterum & Tyrrhenum alterum vocaretur. Ioannes Goropius in Vertumno. fol. 39.

V.



1 V, Apud quendam sign. calorem furni secreti.

2 V, In prima omnium lingua, quia in eius pronunciatione fit è rotundo, labiorum diductio, & ad anteriora porrectio sign. latitudinem, & longitudinem, & consequenter durationem, propterea quod eiusmodi figura angulus fit externus nullo fine conclusus.

Goropius in Hermath. lib. 5. fol. centesimo quinto.

3 V, Consonans etiam sign. vim remouendi, vt est in van, quæ vox signat remoueo, propter vim remouendi, quæ est in, v, om, enim denotat ad, & sicuti, vã, sig. remouet, ita eius vox retrorsa, nau, denotat accedo & stringo. Hinc nauo Latinorum pro eo, quod est rei cuipiam ita instare, vt videaris vrgere, & constringere à, van, cum, v, simplici, prouenit vuan cum duplici, vv, quæ vox denotat illud instrumentum, quo omnia superflua, paleæ præsertim, & acus a frumento procul euentilantur, quã de voce Latini vanni nomen habent, sed in prima lingua, vv, consonans duplicatur, vt sign. frequentiam repulsionis rerum superfluarum, quam notationis uim Latini, quod hoc elemento carent, exprimere nequiuerũt, ex hac uocis ratione uanni Bacchicæ Symbolum facile redditur explicatu, quod Silenis, Satyris, Mænadibus, Mimaltonibus Tityris, & toti reliquo Dionysij comitatui sign. ut in omni uita, in omni actione, in omni studio, in omnibus cæremoniis, & ritibus diligentissimè inutilia, & nihil ad Bacchum facientia a ueris fructibus secernerent, & procul amouerent. Goropius in Hermath. lib. 5. fol. centesimo quinto.

4 V, Littera in prima lingua sign. latitudinem aliquam, & diductionem. Goropius ut sup. fol. 109.

5 V, Littera in alphabeto signat, te, pronomen, nam in oratione mystica, quæ per prolationẽ litterarum fit, in tertia parte ipsius orationis, quæ constat ex his litteris pronuntiatis en, ho, pe, ue, er, es, te, u. sign. & exalta peccudem, ut ipse est ad te.

Goropius in Hermath. lib. nono, fol. 217.

1 Vacca bos sign. terram. Erizzus. fol. 609.

2 Vaccæ proficiscentes in Bethsames & ferentes arcam iuxta illud 1. Regum. cap. 6. sign. prædicatores pænitentiæ, & ferentes crucem Domini. Abbas Ioachim. in Hierem. fol. 13. qui

prædica

prædicatores, sign. ordinem Diui Dominici, & ordinem D.Francisci, & earum vaccarum, mors quæ data fuit vaccis, in holocaustum Deo, signifi. impedimentum duorum eorum ordinum a prædicatione in tribulatione Antichristi eis faciendum.

2 Vacca quæ apud Memphiticos colebatur, si obiectum cibum lubenti animo comederet, sign. rem prospere euenturam. sin uero renueret, sign. rem perperam successuram, Alexander ab Alex. lib. 2. cap. 29.

3 Vaccæ sign. animas populorum seductiles. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacr.

4 Vacca lignea tota cooperta lamis aureis genuflexa, & habens pannum purpureum supra se instratum, & inter cornua habens Solem aureum, & ante se sit lucerna ardens, & uasa multa, quæ emittant odores uarios, sig. sepulchrū filiæ Micerini Regis Aegyptij, qui eam in dicta uacca inclusit.
Thomas Porcacchius in funeralibus, folio sexagesimo nono.

5 Vacca custodita ab Argo in porta Solis sub antro in tertio gradu Theatri Iulij Camilli, sign. terram & colores omnes & uisibilia omnia. Iulius Camillus fol. 94.

6 Vacca custodita ab Argo in porta Solis sub Pasiphaë in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, sig. colores corporis humani. Iulius Camillus fol. 132.

7 Vacca russa, ut est Num. 19. signifi. Christi Domini carnem mortalem, quæ ideo sumebatur fœmina, ne crederemus expiationem fieri ex uirtute ipsius animalis, sed ex diuino numine. Lauretus in verbo bos, & comburebatur tota, vt non ab ipso animali sed à Deo fauor speraretur, Archangelus Burgon in conclusione 24. cabalist. Pici.

8 Vaccæ Russæ cinis aspersus die tertio, & die septimo, & si tertio die non erat aspersus non poterat septimo expiare, sign. si quis non prius baptizatus est in nomine sanctissimæ Trinitatis, non posse septem dona spiritus sancti recipere, & aspersio tertij diei sign. Baptismum, & aspersio septimi sign. confirmationem, prima aspersio sign. corporis resurrectionem, & secunda sign. animæ resurrectionem a culpa. Ioach. 13. cap. 118.

9 Vacca Russa sign. passionem D. N. I.

10 Vaccam Russam Comburens, vt est num. 19. sign. Christi corpus sepelientes, & resurrectioni ipsum veluti conflagrationi mandantes.
Lauretus in verbo accendere.

11 Vaccæ russæ pellem & stercus comburi, vt est numer. 19. sign. Christi mortalitatem & ignominiam conuerti in gloriam. Lauretus in verbo accendere.

12 Vaccæ afferendæ ætas integra, vt est Num. 19. sign. Christi D. ætatis plenitudinem. Lauret. in verbo ætas.

13 Vaccæ pingues, quæ dicunt dominis suis afferte, & bibemus, sicut est Amos 4. sig. hæreticos inferiores, qui parati sunt ad omnes errores hæresiarcarum suscipiendos. Diuus Hieron. in Amos 4.

14 Vacca Russa sig. Beatam Virginem Mariam de progenie David Russi, & vt Eua fuit rubea Terrestris, ita beata Maria fuit rubea cœlestis & plena igneo spiritu, plena gratia & uirtutibus, & ut illa Vacca Rusa eligebatur perfecta, & integra, & sine macula, & quæ non fuisset pressa iugo, & illius sacrificiū, & omnia eius mysteria celebrabantur extra castra, & cōmunem cœlum etiam populi electi, ita sign. Beatæ Mariæ mysteria omnia fuisse celebranda extra communem legem.
Georg. Venetus armon. Cantic. 2. Tono. 4. cap. 6.

15 Vaccam russam & perfectam iussam offerri, sign. Christum Dominum nostrum, vt hominem, offerendum, & erat rubea, ut sign. ipsam Christi Domini humanitatem sanguine rubificandam, & merito uaccæ ipsius immolatio erat omnium celeberrima, quod sign. Christi Domini sacrificium futurum omnium celeberrimum. Franciscus Georgius Problemate. 256. t. 2.

16 Vaccam rusam offerendam, non tulisse iugum esse imperatum, sign. Christum Dominum nō futurum unquam sub iugo peccati, & iussam fuisse cremari extra castra, sign. Christum Dominum extra portam Hierosolymarum passurum. quod etiam sign. Christum Dominum fuisse sanctificaturum suos electos, ut exirent de ciuitatibus mundi, & tenderent ad supernā Hierusalem. Franciscus Georgius Problem. 257. t. 2.

17 Vaccæ rufæ sanguine Sacerdotem digito intincto septies irrorasse versus fores Tabernaculi, sign. Christi sanguine fuisse, mundandos omnes, qui erant futuri tabernaculum Dei, & septies fieri aspersionem, sign. ueram peccatorum remissionem propter numerum septenarium, remissionis numerum. fiebat digito Sacerdotis, ut sign. Christum Dominum remittere peccata in digito Dei.
Franciscus Georgius Problemate ducentesimo quinquagesimo octauo, tom. 2.

18 Vaccam rufam totam concremari iussam, nihil de illa excepto, sign. Christum Dominum nostrum futurum totum in holocaustum pro nobis, ut nihil in eo fuerit, quod non pro nobis oblatum sit.
Franciscus Georgius Problemate ducentesimo quinquagesimo nono tom. 2.

19 Vaccam rufam comburentes immundos extitisse, sign. eos qui Christum Dominum erant crucifixuri, extituros immundos.
Franciscus Georgius Problemate ducentesimo sexagesimo secundo, tom. 2.

20 Vaccæ rufæ cineres dispergentes, immundos extitisse, sign. illos qui non credebāt Christum suscitaturum, sed ut homines in puluerem resoluendum, futuros immundos.
Franciscus Georgius Problemate ducentesimo sexagesimo tertio, tom. 2.

21 Vaccæ

31 Vaccæ rufæ cineres tangentes, si a mortuo essēt immundi mundos fieri, sign. eos qui Sacramētum sanctissimum digne assumunt, ex immundis mundos fieri.
Franciscus Georgius Problemate ducentesimo sexagesimo quarto, tom. 2.

22 Vaccæ rufæ sanguini subsequi mortem Mariæ sororis Mosis secundum cabalistas sign. oblationem vitulæ pro peccato Mariæ contra fratrem suum murmurantis a morte peccati Mariam liberasse. Archangelus Burgon. in 24. conclusione Cabalistica. Pic.

23 Vacca sign. animam teneram, & Iuuenem, quę patiatur rectorem.
Lauretus in verbo bos.

24 Vaccæ populorum, vt est Psal. 67. sign. simplices & Vaccæ quadraginta sign. humiles. &.

25 Vacca vna sign. humilitatem ipsam. Lauretus vt supra.

26 Vacca Triennis, vt est Genes. 15. sign. plebem Iudaicam iugo legis pressam, quæ diuisa est in duas partes, quia carnales diuiduntur in multa aut distrahuntur. Lauret. vt sup. vel sign. perfectum sacrificium propter ternarium numerum.

27 Vaccæ septem pingues, & septem macræ. quæ apparuerunt Pharaoni sign. septem annos fertiles, & septem steriles. & idem faciebant septem spicæ pulchræ, & septem inanes.
Ioseph. de antiq. lib. 2. cap. 4.

28 Vaccæ duæ fetæ portantes arcam, & quæ non nouerant iugum, & mugientes pro uitulis, vt est 1. Reg. 6. sign. prædicatores geminam habentes charitatem, nec iugo peccati subiectos, & compatientes necessitatibus cogitatorum: Lauretus in verbo bos. Vel signific. fideles, quę eloquij sacri præcepta desiderant.

29 Vaccæ populorum, ut est psal. 67. significant simplices, quos decipiunt hæretici. Lauretus in verbo bos.

30 Vacca, ut est Genes. 15. sign. terræ Elementum propter laborem & fœcunditatem. D. Ambr. 2. de Abrah. 8. & idem sign. bouis facies, ut est Ezech. 1. cum bos sit terreus, & terræ cultui semper addictus.
Georgius Venetus Armon. Cantic. 1. Tono 7. cap. 22.

31 Vacca siue uitulus, ut est Genes. 15. & Leuit. 1. sign. carnem laboribus subiectam. Origen. Leuit. hom. 1. & Isych. Leuit. 1.

32 Vacca lasciuiens aut œstro percussa, vt est Amos 4. sign. homines qui fine freno transgrediuntur diuina præcepta, & uitijs sunt pleni. Diuus Hieron. Amos 4.

33 Vaccæ pingues, ut est Amos. 4. sign. hæreticos. D. Hieron. Amos. 4.

34 Vaccæ in Bethauen, ut est Oseæ 10. sign. Pontifices Iudæorum in Templo. Rupert. Oseæ 10. & idem sign. Vaccæ pingues in monte Samariæ, ut est Amos 4. Rupert. Amos 4. &

35 Vaccæ pingues sig. sacerdotes idolorum, & colentes vitulos. Lauretus in uerbo bos.

36 Vaccæ in Bethauen, ut supra sign. uitulos, quos colebant Israelitæ, & sign. hæreticorum errores. Lauretus in uerbo bos.

37 Vaccæ 7. quæ apparuerunt Pharaoni præter id quod sign. 7. annos vel fertiles, vel steriles sig. etiam septem signacula, & eorum operationes, quæ futura erant in populo Iudæo, & postea Christiano. Nam manifestatio facta a Ioseph, post somnum Pharaonis sign. occultæ mysteriorum signa reuelanda esse in populo nostro post resurrectionem D. N. quæ reuelatio facta est per spiritum Domini reuelantem, & aperientem ipsis Apostolis sensum, vt intelligerent scripturas, & anni septem fertiles sign. Tempora 7. signaculorum, frumenta sign. verba diuina, horrea sign. sacra volumina, vel corda credentium. .... 7. vero anni steriles, in quibus spiritualiter, nec seminari, nec meti potest, nec congregari in horreis, sign. quod post illa septem tempora in quibus scripturæ authenticæ scriptæ sunt, sequentur alia 7. tempora ab initio secundi status usque ad cōsumationem ipsius, in quibus eo modo quo tūc fiebat, nulla aut admodum breuis scriptura authentica prophetiæ spiritus edita reperitur, sed quæ olim spir. sanctus per prophetas reposuit, nunc per doctores ecclesiarum & domui, & populo suo alimenta largiatur. Ioach. 13. cap. 8.

38 Io vacuum uel in uanum ambulare, ut est Iob. 6. & 31. sign. laborare in acquirendis diuitijs, quas relicturi sunt homines, nil boni ante iustum Iudicem afferentes. Lauretus in uerbo ambulare.

1 VACUNALIA fieri in mensæ nouemb. Vacunæ deæ sign. tunc agricolas Vacuos & ociosos esse a laboribus terræ post perceptos fructus, & agrorum cultum. Ouid. 6. fast.

1 VACUNAE simulachrum factū fuisse sub incerta specie sign. multos existimare eam esse Mineruam, multos Dianam, & multos Cererem, & multos uictoriam, qua uictoria gaudent maxime, qui sapientia uincunt Porphirion in Horatianum illud.
Hæc ego dictabam post templum putre Vacunæ.

1 VADIMON in sacra lingua, quæ Adamica est sign. hominem qui alium appræhensa auricula monet, ut se sistat ad Iudicem. Vat enim significat apprehēdere, & mon, sig. moneo, a quo Latini suum moneo deduxerunt. Ioanoes Gorropius in Vertumno. f. 45. sed Vadimon apud Gentiles erat Deus qui Vadimonijs præerat, qui Deus profecto nil aliud sign. quam ipsum ignem inferni, vel potius ipsum Deum, qui & Vadimonij non præstiti, & iudiciorum contemptus vindex adest, & qui nepharios & scelestos homines subterraneo igne torquet, in quo omnia scelera, & præsertim ea, quæ in Remp. committuntur, sunt puniēda. in quem Herus Armenius vidit, conijci Tyrannos, & eorum similes, ut ait plato in Repub.

2 Vadimonis templa fieri apud lacus ebullientes, uel sulphur spirantes, sign. homines mori debere se mittendos in ignem ebullientem, vel sulphu

sulphureum inferni si uadimonia desererent, vel aliquid impium committerent.
Goropius in Vertumnos fol. 45.

1 VAICRA dictio prima Leuitici, in quo tractatur de sacrificiis. quæ dictio interpretatur, & uocauit, Mosem scilicet, vbi non sine mysterio tacetur Dominus, qui ubique exprimitur præterquam in hoc loco, ut sig. sacrificium omniũ sacrificiorum futurum fuisse Iesu eum patris uoluntate, nam numeri Vaicra, sunt 316. si addatur unitas Aleph, qui sig. patrem, itidem. n. numeri Iesu. sunt 316. ut ostendatur Iesum fuisse omnia sacrificia expleturum, una cum patre operante. Archang. in 8. Conclus. Cabal. & sig. legem per Christum D. datam Mosi qui Christus D. exprimitur in numeris litterarum Vaicra.

1 VALLIS Virginis. Iuxta illud beati Cirilli. Veh mulieribus excisis de petra durissima vallis Virginis, sign. Assisium quod est in valle, vnde religio D. Francisci exorta est, nam Virgo sig. Ecclesiam. & Assisium erat ditioni Ecclesiasticæ subditum. Abbas Ioachim super illud verbum vallis, ita inquit. per vallem Virginis potest intelligi aliqua religio Ecclesiæ ditioni subiecta sita loco ualioso, cuius ornandus erit fundator & pater. Lege Bartholomeum Pisanum in cõformitatibus, Theolosphorus f. 13.

2 Valles scindi, ut est Mich. 1. sign. animas Coriceis corporibus insertas ad præsentiam Aduẽtus Christi D. lachrymis liquefieri, & in melius mutari. D. Hieron. Mich. 1. & Lauretus in verbo abscindere.

3 Valles abundare frumento, ut est psal. 64. imperfectos abundare operibus necessariis ad vitam æternam, licet non ascendant ad perfectiora. D. Hieron. psal. 64. & Lauretus in uerbo abundare.

4 Vallium habitatores, abundantes falcatis curribus, ut est Iud. 1. signif. homines carnales, qui habent multos motus carnis. Lauretus in uerbo abundare.

5 Vallem Thophet succendi a flatu Domini, ut est Isai. 30. sig. inferni pœnam Dei voluntate perseuerare. Lauretus in uerbo accendere.

6 Valles exaltari, ut est Isa. 40, sig. humiles extolli. Lauretus in uerbo altitudo, vel sig. gentiles ad fidem venire.

7 Vallis aspera saxosa, & nunquam arata, ad quam deducebatur Vacca rufa ad immolandum, ut est Deuteron. 21. signifi. Caluariæ locum, in quo ueritas ipsa demonstrauit, homicidam diabolum, qui ab ipsa veritate deuictus est. Cadauer enim inuentum signif. genus humanum. Vitula iugo libera sign. carnem Christi Domini a peccati iugo liberam.
Archangelus Burgonouensis in 24. Conclus. Cabal. Pici.

1 VANNVS. vide, v. 3.

2 Vannus in Bacchi sacris, signific. ea, quæ in omni vitæ ratione superuacanea sunt haud secus ac paleas, euentilanda esse. Goropius in Hieroglyph. lib. 7. f. 104.

1 VARVS piscis cupiens ranam capere pro esca insidias tendit, sed rana accipiens frustum arundinis in ore deludit illum, signific. artem arte deludi. Sambucus fol. quadragesimo secundo.

1 VAS plenum spicis tritici signific. abundantiam tritici ab Imperatore procuratam.
Erizzus. folio ducentesimo septuagesimo nono.

2 Vas plenum auro, cum titulo finem transcendit habendi sign. auaros sæpe emori fame, nam Haalon princeps Tartarorũ cũ cæpisset summum pontificem legis Maumethanæ Califam Baldacensem hominem auarissimum, nil ei ad mensas præter lances auro plenas apponi iussit, cum hoc Disticho.

Sume, vora; rebus præ cunctis ista cupisti,
Sume vora, & tandem te saturato semel.

Claudius Paradinus. lib. de Symbolis Heroicis fol. 103.

3 Vas vitreum plenum aqua, in quo sint duo oua quorum vnum in fundo sidat, aliud vero in summo natet, cum titulo. Haud sidit inane, signific. hominem quo minus habet prudentiæ, eo magis insipientiam philaphtia, & ambitione suam prodere, & contra quo quis prudentior est, eo demissiorem tranquilliorem que animi, & ab ostentatione alieniorem existere. Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis folio centesimo sexagesimo nono.

4 Vas irrigans plantas, cum titulo Paulatim sign. probitatem, & virtutem dum adhęrescũt non facilè discerni nisi exemplo, & vsu probentur, sicuti planta dum surgit, nemo videt incremẽtum. Claudius Paradinus lib. de Symb. Heroi. fol. 181.

5 Vas cum operculo obturatum, sign. animum, Poliphilus lib. primo.
Valerianus fol. 406.

6 Vas in quo fit ignis ardens, & apud Vas fit mũdus diuisus in tres partes, in quo fit Sol, & Luna, & rami saticis viminibus ligantes vas, & mũdum simul signific. quod amor vincit omnia. Poliphilus. lib. 1.

7 Vas apud Chaldeorum scripta sign. animum iuxta illud vas tuum inhabitant bestiæ terræ, quæ bestiæ signific. Iram scilicet libidinem, & alias cupiditates, quos affectus cõmunes cum belluis habemus.
Valerianus. fol. 407.

8 Vas animæ apud D. Paulum sign. Carnem nostram, quam tamen etiam honorificè tractandam monet, & quam aliquando idem vocat hominem exteriorem, & caro dicitur vas, quod capiat animum, & vocatur homo quod sit in communione naturæ. Valer. fol. 407.

9 Vasa in diuinis litteris sig. seruos, quod vasa nisi in ministerium aliquod comparantur, sicuti, & serui, vnde illud de Diuo Paulo elegi mihi eum in vas electionis.
Valerianus. fol. 408.

10 Vasa ænea altaris, ut est Exod. 38. sign. homines fortes & patientes. Lauretus in uerbo æs.

11 Vasa vel geometrica, uel fabrilia in sanctis Angelis. sign. fundandi, & construēdi atque perficiendi uim, & quæque alia sunt prouidentiæ illius munera, quæ inferiora promouet atque conuertit.

12 Vasa vt supra sign. interdum diuina in nos iudicia, interdum sign. emendantem disciplinam, interdum sign. iustitiam punientem, interdum sig. mœstorum casuum ereptionē, interdū sig. disciplinę finē, interdū sig. prioris felicitatis receptionē, interdū sig. aliorū munerū adiectionē, siue illa parua, siue magna, siue carnalia, siue intelligibilia sint. D. Dionis. cap. 15. cœlestis Hierarch.

13 Vasa tria vnum terreum, alterum æreū, & tertium uitreum, in Artephij artificio variè disposita habent uaria significata. nam vas terreū sign. præterita, uas æreum sign. præsentia, uas vitreum sign. futura, vel vas argenteum uino plenum sign. idem quod uas terreum. de modo & ordine cognoscendi uasorum significata. tu lege Leonis Suauij scholia in Paracelsum f. 207.

14 Vasa tria æreum, vitreum & terreum circa quæ sit imago masculina iuxta terreum, & sit nomen masculinum in vase vitreo, & fœmininū in terreo, sign. decimum Artephij experimentum, & quòd videbis quodcumque uolueris de masculo, uel fœmina, cuius nomen in uas impositum fuerit. Leo Suauius in scholiis Paracelsi fol. 211.

15 Vas circa quod erant insculpti ramus sinapis ramus vitis, ramus mori, & ramus Persici, sign. humani intellectus vim curiosam rerum sublimium cum robore doctrinæ insudare, ut collocet suam fęlicitatem in ueritate & prudentia. Nazarius somnio 3. cap. 1.

16 Vas æneum, quod tetigerit sanguinem, lauari, ut est Leuit. 6. sig. uirum robustum quem peccare contigit, per pœnitentiam mundari. Glossa interlin. supra Leuit. 6. & Lauretus in uerbo abluere.

17 Vas ligneū, quod tetigerit seminifluus, lauari, ut est Leuit 15. sign. uirum robustum, qui uanitatibus aditum prębuit, per pęnitentiam mūdari. Lauretus ut supra.

18 Vasa quæ abstulit Antiochus de Templo Domini sign. operationes inferiores hominis, sicuti uasa concupiscibilia significant virtutem concupiscibilem. Georg. Venetus arm. f. 105.

19 Vasa asportata ab Nabuchdonosor de Templo quæ in usum profanum ab illo conuersa sunt, sig. uires & potentias a Deo homini concessas in bonos usus, ab ipso homine in malos conuerti. Georg. Venet, arm. f. 105.

20 Vasa omnia pollui in quæ morticinium inciderit, exceptis fontibus aquarū, &c. sign. homines aliquādo pollui, licet habeant doctrinam, & sint magistri: doctrina vero impolluta remanente, nam doctrinam sign. fontes. Valer, fol. 283.

21 Vasa 360. quæ quotidie sacerdotes Osiridis implebant lacte, & renouantes planctum inuocarit Osirim, & Isidem sign. 360. dies in quos diuiditur annus, vel sign. 360. gradus Zodiaci quos sol, quem Osiris sign. in anno præterit, de quibus vasis loquitur Diodorus Siculus lib. 1. fol. 6.

22 Vas capiens manna Gomor unum, vt est Exod. 16. sign. spem uitę æternæ, quam omnes iusti ante aduentum Christi in quinque ætatibus habuerunt. Lauretus in uerbo accipere.

23 Vasa decoris tollere, ut est Ezech. 16. sign. corrumpere scripturarum sensum. Lauret. ut sup.

24 Vas nouum afferre ad Eliseum, ut est 4. Reg. 2. sign. Christi D. Incarnationem. Lauretus in uerbo afferre.

25 Vas alterū, quod fecit figulus, ut est Hierem. 18. sign. Christum D. & hominis renouationem, & idem sig. alterum testamentum, ut est Baruch. 3. Liran. in Hierem. 18.

26 Vasa aurea ab Aegyptiis per Iudæos ablata, ut est Exod. 12. sign. doctrinas Gentibum non inutiles, quibus uti possumus ad obsequium Theologiæ. Beda Exod. 12.

27 Vasa ubi emuncta recipiūtur, ut est Exod. 25. signific. corda spiritualia. Glo. inter Exod. 25. uide Emunctoria.

28 Vasa Argētea ut est 2. Timothei. 2. & Exod. 12. sign. uiros bonos, qui tantum in Ecclesia reperiuntur D. Amb. 2. Tim. 2. & Beda in Exod. 12. uel sign. Gentilium consuetudines non inutiles, quas ab illis mutuare possumus, uel sign. animas cum suis corporibus, uel sign. bonos in Synagoga.
Lauretus in uerbo Argentum.

29 Vas ut est 1. Thessal. 4. sciat unusquisque suum uas possidere in sanctificatione, signif. corpus suum.
Gouschelius lib. 2. Elocut. sacrar.

30 Vas ut est Hierem. 19. sicut Vas in manu figuli, sic Vas in manu Dei, sign. hominem.
Gouschel. lib. 6. Elocut.

31 Vasa iræ ut est Isai. 13. & Vasa iræ eius ad dissipandam omnem Terram sign. instrumenta, quibus Deus iratus punit populos. Apostolus uero uocat uasa gloriæ sign. electos.
Gouschel. lib. 3. Elocut. sacrar.

32 Vas fictile Chimicum. V. Aludel.

33 Vasa desiderabilia, vt est Nahum. 2. sign. eloquia hæreticorum, quibus ornant dogmata sua.
Lauretus in uerbo appetitus.

34 Vasa concupiscibilia, ut est Ose. 13. sign. sanctos quos eduxit Christus Dominus è lymbo, uel signific. deceptos ab hęreticis, qui ad fidem rursus conuertuntur. Diuus Hieronymus, Ose. 13.

35 Vasa iniquitatis bellantia dicti Simeon & Leui, ut est Genes. 49. signific. Scribas, & Pharisæos contra Christum D. aut sign. gulam, & luxuriam, quæ impugnarit fideles. Glossa Ordinar. Genes. 49.

36 Vas quatuor initiis a cęlo demissum Diuo Petro, ut est Actuum 10. signific. Euangelium,

licet

licet enim quadriformi Euangelistarum narratione distinctum principia quatuor habere videatur, vnum tamen est Euangelij corpus. Cass. lib. 3. cap. 3. & Petrus Bongus cap. de Quatern. fol. 170.

1 VASTIOR apud chimistas sign. Crocum horten sem.

1 VAV litteram apud Hebræos nunquam poni in capite dictionis, quod stet radicaliter, sig. vel quod Vau sit coniunctio apud illos, & coniunctio expetit medium, vel sign. illam litteram esse Symbolum arboris vitæ, quæ posita fuit in medio paradisi, & ideo hæc littera semper ponitur in medio tamquam cor, vnde per totum corpus effunditur vita. F. G. P. 449. tom. 2.

2 Vau litterã in omnibus librorũ sacrorũ locis vbi agitur de generatione non inueniri, in dictione Toldoth, quæ interpretatur generatio, duobus duntaxat exceptis Genes. cap. 2. ubi dicitur, istæ sunt generationes cœli & terræ, & in Ruth cap. ultimo vbi dicitur. & hæ sunt generationes Phares, in Genes. cap. secundo, lignif. cœli & terræ generationem a Deo creatam perfectam fuisse in ultimo Ruth. sign. omnes hominum generationes imperfectas esse excepta generatione Phares, ex qua oriundus erat Messias, ex quo apud Hebræos Messias vocatur filius Phares. Dicunt enim post Adæ peccatum omnia reddita fuisse imperfecta ad quorum reparationem opus esset Messiæ aduentu. Galat. lib. 6. cap. 11.

3 Vau littera in magno nomine Tetragrammo, sig. arborem uitæ, quia ut ait Apostolus: Deus est, in quo uiuimus, mouemur, & sumus. Archang. in 7. Conclus. Cabal.

4 Vau in nomine Iesu sign. Christum D. esse vitę authorem. Archang. ut supra.

5 Vau, sign. librum per excellentiæ figuram, qua non præstantissimo plicatilium rerum generi vindicatur, qua in re Romani priscos suos maiores Ianigenas imitati volumen pro libro dixerunt in se voluto. Vau enim in prima lingua denotat cuiusuis generis sinum, siue is per angulum re quapiam in se redeunte fiat, siue per spirarum aut circulorum portiones, uel etiam per integrum circulum. Vau enim videtur in se recurrere, & eadem littera hinc principium, hinc finem sibi facere. & in pronunciando ipsam litteram sonus eius rotundum aperiet os, & labra, quæ in rotundo sono perficiendo erunt ferè coitura, sinu quodam producto exterius recludat. Gorop. in Hieroglyph. lib. 10. f. 160. & 161.

6 Vau sign. Spiritus sancti gratiam, qua nobis ea, quæ ad æternam uitam ducunt, reuelat, & hinc librum in Cimbrico alphabeto per Vau, notatum, magister optat suo Canopo. Goropius ut supra. f. 163.

7 Vau littera signif. diuinum nomen Eloha Vaudaoth. & sig. Tiphereth numerationem sextã, Angelos virtutes, sign. auditum, sign. vnctionum rectorum, & sign. veritatem, & sign. 6. Farra in Philosophia Symbolica. fol. 173. siue de insignibus.

8 Vau, sign. filij Dei personam, nam Vau ut dictũ est, sig. librum altum, & filij Dei proprium est in omnibus sacris libris utramque facere paginam, & qui solus arcani & æterni consilij librũ potuit aperire, vt est quinto Apocalyps. sicuti enim in alphabeto Cimbrico. He littera sign. patrem. Daleth Spiritum sanctum, sic Vau signif. filium. quem sub alti libri nomine magister cupit suo discipulo reserari, hoc est ueræ religionis Sacramenta ei aperiri, quæ sola Spiritus sancti gratia reuelat. Gotopius in Hieroglyph. lib. 10. f. 165.

9 Vau si pronunciator vou, ut mos fuit quàm plurimis uetustis Cimeriis per numerũ trium litterarum, & per earum quasdam naturales proprietates, sign. sanctissimam Trinitatem. nam v, prima est consonans, neque auditur nisi per o, sequentem litteram, sign. patrem, qui ut infinita potestate comprehendi non potest nisi per æternum filium ostendatur, sic, v, consonans citra vocalem sequentem audiri nequit. o, vero sign. filium qui est infinitæ paternæ potestatis æterna vox, o, enim alias sign. æternitatem propter ipsius figuram, V. vero extrema, quæ est vocalis, & o, vocali se se connectens vt ambæ in unam coalescant diphtongum, sign. spiritum sanctum, qui ut æternus amor est, essentiale Trinitatis glutinum, ita filij æternam potestatem per, o, expressam, aperit ac recludit, pro eo ac litteræ, v, natura postulat. Goropius in Hieroglyph. lib. 10. fol. 165.

10 Vau tertia littera sanctissimi nominis Tetragrammi sign. sex. & est coniunctio & copulatiua, & mutat tempora in uerbis, in oratione continua. & ideo sign. cœlos & terram & omne sensibile. videlicet totum uniuersum. & ob hoc sign. corpus solidum, & exagonum. nam omne corpus solidum constat ex longitudine latitudine, & profunditate, longitudo habet ante & retro. latitudo, dextrum, & sinistrum, profunditas, supra & infra. quæ sunt sex anguli, & cum corporis solidi sint tria interualla, & vnumquodque interuallum habeat duos motus, in sanctissimo Tetragrammo post Iod primam litteram quæ sig. vnum. Sequitur prima He, quæ sig. duo & tria, hoc est quinque, post ipsam He, sequitur littera Vau, quæ sign. sex, qui fiunt a Iod significante vnum, & ab He, significante quinque. nam unum & quinque faciunt sex, uel bis ter, vel ter bis, faciunt sex, & cum materia rerum multiplicationi præbeat occasionem, & Vau ex multiplicatione litterarum præcedentium in nomine sanctissimo Tetragrammo habeat suum significatum, sequitur quod Vau sign. mundum materialem, & cum numerus senarius solus sit perfectus intra denarium sine additione, & sine imminutione in eius partium diuisione. & ob hoc in litteris sacris Vau non reperitur in nomine significante generationem rerum particularium

10 Vaſa ænea altaris, ut eſt Exod. 38. ſign. homines fortes & patientes. Lauretus in uerbo æs.

11 Vaſa vel geometrica, uel fabrilia in ſanctis Angelis. ſign. fundandi, & conſtruēdi atque perficiendi uim, & quæque alia ſunt prouidentiæ illius munera, quæ inferiora promouet atque conuertit.

12 Vaſa ut ſupra ſign. interdum diuina in nos iudicia, interdum ſign. emendantem diſciplinam, interdum ſign. iuſtitiam punientem, interdum ſig. meſtorum caſuum ereptionē, interdū ſig. diſciplinę finē, interdū ſig. prioris felicitatis receptionē, interdū ſig. aliorū munerū adiectionē, ſiue illa parua, ſiue magna, ſiue carnalia, ſiue intelligibilia ſint. D. Dioniſ. cap. 15. cœleſtis Hierarch.

13 Vaſa tria vnum terreum, alterum æreū, & tertium uitreum, in Artephij artificio variè diſpoſita habent uaria ſignificata. nam vas terreū ſign. præterita, uas æreum ſign. præſentia, uas vitreum ſign. futura, vel vas argenteum uino plenum ſign. idem quod uas terreum. de modo & ordine cognoſcendi uaſorum ſignificata, tu lege Leonis Suauij ſcholia in Paracelſum f. 207.

14 Vaſa tria æreum, vitreum & terreum circa quæ ſit imago maſculina iuxta terreum, & ſit nomen maſculinum in vaſe vitreo, & fœmininū in terreo, ſign. decimum Artephij experimentum, & quòd videbis quodcumque uolueris de maſculo, uel fœmina, cuius nomen in uas impoſitum fuerit. Leo Suauius in ſcholiis Paracelſi fol. 211.

15 Vas circa quod erant inſculpti ramus ſinapis ramus vitis, ramus mori, & ramus Perſici, ſign. humani intellectus vim curioſam rerum ſublimium cum robore doctrinæ in ſudare, ut collocet ſuam felicitatem in ueritate & prudentia. Nazarius ſomnio 3. cap. 1.

16 Vas æneum, quod tetigerit ſanguinem, lauari, ut eſt Leuit. 6. ſig. uirum robuſtum quem peccare contigit, per pœnitentiam mundari. Gloſſa interlin. ſupra Leuit. 6. & Lauretus in uerbo ablucre.

17 Vas ligneū, quod tetigerit ſeminifluus, lauari, ut eſt Leuit. 15. ſign. uirum robuſtum, qui uanitatibus aditum prębuit, per pęnitentiam mūdari. Lauretus ut ſupra.

18 Vaſa quæ abſtulit Antiochus de Templo Domini ſign. operationes inferiores hominis, ſicuti uaſa concupiſcibilia ſignificant virtutem concupiſcibilem. Georg. Venetus arm. f. 105.

19 Vaſa aſportata ab Nabuchdonoſor de Templo quæ in uſum profanum ab illo conuerſa ſunt, ſig. uires & potentias a Deo homini conceſſas in bonos uſus, ab ipſo homine in malos conuerti. Georg. Venet. arm. f. 105.

20 Vaſa omnia pollui in quæ morticinium inciderit, exceptis fontibus aquarū, &c. ſign. homines aliquādo pollui, licet habeant doctrinam, & ſint magiſtri: doctrina vero impolluta remanente, nam doctrinam ſign. fontes. Valer. fol. 283.

21 Vaſa 360. quæ quotidie ſacerdotes Oſiridis implebant lacte, & renouantes planctum inuocarit Oſirim, & Iſidem ſign. 360. dies in quos diuiditur annus, vel ſign. 360. gradus Zodiaci quos ſol, quem Oſiris ſign. in anno præterit, de quibus vaſis loquitur Diodorus Siculus lib. 1. fol. 6.

22 Vas capiens manna Gomor unum, vt eſt Exod. 16. ſign. ſpem uitę æternæ, quam omnes iuſti ante aduentum Chriſti in quinque ætatibus habuerunt. Lauretus in uerbo accipere.

23 Vaſa decoris tollere, ut eſt Ezech. 16. ſign. corrumpere ſcripturarum ſenſum. Lauret. ut ſup.

24 Vas nouum afferre ad Eliſeum, ut eſt 4. Reg. 2. ſign. Chriſti D. Incarnationem. Lauretus in uerbo afferre.

25 Vas alterū, quod fecit figulus, ut eſt Hierem. 18. ſign. Chriſtum D. & hominis renouationem, & idem ſig. alterum teſtamentum, ut eſt Baruch. 2. Liran. in Hierem. 18.

36 Vaſa aurea ab Aegyptiis per Iudæos ablata, ut eſt Exod. 12. ſign. doctrinas Gentibum non inutiles, quibus uti poſſumus ad obſequium Theologiæ. Beda Exod. 12.

37 Vaſa ubi emuncta recipiūtur, ut eſt Exod. 25. ſignific. corda ſpiritualia. Glo. inter Exod. 25. uide Emunctoria.

38 Vaſa Argētea ut eſt 2. Timothei. 2. & Exod. 12. ſign. uiros bonos, qui tantum in Eccleſia reperiuntur D. Amb. 2. Tim. 2. & Beda in Exod. 12. uel ſign. Gentilium conſuetudines non inutiles, quas ab illis mutuare poſſumus, uel ſign. animas cum ſuis corporibus, uel ſign. bonos in Synagoga.
Lauretus in uerbo Argentum.

29 Vas ut eſt 1. Theſſal. 4. ſciat unuſquiſque ſuum uas poſsidere in ſanctificatione, ſignif. corpus ſuum.
Gouſchelius lib. 2. Elocut. ſacrar.

30 Vas ut eſt Hierem. 19. ſicut Vas in manu figuli, ſic Vas in manu Dei, ſign. hominem.
Gouſchel. lib. 6. Elocut.

31 Vaſa iræ ut eſt Iſai. 13. & Vaſa iræ eius ad diſſipandam omnem Terram ſign. inſtrumenta, quibus Deus iratus punit populos. Apoſtolus uero uocat uaſa gloriæ ſign. electos.
Gouſchel. lib. 3. Elocut. ſacrar.

32 Vas fictile Chimicum. V. Aludel.

33 Vaſa deſiderabilia, vt eſt Nahum. 2. ſign. eloquia hæreticorum, quibus ornant dogmata ſua.
Lauretus in uerbo appetitus.

34 Vaſa concupiſcibilia, ut eſt Oſe. 13. ſign. ſanctos quos eduxit Chriſtus Dominus è lymbo, uel ſignific. deceptos ab hęreticis, qui ad fidem rurſus conuertuntur. Diuus Hieronymus, Oſe. 13.

35 Vaſa iniquitatis bellantia dicti Simeon & Leui, ut eſt Geneſ. 49. ſignific. Scribas, & Phariſæos contra Chriſtum D. aut ſign. gulam, & luxuriam, quæ impugnarit fideles. Gloſſa Ordinar. Geneſ. 49.

36 Vas quatuor initiis a cęlo demiſſum Diuo Petro, ut eſt Actuum 10. ſignific. Euangelium,

licet

licet enim quadriformi Euangelistarum narratione distinctum principia quatuor habere videatur, vnum tamen est Euangelij corpus. Cass. lib. 3. cap. 3. & Petrus Bongus cap. de Quatern. fol. 170.

1 VASTIOR apud chimistas sign. Crocum hortensem.

1 VAV litteram apud Hebræos nunquam poni in capite dictionis, quod stet radicaliter, sig. vel quod Vau sit coniunctio apud illos, & cõiunctio expetit medium, vel sign. illam litteram esse Symbolum arboris vitæ, quæ posita fuit in medio paradisi, & ideo hæc littera semper ponitur in medio tamquam cor, vnde per totum corpus effunditur vita. F. G. P. 449. tom. 2.

2 Vau litterã in omnibus librorũ sacrorũ locis vbi agitur de generatione non inueniri, in dictione Toldoth, quæ interpretatur generatio, duobus duntaxat exceptis Genes. cap. 2. ubi dicitur, istæ sunt generationes cœli & terræ, & in Ruth cap. ultimo vbi dicitur. & hæ sunt generationes Phares, in Genes. cap. secundo, signif. cœli & terræ generationem a Deo creatam perfectam fuisse in ultimo Ruth. sign. omnes hominum generationes imperfectas esse excepta generatione Phares, ex qua oriundus erat Messias, ex quo apud Hebræos Messias vocatur filius Phares. Dicunt enim post Adæ peccatum omnia reddita fuisse imperfecta ad quorum reparationem opus esset Messiæ aduentu. Galat. lib. 6. cap. 11.

3 Vau littera in magno nomine Tetragrammo, sig. arborem uitæ, quia ut ait Apostolus: Deus est, in quo uiuimus, mouemur, & sumus. Archang. in 7. Conclus. Cabal.

4 Vau in nomine Iesu sign. Christum D. esse vitæ authorem. Archang. ut supra.

5 Vau, sign. librum per excellentiæ signram, qua uox præstantissimo plicatilium rerum generi vindicatur, qua in re Romani priscos suos maiores Ianigenas imitati volumen pro libro dixerunt in se voluto. Vau enim in prima lingua denotat cuiusuis generis sinum, siue is per angulum re quapiam in se redeunte fiat, siue per spirarum aut circulorum portiones, uel etiam per integrum circulum: Vau enim videtur in se recurrere, & eadem littera hinc principium, hinc finem sibi facere. & in pronunciando ipsam litteram sonus eius rotundum aperit os, & labra, quæ in rotundo sono perficiendo erant ferè coitura, sinu quodam producto exterius recludat. Gorop. in Hiaroglyph. lib. 10. f. 160. & 161.

6 Vau sign. Spiritus sancti gratiam, qua nobis ea, quæ ad æternam uitam ducunt, reuelat, & hũc librum in Cimbrico alphabeto per Vau, notatum, magister optat suo Canopo. Goropius ut supra. f. 163.

7 Vau littera signif. diuinum nomen Eloha Vaudaoth. & sig. Tiphereth numerationem sextã, Angelos virtutes, sign. auditum, sign. vncinum sectorum, & sign. veritatem, & sign. 6. Farra in Philosophia Symbolica. fol. 173. siue de insignibus.

8 Vau, sign. filij Dei personam, nam Vau ut dictũ est, sig. librum altum, & filij Dei proprium est in omnibus sacris libris utramque facere paginam, & qui solus arcani & æterni consilij librũ potuit aperire, vt est quinto Apocalyps. sicuti enim in alphabeto Cimbrico. He littera sign. patrem. Daleth Spiritum sanctum, sic Vau signif. filium. quem sub alti libri nomine magister cupit suo discipulo reserari, hoc est ueræ religionis Sacramenta ei aperiri, quæ sola Spiritus sancti gratia reuelat.

Goropius in Hieroglyph. lib. 10. f. 165.

9 Vau si pronunciatur vou, ut mos fuit quàm plurimis uetustis Cimeriis per numerũ trium litterarum, & per earum quasdam naturales proprietates, sign. sanctissimam Trinitatem. nam v, prima est consonans, neque auditur nisi per o, sequentem litteram, sign. patrem, qui ut infinita potestate comprehendi non potest nisi per æternum filium ostendatur, sic, v, consonans citra vocalem sequentem audiri nequit. o, vero sign. filium qui est infinitæ paternæ potestatis æterna vox, o, enim alias sign. æternitatem propter ipsius figuram, V. vero extrema, quæ est vocalis, & o, vocali se se connectens vt ambæ in unam coalescant diphtongum, sign. spiritum sanctum, qui ut æternus amor est, essentiale Trinitatis glutinum, ita filij æternam potestatem per, o, expressam, aperit ac recludit, pro eo ac litteræ, v, natura postulat. Goropius in Hieroglyph. lib. 10. fol. 165.

10 Vau tertia littera sanctissimi nominis Tetragrammi sign. sex. & est coniunctio & copulatiua, & mutat tempora in uerbis, in oratione continua. & ideo sign. cœlos & terram & omne sensibile. videlicet totum uniuersum. & ob hoc sign. corpus solidum, & exagonum. nam omne corpus solidum constat ex longitudine latitudine, & profunditate, longitudo habet ante & retro. latitudo, dextrum, & sinistrum, profunditas, supra & infra. quæ sunt sex anguli, & cum corporis solidi sint tria interualla, & vnumquodque interuallum habeat duos motus, in sanctissimo Tetragrammo post Iod primam litteram quæ sig. vnum. Sequitur prima Hæ, quæ sig. duo & tria, hoc est quinque, post ipsam He, sequitur littera Vau, quæ sign. sex, qui fiunt a Iod significante vnum, & ab He, significante quinque. nam unum & quinque faciunt sex, uel bis ter, vel ter bis, faciunt sex, & cum materia rerum multiplicationi præbeat occasionem, & Vau ex multiplicatione litterarum præcedentium in nomine sanctissimo Tetragrammo habeat suum significatum, sequitur quod Vau sign. mundum materialem, & cum numerus senarius solus sit perfectus intra denarium sine additione, & sine imminutione in eius partium diuisione. & ob hoc in litteris sacris Vau non reperitur in nomine significante generationem rerum

particularium, nisi cor generatione cœli & terræ, & in generatione Christi Domini nostri in libro Ruth, ubi legitur, hæ sunt generationes Phares. qui fuit aliis perfectior, & inde est q Vau sign. generationem perfectam cœli & terræ. Farra. f. 170. v. Vau. 2.

1 VBERA quæ pollicetur illa mater in canticis 7. cum dicit: Veni in hortum meum, & dabo tibi vbera mea, sign. varios sapientiæ diuinæ gradus quam solus Spiritus sanctus præbet illis quibus placet, & quantum ipse vult, vel quantum quisque secundum propriam uirtutem accipere potest. Franciscus Georgius Problemate 24. tom. 5.

2 Vbera supradicta dicuntur alio nomine Hinnuli Ceruorum, & a D. Paulo dicuntur tertium cœlum, in quo ipse vidit arcana. sunt enim in ascensu numerationum numeratio tertia, ut habetur apud secret. Theologos. & ideo sign. tertiam numerationem, uel Sephiram. F.G.P. 25. t. 5.

3 Vbera, ut est Prouerb. 5. sign. delectationem, ut vero est Ose. 2. sign. cor situm sub uberibus ex quo proficiscuntur cogitationes malę, inuidię, & homicidia, &c. Gousch. lib. 2. Elocut. sacr.

4 Vbera, ut est Cantic. 1. quia meliora sunt ubera tua uino, sign. summam delectionem. sicuti uinum sign. curam temporalem, qua mens secularis cuiuslibet inebriatur. Gouschelius lib. 6. Elocut. sacr.

5 Vbera arentia, ut est Ose. 9. sign. hæreticos eloquentes, sed ueritate doctrinæ carentes. D. Hieron. Ose. 9.

1 VBIDRVGAL in lingua Oritana apud Chimistas, sign. apud quendam tertiam partem resolutionis lapidis Philosophici, quæ est spiritualis & corporalis.

1 VECTIS quem uulgo suppressam vocant, sig. artem humana industria comparatam supra reṡ naturam ipsam. Nam pondera quæ per naturam ipsam nequaquam moueri possunt, vecte adhibito, huc, & illuc facillime motantur. Valer. f. 360.

2 Vectes inaurati altaris, ut est Exod. 30. sig. iustorum intentionem tendentem in cœlum. Glos. interl. Exod. 30.

3 Vectium quibus portabatur arca capita apparere illis, qui prope erant, vt est 3. Paral. 5. sign. contemplationem rerum celestium dari perfectioribus. Glos. ordin. 2. Paral. 5.

4 Vectes coaptare ad tabulas Tabernaculi, ut est Exod. 36. sign. conformare uitam cum præceptis legis, ut nulla appareat discrepantia. Glos. Orein. Exod. 36.

5 Vectes Babylonis detractos esse a Deo, ut est Isa. 43. sign. Genulitatis fortes ablatos esse. D. Hierunym. Isa. 43.

6 Vectes quinque tabulas tabernaculi continentes, ut est Exod. cap. 26. & 40. signifi. quinque libros Moysis. Georgius Ederus in lib. 2. Oeconom. tabula 15.

1 VEHICVLVM homini ascendendum, vt homo redeat vnde venit, apud Zoroastrem sign. orationem, & sacrificium, & laudē quibus animus ad Deum ascendit, & ille vocat illud vehiculum operis cum verbo sacro vnionem. F.G.P. 474. tom. 5.

2 Vehiculum animæ primum apud Platonicos, sign. corpusculum æthereum acceptum ab æthere immortale indumentum animæ, naturali quidem figura rotundum propter ætheris regionem, sed in humanam effigiem sese transferens, quando nimio insinuatur corpori, rursumque vbi exsinuatur priori restitutum figurę, hoc vehiculum a Zoroastre dicitur πνεῦμα, id est spiritus, quia propter tenuissimam, & splendidam puritatem est quasi non corpus, & quando nimio corporis elementalis affectu sordescit ac grauatur, contrahit caliginem elementalem, quam caliginem antiqui vocant animæ vmbram, adeo quod apud Philosophos animę vmbra nil aliud sig. quam prędictam caliginem ex nimio affectu cum corpore elementali contractam, & actus viuificus, quem anima edit in prædictum corpusculum æthereum, dicitur animæ idolum, vnde animæ idolum sign. actum animæ viuificum, quem edit in primo hoc Vehiculo. Hoc animæ idolum est duplex in anima nostra, nam vnum prouenit secundum Platonicos, ab anima mundi in hoc primum Vehiculum, & vocatur mundanum, & potest separari ab anima nostra, alterum vero prouenit ab anima nostra, & ab ea separari nequit, sed bene potest ab effectu vacare, & Vehiculum hoc primum est immateriale simplex, & cœleste, & huic primo vehiculo anima infundit vitam mortis nesciam sed rationis impotem, & infundit sensum communē atque impatibilem.

3 Vehiculum animæ secundum sign. quoddam corpusculum materiale, & simplex, id est aereum, cui anima impertitur vitam irrationalem quidem, sed mortalem, licet longæuam, quę videlicet corpore composito aliquando dissoluto superfit ad certum tempus in simplici corpore, & in hac vita inest sensus patibilis atque communis, qui sensus à Vergilio dicitur animæ imago, & corpus ipsum aereum dicitur animę vmbra. Rhodig. vt infra.

4 Vehiculum animæ tertium, sign. corpus materiale, & compositum, id est ex elementis quatuor cōstitutum, & huic tertio anima impertitur vitam rationę cassam, & vna cum dissoluto corpore dissoluendam, quam vitam Plotinus vocat etiam animæ imaginem, & simulachrum, & corpus ipsum dicitur Carcer. Rhodigin. lib. 9. cap. 40.

6 Vehiculum in Phœdone sig. corpus aereum, in quo animæ purgantur apud inferos secundum merita, quod vehiculum dicitur & Cymba Ficinus in Phędone.

1 VEH. iuxta illud Apocalip. qui habet aures audiendi audiat quid spiritus sanctus dicat ecclesiis, veh, vch, vch, habitātibus in terra sign. tria flagella, quæ ventura sunt in ecclesia paruo interiecto tempore sub quinto statu Ecclesiæ, in quo

in quo nos sumus usa in septimum statum, in quo complebitur mysterium Dei, & consummatio mundi, primum Veh. sign. magnum scisma venturum in ecclesia Dei. Secundum Veh. sign. secundum flagellum faciendū per antichristum. Tertium Veh. sign. tertium flagellum faciendum per Gog. & Magog, in fine seculi. Siluester Meneius fol. 8.

2 Veh. primum debet esse in fine quinti status, & sign. maximum flagellum, quod patietur ecclesia, post quod flagellum erit reformatio ecclesiæ, & conuersio infidelium omnium præter Iudæos. Hoc veh nondum venit, quod nondum infideles conuersi sint.

3 Veh. secundum erit in sexto tempore & erit tribulatio ab Antichristo, post cuius mortem Iudæi ad Christum Dominum nostrum conuertentur.

4 Veh. tertium erit in septimo statu, & erit tribulatio ab Gog, & Magog, post cuius mortem postea erit pax vsque ad iudicium. Theolosphorus fol. 35.

1 VEIOVIS caput imberbe nudis humeris cum sagitta in manu ad instar vibrantis, in nummo argēteo Lucij Cæsij, sign. Romam esse præditam diuinis viribus & nisi placaretur, vt Veiouis calamitates inuehere posse, erat enim post caput, talis nota R. quæ sig. Romam, & ex altera parte numi erant duo iouenes Caninis pellibus amicti sedentes, & tenentes in sinistra dextris singulas hastas, & inter vtrunque erat Canis sedens, & supra ambos erat hominis caput paruum pileatum, & fabrorum forceps, quod caput sign. caput vulcani, duo iuuenes erant Lares, canis sign. Lares fideliter, vt canis domos custodire, vt alienis sint formidabiles, & domesticis mites, vel sign. Dæmones quosdam quibus Dei vterentur ad exploranda veluti canis hominum vitia, & Indaganda, & pænas ab hominibus malis pro vicus expetentes, sed lares isti sunt Domestici, & ideo habent Vulcani caput, quod sign. Lares in foco permanere, & Coli. Forceps instrumentum vulcani, Pileus in capite Vulcani sign. Cælestem reuolutionem, vbi ignis est purus, & sincerus, Ioann. Baptista Fonteius lib. 1. cap. 16. de Prisca Cæsiorum gente, tu lege Iulium Iacobonium in appendice. capit. decimo tertio.

2 Veiouem in Vulcani templo apud Aegyptios asseruari sign. Solem esse caloris autorem, Vulcanus vero est ignis, & Veiouis est Apollo, vt est apud Gellium. Iulius Iacobonius, vt supra.

1 VELAMEN quod est inter chorum, & altare solitū leuari in die 40. a Dominica quadragesimæ sign. quod post 40. generationes a D. N. I. incipiet fulgere, vt sol intellectus spiritualis in pag ina sacra, sicuti facies D. N. I. splenduit, vt sol completis 40. generationibus ab Iacob secundum litteram testamenti veteris, & ab Abraham secundum Matthæum. Ioachim Apoc. fol. 5 ...

2 Velamen amouetur in sexta hebdomade, vt sig. aduentante Pascha populum speculari facie ad faciem ea quæ prius in Caligine, & ex parte videbant.

3 Vsque ad Velaminis interiora incedere, vt est Hebr. 6. sig. penetrare mysteria intra litteram latentia, & beatitudinem nobis velatam. Glos. inter in Hebr. 6.

1 VELIA auis sig. hominē ocij studiosum, quod hæc auis in vmbra & aura æstatem agit, & hyemem in apricis. Valer. fol. 183.

1 VELUM quod Himeneus Deus tenebat in sinistra, sig. pudorem quo nouæ sponsæ in prima nocte habere debent, vel sign. Matrimonium non dirimēdum repudio, quod eo vterentur vxores sacerdotum, quibus non licebat mulierem repudiare. Cartar. fol. 196. & illud erat velum, quo nuptæ nouæ tegebant sibi & caput, & faciem.

2 Velum tēpli scissum, vt est Matth. 27. sign. apertionem sacramentorum in lege occultorum factā in morte Christi D. & Scissio petrarum, sign. quod facta fuit, sign. apertionem mysteriorum, quæ in prophetis occultabantur. Lauretus in verbo abscindere, vel sign. ablationem honoris, & gloriæ Iudæorum, & ablationem Custodiæ Angeli protegentis. Hilar. sup. Matt. Cant. 33.

3 Velum templi constans ex quatuor coloribus, bissino purpureo, Hyacinthino, & Coccineo, sign. quatuor elementa, nam bissinus, sig. terram, purpureus sign. mare, Hyacinthinus sig. aerem, & Coccineus sign. Ignem. Equicola lib. 5. de natura amoris.

4 Contra Velum aspergere, vt est Leuit. 4. signific. Christi D. corpus affligere. Glossa ordin. Leuitus 4.

5 Velum in Naui intentum sign. felicitatem maiorem. Erizzus fol. trecentesimo septuagesimo primo.

1 VELIFICATIONE plena in quēpiam ferri dictū prouerb. sig. aperto marte, inimicitiis non dissimulatis rem aggredi, hostemq; lacessere. Valer. fol. 335.

1 VELLUS in capite mulieris antiquitus sign. eam mulierem inter Deos relatam. Seb. Erizzus. fol. 104.

2 Vellus lanæ, quod rogatu Gedeonis primum rore maduit terra sicca existente, & postea terra maduit rore eodem vellere Sicco permanente, sign. populum Israeliticum cœlesti doctrina primum imbutum, quando gentes existerent ab ea steriles, nam vellus sign. populum Hebræum, & terra sign. gentes, & vos sign. doctrinam cœlestem, & Vellus siccum, quando terra maduit rore, signific. populum Hebræum priuandum doctrina cœlesti, quando gentes erant ea erudiendæ, & imbuendæ. Valerianus fol. ducentesimo octuagesimo secundo.

3 Vellus aureum sign. maius donum, quos Deus opt. Max donare solet electis suis. Iulius Camillus fol. 88.

4 Vellus aureum in porta Mercurij subantro in tertio gradu Theatri Iulij Camilli, sig. obiecta spectātia ad iudicium ponderis tactus, grauis, leuis, asperi, mollis, duri, teneri, & similium in in rebus extra ho minem. Iulius Camillus fol. 88.

5 Vellus aureum in porta Mercurij sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. humani corporis grauitatem, leuitatem, asperitatem, mollitiem, & solidiitatem. Iulius Camillus. fol. 139.

6 Vellus aureum in porta Mercurij sub talaribus in sexto gradu Theatri Iulij Camilli, sign. facere ponderosum facere leue, facere durum, facere molle, facere asperum, & facere lene. Iulius Camillus fol. 138.

7 Vellus aureum insigne ordinis, ut aiunt del Toison. v. Chalybs.

8 Vellus aureū inter alia pulcherrimum a Parcis contextum, sign. in quacumque ætate a Deo creari aliquem virum, qui alios superet cœlestibus donis. Ariosti Cantu 35. Clemens Valuasorus.

8 Velleris, aut areæ siccitas, vt est Iudic. 6. sig. diuinæ gratiæ carentiam, aut in Iudæa, aut in Gentilitate. Orig. in Iudic. hom. 8.

1 VENA metallorum, quæ in extensione ab Oriente in Occidentem extenditur per montis decliue ipsius in Septentrionem sensum inclinet sign. metallum esse optimum.

2 Vena quæ a media aliqua Orientis, & meridiei parte in mediam rursus Occidentis, & Septentrionis extenditur, sig. metallum esse proximū optimo, non tamen optimum.

3 Venæ quæ a supradictis recedunt, sign. se tanto minus feraces esse, quanto plus ab extensione supradictarum recedunt.

4 Vena iacens Septentrionem uersus apud quendam sign. etiam venæ caput esse uersus Septentrionem.

5 Venatio sign. uictum annonam, & quicquid in humanæ uitæ usum comparatur. Nam uenatu primæ ciborum deliciæ comparatæ. vnde psalm. illud: Viduam præcipue benedicam. Legendum potius uenationem, ut sit sensus benedicam omne ciborum genus, quod ad pulpamenta comparatur. Valer. f. 358.

6 Venatio diligentius examinata. v. Actæon. 3.

7 Venatores siue venantes, ut est psal. anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū. sign. Sidonios populos Iudæis inimicissimos. vnde & Vergilius:

Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram,
Purpureoque altè Suras uincire Cothurno.

Valer. f. 358.

8 Venatores, ut est Hierem. 16. vide piscatores.

9 Venator in sacris litteris nunquam accipitur in bonam partem. Nam Ismael, & Esau fuerunt uenatores, & sign. populum Iudaicum. nam Ismael ambulās iuxta carnem, & iuxta carnem uiuens, & Esau uendens primituam generationis, fratris benedictionibus inuidens, in Mesopotamiam fugauit illum.

D. Hieron, & Gouschelius lib. 3. Elocut. sacr.

1 VENDERE & emere in Apocalyps. sign. prædicare & audire. Iuxta illud: Faciet ut nequis possit vendere aut emere, nisi qui habuerit characterem nominis bestiæ, unde uenditores sign. prædicatores, & emptores sig. auditores. Ioach. Apoc. f. 119.

1 VENENVM Dei apud Theologos secretiores sig. Samuel, qui positus est in latere sinistro, unde prouenient omnia mala, & a quo animalia quæ habentur immunda sunt immunda.

Franciscus Georgius Problem. septuagesimo sexto, tom. 2.

2 Veneno suo cuncta interficiens apud Chimistas sign. argentum uiuum.

3 Venenum occultum cum uoluptate temperatum. V. amor. 83.

4 Venenum aspidum sub labiis eorum, vt est psal. 13. sig. dolum iniquorum colloquiorum. Gouschelius lib. 6. Elocut. sacr.

1 VENERATIO & religio plena reuerendi timoris, & cauta retractio in diuinis. v. Ala. 16.

2 Venerari, & incuruari, sign. adorare, sunt enim synonima. Iacobus Gouschelius. lib. 1. Elocut. sacrar. script.

1 VENTER sign. mare. sicuti mare sig. uentrem, quod sicut mare turbatur ventis, ita & uenter, qui signific. illud. Valer. f. 225. v. mare. 7. Vide Serapis. 1.

2 Ventrem in terra adhærere, ut est psal. 43. sign. hominem ita humiliatum, ut amplius non possit. vel sign. hominem carnalem adhærere terrenis. D. August. in psal. 43. & D. Hilarius in psal. 118.

3 Venter Aeneus statuę Nabucdonosoris, ut est Daniel. 2. sign. imperium Gręcorum. qui eloquentia valebant. vel sig. uerba, quæ per inanē gloriam proferuntur. Richard. de S. Victor. de somn. Nabucd.

4 Venter, ut est Hierem. 4. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sign. mentem. Gouschel. lib. 2. Elocut. sacrar.

5 Venter sig. uel principium, uel originem. Iuxta illud Iobis, si non ex uentre matris meæ, dux illis fui. Valer. f. 249.

6 Venter sign. mare quod sicut in mari omnia flumina consumuntur, ita & in uentre.

7 Venter sign. insatiabilitatem, & ganneam ac voracitatem. Valerianus fol. 249. propter quam etiam.

8 Venter sign. Parasitos, vnde illud Terentij pugnos in uentrem ingere. vbi Donatus intelligit ventrem Parasito.

9 Venter impletus in Psalmo 16. sign. insatiabilitem atque ingluuiem.

10 Ventres aqua eluendos, uel extra castra exportandos esse in Leuitico, signif. delicta humana esse expurganda, vel ab se eliminanda.

11 Venter qui attribuitur Deo, signific. secretam substantiæ eius originem. vnde illud: Ex utero ante Luciferum genui te, significat. etiam iudicia Dei esse incomprehensibilia, iuxta illud Iobis,

de cuius

de cuius ventre egressa est glacies, & gelu de cœlo quis genuit?

12 Venter apud Abachunta. iuxta illud, & venter meus turbatus est in me, sign. rationis uas, & receptaculum.

13 Venter apud Hieremiam, quando dicit uentrē meum doleo, sign. mentem: unde sequitur sensus cordis mei conturbati sunt, & illud Euangelij, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, Valer. fol. 249.

14 Venter præliantis in quo ponendum est caput mortuum, per nouem dies, ut est apud Paracelsum. V. caput mortuum.

15 Ventriloqui quos septuaginta magos verterunt in Leuitico, cum dicit. Ne declines ad magos, sign. falsos Prophetas, qui Deum professi a Deo aliena docent, falsasque doctrinas, & prophetas comminiscuntur. Valer. fol. 249.

1 Ventus vrens quem adduxit Dominus de deserto, ut est Hoseæ 13. signif. Christum D. quem Deus fecit concipi de Virgine per Spiritum sanctum D. Hieron. Hoseæ, 13. idem sign. seruus suus oriens quem Dominus adduxit, ut est Zach. 3. Lauretus in uerbo adducere.

2 Venti in prima hebdomada Augusti mensis, si inter se cotendant, qui ventus erit superior, & fortior sign. eundem in toto anno magis esse venturum, quàm alij. Cocles in introductorio.

3 Ventus, ut est Daniel. 7. &. Ecce quatuor venti cœli, sign. regionem. Gotschelius lib. 2. Elocut. sacr. scrip.

4 Ventus, ut est psal. 17. qui ambulat super pennas ventorum, propter velocitatem, & subtilitatem, signific. animas. nam ambulare super pennas ventorum signific. transgredi uirtutes animarum. &

5 Ventus ut est Matth. 7. & flauerunt venti, sign. magnitudinem tentationum. &

6 Ventus ut est Ephes. 4. & circumferuntur omni vento doctrinæ, sign. peruersitatem doctrinæ, Gousx. lib. 9. Elocut. sacr.

7 Ventum vrentem siccasse venas inferni, & mortis, ut est Hose. 13. sign. Christum D. & & sermonem Ecclesiasticum abstulisse peccati aculeum, & dogmata hereticorum. V. Hiere. Hos. 13. Vel signific. Spiritum sanctum amouere omnes causas incredulitatis. Ruper. in Hose. decimo tertio.

8 Ventum urentem ascendisse de deserto, ut est Hose. 13. sign. Christum D. natum de Virgine. D. Hiero. Hos. 13.

9 Ventus, nomen. deductum nō a uento, ut multi existimant, sed a Vent, voce, quæ in lingua Adamica sign. uertio, eo quòd omnia vertat, & nihil sinat statum quietemque suam tenere, ut est illud Vergilij,

Quippe ferant rapidi, uerrantque per aera.

Goropius in Hermath. lib. 4. fol. 64.

10 Venti in sanctis siue in uisionibus prophetarū. sign. naturæ summam celeritatem (quæ cuncta ferme absque ulla temporis mora penetrat.) motumque illum ex summis ad infima rursusque ex imis ad summa in momento pertingētem, inferiora, & secundo a se loco posita ad superiorem celsitudinem tollentem, primasque quæ substantias ad tradenda inferioribus lucis suæ consortia prouidentissime mouentem, ut habetur. Daniel. cap. 7. & D. Dionis. cap. 15. cœlestis Hierarchiæ

11 Ventus quoque propriè acceptus in sacris litteris, sig. interdum diuinam cœlestium Spirituū speciem. C. Dionis. cap. 15. cœlest. Hiere.

12 Ventus Auster. iuxta illud transtulit austrum de cœlo sign. voluptatem carnalem. Abbas Ioachim in Hierem. fol. 7.

13 Ventus ueniens ab Aquilone iuxta illud Ventus turbinis veniens ab Aquilone turbauit eos sign. diaboli tentationem. Abbas Ioachim in Hierem. fol. 7.

14 Ventus vrens ut est illud Hiere. 4. ventus urens in vij &c. sign. persecutionem, quam erat habitura Ecclesia Romana ab Federico 2. Imperatore. Ioachim in Hierem. fol. 11.

15 Ventus Turbinis, ut ed Ezechielis cap. 1. & uidi & ecce ventus turbinis ueniebat ab Aquilone sign. prædicatores, qui deturbant omnes reddentes turbatos, ut non iam solicitudini mundanę seruiant, sed in dei seruitute quiescant. Ioachim in Hierem. f. 12. Vel sign. turbatos in mundo & afflictos. V. infra Ventus. 11.

16 Ventos natos esse ex Astreo, & Aurora, sign. ex calore solis, & maxime in Aurora uentos excitari. Georg. Venet. Arm. f. 211.

17 Ventos a Iunone Imperium habere, sig. in aere quem sig. Iuno, ventos gigni. Gerorg. Venet. ut supra.

18 Ventum deiecisse in capitolio, & in circo maximo statuas æneas cum columnis, & multorū ædificiorum cacumina, mulum tripedem natum, templa Apollinis fulmine icta, in Vulcani foro, & in foro concordiæ sanguinem pluisse, Martis hastas tremuisse, Iunonis Sospitæ simulachrum sudasse anno ab vrbe condita 572. ante Christum D. 180. sign. pestem futuram eo anno grauissimam, & Lygures prælio debellandos. Iulius Obseq. prod. 60.

19 Ventum adurentem de deserto Deum eduxisse, ut est Hoseæ 13. sig. Deum fecisse concipi Christum D. de Virgine per Spiritum sanctum, sic adduxit seruum suum orientem, ut est Zacar. 3. & sig. Christum D. incarnatum. D. Hieronim. in Hose. 13.

20 Ventus turbinis, ut est Ezech. 1. sign. Spiritum sanctum quatenus uitia atque peccata ab hominibus auferat. D. Hieron. in Ezech. 1.

21 Ventus vrens, ut est Exod. 14. sig. Spiritum sansanctum quatenus uitiorum humorem exsiccat. Beda in Exod. 14. uel signif. Christum D. qui nostra delet peccata, & ascendit de deserto uteri Virginalis D. Hieronim in Oseæ. 13. Vētus urens, sign. uindictam Dei, ut exercitus Romanūn Iudæos. sign. sugestionem Diabolicā, aut Diabolum ipsum. Laur. in verbo ser.

22 Venti 4. cœli & rote 4. quæ ostensæ sunt Ezechieli, sign. quatuor generales intelligentias de

quibus

quibus V. triticum. Ioachim. Apoc. fol. 315.

3 Ventus sign. Deum secundum naturalem nobilitatem, uimque animandi, & celerem insuperabilem discessum, & mobilium principiorum, atque finium incognitas nobis, atque inuisibiles latebras. D. Dionis. cælest. Hierar. capitulo decimoquinto.

24 Venti educti de Thesauris Dei, ut est psal. 134. & Hierem. 10. & 51. sign. Spiritus sancti dona, quæ Christus D. nobis impartitur. Orig. in Hierem. homi. 5. sign. etiam Angelos de secretis thesauris Dei eductos. Lauretus in uerbo aer.

25 Venti quatuor pugnantes, ut est Daniel. 7. quatuor Angelicas potestates, quibus principia regna commissa sunt. D. Hieron. in Dani. 7. sign. etiam quatuor ordines in Ecclesia mundantes terram & incitantes ad bona. Rupert. in Amos. 4. & Apocal. 7.

26 Ventus, quatenus subtilis est, sig. prædicatorum mentis subtilitatem. unde.

27 super Ventorum pennas Deus uolare dicitur, ut est psal. 17. & sign. Deum excedere subtilitatem mentis prædicatorum.

28 Ventis Deum fecisse pondus, ut est Iob. 28. sig. Diuinam sapientiam replere animas matura grauitate. Lauret. ut sup.

29 Ventum attrahere, sig. penuriam audiendi uerbi Dei habere, quod sublatis magistris subtrahitur, ut necessarium alimentum. Lauretus in verbo aer.

30 Ventus sign. gloriam transitoriam, sign. superbiam, sign. mendacium, signific. inconstantiam in fide.

31 Venti vehementes, signifi. tentationes, & persecutiones.

32 Ventus proijciens puluerem a facie terræ, sign. penas inferni, quę malos ventilabunt, ut puluerem.

53 Venti quatuor, unde congregantur electi potius sunt figurati quam sint figura. figurati enim sunt per castra Israel, quæ in quatuor ventos erant disposita.

34 Venti quatuor turbantes mare, ut est Daniel 7. sign. quatuor regna turbantia mundum.

35 Ventus turbinis sig. in iudicij tempore commotionem futuram, ut est Ezech. 1.

36 Ventus auster exurens sign. labores huius uitæ, ut est Ezech. 27. D. Hieron. Ezech. 27.

37 Ventus sign. prosperitatem, ut est Iob. 30. Lauret. ut sup.

38 Venti apud Vergilium, qui mare conturbant Iussu Aeoli eorum regis. sign. perturbationes, quæ appetitum conturbant, mare enim sign. appetitum; nam ratio inferior quam sig. Aeolus, potest, & debet Iussu Iouis Imperare perturbationibus, sed uitæ ciuilis cupiditas quam sig. Iuno, facile. persuadet rationi inferiori, ut relaxet habenas ventis, qui sig. perturbationes, sed ratio superior quam Neptunus sign. facile amouet ab appetitu perturbationes, ut Aeneas idest mens veniat in Italiam, idest ad contemplationem, quam Italia sign. Landinus in Camald. V. Neptunus & Aeolus.

39 Ventus auferens congregatos Hierusalem, ut est Isai. 57. signif. Dei punitionem dispergentem sacerdotes & Pharisæos. Lauretus in uerbo auferre.

40 Venti quatuor pugnantes in mari magno, ut est Dan. 7. sig. Angelos qui præfecti regnis, & prouincijs, quorum vnusquisque satagit pro eo regno, quod sibi commissum est. D. Hiero. in Isai. 13. & Daniel. 7.

48 Ventus calidus, ut est Iudith 8. & Iob. 26. sign. Diabolum, & eius suggestionem. D. Greg. 29. mor. 14.

1 VENVS sign. amorem Dei in omnia creata unum ex attributis diuinis Francis. Georg. Armia. fol. 8.

2 Venus sign. uitam voluptuosam, quam Epicurei laudant, & stoici nolũt, vel potius damnãt Fulgentius libro secundo.

3 Venerem dici ἀφροδίτην idest spumam signific. quòd sicut, spuma libido momentaliter surgat, & in nihilum veniat, siue sign. quòd concitatio ipsa seminis sit spumosa. Fulgentius. lib. 2.

4 Venerem ex spuma quam fecerunt virilia Saturni falce abscissa, & in mare proiecta natam esse, signific. temporis uires idest fructus & maxime qui falce abscinduntur, ut vua, & triticũ, in humores viscerum proiectos libidinem gignere, Saturitatis enim abundantia libidinem creat, unde illud sine Cerere, & Baccho friget Venus. Fulgentius lib. 2. v. Saturnus.

5 Venerem nudam pingi sig. Veneris sectatores, ut plurimum facultatibus nudos dimitti. vel sig. quòd libidinis crimen nunquam sit cœlatum, vel sig. quòd Venus nudis propriè conueniat. Fulgentius. lib. 2.

3 Veneri rosas dari, sign. luxuriosos ab uerecundie approbrio rubere, & ob peccati aculeum pungi, rosa enim rubet, & pungit. vel sign. quòd sicut rosa delectat quidem, sed celeri motu tẽporis tollitur, ita libido delectat quidem, sed velociter fugit. Fulgentius lib. 2.

7 Veneri columbas dari sign. libidinosos esse in coitu frequentes, sicut sunt columbæ. vel feruidos esse, ut columbæ. Fulgentius lib. 2.

8 Veneri tres Charites siue Gratias adiungi, quarum duæ sint ad nos conuersæ, & vna auersa, sig. quod omnis gratia simplex eat, & duplex redeat. Fulgentius lib. 2. v. gratiæ. 3.

9 Venerem in mari natantem pingi signifi. quod omnis libido rerum patiatur naufragia. Fulgentius lib. 2.

10 Venerem portari in concha marina, signif. illud animal toto corpore simul aperto in coitum misceri, uel ut ego reor sig. hostea Venerem excitare. Fulgentius libro secundo.

11 Venerem cum Marte coeuntem a Sole Vulcano indicatam, signifi. uirtutem libidine corruptam, sole teste apparere. Fulgentius libro secundo.

12 Venerem Soli iratam, quod sua adulteria marito Vulcano indicasset, Solis quinque filias ad libidinem accendisse, easque omnes in pro-

fanos

ſanos amplexus compuliſſe, Paſiphaem, Medeam, Phedram, Circem, & Dircem. ſign. luxuriam corrumpere omnes ſenſus corporis. nã Paſiphae ſign. viſum, Medea ſig. auditum, Phedra, ſign. odoratum. Circę ſign. tactum, & Dirce ſign. guſtum. Fulgentius lib. 2.

13 Veneris currum a paſſeribus trahi, ſign. paſſeres eſſe maxime ſalaces, & in Venerem pronos, & comedentes paſſeres fieri ad rem Veneream idoneos. Athenęus. lib. 9. cap. 15.

14 Venus cęleſtis ſig. animam vniuerſi. Farra. f. 26.

15 Venus apud Orpheum ſig. ſeptimam numerationem Cabaliſticam laudem. Farra Sept. fol. 204.

16 Veneris lac apud Ariſtophanem, ſign. vinum quod multum bibentes illegitimæ rei venereæ deſiderium concipiunt. Athenæus lib. 10. cap. 15. v. vinum.

17 Venerem tenere pedem ſuper teſtudinem, ſig. matronam probam debere pacificam, tacitam domi aſsiduam, foris incognitam. neque habere de forma, ſed de bono animo vulgatam famam. Teſtudo enim eſt muta. neque cum aliis contendit. neque circumuagatur, ſed ſemper domi manet. & melior eſt interna ſubſtantia, quàm forma externa pulchrior. Alciatus Emblem. 195. & Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

18 Venus armata apud Lacedæmones, ſig. uirtutẽ muliebrem, quod dum Lacedæmones a Meſſeniis fugarẽtur Lacenæ acoones mulieres arma ſumpſerũt, & proprios viros defendũt ac Meſſenios fugant, quo peracto in ſignum lætitiæ, ut quiſque erat armatus mulleri armatæ promiſcuè coiuit. vnde poſtea fecerunt Veneri armatæ ſimulachrum. Valer. f. 308.

19 Venus Morpho. quæ apud Lacędemonios habebat pedes pedicis obuolutos, ſig. Tyndarum iniecisse vincula Veneri, ut ulciſceretur de opprobrijs, quę Veneris cauſa filiæ ipſius Tyndari paſſæ ſunt. Valer. f. 356. vel ſign. mulieres debere erga viros ſuos in fide firmiter ac conſtanter permanere. vel ſig. Caſtitatẽ, & ſobrietatem.

20 Venus Mychea vocitata ſignific. veneris actum optare ſeceſſus, & abdita loca, vnde ipſa venus dicta eſt Mychea occulta, & remota abſconditaque, & a Philoſtrato fingitur in antro molliter inter flores iacere. Valerianus fol. 395.

21 Veneris ſemen apud chimicos ſign. ſquammas æris rudis in fornace ſpontę deſilientes, Leo Suauius in ſcholiis Paracelſi fol. 238.

22 Venus & Cupido Venus habere videtur in dextera neſcio quid, quo tangat nubes a ſagittas cupidineis peforatis, in ſiniſtra tenet florem, ad pedes habet neſcio quid inuolutum, ſign. amorem dubium. Sambucus fol. 95.

23 Venus in armonica mundi conſonantia, ſignifi. aerem elementum. Georg. Venet. arm. f. 32.

24 Venus Dea ſign. aliquando ver, partem anni, Cartarius f. 52.

25 Venus apud Manilium præpoſita Tauro & ceruici ſig. intelligentiam, quæ præſidet illi ſigno & curam gerit de hominis ceruice. Georgius Venetus arm. f. 114.

26 Venerem rogaſſe Neptunum, ut redderet mare tranquillum, & pacatum Aeneæ in Italiam è Sicilia ſoluenti, ſign. Diuinum amorem, quo ad ſummum bonum animus rapitur, hortari ſupremam in homine rationem, vt appetitum in ſua poteſtate contineat. Cui Neptunus omnia benignisſima pollicetur, quod ſig. mentem nihil denegare amori ad rectum excitanti. Landinus 4. Camaldul.

27 Venerem in mari ortam ex ſpuma facta ex agitatione ob virilia Cęlij in illud iniecta, ſign. in ſuprema hominis ratione appetitum contineri, in quem dum ab ratione adminiſtratur cęlitus cadit virtus, quæ in ipſo appetitu agitata, excitatur amor rerum diuinarum, quod ſign. illud dictum a Neptuno Venerem in regno ſuo ortam eſſe. Landin. 4. Camaldul.

28 Venerem præeſſe ori, quo oſculum uel ſuauiũ figitur, ſign. in oſculo donari pignus amoris. Georg. Venet. armon. f. 119.

29 Venerem præeſſe Anchæ in cuius ſepto veſica, & matrix continentur, ſign. in anca, quaſi receptaculum rei Venereæ contineri.

30 Venerem præeſſe ſpinæ dorſi, ſign. ſpinam eſſe quaſi canalem, & collatorium ſubſtantiæ Venereæ, uel ſign. quod ſicut a ſpina colligantur oſſa: vnde eſt quaſi uinculum corporis, & ſuſteotaculum eorum, & quaſi platea publica arteriarum neruorum ſpirituum, & uirtutum continens medullam veræ humiditatis, tamquam carina neceſſaria nitæ, & motui animalium, ita amorem eſſe uinculum, continens hominis partes, affectus, mores, & ſpiritus, & ſign. quod in Archetypo amor eſt nexus & ſpiritus in mundo uero maiore ſig. per amorem & amicitiam omnia generari & colligari. quod idem euenit in minori.

31 Venerem ſpermati præeſſe ſig. in ſpermate eſſe omnes totius animalis partes. & ueluti in quadam maſſa contineri, ſicuti per amorem omnia in unum coniunntur.

32 Venerem pinguedini præeſſe, ſign. pinguedinẽ temperatè aeream eſſe, ſicuti & Venus apud Aſtrologos. Georg. Venet. arm. f. 119.

33 Venus ſign. amicitiam. Erizzus f. 242.

34 Venus ſign. uim illam occultam, a qua trahuntur omnia animalia ad deſiderium procreandi. Erizzus. f. 717.

35 Venus nuda ſign. promptitudinem ad complexus Venereos. Erizzus. f. 717. vel ſignifi. furta Venerea non poſſe cælari.

36 Venus ſign. terræ hemiſpherium, quod nos habitamus Erizzus. f. 718.

37 Venus plorans Adonim occiſum ab apro ſign. hemiſphærium noſtrũ dolere propter diſceſſum Solis qui ſignificatur per Adonim. Erizzus. f. 719.

38 Venus ſign. primum amorem, qui uoa cum omnium artifice diſtinxit Elementa, creauit cęlos & omnia. Erizzus fol. 719.

39 Vene-

quibus V. triticum. Ioachim. Apoc. fol. 115.

3 Ventus sign. Deum secundum naturalem nobilitatem, uimque animandi, & celerem insuperabilem discessum, & mobilium principiorum, atque finium incognitas nobis, atque inuisibiles latebras. D. Dionis. cælest. Hierar. capitulo decimoquinto.

24 Venti educti de Thesauris Dei, ut est psal. 134. & Hierem. 10. & 51. sign. Spiritus sancti dona, quæ Christus D. nobis impartitur. Orig. in Hierem. homi. 5. sign. etiam Angelos de secretis thesauris Dei eductos. Lauretus in uerbo aer.

25 Venti quatuor pugnantes, ut est Daniel. 7. quatuor Angelicas potestates, quibus principia regna commissa sunt. D. Hieron. in Dani. 7. sign. etiam quatuor ordines in Ecclesia mundantes terram & incitantes ad bona. Rupert. in Amos. 4. & Apocal. 7.

26 Ventus, quatenus subtilis est, sig. prædicatorum mentis subtilitatem. vnde.

27 super Ventorum pennas Deus uolare dicitur, ut est psal. 17. & sigo. Deum excedere subtilitatem mentis prædicatorum.

28 Ventis Deum fecisse pondus, ut est Iob. 28. sig. Diuinam sapientiam replere animas matura grauitate. Lauret. ut sup.

29 Ventum attrahere, sig. penuriam audiendi uerbi Dei habere, quòd sublatis magistris subtrahitur, ut necessarium alimentum. Lauretus in verbo aer.

30 Ventus sign. gloriam transitoriam, sign. superbiam, sign. mendacium, significat inconstantiam in fide.

31 Venti vehementes, signifi. tentationes, & persecutiones.

32 Ventus proijciens puluerem a facie terræ, sign. penas inferni, quę malos ventilabunt, ut puluerem.

53 Venti quatuor, unde congregantur electi potius sunt figurati quam sint figura. figurati enim sunt per castra Israel, quæ in quatuor ventos erant disposita.

34 Venti quatuor turbantes mare, ut est Daniel 7. sign. quatuor regna turbantia mundum.

35 Ventus turbinis sig. illi iudicij tempore commotionem futuram, ut est Ezech. 1.

36 Ventus auster exurens sign. labores huius uitę, ut est Ezech. 27. D. Hieron. Ezech. 27.

37 Ventus sign. prosperitatem, ut est Iob. 30. Lauret. ut sup.

38 Venti apud Vergilium, qui mare conturbant Iussu Aeoli eorum regis. sign. perturbationes, quæ appetitum conturbant, mare enim sign. appetitum; nam ratio inferior quam sig. Aeolus, potest, & debet Iussu Iouis Imperare perturbationibus, sed uitæ ciuilis cupiditas quam sig. Iuno, facile. persuadet rationi inferiori, ut relaxet habenas ventis, qui sig. perturbationes, sed ratio superior quam Neptunus sign. facile amouet ab appetitu perturbationes, ut Aeneas idest mens veniat in Italiam, idest ad contemplationem, quam Italia sign. Landinus in Camald. V. Neptunus & Aeolus.

39 Ventus auferens congregatos Hierusalem, ut est Isai. 57. signif. Dei punitionem dispergentem sacerdotes & Pharisæos. Lauretus in uerbo auferre.

40 Venti quatuor pugnantes in mari magno, ut est Dan. 7. sig. Angelos qui præfecti regnis, & prouincijs, quorum vnusquisque satagit pro eo regno, quod sibi commissum est. D. Hiero. in Isai. 13. & Daniel. 7.

41 Ventus calidus, ut est Iudith 8. & Iob. 26. sign. Diabolum, & eius suggestionem. D. Greg. 29. mor. 14.

1 VENVS sign. amorem Dei in omnia creata unum ex attributis diuinis Francis. Georg. Armia. fol. 8.

2 Venus sign. uitam voluptuosam, quam Epicurei laudant, & stoici nolũt, vel potius damnãt Fulgentius libro secundo.

3 Venerem dici ἀφροδίτην idest spumam signific. quòd sicut, spuma libido momentaliter surgat, & in nihilum veniat, siue sign. quòd concitatio ipsa seminis sit spumosa. Fulgentius. lib. 2.

4 Venerem ex spuma quam fecerunt uirilia Saturni falce abscissa, & in mare proiecta natam esse, signific. temporis uires idest fructus & maxime qui falce abscinduntur, ut vua, & triticũ, in humores viscerum proiectos libidinem gignere, Saturitatis enim abundantia libidinem creat, unde illud sine Cerere, & Baccho friget Venus. Fulgentius lib. 2. v. Saturnus.

5 Venerem nudam pingi sig. Veneris sectatores, ut plurimum facultatibus nudis dimitti. vel sig. quòd libidinis crimen nunquam sit cœlatum; vel sig. quòd Venus nudis propriè conueniat. Fulgentius. lib. 2.

3 Veneri rosas dari, sign. luxuriosos ab uerecundiæ approbrio ruberé, & ob peccati aculeum pungi, rosa enim rubet, & pungit. vel sign. qđ sicut rosa delectat quidem, sed celeri motu tẽporis tollitur, ita libido delectat quidem, sed velociter fugit. Fulgentius lib. 2.

7 Veneri columbas dari sign. libidinosos esse in coitu frequentes, sicut sunt columbæ. vel feruidos esse, ut columbæ. Fulgentius lib. 2.

8 Veneri tres Charites siue Gratias adiungi, quarum duæ sint ad nos conuersæ, & vna auersa, sig. quod omnis gratia simplex eat, & duplex redeat. Fulgentius lib. 2. v. gratiæ. 3.

9 Venerem in mari natantem pingi signifi. quod omnis libido rerum patiatur naufragia. Fulgentius lib. 2.

10 Venerem portari in concha marina, signif. illud animal toto corpore simul aperto in coitum misceri, uel ut ego reor sig. hostea Venerem excitare. Fulgentius libro secundo.

11 Venerem cum Marte coeuntem a Sole Vulcano indicatam, signifi. uirtutem libidine corruptam, sole teste apparere. Fulgentius libro secundo.

12 Venerem Soli iratam, quod sua adulteria marito Vulcano indicasset, Solis quinque filias ad libidinem accendisse, easque omnes in pro-

fanus

ſanos amplexus compuliſſe, Paſiphaem, Medeam, Phedram, Circem, & Dircem. ſign. luxuriam corrumpere omnes ſenſus corporis. nã Paſiphae ſign. viſum, Medea ſig. auditum, Phedra, ſign. odoratum. Circe ſign. tactum, & Dirce ſign. guſtum. Fulgentius lib. 2.

13 Veneris currum a paſſeribus trahi, ſign. paſſeres eſſe maxime ſalaces, & in Venerem pronos, & comedentes paſſeres fieri ad rem Veneream idoneos. Atheneus. lib. 9. cap. 15.

14 Venus celeſtis ſig. animam vniuerſi. Farra. f. 26.

15 Venus apud Orpheum ſig. ſeptimam numerationem Cabaliſticam laudem. Farra Sept. fol. 204.

16 Veneris lac apud Ariſtophanem, ſign. vinum q̃ multum bibentes illegitimæ rei venereæ deſiderium concipiunt. Athenæus lib. 10. cap. 15. v. vinum.

17 Venerem tenere pedem ſuper teſtudinem, ſig. matronam probam debere pacificam, tacitam domi aſsiduam, foris incognitam. neque habere de forma, ſed de bono animo vulgatam famam. Teſtudo enim eſt muta. neque cum aliis contendit. neque circumuagatur, ſed ſemper domi manet. & melior eſt interna ſubſtantia, quàm forma externa pulchrior. Alciatus Emblem. 195. & Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

18 Venus armata apud Lacedæmones, ſig. uirtutẽ muliebrem, quod dum Lacedæmones a Meſſeniis fugarẽtur Lacenæ aceones mulieres arma ſumpſerũt, & proprios viros defendũt ac Meſſenios fugant, quo peracto in ſignum lætitiæ, ut quiſque erat armatus mulieri armatæ promiſcuè coiuit. vnde poſtea fecerunt Veneri armatæ ſimulachrum. Valer. f. 308.

19 Venus Morpho. quæ apud Lacedemonios habebat pedes pedicis obuolutos, ſig. Tyndarum iniecisse vincula Veneri, ut ulciſceretur de opprobrijs, quę Veneris cauſa filiæ ipſius Tyndari paſſæ ſunt. Valer. f. 356. vel ſign. mulieres debere erga viros ſuos in fide firmiter ac conſtanter permanere, vel ſig. Caſtitatẽ, & ſobrietatem.

20 Venus Mychea vocitata ſignific. veneris actum optare ſeceſſus, & abdita loca, vnde ipſa venus dicta eſt Mychea occulta, & remota abſconditaque, & a Philoſtrato fingitur in antro molliter inter flores iacere. Valerianus fol. 395.

21 Veneris ſemen apud chimicos ſign. ſquammas æris rudis in fornace ſponte deſilientes, Leo Suauius in ſcholiis Paracelſi fol. 238.

22 Venus & Cupido Venus habere videtur in dextera neſcio quid, quo tangat nubes a ſagittas eupidineis peforatis, in ſiniſtra tenet florem, ad pedes habet neſcio quid inuolutum, ſign. amorem dubium. Sambucus fol. 95.

23 Venus in armonica mundi conſonantia, ſignifi. aerem elementum. Georg. Venet. arm. f. 32.

24 Venus Dea ſign. aliquando ver, partem anni, Cartarius f. 52.

25 Venus apud Manilium præpoſita Tauro & ceruici ſig. intelligentiam, quæ præſidet illi ſigno & curam gerit de hominis ceruice. Georgius Venetus arm. f. 114.

26 Venerem rogaſſe Neptunum, ut redderet mare tranquillum, & pacatum Aeneæ in Italiam è Sicilia ſoluenti, ſign. Diuinum amorem, quo ad ſummum bonum animus rapitur, hortari ſupremam in homine rationem, vt appetitum in ſua poteſtate contineat. Cui Neptunus omnia benigniſsima pollicetur, quod ſig. mentem nihil denegare amori ad rectum excitanti. Landinus 4. Camaldul.

27 Venerem in mari ortam ex ſpuma facta ex agitatione ob virilia Cęlij in illud iniecta, ſign. in ſuprema hominis ratione appetitum contineri, in quem dum ab ratione adminiſtratur cęlitus cadit virtus, quæ in ipſo appetitu agitata, excitatur amor rerum diuinarum, quod ſign. illud dictum a Neptuno Venerem in regno ſuo ortam eſſe. Landin. 4. Camaldul.

28 Venerem præeſſe ori, quo oſculum uel ſuauiũ figitur, ſign. in oſculo donari pignus amoris. Georg. Venet. armon. f. 119.

29 Venerem præeſſe Anchæ in cuius ſepto veſica, & matrix continentur, ſign. in anca, quaſi receptaculum rei Venereæ contineri.

30 Venerem præeſſe ſpinæ dorſi, ſign. ſpinam eſſe quaſi canalem, & collatorium ſubſtantiæ Venereæ, uel ſign. quod ſicut a ſpina colligantur oſſa: vnde eſt quaſi uinculum corporis, & ſuſtentaculum eorum, & quaſi platea publica arteriarum neruorum ſpirituum, & uirtutum continens medullam veræ humiditatis, tamquam carina neceſſaria uitæ, & motui animalium, ita amorem eſſe uinculum, continens hominis partes, affectus, mores, & ſpiritus, & ſign. quod in Archetypo amor eſt nexus & ſpiritus in mundo uero maiore ſig. per amorem & amicitiam omnia generari & colligari. quod idem euenit in minori.

31 Venerem ſpermati præeſſe ſig. in ſpermate eſſe omnes totius animalis partes. & ueluti in quadam maſſa contineri, ſicuti per amorem omnia in unum coniunguntur.

32 Venerem pinguedini præeſſe, ſign. pinguedinẽ temperatè aeream eſſe, ſicuti & Venus apud Aſtrologos. Georg. Venet. arm. f. 119.

33 Venus ſign. amicitiam. Erizzus f. 242.

34 Venus ſign. uim illam occultam, a qua trahuntur omnia animalia ad deſiderium procreandi. Erizzus. f. 717.

35 Venus nuda ſign. promptitudinem ad complexus Venereos. Erizzus. f. 717. vel ſignifi. furta Venerea non poſſe cælari.

36 Venus ſign. terræ hemiſpherium, quod nos habitamus Erizzus. f. 718.

37 Venus plorans Adonim occiſum ab apro ſign. hemiſphærium noſtrũ dolere propter diſceſſum Solis qui ſignificatur per Adonim. Erizzus. f. 719.

38 Venus ſign. primum amorem, qui una cum omnium artifice diſtinxit Elementa, creauit cęlos & omnia. Erizzus fol. 719.

39 Vene-

39 Veneris michææ sacra, quæ in latebris fiebant, sign. voluptatem impuram latebris delectari. Valerianus fol. 107.

40 Venerem præesse carni, signific. carnem esse temperate calidam & humidam sicuti est uenus aerea. Georgius Venetus Armonia. fol. 119.

41 Venerem præesse renibus sign. renes continere humidum radicale, & si ob suam naturam sint calidi, & sicci, & ideo ipsi Marti subijciantur tamen ob radicale humidum in eis contentū Veneri etiam addicantur.

42 Venerem præesse ventri, qui & Ioui dicatus est sig. temperatam utriusque naturā ad bonum, ut reor nutrimentum necessariam esse, unde postea sequitur generationis appetitus, & ob hoc etiam Venus dicitur Iouis filia.

43 Venerem præesse vmbilico, sign. in mulieribus libidinem in vmbilico consistere, sicuti in uiris renes sunt illius domicilium.

44 Venus domina in horoscopo signifi. hominem futurum album cum fuscedine quadā, aut rubedine, habentem capillos pulchros, multos, & spissos, faciem rotundam venustam, & uagam, oculos nigros, super cilia gracilia, dulcia colloquia, decentem incessum, motus faciles, & lepidos. Si uero fuerit mala, & inferior venus, sign. hominem deditum delitijs mulierū, amatorem, & labilem ad omnia uitia mollia, si autem bona fuerit, homo habebit freno legum coercitum animum, & recto, & sancto amore omnia peragentem. Georg. Venet. Armon. fol. 119.

45 Venus signific. illam uim occultam per quam animalia, & cætera mouentur ad desiderium generationis, & ad hoc faciunt diuersa nomina huic ni attributa: nam Venus Iuno Luna Proserpina, Diana, & alia multa sign. uim supra dictam, & varios eius effectus. Cartarius fol. 530.

46 Venerem natam e spuma maris propter proiectionē testium abscissorum a Saturno de patre Coelo signific. semen animalium genitale nihil aliud esse quam sanguinis spumam, & supernatans, ut est in secundo de generatione animalium apud Aristot. & Natalem Comitem. lib. 4. cap. 13. Mytholog.

47 Veneri data conca marina, sign. coeuntibus omnia aperiri: nam conca in coitu tota aperitur. Cartarius fol. 531. Vide pinna 2. Valer. fol. 202.

48 Venus apud Paphum primum uisa. signific. illos Cyprios esse ad coitum salacissimos hominum. Cartar. fol. 532.

49 Veneris Imago apud Paphos in formam Vmbilici lapidei sign. mulieres Paphias luxuriosas quòd in vmbilico mulieribus existat luxuria, ut nonnulli existimant. Cartar. fol. 532.

50 Veneri columbæ sacræ, sig. memoriā Peristeræ nymphæ a Venere amatæ, & in columbam uersæ. Vel sign. Incolas Ericis montis dies festos nouem seruare in obsequium columbarum, quòd illæ comitarentur Venerem ultra mare in Lybiā, per quos 9. dies nulla columba in Erice monte uidebatur, quibus 9. diebus peractis columbæ reuertebantur una nitendæ pulchritudinis, & rubea præcedente, quam Venerem existimabant. Cartar. fol. 533.

51 Veneri cigni sacri sign. musicam libidini opem ferre. Cartar. fol. 535.

52 Venus nuda sign. mulieres semper ad amplexus paratas, vel sig. Veneri deditos sæpe omnibus bonis spoliari, & nudos existere, vel sign. amantium furta aliquando detegi. Cartarius fol. 335.

53 Venerem natare in mari sign. amantium uitam esse similem in altum facientibus iter per tempestates, & procellas. Cartar. f. 535.

54 Veneri myrtus sacra sign. illam arborem habere uim conciliandi & seruandi amoris inter homines. Cartarius fol. 536. vel quod myrtus nascatur in littoribus, inter quæ venus est orta.

55 Veneri rosæ sacræ sign. suauitatem uoluptatum venerearum propter suauitatem odoris. Cart. fol. 536. Vel quod sicut rosæ non leguntur sine spinarum puncturis, ita non sine dolore habentur venereæ delectationes, vel quòd libidines sæpe nos rubere præ pudore faciant, cum earum turpitudinem cogitamus. Cart. f. 536. vel quòd rosę pulchritudo cito flaccescit, sicuti uenerea cito transeunt.

56 Veneris pannus ceruleus, sign. illam ortam mari, cuius color est ceruleus. Cartar. fol. 538.

57 Veneri socius risus signif. risum adiuuare libidinem. Cart. fol. 539.

58 Veneri socius Iocus sig. Iocis Venerem addiuuari. Cartar. fol. 539.

59 Venus verticordia signifi. apud Romanos illam auertere a matronis Romanis inhonestam libidinem sicuti, apud Grecos venus Apostrophia. Cartar. fol. 540.

60 Veneri sæpe addebatur Mercurius, quod sign. ac uenereos congressus multum valere delectabiles & suaues sermone. Cartar. fol. 541.

61 Veneri addebatur præter gratias, & Pitho, quæ offerebat, coronā veneri exeunti e mari, quod sign. ad consequendam venerem opus esse suadela, quæ est eadem, quæ pitho. Carta. f. 543. vel quod venus fuerit illa, quæ suasisset rudes ad mores ciuiles. Carta. f. 543.

62 Venus armata sig. memoriam mulierum Lacænarum, quæ uiris absentibus repulerunt armatæ Messenios ab urbe, & a preda, cuius rei causa Lacedęmones erexerunt templum veneri armatæ. Cartar. fol. 554.

63 Veneri facta sacra ab hominibus indutis vestibus, signific. apud Egyptios Deos, & Deas esse utriusque sexus scilicet Deos, esse mares, & feminas, & deas esse feminas, & mares. Carta. fol. 551.

64 Venus signifi. dimidium totius terræ superius. nam dimidium inferius signit Pruserpina. Cartar. fol. 553.

65 Venerem plorare Adonim suum sig. hemisphęrium superius lętari, quādo sol est in sex signis estiuis, & plorare, quādo sol, qui sig. Adonim.

currit per sex siuna hiemalia. Cartar.f.554.

66 Venus tecta pallio plorans Adonim, sig. terram in tempore hiemali, ut plurimum tectam nubibus. Cartar.f.55.

67 Venus in aspectu uirili signif. generationem ab ea procedere. Cartar.f.554.

68 Venus pulcra efficta signifi. stellas luciferum, & Hesperum.

69 Veneri adhærere cupidinem, sig. ab ea nasci omne lasciuum desiderium. Cart.fol.554.

70 Venus habens mammas, & genitalia tecta, sign. in mammis existere alimentum, & in genitalitalibus latere semen. Cartar.f.556.

71 Venerem ortam mari dici, sign. maris aquam esse calidam, & humidam, & sæpe moueri, & agitatam spumam efficere, quæ omnia sunt in semine. Carta.fo.554.

72 Venus signif. olera hortorum, quod hortis præficeretur, iuxta illud Næuij. Coquus edit Neptunum venerem cererem. idest piscem. holera panem. Valer.fol.195.

73 Veneri additus cupido equitans delphinum, sig. amorem in semplicioren ætatem, quòd delphini sint amatores puerorum, ut pluribus constat exemplis. Valer.fol.196.

74 Venus sign. æstatem apud Aegyptios. Valer.fo. 130.

75 Venus inter Parcas, & senior earum sign. deam generationis eandem esse, & finis. Cartarius fol. 303.

76 Venerem eandem esse, & libitinam, sig. ut supra eandem deam esse causam ortus, & occasus. Cartar.fol.303.

79 in Veneris Libitinæ templo asseruari ea quæ ad pompas funebres pertinent, sign. fragilitatem humanam esse in manu illius deę, quæ sit causa ortus & occasus. Cart.fol.303.

78 Veneri testudo sacra sign. Virgines, & coniugatas domi esse continendas, & taciturnas esse debere, quòd testudo semper sit domi, & lingua careat. Valer.fol.200.& Cartar.f.541. Vide Testudo.2.

79 Veneris cōchę, insculpta remora piscis, sig. memoriam Decreti, ꝙ fecerat Periander, ut pueri nobiles in Gnido vrbe castrarentur, sed remora adherens carinæ nauis ferentis mandatum Periandri, tandiu in medio mari detinuit, donec Periander mutato consilio mandatum abrogauit. Valer. f.213.v.Remora.2.

80 Veneri templa in portu fieri ab aruspicibus iussa. sign. per maris salsedinem illius deæ salacitatem, vel salem ad id facere, quòd sal excitet uenerem. Valer.fol.220.v.Sal.1.

81 Venerem in pisce latuisse, fig. Veneris ardorem suum non nisi ad frigidam piscium naturam in quibus nullus alimenti fomes, quo iterum succendi queat, euadere. Vale.fo.221.V. piscis 9. Vel ut ait Manilius, sign. eos, qui habent pisces ascendentes, esse admodum libidini addictos. Valer.ibi.f.221.

82 a Venere regi iecur dictum a Mathematicis, fig. in iecinore uim concupiscendi prouenire, qđ sperma ex sanguine a Iecinore in vasa seminaria descendat. Valer.fol.244.

83 Veneris simulachrum nigrum apud Meliastas, sign. verecundiam, quam homines in Veneris usu habere debent, ut pote potius in nocte quam in die filijs operam dandam. Valer.fol. 247.

84 Venerem & cupidinem generationi, & eius appetitui præesse, sign. eius stellę uim generationi, & eius appetitui infundere. Georg. Venet. Armon.fol.312.

85 Venus in Theatro Iulij Camilli, sign. in mundo supracęlesti Nizach, & illius intelligentiam Honiel. Iul. Camil.f.66.

80 Venus apud Theologos Græcos, sign. uim Michaelis de qua ui V. Currus. Valerianus fol. 322.

87 Venus in armonica concordantia mundi, sign. principatus intelligentias Angelicas, propter Symbola inter se conuenientia. Georg. Venet. Arm.f.68.

88 Venus signifi. Dei pulchritudinem, a qua omnia pulchra sunt. Georg. Venet. Armar.f.68.

89 Venus inferior sign. aerem, quòd sicut aer, & spiritus omnia disgregata copulat, & coniungit ita venus inferior omnia animalia, & illis inferiora coniungit, sicuti venus superior, quæ & æthereа dicitur sign. æthera, siue ipsum Iouem cum quo conuenit & connectit superiora, diuina, & spiritualia, & illæ duæ veneres apud Orpheum sig. bonum, & malum; inferior sig. malum, & superior sign. bonum. Vel sign. secundum D. Augustinum illos duos amores quorum alter amor sui ad contemptum Dei facit ciuitatem Diaboli vel Babilonis, & hunc signif. Venus inferior. alter uero amor Dei ad contemptum sui, qui facit ciuitatem Dei, & hunc sig. Venus superior. Georg. Venet. Arm. fol.73.

90 Venerem ab Aristophane dictam esse aphroditam, & non aphroditem, sig. amorem in omni sexu, & animo reperiri. Georg. f.74.

91 Venerem apud Ciprios pingi barba prolixa, & veste feminea, sign. amorem, in omnibus, & in omni sexu exquiri. Georgius Venetus Arm. fo.74.

92 Venerem dici luciferum sig. amorem & appetitum veritatis conducere hominem ad omnia quamuis ardua, ut ipsam veritatem adipiscatur.

93 Venerem appellari hesperum, signific. post adeptam uirtutem non minore dilectione à nobis illam amari, quam antea.

94 Venus lucifer siue præcedens solem esse filiam Cœli, & diei, sign. paruulam lucem, & nouellā claræ veritatis, quam inquirimus, alioquin ad ipsam perquirendam non moueremur.

95 Venus Hesperus sequens solem, quæ dicitur esse filia Iouis, & Dionea. idest humiditatis filia, quæ ætherea est & nitida, signifi. amorem uirtutis adeptæ.

96 Venus quæ dicitur nata ex pudendis cœli, & ex spuma maris, quæ est polluta ex spuma, & fece æquarum inferiorum nutrita, sign. appetitum generandi

generandi a cęlo animantibus insitum esse, qui tamen polluitur, & sordidatur ab animis deordinatis. Georg. Venet. Arm. fol. 74.

97 Venus e coelo nata sine matre, sig. intelligentiā in angelica mente natam sine matre hoc est sine materia e Deo: nam cęlus sign. Deum, & mater, sign. materiam. Infra. 157.

98 Venus cęlestis, sig. diuinæ mentis intelligētiam, sicuti Saturnus sig. diuinæ mentis essentiam, & Iuppiter sig. diuinæ mentis vitam.

99 Venus secunda ex Ioue & Dione genita sig. animæ mundi uim, prout generat inferiora, sicuti Saturnus sign. animę mundi oim, prout superiora intelligit. Iuppiter signifi. animæ mundi uim, prout cęlestia mouet. uis animæ mundi mouens coelestia, creat eam potentiam animæ mundi, quæ inferiora hæc generat. istam venerem matrem habere Dionem, sign. istam potentiam animæ mundi, quæ ista inferiora generat, commercium cum materia habere putandum. Ficinus cap. 7. Orat. 2. conuiuij Platon.

110 Venus prima in homine, signifi. mentem, quę semper excitat ad contemplandam diuini decoris imaginem.

101 Venus secunda in homine, sign. uim generandi. Ficinus cap. 7. Oration. 2. conuiuij Platon.

102 Veneris cigni sign. puritatem propter colorem & signif. delitias propter cantum, quæ duo in amore desiderantur. Georgius Venetus Arm. fol. 74.

103 Venerem esse infensam Iunonem, sig. aerem turbulentum, quem sig. Iuno, aduersari ætheri superiori aeris parti, quem signific. Venus superior.

104 Venerem Iouis præsidio præualere contra Iunonem infensam sign. Venerem superiorem, & cœlestem puram scilicet, & nitidam vincere inferiorem, & infensam Dei præsidio. Georg. Venet. Arm. fol. 74.

105 Venerem in harmonica mundi concordia, sig. aqua, sapor dulcis, & vnctuositas odor delectabilis, & color tendens ad albedinem, & croceum & rubrum, berillus, chrisolitus, qui & sig. Mercurium smaragdus, Saphirus, corneola, lapis lazuli corallus, Venerem quando dicitur lucifer, sign. rosa, quando vero dicitur hesperus, sig. Myrthus, beneolentia, thimus, laudanum ambra, thiamata cum sole muscus, & sandalus cum Saturno, coriandrum, ficus, & vuamusa, pira dulcia, malū punicū, columba, turtur, passer, motacilla, venerem in libra. Bactriana Caspia, Sirica, Thebais, Oasis, & regio Troglodítica, in Tauro. Cycladis maritima pars Asiæ minoris, Ciprus Parthia Persis, & Media. Cerulea littora, balnea, choreæ, & cuncta muliebria, mollia, & faciles commixtionis, musica leuior. nam mediocris significat Mercurium, & grauior, sign. Iouem cum sole. Georg. Venet. Arm. f. 80.

106 Venus in mundo minore id est in homine, sign. pietatem, & temperantiam. Georg. Venet. Armon. fol. 121.

102 Veneres duæ Platonicæ signific. una intelligentiam in mente Angelica. & alia sig. vim generandi toti orbi datam, e quibus duo amores eueniunt appetentes pulchritudinem hic mūdanam, ille uero cœlestem. Equicola lib. 1. de natura amoris.

108 Venerem primam natam sine matre, habentem cęlum patrem sig. intelligentiam esse sine materia, & Deum habere authorem, & patrem. & ipsa prima Venus apud Platonem sign. animam uniuersalem mundi. Equicola lib. 2. de natura amoris.

109 Venus secunda nata ex Ioue & Dione sign. potentiam cum materia sensibilium rerum. Equicola lib. 2. de natura amoris.

110 Venus tertia a Poetis ficta nata è Saturni genitalibus in mare proiectis, sign. animalia marina esse aliis fęcundiora. & sig. ante Elementorum diuisionem non fuisse tempus, quod tempus est mensura motuum ex cęli conuersione collecta. & diuisis Elementis amor induxit animal omne ad productionem similium, & Saturni genitalia a cęlo in mare iacta sign. a cęlo produci generationem, & mare sig. humorem efficere fęcunditatem. Equicola lib. 2. de natura amoris.

111 Venerem e spuma ortam esse, sign. animalium semen spumosum esse.

112 Venerem portatam ab Concha, quam vulgo dicimus Hostream sig. in concubitu omnem Venerem aperire, sicuti facit hostrea quæ in concubitu tota aperitur. vel forsan sign. quod hostrea uehementer excitat lubidinem. Equicola lib. 2. de natura amoris.

113 Venerem dilexisse Adonim, qui ex myrrha natus dicitur, sign. myrrham esse ualde gratam Veneri, & ad coitum summè facientem, & Veneris incitantem. Equicola ut supra.

114 Venerem dilexisse Adonim sign. Lunam desiderare Solem, ut eum, à quo lucem accipiat, nam Adonis sign. Solem. Equicola ut supra.

115 Venerem plorasse Adonim sex menses, sig. hemisphęriū nostrum, quod Venus sig. plorare Solis absentiam, quando in hiemali tempore ad antipodum hemisphęrium, quod significat Proserpina, procedit. Equicola ut supra.

116 Venerem a Diomede uulneratam esse, dum defenderet Aeneam, sig. non ipsam Venerem, sed Aeneam a Diomede uulneratum. Equicola lib. 2. de natura amoris.

117 Venus sig. animam, & amor sig. animæ actum quando optat bonum. Equicola lib. 2. de natura Amoris.

118 Venus signif. illam partem animæ, quæ desiderat, & amat. Equicola libro secundo de natura Amoris.

119 Venerem & Bacchum procreasse Priapum, signifi. non sine cupiditate, & calore luxuriam esse. Equicola libro secundo de natura Amoris.

130 Veneris & Martis concubitus ab Homero descri-

descripti, sign. secundum Aristotelem martia-les esse luxuriosos, & sign. Venerem cum Marte coniunctam apud Astrologos efficere homines luxuriosos. Equicola ut sup.

121 Venerem pingi nudam sign. libidinem nunicelari. Equicola ut sup.

122 Venerem esse & marem, & feminam. sign. sine utroque sexu non posse animalia gigni. Equicola ut sup.

123 Venus sign. Lunam, cui viri fœminei uestibus & mulieres uirilibus sacra faciebant, sign. Lunam haben, & marem, & feminam, ut dictum de Venere. Equicola.

125 Venerem caluam a Romanis factam esse sign. matronas Rom. proprios capillos sibi totondisse pro funium necessitate in bello Galico, & ad eius rei memoriam Rom. Venerem Caluam fecisse. Equicola libro secundo de natura amoris.

125 Venerem ortam esse in mari sign. causæ productrici opus esse, & motus, & humiditatis. Equicola ut supra.

126 Venerem Dionis filiam esse, sign. lubidinem ex humiditate produci, nam Dieron sig. humiditatem. Equicola ut sup.

127 Venerem Aphroditem esse sign. animalium semina esse spumosa. Equicola ut supra

128 Veneri socios risum, & lætitiam, sig. eos ambos lubidines sonare. Equicola ut supra.

129 Veneri assidere gratias, & Pitho, sign. sine gratijs & suasione nihil voluptatis haberi. Equicola ut supra.

130 Veneri Mercurium adesse signifi. Eloquentiam ad amorem multum valere. Equicola ut supra.

131 Veneris cingulum uarijs animalibus, & figuris pictum, sign. uim, quam habet libido astringendi, & ligandi omnia simul. Equicola ut supra.

132 Venerem dici celestem popularem, & omnium causam sign. uim quam habet in cælo in terra, & in mari. Equicola lib. 1. de natura amoris.

133 Venerem amare columbam sig. amorem debere esse purum & amabilem, & basijs refertum, quod in columba consistit. Equicola lib. 1. de natura amoris.

134 Venerem aprum odio habere, signifi. amantem immundicias odisse. Equicola ut sup.

135 Veneri myrtus sacra signif. amantem debere bene olere.

236 Veneri herba philetria sacra, sign. basia amantibus grata: nam philim apud Græcos basia significat. Equicola ut supra.

137 in Veneris hortis apud Claudianum esse duo flumina unum dulce, & aliud amarum, signifi. amantes per uarios casus, per mille discrimina rerum tendere ad optatam Italiam, ut inquit ille. Equicola lib. 3. de natura amoris.

138 Venus rogata a Iunone, ut illi commodaret cingulum suum, cum quo ipsa Iuno ita expleuit lubidinem Iouis, ut nunquam antea ita contentus fuerit nec de mulieribus, nec de deabus neque de ipsa Iunone alias, signifi. Veneris potentiam esse cæteris potentiorem. Equicola lib. 4. de natura amoris.

139 Veneris templum nō licere esse in urbe Roma sicut nec mentis nec Vulcani, sign. intemperantiam ablegari debere a proprijs tectis, sicuti bellum, & incendium. Equicola lib. 6. de natura amoris.

140 Veneri sacrificari senario apud pythagoreos. V. Apollinem ex tripode vaticinari.

141 Venus apud Sicyonios, quæ in altera manu habebat pomum, in altera papauer, & supra caput poculum quoddam, sig. ad rem veneream opus esse amore, quem sign. pomum, & seminis copia, quam signifi. papauer, & marito vel amatore, quem signifi. poculum. Valerianus fol. 48.

142 Venus cælestis apud Platonem, quæ e cœlo nata sit sine matre, sign. eam intelligentiam, quæ in Angeli mente posita more ingenito ad Dei pulchritudinem intelligendam rapitur, quæ cum sit procul ab omni materiæ consortio, dicitur nata sine matre. Landinus in tertio Camaldulensium.

143 Venus vulgaris siue terrestris nata ex Ioue, & Dione. sig. animam mundi siue eam uim, quæ in anima mundi est & vim creat, quæ interiora hæc omnia gignat, & mundi siluam subeat. Landinus ut supra.

144 Veneres duas haberi ab animo nostro dici, & eas geminos cupidines sequi. sig. animam duas vires alteram intelligendi, & alteram gignendi existere, mens, quæ est prima venus cū corporea pulchritudo oculis nostris objicitur, eam non quia corporea sit, sed quia simulachrum diuini decoris est, admiratur, & diligit, eaque veluti uia quadam ad cœlos effertur. Gignendi autem uis, quæ est Venus secunda, formam gignere huic similem concupiscit, quapropter vterque amor iure dicitur, ut alter contemplandæ alter gignendæ pulchritudinis desiderium sit. Landinus in tertio Camaldulensium.

145 Venus in nocte per lumen quoddam ostendens Aeneæ Troiam seruari non posse, signif. amorem diuinum per lumen suum indicare menti nostræ corporis originem, quam signif. Troiam saluam esse non posse, quod materialis existat Land. ut sup.

146 Venus Aeneæ indicans Troiam a Pallade, & alijs Deis euerti. signific. per lumen diuinum mentē nostram cognoscere voluptates corporeas a Deis euerti: nam diuina aduersantur voluptati corporeæ, & præcipue sapientia quam signific. Pallas. Landinus ut supra.

147 Veneris stella, quæ est temperatæ qualitatis signif Noe, qui propter suam iustitiam, & temperantiam in aquarum diluuio seruatus, naturam uniuersæ carnis in arcæ præsidio restaurare curauit. Ioachim Apocalip. fol. 54.

Veneres duæ a Platone positæ, sign. duos amo-
148 res unum rectum, & iustum, quem signific. Venus antiquior, & nata in cœlo, & alterum amorem indirectum, & malum, quem sign. Venus ex Dione, Ioue nata.

Franciscus Georgius Venetus problemate 376. tom. 5.

149 Venerem fuisse filiam Iouis, & Diones, & fuisse vxorem Vulcani, & a Marte amatam, apud Chimicos, sign. sulphur illud quod dicitur arsenicum prouenire ex sulphure, quod uocant Dionem, Vulcanum, Vinum ignem, & matrem, & sulphur venus dictum post distillationem, videtur vinum, & quia distillat ab illo sale, qui dicitur Saturnus in quo est luna & Iupiter ideo dicitur illorum filius.

Ioannes Braceschus libro de ligno vitæ folio vigesimo otauo.

150 Veneris primum regimen mundi, quod durat annos 285. & dies 257. incepit post annos mũdi 285. & dies 257. post Saturni regimen, & veneris regimen, primum finit anno mundi 571. & die 154. secundum regimen finit anno mundi 2571. & die 10. tertium regimen finit anno mundi. 4570. & die 269. & hoc secundũ computum Pauli Scaligeri lib. 4. cap. 1. de rerũ causis, qui diuersus est a Tritemio. Veneris regimen euentus dequibus agitur in dictione. Anael.

151 Venerem Vraniam siue cælestem ab Atheniensibus fingi figura qusdrata signific. ipsam Venerem cælestem esse earum, quæ Parcæ vocantur, natu maximam, & enim quadratum fingi sig. in ea esse omnium rerum stabilimentum, & hac de causa haberi antiquissimam Parcarũ, quam, & vestam eandem esse facillime cognoscitur si eius Etymon expenditur, & si consideratur senarium veneri esse sacrum, qui habet, sex facies hac de causa veneri vraniæ datum esse, & idcirco eius figurã factam esse quadratam. Goropius in saxonicis. fol. 698.

152 Veneris Diem idest feriam sextam uocari Parasceuem, signif. Iudæos in illa die parare sibi cibos pro Sabbato sequenti. Michael Timotheus in Diuinum Officium. Quæstione. 90. tractatus. 3.

153 Veneris Diem quamcunque propter sextam feriam in Domini passione maxime obseruandam, sign. Deiem illam habuisse sex priuilegia ad humani generis salutem apprime spectantia Christi D. immolationem. Inferni spoliationem. Mortis conculcationem. Humani generis redemptionem. Paradisi apertionem, & scripturarum sacrarum manifestationem. Michael ut sup. Quæst. 91. tract. 3.

154 Veneris nuncium esse Zephirum, sign. verno aeris tepore omnia ad procreationem excitari, Lucretius ita inquit.

It Ver, & Venus, & Veneris prænuntius ante Pennatus graditur Zephirus uestigia propter.

Natalis Comes lib. 4. cap. 13. mytholog.

155 Venus sig. uoluptatem illam animi, quam animus e similium coniunctione futuram præsentit, & hinc est quòd Venus credita est esse Dea conciliandorũ animorũ. Natalis ut sup.

156 Venerem natam esse ex Ioue, & Dione sig. procreandi cupiditatem, e calore concipi, & ex illa materia, quę est inferior. Natam Dione sig. corruptibilem vniuersam Elementorum materiam. Natalis ut supra.

157 Venerem ab antiquis dici filiam cœli, & Diei, significare potest illud, quod dicunt Theologi Christiani Deum, s. omnipotentem cœlum, & lucem, & sidera creasse, & mox rebus creatis addidisse amoris vim ad procreandum, Iuxta illud crescite, & multiplicamini, unde et Venus dicta est nuptijs præesse. V. supra. 97.

Natalis ut supra.

158 Venerem habere risum amicum sign. per lætitiam amorem conciliari, vel sigi, tum maxime animalia uigere, cum apta sunt generationi, id quod efficit apta Elementorum Symmetria.

Natalis ut supra.

159 Venerem deprehensam in adulterio cum Marte, retibus implicitam a Vulcano, & Dijs expositam fuisse irridendam, nec tamen interfectã, sign. uiros prudentes debere ab vxoribus impudicis manus violentas abstinere, sed tamen coram Deo, & hominibus Iniuriam sibi factã subijcere, cum vxoris luxuria nequaquam uiri boni contaminet existimationem, & integritatem, ut patet de Marco Aurelio, & Euangelij verba ut est Math. 19. innuere videntur, sed nec venus ut pote Dea poterat interfici, & Vulcanus forsan Iouis iram expauebat. Tu lege Natalem Comitem lib. 4. cap. 13.

160 Venerem a Diomade vulneratam fuisse sig. homines in quorum ortu Venus dominatur, esse facie quidem decora, animo elato, & voluptatibus deditos, sed eorum corpora esse debilia, & rei bellicæ minime apta. Natalis ut supr.

161 Venerem ridere amantium periuria, sig. homines amantes non esse sui compotes, sed eo affectu, quò fert impetus, eos trahi, atque ideo eorum iuramenta non pluris quam insanorum facienda. Natalis.

161 Veneris currum ab oloribus trahi, sign. mundiciem, & corporis ornatum mirifice conferre ad amorem conciliandum. Olor enim est fere omnium auium candidissima, & maxime munda. Natalis ut supra. Vel

162 Veneris currum trahi a columbis uel a passeribus sig. venereis hominibus opus esse magna salacitate. Columbæ enim, & passeres vehemẽter sunt salaces. Natalis ut supra.

163 Venus urania siue cælestis, significat amorem in Deum in patriam, & in uiros bonos ob aliquam uirtutem aut erga benemeritos, qui amor est purus, & sine corporis cupiditate, & est cælestis, & diuinus cum humana careat labe. Natalis Comes lib. 4. cap. 13. Mytholog.

164 Veneri vraniæ in sacris non afferri uinum, sign. vinum sæpe esse omnium deliramentorum, & intemperantiæ causam.

Natalis ut supra.

165 Venus

165 Venus apud Euripidem signif. procreationem omnium rerum ex elementorum Symmetria, atque vim illam siue diuinam, quæ nascitur è motu cælestium corporum, siue naturalē uocemus, quæ facit ut in hanc commistionem elementa ipsa deducantur, uel potius ipsa deducit. Natalis ut supra.

166 Venerem amasse Adonim. sig. sine solis motu, & ut Venerem nullam esse posse, & ideo Adonis dicitur ab apro id est Hieme interfectus, quod sig. sole in Hiemalibus signis percurrente, herbarum, & rerum multarum generationem impediri.
Natalis ut supra.

167 Venerem deposuisse Adonim mortuum inter lactucas sign. frigus maxime impedire, naturæ actiones. Lactucæ enim sunt frigidę, & Veneri contrariæ. Natalis ut supra.

168 Venerem a Paride prępositam fuisse Iunoni, & Palladi sign. plures esse qui corporis voluptates, quam illi sint qui uel opes, & uirtutem sequantur. Natalis ut supra.

169 à Venere Martem amari ut est apud poetas, sig. unionem in rerum principiis superare discordiam: nam venus sig. pulchritudinem rerum, & res esse non possunt sine discordia, & concordia, sed in principiis rerum necesse est, ut unio quæ prouenit a cōcordia superet diuersitatem naturarum in rerum cōpositione, quæ diuersitas prouenit a discordia, venus enim, uel pulchritudo est illud Temperamentum, quod mitigat frenat, & retundit contentionem, & odium quod est inter naturas contrarias. Ioannes Picus in lib. 2. cap. 6. commentar. in Cantilenam Hieronimi Beniuienij. V. Deus 60.

170 Venerem apud antiquos Astrologos, quorum opinionem sequitur Plato, & Aristoteles positam fuisse in medio cœli apud Martem, sign. Martis impetū, qui est sua natura corruptiuus, & destructiuus, à veneris temperamento fuisse emolliendum, & edomandum, sicuti Saturni malitiæ obsistit bonitas Iouis, si enim Mars semper subponeretur veneri, id est contrarietas principiorum componentium res subponeretur debitis temperamentis, nulla res unquam corrumperetur. Ioannes Picus ut supr. V. Deus 60.

171 Venerem imperare tribus fatis, ut est apud Orpheum sign. venerem esse ordinem Idearum a quo pendet ordo rerum in mundo sensibili, & quia ordo in mūdo sensibili dicitur fatum, & pendet ab ordine Idearum in mundo intelligibili, qui ordo dicitur venus, & prouidentia, sequitur a venere imperari fato, quod est triplex, id est Clotho, Lachesis & Atropos, uel tempus pręsens, præteritum, & futurum, uel Atropos sig. sphæram non errantem, clotho sign. septem Planetas, & Lachesis sig. res à Luna inferiores, & sic venus cum imperet fato triplici, dicitur imperare tribus fatis. Ioannes Picus in lib. 2. cap. 21. Comment. in Cantilenam, Hieronymi Beniuienij.

172 Venerem, quæ, ut est apud Plotinum, nata est ex Saturno, & coniuncta Ioui sign. pulchritudinem Idearum descendentium mente Angelica in animam mundi, & in alias animas rationales, sicuti Venus, quæ dicitur nata ex semine testiculorum Cęlij, sign. pulchritudinem idearum descendentium à Deo in mentem Angelicam, & sicuti Ideæ quæ descendunt à Deo in mentem sunt prima venus, nec sunt accidentales menti sed substantiales: ita Ideæ, quæ descendunt a mente in animam, & quæ proprie non dicuntur Ideæ, sed rationes speciei non sunt accidentales animæ, sed substantiales, & sunt secunda venus, & a prima venere nascitur amor Angelicus, & diuinus, at a secūda venere nascitur amor humanus. Picus ut supra. cap. 22.

173 Venerem committentem adulteriū fuisse uinculis comprehensam. sign. ornamenta mulierum esse adulterij signa. Clemens Alexandr. pædag. lib. 2. cap. 12.

174 Veneris sydus sequens solem cadentem in Oceano, cum uerbis sequitur deserta cadentem, sign. mulierem, quæ sit constans in amore alicuius, qui alteram sequatur. Bartholomæus Tægius. lib. secundo, de arte Fabric. insignia.

175 Venerem nudam pingi. signific. homines, qui sequuntur venerem, oportere nudos dimitti. Altercatio Adriani aug. & Epicteti Philosophi.

176 Venerem vulcano nuptam fuisse, sign. amorem ardore incendi. Alteratio ut supra.

177 Venerem Strabam esse signific. amorem libidinosum prauum esse. Altercatio vt supr.

178 Venus apud Orpheum signifi. tempus, quo seminare oportet. Clemens Alexandrin. in libro quinto, Stromatum, fol. ducentesimo sexagesimo quinto.

179 Venus apud Cymbros, quorum lingua, vt ait Goropius est omnium linguarum prima, sig. virtutem, & sapientiam Dei, id est Christum D. qui die Veneris, & in hora veneris in cruce pendens totum genus humanum, & vna totam machinam mundanam morte sua innouauit, & nouis hominibus stabilē, & æternam dedit hæreditatem, dicitur autem venus a ven. quæ uox notat pulchritudinē, quia pulchritudo sit finis latè patens, & quærendi terminus excellentissimus, vox ven. componitur ex v, & en, v, latè patentis notionem habet, & en signat finem. Hinc Latini suum venor deduxerūt, quod notat persequi, quia nihil magis, nihil prius, nihil ardentius persequimur quam pulchritudinem, ut ea quouis modo potiamur, hinc & venio, quia pulchritudo ad se omnia uenire cogat. & quoniā per pulchritudinem omnia innouantur, ven, conuersa fit neu, quæ signat nouum, a qua uoce Græci suum νέον, & Latini nouum, & nunc, quæ omnia mystice, ut diximus signific. per Christum Dominū omnia esse innouata, qui est uera Venus, idest pulchritudo, & finis, quē

sequi & ad quem omnia venire coguntur.

180 Venerem a ven dici trasferatur ad astrorum naturam sig. pulcherrimam omnium stellarum fuisse datutam nomen ei diei, in qua Christus D. omniũ Pulcherrimus humanum genus esset innouaturus. Goropius in Hermath. lib. 7. fol. 144. & 145.

181 Venerem stagnis assignari solitam esse, sign. citra aquæ beneficium nullam terræ esse uel fertilitatem uel pulchritudine.

182 Venerem generationi præesse, sign. generationem ab humore procedere, vnde factum est, vt venus e mari nata dicatur, ex Humore enim calente terræ permisto, qualis maris est, omnis fit generatio, et nutritio. Goropius ut sup. fol. 145. V. numerus senarius. 2.

1 VENIENS de Edom Intinctis vestibus de Bosra. sign. Christum D. N. I. qui in cruce calcauit Torcular solus, & aspersit humanitatem suam sanguine tamquam vestes de musto uindemiæ. Franciscus Georgius Problemate 186. to. 3.

1 VENTILABRVM sig. discretionem iusti examinis, quod habet D. N. I. Ch. in manu sua. Ra barus in Matth. cap. 3.

1 VEPRIS omne genus. sign. scelera, & delicta nostra, & ea de causa caput Christi D. N. Spinis coronatum, ut sig. scelera nostra, quæ ipse supra caput suum expianda susceperat, spinas enim terra protulit Adamo, quia propter eius præuaricationem peccata pullularunt. Valer. fol. 400. V. Spinæ.

2 Vepres & spinæ sign. diuites ambitiosos, & principes, qui procliues sunt ad peccandum, ut est Isai. 9. quoniam accensa est quasi ignis impietas, uepres, & sentes deuorabit, &c. Gousch. lib. 6. Elocutionum sacrarum scripturarum. v. spona.

3 Vepres ascendere super vineam, ut est Isa. 5. sign. vitia opprimere animam. D. Hieronymus Isai. 5.

1 VERBENA signnific. pacem. Cartarius fol. 314.

2 Verbenarum fasciculi puluinaribus dicati, sig. Deos. illos vero fasciculos uocabant struppos. quibus deorum capita cornoabant. erat enim herbacea corona. Valeri. folio quadringentesi me decimo nono.

3 Verbena qua nostrates in festo D. Ioannis Baptistæ templa, & domos priuatas ornare solẽt, est ea, quam vulgo selariam uocant folio lato crispato, aspera lanugine, coloris cineritij, mul tis scissuris corrugato, acutissimi odoris, ac per iucundi, caule præ alto ramoso quadrangulari puniceis floribus ad Buglossæ propemodum similitudinem condensatis, intra quorum calices sunt quatuor grana veluti panici, quæ si detrahantur, remanet pars in pediculo affixa ad similitudinem macilenti capitis, quod vulgo vocant D. Ioannis caput, sign. D. Ioannem Baptistam: alij vero in ea Die ante solis ortum euellunt eam, quam Dioscorides uerbenã uocat, & ad eius radices carbonem implicitum reperiunt. Valer. fol. 419. tu uide de hac re. Iani ductum, & Gertroudis, ubi non selaria sed arthemisia est herba D. Ioannis.

4 Verbena ocultata a puella sub amiculo, sig. nouam nuptam, quòd mos esset, ut noua nupta de verbenæ floribus a se lectis corollam sub amiculo gestaret. Valer. folio quadringentesimo decimo nono.

6 Verbenæ nomen deductum a prima lingua notat natum ligo, dicitur enim ver ben, siue var ben ver siue var signat metum, & ben siue bein, ligo. Herbæ igitur consecratæ ad hoc, ut omnia terriculamenta, & omnes timores siue panicos siue hosticos compescerent verbenæ sunt uocatę. Bene igitur e loco sacro vellebantur, eo quòd non suis ipsarum facultatibus a natura inditis, sed diuina benedictione eas uires nactæ essent, quibus terrores compescerent, & alligarent siue essent sagmina siue uerbenę, sig. uirtutem non ex se sed fauore diuino terriculamentorum fieri amuleta. Sagmina enim sign. se ductura fauorem diuinum, qui omnia aduersa, & omnem metũ excludit, uerbenæ uero sign. se ligaturas ipsum metum ne cuiquam nocere posset. Sagmen in prima lingua notat primam causam, siue primæ causæ fauorem adduco, erant autem sagmina herbæ, quæ in loco sacro consecratæ, ac inde auulsæ se uim eam diuinitus accepisse credebantur, ut ijs qui eos ferrent, Deus omnia prosperaret. V. peristereona. Goropius in Saxonicis f. 586. & 587.

1 VER æternum de quo Dauid significat. incommutabilem naturam æternitatis, in qua homo neque moritur, neque senescit, neque res ulla immutatur Farra fol. 12.

2 Ver quod incipit quando sol ingreditur primum punctum Arietis, apud Chimicos, sign. primum gradum ignis, qui fieri debet in lapide creando, & est ignis leuis quasi calidus, & humidus, qualis est aer tempore veris, & secundum Ioannem Braecescum ponunt Chimici primum Arietis punctum, per quod sign. ferrum quod dicitur Mars, eo quod Aries sit Martis domicilium, & secũdum ipsum Bracescum ferrum siue eius laba sit materia lapidis Chimici, sed errat. Ioannes Bracescus lib. de ligno uitæ. fol. 41.

3 Veris opus apud Chimistas, signific. mixtionem puluerum, de quibus agitur in Hieme, siue in opere contritionis, quando dicti pulueres mittuntur in uase bene lutato & præparato, ac disposito ad ignem: nam sicut res in vere uniuersaliter, & naturaliter simul vniuntur ad fructificandum, vnaqueque res secundum suam naturam, ita & supradicti pulueres uniuntur, ut fructificent in materia Elixiris ad lapidem benedictum producendum. Autor incertus in libro de Alchemia capitulo decimo. Hic Autor secundum aliquos est magister generalis in arte.

1 VER.

9 VERBERANDVM non debere percuti per plures ictus 40. sign. vltimam Dei mensuram unde immadiate ad nos veniunt flagella concludi quantum ad effectus, & punitiones dandas in numero quadragenario, & ideo in afflictionibus corporeis non excedi illum numerum lege cautum erat. F. G. p. 465. to. 2.

1 VERBVM abbreuiari a domino iuxta illud Isaiæ. 10. sig. verbum infinitum conclusum in parua humana carne, & in breui virginis utero uel sign. longam legis seriem in duo precepta esse conclusam, vel sign. omnium gentium reductionem ad gregem breui tempore factam, vel sign. in una Christi D. N. oblatione omnium salutem consistere, aliquando enim uerbú. sig. opus. F. G. p. 140. to. 3. D. Augustinus.

2 Verbum apud D. Ioannem, & apud Mercuriũ Trimegistum, sig. Dei filium D. N. I. Ch. quem Orpheus vocat Palladem, & Plato Dei filium. Georg. Venet. Arm. fol. 8. qui est uera imago patris q̃ in se primo generat vnico, & nunquã interrupto actu, quo sẽper absq; aliqua intermissione aut uicissitudine se intelligit summũ p essentiam bonum, unde resultat proles, quæ est plena intelligentia, plena sui imago, & plenum mundi exemplar: quam prolem D. Ioannes, & Mercurius uerbum nominarunt, Orpheus Palladem, Plato Dei filiũ, ut dictum est.

4 Verbum Dei dirimens: sacra a profanis quo facto placatur ira Dei, V. Aaron. 32.

5 Verbum absconditum, ut est Iob. 4. sig. occultã Spiritus S. inspirationem. Lauret. in uerbo abscondere.

5 Verbum Dei, est illud psalm. 33. quia rectũ est verbum Dei, & omnia opera eius in fide amás iustitiam, & iudicium; sign. Diuinam secundã personam, quam dicit esse amantem iustitiæ, & iudicij, ex quo patet uerbum esse diuinam substantiam, non enim amare iustitiam est alterius substantiæ, quam rationalis intellectualis & diuinæ, quòd autem Propheta intelligat de diuina, statim subsequitur misericordia Dei plena est terra, uerbo Dei cœli facti sunt, & spiritu oris eius omnis exercitus eorum. Hoc uerbum aliquando dicitur principium, aliquando sapientia, aliquãdo principium uitæ idest creaturæ, aliquando oculus Dei uel oculi Dei, & aliquando facies Dei, aliquando os Dei, aliquando manus Dei. Galatinus lib. 3. cap. 2.

6 Verba secum tollere, ut est Hoseæ. 14. sign. orationes accipere, & peccatorum confessionem facere. Hieron. in Hos. 14. & Lauret. in uerbo accipere, & Gousch. lib. 3. Elocut. sacr.

7 Verbum suum lacerauit, ut est apud Hieremiã, Cabalistice expositum, sig. Deum Sanctum, & benedictum lacerauit Deus pro peccatoribus Picus in 13. conclusione Cabelistica.

6 Verbum, Mos, Res, negotium, opus, consuetudo, eloquium, sermo, in Sacris literis sunt Synonima. Gousch. lib. 1. Elocut. Sacr.

9 Verbum veritatis Euangelij, ut est colloss. 1. sig. prædicationem Euangelij. Gouschelius libro tertio.

10 Verbum uitæ, ut est Philip. 2. sign. semen, & uiaticum uitæ. Gousch. lib. 3.

11 Verbum uitæ cinctum esse decẽ splendoribus, qui sunt corona uel profunditas, sapiẽtia prudentia, clementia Fortitudo, Ornamentum, Triumphus, Laus, Iustitia, & Regnum. significat Christum D. N. per hos decem splendores eanales mensuras numerationes sephiras siue sephirod, attributa &c. influere diuinos suos influxus primum in decem ordines Angelicos, comprehenso ordine animastico, & in decem partes siue actiones animi nostri, & postea in decem partes corporis nostri. Farra fol. 65.

12 Verbum Dei dici Beth, vel Bait, sign. ipsum filiũ Dei esse domum receptiuam omnium rerum producendarum ad extra, quæ quidem res in eo quod sunt in uerbo, unum sunt, & habent idem esse, quod habet ipsa cognitio, ad extra vero productę multa sunt. Hinc magno mysterio a Salomone dicitur, in canticis, quæ sunt in porta filiæ multitudinis, filiæ enim multitudinis sign. res ad extra productas, & eas in porta esse, sig. res dum existunt in mente diuina breui producendas; recte enim filius Dei dicitur porta, qui se ipsum uocauit hostium cum dixit. Ego sum Ostium, si quis per me introierit saluabitur, intrat enim creatura saluanda, & unienda cum Deo per illud ostium, ut saluetur, sicuti aliquando exierat, ut produceretur Archangelus Burgonouensis in 55. Conclus. Cabalist. pici.

13 Verbum diuinum, sig. mentem. Equicola lib. 1. de natura amoris.

14 Verbum breuiatum quod fecit dominus, ut est Isai. 10. sign. uerbum Dei in carne mortali, in nouissimo tempore breui uenisse. Vel sign. quòd multi sunt vocati, & pauci electi. Vel sig. latitudinem præceptorum, legis reductam esse ad præcepta, charitatis. vel sig. Symboli fidẽ paucis nexam esse sermonibus. Orig. 1. ad Roman. cap. 9 D. Hieron. Isa. 10. & Lauretus in in uerbo breuis.

15 Verbum absconditum, ut est Iob. 4. porro dictum est ad me uerbum absconditum, sign. inuisibilem Dei filium, de quo D. Ioannes ait in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & deus erat Verbum. D. Greg. 5. moral. cap. 19.

16 Verbum absconditum audire, sign. locutionem Sancti Spiritus corde concipere. D. Greg. ut supra.

17 Verbum cadere in Israel, ut est Isai. 9. significat Christum Dominum exinanientem se usque ad formam serui, quando incarnatus est. D. Hieronimus Isaia. 9. idem signific. Iob, procidere in Terram. Diuus Hieronimus Iob. primo. Vel verbum cadere in Israel, sig. uerbum Dei prædicari ad gentes, uel ad hæreticos, in quibus propter cõtemptum ipsius verbi Dei, non dicitur ipsum verbum stare, sed cadere. D. Hieron. ut sup. sicuti semen cadens in petrosa loca, ubi non facit fructum.

18 Verba afferentia signum paternum de quibus Zoroaster ait non posse nos ascendere ad patrem sine illis, signi. Orationem Dominicam. Farra. fol. 33.

19 Verba cadere in terram, vt est. 1. Reg. 3. signifi. verbis non succedere effectum, quem indicát, cuius scilicet eueniunt ea quæ signific. verba, ut euenit Samuel. Diuus Gregorius. pruno, Regul. 3.

20 Verba aut linguā Cadere, ut est Eccl. 1. 14. &c. sign. dicere non dicenda. Idem sign. incidere in promissionem nequam, vt est Eccles. 29. Lauretus in verbo Cadere.

21 Verbum Dei, & verba Dei differunt, nam verbum Dei, vel verbū Domini in singulari numero, sign. diuinam substantiam, substantiam non factam neque creatam, & idcirco dicitur verbum Dei, & est solius Dei, verba vero Dei uel Domini sign. ea, quæ in scripturis sacris legimus, vel audimus, a Deo per Dei uerbum effecta. Rupertus lib. 1. cap. 4. de victoria uerbi Dei.

22 Verbum patientiæ Dei, sig. illud dictum à Deo ipsi Noe, ecce adducam diluuij aquas super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitę est subter cœlū, & dicitur uerbum patientię Dei, quia postquam hoc verbum dixit Deus, adhuc diu patienter sustinuit annos ferè centum. Rupertus lib. 2. cap. 31. de victoria verbi Dei.

23 Verbum legitimum, quod est Exodi. cap. 12. & a Mose iubetur custodiri in æternum ab Hebræis sign. uerbum Dei, sapientiā patris Christum D. benedictum, qui occidit primogenita Aegyptiorum, de quo scribitur sapientiæ cap. 18. Dum quietum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine, exiliens de cœlo a regalibus sedibus durus debellator in medium exterminij terram prosiluit, &c. Rupertus lib. 3. cap. 14.

1 VERETRVM abscissum habens, ut est Deut. 23. sign. eos qui sunt impotentes ad generandum doctrinæ verbo, & qui testibus abscissus est, ut est Leuit. 22. sig. eum qui sponte omniū virtutum virilitatem amisit. Lauretus in uerbo abscindere.

1 VERGILIARVM ortus qui est ad 6. Idus Maij, & triduum sequens si habuerit rorem, sign. quod uites, & oleæ se male habebunt, & eo magis si plenilunium erit, Commentarius Arat. cap. penultimo.

2 Vergilias quæ & Pleiades, & sunt in vigesimo secundo gradu Tauri in harmonica mūdi concordia sign. Crystallus, Diadecus & semen feniculi cum Thure.
Georgius Venetus harmon. fol. octuagesimo secundo.

1 VERITAS ad malleum durat, in Sermonibus, sig. veritatem a tempore semper illæsam. Valerianus fol. 240.

2 Veritatis simulachrum simplex, & nudum fingi, sign. veritatem omnia habere in conspicuo. Valer. fol. 326.

3 Veritatem cadere in platea, ut est Isai. 59. sign. Christum contemnum uia lata, quæ ducit ad inferos a Iudæis ipsum crucifigentibus. D. Hieron. Isai. 59.

4 Veritatem omnia uincere iuxta illud Zorobabel signif. quo magis agitatur ueritas, eo magis eam elucescere, uel sign. Christum D. N. semper magis inualiturum contra dæmonem patrem mendacij, donec ponantur inimici eius scabellum pedum suorum. Franciscus Georg. prob. 134. to. 3.

5 Veritatem in testimonio, & iureiurando per Themidem per Iouem, & per Phœbum esse firmandam, sign. mentienti sciendum esse se grauiter peccare contra Ius, & fas ciuile, & sacrum contra homines atque Deos. Nam Themis sig. Ius, fasque, & ciuile, & sacrum, & apud homines, & apud Deum. veritatem uero firmandam per Iouem, sig. mentienti sciendum esse si peccauerit contra eum, qui nutu omnia concutit, diuinæ potentiæ ultionem se nequaquam euitaturum.

6 Veritatem firmandam per Phębum sig. mentiēti sciendum non debere confidere, quod peccata sua, uel præsentia uel præterita possint latere eum, qui futura omnia vaticinio præsagit. Ficinus in 11. de legib. Platon.

1 VERMIS in diuinis sign. summam Trinitatem D. Dionisius in 2. cap. cœlest. Hierarch.

2 Vermis iuxta illud psalm. 21. ego sum uermis, & non uir, sig. Christum Dominum, qui formauit beatissimam eius matrem absque originali peccato, sicuti vermis, Zamir, quem inuenit Salomon, ut excideret lapides sine ferro, quod ferrum sig. peccatum. Vermis Zamir, sig. Christum D. N. eo enim verme in fabrica templi nō auditus est sonus neque mallei, neque securis, quod si opus esset scindere aliquod saxum uel aliud deducebant vermem illum Zamir eà, quà scissio erat facienda, & statim saxum scindebatur, qua uermis ille deductus erat, quod sig. quod in fabrica corporis Virginis non debebat audiri sonus ullus peccati vllius. Galatinus lib. 7. cap. 7.

3 Vermis ut exponit Iob, cum dicit, homo putredo, & filius hominis vermis. Gousch. lib. 6. Elocut. sacr. scrip.

4 Vermis signif. Chorum Apostolorum propter humilitatem, atque contemptum, imitantium Saluatorem dicentem in psalm. 121. Ego sum uermis, & nō homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. sicut enim vermis terram penetrat, ita sermo Apostolicus penetrauit gentium ciuitates, & ingressus est prius corda durissima. D. Hieron. in Isaiam cap. 41.

1 VERITATEM in iniustitia detinere, ut est Rom. 1. qui ueritatem in iniustitia detinēt, signif. Euangelium cum idolatria, & hypocrisi colere. Gouschelius lib. 2. Elocut. sacr.

1 VERSICVLVS qui dicitur post hymnum in laudibus matutinis, & ante Canticum Zachariæ, sig. excitationem ad credendum Dei promissa.

missa. nam uersiculus præmittitur alta uoce, vt excitemur ad credendum Dei promissa, quæ significantur a Cantico Zachariæ.

Michael Timotheus in diuinum officium Quæstione 63. tractat. 2.

1 VERTIGINOSI qui propter vertiginem quam ipsi patiebantur putabant omnia uerti, apud Platonem derisi, signifi. nos non debere pro natura præsenti uelle æterna metiri. Ficinus in Cratilo.

1 VERTVMNVS Deus sig. Tyberim fluuium, quod aliò, quam in foro Romano sit uersus. Cartar. f. 258.

2 Vertumnus ornatus fructibus sign. Tibrim sua irrigatione fecisse fertiles eas regiones, per quas transibat. Cartar. f. 268.

3 Vertumnus sign. cogitationes humanas, quòd illæ ab hominibus sæpe, & varie, uertantur. Cartar. f. 268.

4 Vertumnus sign. annum, quod annus per Ver, Aestatem; Autumnum, & hyemem faciem. uertat. Cartar. f. 268.

1 VESPA sign. perniciem summotam, quod uespa apud Aegyptios signif. Crocodili cadauer, vnde uespæ oriuntur, & Crocodilus sign. mala & ærumnosa mortalibus illata. Valer. f. 199.

2 Vespæ sig. pugnacitatem, quod ex equi cadauere apud nos oriantur, & equi sign. bella. Valer. fol. 190.

3 Vespæ & malua signifi. furiosum mitioribus responsis leniri, sicuti ex succo maluæ fit remedium contra vesparum ictus. Val. f. 190.

4 Vespæ sign. mores ciuiles imperfectos, quales habent illi, qui eam exercent temperantiam, & iustitiam, quæ non ad normam Philosophorum, sed ad consuetudinem quandam & exercitationem ad aliorum exemplum acquiruntur. Hinc est quod Plato dixit tales homines post mortem in uespas, uel apes, vel formicas migrare. quod illa insecta habeant quandam speciem ciuilis gubernationis, nam collegia tribus & centurias, habitationesque distinguunt. Valer. f. 190.

5 Vespæ volitantes circa & supra Archilochi monumentum, sig. maledicos quosque, uel dicto, uel scripto petulantes. Vespæ enim magno cum murmure acriter pungunt, cæterum neque mel, neque ceram fingunt. Archilochius uerò fuit Poeta maledicentissimus.

Alciatus Emblemate 51.

1 VESPER de quo dicitur in Genesi. ex vespere & mane factus est dies vnus sig. terminum inter lucem & tenebras, qui terminus segregat lucem a sequentibus tenebris, & est incorporeus, & intelligibilis.

Philo in mundi creatione.

2 Vespere & mane factus est dies vnus. Vespere sign. tristitiam, & mane sign. lætitiam uespere uero prepositum, & mane postpositum sign. electos Dei prius affligendos, & postea lætitia afficiendos esse, uel sign. præsentem vitam potius tenebras vocandam in comparatione futuræ, quæ diei nomine merito sit appellanda

Ioach. fol. sexagesimo secundo concor. lib. 5. cap. 3.

3 Vespere & mane dies vnus, vespere, & mane dies secundus, & tertius, &c. sign. quando in singulis sex temporum totius mundi temporibus, primum præcedere debebat afflictio, & postea pax sequi, nam vesper sig. afflictionem, & mane sign. pacem. Ioach. lib. 5. cap. 4. concordantiarum.

4 Vespere & mane diem confectum, sig. Angelorum perfectam cognitionem, & ex visione matutina, id est in uerbo ex uisione vespertina, id est in proprio genere secundum nonullos, sed melius sig. ex materia, & ex forma compositum factum, uel sign. ex obscura materia, & ex Ideali ratione vnumquodque compositum fieri. F. G. P. 8.

5 Vesper præcedens, & mane sequens sign. ex præiacto subiecto materiali, quod est tenebrosum, & ex forma quæ est lucida, quasi dies, compositum fieri. F. G. P. 9.

6 Ad Vesperam demorabitur fletus. Psal. 29. sig. in fine vtriusque testamenti, id est temporis attributi, veteri legi & tẽporis attributi nouæ legi futuram maximam calamitatem, vesperũ enim sign. diei finem, & per mysterium sign. temporis finem, nam in veteri lege transmigratio facta est, & in noua facienda, de qua D. noster dixit: surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, &c. Ioach. lib. 1. cap. 1.

7 Vesperum, vt supra Psal. 29. sign. totam uitam præsentem, quia per Adæ peccatum omnes, usque in finem seculi gemunt.

Gouschelius libro sexto. Elocution. sacrar. scripturar.

1 VESPERTILIO sig. eũ qui debilibus, & exiguis viribus, siue nobilitatis, siue fortunæ, siue etiã ingenij præditus, ita tamen emerserit repente, ut non se tantum humo sustulisse, sed subito volatu in sublimæ ferri uideatur, quod vespertilio licet non habeat pennas, volat tamen. Valer. fol. 179.

2 Vespertiliones alter ab altero Catenatim depẽdẽtes, sig. mutua officia inter homines, quod id genus mutuam inter se beneuolentiam habet, sæpeque veluti catena quadam contexta si qua uis ulli inferatur, mutuo sibi cohærent, & imbecillitati suæ opem sibi inuicem afferũt. Valer. fol. 179.

3 Vespertilio sig. mulierem lacte fœcundam, & filios suos bene nutrientem. quòd hæc auis filios suos nutriat lacte. Valc. f. 179.

4 Vespertilionis ala, & formica sig. hominem qui gaudeat latebris & occulto secessu, uel sign. illũ qui aliquo metu perculsus, in apertum prodire non audeat, quod ala vespertilionis cauo formicarum admissà, nulla egredi audet, tanta est inter formicas, & vespertiliones naturæ dissensio. Valer. f. 179. vel sig. moram causa antedicta. Valer. f. 179.

5 Vespertilio sign. uicum, in quo nullum disciplinarum, aut ueræ institutionis lumen effulgeat.

quod id animal lucem fugiat, & lux sig. cognitionem, & tenebræ sign. ignorantiam. Valer. fol. 179.

6 Vespertilio in sacris sig. idolorum monstra vnde propheta ait ut adoretis talpas, & vespertiliones. Valer. fol. 179.

7 Vespertilio sign. cogitationes immundas, quas dæmon malas ingerit in animam. Valer. fol. 179.

8 Vespertilio inuerso capite sign. securitatẽ, quod antiqui existimabant, id genus animalis in hostio, vel in super liminari capite deorsum pendente affixum, esse maleficiorum amuletum. Valer. fol. 179.

9 Vespertilio insedens folio hederæ sign. Vespertiliones esse depulsas ex eo loco, ubi id Hieroglificum fuerit, quod hedera suffumigata fugat vespertiliones. Valer. fol. 180.

10 In vespertiliones à Baccho conuersæ Alcithoe, & Leucothoe sig. Vespertiliones adeo abhorrere hederam Baccho sacram, ut etiam illius suffitu eiiceantur. Valer. fol. 180.

11 Vespertilio sign. hominem, qui sero & parum fidei documenta susceperit, neque in eis mente satis firma consistat, quod illa auis in sero tantum volat, & parum a tectis se remouet, sed a tenebris itidem impeditur. Valerianus fol. 180.

12 Vespertilio sig. hominem deformem, & stridẽti vocula. Alciatus Emblem. 61. vel potius sign. macilentum, & pallidum ob laborem in litteris, qualis fuit Chærephon. Sanctius, ibidem.

13 Vespertilio sign. debitorem latitantem, & sign. Metaphisicum Philosophum, qui dum cœlestia quærit, rationali discursu caligat oculis falsaque sola videt, sign. etiam sectantem vtranque factionem. Alciatus Embl. 62.

14 Vespertilio sign. illum qui studet suam fidem in soluendo stabilire, ut sibi credatur pecunia, & vir studiosus, & frugi vult haberi, vt facilius decipiat, sed nulla in parte potest fidem facere, quod vespertilio, neque sit mus neque auis. Sanctius in Alciati Emblem. 62.

15 Vespertilio. V. Aenigma. 42.

16 Vespertilio sign. id genus hominum, quos vulgato nomine dicimus maranos, qui non sunt neque Iudæi, neque Christiani, neque Maumethani, sed irrident quamuis religionem, & sectam. Valer. fol. 180.

1 VEST vox primæ linguę notat deuincio, & in possessionem alicuius rei colloco, eius vox ichnea est Stef. unde Græcis στέφω, id est corono, Vest enim si sit nomen, signat Diadema, quod ab obligando nominatur, eo quod circum ligaretur regio pileo, uel mitræ, sed mystice sign. regi potestatem datam, & eũ veluti in omnium possessionem poni, & quia Stef. siue vest signat corono, hinc Stephanus primam martyrij Coronam gessit, ut sign. nomen esse conueniens rei, & quoniam à Vest fit nomen Vestæ, cui assignatur senarius, sign. Vestam collocari in Throno, & habere rerum omnium creatarum in regia potestate primas Senarius enim est ipsa sedes Dei, id est thronus. V. numerus Senarius. Goropius in Hermath. libro 8. f. 183. & 184.

1 VESTA sign. essentiam formarum separatarũ, diuinorumque stabile fundamentum. & ideo Vestæ ante alios Deos sacerdotes sacra facere solitos. Ficinus in Cratilo.

2 Vesta, sign. profugium quemadmodum ara, quod ad Vestam tanquam ad aram profugerent humano destituti auxilio, vt Theramenes. Valer. fol. 364.

3 Vestæ Templum a Numa Pompilio rotundum conditum, sign. terram ipsam, quæ orbicularis esse creditur. Valer. f. 364.

4 Vestam solam in atrio Deorum permanere, ut est in Phędro apud Platonem, sig. terram solã in medio mundi stabilem permanere cũ Iupiter, id est sol, & reliqui dij diuisi in 12. partes, idest stellæ in Zodiaci 12. signa diuisæ, sequantur currũ Solis. Natalis Comes in Mithol. f. 73

5 Vesta sign. vim terræ qua herbas & flores producit, quæ sunt tamquam vestes & ornamẽta terræ. & aduerte quod vim terræ feracis, sig. vesta in mulieris forma. Nam vesta aliquando, sign. vim edacem ignis, quæ est infœcunda, vbi aduertendum quod Georg. Venet. arm. f. 210. legit vẽstem, & vestiam, non autem vestam, & facit differẽtiam inter vestam, & vestiam, vel vestẽ.

6 Vesta præposita Capricorno sign. intelligentiã illi signo prępositam, & curantem humana genua. Georg. Venet. arm. f. 114.

7 Vestam pingi uel cudi sedentem, sign. terrã esse stabilem & permanentem. & illam habere sceptrum in manu, sig. terram esse omnium Reginam. illius caput uelatum sig. montes arboribus obductos, in dextera illius pilam esse, sig. terram esse rotundam, & hoc etiam sign. Templum Vestæ rotundum. Vestę partem esse denudatam, sig. terræ partẽ aquis coopertã esse nudam arboribus, herbis, floribus, & frugibus, partem uero illius esse indutam sig. illam terrę partem, quæ sit arboribus, herbis, floribus, & frugibus conuestita. Iulius Iacobonius cap. 5.

8 Vestæ, Ioui, & Palladi, a Platone præcipuam urbis arcem consecrari, ut est lib. de legibus 6. sig. in diuinis tres omnium fontes existere in Vesta essendi fontem, in Ioue uiuendi, & in Minerua intelligendi. lu lege Euseb. de præparat. Euang. lib. 14. Et petrum Bongum cap. de Ternar. f. 115.

9 Vestam virginem esse, sig. ignẽ nihil procreare. Equicola lib. 2. de natura amoris.

10 Vesta in prima lingua dicebatur, vest, a qua voce Latini suam vestam fecerunt, & Græci suã ἑστίαν, quam Franciscus Georgius in sua harmonia mundi uocat vestiam, de qua vide suo loco. Vest ergo apud Ianigenas erat Dea, quę rebus firmandis præerat. cuius vocis Vest, litteræ singulæ sunt Symbolicæ. nam. v, sign. ipsius esse latitudinem, e, sign. unum illud, a quo omnia, cui si addatur, s, in eadem prima lingua denotat illud quod est, t, vero sig. uinculum ipsi, idest enti additum, ex quibus patet vest, id est vestam,

vestam, siue [illegible], esse Deam, quæ rebus firmádis præsit, & i psam essentię latitudinem alliget & conseruet, quæ profecto nil aliud est quam virtus ipsa Dei omnia producens dilatans, & conseruans.
Goropius in Hermath. lib. 8. fol. 177.

11 Vestam perpetuo igne coli. sig. ignem cælestem perpetuo in orbem volumine omnia conseruare, quo Symbolo Ianigenæ Cymmerij Deũ orabant, vt perpetuum Calorem iu omnibus cõseruaret, atque in iis firmiter ligaret, & hinc est quod.

12 Vestæ templum fecerunt rotundum, vt signific. æternum Calorem, quem rotundi cœlorum orbes perpetuo suo uolumine couseruant.
Goropius vt supra.

13 Vestæ senarium numerum esse sacrum, qui in prima lingua dicitur, ses, signific. vestam rebus omnibus in essentia locandis præesse, eo quod ses, dicatur a set quod notat pono, uel colloco, uel sign. per vestam omnia ad essentiam, siue ad esse progredi, ses enim dicitur quasi so, es, id est ad essentiam, & quia, ses, uox habet duas litteras, s, s, vnam ante e, & alteram post, ambæ sig. formam, & materiam ex quibus fit unum, quod signat littera, e, & ut, ses, magis aperte sign. Vestæ æternitatem uos, ses est, circularis sine soni discrimine, vel legatur prorsa, vel versa, ut semper iu se ipsam redeat ipsa, & quia ses, id est senarius à quo sescl, id est thronus in Angelicis ordinibus sedem dei sig. siue uinculum rotundum, egregie conuenit vestæ, a qua omnia in essentia collocantur, & stabiliuntur, qua propter vestæ Symbolum terræ est attributum, quod inter elementa sola terra stabilitatem & firmitatem perpetuam seruet, sed & Timæus, & Plato Symbolice loquẽtes, & forsan quid dicerent ignorantes, dixeruut terram esse sedem Deorum, quam terram debuerunt intelligere non Clementarem istam sed illam, quæ proprie sedes est Deorum, & non terræ tantum huius, sed totius vniuersitatis complectitur ideam, sed ut planius intelligatur quid sign. vesta, lege numerus senarius. 2. & V. set uox in prima lingua.
Goropius lib. Hermath. 8. f. 177. 178. & 179.

14 Vesta Dea sign. terram Cartar. f. 203. eo quod è uiridibus herbis vestiatur. Cartar. fol. 204.

15 Vesta dea sign. ignem illum, qui inclusus est in terra per quem omnia, quæ ab illa nascuntur habent uitam, duæ enim sunt Vestæ altera sig. terram, altera sign. ignem. Cartar ca. de magna matre. fol. 43.

16 Vestam deam uocari in omnibus sacrificiis sig. nullum sacrificium fieri debere sine igne. Cartar. f. 222. uel sign. omnes partes ingressus domus sacras esse deis, uel in primis vestæ, unde ille partes dictæ sunt uestibula a uesta, & stando, uel sig. omnium sacrificiorum primitias esse vestæ sacras, uel sign. omnia ex igne illo in terra incluso uitam sortiri, & habere, & quod uita sit inprimis seruanda, ideo eam deá a qua uita habetur primũ inuocabant. Cartar. f. 222.

18 Vestæ ignis æternus sig. Deorum æternitatem. Cartar. f. 222.

19 Vestam iuxta Alexandri opinionem, non habere ullam imaginem, signific. animum diuinum, & ideo vestam non habere imaginem, quia oculis animum uidere non possumus. Cartarius capite de magna matre. f. 43.

20 Vestam a Pythagoricis uocari Διὸς πύργον, id est Iouis Turrem, sig. illud, quod Apollo de Deo in oraculo protulit, Deum in igne habitare.
Goropius in Saxonicis f. 612.

21 Vesta Dea significabat terram, & ignem. Erizzus. f. 197.

22 Vesta Dea sig. animam terræ. Erizzus. f. 199.

23 Vesta Dea sig. formarum separatarum substantiam. Erizzus f. 199.

24 Vestæ ignis perpetuus sig. Dei gratiam semper & unicuique esse paratam. Choulus. f. 182.

25 Vesta ignem significat. Choulus f. 182.

26 Vestia uel vestes, apud Platonem signifi. rerum essentiam, qua omnia uestiuntur. Georg. Venet. arm. f. 210.

27 Vestiam sterilem existere signifi. essentiam non generare, neque generari, sed tantum indiuiduum, & generat, & generatur. Georg. Venet. ut supra.

1 VESTIBVLA sacra Deæ Vestæ sign. Vestam esse ignem, quod in uestibulis, ut plurimum fiebat ignis. Cartar. f. 220.

1 VESTIMENTA quibus Deus iubet animam ornari, sunt triplicia, quorum prima tegunt peccata, & hæc sign. pellis agni, qua Deus texit Adam, secunda sunt uirtutes, quarum prima est charitas. Tertia sunt arma lucis. de quibus D. Paulus. F. G. P. 492. t. 2.

2 Vestimenta sua lauare, ut est Exod. 19. sig. corpus suum, aut per baptismum, aut per pœnitentiam mundare. Lauretus in uerbo abluere.

3 Vestimenta lauare, ut est Leuit. 16. sig. mundare cogitationes, quod fit cum discutiendo bonas a malis, bonas retinemus, malis repulsis. Gloss. Ord. supra Leuit. 16. & Lauret. ut sup.

4 Vestimenta scindere, ut est Leuit. 10. & multis aliis locis, sig. Schismata in Ecclesia facere. Lauretus in uerbo abscindere.

5 Vestimenta Christi diuidere, ut est psalm. 21. sign. hereticos peruersè intelligere prophetas. Lauretus ut supra.

6 Vestimenta sua scindere sacerdotes, sig. sacerdotes renuere dispensationem Christi, aut eum blasphemare. Lauretus ut supra.

7 Vestimentum deauratum, ut est illud psal. 45. astitit Regina a dextris tuis iu uestimento deaurato, sign. corpus beatissimæ Virginis assumptum ad dexteram filij sui, ita ut beata Virgo & anima & corpore surrexerit, & in cœlum ascenderit. Galatinus lib. 7. cap. 10.

8 Vestimenta scindere, ut fecit Caiphas. Matth. 26. sign. charitatem diluere. cęterasque uirtutes, quas sacerdotes diuidere non debent, sicut diuisit ipse Caiphas. Tunica enim Christi D. N. inconsutilis & indiuisa, ut est Ioan. 19. sig. charitatem, quæ semper manet indiuisa. Cyprian.

prian.contra nouat.& Georg.Venet.Cant.2. ton.3.cap.6. & Lauretus in uerbo abſcindere.

9 Veſtimenta candida quibus utuntur ſacerdotes in ſacrificio,ſign.animæ noſtræ decorem,ſcilicet gloriam immortalitatis noſtræ, quam uidere non poſſumus manifeſte. Gulielmus Durandus in proœmio Rationalis.

10 Veſtimenta candida, iuxta illud Eclesiaſtes. 6. Omni tempore veſtimenta tua ſint candida, ſig.opera munda,& ſancta.Guhelm.ut ſupra.

11 Super Veſtimentis pignoratis accumbere,vt eſt Amos.2.ſign.hęreticos per hypochriſim iniquitates ſuas operientes.vel ſig.Eccleſiaſticos fruentes in menſis pauperum laboribus. D. Hieron.in Amos 3. & Lauret. in verbo accubitus.

12 Veſtimenta Chriſti D. facta alba, ut eſt Matth. 17.ſig.Chriſti D.glorię manifeſtationem, quę per Euangeliū facta eſt.Orig.in Math.hom.3

13 Sine Veſtimento ambulare,ut eſt Iob.24.ſign. carere bonis operibus,& malis abundare. Lauretus in verbo ambulare.

14 Veſtimenta Chriſti D.N.I. fuerunt duo,unum inconſutile,quod ſign.Baptiſmum,& alterum diuiſibile,quod ſig.pœnitentiam.F.G.P.188. rom.3.

15 Veſtimenta antiqua, & panni ueteres, ut eſt Hiere. ſig.hominem ueterem, id eſt ſenſualē, & eius opera.Lauret.in verbo antiquus.vnde ſacci ueteres ſign. opera hominis veteris,ideſt ſenſualis.

16 Veſtimentum expandere,ut eſt illud Deut.22. & expandent ueſtimentum,ſig.rem perſpicuā facere.Gouſchel.lib.3.Elocut. ſacr.ſcript.

17 Veſtimentum ſcindere,vt eſt 4.Reg. 5.ſig.indignari.Gouſch.lib.3. Elocut.ſacr.

18 Veſtimenta cuſtodire,ut eſt Apocalyp.16.beatus qui uigilat, & cuſtodit ueſtimenta ſua,ne nudus ambulet, ſign.bona opera ſeruare,& facere,& ut eſt Eccleſ.9.omni tempore ſint ueſtimenta tua candida, ſig. membra corporis a ſordibus actibus munda. Gouſch. lib.6.Elocut. ſacr. ſcript.

19 Veſtimentum, ut eſt Iſa.3.veſtimentum tibi,ſignif.authoritatem. Gouſch.lib.2.Elocut.

20 Veſtimenta ſordida auferri ab Ieſu,vt eſt Zach. 3.ſig. tolli mortalitatem a Chriſto, & peccata noſtra deleri. Lauret.in uerbo auferre.

21 Veſtis talaris Chriſti D. variegata ſig.flores ſapientiæ, & narias quæ non flacceſcunt ſcripturas,eloquia Domini quæ ueritatis ſplendoribus refulgent.Clemens Alexand.Pędag.lib.2. cap.10.

22 Veſtimenta candida ſig.animarum decorem,id eſt gloriam immortalitatis noſtrę,quam nunc videre non poſſumus manifeſte. Durandus in prologo Rationalis Diuin.

23 Veſtimenta tua ſint omni tempore candida, & oleum de capite tuo non decidat,ſignif.opera tua ſint munda, & charitas de mente tua non decidat. Durandus in prologo ut ſupra.

23 Veſtimenta Dei ſig. quatuor Patriarchales Eccleſias,ſed ueſtis,de qua particulariter dictum eſt, & ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem, ſig. Eccleſiam Romanam. quam hęretici non potuere ſcindere,ſicuti milites non diuiſerunt eam, ſed ſuper illam miſerunt ſortem. fuit tamen permiſſum, ut gentes eam poſsiderent, ſed non tamen ſemper, ſicuti de cęteris quatuor Eccleſiis:calcabunt tamen eam per menſes 42.quod erit ſub Rege illo 11. de quo Daniel dicit, ſub quo, & alius erit Rex qui uaſtabit omnia.adeo quod ille vndecimus,& Antichriſtus erunt contemporanei,& pares,&concordes ad cladem iuſtorum, ſicuti fuerunt Herodes,& Pilatus.qui ex inimicis facti ſunt in domini contumeliam,& mortem amici,ita & gentes,& duo illi Reges cum ſuis falſis prophetis conuenient contra fideles, ſed aduerte q ex illis duobus Regibus,unus erit ex gentibus ut fuit Pilatus, & alter erit hæreticus, ut fuit Herodês.Ioach.Apoc.f.151.vel ante 146.

24 Veſtimenta quibus Deus ſecundum Cabaliſtas utitur, ut a nobis uideri poſſit, ſunt illæ ſeptē quas uocant numerationes,ſiue menſuras.de quibus.v.ſuo loco.quæ ueſtimenta ſunt,lumē quo in rebus creatis uideatur. aliquando ſunt alba & tunc ſign.Dei pietatem clementiam & amorem,aliquando ſunt rubea, & ſig. Dei iuſtitiam& fortitudinem.aliquando ſunt uiridia & ſig.uitam & gloriam.aliquando iuxta Cabaliſtarum opinionem Deus veſtitur concinnitate & decore regio,& multis huiuſmodi veſtimentis quibus agens nobiſcum, tot & tanta oblectamenta tribuit, quot & quanta nos capere poſſumus.Archangelus Burgonouen.in 34.concl. Cab.Pici.Omnia ueſtimēta quibus Deus induitur ſunt decem.Sed tribus ſuperioribus omnia in ſe ipſo, hoc eſt. Archetypum mundum creauit, quorum primum dicitur Cheter,& ſig.patrem. Secūdum dicitur Chocmah,& ſign.filium. Tertium dicitur Binah,& ſig.Spiritum Sanctum, & his tribus tantummodo Deus ſecum agit,in reliquis vero ſeptē. Deus agit cum creaturis.

25 Veſtimenta calida perflata auſtro,ut eſt Iob 37 ſig.fideles inhærentes per fidem Eccleſiæ. D.Gregor.27.mor.24.

26 Veſtis ſacerdotalis in diuinis,ſign.illam uim adducendi ad diuina,& ſacratiora ſpectacula totiuſque uitæ conſecrationem: de qua habetur in Apoc.cap.1. D.Dion.s 5.cap.cœleſt.Hier.

27 Veſtis rubicunda, tunica uel pallium deprompta,ſign.aciem pugnam ne committendam apud Romanos Valer.lib.40.f.297. v.læna.

28 Veſtis uerſicoloris ſig.adoleſcentiam, & comici ornabant Adoleſcentes in ſcena veſte uerſicolore,quod ſig. adoleſcentum ingenij uolubilitatem,& uarietatem cupiditatum. In Ioſeph. vero filio Iacob.veſtis uerſicoloris ſig. doctrinarum, & nirtutum copiam,quæ iam ex eius indole concipiebatur. Valer. lib.40.f.297.

29 Veſtem ex duobus textis non induendam eſſe, ſig.uos non debere Chriſtum D. N. ſimul & dęmones adorare,neque orationibus ſimul & incantationibus uacare. Valer. lib.40.f.297.

31 Vestis linea alba supra cæteras uestes inducta, sig. puellarum ætatem, quod antiquitus puellæ ea induerentur. Valer. lib. 40. f. 298.

32 Vestis longa, sign. uel habitum fęmineum, uel citharedicum. Vnde Vergil. lib. 6.

Necnon Thraicius longa cum ueste Sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina uocum.

Et Propertius lib. 2.

Pythius in longa carmina ueste sonat.

Valer. lib. 40. f. 298.

33 Vestis prætexta quã alij putãt togam fuisse quæ ad talos produceretur, dicta quod in ea purpura prætexeretur, sig. honorem qui esset cuipiam habitus. Alij vero & forsan melius, dicũt fuisse fasciam quandam, ualde latam quę tamẽ multipliciter plicatą in angustum contraheretur, atque ita supra alia vestimenta, nũc ab humeris, nunc a pectore in modum fasciæ circũduceretur, nunc eius capita ab humeris in pectus demitterentur, qua nunc utuntur Veneti, & beccam uocant, uel nigra, uel purpurea præsertim magistratus vel violacea. Valer. lib. 40. f. 298.

34 Vestis palmata & toga picta, quas Ioui addere solebant, sig. triumphos, quod ea triumphantes uterentur. vnde Iuuenalis, triumphantem vides in tunica Iouis superbire. Valer. lib. 40. f. 298.

35 Vestis prætexta quantum ad pueros attinebat, sign. pudorem, quem ætas illa quæ prætextata dicebatur, sibi proponere debebat. & illud sig. prætextæ color purpureus, ad quod illud Terent. Erubuit salua res est. Vale. lib. 40. f. 298.

36 Vestis penula quæ militaris est, quam cęlo pluuio gestare Tribuni solebant, sig. potestatem tribunitiam. Valer. lib. 40. f. 298. v. penula.

37 Vestes multicolores sumere, ut est Ezech. 1. sig. exercere uirtutes. Orig. supra Ezech. hom. 7. & Lauretus in uerbo accipere.

38 Alba Vestis sacerdotalis, signif. puritatem Deo gratam. Chonlus f. 221.

39 Vestes lineæ sacerdotibus attributæ sign. habilitatem. Vnde linea tunica, sign. iustitiam, femoralia linea sig. castitatem, & hoc sig. quod sicut linum est res admodum comparabilis, ita uirtutes modo eas appetierimus, minimo negotio comparari. Valer. lib. 40. f. 299. v. linum.

40 Vestes lineæ sig. puritatem, quod linum sit ad eluendum expeditissimum, sitque maxime purum propter causas, quas in dictione linum adduximus. Valer. lib. 40. f. 299.

41 Vestis talaris hyacintho tincta qua vtebatur sacerdos Hebræus, sig. aerem elementum, & ille sensus, sig. sacerdotem se ipsum, ac corpus suũ debere offerre Deo hostiam, non mortuam, sed uiuam, nec pingui quodam, & carnoso uitæ amictu, sed tenui munda uiuendi ratione confectum, ut uiuendi tenuitate leuis, atque aereus sursum posse ferri videatur, Gregorius Oissenus in uita Mosis.

42 Vestem talarem hyacintho tinctam a capite ad pedes usque sacerdotis fundi, signif. uirtutem qua præditus esse debet sacerdos, non mancam aut truncam esse oportere. sed integram atque per omnes numeros esse perfectam. Gregorius ut supra.

43 Vestem Talarem Hiacintho tinctam, ut supra esse Cosymbotam siue fimbriatam, sign. quod nos debeamus nobis ipsis aliquid vlterius ad virtutes incrementum adinuenire conari, ut indumentum virtutis ornatius fiat, sicuti D. Paulus faciebat, qui indies ornatissimos cosymbos uirtuti addebat. Gregorius Nisenus in uita Mosis.

44 Super Vestem Talarem Hiacintho tinctam ponebantur duo tegumẽta, quæ usque ad pectus, & ad renes ab humeris pendebant, & erant duabus portis in utroque humero ad inuicem coniuncta, erant autem portæ duo lapides, patriarchatum nomina sex vnusquisque cælata ferentes, hæc tegumenta erant contexta Hiacinto, & purpura, Cocco, & bisso quibus aurea fila erant inspersa, Hæc Tegumenta quæ sunt cordis ornamenta, sig. viuendi puritatem, atque munditiem naturæ regno coniungi. Hiacintus enim sign. naturæ puritatem atque munditiem, purpurá vero sign. regnum, natura enim quodammodo ipsa duce, vna cum pudoris rubore laudabilis uiuendi nascitur ratio, & aurea fila quæ illis floribus erant inserta, sign. Thesaurum huic vitæ nostræ reseruatum, nomina Patriarcharum sign. exempla clarorum virorum ad uirtutem esse complectenda, ab illis duobus tegminibus duo scuta aurea dependebant, & sustinebant quadratum, quoddam ex auro fabricatũ, in quo erant duodecim lapilli splendentes, qui erãt in quatuor partes distributi, & unaquæque pars tres continebat lapides, & lapides erant varij, ut nullius ad alterum esset similitudo, proprio enim singuli splendore fulgebant, scuta duo sig. nos armatos esse debere contra diabolum hostem nostrum, quadratum illud sign. uirtutis stabilitatem. Erant & Cathenulæ quæ connectebant hæc ornamenta ad brachia, & sign. nos oportere in altiore vita praxim speculationi coniũgere, cor enim sig. speculationem, & brachia sign. operationem. Diadema, quo caput erat coronatum, sig. reseruatam uirtuosis coronam, quam is exornat, cuius nomen erat in lamina aurea ineffabilibus notis exaratum, & Sacerdos erat pedibus nudis, quod sig. Sacerdotem non debere esse tardum ad currendum pro salute populi. Gregorius Nisenus in vita Mosis.

45 Vestis alba in Deo, sign. clementiam amorem, & pietatem, qualia fuerunt uestimenta D. N. I. in monte Tabor.

46 Vestis rubea Dei sig. iustitiam & fortitudinem Farra. f. 43.

47 Vestem aspersam sanguine lauari in loco sancto, ut est Leuit. 6. & 17. sign. carnem peccato maculatá per sanguinem Christi in baptismo, & in Ecclesia, quæ locus sanctus est, mundari. Isych. supra Leuitic. 6. & Lauretus in uerbo abluere.

48 Vestis purpurea, qua induebantur sacerdotes facturi sacra apud antiquos, sig. illos facturos sacra cœlestibus dijs, sicuti.

49 Vestis atra, qua induebantur sacerdotes facturi sacra, sign. Deos quibus sacra fierent esse inferos. &

50 Vestis alba, sign. Cereri fieri sacra. Natalis Comes in Mythol. f. 12.

51 Vestes lacerare, uel scindere, ut est 2. Reg. 1. sig. exuere veterem hominem per pænitentiam. Lauretus in uerbo abscindere.

52 Vestem comburere flammis, ut est Leuit. 13. inferni igne puniri eos, qui habent virtutes Vitiis permixtas. Lauretus in verbo accendere.

53 Veste peregrina indui, vt est Sopho. 1. sig. idola colere, & errores aut hipocrisim sequi. Ruper. in Sopho. 1.

54 Vestis alba qua indutus fuit Christus D. in passione, vt est Lucæ. 23. signif. confessores, & Virgines, vel sign. Christi D. gloriam, & innocentiam. D. Amb. in Luc. 23.

55 Vestis linea qua vtebatur pontifex, vt est Exod. 28. sign. innocentiam, quam pontifex habere debet. Acmarus Hennequinæus lib. de ceremoniis Missæ, Gregor. 13. cap. 5.

56 Vestes Sacerdotales. sig. virtutes, quibus ornari debet Sacerdotes, iuxta illud propheticum Myrrha, & Gutta, & Casia à Vestimentis tuis à Domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filiæ Regum in honore tuo, ut est Psal. 44. & illud Psalm. 131. Sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent. Acmarus, ut supra lib. de cæremoniis Missæ. cap. 5.

57 Veste picta non uestiendum, sig. omnem simulationem, & proximi deceptionem tollendam. & furtum omne amouendum. nam hypocritę furantur sanctitatem. falsi Prophetæ prophetiam &c. F. G. P. 427. t. 2.

58 Vestes quibus Salomon spoliauit se, eis non amplius induendus, ut est Cantic. 3. sign. pristinas malas consuetudines, in quas non amplius redire decreuerat. F. G. P. 110. t. 5.

59 Vestes discolores siue multicolores, ut est Ezec. 16. sig. legis doctrinam, Prophetarum & Apostolorum. vel sign. uarias uirtutes. Idem sig. lapides diuersorum colorum, ut est Paral. 29. D. Hieron. Ezech. 16.

60 Vestis aspersa sanguine hostiæ pro peccato, ut est Leuit. 6. sign. hominem in carne baptizari, qua aspersione a peccatis lauatur. Isych. Leu. 6.

61 Vestem muliebrem uiro non induendam, ut est Deut. 22. sign. uiros nec corpore, nec factis, nec mente, nec uerbis effœminari debere. Sed masculos esse, & ueritati operam dare in ferendis laboribus, & perpessionibus in uita & moribus, in sermone & exercitatione noctu, & interdiu vel uitam pro ueritate ponere. Clemens Alex. lib. 2. Stromat.

62 Vestis ex lino Albestino, uel ut aiunt ex lino uiuo confecta, & in mediis flammis posita, quæ ardeat, sed non comburatur. cum verbis, semper peruicax, sig. Ducis militum magnum animum, qui in conflictibus splendeat & perduret. fuit enim insigne...... Ludouicus Gyraldus in Commentario de Serenorum insigni, & de insignibus.

63 Vestis talaris Summi Pontificis signif. mundum sensilem. nam habebat quinque genas, & duos carbunculos, quæ sign. illæ quinque errantes planetas, & ille sign. duo luminaria, & tercenta sexaginta sex tintinabula sign. annum, uel potius tercentum sexaginta sex dies. Clemens Alexand. in Stromat. lib. 5. f. 262.

64 Vestis talaris ut supra, sign. Christi D. carnis susceptæ dispensationem, per quam in hoc mundo visus est propinquius. Clemens ut supra fol. 263.

65 Vestis inconsutilis Christi D. ut est Ioann. 19. sign. unitatem indiuisibilem, quæ esse debet in Ecclesia Catholica. Petrus Bongus cap. de unitate. f. 35.

66 Vestis aspersa sanguine, qua sedens in equo albo erat indutus sign. iustitiam Christi D. N. quam impij homines denigrando deprauant & polluunt blasphemantes, eum incurrunt iudicium, dicentes Domini esse uoluntatis, ut inique agant iniqui, & quod sit necesse eos perire in peccatis suis. Ioach. Apoc. f. 208.

67 Vestis purpurea irrisorie circumposita Christo Domino in passione, sign. Ecclesiam eius sanguine mūdandam, & Ecclesiæ sanguinem pro Christo suo fundendum. Rupert. lib. 12. cap. 20. de Victoria verbi Dei.

68 Vestis, qua Herodes induit Christum Dominū V. Alba. 8.

69 Vestitus deauratus, ut est psal. 44. sig. dogmata splendida, & sensus spirituales. sicuti fimbriæ aureæ, ut est ibidem sign. sensuum diuinorum claritates nunquam a mente deficientes. D. Hieron. psal. 44. & D. Basilius psal. 44. vel sign. decorem, & honorem corporis virginalis. Lauretus in uerbo aurum.

1 Vetera comedetis donec nascantur noua in Leuitico 25. sign. antequam finiret vetus testamentum nouum nasciturum, quod incepit ab Ozia rege, & confirmatum est à D. N. I. Ioach. lib. 2. cap. 10.

2 Vetera, quæ debent recedere ab ore, ut est primo Reg. 2. sign. verba vana, & secundaria. D. Greg. 1. Reg. 2.

3 Veteres in hoc mundo nunquam recte in portum felicitatis ingressos fuisse. V. Act. 19.

1 VETVLONIA fuit vrbs in qua Lepenus constituit summam totius Thuscorum regionis curiam, ex qua extraherentur omnes totius regionis magistratus non fauoris suffragiis, sed iuxta cuiusque eruditionem, vt nimirum is honoratissimus esset, qui plurimum scientia valeret, quam rem, ut sign. vrbi in sua lingua nomen dedit vete loon, quod interpretatur scientiæ præmium, ad quam rem allusit. Silius in libro octauo, Dicens.

Meoniæque decus quondam Vetulonia gentis
Bissenos hæc prima dedit præcedere fasces, &c.
Et iunxit totidem tacito terrore Secures.

Goropius

Goropius in Vertumno, fol.49.

1 VEXILLVM ceruleum, quod explicabant Romani, sub quo erant equites sign. equos exposcere campos, latos, planos, & apertos, quales sign. mare, quod sign. color ceruleus in uexillo. Cartar. f. 252.

2 Vexillum lacerum, & eius hasta fracta, cum titulo. Consultori pessimum, sign. consultorem sceleris ab altero admissi, capite suo meritas pœnas luere, alludit ad Hetruscos aruspices ab Romanis consultos de Horatij Coclitis statua ab fulmine percussa. lege Historiam apud Gellium. & Claudium Paradinum lib. de Symbol. Heroicis f. 196.

3 Vexillum quo seniores nostri utebantur. erat contus prælongus, cuius uertex erat ad ρ, litteræ similitudinem factus, & paulo infra erat Chi littera Græca χ, quæ sig. Christum D. N. infra Chi litteram erat bacillus in transuersum conti, qui crucem rectam faciebat, cui bacillo appendebant uexillum, siue mapulam. quæ crux a bacillo facta, sig. victoriam. & hæc duo, literæ scilicet, & bacillus cum mappa, siue uexillo passo, sign. Christum passum aut crucifixum. Valer. f. 371.

4 Vexilla Regis prodeunt, hymnum cantari a prima Dominica passionis, sign. Ecclesiam uocare fideles, ut si qui forte lapsi sunt, ueniant ad uexillum, quod omnes amaritudines facit esse dulces. nam illud lignum, quod proiectum fuit in aquis Marath, ut est Exod. 15. sign. lignum crucis. Memoria enim passionis Christi D. non patitur amaritudinem peccati. Michael Timotheus in Diuinum officium, Quæst. 56. tractat. 3.

5 Vexillum cum cruce & insigni imperiali, cum uerbis [illegible]. id est desideraui & sedi, sign. hominem qui ostendit se cupere, ut semper sit sub umbra Christi D. & principis proprij, idest imperatoris, uel sig. hominem qui cupiat, ut per totum terrarum orbem, sub uno pastore Christo, & sub præsenti imperatore Ecclesia fiat unum ouile, in quo ut ouis electa semper quiescat. Hieronymus Ruscellus in insigni Ioannis Manrici.

6 Vexillum ceruleum erat proprium equitum, sicuti rubrum erat peditum. Vexillum ceruleum sig. artem equestrem inuentam a Neptuno, quod color esset marinus, cui mari Neptunus præerat. Equicola lib. 5. de natura amoris.

1 V V I, in prima lingua denotat, nos, & hæc uox componitur ex duplici, vu, & ex, i, ut sign. latissime insinuationem blandam proferre debere, omniumque nobis amorem conciliandum esse. nam, vv, habet uim dilatandi, & i, indicat vim blande insinuandi. & quando vvi, in eadem lingua est uerbum, & denotat consecro, sign. blandam omnium inter nos, & amicam insinuationem per mutuum amorem latissime per omnes homines patentem, nos Deo etiam consecrare.

Goropius in Hermath. libro quinto folio nonagesimo nono.

1 VIA sign. uitam quam uiuimus, unde dicimur uiatores hospites & peregrini, & iubemur esse cōsentientes aduersario nostro dum sumus in uia, quæ sig. uitam D. August. lib. primo de uerbis Domini.

Valerianus folio 289.

2 Via sign. mandata ea quæ sunt peragenda uniuerso mortalium generi, sicuti semita signif. ea mandata, quæ huic uel illi personæ, ordini collegio, nationiue præcipiuntur. Valerianus fol. 289.

3 Via etiam sign. hoc seculum, iuxta illud: Esto consentiens aduersario tuo, dum es in uia. D. August. lib. de salutaribus documentis.

4 Viam parare Domino signifi. fidem rectam & opera bona prædicare, sicuti semitas rectas facere, sign. per sermonem bonæ prædicationis rectas in animo cogitationes formari. D. Gregorius in hom.

5 In Via ne respexeris, furiæ etenim transeunt. Symbolum Pythagoricum, sign. hominem intentum esse debere ad Philosophiam, & ad innatam negotiationem secundum mentem, ut separet se ab omnibus corporeis & sensibilibus, & ad intellectualia, & immaterialia sit semper intentus. Si enim aliter facias furiæ transeunt, id est pœnitentia sequitur, furiæ enim, sign. pœnitentiam. Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythag. f. 47.

6 In Via non scindas. Symbolum Pythagoricum, sign. id, quod vnum est, esse uerum, id autem quod est scissum, esse falsum. & hoc, sign. in Philosophia uerum esse sectandum, & falsum esse fugiendum. Via enim sig. philosophiam. vnum sign. uerum, & scissum signific. falsum. Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythagoricis, fol. 49.

7 Viarum puluis Iuxta illud Beati Cirilli. & uiarum puluetibus fuscabuntur, sign. infructuositatem, et vanagloriam, quorundam religiosorum, qui erunt tamquam puluis uiarum, qui est infructuosus, et assidue a uento agitatur. Abbas Ioachim in Cirillum, et Theolosphorus f. 13.

8 Viæ de quibus Hierem. 2. Vide vias tuas in conualle sign. scientiam terrenam, quam a Francis Ecclesia olim sequetur. et potentiam dignitatibus tumidam, quam Ecclesia in Alemannis habebit. Ioachim in Hierem. f. 8.

9 Viæ, ut est illud Hierem. Ventus urens in uijs, quæ sunt in deserto, viæ filiæ populi mei, sign. corda mortalium, sicuti desertum significat humanum genus. Et via cum dicit deserto viæ filiæ meæ, signifi. studium Ecclesiæ, quod debes esse in salutem. Ioachim in Hierem. fol. 11.

10 Relinque uias populares, et perge per infrequentatas semitas Symbolum Pythagoricum, et sign. consuetudines materiales, et corporeas imperfectiones relinquendas, et per unitatem intellectualem progrediendum esse. nam illæ impediunt reditum in patriam, et ista deducit in illam, significat etiam significata

anagogicæ, quintæ litteræ Hebraicæ. Farra septe fol. 220. sign. etiam per vestigia sapientum, qui pauci sunt progrediendum, & à Viis multitudinis, & plebis recedendum, unde illud loquendum, ut multi, sapiẽdum ut pauci. F. G. P. 432. tom. 5. sign. etiam mores humanos relinquẽdos tamquam vulgares, deorum uero cultus tamquam excellentes, supra uulgarem vitam amplectendos. Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythagoricis fol. 45.

11 Via Aquilę in Cœlis, uia Colubri super petram, Via nauis in medio maris, & via uiri fortis in Virginem, ut est prouerb. cap. 30. uia Aquilæ, sign. Christi Domini Ascensionem in cœlos, via colubri super petram sign. Christum Dominum, qui resurgens per monumenti petram transiuit, & ab ipsa egressus est nec uideri potuit, qua ipse transierit, via nauis in medio maris, sig. Christi D. N. uitam, qui in medio maris huius mundi uersatus est inter afflictiones, & hæc tria Salomoni erant valde mirabilia, quartum uero, quod est via viri fortis in virginem, omnino ignorare fatetur, nam sign. quod vir fortis, qui est ipse Deus, transibit per Virginem illęsa Virginitate, quam rem Salomon nequaquam ualuit intelligere. Galatinus lib. 7. cap. 15.

12 Via adulteræ de qua Salomon ut supra. sign. sinagogæ malitiam condemnaturæ Messiam, quam malitiam sapiens ipse intelligere non potuit. Galatin. ut supra.

13 Via publica apud Pythagoreos sign. vulgi errores, unde illud neque sal neque littera intrant viam publicam, quod sig. neque moderamen, neque iustitiã sequi uulgi errores. Paulus Scaliger lib. 4. Epistem. vnde & illud per viam publicam ne ambules, quod sig. vulgi errores ne sequaris.

14 In Viis cordis sui ambulare, ut est Ecclesiast. 11. sign. sequi sua desideria. Lauretus in verbo ambulare.

15 Via mos, modus, consuetudo in sacris litteris, sunt synonima. Gouschel. lib. 1. Elocut. sacrar. scrip.

16 Via ut est Hierem. 7. bonas facite vias vestras, sign. actionem, sicuti Gressus, ut est Iob 31. & cunctos Gressus meos dinumerat, signific. mentis motum, uel profectum meritorum. Gouschel. lib. 6. Elocution. sacrar.

17 Via omnis terræ, ut est 1. Reg. 2. sign. mortem ego uado per viam omnis terræ. Gouschelius lib. 3. Elocut. sacrar.

18 Via vinearum, ut est Iob. 24. non aspiciet viam vinearum, sign. viam habitabilem, vel locum amœnum. Gouschelius lib. 3. Elocution. sacrar. scrip.

19 Viæ obliquæ, ut est illud, si recti ad me veniatis, & ego rectus ad vos, si obliqui ambuletis, & ego obliquus, dicit dominus exercituum, sign. peccatorum increpationes, sicuti via recta, & secundum naturam, quæ per Iesu. t. litteram significatur, sign. Dei benignitatem, quæ erga eos, qui ex auditu crediderunt, firma est, & immobilis. Clemens Alexandr. Pædagog. lib. 1. cap. 9.

20 Via trium dierum, ut est Exod. 5. Eamus in viam trium dierum in solitudine, sign. fidem, per quam oportet ire ad tres diuinas personas patrem, & filium, & spiritum sanctum. Frater Faustinus Tassius in sermone sexto ad Hebreos. fol. 148.

1 VIGES decem quibus Laban commutauit conditionem Iacob. sig. decem gradus, uel experimenta artis magicæ, in quibus Laban erat peritus. F. G. P. ducentesimo uigesimo primo.

1 VICINVM assumere ad esum agni, ut est Exod. 12. sign. populum Gentilem admitti ad fidem unius mediatoris Christi. Lauretus in verbo accipere.

1 VICTIMAE ad aras adductæ si reluctarentur sign. eas diis gratas non esse. Natalis comes in Mytholog. fol. 13.

2 Victimas cedere: Ludos celebrare, & munera mittere apud Carthaginenses sign. rem feliciter fuisse gestam. Alexander ab Alexan. lib. 1. cap. 27.

3 Victimarum ab consulibus Cæsarum Iecur statim putruisse, facem ardentem per aerem uolasse, Apollinis templum, & ædificia multa fulmine tacta, mænia, & portas oppidi cuiusdam cœlo tactas anno ab urbe condita. 578. ante Christum D. 174. sign. Consulis Petilij, cædem a Liguribus, qui tamen superati fuerũt, & Sardos a Sempronio domandos. Iulius obseq. prod. 64.

4 Victimæ & holocausta, ut est Isai. 56. holocausta eorum, & uictimæ eorum placebunt mihi super altare meum, sign. sermonem propheticum, & impiorum interitum. Gouschelius lib. 2. Elocut. sacr.

1 VICTORIAM vocatam deam communẽ sig. bellorum exitus incertos, & in medio positos ad eos accessuros feliciter, qui melius se se in bello gesserint. Cartar. f. 407.

2 Victoria sign. eam Dei vim, quæ ad vincendum confert, & ideo ab antiquis pro dea colebatur. Georg. Venet. arm. fol. 311.

3 Victoriam natam esse ex Acheronte, & Stige. sign. eum, qui uincere velit oportere ex afflictione, & tristitia multa pati. Acheron enim interpretatur sine gaudio, & Stix interpretatur tristitia. Georgius Venetus. Armon. fol. 311.

4 Victoriam, & salutem positam esse in acierum amicitia. V. Amor. 9.

5 Victoriæ statuam ex summo pinnaculo templi concordiæ fulmine deiectam inter alias inferiores victorias hęsisse, mænia, & portas multorum locorum è cœlo tactas fuisse, sanguinis riuos tota die cucurrisse, lapides pluisse, mulam peperisse, Romæ ingens incendium a campanis procuratum; agnam huberibus lacte plenis ortam, Iouis templi tectum ab igne cœlesti penè detectum, terram fulmine ictam die ac nocte arsisse, auca

nidos

nidos propriòs in nemoribus deseruisse, serpentes magnos in fluminibus, vt pisces ludere visos, suem cum capite humano natū statuas, quatuor die ac nocte sanguinem sudasse, anno ab urbe condita 544. ante Christum. D. 208. sign. Romanorum variam fortunam. Iulius Obseq. prod. 37.

6 Victoria stans cum ramo Oliuæ in sinistra, & cum indice dextræ aliquid demonstrans, sign. debellationem Iudeæ ab Adriano Imperatore factam. Erizzus. f. 358.

7 Victoriæ duæ alatæ tenentes manibus veluti Clypeum in quo sint scripta. VOT. V. vel 10. &c. sign. vota publicæ suscepta pro Principe. Choulus. fol. 209.

8 Victoria. V. Accipiter. 30.

9 Victoriæ propositæ alicui a tribus orbis totius partibus. V. Accipiter. 31.

10 Victoria, quam septem uiri consecuti sunt contra Smerdim magum. V. Accipiter. 32.

11 Victoria Osiridis, & Herculis V. Accipiter. 33.

12 Victores diuidentes spolia, vt est Isai. 9. significat Apostolos, & prædicatores conuertentes infideles ad fidem, & doctrinam debite distribuentes D. Hiero. supra Isai. 9. & Lauretus in verbo abscindere.

1 VIDERE Dei iuxta illud, & vidit Deus, sign. scire, uel facere videntes, & intelligentes. Ioach. lib. 5. cap. 3. f. 61. de concor.

1 VIDVA, cui benedixit Deus, ut est Psal. 131. sign. Ecclesiam. D. Hilar. Psal. 131.

2 Viduæ benefacere, ut est Iob. 24. sign. uirtutibus excolendis operam dare, nam ibi uidua, sign. animam. D. Bernard. in Apolog.

3 Viduas candido amictu vestiri solitas esse, sign. se minimè dolere virum ad meliorem vitam transisse, & se iam non corporibus, sed puris maritorum animis nuptas esse, & non secus atque sacerdotes quasdam, castitatem totius reliquæ vitæ illibatam velle ipsis custodire. Gorropius Hermath. lib. 4. fol. 87. V. Reginas Galliæ.

4 Vidua sign. Ecclesiam, quia propter pressuras ingrescit, & vt Rachel non consolatur se. Durandus lib. 1. cap. 1. Rational. Diuin.

1 VIFVR apud Chimistas sign. cuprinum. Vide Vasfur.

1 VIGIL, vt est Cant. 3. inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem, sign. doctorem Ecclesiæ; nam ciuitas ibi sign. Ecclesiam. Gouschelius lib. 6. Elocut. Sacrar.

1 VILLA cum domibus bene ornatis, sign. decimum octauum gradum libræ, & hominem, qui habet dominium in rure. Astrolab. planum Ioannis Angeli.

2 Villa, vicus, & filia in sacris litteris sunt synonima. Gouschelius lib. primo, Elocution. sacrar.

1 VINACIA vuarum diligere, ut est Hose. 3. sig. amare traditiones hominū. D. Hieron. Hose 3.

1 VINCVLVM quo capita ligantur hominibus in 10. de Rep. apud Platonem, sign. rationis impedimentum & luminis orbitatem. Ficinus in 10. de Rep. Platon.

2 Vinculum iugale, quo noua nupta præcingebatur, fiebat ex lana ouilla, & uir in prima nocte sponsæ accubans illud soluebat, quod erat nodo Herculeo astrictum, sign. quod sicut lana illa in glomos sublata coniuncta inter se est sic uir suus secum cinctus uinctusque esset. Nodus uero Herculeus quo cingulum erat astrictum, sign. sponso & sponsæ bonum omē, ut sicut Hercules fuit pater septuaginta filiorum, ita & sponses fieret. Valerianus lib. 40. fol. 299.

3 Vinculum quo Enyalij pedes nectebatur apud lacædemones, sign. illum debere firmum manere. Vnde vinculum, sign. firmitatem. Valer. fol. 357.

4 Vincula dirumpere, ut est Hierem. 30. sign. frenare passiones & affectus, quibus ueluti uinculis uincti tenemur: sig. etiam desetere peccata. Origen. supra Genes. hom. 9. & Lauretus in uerbo abrumpere.

5 Vincula Dei abrumpere, ut est Hierem. 2. sign. Dei præcepta transgredi. Lauret. ut sup.

6 Vincula ærea, de quibus Daniel. 4. sig. consuetudinem pertinacem. Lauret. in uerbo æs.

7 Vinculi colligati faciem præcipitare, ut est Isai. 25. sign. peccatum amouere. Alij legunt, inuolucrum obuolutum. quod sign. peccatum. Gouschelius lib. 3. Elocut. sacr. script.

8 Vincula, ut est illud Nahum. 1. & vincula tua disrumpam. sign. obsidionem. Gouschelius lib. 1.

9 Vinculum vniuersi. Connexio diuinarum personarum, religionis principium & author, sign. Spiritum sanctum. Farra f. 105. dicitur etiam Dei hospitium, porta domus Dei. Domus Iouis apud Orpheum.

10 Vindemia in diuinis litteris signif. rerum finem quam Theologi seculi consummationem uocant. Valer. f. 390.

11 Vindemia apud psalmos. sig. depopulationem, ut est illud uindemiant eam omnes qui transgrediuntur viam. Valer. f. 390.

12 Vindemia signif. finem rerum. iuxta illud Ioel. Mittite falces, & uindemiate uineam terræ, quia maturæ sunt vuæ eius. Valerianus fol. 390.

13 Vindemiæ torcular, signifi. tempora ærumnosa pressuras & uexationes. Valer. f. 390.

14 Vindemiam Esebon calcare, ut est Isai. 16. sign. doctrinam peruersam euertere, ut fecerunt Apostoli, & Doctores Catholici. Lauretus in uerbo calcare.

1 VINEA quam plantauit dextera tua, super filium hominis quem confirmasti tibi, ut ait Dauid, signifi. electorum Ecclesiam in Christo a Deo præelectam & confirmatam, sibi namq; in Dei uerbo omnia primo plantata & fundata fuere. F. G. P. 61. c. 3.

2 Vinea sign. humanam animam, iuxta illud: Et vineam seui, septumque circumposui. Valer. f. 391.

3 Vineas tolli, signifi. prædicandi officium deseri.

Lauretus in uerbo accipere. vel uineas tolli signif. inebriâtes concupiscentias a corpore nostro per prædicatores abscindi.

4 Vinearum uiam ambulare, ut est Iob. 24. sign. non declinare a rectitudine fidei, & bonorum actuum, quæ sunt in Ecclesia. Lauretus in uerbo ambulare.

5 Vinea, ut est Cantic. 1. Vineam meam non custodiui, sig. Iudæam. Gouschelius lib. 6. Elocut. sacr.

6 Super Vineam, & ficum uocare, ut est Zach. 3. uocabit uir amicum suum, subter uineam, & subter ficum, sign. exultare & lætari. Gousch. lib. 3. Elocut. sacr.

7 Vinea arefacta, ut est Ezech. 17. signifi. destructionem populi Iudæorum. Lauretus in uerbo arida.

8 Vinea sign. Dei iustitiam, quæ in distribuendo, & puniendo recta corda lætificat. Lauretus in uoce uinea.

9 Vinea quam transtulit Deus de Aegypto, ut est psal. 79 sign. Christum D. translatum de hoc mundo ad patrem.

10 Vinea quæ floruit, ut est Cant. 2. sign. Christum Dominum, qui & dicitur uitis uera.

11 Vineæ florentes sign. uirtutes angelicas, & sign. ipsam fœlicitatem. Lauretus ut supra.

12 Vinea continens plures uites, signifi. Ecclesiam quæ continet multos fideles.

13 Vinea sign. populum Dei.

14 Vineæ sign. Ecclesiæ particulares.

15 Vinea, ut est in Euangelio, & locabit uineam aliis agricolis, sign. synagogam.

16 Vinea in Ezech. 19. sig. regnum Sedechiæ.

17 Vineæ florentes, ut est Cantic. 2. signifi. Patriarchas & Prophetas, qui odorem dederunt in Aduentu Christi D. quando eorum mysteria aperiri cœperunt.

18 Vineæ per unum calefacientes, ut est 1. Reg. 8. sign. prædicatores per uerbum Dei corda hominum ad bonum inflammantes. Lauretus in uoce uinea.

19 Mandatum esse ne plueret super Vineã Soreth, sign. super populum Hebreum non amplius futuram pluuiam, diuinæ pluuiæ hoc est non amplius doctrinã Cœlestem profuturam Hebræis postquam gentes eam accepissent. Valer. fol. 281.

20 Vineæ Engaddi, ut est Cantic. 1. sign. Crucem Christi D. uel sign. plebes Ecclesiæ, vel sign. primitias gentium, vel sign. vitam præsentem. Lauretus in voce vinea.

21 Vinea, ut est Isai. 5. sign. animam, & peculiariter vineæ sign. animas fidelium, & vinea electa, quam plantauit Deus, signific. animam ad imaginem Dei factam. Diuus Hieronimus, Isai. 5.

22 Vineam comedi ab inimico, ut est Hierem. 5. sig. animam peccatricem à Diabolo deuorari. Lauretus ut supra.

23 Vinea ad quam mittútur operarij, ut est Matth. 20. sig. legem, in qua in hac vita operari oportet, uel sign. conscientiam, in qua est operandum, ut det fructum bonum. Lauret. ut sup.

24 Vinea Naboth, ut est 3. Reg. 21. sig. sapientiam sacræ scripturæ, siue doctrinam spiritualem. Lauret. ut supra.

25 Vineæ sign. volumina sacræ scripturæ tam ueteris, quam noui testamenti, hanc scripturam sacram sign. Vinea custodienda, Vinea quam plantauit pater familias, Vinea sub qua sedendum est. Nam scriptura dicitur Vinea, quia per ueritatis sententias botros uirtutum profert.

26 Vineæ, ut est Ecclesiast. 2. sign. doctrinas patrũ ueterum: & peculiariter uinea signifi. doctrinam Euangelicam, cuius Christus Dominus est vitis.

27 Vinea Nabath quam dissipare uolebát Achab, ut faceret hortum olerum, sign. uirginitatem quam Diabolus perdere volebat. Lauretus.

28 Vineæ quas plantant fideles, ut est Iob 24. sign. spem, quæ ex bonis operibus nascitur. Diuus Hieronymus Iob 24.

29 Vinea, ut est Exodi 22. sign. dignitatem imperium, & dominium.

30 Vinea in primo flore, ut est Iob 15. sign. homines, qui incipiunt bene operari, qui facile læduntur, uel ab immoderato frigore tentationis, uel a nimio feruore prosperitatis. Lauretus.

31 Vinea, ut est Michææ 4. significa. temporalia bona.

32 Sub Vinea sua sedere sign. aliquem contentum esse suis, nec aliena vsurpare.

33 Vinea stulti sig. negligentiam.

34 Vineæ Seon, ut est Numer. 21. sign. uoluptates huius seculi, & uanas scientias, & concupiscentias, quæ mentem inebriant.

35 Vineæ Sodomorum sign. perfidiam. Vinea Sabama, sig. superbam doctrinam hereticorum.

36 Vineæ Philisthijm, sig. homines sequẽtes prauos errores hæreticorum, & idem sign. vineæ Aegypti quæ percutiuntur a Deo.

37 Vinea Sodomorum sig. supplicium. Lauretus.

38 Vineæ quæ sunt instrumenta bellica, sig. diaboli machinamẽta, ut est Ezech. 26. gloss. interl. in Ezech. 26. & Origen. cap. 26.

1 VINVM Aquilonare, & uespertinum signif. omne sacrificium uespertinum. V. Archangelum Burgonouensem, in Cabalisticis dogmate primo. V. sacrificiũ 2. & V. panis meridionalis.

2 Vinum ab Aristophane uocatum Lac veneris. sign. multum bibentes illicitæ veneris desiderium concipere. Atheneus lib. 10. cap. 15. V. Veneris Lac.

3 Vinum apud Græcos antiquos non solere inferri altaribus in sacrificiis, sed eius loco mel imponi, sign. Græcos existimare non decere suos Deos Ebrios reddere, ne forte in circum eundo mundum cespitarent. Atheneus. lib. 15. cap. 20.

4 Vinum mortuum apud Albertum, sign. Acetum, quod in aceto uis uini prorsus sit intermortua. Leo Suauius in scholiis Paracelsi. f. 279

5 Vinum salutis apud Paracelsum, sign. quintam essentiam quæ fit ex aqua ardente circulata, uel potius ipsam aquam ardentem, quæ etiam dicitur vinum philosophicum, & ipsa quinta essentia, quæ ex aqua ardente circulata fit, vocatur apud Arabes Elixir. Leo Suauius in scosoliis paracelli fol. 280.

6 Vinum rubeum apud Chimicos signifi. sanguinem. Paulus Scaliger. 2. Tom. f. 38. & Ioannes Braeescus lib. de ligno vitæ, fol. 5. dicit, quod sign. quintam essentiam ferri, vel potius lapidem Philosophicum ex ea confectum. Vocat etiam sanguinem humanum.

7 a Vino aliquem absorberi, ut est Isai. 28. sign. aliquem errare in intelligentia sacræ scripturę. D. Hieron. Isai. 28.

8 a Vino, & omni quod inebriare potest abstinere, sign. Coercere se a concupiscentia tua, & voluptatibus, ac quibuscunque aliis animi tranquillitatem perturbantibus. Glossa interlin. numero sexto, & Lauretus in verbo abstinere.

9 Vinum abundans, ut est Hester. 1. & 5. signif. voluptatum, quæ mentem turbent abundantiam, & hoc idem sign. Torcularia abundantia, ut est Ioel. 3. Laurètus in verbo abundare.

10 Vinum oleum frumentum, sign. abundantiam. Iacobus Gouschelus lib. primo, Elocution. Sacrar. scripturar. Sunt enim Synonima abundantiæ.

11 Vinum, mustum, timpana, vitis, sicera, Cythara in sacris literis sign. humanas delicias. Gouschelius lib. 6. Elocut. sacrar.

12 Vinum ut est Cantic. 1. quia meliora sunt vbera tua vino, signific. curam temporalem, qua mens cuiuslibet secularis inebriatur, vbera vero in hoc loco sign. delectionem summam. Gouschelius. lib. 6.

13 Vinum ex aqua factum in nuptiis a D. N. I. sign. Deum in miraculis faciendis semper vti conuenientibus mediis naturæ, quousque natura suppetat. Fraciscus Georg. Problm. 2. 13. tom. 4.

14 Vinum ex aqua factum rogante matre a D. N. sign. quemadmodum ex prima muliere humanum genus infectum fuit, ita ex muliere pro humano genere intercedēte a Deo in salutem primum miraculum factum, & sig. illum sanguinem qui ad mundandum genus humanum effundendus erat. Franchiscus. Georg. Problem. 246. tom. 4.

15 Vinum in sacrificio Missæ sign. Christi Domini sanguinem, & hic sensus dicitur sacramentalis, sign. etiam charitatis feruorem, & hic sensus vocatur spiritualis, & sign. liquorem vuæ ex qua vinum conficitur, & hic sensus dicitur materialis, qui tres sensus sign. triplicem intellectum, moralem allegoricum, & historicum. V. panis in sacrificio Missæ. V. aqua in sacrificio Missæ. Aemarus Hennequinæus in libro ad Gregorium decimum tertium. cap. 4. & trigesimo quinto.

16 Vinum in sacris literis duplex habetur, aliud enim purum, & aliud mixtum, vinum purum, sign. sapientiam, quæ de Deo habetur, sine admixtione erroris, & hoc est vinum purum, & laudabile non illius quidem sapientiæ superioris, quæ a Chocmah procedit, & in scriptura dicitur Lac, quod paucis datur, sed vinum datur pluribus, de quo vino dicitur in canticis bibite amici mei, & inebriamini, & in Psalm. Calix meus inebrians quàm præclarus est, de hoc vino inebriati sunt Apostoli, & discipuli Domini in die Pentecostes, & omnes martires, & hoc vinum venit a Tipheret, qui est Christi locus, & virtus eius.
Archangelus Burgo. vt infra in 17. conclus. Cabal. pici.

17 Vinum vero mixtum signif. sapientiam rerum creatarum, quæ mixta est cum errore, hoc bibit Salomon, cum voluit habere cognitionem immundorum spirituum, & præcipue Asmodei Dæmoniorum principis, a quo captus est Salomon dum illum capere tentat in illis duabus foueis vna plena lacte, & altera vino, & quia lac admixtum vino facile corrumpitur, ita euenit Salomoni, qui lac purum diuinæ sapientiæ hauserat Deo inspirante, sed postea volens per artem notoriam habere cognitionem rerum creatarum, & malorum spirituum miscuit vinum lacti, & vtrumque corruptum est in Salomone, ita ut curuauit Genua corā Baal, sperans ab eo doceri, qua de causa postea punitus fuit in virga virorum, de qua virga vide suo loco, fouea enim lactis sign. agnitionem supernorum, & fouea vini sign. artem notoriam, siue magicam, & ex hoc ipse Salomon dixit miscui vinum cum lacte meo.
Archāgelus Burgon. in 17. cōclus. Cabal. Pici.

18 Vinum sign. sapientiam inferiorē quæ alio nomine dicitur filia, & hanc habuit Salomon. v. Salomon. F. G. P. 483. V. Sacerdos. problem. 159. tom. 2. & P. 4. tom. 5.

19 Vinum ordinatum a Christo D. N. in sacrificiū corporis, & sanguinis sui, sign. illud vinum supramūdanum, quod D. N. dixit se bibiturum in regno patris sui. F. G. P. 159. tom. 2.

20 Vinum nouum non mittēdum in vtres vteres, iuxta illud Matth. 9. sign. nouam promissionem Euangelij non debere dari homini, sub antiqua seruitute legis existēte. F. G. P. 32. t. 4.

21 Vinum sig. Hilaritatem publicam, quod vinum hilares homines reddere soleat, vnde Aeneas vino reddidit hilares Troianos a tempestate afflictos. Valer. f. 389.

22 Vinū in sacris aliquādo sig. sanguinē, vnde Maro alludens ad fusionē sanguinis à Didone faciēdam, versa uina in sanguinē fingit. Dum dicit.
Fusaque in obscenum se vertere vina cruorem.
Et in sacris litteris pro vino ponitur sanguis, vt est illud, & sanguinē vuę biberet meracissimū, & Psal. sanguinem vuę biberunt. Valer. f. 390.

23 Vino vsos fuisse sacerdotes Aegyptios in sacris eo tantū libātes, cū in vita sua non biberēt vinū, sig. se Deis non rē gratā facere vino libādo,

sed eos sibi conciliare, quod existimabant ex sanguine gigantum, qui contra Deos pugnassent vitem exortam esse, & ideo adhuc vinum vertere homines in furorem. Valer. f. 390.

25 Vinum esse Lac veneris sig. ex vino libidinis fomitem augeri, & nutriri. Alciatus Emblemate 24. inquo ponit vitem botris onustam complectentem Oliuam, cuius titulus deberet esse Virgines vino abstinent. Oliua enim sign. Virgines, de qua vide loco suo, & inter Oliuam, & vitem magnum est dissidium, sicuti est inter Virginitatem, & libidinem. Sanctiua in Alnati, Emblemate. 24.

26 Vinum ut est Amos. 6. bibētes vinum è Phialis sign. omnem voluptatem, vel ut est prouerb. 20. derisor est vinum, &c. sign. quidquid statum mentis euertit. Gouschelius lib. 2. Elocut. sacrar.

27 Vinum vetus de genimine vitis bibitum fuisse à Christo D. ut est Matth. 26. sign. Christum d. fuisse passum in vetere homine mortali, post vero passionem resurgentem bibisse vinum nouum, quod etiam bibent resurgentes. Lauretus in verbo bibere.

28 Vinum quo factus est ebrius Noe, sign. scientiam rerum terrenarū, hanc enim prosequentes, adeo abeunt a Deo, ut diuina sæpius illis in scandalum sedant. F. G. P. 101. Tomi. 1. V. Noe bibens vinum.

29 Vinum bibere, ut est Deut. 32. & Prouerb. 9. sign. spiritus sancti consolationem, & spiritualem doctrinam accipere. D. Greg. 1. mor. 21. & 6. mor. 34.

30 Vinum bibere cum cantico, ut est Isai. 24. sign. voluptatibus vacare, quasi eas prædicando aut addendo etiam uoluptatem aurium, vt per omnes sensus animæ fortitudo mollescat. D. Hieron. Isa. 24. idem sign. bibere in dulcedine, ut est Ioel. 1. & bibere in phialis, ut est Amos. 6. D. Hiero. in Amos. 6. & Mich. 6.

31 Vinum bibere, quod miscuit sapientia, vt est prouerb. 9. signific. Domini Calicem sumere. Beda prouer. 9.

32 Vinum bibere in malum, ut est Psal. 68. sign. concupiscentiæ feruorem excipere, vel sign. doctrinæ Gentilic æ, vacare. D. Aug. Psal. 68.

33 Vinum prohibitum accedentibus ad altare, ut est Leuit. 10. sign. perfectos debere abstinere ab omnibus, quæ delirium pariant, & particulariter ab affectibus inordinatis, Causa prohibitionis vini. Philo. li. 2. de monarchia fol. 517. quator esse dicit, ut scilicet vitentur, pigritia, obliuio, somnus, & amentia.

34 Vinum prohibitum, ut est Isai. 5 sign. legis litteræ austeritatem non esse sequendam. D. Hieronimus Isai. 5.

35 Vinum vetus bibere cū suauitate, ut est Eccles. 9. sign. frui amico antiquo. Lauretus in uerbo bibere.

36 Alienus Vinum bibere, ut est Isa. 62. sig. dæmones gaudere de ammissa gratia, & operibus bonis peccatorum. Diuus Hieronimus, Isai. 62.

37 Vinum de vineis, quas plantarunt non bibere, ut est Amos. 5. sig. homines non posse quiescere in erroribus, quorum ipsi fuerunt auctores. D. Hieron. Amos. 5.

38 Vinum delicatum bibere, ut est Amos 6. sign. scripturæ sacræ aliquos libros suscipere, & aliquos respuere. D. Hieron. Amos 6.

39 Vinum bibere inebriari, ut est Zachar. 9. sign. uirtutibus, & uirginitate frui. D. Hieron. Zach. 9.

40 Vinum aqua mixtum dari solitum in fine conuiuij omnibus conuiuis apud Græcos, significat illos agere gratias Ioui seruatori, qui docuisset illos uinum temperare, ne fierent ebrij. Farra Sept. f. 243.

41 Vinum bibere & non inebriari, ut est Aggæi. 1. sign. bona opera pauca facere permixta malis. unde non fruuntur lætitia spirituali, uel sign. prædicatores audire, sed non mutare mētem. D. Hieron. & Rupert. in Agg. 1.

42 Vinum optimum dici guttur sponsæ, ut est Cātic. 7. sig. prædicationem excellentem, quæ est in Ecclesia. D. Greg. in Cant. 7.

43 Vinum, ut est illud Genes. 49. qui lauat in uino vestem suam, & in sanguine vuæ indumētum suum, sig. Christi D. sanguinem. Clemens Alexand, Pædag. lib. 1. cap. 6.

44 Vinum apud Heliopolitas non inferri in Templum Solis, sign. turpe esse in die, uel Deo ipso Sole inspectante, vinum bibere. Cælius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis.

45 Vinum in prima lingua dici Vuijn, a uerbo Vuien, quod habet tria significata, consecrare dilatare, & agros iolio purgare, sign. consecrationem, dilatationem, & purgationem, quę tria uinum ex sua proprietate optime facit. Nam reddit hominem diuiniorem, & quasi magis Augustum. Poetæ. n. non nisi bene poti prosiliunt ad arma, ut inquit ille, aquæ enim potores raro carmina faciunt vatibus digna. Tum nihil aliud est, quod magis hominum cor & animum dilatet, quàm propterea quòd largissimo spiritu totum corpus faciat turgere, & uinum ita corpus ab omnibus purgat fumis, & humoribus superfluis, pituita, melancholia, & bile, ut nihil ei simile reperiatur in omnibus pharmacopæorum Pyxideculis. Goropius in Indoscythicis f. 522.

46 Vinum, ut est illud. Cantic. Introduxit me Rex in cellam vinariam, sig. sanguinem, qui est sub specie uini in sanctissimo Sacramento. Michael Timotheus in sacrif. Missæ. Quæstio. 14. tract. 3.

47 Vinum oleum simila, & triticum, de quibus in Apocalyps. signifi. doctrinam spiritualem, qua possint recreari corda fidelium. Ioach. Apoc. f. 201.

48 Vinum quantumlibet incipiente, & finiente vase, bibendum, sed in medio vase parsimonia in bibendo utendum esse, sig. hominem in pueritia, & in senectute, quodāmodo liberū esse in abutēdo tempore, nam illæ duæ ætates parum sunt frugiferæ, in media uero ætate, ut q̄ sit gra-

uis

nis, & indicij plena, & ad multas utilitates apta non debere hominem tempus fruſtra, & inaniter contere. Petrus Bongus cap. de Ternario fol. 128.

1 VIPERA filios pariens, cum titulo, ingratis ſeruare nefas ſignifi. ingratitudinem, uipera enim vt aiunt in coitum marem admiſſum necat, & ipſa a ſuo, quem ventre concipit, fętu necatur. Gabriel Symeon. Emblemate 37.

2 Vipera ueniens ad ripam fluminis uel maris cũ murena coiturus, deponit venenũ, cui adſibilati viperæ ſtatim adnatat muræna, & fructus ueneris legunt, ſig. coniuges reuerentiam in matrimonaiali coitu ſeruare debere, omni prius affectu malo ex animo deiecto. Alciatus Emblem. 191. V. Muræna.

3 Vipera ſign. adulteram, quæ proprio marito necem parat, aiunt enim viperam in coitu maris caput abſcindere. Coſtalius pegmate. 107.

4 Viperæ lingua, ſig. violentas tentationes Diaboli. D. Greg. 15. mor. cap. 9.

5 Viperarum Genimina, ut eſt Lucæ. 3. ſig. homines virulẽtos, impoſtores, ac ſimulatores iuſtitiæ inſidiantes. Clemens Alexandrinus in adhortatoria ad Græcos.

1 VIRGO de qua oriatur arbor virens, circa q̃ buſones a ſerpentibus ſint occiſi, nec nõ e ſuis cauernis expulſi, ſign. in mundo eſſe venenum uitioſum quod auferendum eſt ab eo, donec vti uirgo ſit immaculata, buſones a ſerpentibus occiſi, ſign. homines virulentos, qui inter ſe ſunt ſe ipſos occiſuri, & nemo ſe talem, ut pote vitioſũ fore fateri volet. Lichtembergius, & Paracelſus libro de præſagijs f. 34. & 35.

1 VIR ſtans in conca marina quam in mari trahunt duo equi, qui ſunt a parte anteriore equi, & a parte poſteriori piſces, habens tridentem in manu aliquando nudus, & aliquando indutus pallio ceruleo, & habens capillos ceruleos, vel nigros, & aliquando etiam canos, & albos, & habens etiam buccinam, apud equos ſunt duo Tritones ſig. Neptunum Deum, tridens ſig. tria Maria Mediterranea, Vel ſignific. tres, naturas, aquarum ſcilicet, maris fontium, & Laacuum. Cartar. fol. 241.

2 Vir alter ſiue extraneus, cui non debet nuberę vxor defuncti, ut eſt Deuter. 25. ſign. ſermonem gentilium, quem Eccleſia recipere non debet. Lauret. in uerbo alter.

3 Vir habens barbam canam, humidam, & mollẽ & capillos ſimiliter, & ſuper humeris paſſos cum cilijs hiſpidis, & hirtis, & ſimul iunctis pectus onuſtum uiridi muſco, & alga Marina, natans in aquis, ſed ab pectine infra deſinens in piſcem, ſignific. Glaucum Deum marinum. Cartarius fol. 251.

4 Vir habens capillos ſimiles apio paluſtri, corpus tectum breui ſquamma aſpera, & dura pinnas uti piſcis, poſt aures habens naſum, ut homo Os latius, dentes quales panthere oculos uirides, digitos, & vngues veluti teſtæ oſtrei, & in pectore, & vẽtre aliquot pinnulas, ut Delphini, cetera deſinens in piſcem ſign. Tritones. Cartarius fol. 244.

5 Vir ſtans in conca marina cũ pulcherrima muliere nuda, & itidem ſtante, quam concham trahant quatuor equi marini, ad pedes uiri, & mulieris in Concha erat Delphinus, ſuper quẽ ſedebat puer quidam, ſign. Neptunum. mulier ſign. Amphitrite, & puer ſign. Palemonem. Cartar. fol. 249.

6 Vir breuis craſſus, & penè rotundus habens collum diſtortum, & breuiſsimis tibijs ſign. Canopum Deum, qui ſig. nauis Menelai rectorem nautam. Cattar. ſol. 249.

7 Vir penè nudus habens in capite Coronam Regiam tenens in dextera tridentem elatum, & cum ſiniſtra præmens aratri ſtiuam, & poſt ſe habens plauſtrum quo ruſtici utuntur, ſignifi. Neptunum afferre humano generi omnia cõmoda, quæ & terra. Apud aratram erat prora nauis quæ ſign. Neptunum illum non eſſe terreſtrem. Vel ſign. Neptunum nauigando terram arare. Cartar. fol. 255.

8 Vir penè nudus ſtans habens pannum pendentem ab humero ſiniſtro, & tenens in dextera ſcuticam habẽtem tria lora, uel, ut clarius dicã, corrigias, & tenens in ſiniſtra tridentem elatum, ſig. Neptunum. Cartar. f. 255.

9 Vir nudus ſtans habens ſiniſtram adhęrentem tridenti, cum dextera porrigens delphinum, & tenens alterum pedem ſuper proram nauis, ſign. Neptunem. Cartar. fol 255.

10 Vir ſenex cum muliere anu, & cana in curru ꝑ mare attracto a duob. cetis, ſiue balenis quẽ præcedũt Tritones, comitantur plurimæ nimphæ, & numeroſus belluarum marinarũ grex ſub uno cuſtode. uir ſig. oceanum, mulier ſig. Thetidem, cuſtos belluarũ ſign. Proteum, nimphæ ſig. flumina in mare ingredientia, vel ſig. varias qualitates aquarum, currus ſignifi. Oceanum circundare terram, currus rotæ ſig. terræ rotunditatem, Cartar. fol. 258.

11 Vir habens malas tumidas, capillos, & barbam niuibus, et glacie compactos, habens alas, & pro pedibus habens caudas ſerpentinas, qui rapiat puellam pulchram, & bene indutam cũ ipſe ſit nudus, ſign. uentum Boream rapientẽ Orithiam Nimpham. Cartar. fol. 261.

12 Vir habẽs alas madefactas uiſum obſcurum, & terribilem, capillos canos, pluuioſos, barbam plenam nubibus, & frõtem tectam caligine cibia demiſſa, & aquis plena, & pectus onuſtum pluuijs, & nubiloſum, ſign. uentum Notum. Cartarius fol. 261.

13 Vir niger habens alas, & nudus tenens ſuper caput Solem igneum ſign. uentum Eurum. Sol igneus ſig. Eurum die ſequẽti flaturum, ſi Sol in veſpere rubeus decedat. Cartar. fol. 262.

14 Vir Iuuenis uiſu molli, nudus, & habens alas, & caput tenens floribus coronatum. ſig. ventum Zephirum, qui aperit ver, & annum, & eſt maritus Floræ Deæ. Cart. f. 262.

15 Vir ſenex nudus humi Iacem habens capillos paſſos, & longos, & barbam ſimiliter longã, & implexam habens aliquando cornua, &

adhęrens

adhærens vrnæ magnæ, e qua effluat copiosa aqua sign. fluuium aliquem, sed præcipue Inachum, apud quem sit iuuenis qui sibi incidat capillos, qui sign. morem incidendi capillos, & in fluuios deijciendi. Cartar. f. 264. aliquando habet caput coronatum cannis.

17 Vir senex humi iacens nudus, & habens caput Taurinum cum cornibus, & cum cannis in capite, & hærens brachio super vrnam, quæ euomit aquam sig. fluuium Padum. Cart. f. 266. aliquando habet indumentum viride, quod significat uiriditatem riparum, cornua sig. ripas fluuiorum inflexas, uel signif. mugitum aquarum similem mugituum boum.

18 Vir senex & humi iacens, non habens cornua, sed habens caput cinctum uarijs frondibus, & fructibus, tenens in manu harundinem, sign. Tyberim fluuium, efficere fertiles campos quos irrigat. Cartar. f. 266.

19 Vir senex & iacens, sed tamen adhærens brachio, & habens caput cinctum canna virid, & indutus pallio uiridi habens tantummodo vnum cornu, sign. Acheloum fluuium. vnum cornu sig. Herculem aliud sibi diremisse. quod signif. Herculem partem fluuij Acheloi deduxisse in Etoliam, per quam partem illa regio facta irrigua, adeo fuit fertilis, & copiosa omniũ fructuum. ut poetæ dixerint cornu ab Acheloo direptum a Nymphis, plenum fuisse omnium fructuum copia, & ideo dictum cornu corpiæ. Cartar. f. 267.

20 Vir satis magnus sedens, uel iacens super Crocodilum vel Hyppopotamum, & brachijs adhærens vrnæ magnæ æqua exeat aquarum copia magna, & existens nudus, nisi quod habet caput coronatum uiridi canna, circa quem passim ludẽtes 16. pueruli diuagantur, sig. Nilum fluuium, & pueri sexdecim sign. augmentum fluuij non debere excedere sexdecim cubitis.

21 Viri duo sedentes pro tribunali, & tenentes in manu uirgam, & quamplurimi iudicandi uiri mulieres pueri puellæ senes, & iuuenes, & cuiusuis conditionis, apud quos duos est tertius sedens iuidem cogitabundus, cum sceptro aureo in manu, & habentes vrnam in medio ante se, sig. illi duo Radamanthum, & Eacum, & tertius sig. Minoem iudicantes animas ad inferos descendentes. Minos solus sign. si quid dubij inter primos insederit, ipsum decidere causam. Cartar. f. 275.

22 Vir sedens super altum Tribunal coloris fusci, tenens in capite coronam, ex hebeno factam, cum sceptro, qui uir est paruus habens galeam in capite, & habens ante se ad pedes canem cũ tribus capitibus, aliquando pro sceptro habet uel uirgam, uel clauem. aliquando habet ante se uxorem sedentem in alio Tribunali, cum duabus mulieribus stantibus, quarum una tenet pilam in sinistra, & altera tenet clauem in dextera, uir sign. Plutonem, sceptrum & corona, sig. illum Regem, quod sit paruus, & fusci coloris sign. illum Regem huius partis inferioris, quæ est minima, & tenebrosior alijs partibus orbis. clauis sign. illum detinere animas ad inferos; uirga sign. illum deducere animas ad inferos, mulier prima sign. Proserpinam. Galea sign. summitatem solis nobis occultari, & Pluto aliquando signifi. Solem. Canis habens tria capita sign. tria esse necessaria homini ad producendum fructum seminari contegi, & germen emittere. vel signif. terrorem detinere animas ne exeant ab Inferis. Vel sign. terram quod ipsa deuoret carnes eorum, qui sepeliuntur, sicuti dicebatur canis ille deuorare animas quæ uellent ab inferis exire. vel signifi. corpus humanum, quod blanditur ingredientibus ad uitia, & afficit tristitia eos, qui uolunt resipiscere. Cartar. f. 280.

23 Vir senex horridus, & tristi aspectu habens oculos flammeos malas macras, & squallidas barbam longam implicitum cum breui, & lacero nigro indumento, quodam inordinato modo substricto. & ab humeris pendente, & ut ait Poeta.

Iam senior, sed cruda Deo uiridisq; senectus.
sign. Carontem. Cartar. f. 308.

24 Vir iuuenis habens in capite galerum, cum duabus paruis alis in galero, nudus pubetenus, nisi quod illum tegit partim quidam pannus, a pube uero descendit in columnam quadratã sine cruribus, & sine pedibus, sig. Mercurium, illa quadratura columnæ sign. illum inuenisse Grammaticam, Musicam, Geometriam, et Palestram, & ideo poni solita illa figura in scholis. Cartar. f. 325.

25 Vir iuuenis totus nudus, nisi quod paruus pannus a sinistro humero post terga pendet, stans super basim quadratam, cum caduceo in sinistra, sign. Mercurium, basis quadra sig. eos qui sequuntur uirtutem, esse firmos, & constantes contra fortunæ tela, uel sign. sermonem uerũ semper eundem existere. Cartar. f. 327.

26 Vir habens caput, & collum caninum, tenens in sinistra caduceum, & cum dextera excutiens ramum uiridis palmæ, sign. Deum Anubim, caput & collum caninum signifi. sagacitatem, quæ ab Mercurio, quem sign. Deus Anubis, mortalibus prouenit, vel sign. Anubim in bello pro insigni canem ferre solitum, Cartar. fol. 339.

27 Vir in ultima senecta totus caluus paucis capillis exceptis in capite coloris fusci in uisu. totus crispus, & rugosus indutus pelle Leonis, tenens in dextera clauam, in sinistra arcum, & habens pharetram ab humeris pendentem, & in extrema illius lingua erant multę catenulæ aureæ, & argenteæ subtilissimæ cum quibus ipse trahebat per aures magnam multitudinem gentis, quę libenter eum sequebatur, signif. Herculem præesse Eloquentiæ. Cartar fol. 340. senectus, in eo sign. in senibus eloquentiam esse maiorẽ quã in Iuuenibus, apud Homerũ in Nestore.

27 Vir magnus, & robustus totus armatus, & cum claua lignea tenens pharetram ad pedes signif. Herculem armatum, in vltionem leonis siue Licinij contra lacædemones Cartar. fol. 344. Vel

sign.

sign. Herculem armatum pro Thebanis contra Mineos. Cartar. f. 345.

29 Vir magnus, & robustus indutus tunica græca terribilis in aspectu, quem prætereuntem quidam aspiciens tanto terrore corripiatur, ut fiat saxum sig. Herculē terribilem. Car. f. 345.

30 Vir magnus & robustus cum Scifo in manu sign. Herculem potatorem, quod illud vas sibi ab Apolline pro poculo datum sit Cart. fo. 345.

31 Vir magnus & robustus cui Iuuenis poculum ferat, qui Iuuenis pugno in capite percussus cadit, sig. Herculem occidisse ciatum Iuuene, quòd indecenter ageret pincernā. Car. f. 345.

32 Vir indutus pelle Leonis cætera nudus tenens in sinistra clauam, & cum dextera trahens ad se tripodem, quem itidem uir alius Iuuenis in herbis bene indutus, & pulcher ad se trahere conatur, apud quem iuuenem sunt duæ mulieres quarū una iuuenis habet arcum, & pharetram altera uero uidetur matrona, & hortantur iuuenem, ex altera uero parte apud uirū indutum pelle Leonis stat alia mulier Iuuenis armata galea in cuius uertice sit sphynx, & lancea in dextera, habens loricam in cuius pectore sit caput Gorgonis, quæ uidetur hortari uirum pelle Leonis indutum, uir pelle indutus sig. Herculem, mulier armata sign. Palladem, mulier cum arcu sign. Dianam. alia uero mulier sig. Latonam. Tripos sign. Herculem tripodem illum aliàs e templo Apollinis abstulisse, quòd non potuerit habere oraculum. quando uolebat. Cartar. Fol. 353.

33 Vir seminudus sedens super paruum collem habens ad pedes aquilam, apud quem est alius uir stans quasi supra sedentem, qui uir stans habet in dextera bipennem ex adamanti factā cum qua aperuerat caput sedentis, ex quo uidetur exibat virgo armata galea, clypeo, torace, & lancea, uir sedens sig. Iouem. uir stans signo Vulcanum. uirgo exiens ex uulnere capitis sign. Mineruam. Cart. fo. 358.

34 Vir tenens in altera manu aquilam, & in altera fulmen, & habens in capite sertum ex uarijs floribus, sign. Iouem, vel etiam habens pro serto coronam regiam. Cartar. fol. 169.

35 Vir ueluti naufragans Mercurio similis habet enim Galerum cum pennis in capite, & dextera caduceum porrigens alteri uiro stanti in terra induto imperiali ornamento cum titulo. Hac cursus fuit, sign. quendam ob optimo Principe in suos familiares assumptum, se se principatum debere quantum ille, qui ex naufragio in tutum portum ab aliquo deductus sit, ei debere uidetur. Gabriel Simeonus Emble. 14.

36 Vir subleuans mendicum in terra iacentem cū titulo, bis dat, qui tempestiue dat, sig. illum imortare beneficium præstare, qui egeno, & citra remunerationis spem urgente necessitate præbet. iuxta illud Ausonij.

Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Gabriel Symeonus Emblemate 31.

37 Vir genuflexus & supplicans mortē iaculo percussus, cum titulo. improbus a nullo flectitur obsequio, sig. eos, qui adeo sunt austeri, improbi atque nequam, ut in præstantes sibi omne obsequium duri psistant nunquam tū eorum commiserescant, dignos esse, qui mortis implacabilis signentur imagine, Gabriel Simeon Emblem. 32.

39 Vir quidam senex ostendens speculum cuidam Adoliscenti, ut se in eo cōtēpletur, sign. animi pulchritudinem corpori pulchritudini æquandam si sit pulcher, sin minus, corporis deformitatem esse animi pulchritudine resarciendā Emblema deductum a Socrate, & Alcibiade. Achilles Bocchius. Symbolo. 59.

40 Vir quidam iuuenis ligans altum senem sub antro, & eum firmiter tenens, sign. Aristæum, & Proteum, sed ambo sign. ueritatem sopitis opinionibus firmiter tenendam, opiniones enim sign. ab uarijs animantibus, & piscibus, qui iacent in antro sub antro. Achiles Bocchius Simbolo. 60.

41 Vir quidam, qui habet proprium caput a collo recisum in manibus, & offerens illud fortunæ dum illi genuflexus adstat, illa uero habet in manibus suis collum cum tribus capitibus Leonis, serpentis, & alterius bruti, Applicatura super collum uiri genuflexi loco capitis uiri obtruntati. sign. illum qui se ad arbitrium fortunæ addicit carere proprio capite, & hominem exuere, ac belluinam naturam ac multorum capitum induere. Achilles Bocchius Simb. 64. ad caput Leonis, & serpentis adiunxit caput hominis sed perperam.

42 Vir infixus palo, & fumo suffocatus, sign. ambitionem a republica submouendam, deductum ab historia, nam Alexāder Cæsar ambitiosum fumo necare fecit. Achilles Bocchius Simb. 84.

43 Vir sedens ad instar iudicis habens longas aures quales asininæ, uel quales Midas habuisse fertur, cui iudici duæ mulieres altera in uno, & altera in alio latere nescio quid in aures insusurrabant, harum altera sig. ignorantiam, & altera sig. suspicionem, & ille Iudex porrigebat manum alteri mulieri pulchre uenienti, & bene ornatæ, sed in aspectu ualde iratæ, quæ tenebat in manu facem accensam, & cum altera manu trahebat per capillos iuuenem nudum manus extollentem ad cęlum instar dolentem, & hæc sign. calumniam, antequam præcedebat uir senex macer, & pallidus, qui sig. liuorem, & post illam sequebantur duæ aliæ mulieres, quæ illi adolari uidebantur, quarum altera sign. fraudē & altera sign. insidiam, & has sequebatur. mulier uetula male induta, & laceris pannis plorans, & se ipsam affligens, & pudore moribunda, quòd uideret post se uenientem aliam mulierem. uetula sign. pœnitentiam dolentem, quæ post se uideret ueritatem, & hæc pictura sig. calumniā Apellis, uir ille sedens pro tribunali sig. Tolomeum, apud quem Antifilus per inuidiam perum Apellem fecerat. Cartarius fol. 469.

44 Vir habens in capite calathum, & habens pudendum

dum maxime erectum ſign. Oſiridem, qui ſig. ſolem, & pudendum rectum ſign. a Sole fieri generationem, & Calathus ſign. educationis beneficium. Valerian. fol. 246.

45 Vir ſenex ſedens in cathedra, & habens Calicē in dextera quem puer pulcher illi dediſſe videtur cum titulo. propino hoc pulchro Critiæ, ſigni. Theramynem unum e trigenta tyrannis Athenienſibus, de quo Cicero lib. 1. Thuſculanarum, & hoc ſign. mortis contemptionem cor a metu liberare. Achilles Bocchius Symbolo. 137.

46 Vir habens apud ſe plurimos libros, & adhibēs digitum indicem ad os ſibi, ſign. Silentium, & ſignific. quoque tacentem non poſſe cognoſci prudens ne an ſtultus exiſtat. Alciatus Emblemate undecimo.

47 Vir arigens anguillam in folio ficu luo, ſig. fidē hominis fallacis labentem ni adſtringendam eſſe, quemadmodum ficulneę folij aſperitate lubrica continetur anguilla. Alciatus Emblemate. 21. V. Anguilla.

48 Vir totus murinis pellibus indutus nil aliud tamen habens, & inter gelu horridaſque niues, inter& rupes, vepres conuerſans qualis Hunnus Scythicus, ſign. uirum undique tutum, qui nec fures, nec ventos, neque alia timeas incommoda. Alciatus Emb. 37.

49 Viri duo militares armati Iungentes dexteras ſign. militarem ſiue ciuilem concordiam, dexteræ enim iunctæ ſign. fidem. Alciatus Embl. trigeſimo nono.

50 Vir ſedens ſuper Delphinum in nummis Tarentinorum ſig. Tarentum Herculis, qui Tarentum condidit. Valer. fol. 194. vel in alijs nummis ſig. Phalantum lacedæmonem ſecundum Pauſaniam. Vel ſign. Telemachum Vliſſis filium, ſecundum Steſichorum.

51 Vir nus ſedens ſuper Delphinum dexteram protendens & læua tenens Citharam, ſig. Arionē uitantem latrones ab Delphino Sublenatum, & ad portum ſalutis deductum. Valer. fol. 195.

52 Viri cadauer portatum a Delphino ad litus ſig. Heſiodi cadauer, quod Delphinum in mare proiectum deduxit ad litus apud Locridem, & Euboeam. Vel ſign. quoque corpus Melicertæ. Valer. fol. 195.

53 Vir ſedens in portu dextera temonem terræ adprimens lęua Delphinum amplectens. ſign. Neptunum, quòd ſedet in portu ſig. quietem, quòd dextera temonem terræ adprimat, ſign. nauigationem in portum ſoſsilem, quòd lęua Delphinum ampleĉtitur, ſig. maria blandicias, & tranquillitatem. Valer. fol. 195.

54 Vir exiſtens ſuper tergus teſtudinis a fluctibus agitatæ, q̃ radius Solis vehemēter exſiccet, ſig. virum contemnentem ictus fortunæ, quòd ſit ſuper teſtudinem, quæ non poſsit mergi cum iam ſit ab Sole exſiccata. Valer. fol. 200.

55 Viri duo quorum vnus ſit armatus, alter teneat librum, & videantur ſimul colloqui, ſig. Vlixē & Diomedem, qui ſimul iūcti ſig. maximus in gerendis rebus robur corporis, animi prudentia indigere, & e conuerſo animum prudentis corporeis viribus, & dexteritate opus habere: ſign. etiam ingenium, & vires, vlixes enim ſig. ingenium, & Diomedes ſign. uires. Alciatus Embleb. 41.

56 Vir indutus pelle caprina ita ut cornua ſuper caput aſcendant, trahens in rete piſcem ſcarum, ſignific. amaſios Iuuenis, qui uel in capræ formam laruatas mulieres depereunt. Alciatus Emblemate 75.

57 Vir ſtans tenens in ſiniſtra faculam ardentem, & ſpeculans aſtra, apud Alciatum Emble. 80. ſig. deſidiā nam religionis falſa ſpecies, & uitę contemplatiuæ prætextus prætenditur inerti otio, quod uirtutum lumen extinguit, & uitijs alimenta miniſtrat: ſed an ex figura appareat deſidiæ proſopopæia uiderit ipſe.

58 Vir iuuenis nudus, & habens capillos longos uerſus frontem uerſos, & occipitium nudum habens ad pedes talaria, & eſt pulcher, & ætate florida, ſtans ſuper lapidem rotūdum, & tenens in manu nouaculam, ſign. Cerum Deum qui eſt idem cum occaſione apud Latinos Cartar. f. 480. vide occaſionem.

59 Vir iuuenis pulcher lætus, & bene indutus tenens in dextera pateram, & in ſiniſtra ſpicam, & papauer, ſign. bonum euentum. Cartar. fol. 486.

60 Vir iuuenis cæcus, & alatus, ſtans cum pedibus ſuper rotam, quæ uoluitur in aſpectu, videtur timidus ſign. fauorem.

61 Vir ſedens in Chenice, ſignif. abijciendam deſidiam. nam Pythagoras vetuit ſedere in Chenicē, quod ſign. laborandum eſſe pro cibo horæ craſtinæ. Alciatus Emb. 81.

62 Vir aurei detentus compedibus, ſig. aulicos, cōpedes enim aureæ ſign. aulicam uitam, detentus uero aureis compdibus ſig. aulicos. vel ſig. coniugem vxoris diuitis. Alciatus. Emb. 86. & Io. Baptiſta Caballarius in Alciati annotationibus.

63 Vir captans anguillas, ſig. diuites factos ex publico malo. Anguillæ enim non capiuntur, niſi aquæ ſint turbulentę, & cænoſæ, ſic aliqui ſunt qui omnia turbant, ut ipſi rem ſuam magis augeant. Alciatus Emb. 88.

64 Viri nautæ deijciētes uirum cum Cythara in mare quem Delphin ſubleuat, & tutum in portum uehit, ſig. auaros quauis terræ, vel maris bellua eſſe immaniores. Vir. deiectus cū Cythara, ſi. Ariona, nautæ illi ſign. auaros. Arion. ſign. eos quibus opes ſunt damno, ſed uirtus ſit adiumēto. Delphin ſign. eos, qui ſtudioſorum infortunia ſubleuant. Alciatus Embl. Ioan. Baptiſta Caballarius in Alciati annot.

65 Vir habens collum longum, ut habent grues, & ventrem prominentem atque pingui abdomine extētum, cum larone aue & Onocrotalo in manibus, ſig. Guloſos atque Lurcones. Alciatus. Emblem. 90. v. larus. larus eſt auis voraciſſima, & Onocrotalus. Sanctius ibidem.

66 Vir torquens funes quos tamen Aſella comedit ſign. maritum, qui habeat vxorem ouo deſidē

quæ

quæ mariti omnes absumat labores tum cultu tum victu nil frugi domi conferens. Alciatus Emblemate 19.

67 Vir arcu uolantem auem sagitta percutiens, sed tamen ipse a serpente in pede ictus sign. eos, qui alta nimis contemplantur sæpe cadere. vel sig. ad alta atque distantia adeo animum intẽdunt, quin propinqua atq; imminens fortuna animaduertatur. Alciatus Emb. 104. Vel sm Ioan. Baptistam Caballariam, sign. insequenté alios sæpe a non sperato opprimi. in Annot. Alciati Emblem. 104. ab hoc facit illud Horatianum. Si velutι merulis intentus decidit auceps in puteum foueamus. Sanctius ibidem.

68 Vir cum barba satis prolissa, & cum veste usque ad terram iacens in antro quodam circundato vitibus, & alijs fructiferis arboribus, & manu porrigens poculum, sig. Bacchũ. Car. f. 426.

69 Vir iuuenis tenens cum manu membrum uirile Tiphonis signif. horum, qui tuent Tiphonem quamuis eum non occiderit, quòd mutatus in Crocodilum aufugerit. Cartar. fol. 437.

70 Vir habens partem superiorem in effigiem humanam sed totam tectam pennis, tantus, ut sæpe attingeret capite sidera, & cum altera manu tangebat orientem, & cum altera occidentem equibus manibus exibant centum serpentes capita porrigentes, crura habebat serpẽtina squãmis, & serpentibus tecta, qui serpentes serpebant per immane corpus usque ad magnum caput quod tegebat horridi, & squallidi crines descendentes per collum et per humeros, cui etiam erat prolixa barba per latum pectus extensa, oculi uero terribiles, & ignei, equibus micabant igneæ scintillæ, os quoque magnũ, & valde patens emittebat flammas ardentes, signific. Tiphonem. Cartarius fol. 438.

71 Vir iuuenis habens in dextra sceptrum, & cum sinistra tenens sibi membrum uirile erectum, & extensum, super quod erat pannus rubeus, habens alas, habens apud se discum, sign. Horu siue Priapum sceptrum, sig. Dominium in omnibus. Alæ sig. promptitudinem, Discus signif. vniuersi rotunditatem. Cart. f. 441. pannus rubeus fig. calorem celestem, qui uim præbet seminibus terræ. Horus ipse sig. solẽ. Cart. f. 441.

72 Vir sedens, & habens membrum extensum, in cuius gremio sederet sponsa, ante quam cum sponso conueniret sign. Deum Mitinum cui nouæ sponsæ prius uouebant dare virginitatem suam Cartar. fol. 443.

73 Vir totus nudus cum barba, & capillis implicitis tenens in dextera falcem curuam, sig. priapum Deum custodem hortorum. Cart. f. 443. aliquando habebat pannum inuolutum manu, & habebat in capite arundinem, in panno erãt fructus omnis generis, qui oriantur in hortis. Cartarius fol. 444.

74 Viri duo Iuuenes induti pellibus caninis, & habentes ad pedes canem sign. lares. Cartar. fol. 448. aliquando induebantur pannis, qui nectebãtur super sinistrum humerum, & pendebant sub humero dextro. Cartar. fol. 450.

75 Viri duo Iuuenes armati, & tenentes in manu dextra pilum uterque suum, sign. Deos penates. Cartar. fol. 450.

76 Vir senex macer aridus, & pallidus cum ore aperto, & flexus versus terram quam baculo percutit, sig. Mominum Deum. Cartar. fo. 473.

77 Vir quem Dantes ita describit, signifi. fraudem, quod homines tales in aspectu, & uerbis sunt benigni sed factis, & operibus mortifere. Cartar. fol. 474.

E quella sozza imagine di froda
Sen uenne, & arrivò la testa el busto
Ma in su la riua non trasse la coda
La faccia sua era faccia d'huom giusto
Tanto benigna hauea di fuor la pelle
E dun serpente luno elaltro fusto.
Due branche hauea pelose infin l'ascelle
Lo dosso il petto & ambedue le coste
Dipinte hauea di nodi e di rotelle
Con piu color sommesse e sopra poste.

78 Vir triceps innitens hastæ sig. Hispaniam, quod Geriones fuerit ex Hispania, vel quòd Hispania sit tripartita. Valer. f. 228.

79 Vir triceps Geriones signifi. Lunam, secundum Hesiodi interpretes, uel sign. tempus præsens præteritum & futurum. vel sign. menses tres denarios apud Græcos, uel sign. apud Latinos mensis diuisionem in Kalendas nonas & idus.

80 Vir triceps Geriones, pluribus oculis & manibus, sign. illum qui in negociis obeundis plurimorum utitur & opera & consilio.

81 Vir quadruceps aliquando sig. Gerionem. Valer. f. 229. ut legitur apud Aristophanem, vbi loquitur de Lamacho.

82 Vir triceps habens caput Leonis, medium caput canis blandientis a dextera parte, & caput lupi a sinistra, quod tricipitium amplectitur serpens super quo tricipitio est calathus, sig. Deum Serapim, qui sig. Solem, quòd Leonis caput sign. Solem in meridie siue in medio anni, caput canis sig. Solẽ orietis siue in prima parte anni, caput lupi sig. Solem occidentem siue tertiã partem anni, nam antiqui tres tantum anni partes faciebant pretermisso autumno. Vel signifi. tempus præsens futurum, & præteritum. Leonis caput sign. tempus præsens, quod sic maxime validum, canis caput sign. tempus futurum q maxime blanditur, lupi caput sign. tempus præteritum, quòd lupus maxime sit obliuiosus & obliuio est de præteritis, sicuti blandiri est de spe rerum futurarum. serpens sign. Deum esse authorem temporis, calathus sig. uim solis esse refertissimam, & opulentissimam, quia in eum omnium terrena redeunt, dum immisso calore rapiuntur, hoc tricipitium, sig. quòque prudentiam, quod prudens debeat respicere ad præterita, considerare præsentia, & præuidere futura. Valer. fol. 229. aliqui dicunt loco calathi, est positus modius, & tunc dicunt Serapidem sig. Iouem, qui omnia æquis destributionibus, quas signifi. modius, cum sit rerum omnium arbiter, moderatur.

83 Vir

83 Vir quincuceps, sig. Manassem, qui cum Esaiam interfecisset, sibi erigi fecit statuam habentem quinque capita quæ sig. illum plus uidisse quã prophetas, qui dicebantur videntes. Valer fol. ducentesimo vigesimo, nono, V. capita quinque, siue quincuceps.

84 Vir septiceps sign. virum omni artium scientia prędιtum, qualem dicunt Mathematici fore, qui 25. gradum geminorum ascendentem in ortu habuerit. Valer. fol. 229. V. capita. septem.

85 Vir senex cum magna barba, & totus nudus adhærens clauæ, & tenens pellem Leonis inuolutam brachio sign. virtutem maschilem. Cartar. fol. 369.

86 Vir succinctè indutus cum galea in capite tenẽs sinistram clatam adhęrentem hastæ humi defixæ, & cum dextera tenens sceptrum, quod sustinet cum genu dextero, & magisquam aliud elato, quod teneat pedem dexterum supra testudinem, & ipse iuuenis fixe intuetur Virginem pulchram tenentẽ cum dextera hastã erectam, & ab ea parte illa virgo est nuda usque sub dexteram mamman, cætera est induta veste, & tenet in sinistra cornucopiæ caput cum capillis bene comptum, & tenet sinistrum pedem supra galeam, vir iuuenis sig. virtutem, & virgo sign. honorem. Cartar. fol. trecentesimo septuagesimo.

87 Vir cui nonnullæ nymphæ porrigunt galeam, & nonnullæ annectunt illi talaria pedibus, sig. Perseum præparantem, se ad necem Medusæ. Cartar. f. 383.

88 Viri valde magni, habentes capillos ualde longos per humeros sparsos, & barbam longam descendentem per pectus, & habentes partem inferiorem serpentinam, sig. Gigantes, & inferior pars sig. impios nunquam recte procedere, sed semper humi serpere, & velut serpentes oblique. Cartar. fol. 386.

89 Vir vnus quem apprehendũt septem mulieres, vt est Isai. 4. sig. Christum Dominum. Diuus Hieronimus in Isai. 4. ... Christus D. est enim vnus vir vnitate personæ in multis naturis, qui & vnus dicitur per excellentiam. D. Gregorius. 2. Regul. 1. & Lauretus in verbo vnitas.

90 Vir terribilia aspectu, & facie quasi sanguinosa fremens: sedens super Loricas, Galeas clipeos enses, & alia arma, habens manus post terga Catenis validis ligatas sign. furorem. Cartar. fol. 398.

91 Vir iuuenis, cui incipiat lanugo prima, delicatus, & mollis rubicundus in facie uti sunt, qui bene sunt poti, & ebriosus declinet faciem super pectus dormitabundus, & stans, & tenens in sinistra hastam, & in dextera facem ardentem, sed inclinatam vt si ea è manu illi caderet propter somnum, apud quem locus sit plenus floribus, & ipse iuuenis habẽs itidem caput coronatum floribus, & videtur velle audire ex ostio Talami, quid intus faciant spõsu, & sponsa sign. Comum Deum. Cartar. f. 414.

92 Vir iuuenis imberbis habens lyram inhęrentem dorso cigni, qui collo leuiter retorto rostrum ad cordas uertit, uidetur parẽ cum lyra harmoniam modulari, vir vero habet sinistrã tenentẽ iugum lirę, & dexterã tenentẽ plectrum, humi vero adiacet faretra. sig. Apollinem non semper arcum tendere, sed aliquando tacentem Musam Cythara excitare. Valer. fol. 165.

93 Vir tenens in dextera imaginem mulieris, quæ in altera manu habet libellum, & in altera cornucopiæ, & apposita est nauis cum calatho, & spicis, in numis Titi Vespas. Cæsaris, sign. imperatorem procurasse annonam. nam mulier significat annonam, cuius spicæ sunt signum. Valer. f. 404.

94 Vir iuuenis, & imberbis nudus stans, tenens Indicem dexteræ ad os applicitum, quasi silentium indicturus, sign. Silentium. Cartarius f. 374.

95 Vir iuuenis sine facie, cum paruo galero in capite nudus, nisi quod circa se habet pellem lupi qui iuuenis per totum corpus habebat oculos, & aures, sig. Silentium. Oculi, & aures sig. oportere uidere, & audire, sed tacere. quod significat facies sine ore, galerus paruus, sign. libertatem tacendi, sed non loquendi. pelles lupi significat silentium, quod lupi merito amoueant, & cum silentio aufugiant. Cartarius fol. 374.

96 Vir claudus, nigra facie, turpis & fuliginosus, ut plurimum nudus, uel seminudus cum pileo ceruleo in capite, & sæpe cum malleo, & incude sign. Vulcanum Deum. Cartar. f. 392. aliquando habet murem in manu.

97 Vir habens in capite coronam regiam, stans super lapidem quadratum, indutus more sacerdotum, tenens in dextera schedulam, in qua erat scriptum in me quis intuens pius est, & in sinistra habens murem, sign. si solem Sacerdotem, & Regem Aegypti a muribus contra Sennacheribdum adiutum. Cartar. f. 389.

98 Vir totus armatus aspectu terribilis, & ferox tenens hastam & flagellum, aliquãdo equester, aliquando in curru attractus a duobus equis, quem comitantur furor, & ira, sign. Martem Deum. duo equi sign. unus terrorem, & alter sign. timorem. Cartar. f. 395, aliquando eum præcedit fama excutiens alas. aliquando eius currus habet quattuor equos afflantes ignem. Cartar. f. 398.

99 Vir senex habens cartam in manu altera, & in altera tenens nescio quid, sig. genium bonum. Cebes in tabula. & Cartar. f. 453.

100 Vir porrigens cum dextera pateram, quam euoluit super altare floribus ornato, & a sinistra parte illi pendet scutica. sign. genium bonum. Cartar. f. 454.

101 Vir militaris inuolutus in ueste. usque ad medium suræ, tenens in dextera pateram in modum sacrificantis, & in sinistra habet cornu copię sig. genium Romę, ut putat. Cart. f. 454.

102 Vir niger, & horribilis sign. Genium malum. Cartar. f. 455.

103 Vir magnus fusci coloris, capillis longis, barba horrida

ba horrida inculta, & tota imp'icita, signif. Genium malum. Cartar. fol. 455.

104 Vir fusci, & obscuri coloris, & uisu formidabilis indutus pelle lupina sign. malum genium, socij vlixis occisi a Temesijs. Cartarius fol. 455.

105 Vir exultens in habitu pauperis dextera manu tenens pateram, & sinistra tenens spicam, siue spicas, sig. bonum euentum. Alciatus Emble. 44. & Sanctius supra eodem Emblem. V. cornu. 16. & mulier. 288.

106 Vir habens multos oculos sign. Osirim. Valerianus fol. 234. præcipue apud Eusebium.

107 Vir qui læua teneat pudendum erectum, & dextera teneat sceptrum disco, & pennis in signitum. sig. Horum siue Solem, & Priapi simulachrum pudendum signifi. semina, quæ abdita sunt in uisceribus terræ vi solis erumpere. sceptrum sign. Imperium, quod in cœlestibus, & terrestribus gerit. Discus, signifi. orbem, quo circumfertur, pennæ sign. Solis velocitatem, qua in horas 24. totum cœlum præcurrit. Valer. fol. 247.

108 Vir togatus, & aspectu studiosus sedens, in cathedra, cui ex una parte assistit Pallas, ex altera uero Venus, sed ille relicta Pallade cum Venere colloqui videtur, signif. uirum studiosum sæpe omissis libris Fœminas sectari. Alciatus Emb. 108.

104 Viri aliqui legentes poma ex arbore loto, sign. vlissis comites, qui in insulam lotophagorum profecti nequiuerunt inde auelli, ut in Ithacā redirent, ut est apud Homerum, & sign. ob externe regionis amenitatem patriam propriam derelinqui: nam ubi bonum ibi patria. Alciatus Emblem. 114.

110 Vir offerens alijs viris rostrum porci, ut solet, in anni prima die xemiola donari, sign. in dies in melius procedendum. nam porcus in pascendo non retrograditur, sed semper ante procedit. Alciatus Emble. 45.

111 Vir extollens sinistram alatam, & in dextera tenens magnum pondus, quod illum deprimit. signific. hominem ingeniosum, sed pauperem exequi magna. alæ enim sign. ingenium, sed pondus signif. paupertatem. Alciatus Emble. 120. V. Puer 10.

112 Vir egrediens domo cui mustella occurrat, sig. res malis auspicijs ceptas bene cedere nescire superstitiosi enim putant occurrisse monacho aut anui meienti, aut lepori, aut mistellæ ominosum, & sinistrum esse. Alciatus Emblemate 126.

11 Viri duo coronantes alium medium corona oliuæ quem multi alij ramis oliuæ sequuntur, sig. Athenieses ciues coronantes Thrasibulum ciuem Athemensem, qui patriam ab Tyrannide liberauit, eamque in pace quietam reddidit, sig. bonum ciuem a patria amari debere, & honorari. Alciatus Emb. 134.

114 Vir habens suas vestes annexas, & restrictas, a cicadis pro fibulis, & alter habens calceos in lunæ formam desinentes, sig. viri nobilitatem: cicada enim e terra nascit, ibi viuit, ibi canit, ibi moritur, & non alio euolat, & luna singulis mensibus nascitur, in eodem cęlo crescit, & decrescit. Athenienses enim cicadis pro fibulis, & Romani calceis lunatis utebantur. Alciatus Emble. 136.

115 Viri aliqui sedentes, & manibus abscisis in quorum medio unus teneat sceptrum itidem sedens sed cæcus, sign. statuas in foro, & curia a Thebanis positas, quæ sig. summam potestatem, & Sanctum Senatum. nam sedere eorum sign. iuridicos uiros debere esse mente graues & quieta nec animo instabiles. manus abscissæ sig. eos non debere xenias capere, cęcitas principis sign. principem solis auribus absque affectu constantem consilij acta probare debere. Alciatus Emble. 144.

116 Vir quidam regia corona ornatus stans, & tenens sinistram in qua, habet sceptrum supra dimidiam columnam, in dextera uero habet spongiam, quam cogit emittere aquam antea imbibitam, & ante ipsum sunt quidam alij, qui spectant suspensos in furca, sign. principes solere fisco suo præponere uiros quos solertes ingenio, & natura probos existimant, quos tamen pecuniæ fulgore obcęcatos per fas, & nefas diuites effectos tandem suspendunt, & eorum bona rursus fisco addicunt, quæ tamen non fisci sed subditorum erant, quod Alciatus Emb. 145. spongia enim in hoc loco sig. fures expressio, quæ manu regis fit, signifi. confiscationem.

117 Viri quidam astantes sacrificio in ara ardenti, prope quos est serpens magnus, qui ascendēs arborem comedit auiculas in Nido, sign. Græcos sacrificantes, & serpens comedens decem passeres, sign. decem annos, quibus Græci Troiam obsederunt, & hoc totum sign. ex arduis nomen perpetuum. Alciatus Emble. 131.

119 Viri duo alter flens, & sig. Heraclitum, & alter ridens, & sign. Democritum ambo vero, sig. humanæ uitæ conditionē, quæ talis est, ut non dum satis constet, plura ne sint mala in orbe lachrimanda, an plures ineptiæ deridendæ. Alciatus Emblemate. centesimoquinquagesimoprimo.

119 Vir vmbilicotenus effictus in lapide quadrato qui, lapis sit tessellatim lineatus cum titulo, nulli cedo, sig. Deum terminū, qui nec Ioui ipsi uoluit cedere, sign. diem extremam siue mortis terminū vltra quem progredi non licet, & hoc significat quòd antiqui dixerunt terminum, terminus enim extrema est rerum linea, & omnium meta, & finis, terminus signific. stabilitatem immutabilitatem, & firmitatem. Alciatus Embl. 157.

120 Vir natans clypeo sublevatus, sign. Auxilium numquam deficiens, & uerum fidumque amicum, neque uel in periculo ab amico desertum, Clypeus enim & in bello, & in aquis est fidum tutamen. Alciatus Emblemate centesimo sexagesimo primo.

121 Vir & mulier sedentes sub pomo arbore fructibus onusto, inuicem sibi dexteras tenentes, quibus catulus lusitat ante pedes, sign. fidem matrimonialem. nam in coniugio amor & fides exquiritur, & utrumque sig. canis. & quoniam hic amor & fides coitu, quodammodo redintegratur. Hoc sign. pomus arbor frugifera, est enim veneri sacra. Athlanta enim pomo superata est, & Galathea pomo petit suum pastorem. Alciatus Embl. 190.

122 Vir magnus prostratus habens circa se sexdecim puerulos uariis gestibus super ipsum colludentibus. alij enim in vlnis cubitant lusitant alij circa pectus, ipse uero pater flores atque herbas suaue olentes de sinu depromit, & in illos spargit, ex quibus alij coronas sibi texunt, alij sese in illis obuoluunt, stratique per flores somnum capiant. alij sistra quatiunt, alij subijcientes humeros, alteri scalarum uicem præbent, alij aliis iuncti ueluti catena sustolluntur. alij sonitum plausumque ab aquis excitant applosis manibus, adsunt quoque Crocodili, & fluuiales equi procul hinc summoti, & condentes se fluuio ne puerulos perterrefaciant, & ne viri senis lusum interturbent, sign. Nilum fluuium. 16. pueri, signific. sexdecim cubitus, per quos ille crescit ad fertilitatem. Nam si plures uel pauciores fuerint damnū affert. Valerianus folio trecentesimo trigesimo nono. & aduertendum quòd imago illius Senis debet esse ex lapide nigro, & licet Romæ ex pario marmore sit illud, signific. quòd Nilus ex Aethyopia in qua sunt homines nigri promanare dicatur. Imagines uero reliquorum fluminum fiunt ex lapide candido, quod sign. aquarum nitorem. Valerianus fol. 339.

123 Vir quidam regia corona coronatus, qui stans, & tenens in sinistra sceptrum, & dextera habens splenem, aliis nonnullis uiris colloqui videtur quasi indicans ægrum quendam uentre tumidum, humi iacentem, & reliqua membra admodum tenuia habentem, signif. Tyranni opulentiam esse subditorum paupertatem. nam quo magis crescit splen, eo magis reliqua membra decrescunt. & Splen sign. fiscum. Alciatus Emblem. 146.

124 Vir cæcus ferens in humeris alium virum cruribus fractum, sed videntem, sign. auxilia mutua. Alciatus Emblem. 160. V. cæcus. 2.

125 Vir habens flabellum in manu eijciens muscas & altera manu tenet cicadam per alam, signif. virum qui tenet molestos detractores, & impudentes abijcere. Alciatus Emblemate 163. & in eo Emblemate notat quosdam ludi magistros, qui in Alciatum nescio quid deblaterarant.

126 Viri duo habentes singuli tympanum, quorum unum pulsatum edit sonum: aliud uero inspicitur a suo pulsatore, tanquam non sonans, signif. uel post mortem formidolosos, nam tympana erant unum ex pelle lupi, & aliud ex ouis pelle, & ouillum ad sonum lupini obmutescebat. quod etiam factum legitur de pelle Ioannis Cischæ, siue Zischæ, de quo Aeneas Siluius 3. Comment. Alciatus Emblemate centesimo septuagesimo.

127 Viri aliquot armati in carcerem trudentes præconem qui lituo cecinerat classica, sign. peccata delinquentis, & suasoris culpam esse. nam præco alios ad bellum excitat, licet ipse non pugnet. Alciatus Emblemate centesimo septuagesimo tertio.

128 Vir tenens in dextera gladium euaginatum minitabundus sign. primam arietis faciem. & est Martis, & sign. audaciam fortitudinem, altitudinem, & inuerecundiam. Appon.

129 Vir stans & togatus, & sign. secundam faciem Arietis, & est Solis, & signific. nobilitatem, altitudinem, regnum, & magnum dominium. Appon.

130 Vir in dextera tenens falcem, & in sinistra balistam, sign. primum gradum Arietis, & hominem qui aliquando laborat, & aliquando etiam bella exercet.

131 Vir habens caput caninum, & tenens dexteram extensam, & in sinistra habens baculum, sign. secundum Arietis gradum, & sign. hominem litigiosum, & inuidum ut canis.

132 Vir dextera manu ostendens varia mundi, & habens sinistram applicatam cingulo, signific. tertium Arietis gradum, et sig. hominem qui diligat pacem.

133 Viri duo quorum vnus bipenni secat ligna, & alter tenens sceptrum, signif. quintum Arietis gradum, et sign. hominem qui futurus sit pater familias.

134 Vir crispus capillis dextera tenens accipitrem, et in sinistra habens flagellum, significat quartum Arietis gradum, et signific. hominem, qui raro ditescit, et quæ accumulauerit senex consumit.

135 Vir coronatus tenens in dextera pomum, et sceptrum in sinistra sign. sextum Arietis gradum, et hominem qui omnes suos consanguineos et uicinos suos transcendat.

136 Vir totus armatus in dextera manu sagittam tenens, signific. septimum Arietis gradum, et hominem qui seipsum custodiat.

137 Vir habens caput tectum galea, et in manu balistam tenens, sign. octauum Arietis gradum, & hominem qui sit litigiosus et occisor.

138 Vir habens caput nudum cætera bene vestitus tenens in sinistra manu gladium, sign. nonum Arietis gradum, et hominem uerbosum et qui semper miratur.

139 Vir habens caput nudum cætera vestitum trāsfigens vrsum vnum cuspide, sign. decimum Arietis gradum, et hominem uenatorem.

140 Vir stans erectus ligatus, vtraque manu cathena vna ad duas columnas, sign. quartumdecimum Arietis gradum, et hominem qui sæpius incarcerabitur.

141 Vir subtilis manu sua dextera tenens hyrcum cum cornibus, sign. tertium decimum Arietis gradum

gradum, & hominem valde mirabilem.

142 Vir habens caput nudum, & brachia extensa, & indutus lorica, sign. quintumdecimum Arietis gradum, & hominem, qui erit fur, & nequam.

143 Vir laborans cun igne signifi. sextum decimum Arietis, gradum, & hominem laboratorem.

144 Vir aquam fundens ex urceolo, sign. sextum decinum Arietis gradum, & sign. hominem piscatorem.

145 Vir ociosus stans erectus, & serico indutus sig. decimum septimum Arietis gradum, ,& hominem delicatum.

146 Vir stans lorica indutus manibus suis Thesaurum ostendens pecuniarum, signifi. decimum nonum Arietis gradum, & bominem furem, & nequam.

147 Vir coopertum habens caput galea cum penna strutij Taurum a dextris, & a sinistris equum ducens, sign. vigesimum Arietis gradum, & bominem, maleciosum.

148 Vir crispos habens capillos, & arietem equitans cornutum, signific. vigesimum quintum Arietis gradum, & hominem cupientem cito dominari ciuibus suis.

149 Vir serram tenens in manibus suis, sign. vigesimum nonum Arietis gradum, & hominem, qui se, & uxorem labore nutrit.

150 Vir tenens manus ad stiuam aratri, & habens ante se tabellam abecedariam, sign. primam faciem Tauri, & artem arandi seminandi populandi documentorum, & sapientiæ in terris, & in Geometria discendi, & est facies Mercurij.

151 Vir tenens in dextera clauem, stans, & habens sinistram extensam, sig. secundam faciem Tauri, & est Lunæ, & sig. potentiam nobilitatem dignitatem, & necessitatem super populos.

152 Vir ferula se sustentans, & claudus extendens sinistram manum, signific. tertiam faciem Tauri, & est Saturni, & signific. miseriam, seruitutem, necessitatem, & vtilitatem.

153 Vir ducens Taurum ad macellum, & tenens baculum in manu, signific. primum Tauri gradum, & hominem, qui sit futurus carnifex.

154 Vir habens tres facies, & extendens manum dexteram signific. sextum Tauri gradum, & hominem, qui futurus sit sapiens, & illustris.

155 Vir manu sua tenens flagellum, & pascens agnos, & capras in campo, signific. nonum Tauri gradum, & hominem, qui erit opilio, & bubulcus.

156 Vir baculum tenens manibus suis, signific. decimum quartum Tauri gradum, & hominem, qui compescat litigiosos.

157 Vir sedens in Asino sig. decimum sextum Tauri gradum, & hominem, qui erit piger, & tardus in omnibus.

158 Viri tres manibus se tenentes, sign. vigesimum secundum Tauri gradum, & hominem, qui erit paucæ amicitiæ.

159 Vir retro cadens in terram, sign. vigesimum tertium gradum Tauri, & hominem, qui erit infortunatus in omnibus.

160 Vir incuruatus baculo se sustentans, sig. vigesimum quartum Tauri gradum, & hominem, qui erit debilis in factis suis.

161 Vir erectus stans cum baculo sign. vigesimum quintum gradum Tauri, & hominem, qui erit fortis in factis suis.

162 Vir stans dextera manu monstrans aliquid, sig. vigesimum sextum gradum Tauri, & hominem, qui erit pacificus.

163 Vir stans & indutus dexteram manum extendens, & tenens sinistram ad cingulum, sig. primam faciem geminorum, & est Iouis, & sign. scribaniam vel Tabellionatum, numeros dandos & accipiendos, petitiones, & sapientias, in quibus non est vtilitas. Appon. Astrolabium planum Ioannis Angeli.

164 Vir ligonizans cum labore. signific. secundam faciem Geminorum, & est Martis, & sig. præssuras labores, inquisitiones rerum cum labore, & agilitates inhonestas.

165 Vir Iocularis habens multa tintinabula per fimbrias vestimenti sui, teneus in capite cucullam, & in dextera habens auem quandam, in sinistra tenens tibiam, sig. tertiam faciem geminorum, & est solis, sig. obliuionem, dedignationem, artem Iocandi, truffandi, et audiendi uerba inutilia.

166 Viri duo se mutuo manibus tenentes, sign. primum gradum Geminornm, et hominem lætum.

167 Vir unus qui duos alios ducat ligatos, sig. secundum gradum Geminorum, et sign. hominem, qui capiat fures.

168 Vir canens in cithara aleutica, sign, tertium gradum Geminorum, et hominem præbentem gaudium hominibus.

169 Vir ducens vxorem manu sua, signifi. quartum gradum Geminorum, & hominem bonum, qui sit hospitalis cum alijs.

170 Vir tenens in sinistra balistam, et in dextera habens Zonam, signifi. quintum gradum Geminorum, et sign. hominem, qui se parat ad bellum.

171 Vir tenens eleuatam in dextera manu bilancem, sign. sextum gradum Geminorum, et hominem, qui sit futurus mercator.

172 Vir faber qui cudit ferrum, et mulier stans ociosa sig. octauum gradum Geminorum, et hominem, qui fugiat laborem.

173 Vir Rex sedens, pomum habens in dextera, et sceptrum in sinistra manu, signific. nonum gradum Geminorum, et hominem, qui habebit potestatem.

174 Vir qui eleuat alium virum a terra, significat decimum gradum Geminorum, et hominem, qui amicabiliter se componat cum alijs.

175 Vir habens septem capita, sign. decimum quintum gradum Geminoruum, et hominem,

121 Vir & mulier sedentes sub pomo arbore fructibus onusto, inuicem sibi dexteras tenentes, quibus catulus lusitat ante pedes, sign. fidem matrimonialem. nam in coniugio amor & fides exquiritur, & utrumque sig. canis. & quoniam hic amor & fides a coitu, quodammodo redintegratur. Hoc sign. pomus arbor frugifera, est enim veneri sacra. Athlanta enim pomo superata est, & Galathea pomo petit suum pastorem. Alciatus Embl. 190.

122 Vir magnus prostratus habens circa se sexdecim puerulos uariis gestibus super ipsum colludentibus. alij enim in vlnis cubitant lusitant alij circa pectus, ipse uero pater flores atque herbas suaue olentes de sinu depromit, & in illos spargit, ex quibus alij coronas sibi texunt, alij sese in illis obuoluunt, stratique per flores somnum captant. alij sistra quatiunt, alij subijcentes humeros, alteri scalarum uicem praebent, alij alijs iuncti ueluti catena sustolluntur. alij sonitum plausumque absquis excitant applosis manibus, adsunt quoque Crocodili, & fluuiales equi procul hinc summoti, & condentes se fluuio ne puerulos perterrefaciant, & ne viri senis lusum interturbent, sign. Nilum fluuium. 16. pueri, signific. sexdecim cubitus, per quos ille crescit ad fertilitatem. Nam si plures uel pauciores fuerint damnũ affert. Valerianus folio trecentesimo trigesimo nono. & aduertendum quòd imago illius Senis debet esse ex lapide nigro, & licet Romae ex pario marmore sit illud, signific. quòd Nilus ex Aethyopia in qua sunt homines nigri promanare dicatur. Imagines uero reliquorum fluminum fiunt ex lapide candido, quod sign. aquarum nitorem. Valerianus fol. 339.

123 Vir quidam regia corona coronatus, qui stans, & tenens in sinistra sceptrum, & dextera habens splenem, alijs nonnullis uiris colloqui videtur quasi indicans aegrum quendam uentre tumidum, humi iacentem, & reliqua membra admodum tenuia habentem, signif. Tyranni opulentiam esse subditorum paupertatem. nam quo magis crescit splen, eo magis reliqua membra decrescunt. & Splen sign. fiscum, Alciatus Emblem. 146.

124 Vir caecus ferens in humeris alium virum cruribus fractum, sed videntem, sign. auxilia mutua. Alciatus Emblem. 160. V. caecus. 2.

125 Vir habens flabellum in manu eijciens muscas & altera manu tenet cicadam per alam, signif. virum qui tentet molestos detractores, & impudentes abijcere: Alciatus Emblemate 163. & in eo Emblemate notat quosdam ludi magistros, qui in Alciatum nescio quid deblaterarant,

126 Viri duo habentes singuli tympanum, quorum unum pulsatum edit sonum: aliud uero inspicitur a suo pulsatore, tanquam non sonans, signif. uel post mortem formidolosos, nam tympana erant unum ex pelle lupi, & aliud ex ouis pelle, & ouillum ad sonum lupini obmutescebat. quod etiam factum legitur de pelle Ioannis Cischae, siue Ziscae, de quo Aeneas Siluius 3. Commen. Alciatus Emblemate centesimo septuagesimo.

127 Viri aliquot armati in carcerem trudentes praeconem qui lituo cecinerat classica, sign. parem delinquentis, & suasoris culpam esse. nam praeco alios ad bellum excitat, licet ipse non pugnet. Alciatus Emblemate centesimo septuagesimo tertio.

128 Vir tenens in dextera gladium euaginatum minitabundus sign. primam arietis faciem. & est Martis, & sign. audaciam fortitudinem, altitudinem, & in uerecundiam. Appon.

129 Vir stans, & togatus, & sign. secundam faciem Arietis, & est Solis, & signific. nobilitatem, altitudinem, regnum, & magnum dominium. Appon.

130 Vir in dextera tenens falcem, & in sinistra balistam, sign. primum gradum Arietis, & hominem qui aliquando laborat, & aliquando etiam bella exercet.

131 Vir habens caput caninum, & tenens dexteram extensam, & in sinistra habens baculum, sign. secundum Arietis gradum, & sign. hominem litigiosum, & inuidum ut canis.

132 Vir dextera manu ostendens varia mundi, & habens sinistram applicatam cingulo, signific. tertium Arietis gradum, et sig. hominem qui diligat pacem.

133 Viri duo quorum vnus bipenni secat ligna, & alter tenens sceptrum, signif. quintum Arietis gradum, et sign. hominem qui futurus sit pater familias.

134 Vir crispus capillis dextera tenens accipitrem, et in sinistra habens flagellum, significat quartum Arietis gradum, et signific. hominem, qui raro dicescit, et quae accumulauerit senex consumit.

135 Vir coronatus tenens in dextera pomum, et sceptrum in sinistra sign. sextum Arietis gradum, et hominem qui omnes suos consanguineos et uicinos suos transcendat.

136 Vir totus armatus in dextera manu sagittam tenens, signific. septimum Arietis gradum, et hominem qui seipsum custodiat.

137 Vir habens caput tectum galea, et in manu balistam tenens, sign. octauum Arietis gradum, & hominem qui sit litigiosus et occisor.

138 Vir habens caput nudum caetera bene vestitus tenens in sinistra manu gladium, sign. nonum Arietis gradum, et hominem uerbosum et qui semper miratur.

139 Vir habens caput nudum caetera vestitum trãsfigens vrsum vnum cuspide, sign. decimum Arietis gradum, et hominem uenatorem.

140 Vir stans erectus ligatus, vtraque manu cathena vna ad duas columnas, sign. quartumdecimum Arietis gradum, et hominem qui saepius incarcerabitur.

141 Vir subtilis manu sua dextera tenens hyrcum cum cornibus, sign. tertium decimum Arietis

gradum

gradum,& hominem valde mirabilem.

142 Vir habens caput nudum,& brachia extensa,& indutus lorica,sign.quintumdecimum Arietis gradum, & hominem, qui erit fur, & nequam.

143 Vir laborans cuo igne significat. sextum decimum Arietis,gradum, & hominem laboratorem.

144 Vir aquam fundens ex urceolo, sign. sextum decimum Arietis gradum, & sign. hominem piscatorem.

145 Vir ociosus stans erectus,& serico indutus sig. decimum septimum Arietis gradum, & hominem delicatum.

146 Vir stans lorica indutus manibus suis Thesaurum ostendens pecuniarum, significat. decimum nonum Arietis gradum, & hominem furem, & nequam.

147 Vir coopertum habens caput galea cum penna struthij Taurum a dextris, & a sinistris equum ducens,sign.vigesimum Arietis gradum,& hominem,maliciosum.

148 Vir crispos habens capillos, & arietem equitans cornutum,significat. vigesimum quintum Arietis gradum, & hominem cupientem cito dominari ciuibus suis.

149 Vir serram tenens in manibus suis,sign. vigesimum nonum Arietis gradum, & hominem, qui se,& uxorem labore nutrit.

150 Vir tenens manus ad stiuam aratri, & habens ante se tabellam abecedariam,sign. primam faciem Tauri,& artem arandi seminandi populandi documentorum, & sapientiæ in terris, & in Geometria discendi, & est facies Mercurij.

151 Vir tenens in dextera clauem, stans, & habens sinistram extensam,sig.secundam faciem Tauri, & est Lunæ,& sig.potentiam nobilitatem dignitatem, & necessitatem super populos.

152 Vir ferula se sustentans, & claudus extendens sinistram manum, significat. tertiam faciem Tauri, & est Saturni, & significat. miseriam, seruitutem, necessitatem, & vtilitatem.

153 Vir ducens Taurum ad macellum, & tenens baculum in manu, significat. primum Tauri gradum, & hominem, qui sit futurus carnifex.

154 Vir habens tres facies, & extendens manum dexteram significat.sextum Tauri gradum, & hominem, qui futurus sit sapiens, & illustris.

155 Vir manu sua tenens flagellum, & pascens agnos, & capras in campo, significat. nonum Tauri gradum, & hominem, qui erit opilio, & bubulcus.

156 Vir baculum tenens manibus suis, significat. decimum quartum Tauri gradum, & hominem, qui compescat litigiosos.

157 Vir sedens in Asino sig.decimum sextum Tauri gradum,& hominem, qui erit piger, & tardus in omnibus.

158 Viri tres manibus se tenentes,sign. vigesimum secundum Tauri gradum, & hominem, qui erit paucæ amicitiæ.

159 Vir retro cadens in terram,sign. vigesimum tertium gradum Tauri, & hominem, qui erit infortunatus in omnibus.

160 Vir incuruatus baculo se sustentans,sig. vigesimum quartum Tauri gradum, & hominem, qui erit debilis in factis suis.

161 Vir erectus stans cum baculo sign. vigesimum quintum gradum Tauri, & hominem,qui erit fortis in factis suis.

162 Vir stans dextera manu monstrans aliquid,sig. vigesimum sextum gradum Tauri, & hominem,qui erit pacificus.

163 Vir stans& indutus dexteram manum extendens,& tenens sinistram ad cingulum,sig.primam faciem geminorum, & est Iouis, & sign. scribaniam vel Tabellionatum, numeros dandos & accipiendos,petitiones,& sapientias, in quibus non est vtilitas. Appon. Astrolabium planum Ioannis Angeli.

164 Vir ligonizans cum labore. significat. secundam faciem Geminorum, & est Martis,& sig.præssuras labores, inquisitiones rerum cum labore,& agilitates inhonestas.

165 Vir Iocularis habens multa tintinabula per fimbrias vestimenti sui,tenens in capite cucullam, & in dextera habens auem quandam, in sinistra tenens tibiam,sig. tertiam faciem geminorum, & est solis, sig. obliuionem, dedignationem,artem Iocandi,truffandi,et audiendi uerba inutilia.

166 Viri duo se mutuo manibus tenentes,sign.primum gradum Geminorum, et hominem lætum.

167 Vir unus qui duos alios ducat ligatos,sig.secundum gradum Geminorum,et sign.hominem, qui capiat fures.

168 Vir canens in cithara aleutica,sign,tertium gradum Geminorum, et hominem præbentem gaudium hominibus.

169 Vir ducens vxorem manu sua,significat.quartum gradum Geminorum, & hominem bonum, qui sit hospitalis cum alijs.

170 Vir tenens in sinistra balistam,et in dextera habens Zonam,significat. quintum gradum Geminorum, et sign.hominem, qui se parat ad bellum.

171 Vir tenens eleuatam in dextera manu lancem, sign. sextum gradum Geminorum, et hominem, qui sit futurus mercator.

172 Vir faber qui cudit ferrum,et mulier stans ocio sa sig.octauum gradum Geminorum,et hominem, qui fugiat laborem.

173 Vir Rex sedens,pomum habens in dextera, et sceptrum in sinistra manu, significat. nonum gradum Geminorum, et hominem, qui habebit potestatem.

174 Vir qui eleuat alium virum a terra, significat decimum gradum Geminorum, et hominem, qui amicabiliter se componat cum alijs.

175 Vir habens septem capita,sign. decimum quintum gradum Geminorum, et hominem,

qui habeat multos sensus.

176 Vir sine manibus stans, & ociosus significat decimum septimum gradum Geminorum, & hominem, qui erit nullius vtilitatis.

178 Vir miser baculum ferens, sign. decimum nonum gradum Geminorum, & hominem, qui erit uiator.

179 Vir in equo sedens, significat vigesimum primum gradum Geminorum, & hominem, qui erit cliens.

180 Vir decrepitus sustentans se baculo, sig. vigesimum tertium gradum Geminorum, & hominem, qui miser erit, & ociosus.

181 Vir tenens in manibus librũ apertum, sig. vigesimum quintum gradum Geminorum, & hominem, qui erit studiosus.

182 Viri duo, qui singulos ducant canes laqueo, sign. trigesimum gradum Geminorum, & hominem, qui erit venator principium.

183 Vir habens cornu quo sonat, & habens hastam & canem Venatorium, & odoratorium, sign. tertiam faciem cancri, & est lunæ, & venationis, insequendi fugientes, habendi res per arma, & rixas, contrarian dihominibus.

184 Vir & mulier manibus iuncti, ut simul lętantes, sig. primum gradum Cancri, & hominem, qui erit lætus, & amabilis.

185 Vir tenens capram in olla ærea, sign. sextum gradum Cancri, & hominem, qui erit fatuus.

185 Vir ducens capram cum Zona, sign. septimum gradum Cancri, & hominem, qui sit futurus carnifex.

187 Vir tenens cistam in manu dextera, signif. decimum gradum Cancri, & hominem, qui erit laboriosus.

188 Vir ferens animalis pellem in humero suo sig. duodecimum gradum Cancri, & hominem, qui erit cerdo.

189 Vir cuspidem habens in dextera manu, & in sinistra fistulam tenens, sign. decimum nonum gradum Cancri, & hominem, qui erit tristis.

190 Vir stans ociosus signifi. vigesimum secundum gradum cancri, & hominem, qui erit piger.

161 Viri duo sedentes sub arbore, & aucam siue anserem in arbore aspicientes, signifi. vigesimum octauum gradum Cancri, & hominem, qui erit ociosus. Astrolabium planum Ioannis Angeli.

192 Vir suspensus in patibulo siue furca, sign. vigesimum nonum gradum Cancri, & hominem, qui erit fur.

193 Vir equitans Leonem sig. primam faciem Leonis, & est Saturni, crudelitatis maleficiorum violentiarum, sustinendi labores, audaciæ, & libidinis. Astrolabium planum Ioannis Angeli.

194 Vir habens in dextera gladium euaginatum, & in sinistra clypeum tenens digladiaturus, sign. secundam faciem Leonis, & est Iouis, & est rixarum nescientium, & necessitatis miserorum victoriæ utilium per nescios occasionum trahendi enses, et præliorum.

195 Vir stans iuuenis bene indutus, dexteram porrigens ad flores, & in sinistra tenens auem, sig. tertiam faciem Leonis, et est Martis, et amoris, societatis, non cedendi, et dimittendi de suo pro rixis euitandis.

196 Vir stans et tenens in dextera caput Leonis, significat primum gradum Leonis, et hominem, qui erit fortis.

197 Vir sedens in scabello tristis, signif. tertium gradum Leonis, et hominem, qui erit tristis.

198 Vir tenens gladium euaginatum manu dextera, sign. sextum gradum Leonis, et hominem litigiosum alijs resistere volentem.

199 Vir equitans Leonem sign. septimum gradum Leonis, et hominem, qui fortis erit viribus, et uir sapiens.

200 Vir ornatus, se bene uestitus sign. nonum gradum Leonis, et hominem, qui erit superbus.

201 Vir stans et ociosus sig. quartumdecimum gradum Leonis, & hominem, qui erit ociosus.

202 Vir ducens equum freno significat decimum nonum gradum Leonis, et hominem, qui erit cliens.

203 Vir tenens clauem manu sua, signif. vigesimum primum gradum Leonis, et hominem, qui erit hospitalis.

204 Vir Iacens, ut mortuus, signifi. uigesimum secundum gradum Leonis, et hominem, qui debilis erit.

205 Vir habens duo capita, significat uigesimum tertium gradum Leonis, et hominem, qui erit sensus diuersi.

206 Vir tenens manu sua dextera feram, sig. uigesimum quartum gradum Leonis, et hominem, qui meditetur sapientiam.

207 Vir natans in aquis, significat vigesimum quintum gradum Leonis, et hominem, qui erit piscator.

208 Vir ligone laborans significat vigesimum sextum gradum Leonis, et hominem, qui erit laborator.

200 Vir cum falce in dextera sua manu signi. vigesimum septimum gradum Leonis, et hominem qui erit laboriosus.

210 Viri tres simul sapientes sig. vigesimum octauũ gradum Leonis, et hominem qui ociosus erit.

211 Vir et mulier manibus se mutuo tenentes, sig. vigesimum nonum gradum Leonis, et hominem, qui erit dilectus.

212 Vir in equo sedens, ut seruus, sign. trigesimum gradum Leonis, et hominem, qui erit seruiens alienis.

213 Vir Rusticus seminans granum, signif. primam faciem virginis, et est solis, et seminandi arandi herbarum populationum, congregandi diuitias, et dirigendi victum suum. Astrolab. planum. Ioannis Angeli.

214 Viri duo mercatores simul colloquentes signif. secundam faciem virginis, et est Veneris; et lucrationum inquirendi substantiam, congregandi suare, et faciendi auari, et surgendi cum viribus hominum.

215 Vir

215 Vir senex deambulans cum baculo, sign. tertiam faciem Virginis, & est facies Mercurij, & senectutis. debilitatis pigritiæ, detrimenti membrorum propter infirmitatem euellendi arbores, & depopulandi populationes.

216 Vir tenens in manu sua librum rationum, sign. tertium gradum Virginis, & hominem, qui sit futurus mercator.

217 Vir arans cum bobus, significat quartum gradum Virginis, & hominem, qui erit laborator campi.

218 Vir sedens sub arbore abiete, significat octauum gradum Virginis, & hominem, qui erit pastor.

219 Vir bene ornatus stans ociosus pomum tenēs in manu sua. sig. decimum gradum Virginis, & hominem, qui spaciator erit.

220 Vir niger facie, rubeis indutus vestimentis, sig. duodecimum gradum Virginis, & hominem, qui erit malus.

221 Vir sedens in equo, vt seruus, sig. decimum nonum gradum Virginis, & hominem, qui erit cliens famulator.

222 Vir stans, manu dextera tenens aurum, & sinistra argentum, sign. vigesimum primum gradum Virginis, & hominem, qui erit diues.

223 Vir nauicula nauigans in aquis, signifi. vigesimum tertium gradum Virginis, & hominem, qui erit nauta.

224 Vir proijciens funda lapidem, sign. vigesimum quintum gradum Virginis, & hominem, qui erit litigiosus.

225 Viri duo mutuo colloquentes, sign. vegesimum sextum gradum Virginis, & hominemem, qui erit disciplinatus.

226 Vir mutus stans, & quietus, sig. trigesimum gradum Virginis, & hominem, qui erit fatuus.

227 Vir sedens habens multos libros apertos, qui est togatus, sign. primam faciem libræ, & est lunæ, & iustitiæ iuris, & veritatis, retrahendi fortes malos a debilibus, adiuuando miseros, & pauperes. Astrolabium planum Ioannis Angeli.

228 Vir sedens in pulchra Cathedra togatus, signif. secundam faciem libræ, et est Saturni, & est quietudinis, ubertatis, & bonæ vitæ quietæ, & securæ.

229 Vir stans, & tenens in dextera vas quoddam, & in sinistra tenens farcimen. sig. tertiam faciē libræ, & est Iouis, & est gulositatis, Sodomitatis, cantationum, hilaritatis, & sequendi malos sapores.

230 Vir stans, & tenens in utraque manu hastas, sig. primum gradum Libræ, & hominem, qui erit pugnator.

231 Vir clericus cum thuribulo, sign. secundum gradum libræ, & hominem, qui erit religiosus.

232 Vir habens manus, & pedes incuruatos, sig. tertium gradum Libræ, & hominem, qui erit miser, & laboriosus.

233 Vir arans campum cum equis sig. quartum gradum Libræ, & hominem, qui erit laborator campi.

234 Vir qui quadrupes trahat a se ipso aratrum, sig. sextum gradum Llibræ, & hominem, qui erit laborator sine sensu.

235 Vir manu dextera tenens anulum aureum, sig. septimum gradum Libræ, & hominem, vel fœminam, qui sint amatores.

236 Vir manu dextera tenens gladium euaginatum in altum, sig. nonum gradum Libræ, et hominem, qui erit litigiosus.

237 Vir niger facie, et manibus sed albus pedibus sig. vndecimum gradum Libræ, et hominem, qui tardus erit, et instabilis.

238 Vir et mulier, qui eant unus horsum, et altera aliorsum sign. decimum gradum libræ, et hominem, qui erit contentiosus, et ab alijs diuisus.

239 Vir equitans asinum aut equum sig. vigesimum primumgradum Libræ, et hominem, qui erit equester et seruus.

240 Vir phisicus vrinam per uitrum respiciens, sig. vigesimum tertium gradum Libræ, et hominem, qui erit medicus.

241 Vir qui sit centaurus scilicet a capite pubetēus homo, a pube ad pedes equus percutiēs baculo Draconem, sign. vigesimum quartum gradum Libræ, et hominem, qui erit robustus.

242 Vir leonem baculo percutiens, sign. vigesimum sextum gradum libræ, & hominem, qui erit uictor belli.

243 Vir cum pede calcans batillum, & fodiens terram sig. vigesimum octauum gradum libræ, & hominem qui erit laboriosus.

244 Viri duo pugnantes inter se sig. primam faciem Scorpij, & est Martis, & rixarum, scelerum deceptionum, detractionum, perditionum, & insidiarum. Astrolab. planum Ioannis Angeli.

245 Vir sedens & habens ante se duos canes se inuicem mordentes sign. secundam faciem Scorpij, & est Solis, & est inuasionum, detectionum, ponendi malum, & rixas inter homines, & reunendi rixas, quas incipiunt.

246 Vir sedens in Elephante, signific. primum gradum Scorpij, & hominem, qui erit fortis, & stabilis.

247 Vir stans, & tenens hastam in manu sua, sig. secundum gradum Scorpij, & hominem, qui erit fur, & nequam.

248 Vir stans ociosos, sign. tertium gradum Scorpij, & hominem, qui erit malus, et ociosus.

249 Vir cui desunt partes inferiores, signi. quintum gradum Scorpij, et hominem, qui erit imperfectus in factis suis.

250 Vir sedens, marsupium habens in dextera, et sciphum aureum in sinistra manu, signific. septimum gradum Scorpij, hominem, qui erit mercator.

251 Viri caput habens faciem multum tortuosam, sign. decimum gradum Scorpij, et hominem, qui mirabilis erit opinionis.

252 Vir Scorpionem tenens cum cauda, signific. undecimum gradum Scorpij, & hominem, qui erit inuidus.

253 Vir sedens in Camelo, significat vigesimum gradum scorpij, & hominem, qui erit fortis.

254 Vir vestes deferens humeris suis, signifi. vigesimum sextum gradum Scorpij, & hominem, qui sit spoliator.

255 Viri duo stantes, & mutuo loquentes sig. vigesimum septimum gradum Scorpij, & hominem, qui erit iocundus, & socialis.

256 Vir sedens librum habens apertum, sig. vigesimum nonum gradum Scorpij, & hominem, qui erit studiosus.

257 Vir totus stans, & tenens gladium in sinistra significat primam faciem sagittarij, & est Mercurij, & audaciæ libertatis, & miliciæ. Astrolab. planum.

258 Vir sedens & plorans sign. secundam faciē sagittarij, & est Lunæ, & timoris ploratus, dolorum, & timendi semper de suo corpore.

259 Vir stans habens biretum in capite cum pinna, & tenens in dextera baculum, sign. tertiam faciem sagittarij, & est Saturni, & sequendi voluntates suas, & non remouendi se abillis, contrariandi cedendi agilitatis in malo rixis, & rebus abhorribilibus.

260 Viri tres stantes sine capitibus, signifi. primum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit religiosus, & iustus.

261 Vir iaculans cum balista, sig. secundum gradum Sagittarij, & hominem qui erit litigiosus toto tempore vitæ suæ.

262 Vir in ariete sedens cum uestimento flammeo, & ardente sig. tertium gradum, Sagitarij, & hominem, qui erit litigiosus.

263 Vir gestans hastam in humero suo sign. quartum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit spoliator.

264 Viri duo taxillis ludentes in mensa, signif. Octauum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit lusor.

265 Vir equitans hircum, signif. duodecimum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit contraria tor ceterorum hominum.

266 Vir stans ligatis manibus in dorso, significat tertiumdecimum gradum Sagittarij, & hominem qui ligabitur.

267 Vir togatus stans, & in manibus habens librum apertum, sig. decimum quartum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit doctus.

268 Vir penes equum sellatum ambulans, sign. decimum quintum gradum Sagittarij, & hominem, qui timidus erit.

269 Vir decriptus se baculo sustentans signifi. decimum septimum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit multum orans.

270 Vir autem tenens eum cauda, & alia manu habens facem accensam, sig. decimum Octauum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit auceps.

271 Viri tres ambulantes, & brachijs se se ducentes, signifi. vigesimum gradum sagittarij, & hominem, qui iocundus erit, & socialis.

272 Vir stans in ornatu doctoris, sign. vigesimum secundum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit latro, & homicida.

274 Vir se se transfigens gladio, sig. vigesimum quartum gradum Sagittarij, & hominem, qui sibi ipsi damnum inferat.

275 Vir euomitans in terram, sig. vigesimum quintum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit crapulosus, & laboriosus.

276 Vir ludens ligniculo, sig. vigesimum sextum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit hostis, & Iocosus.

277 Vir pendens manibus significat vigesimum septimum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit Iocosus.

278 Vir sedens in camelo, significat vigesimum octauum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit fortis.

279 Vir se reuolués de lecto in lectum, signif. vigesimum nonum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit puerilis.

280 Vir tenens in manu dextera soleam equinam ferream, sign. trigesimum gradum Sagittarij, & hominem, qui erit faber.

281 Vir tenens in manu sinistra crumenam, & habens pallium deambulans, sig. primam faciem Capricorni, & est Iouis, Sapciandi gaudendi lucrandi, ac perdendi cum debilitate, ac vilitate Astrolab. planum Ioannis Angeli.

282 Vir stans, & habens in aere ante se auem quasi augurium captans, significat secundam faciem Capricorni, & est Martis, & petendi res, quæ sciri non possunt, & postulandi ea, quæ ad finem peruenire non possunt.

283 Vir sedens habens ad mensam & ante se nummos, & crumenam, significat tertiam faciem Capricorni, & est Solis, & est cupiditatis gubernandi substantiam, non sufficiendi sibi ipsi, & suspicandi.

284 Viri duo similes in forma, sig. primum gradum Capricorni, & hominem, qui erit amicabilis, & iocundus.

285 Vir deferens arundinem, signifi. secundum gradum Capricorni, & hominem, qui erit sine potestate.

286 Vir deferens canes humeris suis, significat sextum gradum Capricorni, & hominem, qui erit litigiosus.

287 Viri duo colloquentes cum muliere, & stantes sig. septimum gradum Capricorni, & hominem qui erit iocosus.

288 Vir cadens in terram, sign. nonum gradum Capricorni, & hominem, qui erit debilis.

289 Vir deferens in utraque manu upupam, signif. decimum gradum Capricorni, & hominem qui erit auceps aut uenator.

290 Vir rex coronatus sedens & accipiens litteras a nuncio genuflexo, sig. undecimum gradum Capricorni, & hominem, qui erit nuncius Principis.

291 Vir velociter currens, sign. duodecimum gradum Capricorni, & hominem qui erit velox.

292 Vir deferens humero pellem hyrci, sig. tertiumdecimum

decimum gradum Capricorni, & hominem qui erit carnifex. Astrolabium ut supra.

293 Vir habens caput accipitrinum totus nudus, & albus sig. Lunam accipere a Sole lucem. quod accipiter sign. Solem. Cartar. f. 116.

294 Vir habens coronam pineam in capite, & duo cornicula in fronte, auriculas caprinas, faciem rubeam, & flammeam, barbam longam super pectus, pellem pardi maculis ornatam habens pedum in manu sinistra, & in dextera fistulam septem tibijs compactam, a pube usque ad pedes omnia sunt caprina, sign. Deum pana qui sign. uniuersum. Cornua sign. radios Solis & Lunæ, uel sign. artem Astronomiæ, & effectus cœlestes in res inferiores. Facies purpurea sig. ignem elementis superiorem contiguum sphæris cœlestibus. barba longa sign. aerem, & ignem elementalem, uel sign. illa duo elementa esse naturæ masculinæ, & infundere in aquam & terram tanquam in Elementa fœminea. pellis maculosa sig. octauã sphæram stellis ornatam, pedum sign. naturam curare omnia, uel propter tortuositatem sig. annum. Fistula cum septem cannis, sign. septem sphæras planetarum. uel sign. Deam Echum a Pane amatam. Tibiæ & pedes Caprini sign. terram arboribus, et plantis hispidam. Vel iste uir signif. Solem omnium rerum Dominum. Cornua sign. effigiem nouæ Lunæ ab ipso Sole in Luna effectam. Facies rubea sig. rubor in quem facit Sol in Oriente, & Occidente, barba sign. radios Solis in terram usque productos, pellis maculosa signific. stellas, quæ Solis discessu apparere uidentur. Virga siue pedum sig. uim & potestatem, quam habet Sol super omnes res. fistula sign. harmoniam cœlorum, quæ fieri a Sole existimabatur. aliquãdo fert in manu ramum cupresi, propter memoriam Cyparisi ab ipso amati. aliquando habebat pinum in manu, uel sertum ex pino in capite, quod sig. Pitim iuuenem ab illo amatam. sicuti Siringam. Cartarius f. 143.

295 Vir genu se inclinans & genuflectitur, signific. quintumdecimum gradum Capricorni, & hominem qui erit nobilis. Astrolab. Planum Ioannis Angeli.

296 Vir equum equitans non frenatum, signif. sextum decimum gradum Capricorni, & hominem, qui erit sine potestate.

297 Vir nudas habens partem superiorem, & partem inferiorem uestibus tectum sedens super Tribunali, & tenens in sinistra sceptrum, & in dextera uel victoriam, uel aquilam, sig. Iouem. pars superior nuda signif. Deum manifestare se superioribus intelligentiis, & pars inferior uestita, sign. Deum non posse a nobis uideri dum hic sumus. quod sedet sig. Deum qui omnia regit, & seruat, semper est stabilis, & firmus, neque unquam mutatur. Sceptrum in sinistra sign. omnia a Deo uitam habere, sicuti cor in sinistra parte crear spiritus, & uitam præbet, & corpus uiuificat. aquila uel victoria sign. Deum superiorem cunctis cœlestibus, sicut aquila cunctis uolatilibus. Victoria sign. Deum esse omnium inferiorum rerum Dominum, uti sunt homines uictoria. Cartar. f. 143.

298 Vir habens ante se duo magna dolia, & uoluens modo hoc, modo illud, & extrahens modo ex uno modo ex alio aliquid, & immittens in mundo, signifi. Deum Dominum esse rerum bonarum, & malarum, et immittere modo has, et modo illas in mundum, sicuti sibi placet. Cartarius folio 143.

299 Vir tenens in manu bilancem auream, & modo declinans istam, & modo illam sig. Iouem, siue Deum immittere uel bonum uel malum, ut lubet alicui. Cartar. f. 145.

300 Vir Ceruleus stans, & tenens in sinistra circulum stellis ornatum in dextera, sceptrum habens in uertice capitis, pennam in ore tenens ouum, ex quo exit puellus, significat apud Aegyptios creatorẽ. Penna sign. Deum creatorem difficile posse inueniri. Sceptrum signifi. illum esse Regem. Circulus signifi. Deum dum in se ipso uoluitur, dare uitam mundo. Ouum sign. mundum. Puellus sign. Vulcanum. Vulcanus sign. illum calorem qui in mundo præbet uitam rebus cunctis. Cartar. f. 145.

301 Vir habens pedes distortos, & implexos cum ueste uaria, & multorum colorum, quę totum usque ad pedes illum tegit. Sustinens cum capite magnam pilam rubeam, sign. mundum. Cartar. f. 146. pila sig. orbem esse rotundum, pedes distorti & implexi sign. mundum non mutare locum. uestis varia sign. stellarum naturam esse uariam. Cartar. f. 146.

302 Vir cum capite canino, sign. decimum septimũ gradum Capricorni, & hominem qui erit litigiosus. Astrolab. planum Ioannis Angeli.

303 Vir habens in capite coronam regiam, & flammis micantem, & in occipite uellus lucidum indutus ueste alba, super quam est pallium quod uidetur uitreum stellis micantibus pictum, & tenens in dextera manu duo poma, unum aureum, & alterum argenteum & aureum, & in sinistra siringam, cũ fidelibus nouẽ in pedibus habet calceos smaragdinos, & sedet super pannum intextum pannis pauoninis, & sub pedibus habet tridentem, sig. Iouem. Cart. f. 147.

304 Vir per medium diuisus a capite ad pubem sig. decimum octauum gradũ Capricorni, & hominem qui erit pusillanimus. Astrolab. Planum Ioannis Angeli.

305 Vir habens quatuor pedes, & stans ociosus, sig. decimum nonum gradum Capricorni, et hominem qui quiescet, cum operari debeat.

306 Vir Togatus tenẽs in dextera librum apertum, sign. uigesimum primum gradum Capricorni, & hominem, qui erit doctus.

307 Vir fodiens batillo terram, sign. uigesimum secũdum gradum Capricorni, & hominem qui erit laborator.

308 Vir mulierem ducens manu, signif. uigesimum tertium gradum Capricorni, & hominem qui erit amator.

309 Vir

309 Vir concinnans dolia a vino ſignifi. vigeſimum quartum grsdum Capricorni, & hominem qui erit artifex.
Aſtrolabium ut ſupra.

310 Vir ſine auribus ſign. apud Cretenſes Iouem, qui ſign. principem non debere aures prębere alicui, ſed conſtantem exiſtere, & a iure non diſcedere. Cartar. fol. 147.

311 Vir habens quatuor sures apud Lacedæmones ſign. Iouem, qui ſign. principem prudentem eſſe debere, & audire quidquid de eo loquantur populi. Cartar. fol. centeſimo quadrageſimo ſeptimo.

312 Vir habens tres oculos ſign. Iouem, qui ſignif. principem debere omnia videre, & ſibi nihil occultum relinquere, vel ſig. Iouem tria habere regna cœli, terræ, & maris. Carta. f. 149.

313 Viri ſine manibus apud Thebanos ſig. Iudices non debere muneris, uel doni quicquam accipere. Cartar. fol. 150.

314 Vir ſine oculis apud viros ſine manibus ſignifi. principem ſuperiorem iudicibus non debere moueri vlla paſsione, neque reſpicere ad perſonas, ſed tantum ad equitatem intẽtum eſſe. Cartar. fol. 150.

315 Vir tenẽs ambabus manibus fulmen tamquam illud emiſſurus ſigu. Iouem ſcelerum vltorem, ſiue Iouem Horcium. Cartar. fol. 150.

316 Vir a dextris, & mulier a Siniſtris, & puer in medio qui uir, & mulier dent inuicem dexteras ſig. Iouem fidium, qui vir ſign. honorem, mulier ſign. veritatem, & puer ſign. fidem ſeruatam. Cartar. fol. 153.

317 Vir Iuuenis, & nudus niſi quod habet Cothurnos, & in dextera tenet pateram, & in ſiniſtra Thirſum, in cuius vertice erat Aquila, ſig. Iouem apud Arcades. Cartar. f. 155. & habebat Coronam è Pampino vitis.

318 Vir factus ex auro, & ebure ſedens in ſede regia, & habens in capite Coronam factam ad ſimilitudinem foliorum Oliuæ tenens in dextera victoriam ſimiliter Coronatam, & in ſiniſtra tenens ſceptrum factum ex variis metallis, ſuper quod eſt Aquila, & habet pallam auream intextam per formas varias animalium, & florum omnis generis, quáuis ſint plura lilia, & in ſede in qua ſedet ſunt inciſa multa animalia, & ab vna parte capitis habet tres gratias, & ab altera tres horas, & quatuor victorias tamquam pedes ſuſtinentes eum, ſig. Iouem apud Eleos. Cartar. fol. 156.

319 Vir tenens in dextera fulmen, & in ſiniſtra haſtam, & ſedens in alto Tribunali, ſig. Iouem Cuſtodem. Cartar. fol. 157.

320 Vir ſedens ſuper duos Tauros, ſig. Iouem Cuſtodem. Cartar. fol. 157.

321 Vir Stans, & nudus tenens in dextera haſtam, & in ſiniſtra fulgur. ſign. Iouem ſtatorem. Cartar. fol. 157.

322 Vir Stans, & habens in dextera duas ſagittas, & in ſiniſtra haſtam ſig. Iouem conſeruatorem. Cartar. fol. 157.

323 Vir habens in dextera victoriam, & in ſiniſtra haſtam ſignif. Iouem vniuerſi conſeruatorem. Cartar. f. 157.

324 Vir nudus, & ſedens habẽs in dextera fulmen, & ſuper brachium ſiniſtrũ pellem Caprinam, ſignifi. Iouem aliquando caſtigare ſecundum merita, quod in pelle deſcribat omnes actiones humanas, & fulmine puniat ſcinoroſos. Cartar. fol. 160.

325 Vir nudus, & ſtans cum bipenne in dextera manu, & habens ad femur ſiniſtrũ, ubi aptatur enſis, Cultrum Carium ſign. Iouem Labradeum, propter bipennem à Carij Labradam dictam. Cartar. f. 162.

326 Vir habẽs in ſiniſtra Aquilam, & in dextera Iaculum ſign. apud Leontinos Iouem. Cartar. fol. 163.

327 Vir cum Iugo ſuper collum, & cum compedibus ferreis apud pedes ſignific. matrimonium. Cartar. fol. 193.

328 Vir manu dextera deferens auem, ſignif. vigeſimum quintum grsdum Capricorni, & hominem qui erit nobilis. Aſtrolab. planum Ioannis Angeli.

329 Vir Iacens proſtratus in graminibus, ſig. vigeſimum ſeptimum, gradum Capricorni, & hominem qui erit debilis.

330 Vir deferens terram in capite ſign. vigeſimum octauum, gradum Capricorni, & hominem, qui erit diues.

331 Vir Togatus, & ſedens ſuper ſcamnum, ſign. ſecundam faciem Aquarij, & eſt Mercurij, & eſt formoſitatis intellectus manſuetudinis, cum modeſtia bonorum morum complementi ſuę figuræ, & liberalitatis. Aſtrolab. planum Ioann. Angeli.

332 Vir Stans, & extendeas dexteram. ſig. Tertiam faciem Aquarij, & eſt Lunæ, & eſt detectionum, & diffamationum.

333 Vir qui in vtraque manu tenet auem. ſign. primum gradum Aquarij, & hominem qui erit auceps.

334 Vir vtrsque manu tenens caput ſuum, ſignific. ſecundum gradum Aquarij, & hominem, qui erit triſtis.

335 Vir vna tantúm manu tenens caput ſuum, ſig. tertium gradum Aquarij, & hominem, qui erit plenus dolore.

336 Vir equitans Theſaurum ſuũ recluſum in arca ſign. quartum gradum Aquarij, & hominem, qui erit mercator.

337 Vir ludens ligniculo, ſig. ſextum gradum Aquarij, & hominem, qui erit Iocoſus.

338 Vir vnus alium eleuans a terra, ſig. nouum gradum Aquarij, & hominem ocioſum.

339 Vir qui una manu tenet cathenam, ſignif. octauum gradum Aquarij, & hominem, qui non poſsideat ſe.

340 Vir ſenex mœſtus, vultu melancholicus, capillis canis tenẽs in dextera draconem euomentem igneas flãmas tectus cęrulea veſte, & in ſiniſtra tenens falcẽ, & aliquãdo cum propriis filijs in ſinu, quos vorat ſign. Saturnum, qui ſign. tempus. Senex eſt quod ſignifi. tempore in creatis

rebus

rebus nihil antiquius; næstus, quod secundum poetas expulsus fuit è regno à filio, vel secundum mathematicos, quod nati sub illo fiant mesti, uel quod sign. successus rerum infelices, illius senectus sig. etiam illum dominũ Aquarij signi frigidissimi, & Capricorni similiter. Capilli Cani sig. illum in illis signis efficere rores pruinas, & nines, falx sign. illum inuenisse agriculturam, filij ab eo vorati signif. tempus omnia consumere, serpens in dextera sign. illum extremum anni, vestis Cerulea sign. illius frigiditatem aqueam, illum delectari adolescentulis in sacrificio oblatis, sign. dęmonium delectari effusione sanguinis humani. Augustinus Ferétullus in tractatu de ætatibus mũdi.

341 Vir stans sine Capite, sign. decimum gradum Aquarij, & hominem, qui erit sine potestate. Astrolab. Planum Ioannis Angeli.

342 Vir armatus sine Capite sign. vndecimum gradum Aquarij, & hominem, qui erit nobilis, sed sine potestate.

343 Vir armatus, qui regem prostratum percutiat, sign. duodecimum gradum Aquarij, & hominem qui erit dominator regis.

344 Viri multi equites armati sig. decimum tertium gradum Aquarij, & hominem, qui erit litigiosus, aut raptor.

345 Vir tenens in manu sua pedem humanum amputatum, & stans signific. decimum quartum gradum Aquarij, & hominem qui erit tristis.

346 Viri duo in vnicorno sedentes, sign. decimum quintum gradum Aquarij, & hominem, qui erit litigiosus.

347 Vir tenens ignem in manu sua, sign. decimum sextum gradum Aquarij, & hominem qui erit laborator igne.

348 Vir tenens in manu caput humanum amputatum, sig. decimum nonum gradum Aquarij, & hominem, qui habeat potestatem.

349 Vir vestibus indutus supine iacens in terra prostratus, sign. vigesimum primũ gradum Aquarij, & hominem qui erit infirmus.

350 Vir qui securi truncat manus, & pedes alteri sig. vigesimum secundum gradum Aquarij, & hominem qui erit maleficus.

351 Vir plorans, & tegens se manu sig. vigesimum quartum gradum Aquarij, & hominem qui semper erit tristis.

352 Vir armatus caput, humeros, pectus, manus, & femora, qui habebat super femur pharetram, & ensem utrinque incidentem, & in dextera lanceam longam, & in sinistra Clipeum, & videbatur progredi, sign. milites cum in hibernis fuerint, veris initio debere in militiam prodire, & ideo sign. ver primum. Eustathius, lib. 4. Ismenij.

353 Vir cum capite aperto habens capillos, & barbam implicitos, brachia nuda pedes usque ad genu nudos, induměntum in pectore apertum, pectus totum valde pilosum, & totus robustus habens ad pedes capram, quæ parturiebat, et ille videbatur fistulam inflare, sig. tẽpus, quando pastores exeunt è caulis ad pascua in quo tempore capræ pariunt. Eustathius lib. quarto Ismenij.

354 Vir in medio prati herbosi, et pleni floribus variis, qui molliter gradiebatur pedibus nudis habens faciem pulchram, et teneram, cuius comę per humeros spargebantur, cum serto in capite facto ex rosis rubeis, et albis indumentum talare insertum auro, et floribus uariis quod mouebatur à vento signific. Maium mensem inquo viri, et mulieres genio, et amori indulgent. Eustathius, libro quarto. Ismenij.

355 Vir in medio prati tenens falcem, qua fenum secatur, qui erat rusticus habens in Capite sertum ex lino maturo, et habens Iaculum rustico more, illius capilli erant per humeros sparsi ita ut gula tota videretur, indumentum rusticum, brachia nuda, et pedes usque ad genu nudos signifi. Iunium mensem, in quo linum, et fenum est maturum. Eustathius, lib. quarto. Ismenij.

356 Vir in agro tritici, cum falce metens triticum, et sinistra legens manipulos, habens in capite pileum, quo à sole defenderetur, reliquũ corporis penè nudum, nisi quantum pudor prohiberet sig. Iulium mensem, in quo messores legunt triticum. Eustathius, lib. quarto. Ismenij.

357 Vir nudus ante balnei ianuam existẽs, videbatur nondum bene ablutus, et videbatur bibere ex calice, quem in dextera ad os habebat, et sinistra tenebat ad vmbilicum paruulum pannum, quo tegeret pudenda, sig. Augustũ mensem, tempus Caniculare in quo homines majori afficiũtur Calore, et balneis, et vino utuntur. Eustathius lib. 4. Ismenij.

358 Vir habens coxendices, et tibias, et pedes nudos, qui ante se aperiebat fontem vini, habens capillos per humeros sparsos tenẽs in sinistra vitem, et digitis vindemians racemos, quos cum dextera ad os appositos videbatur vti torcular premere, vti faciunt rustici, cum pedibus sign. Septemb. mensem, siue vindemiam. Eustathis lib. 4. Ismenij.

359 Vir iuuenis emittens primam lanuginem, habens in capite lineum velamen subtilissimũ, et indumentum lineum vsque ad cingulum corpori astrictum, inde vero satis latum, ita ut ventus facile illud subleuaret, habens pedes usque ad genua nudos, tenebatque auicularum caueas, et frondes in prato infixas, et multos laqueos subtiles, quibus aues caperentur sign. Octob. mensem, in quo venationi indulgetur.

360 Vir stimulans boues trahentes aratrum, qui habebat pileum laneũ in capite indumentum, & caligas laceras vultus, inerat illi niger, & Sole fuscus, cuius capilli per humeros pendebant non multum quod a pileo premerentur, habebat barbam longam & implexam. & cum sinistra videbatur hum. scribere labores humanos, sign. Nouemb. mensem, in quo fit Satio. Eustathius lib. 4. Ismenij.

361 Vir colore medio inter fuscum, & candidum, & indumentum, neque lacerum, neque bene ornatum, sed mediocre: barba erat illi qualis solet esse illis, qui eam mediocriter curant. habebat in sinistra calathum plenum seminibus, quæ seminabat in agro arato sig. Decemb. mẽsem in quo fit satio. Eustathius lib. 4. Ismenij.

362 Vir iuuenis corpore robusto, & aspectu animoso, qui videbatur canes excitare ad uenationem ferarum, illius comę erant restrictæ & ornatæ, vestimentum videbatur assutum corpori, sed a zona usque ad genua decenter dilatatum. hic uidebatur tendere laqueum leporibus extollens sinistram, & cum dextera canibus blandiebatur, sign. Ianuariũ, in quo venationi ferarum incumbitur. Eustathius lib. 4. Ismenij.

363 Vir senex indutus pellibus, & habens pedes, & manus nudas sedens ad caminum, in quo erat ignis copiosus, & ille cum prunicipe videbatur prunas ad se attrahere, erat ualde crassus, sign. Februar. in quo sit frigus maximum. Eustathius lib. 4. Ismenij.

364 Vir hastam magnam deferens, sign. vigesimum quintum gradum Aquarij, & hominem qui erit fur & nequam. Astrolab. Planum Ioannis Angeli.

365 Vir bibens ex uasculo sig. uigesimum octauum gradum Aquarij, & hominem qui erit latus.

366 Vir in equo sedens tenens gladium euaginatũ in manu sua, sign. uigesimum nonum gradum Aquarij, & hominem qui erit litigiosus.

367 Vir Rex coronatus sedens in throno cum sceptro sign. trigesimum gradum Aquarij, & hominem, qui erit quietus & regnans.

368 Vir baiulus qui habet gerulam in dorso & baculo furcato se sustentans, sig. primam faciem piscium, & est Saturni, & est anxietatis, cogitationum multarum, itinerum, mutandi se de loco ad locum, inquirendi substantiam & victũ. Astrolab. Planum.

369 Vir nobilis et bene Indutus stans, et tenens dexteram eleuatam, sign. secundam faciem pisciũ, et est Iouis, et est se multum appretiandi, uoluntatis altę, petendi, ac intromittendi se de rebus magnis et altis.

370 Vir et mulier manibus sibi inuicem abblandiẽtes sign. tertiam faciem piscium, et est Martis, et est fornicationis, et amplexationis, magnæ delectationis cũ mulieribus, et diligẽdi quietes.

371 Viri duo insimul vnum caput tantum habentes, sig. primum gradum Piscium, et hominẽ qui erit litigiosus, et instabilis.

372 Vir in terra sedens, signifi. secundum gradum piscium, et hominem qui erit rusticus.

373 Vir cunem comedens siue panem, sig. tertium gradum piscium, et hominem qui erit pistor.

374 Vir manu tenens nolam siue campanam, sign. septimum gradum piscium, et hominem qui erit custos Ecclesiæ.

375 Vir in lacu sedens, perisama habens in manu sign. octauum gradum Piscium, et hominem qui erit balneator.

376 Vir cum hastili peregrinantium in manu, et ambulans peregre sign. nonum gradum piscium, et hominem qui erit religiosus.

377 Vir laborans cum pistillo in mortario sign. decimum gradum piscium, et hominem, qui erit laboriosus.

378 Vir incedens cum baculo super humero, sign. vndecimum gradum piscium, et hominem qui erit uagus.

379 Vir iuuenis bene ornatus retro respiciens, sign. duodecimum gradum piscium, et hominem qui erit otiosus.

380 Vir et mulier in equis spatiantes, sig. decimum tertium gradum piscium, et hominem qui erit otiosus.

381 Vir ligna incidens in sylua, sig. decimum quartũ gradum pisciũ, et hominẽ qui erit laborator.

382 Vir habens cultrum euaginatum, sig. quintum decimum gradum piscium, et hominem, qui se paret ad litem.

383 Vir deferens auem uel gallum in manu, sig. decimum sextum gradum piscium, et hominem qui erit nobilis.

384 Vir in aquam se mergens, sign. decimum septimum gradum piscium, et hominem qui erit sine sensu.

385 Viri duo equestres armati, et mutuo bellantes sign. decimum octauum gradum pisciũ, et hominem qui erit litigiosus.

386 Vir gladio se transfodiens, sign. decimum nonum gradum piscium, et hominem qui erit causa suæ mortis.

387 Viri duo alter alterum gladio se transfigentes sign. vigesimum primum gradum piscium, & hominem qui erit homicida.

388 Vir & mulier iacentes in lecto sign. uigesimum quartum gradum piscium, & hominem qui erit lascivus.

389 Vir lapidem proijciens funda sign. uigesimum quintum gradum piscium, & hominem qui erit litigiosus.

390 Vir nudus vrinam suam proijciens, sign. vigesimum septimum gradum piscium, & hominem qui erit impudicus.

391 Vir prope equum ambulans tenens manu vna auem, & altera serpentem, signif. uigesimum octauum gradum piscium, & hominem qui erit mirabilis sensuum. Astrolab. Planum. Ioan. Angeli.

392 Vir qui læua tenet ramum oliuæ, & in dextera genium habet, sig. Adrianum qui sortem quã ex carmine Vergiliano de Imperio sortitus fuit, uoluit ostendere se non minus quam Numa iustitia, & integritate præditum fuisse. Valer. f. 385.

393 Vir togatus habens ramum oliuæ in numis Seueri sign. pacem ab Imperatore compositam. Valer. f. 385.

394 Vir qui tollit oliuæ ramum, cum inscriptione pax æterna sign. Philippum patrem Imperatorem. Valer. f. 385.

395 Vir iuxta illud Hieremiæ 3. Vulgo dicitur, si vir dimiserit vxorem suam &c. sig Deum, & vxor

sign.

sign. animam, siue vir sign. Cristum D. N. & vxor, sign. Ecclesiam. Abbas Ioachum in Hierem. fol. 9.

396 Viri Iuda, ut est Hierem. 4. auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Hierusalem, sig. ecclesiæ prelatos, sicuti habitatores Hierusalem, sign. ecclesiæ subiectos. Ioach. in Hierem. fol. 11.

397 Vir iaciens lapidem, quem mordeat Canis, sig. vnum peccare, & alium plecti, nā Canis mordet lapidem, qui nil mali fecit, & fur qui aufert bona herilia abit immunis a morsu. Alciatus Emblemate centesimo septuagesimo quarto. vide Canis.

398 Vir Rex qui faciat ligare hominem viuum, cum homine mortuo, sign. Mezentium Regem, & sign. parentes, qui in matrimonio locant filias suas uiris, uel senibus, uel Gallico morbo confectis, & alijs ægritudinibus incurabilibus maceratis. Alciatus Emblem. 197.

399 Vir facie pulcherrimus habens capillos aureo colore, totum reliquum eius corpus videtur flammeum, habens pennas ad pedes, qui sunt ornati ardentissimis carbunculis, siue piropis habens pallium auro, & purpura cōtextum in sinistra clypeum lucidissimum, & dextera porrigens facem accensam, sig. Apollinem Deum apud antiquos. Erizzus fol. 657.

400 Vir & mulier quasi fugientes, sed supra eos est alatus senex cum falce sig. secundum Sambucum, quæ sequimur fugimus, nosque fugiunt, sed fortian melius sign. mortem assidue nobis imminere. Sambucus fol. 23.

401 Vir senex porrigens alicui iuueni sedēti sceptra, sign. Lycurgum, qui nepoti imperium, quod per se tenere poterat renunciauit, quod sig. in consanguineos pietatē potius seruandā, quam imperium contra ius fasque tenendum esse. Sambucus fol. 27.

402 Astrologus, & alius uir rusticus permutantes propria instrumenta ex Regis mandato, qui præsens sedet in equo quasi venatū iturus, sig. plus experientiam ualere quam scientiam, secundum Caballaram, vel secundum Sābucum, fol. 28. sign. plusquam Diomedis, & Glauci permutationem, sed Emblema est uanū, quod ex dialogismo pendet, Astrologus enim dixerat futuras pluuias, & rusticus negarat, & rustici experientia certa, & Astrologi scientia futilis euasit.

403 Vir habēs currum paruum, quem attrectat, sig. Mirmecidem, qui fecit currum quadriiugum tam paruum quem musca contegeret alis, sig. molestiam uanam, uanum est enim tantum laboris in re inutili insumere. Sambucus, folio 31.

404 Vir inspiciens in sole, & cæcutiens, & alius vir de cœlo cadens sign. vel phaetontem, & Icarum, uel quemuis alium alta nimis affectantem. Sambucus f. 32.

405 Vir sedens, & dormiens, sed in manu habens pomum, uel pilam æneam quæ dormientem, si caderet in vas suppositum, excitaret, sign. vel Alexandrum, uel Iulium Cæsarem, idem agētes, ut uigiles ad negocia persisterent. Sambucus. fol. 33.

406 Vir sedens humi, & manu tenens librum apertum, in quo sunt littere, supra caput habet ensem cornucopiæ, & falcem, cū titulo inscripto consilium, sign. omnia consilio peragenda. Sambucus fol. 34.

407 Vir pingens virum armatum in cuius manu sit fulmen Iouis sig. Apellem pingentem Alexandrum cum fulmine, ut crederetur Iouis filius, sig. nimium adulantem, Apelles enim a Lisippo reprehensus fuit ea de re, ipse vero eundem Alexandrum ære duxit, & tantum hastam illi attribuit. Sambucus fol. 36.

408 Vir fodiēs terram, & Scrobem faciens, & alius qui nummos in arca attrectat, secundum Sambucum fol. 39. sign. benignitatem per similitudinem, ut sicut terra quamuis excauata non imminuitur, sic pecunia elargita nō perit, neque elargiens fit pauperior.

409 Vir quidam prostratus humi, & alter stans tenens manum in Crumena, sed terga vertens prostrato, & respiciens puellum quendam habentem in capite altare quoddā, quod medium tenēt duo cornua copiæ, quæ itidē puellus complectitur, sign. secundum Sambucum folio quadragesimo, diuitias subitas esse obliniosas.

411 Viri duo digladiantes, quos duo alij togati, & senes aspiciunt, & puellus extrahens sortes ex duobus vasis sig. apud Sambucum fol. 43. fortunam audaces iuuare.

412 Viri duo inter se colloquentes armati sig. apud Sambucum fol. 45. laudem ex fine approbandam, de quo Symbolo videat ipse, ex illius ne verbis videtur dubiū esse an sint Homerus, & Vlixes ab poeta πολύμητις vocatus an Achilles, vel Aiax, & Vlixes. Emblem. 30.

413 Vir volens percutere cum baculo serpentem iam dimidium ingressum in fissuram, sed elabentem, sign. apud Sambucum, fol. 47. remedium tempestiuum adhibendum, & subito occurrendum malo.

414 Vir qui sues pedibus ligatas fune domum cōducit, & sæpe per lutum ab illis trahitur, sign. bona, & pura esse amanda non autem culinas, & dapes paratas. Sambucus fol. quadragesimo octauo.

414 Vir rusticus bubalo arans, sed tarde peragens opus, bubalus enim neque stimulo, neq; verbere nisi tarde mouetur, sig. ignauum, semper disciplinam spernere. Sambucus fol. quadragesimo nono.

416 Vir conspiciens aues egredientes de fenestra sua, sig. Annonem qui aues domi docebat, ut de se foris loquerentur, & hoc sign. ridiculam ambitionem. Sambucus fol. 60.

417 Viri duo togati quorum vnus legit, & alter nescio qui in digitos facit, sign. non lectorem, sed tantum prudentem fieri, praxis enim pluris est quam lectio. Sambucus fol. 62.

418 Vir abiiciens muscas, & ceruu subditus in siluis sign.

sign. temerarios ignorantes abijciendos esse, quos sig. muscæ, et ceruus sbditus in syluis sig. colentes literas, qui sunt mites nec nugaces. Sambucus f.66.

419 Vir toto corpore pulcher, sed intus totus vitiosus sign. pulchritudinem non in corpore, sed in animo collocandam. neque exteriori formæ et colori credendum, sed interiora videnda. Sambucus f.69.

420 Vir armatus, et in equo, ante quem multi milites armati stant, ipse uero in dextera habet veluti tria poma, in sinistra fert vexillum in quo sunt picta. Galea Caducæus, Horologium, et pyramis, illum sequitur mulier stans habens in dextera temonem nauticum, et rotã ad pedes in sinistra tenet cornucopiæ, signific. idoneum Imperatorem, utpote qui sit fortis eloquens moderatus pacis amator, quemque fortuna sequatur. Sambucus f.72.

421 Vir tenens in manu ouum ex quo pullus erumpit, signifi. spem certam. Sambucus folio octuagesimo primo.

422 Viri duo extollentes manus suas ad hamos, quos de cœlo manus diuina demittit, et alter qui nudus in os apertum cœli sese demittens, sign. Deum ōmnem inuitum trahere, et neminem cogere. Sambucus f.87.

423 Vir agricola, uir miles, vir mercator, et cuiusuis alterius conditionis sperōtes quisque instrumenta artis suæ, et abijcientes, sign. neminem sorte sua cōtentum uiuere, iuxta illud: Qui fit mœcenas etc. Sambucus f.91.

424 Vir cum pallio cætera nudus habens in manu dextera imaginem puellæ alatæ, quam respicit, in sinistra tenet baculum cui implicitus est serpens, habet in capite galerum: noctua et gallina adsunt ad pedes, est barbatus, sign. Aesculapium. Imago sig. salutem siue valetudinem, gallina sign. uictum ægroto conuenientem, noctua sign. in nocte dolores fieri grauiores. barba prolixa, sig. medicum iuuenem non debere ægroti suscipere curam. Aesculapius dicitur ab imberbi natus barbiger, ut sign. medicum debere credere morbum posse in hora subito mutari, & occasionem non amittere. Sambucus f.89.

425 Vir suauians mulierem sign. venenum occultũ siue, ut ait Sambucus, dulce venenum. Sambucus f.97. viperæ enim coitus sig. luxuriam esse suaue malum.

426 Vir tenens manum dexteram in crumena, & cum sinistra enumerãs nescio quos numulos duobus seruis, sign. seram parsimoniam. Sambucus f. 102.

427 Vir acuens ferrum ad cotem, & alij duo uiri aspicientes cadauer humi prostratum, sign. sapientiam insipientem. nam sicuti cos non incidit, sed facit incidere, ita sensus non sapiunt, sed faciunt sapere. Sambucus folio centesimo tertio.

428 Vir calcans botrum vuæ immaturæ sub pedibus, & puella renuens alium botrum, signifi. tempore cuncta mitescere. nam & vua, & puella mitiores fiunt tempore. Sambucus fol. 104.

429 Vir accipiens crumenam plenã pecunia, & tradens alteri chirographum, sig. versuram facere. Sambucus fol. 105.

430 Vir aureos nummos proiiciens sign. stultitiam opes pati, nam sæpe qui diuites sunt abutũtur diuitiis in res nocentes. Sambucus fol. centesimo decimo secundo.

321 Vir nudus in medio circuli, qui habeat 12. signa Zodiaci ordinatim signata, sed planetarum signa in viri figura ita sunt disposita, Mercurius est ad linguam, Saturnus in splene, Iupiter in hepate, Mars in corde, Sol in cerebro, Luna in stomaco, Venus in genitalibus, sign. hominis eas partes tueri à planetis illis. Sambucus fol. 118.

432 Vir frangens nuces dentibus, & panem incidẽs cultro signif. consuetudinem prauam difficile posse abijci, nuces enim quæ duræ sunt ferro frangendę potius, quam dentibus, & panis qui mollis est dentibus potius, quam ferro comminuendus. Sambucus fol. centesimo vigesimo nono.

433 Viri ludentes ad pilam, sig. temporis iacturam. Sambucus fol. 133.

434 Vir vnus stans, & tenet in manu pilam, & manus vna è nubibus exiens tenens aliam pilam, quasi illam viro missura sit sign. Deos secundare incepta, quibus volunt. Sambucus. fol. 134.

435 Vir capiens tirum serpentem, dum se exuuiis spoliat, sign. res tempestiue factas prodesse, nam Tirus si eo tempore capiatur, nulla venena Theriacis dabit. Sambucus, centesimo trigesimo sexto.

436 Vir euellens ramum aureum de arbore, & ad inferos pergens, antequem sit Canis triceps, sig. Tolerantiam omnia superare. Sambucus fol. 147.

437 Vir tenens ensem nudum in dextera, in cuius sinistra, sit caput Medusæ, apud quem sit mulier sonans Tubam super equum alatum, & iuxta quem sit templum in cuius culmine sit noctua, sign. Perseum, qui occidit Medusam adiutus clipeo Palladis, & per orbem volans super pegasum, quod sign. virum prudentem superare libidinem, Medusa sign. libidinem, Clipeus Palladis sign. prudentiam, mulier in equo alato sign. famam euulgare prudentes actiones per orbem. Sambucus fol. 148.

438 Vir grauis indutus talari toga docens tres iuuenes sedentes ante se sub platano, & post illum est mulier pectore nuda, sedens sub arbore habẽte fructus, quæ in dextera tenet hastã in sinistra cornucopiæ, sign. Socratem docentem philosophiam in practicam ponendam, quod nil aliud sig. quam Phisicam, & Ethicam. Sambucus fol. 150.

439 Viri duo quorum vnus ad se attrahat cordam arcus, & Sagittas intendens in multos armatos, secundum Sambucum f. 151. sign. in spe fortitudinem esse.

440 Vir

440 Vir euoluens in flumine quædam roboris frusta, sig. apta esse recipienda, robora enim in aquis lapidescunt, & cætera ligna putrescunt. Sambucus fol. 156.

441 Vir & mulier tenētes in manu vermes sericeos illos admirantes sig. felicitatem indignam, uel super fluuam. Sambucus f. 157.

442 Viri insequentes super equos alios fugiētes, & quasi pauidos sign. hominis conditionem sibi consciam esse, Nam insequentes sunt domini, & fugientes, & pauidi sunt serui. Sambucus. fol. 185.

443 Viri asportantes onera, & opes ex qoodam oppido, & alius, uir nudus, qui retro respiciat, sig. publica priuatis semper anteponenda, sicuti Codrus, & Curtius. Sambucus. fol. 160.

444 Vir equitans cum catillis ante se, sig. Canum fidelitatem, qui herum suum nunquam derelinquunt. Sambucus fol. 164.

445 Vir armatus in curru militari, cui Mars in nubibus videtur gladium offerre, signifi. numina cœlestia semper esse presto ducibus, ut nihil gerant sine diuino consilio. Sambucus. fol. 169.

446 Viri duo fortes trahentes dexteram ansam vasis in quo sit cornucopiæ, & mulier uetula, & puer trahentes ansam sinistram, sig. studium, & laborem vincere in capiendis occasionibus, vas enim cum cornucopiæ signific. vtilitatem. Sambucus fol. 170.

447 Vir qui lectū sternere videatur ne hominis vestigium in eo appareat, sig. multam apud antiquos fuisse tori reuerentiam. Samb. f. 176.

448 Viri duo quorum vnus tenet tabellam, & alter in ea pingit, & est canis fugans furem currentem, est Taurus cornupeta, est Serpēs, & Scorpius, sign frontis nullam esse fidem, nam canis signatam, Taurus signifi. furorem, Serpens, & Scorpius, sign. venenum, homo vero prima fronte non cognoscitur bonus ne an malus. Sambucus fol. 177.

449 Vir ornatu regio, & coronatus laurea, qui pugione videatur velle tranafigere alium virum senem a duobus satellitibus captum, & ligatū, sign. tirannnm pro ratione vti uoluntate, idem etiam, signifi. lec. & Silurus. Sambucus. fol. 180.

450 Vir habens multos alembicos, & tenens nescio quid super ignem, sig. alchimicam vanitatem. Sambucus fol. 185.

451 Vir diademate regio coronatus sedens pro tribunali, & habens ante se virum, qui ei librum apertum ostendat, & qui sedet tenet in dextera gladium euaginatum, circa quem serpēs est inuolutus, sign. æquitatem. Sambucus. f. 187.

452 Vir sonans lyram, ante quem sit vipera super mensa, & pixides nonnullæ, quas atrectant alij viri, sig. ex discordibus rebus sæpe concordiam per artem fieri, sicuti in lyra, & in theriaca. Sambucus fol. 188.

453 Viri duo habentes in manibus caput hominis tabrefacti, & alius vir qui effodiat terram quasi aliquid inuenturus, sig. antiquitatis studium multos delectare. Sambucus fol. 191.

454 Vir inspiciens in speculo non habente post se plumbum, ita quod nulla reddatur imago, sig. Sordidam amicitiam, ut pote in qua non reddatur gratia. Sambucus fol. 201.

455 Viri duo æque armati abblandientes sibi, & canes canibus colludentes, sig. simile a simili non lędi. Sambucus fol. 202.

456 Viri tres genuflexi, coram exercitu aspicientes equum hinnientem, sig. Darium equi hinnitu regem factum, quod sign. sortem ingeniosam. Sambucus fol. 203.

457 Viri interficientes se ipsos, & alij qui ignem in domibus accendant, alij qui parietes scalis ascendant, sig. intestinas simultates euertere familias domos, & vrbes. Sambucus. f. 206.

458 Viri a pirata captiui facti a vento in propriam patriam appulsi liberantur a suis cogniti, & pirata suspenditur, sign. periculum authori nocere, uel sigo. sortis mutabilitatem. Sambucus fol. 208.

458 Vir ductus ad suppliciom a multis satellitibus, sign. Antiphontem poetam innocentē à Dionisio tiranno occisum, qui poeta noluit sibi faciem velari, quod sign. nihil in vita præter culpam detestandum. Sambucus fol. 209.

460 Viri portantes munera intromittitur per portam, & alij nihil portantes escluduntur per aliam portam, sig. Temporis nostri auaritiam. Sambucus fol. 197.

461 Viri duo colloquentes, quorum vnus sit tectus pelle uulpina, signifi. in amicitia multos esse fictos, & fraudulentos fallacesque. Sambucus fol. 198.

462 Vir iuuenis arans, & seminans penè nudus sig. tempestiue cauendum cuique ætati. Sambucus fol. 199.

463 Vir habens magnum pondus carnium, quas furto subtraxerat colloqur sibi cum sacco appenderat, cum vero somno correptus saccum super scabello appodiasset saccus adhuc collo appensus furem strangulauit. sign. pœnam sequi furantem. Sambucus fol. 209.

464 Viri pugnantes, & una pars alteram propellat, sign. semper licere propria defendere. Sambucus fol. 211.

465 Vir euellens virgas sanguine guttantes ante quem sit ara cum sacrificio, signif. Aneam qui cognouit Polidori internetionem, dum sacra pararet, signific. etiam nullum facinus admitti quod vel insensata non demonstrent. Sambuc, fol. 214.

466 Vir sedens pro tribunali, ante quem sint duo alij, qui disceptant litigiose, ubi sint duo capita humana, quorum unum splendere in aere uideatur, aliud vero teneat linguam exertam, iuxta quod sit manus hominis, sig. Litem, Sergij, Gratidij, & Auratæ, sign. quoque ius, & Philosophiam apud Sambucum fol. ducentesimo uigesimo primo.

467 Vir ostēdens mulieri manū stringentē spongia aquam emittentē, sig. fiscū non debere trāsire

in auaritiæ uiscum. Sambucus. fol. 124.

468 Vir nudus totus vnctus, & muscis tectus nesciens eas abigere, sign. tepiditatem in homine, & alius totus debilis, & paraliticus, sign. conatum circa aliquod negotium, alius videbatur ebrius, & somnolentus, cum vase vini pleno, & sacculo panis ad cincturam, & sign. somnolentiam, quartus erat crassus sine pedibus, & manibus corpulentus, & sedebat super equum crassum, sig. ociositatē, quintus habebat magnum saxum supra caput, et tenebat faciem velatam, & manus cathena ligatas, quæ cathena ab ore egrediebatur, sig. dilationem, sextus habet pedem dextrum asininum, & sinistrum capreoli, & in humero dextro alam aquilæ, & in sinistro magnum lapidem pendentem, sig. tarditatem, septimus habebat celum fractum, & malleū sine manubrio, sig. negligētiā, octauus sedebat supra simiam, & tenebat clauam sine manubrio, & securim in manu, sig. imperseuerantiam, nonus equitabat animal quod habebat sex pedes duos primos capreoli, secundos equi, & tertios hominis, sig. remissionem, siue humuliationem, decimus habebat omnia, mēbra diuisa in multas partes, sig. dissolutionem, vndecimus habebat totam carnē perforatam veluti cribrum, in capite habebat vas terreum, & a foraminibus exibat vrina, & tibus, à uase exibat aqua sig. inertiam, Duodecimus totus nudus lentus lutosus, manus tenens sub brachiis, & carnes proprias rabie deuorans, sign. pigritiam, tertius decimus habens duo capita, & quatuor manus, quæ ministrabant cibum, & potum, sig. indeuotionem, quartus decimus totus turbatus cum pectore aperto ostendens cor quod vermis rodebat, sig. tristitiam, quintus decimus tantum crassus, & corpulentus, & ociosus, & sibi displicens mortem vocabat fugientem, sign. tedium vitæ, sextus decimus senex decrepitus euellens sibi barbam, & capillos, sign. desperationem, & isti erant Comites Accidiæ. Nazarius somnio. 2. cap. 3.

469 Viri plures vel pedestres, uel equestres, qui alius alium sequantur currentes, cum luminibus accensis in aliquam ciuitatem, uel quod vnus alteri lumen præstet, sequenti scilicet, sig. ludum addictum Prometheo, uel Mineruæ, uel Vulcano, qui ludus sig. uel Prometheum ignem è cœlo furtim detulisse, uel sign. Mineruam præesse igni cœlesti, uel sign. Vulcanum præesse igni nostro materiali, vel sig. humanæ vitæ cursum in quo præcedens sequenti vitæ lumen relinquit. Cart. in prologo lib. de imaginib. Deorum fol. 12.

470 Vir senex male indutus, sine ulla re in capite cū falce in dextera, & in sinistra tenens nescio, quid pannis inuolutum, quod videtur ingurgitare uelle, ad cuius pedes sunt quatuor pueli, signif. Saturnum Deum qui signif. tempus. Saturnus senex sign. tempus fuisse ab initio in separatione elementorum, Saturnus male indutus signifi. homines ab initio temporis non curasse vestium pompas, Saturnus cum capite nudo sig. in initio illius ætatis, veritatem fuisse apertam, Saturnus cum falce, sig. tēpus omnia recidere, Saturnus deuorans illud inuolutum sig. omnia in tempore nata, & per tempus cōsumpta, Saturnus cum quatuor puellis signifi. tēpus, cum quatuor elemētis. Cartarius. f. 41.

471 Vir senex seminudus habens in dextera serpentem veluti circulum sibi caudam comedētem, in capite uellus uiride gradiens, gradu lento sign. Saturnum. Serpens sign. annum, vellus viride sign. ver, capilli & barba cani sign. niues & pruinas hiemales, gradus tardius sig. reuolutionem tardam sphæræ ipsius Saturni. Cartar. f. 42.

472 Vir senex habens in capite serpentem inuolutum, & in dextera caput capri, & in sinistra caput leonis sig. Saturnum, tria capita Serpentis, apri, & Leonis sign. tria tempora præteritum, præsens, & futurum.

473 Vir senex habens regale indumentum, & habens duos oculos ante, & duos retro, & quatuor alas, duas extensas, & duas depressas super humeros, & habēs quoque in capite duas alias alas expansas. Oculi duo uigilabant, & duo dormiebant, & alę in humeris, similiter duæ uolabant, & duæ quiescebant alternatim sign. Saturnum, qui sign. tempus, oculi sign. quod tempus & vigilat, & dormit, & alæ in humeris sign. quòd tempus uolat & quiescit, duæ alæ in capite, sign. una cognitionem per mentem & alia sig. cognitionem per sensum. Cart. f. 44.

474 Vir unus dictus, ut est 1. Reg. cap. 1. sig. hominem qui sibi sit constans, minimeque in diuersa diuisus. Origenes supra 1. Regum hom. 1. & D. Ambrosius institut. Virgin. & Lauretus in uerbo vnitas in Appendice Numerorum.

475 Vir sine barba tenens brachium dextrum eleuatum, & in manu habens scuticam, & in sinistra tenet fulgur, & spicas sign. Iouem, & Apollinem eandem habere potestatem. Cartarius f. 56.

476 Vir habens quatuor aures, & quatuor manus sig. Apollinem Deum, quod ea forma pro Lacedæmoniis pugnasse sit visus. Cartar. folio septusgesimo, vel signifi. prudentiam, quòd qui prudens est, plus audit quam loquatur, uel plus facit quam promittat. Cartarius f. 70.

477 Vir indutus uesta talari, habens caput leoninum, stans in antro, & extrahens bouem ex antro cum cidari, uel ornatu Persico in capite sign. Solem, caput leoninum sign. quòd Sol in Leone habet suam uim maiorem, uel signific. quòd Sol inter cætera luminaria, est veluti leo inter feras, manens in antro signif. quando Luna ei opponitur & Sol ecclipsatur, uel sign. apud Persas neminem ad res sacras admittendum, nisi prius in quodam antro præbeat inditium suæ fortitudinis & patientiæ. Cartarius f. 71.

478 Vir æneus nudus apud Achæos tenens pedes indutos, quorum alter premebat Caluarium bouis, sign. Apollinem bobus delectatum. Cartarius f. 73.

479 Vir

479 Vir indutus loricis tenens in dextera hastam, in cuius capite erat imaguncula victoriæ, et tenens in sinistra florem quem porrigere uideatur, ab humeris habens pannum pendentem, in quo erat caput Medusæ serpentibus scatēs; et apud eum Aquilæ nonnullæ, quæ uolare viderentur, et ad illius pedes tres imagines fœmineæ, quas serpens multis giris circumflectebat. Vir ipse habebat barbam longam et acutam, et in capite tenebat canistrum, sign. Apollinem, barba sign. Solis radios in terram è coelo dimitti. Canister sign. ignem cęlestem, e quo Solem constare credebant antiqui, hasta et lorica sign. Martem, qui sig. Solis uehementem ardorem; victoria in apice hastæ sign. omnia uirtuti Solis cedere, flores signific. rerum pulchritudinem quas temperatus calor excitat et nutrit, imagines muliebres sig. vna terrā aliæ duæ mulieres sig. vna materiā, ex qua fiūt omnia, et alia sign. naturam formantem omnes res, Serpens sign. tortuosam solis uiam, Aquilæ sign. uelocitatem et altitudinem Solis; pannus cum capite Medusæ quod erat ornamentum Mineruæ, sig. Solis eam uim quæ illuminat humanos intellectus. Cartar. f. 77.

480 Vir seminudus stans, et habens radios descendentes, apud quem est mulier sedens super leones, et bene induta; et habens suos radios ascendentes uir. sign. Deum Adad, qui sign. Solem, et mulier sign. Deam Adargatem, quæ sig. terram, quod Sol demittit radios; et terra sursum emittit leones fig. quod Phrigij existimabant suam Deam trahi a leonibus, quæ sig. terram. Cartar. f. 79.

481 Vir altus triginta cubitis habens in capite galeam in altera manu arcum, et in altera hastā apud Lacones sig. Apollinem quamuis arma sig. Martis insignia. Cartar. f. 80.

482 Vir habens caput a sinistra parte abrasum, et a dextera capillatum, signif. Solem, quamquam non uideamus eum, habere tamen facultatem redeundi sicuti capilli renasci possunt. Cartarius fol. 80. uel capilli sign. eam partem anni in qua dies sunt longiores, capilli uero abrasi sig. dies hiemales breuiores, scilicet.

483 Vir seminudus stans, et habens in capite mediā mensuram, et in sinistra baculum lineis distinctum, et alteram mensuram, qui tenebat dexteram suam supra caput serpentis. qui circūligabat corpus quoddam in tria capita desinens. Leonis, Lupi, et Canis, signif. Deum Serapim qui sign. Solem, quòd simulachrum sig. homines in omnibus rebus conuenienti mensura uti debere: vel simulachrum illud sign. Nilum flumen, illud flumeo debere tantum effluere, et longe progredi tantummodo, si Aegyptum fęcundare deberet, sed simulachrum habens serpentem circundantem tria capita sign. tres partes temporis, leonimū sig. tēpus pręsens, caninū sig. futurū, et caput lupi sig. tēpus præteritum, serpens sign. tēpus ipsum cōplectens has tres partes, ꝙ tempus cōficitur a Sole, et ideo sub eius manu esse effingitur. Cartar. f. 81.

484 Vir conflatus ex omni specie metallorum, et lignorum, et tam magnus, ut manibus extensis, Templi utrumque latus attingeret, signifi. Deum Serapim apud Alexandrinos Aegypti. Cartar. f. 83.

485 Vir iuuenis, & pulcher indutus pulcro ornatu sedens in magno, & alto tribunali, ante quem sunt quatuor, vas primum ferreum, è quo viuę flammę exeūt, & vocatur caput vulcani, secundum erat argēteum plenum serenitatis et æris temperati, & vocatur visus iouis, Tertium est plumbeum, & plenum pluuię, frigoris, pruinę & niuis, & vocatur mors Saturni, quartū erat vitreum perlucidū, apud quod magis extabat vir ille, & erat plenum cuiusque seminis, quod aer in terram effundit, & vocatur vber Iunonis, è quibus uasis uir ille extrahebat modo ex hoc modo ex illo id, vnde uel uitam, uel mortem haberent mortalia, quādo vitam tribuere vellet, mittebat manum in argenteum uas, vbi erat aer temperatus, et in uas uitreum, vbi erat semen vitæ. si vero mortem intentaret emittebat è ferreo uase uel flammas, è plumbeo frigus, & niues &c. sig. Solem cum suis qualitatibus afferre mortalibus uel uitam, uel mortem. Cartarius fol. 84.

486 Vir senex cum barba longa bene indutus, sedēs super magnum, & altū tribunal, habens in manu dextera baculum nodosum, et sinistram tenens supra caput serpentis, et habens ad pedes suos canē, sig. Aesculapiū Deū, serpēs sign. uigilantiam, quam habere debet prudens medicus, Canis sig. Aesculapium nutritum fuisse illius lacte, sed ego existimarē sign. fidelitatem in medico necessariam. Baculus nodosus sign. difficultatem medicinæ: habet quoq; in capite sertum laureum, quod sign. illam arborē multum valere ad medicinam. Cartarius f. 86.

487 Vir stans, & indutus interula cum indumento succincto, & imberbis tenens cum sinistra limbum indumenti, & in gremio habens uarios fructus, in dextera uero gestans duos Gallos sig. Aesculapium Deum, Galli sig. uigilantiam medici. Cartarius fol. 86.

488 Vir iuuenis indutus palliolo talari stās, et tenēs in dextera nucem pineā, et in sinistra sceptrū, et ad eius pedes erat serpens inuolutus baculo sig. Aesculapium Deum. Cartarius. f. 86.

489 Vir indutus tunica lanea, et pallio, quo totus tegitur præter manus faciem, et pedes, sign. Aesculapium apud Corinthios. Cartarius. f. 92.

490 Vir premens pede murem signific. Apollinem Smirneum, quod Sol purgās terram non permittit gigni ex corruptione. Cartar. fol. 92. vel propter fabulas, cum sacerdotis ipsius Apollinis tum etiam propter oraculum Cretensis colonię, cui mures abrosere clypeorum uincula. Cartarius. fol. 93.

491 Vir tenēs arcum, eum sagitta percussurus lacertam sig. Apollinem, quod Sol suis radiis purgās terram non permittit animalcula illa gigni ex putrefactione. Cartarius. f. 93.

492 Vir habens in capite coronam ornatam 12.

lapillis,cuius facies primo obtutu videtur pueri,tum iuuenis,exinde vero frigidi senis,io sinistra clypeum splendentem in dextera facem accēsam,corpus quod videatur flammeum, & ornato indumento intexto purpura & auro, pedes alatos & carbunculis refertos,sig. Apollinem Deum. Cartar. f. 196.

493 Vir nudus cum capite Arietis loco capitis humani,& totus cęruleus signif.Lunam, ꝙ Luna coniuncta Soli in Ariete sit magis humida. Cartarius f. 96.

594 Vir vnus persequens mille homines, vt est Isa. cap. 30. sig. mentem boni doctoris confutantem multitudinem hæreticorum. D.Hieron. supra Isai. 30. & Lauretus in uerbo unitas in Appendice numerorum.

495 Vir cuius erat species æris,ut est Ezech. 40.sig. prædicatorem.Lauretus in uerbo æs.

495 Vir afferens mille argenteos pro fructu vineę, vt est Cant.8.sign.hominem,qui omnia temporalia pro Christo D.dimittat. D.Greg.sup. Cant.8.

496 Vir equitans super equum ruffum, siue sanguineum,& stās inter myrtos,vt est Zach.cap.1. sig.Christum D,habentem corpus suũ in morte sanguine rubefactum in pugna,in qua vicit diabolum. & hic vir equitans dicitur etiam.

497 Vir pugnæ, ut est in Exod. Archangelus Burgonouensis in 31. Conclus. Cabal.Pici.

498 Vir apud Hebræos dicitur איש isc, in cuius dictionis medio est iod, littera diuinitatis, quæ sig.in homine masculo inesse diuinitatē animę scilicet partem Nessamah uocatam, cum qua venari possumus Deum.mulier vero non habet hanc potentiam Nessamah, idcirco in nomine mulieris non ponitur iod, sed dicitur אשה issah. & hæc est ratio quare mulieri inhibetur administratio sacramentorum. Archangelus Burgon.in 65.Conclus.Cabalist.Pici.& obseruandum est ꝙ si in viri nomine non poneretur iod, & uocaretur non איש ise, sed אש, es,quæ uox interpretatur ignis,tunc sig. quod homo sine bono influxu diuinitatis esset totus igneus in rebus creatis,& in luxuriis. Archang. ut supra.

501 Viri duo vnus togatus,& alter pallio indutus, & qui indutus est pallio occupat dextram togati,in una parte nummi C. Egnatij,& in altera parte est Cupido alatus pharetra. et sig. vnionem & concordiam,quæ debent esse inter litteras & arma.nam vir togatus sign. pacem, & palliatus,sig.bellum,& palliatũ occupare dextram togati, sign. arma debere exequi ea quæ litteris præditi consulunt. Gabriel Simeonus lib.de illustratione Epitaph. antiquorum.

502 Vir nudus stans super lapidem quadratum,tenens vnum cornu bouis in dextera,et unum in sinistra,et habens caput nō viri, sed leonis cũ toto collo iubato,et tenens in capite galerum et habens os hians,sig.Solem, quem Persę pro Deo colebant,et quem uocabant mithram. Gabriel Simeonus in Apologia sua generali, v. mithras.

510 Vir togatus stās, & post se habens mulierē alatam dextera, eum cornātem, & in sinistra palmam tenentem, cui viro ad stant ante duo alij viri quorũ alter ei dexteram iungit, & alter sinistram tenet, inter quos tres adest ara, cũ igne accenso sig.Imperatorem victoria coronatum sacra facere diis Aegyptiis. Erizzus.f. 547.

511 Vir sedens, & tenens in dextera orbē, post quē mulier alata tenens palmam in sinistra, & dextera eum coronat sign.Imperatorem coronari de victoria Britannica. Erizzus. f. 552.

512 Vir armatus,& in sinistra pilu tenēs, & qui tropheũ armis,& spoliis onustũ dextera coronare videtur,ad cuius trophęi pedes duo sunt captiui sig.victoriā de Germanis habitā. Eriz.f. 554.

513 Vir armatus in equo, cũ hasta in dextera, ante quē ꝓgreditur pedes armatus, & hastā tenēs, & post quē sequũtur alij itidē armati, sig.profectionem Imperatoris ad bellum. Eriz.f. 555.

514 Vir sedens in equo, ante quem sit alius vir pedester,cum insigni militari in sinistra sig.reditum Imperatoris ab aliqua prouincia deuicta. Erizzus fol. 560.

515 Vir nudus, nisi quod super humeros habet parum panni, in dextera habet hastā,& in capite galeā,& sinistra tangit Clipeũ,& apud hastam habet loricam sig.Martem Deum. Eriz.f. 565.

516 Viri quorum quoque sunt induti Sacerdotum more,è quibus vnus tibias inflat,& alter cytharam pulsat, sextus vero iacet, & adhæret vasi aquas effundenti, sig. sacra secularia. Erizzus. fol. 566.

517 Vir stans et sinistra hastā tenens, & habēs ante se mulierem tenentē in dextera clauũ nauis, & in sinistra cornucopiæ,& habens post se aliam mulierem alatam dextera ipsum coronantem, sign. Imperatorem habuisse fortunā, & victoriam fautrices. Erizzus. f. 580.

518 Vir stans cum hasta, circũ quem sunt alij quatuor viri cum insignibus militaribus ad quorũ pedes est captiuus iacens, sig. Imperatorē deuicisse Britaniam. Erizzus.fol. 581.

519 Viri tres super suggestum, quorũ unus uidetur alloqui sex alios infra suggestum stantes,cum insignibus militaribus sig. Imperatorem alloqui milites. Erizzus fol. 585.

520 Viri duo super suggestum,quorum alter videtur alloqui tres alios, qui sunt infra, et habent insignia militaria sig.allocutionē Imperatoris ad milites. Erizzus f. 589.

521 Vir in equo habens ante se alium virum pedestrem cum tropheis in humero,et post se aliũ uirũ pedestrē cum insignibus militaribus, sig. victoriam de Parthis habitam. Erizzus f. 592.

522 Vir sedēs in curru triũphali attracto a quadrigis,et tenēs in sinistra insigne militare sign. victoriam de Armenis et Parthis habitam. Erizzus f. 593.

523 Vir stans et armatus, tenens in dextera uictoriam,et habens sinistram super clypeum, cui adhæret hasta, ad cuius pedes est captiuus iacens sign. Martem Deum,et sig. victoriam de Germanis habitam. Erizzus fol. 596.

524 Vir sedens super saxum, & in sinistra tenens caduceum, & habet ante pedes suos arietem sign. Mercurium Deum. Erizzus fol. 599. & erat insigne vrbis patrensis.

525 Vir super suggesto sedens, & habens ante se alium sedentem, & vnum, qui per scalas suggesti ad eum ascendere videtur, cum duobus aliis cumque accepturi essent aliquid a sedente super suggesto sig. Imperatorem dare congiariũ populo. Erizzus fol. 291.

526 Viri quatuor sup suggesto duo sedẽtes, & duo stãtes, & quintus ascẽdens per gradus scalarũ ad illos quatuor tamquam aliquid accepturus sig. congiarium datum populo. Erizzus. f. 297.

527 Viri caput cum cornibus arietinis sign. Iouem Ammonem protectorem Coloniæ Cossæ nunc vulgo dictæ Orbetello. Erizzus fol. 299.

528 Vir equestria cum iaculo in dextera percutienti similis, pessundans virum humi prostratũ, sign. Imperatorem hostes vincere. Erizzus. f. 301.

529 Vir sedẽs supra Clypeos, & arma ante se habẽs, trophæum armis, & spoliis onustum, manu genæ adhibita, & visu mœstus sig. Regem Daciæ ab Imperatore Traiano victum. Eriz. f. 302.

530 Vir stans in curru attracto a quatuor elefantibus tenens in dextera ramũ lauri, & in sinistra sceptrum, in cuius vertice erat aquila, sign. Imperatorem triumphantem de aliqua natiõne deuicta. Erizzus. f. 306.

531 Vir sedens super suggesto habens ante se alium virum sedentem, & adhęrentem congiario, & aliũ virum stantem, & tesserã in dextra tenentem, & aliã virum non super suggesto, sed per scalas ad suggestum ascendentẽ. sig. Imperatorem dare congiarium populo. Erizzus. f. 306.

532 Vir sedẽs, & in sinistra sceptrũ tenẽs, & dextrã porrigens cuidã mulieri, cũ duobus filiis ante se astanti, sign. Imperatorẽ cõcessisse alimenta pueris, & puellis pauperibus totius Italię, & mulier cũ duobus filiis erat Italia. Erizzus. f. 308.

522 Vir magnus armatus stãs, & in dextra hastam tenens in sinistra sceptrũ, & pede sinistro premens alium virũ humi iacẽtem, & ab vtraque parte sunt duo viri habẽtes vasa ẽ quibus exeũt aquæ, sig. Imperatorẽ superasse Armeniã Mesopotamiam, & parthiã duo viri habentes vasa sig. duo flumina Araxim, & Eufratem. Erizzus, fol. 309.

534 Vir sedens super suggesto, habens post se virũ stantem, & ante se unum stantem diademate coronatum, & alium genuflexũ, sig. Imperatorem dedisse regem Parthis. Erizzus. f. 314.

535 Vir in dextra tenens ramum, & in sinistra nescio quid veluti clauam, apud se habẽs Camelũ siue struptionem sig. Imperatorem vicisse Arabiam. Erizzus. fol. 313.

536 Vir sedens sup. spolia, Clipeos, et arma visu męstus, & manu sub gena adhibita sig. regẽ Dacię ab Imperatore deuictum. Erizzus fol. 317.

537 Vir sedens super suggesto cum duobus aliis viris stantibus, & alij sex viri infra suggestũ, cum insignibus militaribus, sig. Imperatorẽ alloqui Prefectos militũ, & hortari ad bellũ. Eriz. f. 318

538 Vir currens in equo, & hasta percutiens leonẽ, sign. eos qui in ludis publicis, cum feris dimicassent. Erizzus. f. 224.

539 Viros magnanimos, & feroces posse domari. V. Leo.

550 Vir qui habeat virtutes, & animi, & corporis coniunctas. V. Plaustrum.

551 Vir sedens super suggestu, cum duobus stantibus, & tres infra stantes veluti accepturi aliquid a sedente signif. Imperatorem assignare regna regibus. Erizzus. f. 342.

552 Vir stãs in habitu augurali, aspiciẽs auẽ quandã sig. Imperatorẽ captantẽ auguriũ. Eriz. f. 355.

553 Vir sedens in Cathedra, post se habẽs victoriã, qui eius corona ciuica coronat, & ante se habens mulierem, cui ipse porrigit spicas, & victoria habet palmam in sinistra sig. Imperatorem liberasse populũ a penuria, sua ipsius munificentia. Erizzus. fol. 471.

554 Viri duo dexteras sibi inuicem iungentes, sign. concordiam duorũ principum. Eriz. fol. 473.

555 Vir indutus habitu sacerdotali, & coronatus, pateram effundens super aram, sig. Imperatorem pro rep. sacra faciens. Erizzus f. 474.

556 Viri duo sedẽtes super suggestum, & vnus post eos stans, & alter, qui itidem ante eos stat, & in sinistra habet cornucopiæ, & in dextra mensuram quandam, & alius quintus vir infra suggestum veluti ascensurus scalas, & accepturus aliquid, sig. Imperatorem cum filio dare congiarium populo. Erizzus fol. 475.

557 Vir armatus in equo cum lancea, & habens ante se alium armatũ pedestrem, & post se alios tres armatos, sig. Imperatorem proficiscentem ad bellum. Erizzus. f. 477.

558 Viri duo armati super suggesto, quibus adsunt quatuor alij viri armati, & equus sign. prouisionem bellicam. Erizzus f. 479.

559 Vir habitu philosophico indutus, tiara persica ornatus, citharam pulsans, ante & circũ se habens animalia cuiusque speciei leones, lupos vrsos, & cætera huiusmodi, quæ illius pedes lingũt, aues supra se uolitantes, montes, & arbores, quæ ad eum declinare, & saxa ad ipsum tendere videbantur, sig. Orpheum, qui indem sig. virum prudentem, & bonũ. Erizzus. f. 481.

560 Vir nudus cũ galea in capite, & clypeo, & hasta in sinistra, qui ponit dexteram manum supra trophęum variis spoliis, & armis onustũ, ad cuius pedes iacet vir alius sedens, cum manibus ad genas positis sig. Martem Deũ ornare trophæũ de Parthis habitũ, per quẽ trophæũ sig. victoria de Parthis habita. Erizzus. f. 489.

561 Viri duo sedentes super suggesto, & alius ante eos stans habẽs in manu mensurã, quam alius quartus vir infra suggestũ videtur accepturus, sig. congiarium ab imperatoribus duobus, vno tempore datum populo. Erizzus. fol. 490.

562 Viri duo stãtes, & porrigẽtes alter alteri victoriæ imaginem, & post se vterq; habens plures milites armatos, nec procul adest trophæũ, sig. victoriã habitam a duobus Imperatoribus simul de Parthis. Erizzus fol. 493.

563 Vir iacens ab vmbilico superiori parte nudus, & inferiori indutus, dextera tangens nauem, & sinistra tenens ramum, & cubito sinistro inhęrens vasi, quod aquæ magnam effundit copiam sign. flumen Tyberim. Erizzus f. 494. & hoc modo poterat sign. Tyberis refectionem damnorum ob eius mundationem ab Imperatore factã, vel forsitan sig. insigne vrbis Romę.

564 Vir stans, & in sinistra tenens hastam, & porrigens dexterã mulieri genuflexę in manu totum orbem tenenti, sign. Imperatorem restituisse Italiam, vir stans est Imperator mulier, Italia. Erizzus f. 496.

565 Vir super equum & dexteram porrigens ante se, sig. Imperatorem equestri statua ænea decoratum. Erizzus fol. 497.

566 Vir iuuenis totus nudus præter dorsum vbi videbatur habere panniculum quendam, erat imberbis supra aures habebat alas, in dextera ferebat crumenã, in sinistra caduceũ, ad pedes habebat gallũ, & hircum, sig. Mercuriũ Deum. Erizzus. folio 600. aliquando loco caducei habet virgam.

567 Vir iuuenis portans arietem sign. Mercurium. Erizzus fol. 601.

568 Vir nudus in dextera tenens vas, quod effundit liquorem quendam, & sinistra adhæret baculo, ad cuius pedes est animal pãthera, siue linx, & a dextris habet duas mulieres, quarum vna est capillis passis, & in manu habet hastam, altera vero inflat tibias, & a sinistris habet similiter duas figuras alias, quarum altera ascendit super vitem, & est mulier, & altera nuda quæ est vir, nomen Silenus, habens vuæ racemũ in manu sign. Baccum Deum. Erizzus. f. 611.

569 Vir iuuenis facie muliebri capite comuto, & coronato vitibus, qui equitat tigridem, apud quem est simia, porcus, & leo, quę tria animalia circumeunt pedes vitis, ad cuius vmbrã vir ille equitare uidetur, & vitis ipsa est racemis referta, & vir equitare Tenet in sinistra cantarum in quo premit cũ dextera vuæ racemum, sign. Baccum. Erizzus fol. 614.

570 Vir stans, & in dextera tenens baculũ humum tangentem, cui sese inuoluit serpẽs, & apud sinistrum pedem humi iacet orbis, sig. Aesculapium Deum. Erizzus. f. 620. & hoc sig. Imperatorem esse orbis salutem.

572 Vir armatus tenens in dextera victoriam, & sinistra adhęreus hasthę, abẽs supra caput aquilam tenentem coronam in rostro, & alteram coronam in pedibus, quam imponit capiti ipsius viri, ad cuius pedes sunt duæ mulieres genuflexæ sig. Imperatorem coronari pro victoria de Armenia, & de Parthis habita. Erizzus fol. 621.

573 Vir nudus tenens in sinistra clauam, & in dextera pateram ante aram, supra quam est ignis accensus, super quem aquila uolat, sig. Herculem Deum sacra facere animæ Imperatoris deificati, & Hercules sig. vrbẽ Perinthiorum, cuius erat Deus protector. Erizzus. f. 623.

574 Viri tres super suggestum quorum medius sedet super cathedram, qui post medium est, habet virgulum in sinistra, & qui est ante mediũ, habet in dextera mensuram, & in sinistra cornucopiæ, & est alius quartus, vir infra suggestum, qui videtur ascendere scalas aliquid accepturus sign. Imperatorem dare congiarium populo. Erizzus. fol. 624.

575 Vir in equo porrigens brachiũ, ante se trophęũ versus, quod adest spolijs, & annis onustã, ad cuius pedes iacet captiuus ligatus sig. Imperatorem debellasse Parthos Perhas, & Adrabenos. Erizzus fol. 624.

576 Viri tres habitu sacerdotis induti stantes ante aram, ad quorũ pedes iacent multa animalia, sig. Imperatorem sacra fecisse. Erizzus. f. 633.

577 Vir magnus nudus, cum claua in dextera elata qui cum ea videtur percutere draconẽ inuolutum arbori habenti poma, & in sinistra tenet pellem leoninam inuolutam brachio, sig. Herculem eripere poma aurea ex ortis hesperidum. Erizzus fol. 634.

578 Vir nudus tenens in dextera pateram, & in sinistra videtur habere vuæ racemos, sig. Bacchũ. Erizzus. f. 637. & erat protector sine insigne ciuitatis Heracleæ.

579 Viri duo in quorum medio est mulier, quæ facit eos inuicem iungere dextras sig. pietatem. Choulus f. 112.

580 Vir super Elephantem sign. æternitatem. Choulus f. 114.

581 Vir in curr attracto a duobus Elephãtibus sig. Imperatorem deificatum, & ob hoc sig. æternitatem. Choulus. f. 115. Faust. ære.

582 Vir nudus & stans cum botro in dextera, quã porrigit, & super illud dextrum brachium habet pellem Tigridis, & in sinistra habet Tyrsum, & ad eius pedes est Tigris, sig. Bacchum, Choulus f. 120.

583 Vir nudus & stans, tenens in dextera botrum vuæ quam porrigere videtur, & in sinistra tenet pellem Tigridis, & Tyrsum, sig. Bacchum. Choulus f. 120.

584 Viri imberbis caput coronatum Hedera sign. Bacchum. Choulus. f. 121.

585 Vir iacens in curru, cui mulier videtur ingerere in os nescio quid, & currus attrahitur a duobus Tigridibus, quem currum antecedit Satyrus auersus, & mulier nuda cum Tyrso in manibus, & alia mulier induta inflans duas tibias sig. Bacchum. Choulus. f. 121. nero.

586 Vir sedens in Cathedra super suggestum habẽs ante se Palladem tenentem in dextera victoriam, & infra suggestum est uir stans cum mẽsura in dextera, quam extollit. & alius uir qui tenet manibus limbum, tãquam aliquid habẽs in gremio, sig. congiarium datum populo. Choul. f. 123. & sig. liberalitatem. Titus ęneo.

587 Vir seminudus sedens super clypeis, & tenens in sinistra pateram super ignem ardentem in ara, quam habet ante pedes, & est alius vir itidem seminudus, & stans tenens in dextera facem accensam, & in sinistra cornucopiæ sign. congiarium datum populo, & est liberalitas.

Choulus

Choulus folio centesimo vigesimo tertio.

588 Viri duo sedentes in duabus cathedris, & tenẽtes in sinistris suis insignia militaria sig. liberalitatem. Choulus f. 124. Philippi æneo.

589 Viri duo sedentes in cathedris, quorum unus tenet in sinistra sceptrum sign. liberalitatem. Choulus f. 124. Philippi Ang.

590 Vir nudus nisi quod habet pannum, cum quo contegit pudibunda. & caput coronatum, & tenet in sinistra cornucopiæ, & in dextera tenet pateram super ignem ardentem in ara, quã habet ante se, sign. Genium Imperatorem. Choulus f. 130. Nero æneo.

591 Vir nudus nisi quod tegit cum panno pudenda, & stat, & habet in sinistra sceptrum, & in dextera ramum oliuæ, sign. Genium Senatus. Choulus f. 130. Antoninus. Pius, æneo.

592 Vir nudus nisi quod cooperit uirilia cum panno, & habet in sinistra cornucopiæ, & dextera tenet patera supra ignẽ ardentẽ in ara, quam habet ante se, & habet coturnos sig. geniũ populi Romani. Choul. f. 130. Cõstantini æneo.

593 Viri duo in equis currentes, cum hastilibus in manibus, & vir pedester similiter currens cum hasta sig. decursionem militarem. Eriz. f. 375.

594 Vir quadrifrons superiori parte nudus, inferiori vero indutus, dextera adnitens baculo, & sinistra clauem tenens, sig. Ianum. Eriz. f. 377.

595 Vir iungẽs dexterã dexteræ alterius uiri q b. media adiit mulier armata sig. Imperatorẽ tradere Imperiũ alteri assentiente Roma. Eriz. f. 381.

596 Vir genuflexus iungẽs dexteram dexteræ Impe peratoris, significat Phrigiam prouinciam gratulari Imperatori. Eriz. fol. 385.

597 Vir in equo habens ante se tres uiros pedestres armatos cum insignibus militaribus sig. imperatorem erudire exercitus in re militari. Erizzus fol. 391.

598 Vir indutus, & dextera habens facem cum qua accendit, & urit quædam scripta, & in sinistra sceptrum tenens, signif. Imperatorem abolere debita, quibus tenebantur ciues Romani, & Itali cameræ fiscali. Erizzus fol. 392.

599 Vir pedester cum duobus Iaculis in sinistra, & dextera ducens equum sig. Mauritaniam deuictam ab Imperatore. Eriz. fol. 404.

600 Vir nudus habens ad pedes Talaria, & Sinistro brachio sustinens pannum, & manu sinistra tenens caduceum, dextera uero manu per frenũ tenet equum pegasum sig. Mercurium, quæ ita descripta sig. claram famam alicuius per totũ orbem diffusam. Erizzus fol. 419.

601 Vir sedens, & in dextera tenens orbem, & habens post se mulierem alatam, quæ ipsum Laurea coronat significat Imperatorem coronari ab Dea victoria. Erizzus fol. 424.

602 Vir stans, & tenens in dextera ramum quendam, & in sinistra cornucopiæ sign. honorem Deum. Erizzus fol. 434.

603 Vir in curru triumphali a quatuor equis tracto sign. Imperatorem post aliquam prouinciam deuictam triumphare. Erizzus f. 428.

604 Vir in humero baiulans alium uirum, & dextera puerum trahens sig. Aeneam patrem Anchisem portantem, & filium Ascanium trahentẽ qui sig. pietatem. Erizzus fol. 441.

605 Vir ætate pfectus sedens cathedra cũ partibus superioribus nudis apertis, & partibus inferioribus tectis, & pannis velatis, in sinistra sceptrũ tenẽs in dextera uero vel aquilam, vel victoriã vel fulgur sig. Iouẽ Deum. Erizzus fol. 447.

606 Vir sacer de tali habitu indutus, & dextera cum patera ante aram rem sacrã faciens sig. Imperatorem Dijs sacra facere pro salute Reipubl. Erizzus fol. 452.

607 Vir iacens humi & dextera adhærens uasi effundenti aquam, cui uero adstat mulier habens in capite coronam turritam, & in dextera manu tenẽs pateram, & sinistra adhærens hastæ, uir, sig. flumen Tiberim, & mulier sign. urbem. Erizzus. fol. 458.

608 Vir qui ab altero coronatur sig. Regem Armeniæ datum ab Imperatore. Erizzus f. 459.

609 Vir sedens in suggesto, & habens alium uirum post stantem, & alium ante, & is, qui est ante habet in manu sinistra cornucopiæ, & dextera porrigit nescio quid quarto uiro, qui infra suggestum extendit partem vestis, ut excipiat id quod porrigitur, sig. Imperatorem dantem cõgiarium populo. Erizzus f. 469.

610 Vir stans in suggesto quodam cum sede posposita, qui quinque virorum imaginibus insignia militaria habentibus sermonem facere uidetur. sign. adlocutionem principis ad cohortes militares. Erizzus. fol. 195. uir in portu sedẽs cũ clauo nauis in dextera terræ effixo, & in sinistra cum Delphino sig. Neptunum. Eriz. f. 216. uir sedens in cathedra super sugggesto quodam, infra quem erant quatuor virorum imagines uirum aspicientes uario modo, sign. congiarium Imperatoris datum populo. Erizzus fol. 217.

611 Vir cum cythara in manibus super suggesto. sign. Apolinem. Erizzus f. 225.

612 Vir sedens in quadrigis tenens in dextera ferulam, & coronam, in sinistra uero palmã, sig. victoriam in quadrigis habitam. Eriz. f. 131.

613 Vir penè nudus cum galea in capite hasta in dextera, & per Trophæũ in sinistra super humerum tenens, & summis pedum digitis gradiens, sig. Martem gradiuum. Erizzus f. 243.

614 Vir in curru cum, flagello armatus, sign. Martem. Eriz. fol. 239.

615 Vir in equo sedens armatus hasta, & flagello sign. Martem. Eriz. fol. 239.

616 Vir sedens super suggesto quodam cum alio uiro super eodem suggesto stante, & in manu sinistra hastam, in dextera aliquid tenente, & infra suggestum duo alij viri, unus qui dare, & alter qui accipere videretur aliquid, sig. cõgiariũ ab Imperatore pop. Ro. datum. Eriz. f. 216.

617 Vir quidam indutus veste sacerdotali porrigẽs pateram imagini Mineruæ ante aram in tẽplo astanti, sign. Imperatorem rem sacram facere Mineruæ Erizzus fol. 264.

618 Vir ex una parte aræ porrigens manũ quasi de

uiris

viris astātibus in altera parte aræ, qui quatuor viri habeant insignia militaria, signific. Imperatorem sumere iuramentum a principibus exercituum. Erizzus f. 266.

619 Vir equestris currens in sinistra clauam tenens sign. Imperatorem expeditionem belli prospe rare. Erizzus fol. 268.

620 Vir sedens in templo super suggesto quodam ad cuius pedes erant tria uasa, & uir tenebat in manu, pateram quam porrigebat duobus alijs viris togatis astantibus, & qui similiter pateras habebant, uir sig. Imperatorem distribuentem fruges populo, tria uasa sig. vasa, in quibus erat tritici ordeū distribuendum. Duo uiri sig. populum accipientem fruges. Eriz. f. 276.

621 Viri duo togati cum pateris Imperatori in templo sedenti adstantes, signific. populum accipientem fruges ab Imperatore. Vide Vir sedens in templo.

622 Vir astans in templo, & dextram porrigens tribus mulieribus velatis, & genuflexis extra templum cum adorantibus sign. Domitianum se pro Deo adorari voluisse. Eriz. f. 279.

623 Vir stans in dextera nescio quid tenens, & in sinistra hastam habens, dextra pede virum humi prostratum premens, qui uir prostratus habet vrnam sig. fluuium Rhenum, sig. Imperatorē debellasse Germaniam. Erizzus f. 890.

624 Vir in equo armatus clypeum in sinistra tenēs; & in dextera clauam habens, & equo alium virum habētem clypeum, & humi prostratum præmens sign. Imperatorem Germaniam vicisse. Erizzus f. 291.

625 Vir Dei qui venit ad Heli, ut est 1. Reg. 2. sign. Apostolorū Cœtū, qui dictus est vir Dei propter excellentiā sanctitatis. D. Greg. s. Reg. 2.

626 Viri duo mutuo sibi dexteras iungentes sign. duos Imperatores vnanimiter imperium regere. Erizzus. fol. 498.

627 Vir stans in sinistra tenens iaculam, & dextera adhæret equo, & habet supra caput stellam vnam, sig. Parthorum prouinciam. Erizzus. f. 502. alij existimant sig. Castorem Deum.

628 Viri quatuor super suggestū, quorū medius sedet, & quietus infra suggestum accipiens coronam a sedente, sig. Imperatorem Regem dare prouinciæ Armeniæ. Erizzus f. 502.

629 Vir nudus, & habens galeam in capite, & dextera in humero ferens spolia, & sinistra habens hastam, & gradiens summis pedum digitis, sig. Martem gradiuum, qui sig. victoriam de Armenijs habitam. Erizzus. f. 504.

630 Vir armatus lorica, & stans in medio insigniū militarium sig. Imperatorem debellasse Armeniam prouinciam. Erizzus. f. 504.

631 Vir sedens super clypeos, & arma & ante se habens trophæum onustum spolis, & armis, & tenens dexteram suam sub mala, sign. victoriā de Armenijs habitam. Erizzus. f. 510.

632 Vir super Pegasum iaciens iaculum in leonem habentem & caput proprium, & caput draconis sign. Persiani prælantem cum Chimera, qui quidem Perseus sig. uirtutem per orbem a fama delatam superare uitia. Erizzus f. 511. alij dicunt virum sedentem super Pegasum esse Bellerophontem, qui tamen idem sign. quod Perseus, cum Bellerophontis nomen sig. virū probum & prudentem. Erizzus f. 513.

633 Viri tres super suggestum, medius quorum sedet alius stantibus, & quartus uir infra suggestum aliquid a sedente accipit, sign. Imperatorem distribuere congiarium populo. Erizzus fol. 520.

634 Vir stans super suggestum qui videtur loqui ad tres alios armatos infra suggestum stantes, sig. Imperatorem alloqui milites. Erizzus. f. 530.

635 Vir faciens sacra ante aram cui alter sedens dexteram porrigit, & tenet hastam in sinistra sig. Imperatorem sacrificantem, Ioui sacra accepanti. Erizzus f. 530.

636 Vir stans, & in sinistra hastam, vel pilum tenēs & in dextera habens ramum, sig. principem iuuentutis honore affici. Erizzus f. 531.

637 Vir sedens in equo, & iaciens leoni iaculum significat. Imperatorem eam feram occidisse. Erizzus. f. 532.

638 Vir cum arcu & sagitta veluti currens sig. urbē Adrianopolim. Erizzus f. 536.

639 Vir a quadrigis tractus in curru triumphali, & tenens in sinistra insigne militare sig. Imperatorem triumphare de Britannis. Erizz. f. 536.

640 Vir nudus, & sedens super truncum vel saxum cum caduceo in dextera sign. Mercuriū quem intelligitur vrbs Miletopolis. Erizzus f. 543.

641 Vir stans, & dextera tenens virgam qua tangit terram, circa quam virgā voluit se serpens, sig. Aesculapium Deum. Erizzus f. 545.

642 Vir sedens super cathedram, & manu tenens virgam, & alteram manum apponens super caput Draconis, cui aderat canis; sig. Aesculapium Deum. Erizzus. f. 545.

643 Vir nudus nisi quod pendet ab humero pannus, & habet in sinistra cornucopiæ, & in dextera simpullum, sig. Genium exercituum. Choulus f. 130. Claud. Aeneo.

644 Vir nudus stans cū galero qui habet alas vtrinque, & vir habet alas ad pedes, & tenet caduceum in dextera, & pannum super brachium dextrum, in sinistra tenet crumenam, & gallū, ad pedes habet hyrcum ab vna parte, & ab alia habet scorpionem, & muscam, sig. Mercuriū. Choulus f. 135.

645 Vir indutus & galeatus tenens in dextera hastam, & in sinistra habens tropheum, quod super humeros portat, sign. Romam. Choul. f. 138.

646 Vir armatus lorica & ocreis tenens labarum in dextera, & in sinistra ramum lauri, habens sub pede sinistro captiuum iacentem humi, sig. victoriam Imperatoris de aliqua prouincia. Choulus f. 144.

647 Vir stans armatus in prora nauis cum victoria in dextera eum coronantem, & in sinistra labarum, & alia victoria tenens clauum nauis quam gubernat sign. Imperatorem victoriosum in prælio nauali recuperare tempora fœlicia. Choulus f. 146.

648 Vir

648 Vir nudus & ſtans, tenēs in ſiniſtra trophæum, & in dextera clauam, ſig. Herculem. Choulus fol. 150. C. Anto. Arg.

649 Vir nudus, & tenens in ſiniſtra clauam, & pellem Leonis, & in dextera ramum Lauri, ſign Herculem. Choulus. fol. 150. Commo.

650 Vir iuuenis imberbis nudus trahēs dextera canē tricipitē per laqueū, qui iuuenis tenet quoddam pallium cum ſiniſtro & humero, & brachio, ſig. Herculē trahētē, Cerberū. Cho. f. 151.

651 Vir nudus tenens in dextera tres pilas, & in ſiniſtra clauam, ſig. Herculem. Choul. fol. 151.

652 Vir nudus tenens in ſiniſtra clauam, & pellem Leonis, & cum dextra agens ante ſe duos Tauros, ſig. Imperatorem Herculis more conducere Coloniam, & aliqñ indutus ſine claua, & pelle Leonina, ſig. idem. Choulus fol. 154.

653 Vir ſenex canus, & decrepitus ante caluus paucias capillis, retro rugatus, & Sole coctus qualis vetus ruſticus vel nauta durus, indutus pelle Leonis, clauā in dextera tenens, arcum tenſū, & pharetram ſagittis plenā habens, multas catenulas aureas, & ſuccinas affixas ſuæ linguæ cū quib. attrahit innumeros uiros, & mulieres habebant eas catenulas affixas ſuis auribus, & videbantur lingere eas, & libenter, & non inuitæ ſequuntur illum, immo certabant ſolicitare gradum inuicem, ne tardiores uiderentur eum ſequi ſig. Herculem. eloquentem. Chou. fol. 156. erat ſenex quia raro in iuuenibus eloquentia eſt. catenulæ ſig. couenientiam quam habent aures cum lingua. Lingua Herculis trāsfixa a tot catenulis ſig. eos, qui bene loquuntur dici habere linguam trāsfixam, arcus pharetra & ſagittæ acutæ ſig. acumina rationum, quibus utebatur ad trehendam ad ſe populos, & gentes, lege Achillis Bocchi Symbolū. 43. Valerianum f. 239. &. Alciatū 211. V. Hercules 135.

654 Vir nudus cum panno ſuper humeros, & tenēs in ſiniſtra ferulam, & dexterum brachium porrigens antē ſe, & habens in capite coronam, & ante ſe ſtellam ſign. Heliogabalum Deum ſiue Solem. Eriz. f. 658.

655 Vir in curru triūphali attracto a quatuor equis ſign. imperatorem triumphare de Perſis. Erizzus fol. 661.

656 Vir ſuper equum cum haſta in manu, ante quē victoria progreditur, ſig. Imperatorem viciſſe Perſas. Erizzus fol. 663.

657 Vir ſedens in cathedra, orbem in dextera tenēs, poſt quam victoria ſtat, & dextera ipſum coronat, & in ſiniſtra tenet palmā, ante quem ſunt duæ mulieres, ſtantes quarum altera ſign. temporum felicitatem ſig. Imperatorem a victoria de toto orbe coronari. Eriz, f. 972.

658 Viri tres ſuper ſuggeſtū, quorum unus extenſo brachio, tres alios armatos, & cum militarib. inſignibus infra aſtantes alloqui uidetur, ſign. Imperatorem alloqui ſuos milites pro negocio bellico. Erizzus fol. 673.

659 Vir ſtans, & tenens in ſiniſtra haſtam, & habēs poſt ſe victoriam alatam tenentem in ſiniſtra palmam, & cum dextera coronantem virum ad cuius pedes eſt captiuus ſedens, ſign. Imperatorem coronari de victoria habita de Germanis. Eriz. fol 675.

660 Vir in curru triumphali cum ramo in dextera, qui currus trahitur a quatuor equis, poſt quē virum ſtat victoria, quæ coronat ipſum ſig. imperatorē triūphare de Germanis. Eriz. f. 676.

661 Viri quatuor ſuper ſuggeſtum, quorum vnus ſedet ſup cathedram, ante quem unus eſt, qui habet in ſiniſtra cornucopiæ, & in dextera tenet teſſeram ſiue menſuram quandam frumentariam, & poſt ſedentem ſunt duo alij cum haſtis, infra uero ſuggeſtum unus, qui aſcendere videtur ſcalas tamquam accepturus aliquid, & alij quinque armati, ſignif. Imperatorem dare cōgiariū populo, qui ſedet eſt Imperator, qui eſt ante, eſt qui diſtribuit, qui aſcendit ſcalas, eſt unus e populo, qui accipit, qui ſunt poſt, & infra Imperatorē, ſunt milites Prætoriani pro tutela principis. Erizzus fol. 667.

662 Viri duo, qui habent poſt ſe alios duos cum haſtis, qui duo uiri porrigunt ſibi inuicem victoriā alatam, ad quorū pedes iacent captiui duo vincti, & ſedentes, ſig. Imperatorem, & filium inuicem ſe ipſos adiuuantes ad victoriā habendam de Germanis. Eriz. f. 685.

663 Vir armatus, ſtās qui dextra adhęret clypeo humi Iacenti, & ſimiliter ſiniſtra adhæret iaculo humi affixo, ſig. Martē. Deū. Eriz. f. 688.

664 Viri quinq; ſup, ſuggeſtū, quorū tres ſedentes vnus aſcendit ſuper ſcalas ad ſedentes, ſignific. tres reip. Principes cougiarium populo dare. Erizzus. fol. 690.

665 Vir armatus cū clypeo, & iaculo veluti gradiens ſig. Martem propugnatorem. Eriz. f. 691.

666 Vir nudus & ſtās cū pelle leonis, qui uit teneat taurum ſe ipſum ergentem per cornua ſignifi. Herculem domaſſe taurum, quæ omnia ſign. Imperatorem ſuam fortitudine ferocitatem domuiſſe. Eriz. fol. 683.

667 Vir in curru triumphali cum inſigne militari in dextera, qui currus trahatur a quatuor equis ſig. Imperatorem trimphare de uictoria de tyranno habita. Eriz. f. 699

668 Vir in equo cū haſta in ſiniſtra ſig. Imperatorē ire ad bellum contra Perſas. Eriz. f. 695.

669 Vir ſtans cum corona regia in capite, quem uictoria videtur uelle coronare corona querna, ſign. Theodolū Regē Magnetū a uictoria coronatum, quod tamen cedit it venerationem Imperatoris, cuius imago in altera numi parte ab ipſo Rege cudi eſt iuſſa. Eriz. fol. 696.

670 Vir nudus tenens in capite dexteram, & ſiniſtrā ad ſiniſtrū lagonē, ad cuius pedes iacet panthera, apud quem uirum eſt puer nudus, qui decerpit uuam e uite pendentem ſig. Baccū Deū & Imperatorē adhuc puerum, uitis, & puer ſig. puerilem, & immaturā Imperatoris ætatē. Panthera. ſig. Bacchi ebrietatem. Eriz. f. 697.

671 Vir ſeminudus tollens dexteram, & habens Capita tria, & in ſiniſtra tenens orbem. ſig. æternitatem, tria capita ſig. tempus præſens, præteritum, & futurum, hoc ſig. quod populus augu-

rabatur

rabatur Imperatori. æternitatem. Eriz. f. 701.

673 Viri duo stãtes, & ambo nudi, quorũ unus adhęret clauæ, & alter tenet in dextera crumenam sinistra caduceum, & habet talaria ad pedes, & in capite sig. ille Herculem, & iste Mercurium & ambo sig. fortitudinem, & sapientiam Imperatoris. Erizzus fol. 704.

674 Viri quatuor super suggesium, quorum duo sedent, & alter ascendit scalas aliquid accepturus sign. patrem, & filium Imperatores dare congiariũ populo. Eriz. fol. 721.

675 Viri quatuor, quorum vnus cum dextera porrigit mundum alteri armato, & habenti insigne militare, qui porrigit, sig. Iouem, & post se habet Mercurium, ille uero cui porrigitur mundus sign. Imperatorẽ, qui habet post se præsẽtiũ militum, & hoc sig. felicitatem populorum sub Imperatore, cuius prudentiæ a Ioue regendus orbis traditus sit. Eriz. fol. 722.

676 Vir super equum cum claua in manu sig. Imperatorem redisse a bello Persico. Eriz. fo. 725.

677 Vir nudus cũ claua, & pelle leonina in sinistra sig. Herculem, & hic sig. Imperatoris uirtutem. Erizzus f. 727.

678 Viri duo super equis, & victoria, quæ præcedit eos, & uir armatus, qui sequitur, sign. Imperatores patrem, & filium redeuntes a bello Persico cum uictoria. Eriz. f. 730.

679 Viri duo in curru attracto a quatuor equis, qui duo coronãtur a victoria, quæ est post eos, & duo alij uiri pedestres armati, sig. Imperatores, patrem, & filium coronari a victoria, de Persis. Eriz. fol. 736.

680 Vir tenens in dextera hastam, & in sinistra mũdum sig. Imperatorẽ mundi Dñm. Eriz. f. 736.

681 Vir sedens sup tauro sig. Iouem Eriz. fol. 740.

682 Viri duo sedẽtes sup cathedris tenẽtes unus in sinistra sceptrum, & alter in dextera veluti pomũ, vel panem, quem porrigere videtur, sign. Imperatores patrem, & filium congiarium dare populo. Eriz. fol. 744.

683 Viri duo stantes unus armatus tenens in dextera hastam, & sinistra adhærens clypeo, & alter non est armatus sig. ille Martem, & iste Imperatorem. Eriz. f. 714.

684 Viri duo sedentes in equis, quos præcedit victoria alata, & sequuntur milites armati cum insignibus sign. Imperatores reuerti a bello. Erizzus fol. 750.

685 Vir nudus fulmen cum dextera iaciens, & tenens in sinistra auem quandam, sig. Iouem fulminantem. Eriz. f. 762.

686 Vir stans & adhærens virgæ, circum quam est serpens inuolutus, & mulier similiter stans, & tenens in manibus serpentem, sig. ille Aesculapium Deum, & ista Higiam siue salutẽ Deam, & ambo sig. principem, cuius imago est in altera numi parte, esse totius orbis salutem. Erizzus fol. 762.

687 Viri caput, & habens post se caduceum, & ante se crumenam, & caput mulieris tenens turres supra se, illud sign. caput Mercurij, istud sig. ciuitatẽ illã quæ percussit numum in honorem principis. Erizzus fol. 770.

688 Vir sedens in equo & currens, cum hasta videtur percutere alium uirum humi prostratum sig. Imperatorem debellasse Sarmatas, & Gothos. Erizzus fol. 772.

689 Viri duo quorum unus est armatus & alter genuflexus, & uictoria inter eos media, quæ uidetur respicere genusflexum, & tradere eum armato, & omnes tres sup pontem habentem tres arcus, p quos transit fluuius, in cuius undis est uir iacens, sig. Imperatorem transire p pontem Danubij fluuij, & ducere secum Ducem Sarmatarum captiuum. Erizzus fol. 774.

690 Vir stans indutus, & armatus tenẽs in dextera pilũ, & in sinistra orbem, ad cuius pedes sedet captiuus nudus, & manibus retro ligatis, sign. Imperatorẽ debellasse tyrannũ. Eriz. f. 775.

691 Vir sup suggestum alloquens ad multos alios infra stantes cũ hastis, & insignibus militarib. signifi. Imperatorem alloqui suos milites. Erizzus fol. 776.

692 Vir nudus & coronatus, & tenens cum dextera orbem sig. Appollinẽ. Erizzus fol. 777.

693 Viri duo iungentes sibi inuicem dexteras, sign. concordiam Deam. Choulus fol. 22.

694 Vir magnus, & mulier magna, & uir paruus, & mulier parua, uiri iungentes dexteras suas cum dexteris mulierum, & ambo uiri tenent in sinistris imagunculas mulieris tenentis in sua sinistra cornucopiæ, & mulier magna habet in sinistra hastam, & ara est inter uirum Paruum, & mulierem paruam. sig. concordiam Deam. Choulus fol. 22.

695 Viri duo tenentes in sinistra hastam, & iungentes sibi inuicem dexteras, quos duæ victoriæ coronant, sig. concordiam. Choulus f. 23.

696 Vir stans, & habens post se clypeos galeas, & alia arma, et mulier sedens męsta cum dextera ad genas, et habens sup clypeos loricas galeas, et arma, et inter uirum, et mulierem sit arbor palmæ sig. Iudæam captam. Choulus f. 11.

697 Vir stans, et habens in sinistra hastam et in dextera ueluti clauam, et pede sinistro premens galeam humi iacentem, et mulier sedens super loricam, et arma ad arborem palmæ, sig. Iudęã captam. Choulus fol. 11.

698 Vir stans seminudus, et adhærens arbori palmę et mulier capillis passis, et dextera ad genas posita, et sedens super loricas galeas; et arma sign. Iudæam captam. Choulus folio undecimo.

699 Viri caput super aram, quam serpentes duo cingunt eleuantes capita sua tam alta, quam erat caput uiri super aram, sig. concordiam. Choulus fol. 24.

700 Viri tres tenentes manibus suis orbem, et habentes in medio tripoda, ad quorum pedes Iacet mulier capillis passis, et seminuda tenens in dextera cornucopiæ, et cum sinistra porrigit fructus quosdam illis uiris tribus, signific. concordiam:
Choulus fol. 24.

701 Viri duo tenentes in manibus orbem super

stat

ſtat erecta uictoria alata cum brachijs extenſis ea in manibus tenet duas coronas triumphales, cum quibus coronat duos illos viros ſignific. concordiam.

Choulus fol. 25.

702 Vir qui eſt ex una parte aræ, & tangit dexteram alterius viri armati ex altera parte aræ, qui armatus habet poſt ſe alios tres uiros ſimiliter armatos cum inſignibus militaribus, ſig. concordiam.

Choulus fol. 26. Hadrian. aureo.

703 Vir qui tangit dexteram alterius uiri armati, poſt quem ſunt alij tres armati ſine inſignibus & ſine ara, ſig. concordiam.

Choulus fol. 26.

704 Vir & mulier tangentes ſibi dexteras, ſignific. concordiam.

Choulus fol. 27.

705 Vir & mulier iungentes ſibi dexteras, & habentes puerum in medio, ſign. fidem, uir ſign. honorem, mulier ſignific. veritatem, & puer amorem, & hec omnia ſign. fidem.

Choulus fol. 29.

706 Vir gradiens & gerens in manu labarum, & habens poſt ſe quatuor alios uiros loquentes armatos, & cum inſignibus militaribus ſignific. fidem.

Choulus folio decimo tertio Hadrianus æneo. nu.

707 Vir armatus cum haſta in ſiniſtra, & ſtans ſuper ſuggeſtum alloquens alios quam plurimos viros armatos ſign. fidem.

Choulus folio decimo tertio. Comm. æneo. num.

708 Vir habens crura armata, & galeam in capite, & ſceptrum in dextera & haſtam in ſiniſtra, & tenens pedem dexterum ſupra teſtudinem, ſign. honorem.

Choulus. fol. 33. vitel. æneo.

709 Vir ſeminudus cum galea in capite, & cornucopiæ in ſiniſtra, & haſta in dextera ſignific. honorem.

Choulus folio trigeſimo tertio. M. Aurelius æneo.

710 Viri duo ſimul equitantes, & porrigentes quiſque ſuum brachium dextrum, ſignific. virtutem.

Choulus folio trigeſimo quarto Philipp. Arg. num.

711 Vir ſtans armatus lorica, & galea cum haſta in ſiniſtra & Clypeo ad pedes, & ramo oliuæ in dextera. ſign. uirtutem.

Choulus fol. 34.

712 Vir ſeminudus ſedens in medio templi quadrati cum haſta in ſiniſtra, & fulmine in dextera ſign. Iouem capitolinum.

Choulus folio trigeſimo ſexto Aurelia Quirina argent.

713 Vir ſedens ſuper cathedram, & tenens in ſiniſtra ſceptrum, & in dextera aquilam ſignific. Iouem. Choulus folio quadrageſimo primo Ales Rex. Epita. Arg.

714 Vir ſedens ſuper arietem tenens in dextera ſceptrum, ſig. Iouem Amonem. Choulus fol. 48. Hadr. æneo.

270 Vir ſedens ſuper cathedram ſeminudus cum haſta in ſiniſtra, & habens poſt ſe uictoriam alatam, quæ cum coronat, & ad eius pedes eſt Aquila tenens in roſtro coronam laneam. ſig. Iouem victoriam.

Choulus fol. 49.

716 Vir ſeminudus ſedens in cathedra cum haſta vel ſceptro in ſiniſtra, & in dextera tenens victoriam alatam ſign. Iouem uictorioſum.

Choulus fol. 50.

Domitian. æneo. M. Aurelius æneo. & aliquando habebat fulmem ſupra ſe.

717 Vir ſeminudus a ſuperiori parte, & ab inferiori indutus ſedens ſuper cathedram, & habens dexteram ſuam ſuper caput aquilæ, & in ſiniſtra tenens haſtam, & habens ſupra pedes duos uiros iacentes, & ſupra caput currum ſolis, & currum lunæ, & circum ſe habens circulum Zodiacum diſtinctum in duodecim ſigna ſign. Iouem Olimpium ſedere in medio geminorum ſcilicet ignem ſignifi. currus ſolis aerem currus lunæ terræ, & aquæ elementa ſign. illi duo iacentes ſub pedibus ſeminudus, ſcilicet nudus a parte ſuperiori ſig. quod res ſuperiores debere eſſe notas Deo duntaxat, & non hominibus a quibus ſolum res inferiores, & ipſæ velatæ videri ſolent.

Choulus folio quinquageſimo, & 50. Alexand. numm. æneo.

718 Vir nudus & ſtans, & habens in dextera fulmen, & in ſiniſtra Aquilam, & ante ſe aram, & poſt ſe ſtellam. ſign. Iouem, & hęc omnia ſign. ſacrificium Ioui factum propter fulmen demiſſum in templum Iouis capitolini.

Choulus folio quinquageſimo tertio L. Lentul. & C. Marcel. arg.

791 Vir nudus niſi quòd pomo quodam contegit pudendum, & in dextera tenet fulmen, et extollit ſiniſtrum brachium ſign. Iouem ſeruatorem. Choulus ſol. 53. Domitia. arg.

720 Vir totus nudus tenens in ſiniſtra haſtam, et in dextera fulmen, ſign. Iouem ſeruatorem.

Choulus folio quinquageſimo tertio Ant. Pius arg.

721 Vir nudus niſi quod poſt dorſum habet pannum, cuius partem tenet ſuper brachium dextrum, et partem ſuper humerum ſiniſtrum, et habet in dextera fulmen, et in ſiniſtra tenet haſtam, apud cuius pedes eſt alius uir paruus indutus, ſign. Iouem conſeruatorem. Choulus folio quinquageſimo quarto Gordia. æneo. & argent. et uir paruus ſignific. Imperatorem conſeruatum a Ioue.

742 Vir vt ſupra uiſi quod non habet ſub ſe uirum paruum, ſig. Iouem, ut ſupra.

Choulus folio quinquageſimo quarto Maximianus arg.

723 Vir totus nudus niſi quod tenet pannum ſuper humerum ſiniſtrum, et in ſiniſtra tenet haſtam, in dextera victoriam porrigentem coronam lauream, et ad pedes habet Aquilam tenentem

nentem in rostro similiter coronam lanream, sign. Iouem conseruatorem. Choulus. f. 54. Licinius arg.

724 Vir nudus in dextero tenens hastam, & in sinistra fulmen, sign. Iouem vltorem. Choulus f. 55. Gordian. arg.

725 Vir nudus nisi quod habet pannum pendentem ab humero dextro, & cum dextra uidetur iaculare fulmen, & in sinistra tenet Aquilam, sign. Iouem propugnatorem.
Choulus folio quinqusgesimo quinto, Alexander Seuer. arg.

726 Vir totus nudus, & in dextera tenens hastam, & in sinistra fulmen, sign. Iouem, statorem. Choulus folio quinquagesimo quinto, Gordian. arg.

727 Vir nudus, nisi quod ab humero sinistro pendet pannus a parte posteriore, tenens in dextera orbem, super quem stat uictoria, quæ videtur uelle coronare eum virum ad cuius viri pedes est Aquila, sign. Iouem Statorem.
Choulus folio quinquagesimo quinto, Diocht. arg.

728 Vir seminudus sedens super cathedram, tenēa in dextera fulmen, & hastam in sinistra, sign. Iouem Custodem.
Choulus folio quinqnagesimo sexto, Nero Aeneo.

729 Vir totus nudus & stans, & tenens in sinistra hastam, & habens sub dexteram aram in qua est ignis ardens, sig. Iouem Custodem.
Choulus folio quinquagesimo sexto, Vespasi. arg.

730 Vir indutus habitu sacerdotali afferens trophæum in medio alicuius Templi, sig. Consulem agere grauas Dianæ de victoria habita de Sicilia.
Choulus folio septuagesimo septimo, Marcellus Aeneo.

731 Vir habens ante se aram accensam, & Taurum super quem ipse uidetur extollere manum dexteram, sign. sacerdotem ex Tauro sacra facere Dianæ.
Choulus folio septuagesimo nono, Aulus Posthumus arg.

732 Virum prudentem debere animo forti, & constanti resistere aduersitatibus, & inimicis. V. Mineruæ Clypeus.

733 Virum prudentem debere excelsas res cogitare. V. Minerua. 7.

734 Virum prudentem prospicere cogitare, & percutere a longe cum vulnate sua. Vide Minerua. 9.

735 Vir totus nudus a parte anteriore. & a posteriore habet pallium, & in dextera tenet ramū lauri, & in sinistra habet liram, quam sustinet, ueluti ara quædam sign. Apollinem.
Choulus folio centesimo quinquagesimo octauo.

736 Vir stans & indutus veste longa usque ad taloa tenens in dextera pateram, & in sinistra lyram, sign. Apollinem Deum.
Choulus f. 158.

737 Vir nudus, & stans in curru attracto a quatuor equis, & habens in capite coronam radus distinctam sig. Solem inuictum.
Choulus f. 160.

738 Vir nudus & stans, habens pannum paruum ab humeris pendentem, & inuolutum brachio sinistro, & habens in capite coronam radus distinctam, & in sinistra pilam orbem sig. Solem inuictum. Choulus folio centesimo sexagesimo.

739 Vir nudua tenens in dextera orbem, & habens in capite coronam radija distinctam, ad cuius dexterum pedem sedet captiuus nudus, & cū sinistro premit alium captiuum sedentem humi & nudum, sign. Solem inuictum.
Choulus f. 160.

740 Vir nudus tenens in dextera orbem, & in capite habens radios, & pannum quendam pendentem ab humeris, quem sustinet cum brachio sinistro, & ad eius pedes sedet captiuus, sign. Solem Orientem.
Choulius folio centesimo sexagesimo secundo, Aurelianus auro.

741 Vir in curru triumphali attracto a quatuor equis quem uictoria coronat, sign. Imperatotorem triumphare de aliqua urbe deuicta.
Erizzus folio sexcentesimo quadragesimo secundo.

742 Vir stans cum sceptro in sinistra, & cum insigni militari in dextera, & habena duo alia insignia militaria a sinistris, sign. Imperatorem militasse. Erizzus folio sexcentesimo quadragesimo quinto.

743 Vir iuuenis & imberbis habens supra caput tripodem aureum, in dextera tenens sagittas arcum et pharetram, & in sinistra cytharam, sub pedibus monstrum terribile corpore serpentino, qui vir habeat in capite coronam ex 12. capillis preciosis, & è regione habeat uiridem laurum ad quam niger coruus euolat, & sub lauro erāt nouem virgines, quæ circum ipsum virum iuuenes musicam canebant, longe vero ab hoc cœtu erat Pitho serpens traiectus sagitta, & erat sedens ille iuuenis infra duo iuga montis, vbi surgebat fons aquæ cristallinæ, sig. Apollinem cum Musis in monte Parnaso apud fontem Castalium.
Erizzus folio sexcentesimo quadragesimo nono.

744 Vir iuuenia & imberbis tenens brachium dextrum elatum, & in manu habet ferulam aurigæ, & in sinistra fulmen, & spicas significat Solem vel Apollinem.
Erizzua folio sexcentesimo quinquagesimo quinto.

745 Vir aurea cęsarie facie iuuenis pulcherrimi, qui habeat corpus flāmeum, & ad pedes habeat pennas ornatas ardentibus piropis, indutus pallio contesto auro, & purpura, & in sinistra tenens lucidissimum clypeum, & cum dextera porrigens facem ardentem, signific. Solem siue Apollinem. Erizzus folio sexcentesimo quinquagesimo septimo.

746 Vir

746 Vir nudus qui ponit sibi brachium dextrum in capite, & cũ sinistro adhæret columnæ sign. Apollinem mortuum. Erizzus. fo.654.

747 Vir stans & tenẽs pedẽ super delphinum. vel habens eum in altera manu, & in altera tridentẽ. sig. Neptunum. Choulus fol. 87.

748 Vir nudus habẽs in dextera acrostoria una, & in sinistra tenens tridentem, & habens dexterũ pedem super orbem. sig. Neptunum. Choulus fol. 88. Aug. & Vespasianus arg, & signifi. gratiarum actionem Deo Neptuno habitam propter reditum a bello Nauali.

749 Vir stans & nudus in sũmitate cuiusdã turris, q̃ turris est locata in medio nauis habentis omnes ordines remorum, & in prora est insigne militare aquilæ, & uir qui est in summitate turris, habet in dextera tridentem, & tenet sinistrum pedem super rostrum nauis, quod est in summitate turris. sig. Neptunum pacificum. Chul. f. 89. Pomp. arg.

750 Vir pube tenus, & inde desinens in duas caudas piscium, e quarum medio exeunt veluti tres canes quas ipse videtur uelle percutere cum nauis clauo, quem habet elatum in ambabus manibus sig. Neptunum iratum. Choulus fol. 89. Pop. arg.

751 Vir a superiori parte nudus, & inferiorem tegit quidam pannus habens in sinistra tridentem, & cubito dextero adhærens vasi cuidam, & sedens in undis sig. Neptunum. Choul. fol. 99.

752 Vir nudus totus nisi quod super humeris habet pannum uento agitatum, & stans in curru atracto a duobus equis furiose hinc inde trahentibus, qui uir tenet in sinistra habenas, & tridentem, & habet brachium dextrum elatũ tãquam percussurus equos qui trahunt currum per undas sig. Neptunum. Choulus fol. 90.

753 Vir nudus nisi quod habet pannum in humeris vento agitatum stans in cimba, quæ veluti currus trahitur a duobus equis p medias undas, & habet in dextera scuticã, q̃ verberat equos, sign. Neptunum. Chou. f. 90. M. Agripp. arg.

754 Vir sedens in equo nudus nisi quod habet in capite galeam, & ab humeris pendet pannus auento agitatus, & habet in dextera iaculũ, quod iacere videtur, in sinistra habet duo alia iacula, sign. Neptunum. Choulus fol. 91. Moneta Tarentina. arg.

755 Vir nudus equitans Delphinum tenens in sinistra tridentẽ, & in dextera uictoriã alatam tenẽtẽ in ambabus manibus duas coronas laureas, sign. Larum filium Neptuni, & est insigne Tarenti urbis. Choulus fol. 91.

756 Vir nudus cum tridente veluti percussurus in vna numi facie. sign. Neptunũ, & in altera numi parte prora nauis cum uictoria alata tenẽs in dextera coronam, & in sinistra palmam, sign victoriam Naualẽ, de qua uictor gratias agebat Neptuno Deo. Chou. f. 92. Demetrius arg.

857 Vir nudus nisi q̃ habet pallium grecum, q̃ pendet ex humero sinistro, & sub umbilico voluit illud a latere dextro in latus sinistrũ, ubi cũ sinistra manu tenet & partẽ pẽdentẽ ab humero, & partem reuolutã, & in dextera tenet uirgam, circũ q̃ voluitur serpens. sign. Aesculapiũ Deum. Choulus fo. 94. aliquando habet noctuam ad pedes, ibi Vitelius. æneo.

658 Vir nudus nisi q̃ pannus pendet ab humero sinistro, & habet in sinistra manu virgã circum q̃ voluitẽ serpẽs, & in dextera tenet mulierẽ cultã indutã se respicientẽ, & ad pedes videtur habere gallũ gallinaceũ sig. Aesculapiũ. Chou. fo. 94.

759 Vir indutus habitu sacerdotali stans ante altare in quo sit ignis accensus, & post uirum sint veruex, & taurus cũ tribus alijs uiris sig. sacerdotẽ velle sacra facere soli taurilia. Choul. fol. 241.

760 Vir seminudus ferens suẽ mortuũ sup humeros quẽ p̃cedit alius uir cũ canistro, & sequitur post portãtẽ suẽ alius uir seminudus cũ uase, & malleo. sig. victimariũ ferre uitimã occisã, ut eã in frusta concisam coquat. Choul. fol. 242.

761 Vir nudus stãs, & tenẽs pellẽ leoninã inuolutã brachio sinistro, & cũ sinistra manu tenẽs clauam, quæ humi adhæret, & habens dexteram suam super pigam dexteram sig. Herculem Macusanum. Choul. f. 148. Posthumius æneo.

762 Vir sedens in throno dextera baculum tenens porrigens læuam supra draconis caput, cui canis assistat. sig. Aesculapium, Valer. f. 40.

763 Vir stãs cũ talaribus, & cũ caduceo in dextera, & sup humero sinistro arietẽ gestãs. sig. Mercuriũ, & eo modo sig. salubritatem. Valer. fo. 78.

760 Vir cui assultebat canis dilectus, & cuius humerũ dexterũ mustella obrepebat sig. Trasibulũ diuinũ quẽdã, & aruspicẽ quis cũ iecinoribus patefactis, sig. diuinationẽ ab extis & mustella vaticiniũ, cuius vim habere credebat. Val. f. 99.

765 Vir in sacris lucens significat. mentem vel intellectum. Valer. fol. 108.

766 Vir siue status habẽs pedes anguineos sig. gigantes q̃ dicerentur filij terræ, vt sunt angues, vel ut potius reor q̃ haberent affectus suos distortos, & a recto deuiãtes. Val. f. 118. v. serpẽt. 126

767 Viri & mulieris simulacra duo, q̃ in manu haberẽt sceptra, & essent in specu subterraneo, circũ q̃ sceptra serpẽtes inuoluti essent. sig. ercynã & trophonium. Valer f. 118. V. serpens 130.

768 Vir habens loco pedum caudas viperinas sign. Boream ventum. Valer. f. 130.

769 Vir in columna quadã insculptus, cui moribũdo serpẽs in pedes impactis dẽtibus affligebat spirisq; volubiliter implicabat, erãt & mulieres aliquot, quarum aliæ aquam decumbẽti propinabant, & iscebant passim, & struthiorum oua hinc inde strata temere. Quæ omnia sig. hoĩnẽ bibacissimũ, vel ipsã regionẽ Syrti maiori oppositã, in qua ipsa columna erat. Val. f. 131

770 Vir armatus stans & arcum cum sagitta intendens, quasi aliquem iaculaturus. sig. tumultum bellicum, vel arcus, & sagittæ sign. totum bellicum apparatum, ut est psalm. 59. Valer. f. 308.

771 Vir qui aculum terræ appressum cuspide læua tenens, & dexteram sibi ori apponens, eo gestu, ut in eam expuat, sign. Hostem infestissimum, persuasum enim erat saliua ictum aggrauari. Valer. f. 310.

772 Vir expuens in mediam manum qua aliquid in aliquem uibrauerit, signific. offensionis illatæ eum pænitere, persuasum enim erat offensionem leuari f.liua. Valer.fol.310.

773 Vir habens in ore Topacium cum fobo abrotani, & persequẽs feram donec eam videat, & subito expuens, quod habet in ore in pannum sericeum, & ligans cum firmiter, & proijciens versus feram alta uoce dicendo, Grabaton, Vlion, Adonai. & hoc Ter. sig. nonum Artephij experimentum, & quod illo fera non se mouebit a loco in quo eam vidisti. Leo Suauius in scholijs paracelsi.f.211.

774 Viri & fœminæ imagines cereæ habentes capita vacua, quæ habeant aliquid de sanguine humano supra se, & earum capita impleantur seminibus papaueris & proiectæ dictæ imagines in terram. sig. vndecimum experimentum Artephij, & quod apparebunt tot homines vel fœminæ, quot erunt semina sparsa, qui homines videbantur velle facere imperata. Leo Suauius ut sup. f.212.

775 Vir qui sodiat terram tribus clauis ita, ut claui cooperiantur terra. ibi scilicet ubi primum caducus ceciderit comitiali morbo, & nom net nomen cadentis, sig. Duodecimũ Artephij experimentum, & eum qui cadere soleat nõ amplius casurum. Leo Suauius ut sup.f.212. sed Tu aduerte, quod hæc omnia experimenta Artephij habent parabolicam sententiam, ut potē ad artem Chimicam attinentia, non autem sonant verba. nam essent non modo incredebilia, sed etiam ridicula.

776 Viri duo quorum alter semper flebat, & alter semper ridebat. sig. Heraclitum, & Demochritum: alter enim miserias, & calamitates humani generis deflens, & alter ineptias, & vanitates illius: quæ duę conditiones plus satisesse veras homines magno suo malo experiuntur. Alciatus Emblemate 151.

777 Vir quidam dormiens, cui mulier quædam dormienti affert retia, & alia istrumenta Venationis, sig. Timotheum Cononis patrem cui fortuna inania reddebat prospera, ipsum uero nil aliud egisse quam dormitasse. hoc idem sign. ciuitates pictæ, quę viderentur sponte se in cystũ in quo Timotheus dormiebat, inijcere. Rhodig. lib.5. cap.37.

780 Vir nudus et ferens in humero sinistro senem indutum. sig. M. Herenium portãtem patrẽ, & sig. pietatem. Chou. f.110. M. Herenius. arg.

781 Vir nudus & ferẽs in humero sinistro senẽ indutum, & in dextera tenens mulierẽ stantẽ, & habentem in capite galeam, & in manu hastã & induta triplici veste sign. Aeneam ferentem Anchisem, & Palladium, & sig. pietatem. Cho. f.110. Iulius Cæsar. arg.

782 Vir stans & superiori parte nudus, & ab inferiori pallio coopertus, tenens in sinistra liram, & dextrum brachiũ nudũ, ad cuius pedes est veluti puer nudus genusflexus post quem est alius vir nudus alligatus manibus retro arbori cuidã a cuius ramo pendet fistula. sig. Apollinem, decorticasse Marsiã. Chou.f.164. & hoc sign. per Marsiam plebem diuitijs arrogantem factam, velle cũ doctioribus, & prudentib. cõtendere sed postremò amittere pellem. Choul.fo.165.

783 Vir stans indutus habitu sacerdotis tenens in sinistra ramum lauri in dextera paterã quam tenet sup ignem accẽsum in ara ante erecta, supra quem ignẽ adest solis insigne ueluti stella, sig. Imperatorẽ sacra facere soli. Chou. f.167.

784 Vir armatus lorica galea, & ocreis tenens in sinistra clauam, & in dextera uictoriam alatã tenentem in manib. coronam lauream. sign. Martem victorem, Choul. fol.170. Vitel. æneo.

786 Vir armatus lorica, & galea ocreis, & pugione tenens in sinistra tropheum, & in dextera uictoriã alatam tenentem coronam lauream in manibus sig. Martem Victorem. Choul. fol.170. Antoninus. pius æneo.

787 Vir nudus stans habẽs sup humerũ sinistrũ pãnum pendentem, & in dextera ramum oliuæ, & in sinistra hastam, & ad pedes clypeum, & loricam, habet in capite galeam, sig. Martem pacatorem. Choul. fol.170. Seuerus.

788 Vir indutus lorica habens in capite galeam, & ocreatus tenens clypeum in sinistra humi cilli xum, & in dextera hastam, aliquando habet clypeũ in dextera, & hastam in sinistra, sig. Martẽ vltorem. Choulus fol.161. Antoninus pius æneo. caracal. arg.

789 Vir armatus lorica, & galea, & ocreis tenens clypeum in sinistro brachio, & hastam in dextera uti progrediatur ad bellũ. sign. Martem vltorẽ. Cho.f.171. Gordia. æneo. & Mammea. æneo.

790 Vir nudus nisi quod habet in capite galeam, & pannũ uel cinctũ uel a sinistro brachio pendẽtem tenens super humero sinistro trophæum, & in dextera hastam, & uidetur progredi ad bellum, significat Martem vltorem. Choulus folio centesimo septuagesimo primo Hadria. arg. Claud. æneo.

791 Vir nudus & talaria habens ad pedes tenens in sinistra caduceum, & cum dextera prehendens frenum equi alati signific. Mercurium pegisum. Choulus folio centesimo septuagesimo septimo.

792 Vir indutus habitu sacerdotali tenens in dextera pateram super ignem in ara accensum sign. vota suscepta pro principe. Choulus f.210.

793 Vir dextera tenens pileum, & habens sinistrã quantum potest extensam, & discapedinatam sign. libertatem, quam pileus sign. sed tamen læua extensa & liberã, sign. quoque idem. Valerianus folio ducentesimo quinquagesimo secundo.

794 Vir stans & læua hastę innixus dexteram porrigit vila, & digitis dimissis pollice pendente, sign. restitutorem. Valerianus folio ducentesimo quinquagesimo tertio.

795 Vir stans, & porrigens manum mulieri altero genu genuflexæ sign. restitutorem Reip. Valerianus folio ducentesimo quinquagesimo tertio.

796 Viri

796 Viri duo iungentes dextras cum caduceo appositο sign. fœlicitatem.
Valerianus folio ducentesimo quinquagesimo quarto.

798 Vir utraque manu mutilus sign. eum qui natus sit 17. gradu Geminorum quem Mathematici dicunt nasci inutilem & ignauum.

799 Vir iacens in aqua, & habens poma vndique patentia, quæ tamen non potest carpere, nec aquam bibere, sig. Tantalum. Vide Tantalus.

800 Vir scabens caput uno digito sign. hominem delicatæ mollitiei, quam notam Pompeio inustam ferunt.
Valerianus folio ducentesimo quinquagesimo nono.

801 Vir qui inclinato in humerum dextrum capite brachio ab aure prætenso manum inflexo pollice extendit, sign. virum pacificatorem.
Valer. f. 260.

802 Vir stans supra terrarum orbem in dextera gladium, & in sinistra librum tenens cum titulo, et utroque Cæsar, signifi. Iulium Cæsarem armis, & litteris rebus gerendis inuigilaotem factum totius orbis Dominum.
Gabriel Symeon Emblem. 12.

803 Vir scribens in marmore, cum titulo. scribit in marmore læsus, sign. quemuis ab alio offensum iniuriarum memorem existere.
Habriel Simeon Emblemate. 14.

804 Viri duo quorum vnus sit personatus, cui alter cum virga personæ frontem tangat. cum titulo: Amico ficto nulla fit iniuria, sign. amico ficto euellendam personam & simulationem.
Gabriel Simeon Emblem. 16.

805 Vir habena dexteram exporrectam, in qua medius anularis, & auricularis sint inflexi versus uulam reliquis extantibus & porrectis, & tenens sinistram, ita vt vnguis pollicis prematur ab indice, & medius incuruetur versus palmā, sig. Ianum esse Deum anni. nam dextera cum digitis eo modo inflexis sign. tercentum, & sinistra sign. sexaginta quinque, qui sunt dies anni. Valer. f. 270.

806 Vir gladio ignem fodiens, cuius scintilla in illius oculum prosiliat. cum titulo. ignis gladio non fodiendus, sign. contentiosos, & litigiosos sæpe offendi ab his, quos irritant.
Gabriel Simeon. Emblem. 17.

807 Vir cum bilance, cuius vna laox nimio pondere sit abrupta, cum titulo. Stateræ ordo non transiliendus, sign. homines iniquos, & præpoteros nullum mensuræ seruare modum, vnde sæpe finem experiuntur noxium. Gabriel Simeon. Emblem. 18.

808 Vir stans tenens in dextera terrarum orbem in sinistra uero scripturam, cum titulo, aut Cæsar, aut nihil. fuit Symbolum Cæsaris Borgiæ Ducis Valentinensis, quo sign. se aut mortem obiturum, aut celebre facinus admissurum: Sed vtrumque fuit. Iuxta illud:
Borgia Cæsar eram, factis & nomine Cæsar,
Aut nihil, aut Cæsar, dixit, vtrumque fuit.
Gabriel Simeon Emblem. 21.

809 Vir pedibus conculcans herbam quam vocant acetosam, vel Rumicem apud Romanos ὀξαλὶς apud Græcos, cum titulo virescit vulnere uirtus, sign. eum qui ob uirtutem in inuidiam apud ignorantes haberetur, & infestaretur, se tamen magis uirtutem suam, & ingenium patefacturum, ea enim herba quo magis conteritur eo magis uirescit.
Gabriel Simeon Emblem. 25.

810 Vir seminudus sedens otiolis, & tenens pedem sinistrum super horologium inuersum, cui mulier quædam nuda sicca, & macra videtur se uelle secum adiungere, sign. tamen inertis comitem fieri. Achilles Bocchius Symb. 26.

811 Vir qui dextera nouam Lunam attollit in sublime sign. Seuerum Alexandrum. sed Hieroglyphicum sign. perpetuitatem.
Valerianus folio trecentesimo vigesimo octauo.

812 Vir qui extollat manus ad stellam, ad cęlum, sign. Pertinacem Imperatorem agere gratias Deo, cuius prouidentia consecutus fuerat votum suum, & hoc totum sign. prouidentiam. Stella enim sig. Deum, cuius prouidentia omnia reguntur. Valer. f. 330.

813 Vir qui in ambas aures ponat aliquid de radice Mandragoræ, & Piratri, & habeat in anulari sinistræ annulum ferreum cum gemma ex pice, & teneat folium pini in ore, et uirgam ferream, cum aculeo aureo in dextra, cumquo pungat folium, quod in ore habet cum vocem auis audit, sign. illum qui operatur, ut intelligat auium loquelas, siue cantus, uel voces earum. Leo Suauius in Scholiis Paracelsi. f. 206. v. vir. 775. nam ibi aperitur sensus magiæ Artbephij.

814 Vir porrigens dextera pileum, & habens læuā expansam, sig. libertatem. Valer. f. 293.

815 Vir habens in dextera pileum, et sinistra adhærens hastæ sig. libertatem. Valer. f. 293.

816 Viri quatuor gradientes pedibus liberis, et secundus, et quartus gestarent fasces, & secures alligatas sig. libertatem, sub Bruto secundo & quarto consule. Valer. f. 293.

817 Vir cum iaculo & pileo, sig. libertatem publicā.

818 Vir cum pileo capite imposito, sig. seruilem improbitatem, nam qui ita vendebat seruum, nō tenebatur de ullo illius serui facinore admisso emptori. Valer. f. 293.

819 Viri dimidium simulacbrum in clypeo, quod exporrectis manibus in dextera ostēdebat uinculum, & in sinistra pileum, sig. insigne Theodosianorum militum, qui eo insigni sig. se cōtumacibus uincula, in ieduros, & obsequiosis, libertatem donaturos. Valer. fol. 294.

820 Vir Hunnus seu sit Sarmata nihil habens prędter pelles, quibus oculis exceptis contegitur totus, sig. illud Biantis omnia mea bona mecum porto, est enim tutus a latronibus, furibus cum nil aliud gestat, vt forsam nil aliud habeat. Sāctius in Alciati Emblemate. 37.

821 Vir qui habebat bonam memoriam sig. Saturnum fuisse illi in genitura bene collocatum.

Georgius Venetus Arm. folio centesimo deci cimo sexto.

822 Vir qui sit secretioris, & profudioris sapientiæ præditus signific. Saturnum ei nascentur fecisse.

823 Vis libenter audiens & cum silentio audita ruminans ad secretiora penetralia ingreditur sign. Saturnum sibi fuisse propitium.

824 Vir qui habeat maculas varias, oculos impares longam faciem, aspectum indecentem, & fetidum, dentes varios, & turpes, staturam, diuersam pedes deformes, contortos, calcaneos corrugatos, pilos nigros raros, & grossos, iuncta supercilia, colorem fuscum, glaucum, vel plumbeum, sign. Saturnum fuisse dispositorem genituræ suæ.

825 Vir qui sit more melancholico, qui delectetur nigris indumentis, qui tardus sit in operationibus, qui delectetur solitudine cauernis, & antris, qui sit fossor, puteorum, cloacharum, calcis, & cementi confector, & exercens huiuscemodi vilia exercitia, signific. Saturnum illi fuisse male dispositum in genitura.

Georgius Venetus Armoniacarum folio centesimo decimo septimo.

826 Vir equitans, & habens in manu id quod vocant logrum, quo Venatores alliciunt ad se accipitrem vel falconem. positus in porta solis sub Prometheo in septimo gradu Theatri Iulij Camilli. signific. Venatorem cum accipitre, vel falcone. Iulius Camil. folio centesimo quadragesimo septimo.

827 Vir qui eleuatur ad profundissima, & sublimia quæque signific. Saturnnum sibi in genitura fuisse bene dispositum. Georgius Venetus Armon. fol. 117.

828 Vir qui habeat figuram condecentem staturam moderatam, & formosam, oculos ad magnitudinem tendentes, & subnigros, flauos capillos cum quadam caluitie, duosque dentes incisorios ceteris longiores signific. habuisse Iouem suæ geniruræ dispositorem, si uero fuerit sol oriens cutis erit satis alba sin occidens albedine erit remissior.

Georgius ut supra.

829 Vir qui habeat mores honestos, qui sit fideles & parentibus obsequens iustus, & legalis. sig. Iouem sibi fuisse bene dispositum. Georgius ut supra.

830 Vir qui sit figura rubeus habens oculos varios ad citrinum tendentes, barbam capillos cœterosque corporis pillos rubeos obscuros spissos, & grossos staturam mediam, faciem rotundam lentiginibus, & maculis quibusdam conspersam, nares amplas, & latas plenas spiritu, aspectū horridum, dentes longiores, gressus distantes, qui sit impetuosus promptus ad omnia sign. Martem in genesi sua habuisse dominatorem. Georgius Venetus Armonia. fol. 118.

831 Vir pugnæ, ut est illud Exodi cap. 15. Deus uir pugnæ Deus Iehoua nomen eius, sign. ipsum Messiam D. N. qui pugnaturus erat cum hoste humani generis, & illum uicturus. Galatinus lib. 3. cap. 22.

832 Vir equitans equum ruffum siue sanguineum stans inter mirtos in conualle, ut est Zachar. capitulo primo. signifi. Christum Dominum stantem inter iustos, quos sign. myrti, equus ruffus quem equitabat, signif. corpus ipsius D. N. quod rubrum sanguine in ara crucis facturus erat. conuallis vero in qua erat vir equitās signific. Christi Domini Nostri humilitatem, & quoniam Propheta sequitur, & post eum equi rubri, qui signifi. Apostolos & Martires, equi varij, qui signific. doctores ecclesiæ, & prædicatores, qui varijs doctrinarum documentis ac uirtutibus præditi modo huc, & illuc scribendo, & docendo discurrunt. equi uero albi. sig. Virgines, qui Virginitatis candore decorantur. Galatinus, libro tertio capitulo uigesimo secundo.

833 Vir habens caput vacuum cerebro in porta Martis sub Pasiphae in quinto gradu Theatri Iulij Camilli sig. naturam furiosam, & stultam. Iulius Camillus f. 133.

834 Vir pauper & sapiens de quo in ecclesiast. capitulo nono, Ciuitas parua, & uiri in ea pauci, & uenit ad eam Rex Magnus, circumdedit eam, extruxit contra eam munitionis est in ea uir pauper, & sapiens, & liberauit ipse ciuitatem per sapientiam suam. sign. figmentum bonum vel rationem, & intellectum, dicitur pauper quia non inuenitur in omnibus creaturis, & dicitur liberare ciuitatem, quia qui obedit rationi liberatur a peccato. Ciuitas parua sign. corpus hominis siue ipsum hominē, pauci uiri in ea, signific. humani corporis membra. Rex magnus signifi. malum figmentum siue fomitem peccati, dicitur magnus quia habet tredecim annos in homine plures quàm ratio: munitiones contra ciuitatem factæ sign. insidias, & circumuentiones peccati.

Galatinus libro sexto capitulo quinto V. puer pauper, & sapiens.

835 Vir absolute positus, ut est illud psal. 48. etiam fili Adam etiam filij Viri. sign. Noe, qui uocatus est vir iustus. Galatinus libro sexto capitulo septimo.

836 Viri Inquitatem meliorem esse muliere benefaciente signific. rectius hominem agere, qui desiderio cælestium rerum raptus, plurima corporis & socialis uitæ commoda negligit, uir enim signific. mentis nostræ partem superiorem, qua diuinas tantum contemplamur. mulier vero signfi. partem inferiorem animi, qua res humanas curamus, & quando quis contemplatur, & pro diuinis negligit humana, illa negligentia uidetur iniquitas, illis qui mortalia curant.

Landinus tertio Camaldul.

837 Viri quamplurimi offerētes Ioui super ara erecto viles squillas, qui ut ait Costalius sunt phaselites. significāt eos, qui sibi diuites sunt, & qui ne dijs quidem offerunt, ut sibi lucrifaciant. phaselitæ enim ea dijs tantum

offere-

offerebant, quæ sibi nullo vsui essent futura. Costalius pegmate 5.

838 Vir cum fulgure in dextera, ad cuius pedes est aquila, qui sedet super solium, ubi quoque sedet mulier habens in dextera falcem sign. ille Iouem, & hæc signific. Themidem, sed ambo simul signific iusta tantum a Deo esse roganda: nam Themis, quæ astat exploret hominum, & desideria, & preces, & impia præcidit. Choulus. 6. pegmate.

839 Vir bifrons sig. ianuarium mensem, quòd nomine sign. Ianum bifrontem. vel quòd esset finis anni præcedentis, & principium sequentis. Augustinus Ferentillus in tractatu de ætatibus mundi.

840 Vir admodum senex, qui addiscere a ludi magistro literas videatur, signific. Cathonem, qui sexagenarius voluit litteras græcas addiscere, & signifi. omnium rerum satietatem esse præterquam disciplinæ. Costalius pegmate decimo.

841 Vir gradiens cum calceis laneis, & tenens in sinistra fulmen. sign. Iouem paratum ad uindictam, licet tarde, quod sign. illud Valerianum: lento enim gradu diuina procedit ira tarditatemque, supplicij grauitate compensat. Costalius pegmate 12.

842 Vir molliter indutus, & delicatus in plateis incedens sig. virum Sybaritam, quo tandem, signifi. delicatulos illos, qui veluti alteri Hortensij totas uias vestibus verrunt, & si quem obuiam habent, cum oporteat, ut longe diuertat ne forte vestis plicam attingat, alioquin uerba & litea non desunt. Costalius pegmate. decimo quinto secundum Caballariam hoc nil habet Symboli.

843 Vir probe indutus & stans porrigens dexteram & ex indice ostendens anulum arctum e digito extractum, sign. sic uiuendum, ut velis, & libertate nil melius. anulus enim arctus, sig. libertatis priuationem. Costalius pegmate decimo sexto.

844 Viri complures comedentes in Scaphio, signifi. homines fœdos, & habentes animos pluribus vitijs infectos. alludit ad Symbolum Pythagoricum, in Scaphio ne edito, quod signifi. nefariorum hominum conuictum, & amicitias vitandas. Costalius pegmate 17. V. Scaphium.

845 Vir mensurans lapidem quadrum norma quã vocant Lesbiam. sig. Iudicem bonum, Norma enim lesbia signific. æquitatem. Costalius pegmate. 22.

846 Vir accendens faces in fonte, sign. viros, qui sibi nimis fidunt, alludit ad fontem Dodoneum in quo si quis immitteret faces extinctas, accendebantur, & si accensas extinguebantur, qui fons profecto, sig, diuinam iustitiam, quæ nimis fidentes extinguit, & qui humiles sunt extollit, & in hominum frequentia viuos facit. Costalius.

847 Vir lupum auribus tenens sign. eos, qui nimia sui fiducia opus aggrediuntur ex quo non sine periculo explicari possunt. Costalius pegmate 114.

848 Virum non induere fœmineam vestem neque fœminam virilem iussum fuisse. sign. virum in fęminea veste reddere turpem imaginem Dei quam habet in se, & fœminam in uirili sæpe facere, quæ puderet in muliebri.

Franciscus Georgius problemate 359. to. secundo.

849 Vir in equo sedens plurimos post se milites habena sed ante se est carnifex, qui securi quendam percutit. signific seueritatem in bello, & alludit ad Lamachum Ducem, qui militea quouia minimo delicto extremo mulctabat supplicio. Costalius pegmate 25. secundum Caballariam nil habet Symboli. Hæc tãdem picta est pegmate. 60. & apud eundem, sigificat Deum omnia uidere, & omnia prouidere.

850 Vir tenens in manu libram bilancem, signific. Critolaũ, qui pecuniam honorea mundanos, & virtutem ponderabat, & hoc sign. uirtutem anteferendam diuitijs, & ambitioni. Costalius pegmate. 27. hoc secundum Caballariam non videtur quicquam habere Symboli.

851 Vir baculo percutiens equum nimio pondere pressum, & humi lapsum, signif. nil ultra vires tentandum: sæpe enim etiam generosi plus satis onerati succumbunt. Costalius pegmate 30.

852 Viri aliquot sedentes habitu iuridiciali ornati in quorum medio sit puer pampinis coronatus, & sub se habens cantarum, signifi. iudices poculentos non bene de rebus sententiam ferre. nam non est in multo mens bene docta mero. Costalius pegmate. tregesimo primo.

853 Vir sono probans uasa, sig. homines sermone, & non uestitu uel fortuna esse probandos, unde illud: loquere, ut te uideam. Costalius pegmate 35.

854 Vir sonans cytharam leuticam ante uas fabis plenum. signific. illos iudices, qui spectant ad munera, & ad illa tantum iudicant. fabæ enim significant suffragia. Sonare vero, ut ait Costalius Doricam musicam signific. ut ego reor, tantummodo Iudicare quantum δῶρα idest munera adstant, alludens ad nomem δῶρον. idest doni. Costalius Pegmate 34.

855 Viri duo, qui dexteras in pugnos reductas inuicem sibi offerunt, & tangant, sinistras vero sub pallio latentes habent, & viri alij duo. qui sibi cum dexteris offerant panem, sed in sinistris habent lapides, sign. amicos fictos, & falsos, qui unum in ore & aliud, in pectore habent. Costalius pegmat 36.

856 Vir toga ornatus tenens in dextera ramũ cum folijs & in sinistra, ut reor, scriptum quoddam implicatum, sig. illos, qui spernunt iuris doctores, & tantum uerbis abundant ipsi, ut nil iuris præter verba inania fundant. Costalius pegmate. 37.

857 Vir ſtans habens in dextera ſceptrum, & cum ſiniſtra contrectans ſibi virilia, ſignific. naturam ſub lunarem habere imperium in rebus & hoc lign. ſceptrum, & habere in ſe omnium rerum ſemina, vnde fluunt formæ, quæ imprimuntur in materia, & hoc ſig. genitalium attrectatio. Farra ſcp. fol. 191,

858 Viri duo coronati ſe ſe mutuo amplectentes, & habentes ſupra ſe duas ſtellas. ſign. Caſtorem, & Pollucem, qui ſignifi. fratrum amicitias. ob notam fabulam. Coſtalius pegmate 38.

859 Vir ſedens & comedens cor. ſign. illum, qui curis mundanis conficitur, contrarium illius Pythagorici Symboli cor ne edito, quod ſig. a curis, & perturbationibua mundanis fugiendum. Coſtalius pegmate. 39.

860 Vir ſenex ſedens colloquena cum adoleſcentulo harpam digitis pulſante, ſignific. Antigenidem colloquentem cum diſcipulo, & illum cohortantem ne curet verba indoctæ multitudinis, ſed tantum obſeruet iudicia peritorum. Hoc diceret Caballaria nil Symbolicum habere. Coſtalius pegmete. 41.

861 Vir pugnis percutiens ſaxum prædurum, & magnum, ſign. contendentem cum pertinaci, & nullo modo cedentem, ſign. quoque ſtultum, qui cum eo contendit, a quo damnum contendendo capit. Coſtalius pegmate 45. in hoc ſecundum Cabaliariam nil eſſet Symboli.

862 Vir pulſans cytharam cum uero putat ſe ab aliis audiri deſinit a cantu. ſignifi. Aſpendium cytharœdum, qui uel ab amicis nolebat audiri ſed tantum ſibi cytharam pulſabat, qui ſignific. illos amicos, qui propria vtilitate amicitiam metiuntur. Coſtalius pegmate quadrageſimo nono.

863 Viri duo inuicem permutantes arma, quorum una erant aurea, & altera ferrea. ſignific. Diomedem, & Glaucum, & ambo ſignific. pacem auro redemptam, Coſtalius pegmate. 50.

864 Viri aliquot armati, circa ſenē quendā mortuū humi proſtratum in cuius os aurum eliquatū infundunt, ſig. Perſas in Craſſi os aurum ingeſſiſſe, & Craſſus ipſe ſignific. mortem vnam, & beare homines, & ditare. Coſtalius pegmate. 51. hoc apud Cabalariam nil Symbolicum habere indicatur.

865 Vir indutus albis eleuans dexteram, & ſiniſtram ad cœlum. Quem uidit Daniel. 18. ſignific. Angelum poſt ſextum, quem vidit D. Ioannes in Aapocalipſ. & ambo ſignific. prædicatorem veritatis venturum in fine ſexti temporis, ſicuti & illa ætas, in qua Daniel vidit viſionem illam, erat ſexta, vel in ſexto ſignaculo comprehenſa, ita & Angelus poſt ſextum quem vidit D. Ioannes ſignific. in ſexto tempore ſtatus ſecundi venturum illum concionatorem, qui ſit fortis in prædicando ueritatem, & ſicuti in ſexto ſignaculo in primo ſtatu Helias per tres annos, & menſes ſex latuit a facie Iezabel, ita futurum, in ſecundo ſtatu, ut per tres annos, & menſes ſex, ordo quem ſignific. Helias futurus ſit in anguſtijs propter Antichriſtum, qui per ſpacium quod dicit Daniel per tempus, & tempora, & dimidium temporis afflicturus eſt Eccleſiam.
Ioach. Apoc. fol. 140,

866 Vir quidam qui a mortuo quodam neſcio quid eripere velle videtur, & mortuus aufugere conatur, ſignific. illos, qui ut eſt in prouerbio a mortuis tributum petunt, & ſigo. Principes nimis graues in vectigabilibus, & uſque a mortuis epichephal. denres.
Coſtalius pegmate 52.

867 Vir cum porco colloquens, & quaſi ſecum deliciians, ſign. vnumquenque vel immauiſſimū, & viliſſimum ſuam uoluptatem ſequi. Coſtalius pegmate 54.

868 Vir corycius terram effodiens, ſignif. nihil eſſe, quod aſsiduo labore non aſſequamur. Coſtalius pegmate. 58.

869 Vir quidam, qui habet ſerpentem Dypſadem collo obuolutum, ſignific. illum, qui meretricio amore detinetur, Dypſas enim ſign. meretricem. Coſtalius pegmate. 59.

870 Vir in tabula pingens hominis figuram, ſig. Protogené, qui adeo picturę erat intentus, ut neſciret manum e tabula tollere, & hoc per contrarium ſign. eſſe aliquando feriandum ab operibus ſuis.
Coſtalius pigmate 62.

871 Vir qui in menſa calculos numerat, ſig. aulicos, qui ſępe numerant felicitates, quas ſperant, & tamen, ut plurimum falluntur. Coſtalius pegmate. 66.

872 Vir expiſcans neſcio quid in puteo, ſignifi. Demochritum, qui virtutem iouestigabat, & eam in puteo latere dicebat, quod ſignific. veritatem in abditis naturæ abſconditam eſſe. Coſtalius pegmate. 74.

873 Vir ſedens ſupra nubem candidam, ſimilis filio hominis habens coronam &c. ſignific. quendam ordinem Iuſtorum, cuidatum ſit perfecte imitari uitam filij hominis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & eſſe optimos in eo euangelizantes ad colligendam meſſem in arca D. M. Ioach Apoc. f. 175.

774 Virum hunc habere coronam ſupra caput ſuū auream ſign. quod in veritate ille ordo docebit contra omnia uitia, & ſuperabit ea:

875 Virum hunc ſedere ſupra nubem candidam ſign. quod ille ordo erit ſpiritualis, & eius conuerſatio non erit ponderoſa nec grauis, nec multum actioni ſed potius contemplationi vacabit.

876 Vir quidam ſedens pro tribunali, & habens vnum oculum tantum in fronte, ſign. ſtatuam Arimaſpi, & ſign. iudicem ſordide, & per gratiam iudicantem, ut pote qui ad unam ſolam partem reſpiciat.
Coſtalius pegmate 78.

877 Vir paſtor tondens ouem. ſign. Principem in ſubditos modeſtum eſſe debere, ut tondeat, & non deglubet.
Coſtalius pegmate 79.

878 Vir

878 Vir sedens pro tribunali, ante quem astat Virgo a duobus satellitibus detenta, sig. Appium & Virginiam. & hoc sig. iudices amantes non posse recte iudicare.
Costalius Pegmate 80.

879 Viri aliquot ad quorum singulorum pedes, adsit lupus sign. homines Neuros, qui ut credebantur erant soliti in lupos conuerti. & hoc sign. Gubernatoress expilatores.
Costalius Pegmate 81.

880 Vir senex iacens humi prostratus ad radicem montis in ripa cuiusdam fontis, signif. Hesiodum, & iste sign. Deos omnia laboribus vendere. Iuxta illud. Virtutem posuere Dei sudore parandam, Arduus, &c.
Costalius Pegmate 83.

881 Vir senex de ponte deijciens filium in flumen rapax, sig. parentes qui intrudunt filios adhuc impuberes, & sine iudicio in monasteria, tam mares quam feminas. Costalius Pegmate 86.

882 Viri duo quorum vnus vult totam equi caudã in vna vice vellere, sed non potest, alter uero peulatim eam uellicans, tandem totam absumit, sign. temporis longinquitatem omnia adferre. Costalius Pegmate octuagesimo octauo.

883 Viri facientes sacra Iunoni, & fel de uictima abijcientes, sign. in matrimonio silentium, & pacem esse debere. Iuno enim nuptijs preest, & fel, sign. iram.
Costalius Pegmatum folio centesimo decimo quinto.

884 Viri duo amicti saccis qui prophetabunt diebus 1260. quos Diuus Ioannes uocat duas oliuas, & duo candelabra, sign. vel Moysem, & Heliam, vel Enoch, & Heliam. qui uenturi sunt in sexto tempore, quos Antichristus occidet, uel sign. ordinem Clericorum, & ordinem Monachorum, qui resistent suis prædicationibus falsis prophetis, & hæreticis, qui eo tempore insurgent. Dies 1260. conficiunt menses 42. qui signific. 42. generationes, per quas isti viri dicuntur prædicaturi, qui in ordinibus, quos ipsi sign. illud idem fici. qui ordines, ut est dictum, dicuntur duæ oliuæ, & duo candelabra, hæc signific. Clericos, qui splendore sapientiæ, & bonæ vitæ exemplis fulgebunt aliis. & illæ sig. Monachos, qui oleo charitatis ardebunt. Dominus terræ, ante quem stabunt isti duo viri, sign. D. N. I. qui tunc temporis ponet inimicos suos scabellum pedum suorum, & id facient, ut annuncient aduenisse tempus, in quo filium Dei regnare oporteat in uniuersa terra. quòd possint claudere cęlum, sign. in diebus illis posse prohibere fidelibus ne uerba spiritualia audeant loqui carnalibus. Et ignis qui exibit de ore ipsorũ, sign. ardorem spiritualis intelligentiæ, qua inimici eorum destruantur. Pluuia quam prohibere poterunt sign. doctrinam, quæ excitat ad faciendos fructus dignos pęnitentiæ, & ignis sign. doctrinam, quæ carnis uitia pungendo comprimat. Ioachim in Apocalyps. fol. 152.

885 Vir unus, quem apprehenderunt septem mulieres, ut est Isai, 4. sign. Christum Dominum nostrum vnum esse redemptorem. Lauretus in uerbo unitas in appendice numerorum.

886 Virum meretricis tulisse secum sacculum pecuniæ, ut est prouerb. 7. sign. diuites existimare leges, & cætera omnia debere pecuniæ cedere. Lauret. in uerbo accipere.

887 Viri fortes sexaginta ambientes lectum Salomonis, ut est Cantic. 3. sig. sanctos, qui uerbis, & exemplis muniunt mentem sanctam, in qua quiescit Christus Dominus, Diuus Gregor, in Cantic. 3.

888 Viri 2. qui portauerunt Botrum uuæ in uecte de terra promissionis, sign. duos ordines futuros in tertio statu, qui erunt testes Euangelicæ ueritatis, qui forsan sunt ordines D. Francisci, & D. Dominici.

889 Viri, qui plurimi applicabuntur fraudulenter Iudæis, ut est Daniel. 11. sign. Gentiles, qui simulabunt amicitias, cum Iudæis aduersus Christianos. D. Hieron. Daniel. 11.

890 Viri uirtutis applicantes se ad ciuitatẽ Ephron, ut est 1. Machab. 5. sign. doctores penetrantes sensus spirituales, ut possint vincere, & conuertere peccatores. Lauretus in uerbo applicare.

891 Vir apprehendens manum proximi sui, ut est Zachar. 14. sign. fideles mutuo auxilio se subleuantes. Diuus Hieronim. Zachar. decimo quarto.

892 Vir apprehendens fratrem suum, ut est Isai. 3. sign. Iudæos, qui confidunt in Moyse, dicentes nos discipuli Moysi sumus. Ruper. 1. sup. Isai. 12.

892 Virum a fratre suo à Deo dispergi, ut est Hiere. 13. sig. hęreticos discindi in diuersos errores. D. Hieron. Hierem. 13.

893 Vir qui aufert opprobrium septem mulierum, ut est Isai. 4. signif. Christum Dominum, qui habet uera dona spiritus sancti, & ea defendit a falsis, uel signif. quod in Christo sunt dona, ut eis dignum est, cum in aliis non eis seruetur sua dignitas. Lauretus in uerbo auferre.

894 Vir pugnãs contra fratrem suum, ut est Isai. 19. sign. hominem aliquem conuerti ad fidem relictis sibi proximis in infidelitate. D. Hieron. Isai. 19.

895 Viri mille cum Saul in monte Bethel, ut est 1. Reg. 13. sign. Ecclesiæ defensores ipsi prælato coniunctos ad prædicationem, & ad cætera, in quibus eorum opera desideratur. D. Greg. 1. Reg. 13.

896 Viri 8. qui gerunt tipum spiritus sancti, scilicet, Ioseph, Iosue, Samuel, Heliseus, Esaias, Daniel, & Iesus filius Iosedech, sign. spiritum sanctũ à quo 7. spiritus missi sunt in omnem terram. Ioach. 13. cap. 8.

897 Vir sanguinum, ut est Psal. 6. signif. Diabolum, qui sit perfectus in uitio, sicut uir sign. Dominum, ut est illud Apostoli. 2. Corinth. 11.

Despondi

Despondi vos vni viro Virginem castam, &c. Clemens Alexand. lib. 1. pædag. cap. 5.

898 Vir ut est illud Galat. 4. postquam autē factus sum vir, sign. Christianum, sicuti infans sign. Iudæum, nam sequens legem D. Paulus erat infans, cogitans vero ea quæ sunt Christi D. quem solum scriptura uocat uirum factus est vir. Clemens Alexand. ut supra cap. 6.

899 Vir nudus gestans alium virum nudum super brachium sinistrum, & in manu dextera tenēs imaginem Palladis armatæ, sign. Aeneam gestātem Anchisēm patrem, & secum, ut ait Aeneas Vicus ferentem Palladium, & hoc factum fuit in honorem Iuliæ familiæ, permissu Cæsaris priusquam consul, & dictator uerum crearetur, Aeneas Vicus in secundo numo, Iulij, Cæsares.

900 Vir totus oculeus, totus auritus, & lupi corio semiamictus, pileolo laconū more obnuptus, cui os in facie non apparebat, & in pedibus erant laneæ crepidulæ, quem erant tres mulieres, quæ procul ab ipso viro tali stabant in vertice plano, ac florido cuiusdam montis prærupti, & confragosi, ad quem uerticē nusquam erat aditus, tanta est salebrarum immanitas, vna mulier erat ornatu regio multoque auro insignis, duæ aliæ matronæ assistebāt haud pari habitu, sed nec dispari habitudine, miluinis oculis, aspectu uegeto, & uiribus inexhaustis, quarum altera tortiles, ac multiuagas catenas explicabat, altera quadrato lapide nitens corollas futiles complicabat, magna uis mortalium ore hiulco ad regiam fœminam incontinenter aspirabat, & multi tentantes ascendere, nequaquam poterant, pauci vero qui dicebantur Ioue nati, numinis auxilio ascendebant, qui ante quam ascendissent faciebant sacrum, non thure non victima, sed turdo aue, & illius aræ erat inscriptū. FIDE SATO. Dum uero sacrum fieret, linguis constanter fauebāt. At hi si peracto sacro litassent, Matrona illa, quæ catenas explicabat, lorum in cuius termino lapis obsidianus traiectus erat, demittebat, hunc lapidem ille uir oculeis inserebat ori supplicū, & illi coarctantes labia obstringebant, tunc illa fœmina sensim trahens in montem prouehebat, quod si casu illi aperuissent ora, o infortunatos homines, quibus præsentaria ruina imminebat, & quidquid eousq; itineris exantlarant, deperibat. at si fortuna meliore suffragante eò peruenissent, tum demum corona cingebantur, ac magno plausu, è poculo, q̄ regia fœmina propinabat, epotabant, perpetuumque æuum, posthac solutum curis, & magna cum fœlicitate exigebant. Vir totus oculeus &c. sign. silentium. Mulier regio ornatu insignis, sign. fœlicitatem, siue meliorem fortunam, uel bonum Genium, vel Deam salutarem. & alia mulier quæ catenas explicat sign. prudentiam. Tertia vero quæ corollas complicat sign. fidem inuiolabilem. Duas postremas mulieres non esse dissimiles habitudine primæ sign. prudentiam & fidem a Dijs oriundas esse, sicuti & fœlicitas homines ad primam mulierem, fœlicitatem scilicet inhiare, sign. homines omnes naturaliter bene esse, & salutem appetere, neminem uero sine reliquis duabus posse ascendere, sig. nullum hominem sine prudentia, & fide posse fœlicem fieri. & quod nemo potest adire ad fœlicitatem nisi prius silentio faciat sacrum, sig. silentio nihil salubrius, & nihil optabilius, sicuti loquacitate nihil turpius & periculosius. Deus ille oculeus erat tectus pileolo laconico. quod sig. recondita esse debere, quæcumque tibi secretius fuerint credita, vel sign. quod arbitrio cuiusque sit largitate naturæ silentium tenere, loqui uero non æque liberum, aut sign. uitium garrulitatis esse seruile, & silentij honestamentum ad ingenuos attinere. Nam adulatores maleuoli, & fœminæ garrulitate laborant. & ille Deus erat lupino velamine obseptus. quod sign. taciturnitatem, & loquendi difficultatem. nam lupus si prior uiderit aliquem, ei adducit raucitatem, & difficultatem loquendi. Vnde illud, lupi videre priores. iste Deus habet crepidas laneas, quod sign. pedetentim, & sine strepitu Deos ad vlciscendas malorum iniurias procedere. et est totus oculeus, et auritus, quod sign. homines prudentes omnia circumspicere, omnia audire et rimari, prius quam loquantur. huic Deo sacra facere Ioue natos, sign. homines maximos quosque a Ioue dignitatem habere, et sacrum fieri turdo sign. quod sit auis silentio grata. quod scilicet a garrulitate abstineat. huius aræ inscribi fide sato, sig. hunc silentium non esse illū, quem dicunt ex admistione genitum, sed ex fide inuiolabile, lapis obsidianus, qui ori ascendentium immittitur à Deo, sign. silentium ad felicitatem euntes adiuuare, & quod mulier trahat ascendentes catena, signif. prudentiam eos trahere, per medium uirtutum ad felicitatem, non enim silentium est satis, sed opus est uirtute, quam sig. catena, cum vero ascenderint, felicitatem illis propinare Nepenthes poculum, sig. omnes curas excuti, & in futurum emeritis perturbationum stipendiis, fœlix æuum felices illos viuere. Cælius Calcagninus in descriptione silentij.

901 Viri aliquot sine manibus, & vnus qui inter eos principem agebat, & visebatur cum oculis conniuentibus apud Thebanos sign. quod iustitia incorrupta, & inexorabilis esse debeat. Cælius Calcagninus libro de rebus Aegyptiacis.

902 Vir qui habeat amictus flammeos, et sit genitali membro erecto, sign. Osiridem. propter vim ad generationem, et educationem propensam. amictus flammei ipsius Osiridis signif. vim Solis. quem signif. Osiris. Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis. Vide Osiris 1. et 2.

903 Viri igniti, de quibus Plato in vltimo de Repub. ita inquit: Hic viri aggrestes aspectu igniti eum astitissent, sermonem intellexissent, alios quidem seorsum assumptos ducebant,

Aridæum

Aridæum autem etc,sign. Demones qui iniustos assumptos, puniunt.
Clemens Alexandrinus libro quinto Stromatum, folio ducentesimo septuagesimo quinto.

904 Viri 12. qui manifestandi sunt in fine secundi status sign. opera tertij status 12. Patriarchæ sign. opera primi status. et 12. Apostoli sign. opera secundi status. Ioach. lib. 2. tract. 2. cap. 6.

905 Viri 12. patriarchæ, qui ingressi sunt Aegyptũ, sign. Apostolos.

906 Viri 12. qui electi sunt in deserto, sign. eos quibus D. Paulus imposuit manus, Ioach. in Apocal. fol. 1,

907 Viri 12. qui uocatiscati sunt patriarchę 12. sign. omnes patres duodecim tribuũ, quorum ipsi fuerunt usque ad finem primi status, hoc est vsque ad Christum D.N. & 12. principes, qui ceciderunt in deserto, cum his qui egressi sunt ex Aegypto sig. 12. Apostolos cum successoribus eorum, quorum manebat tentatio, & ruina corporum usque ad finem secundi status, & 12. principes qui ingressi sunt terram promissionis, sign. patres tertij status quorum primi erunt 12. qui omnes visuri sunt illã pacem, quam promisit Deus diligentibus se, & aduerte, quod abbas Ioachim existimat hos duodecim vltimos fuisse futuros non molto post ipsum Ioachim, & ego existimo fuisse illos 12. fratres D.F. qui fuerunt primarij illius religionis. Abbas Ioachim in lib. 2. tractat. 2. cap. 6. concord.

909 Viri quinque qui Iudęis in auxilium de cœlo apparuerunt, ut est 2. Machab. 10. sign. libros quinque Moysis. Georgius Ederus in lib. 2. Oeconom. tabula. 11.

910 Vir armatus in toto corpore, dextra vexillum militare tenens, cui rosa sit intexta, sinistra habet libram, pectus tamen est inerme, & præ se habet vrsum in clipeo tenet leonem effictum ipsa viri effigies stat in campo floribus luxuriante, vexillum constat ex multis fasciis siue tæniis, & vittas habet hastæ alligatas, & nomẽ huius viri siue statuæ, est Hermausal, tu vide Hermansal.

911 Vir obediens loquitur victorias, ut est sapiẽtiæ cap. sign. Christum Dominum, qui fuit Deo obediẽs usque ad mortem, & mortem crucis, & loquitur victorias, quia per vulnera, & mortem uicit mundum & diabolum. Rupertus lib. duodecimo cap. vigesimo octano.

912 Vir habens septem capita, sig. Geminorum decimum quintum gradum, & hoc quia ille, qui nascitur eo gradu, ut plurimum coadit multiscius, ut nullum doctrinæ genus sit, ars nulla, nulla denique lingua celebris, quam ipse non optimè sit cõsequuturus. Petrus Bongus cap. de septenar. fol. 218.

913 Viri Abraham, Isaac, & Iacob. & 12. filij Iacob, signifi. Zachariam D. Ioannem Baptistan, & D.N.I. hominem, & duodecim Apostolus, & quindecim viros futuros in tertio statu similes illis supradictis, & nota quod 15. primi, scilicet Abraham, &c. fuerunt in primo statu. & hos sign. primus gradus ex quindecim qui sign. quindecim modos loquendi in scriptura sacra, & Zacharias D. Ioannes, & D. N. & Apostoli fuerunt in secundo statu, & illi quindecim viri, qui uenturi sunt, erunt in tertio statu, & illos sign. tertius gradus ex quindecim, ut supra, & nota quod sicut primi quindecim fueruut patres secundum carnem populi Hebræi in principio primi status. Ita secundi quindecim fuerunt patres populi Christiani secundum spiritum in principio secundi status, ita futurum erat, ut quindecim sunt patres uocandi in principio tertij status, per quos reliquiæ Iudæorum, & gentium reducantur ad fidem.
Ioachim in Apocalyps. folio ducentesimo sexagesimo sexto.

914 Vir genuflexus qui Regi iurat, vt aiunt homagium, cum verbis, Sanguine potior, sign. hominem qui demonstrat se habere antiquius, & religiosius iuramentum, quo tenetur Regi vel Principi suo seruare fidem, quam ullam sanguinis necessitudinem, uel cognationis rationem. Hieronymus Ruscellus in insigni Alphonsij Carrafæ.

1 VIRGAE duæ ferreæ longæ, & incuruæ, quales sunt augurum litui, cum quodam vase, sign. Deos penates.
Cartarius folio quadringentesimo qoinquagesimo.

2 Virga qua Moyses in mari rubro viam diuisit, Pharaoni impio naufragium faciens, & populum Dei de captiuitate liberans, sign. crucem Christi Domini Nostri, quæ viam diuisit. Iudæis viam perditionis, quia non crediderunt. Gentibus uero & nationibus uiam salutis quia crediderunt. D. August. in sermone 2. in Parasceuen.

3 Virga in diuinis litteris sæpe sign. castigationes correctiones & disciplinas. Baculus vero sig. consolationem auxilium & sustentationem, Iuxta illud: Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Baculus etiam signif. defensionem, ut illud Cleomenis Atheniensium Ducis, qui cum omnibus se odio esse conspiceret baculo se muniuit.
Valerianus folio trecentesimo quinto.

4 Virgæ Aaronis fructus, qui est amigdalina nux sign. qualis esse debeat Sacerdotis uita. aspera enim & dura debet esse exterius, in occulto vero continere dulce & suaue edulium. non enim uita sacerdotum debet redolere vnguentis, ac rosis, nec bisso, aut purpura florere, nec mensis pinguibus, vbi defecata vina onguenta preciosissima imponuntur, & quæcunque suauia sunt ijs, qui hoc seculo proposueruut toui debet inhærens esse.
Gregorius Nissenus in vita Mosis.

5 Virga de malo punico facta, quam incuruatam Reginæ in capite gestare solebant, dum sacra facerent, et quam veteres in arculum appellarunt,

runt, sign. id in Iunonis gratiam fieri. Malus enim punica est Iunoni sacra, quod malū punicum sign. populos, & gentes, & Iuno sit dea regnorum, & maxime punicis fauere credita, sit. vnde Vergil.

Hic illius arma, hic currus fuit, &c.

Valerianus, folio trecentesimo nonagesimo octauo.

6 Virgam secundam pręcidens, ut est Zachar. 11. signif. Deum separantem Iudęos credentes a non credentibus.

Lauretus in verbo abscindere.

7 Virga à lictoribus fores percuti solere sig. adesse publicam personam, aliquando vero magistratus ob dignitatem, & honorem alicuius non permittebant fores virga percuti, ut fecit Pōpeius magnus ingressurus Posidonij scho lam. Alexander ab Alex. lib. primo, cap. decimo septimo.

8 Ob Virgā Palladis optatis succedere omnia votis, sign. sapientiā omnes ditare, & uota omnia explere. Costalius pegmate. 89. virga Palladis sign. virtutem, uel sapientiam, qua assequi valemus omnia.

9 Virga in manu Aesculapij Dei signif. substentamentum ęgrotor.

Erizzus, fol. 545.

10 Virga quę dicebatur Decor abscissa à Zacharia, vt est Zach. 11. sign. populum gentile propter Idolatriam à Deo derelictum. D. Hiero. supra Isai. quinquagesimo quarto, & Lauretus in verbo abscindere.

11 Virga quę egredietur de radice Iesse ut est Isai. 11. signific. Beatissimam Mariam. Gulielmus Duran in procemio rationalis.

12 In Virgis Iacob decorticatis candor, ut est Genes. 30. sign. sensum allegoricum, qui apparet detracto litterę cortice. Philo in secundo, allegor.

13 Virga Laurea in manu Rhapsodorum, sign. argumentum diuinationis, dum poetę carmina caotarent.

Rhodigin. lib. 4. cap. 1.

14 In Virga uirorum corripi, ut habetur de Salomone, in 3. Regum ubi habetur, quod Salomon correptus fuit in uirga uirorū, & in plagis filiorum hominum, sign. hominem tradi in interitum Sathanę secundum carnem, ut spiritus saluus fiat, sicut D. Paulus iussit tradi Corinthium illum, & sicuti doctores Hebręi scribunt de Salomone, qui traditus in ditionem Asmodei, qui per aliquot annos detinuit Salomonem, in deserto, in quo composuit Ecclesiastem, in quo de se dicit, ego fui rex in Hierusalem, ac si tunc non esset, & in loco Salomonis, & sub illius effigie, & iodumētis Asmodeus ipse regnum rexit.

Archangelus Burgon. in Conclus. Cabal. 13. Pici.

15 Virga superbię, ut est Prouerb. 14. veniet super eum virga superbię, sig. plagas magnas, quas patitur stultus ob verba stulte dicta. Gouschel. lib. 3. Elocution. sacrar.

16 Virga, & Baculus, ut est illud David, Psalm. 22. virga tua, & Baculus tuus ipsa me consolata sunt, sign. correptionem. Gouschel. lib. 2. Elocution. nam quos diligit Deus corripit, & castigat, vide Baculus, & virga, uel virga sign. castigationem, & Baculus sig. sustentationem, ut virga castiget, & Baculus consoletur.

Durandus lib. tertio, capit. decimoquinto.

17 Virga oris, spiritus oris, & spiritus labiorum in sacris litteris sunt synonima

Gouschel. lib. 1.

18 Io Virga virorum arguere, ut est 3. Reg. 7. sign. Deum arguere, ut error remittatur.

Lauretus in verbo arguere.

19 Virgarum aspectus ad quem concipiebāt oues, ut est Genes. 30. sign. contemplationē exemplorum, & doctrinarum sacrę scripturę. D. Greg. 25. Mor. 1.

20 à Virgis cortices detrahi, ut est Genes. 30. sign. sensum spiritualem delectum.

Lauretus in verbo auferre.

21 Virgę quas ponebat Iacob in Canalibus, ut est Genes. 30. sign. Trinitatis misterium, nam ponuntur in Canalibus, quia in nomine trinitatis confertur Baptismus.

Beda Genes. 30.

22 Virga sign. Palladem, quę cum sit nata è Iouis mente, sign. mentem Angelicam, & naturam intellectualem. Farra, fol. 179.

23 Virga Mosis sign. diuinam virtutem, qua proiecta in terram non operatur, quis nisi fauore colubri, qui pręstigiorum autor facillime pro virga subintrat, fauens ad pręstigia, cum ad vera miracula conuenire nequeat, ad quorum pręstigiorum exitum, qui semper malus est, aspicere debet sapiens, ut illa, & eorum autorem contemnens, Deo vero operatori adhęreat, & Ideo iussum fuit Mosi, ut apprehenderet caudam, id est ad finem attenderet, & exitum venenatorum, & letalium pręstigiorum, & ipsa fugans, soli Deo inniteretur. Quę oirga diuinę uirtutis proiecta coram Pharaone, serpens uisa fuit maxime ipsi, & suis sapientibus assuetis magicis artibus, qui omnia sua pręstigia uirtute antiqui serpentis perpetrabant, hinc opinantes uirtutem Mosi pręstitā ab ipso antiquo serpente processisse, apposuerunt ex aduerso uires, quas vere a serpēte malo acceperant, & versę sunt in serpentes, sed uirga Mosis, id est vera diuina uirtus, quamuis serpens videretur uirgas illas, & uirtutes necromanticas deuorauit, ut sign. quod virga, id est virtute diuina, quę omnem uim demoniacam superat, miracula in Aegypto, in mari rubro, & in deserto perfecerit.

Georgius Venetus cantic. 2. tomo. 3. cap. decimo quarto.

24 Virga in manu Mosis, sign. potestatem diuinitatis in Christo, quę in serpentem versa est, cum verbum caro factum est, uel cum Christus D. in mortem transiuit. & rursus.

25 In Virgam transiuit, cum Christus Dominus resurrexit.

26 Virgam Mosis deuorasse Magorum virgas, uel Dracones, sig. Christum Dominum, dispersisse omnes fallacias diaboli. Lauretus in uerbo baculus.

27 Virga, ut est Isai. 12. sig. Christum castigantem. D. Hieron. Isa. 12.

28 Virga uirtutis, ut est psal. 109. sign. Christi Domini corpus. & idem signifi. virga Aaron cum floribus, frondibus, & fructibus. nam virga signific. Christi Domini potentiam. Flores fragrantiam, frondes sedulam eius protectionem, & fructus saporis eius dulcedinem. Lauretus ut supra.

29 Virga in manu Mosis significat imperium Christi.

30 Vir Ioseph cuius summitatem adorasse dicitur Iacob, ut est Genes. 48. sign. regni, & potestatis fastigium, quo Christus intelligitur adoratus, qui futurus erat caput regni Hebræorum. Lauretus ut supra.

31 Virga Gedeonis cum qua excutiebat frumenta, ut est Iudic. 6. signifi. crucem Christi Domini.

32 Virga vigilans de qua Hieremias cap. 14. signifi. crucem Domini nostri IesuChristi, per quam congregauit omnes nationes regnorum Aquilonis, quæ deponerent potestatem suam extra portam Hierusalem, ubi passus est Dominus noster.

Franciscus Georgius Problemate centesimo octuagesimo nono tom. 3.

33 Virga vigilans, de qua Hieremias 1. sign. calamitatem, quæ in Ecclesia Dei erat futura tempore Abbatis Ioachini, quæ ut reor fuit á Federico Imperatore in secundo statu. sed in tertio erit sub vndecimo illo Rege, de quo Daniel. in primo vero statu fuit quando Chaldæi ceperunt Hierusalem. Vel

34 Virga uigilans, sign. pœnitentiam, quæ in multa satisfactione uigilans debet esse. Vel

35 Virga uigilans sign. disciplinam regularem, quã religiosus seruare debet, nequando irascatur Dominus. Vel

36 Virga uigilans sign. doctrinam, & sacram scripturam, quæ utique vigilat dum corripit, arguit, increpat, & obsecrat, ut quod docet in studio, perficiat in exemplo. Vel

37 Virga vigilans, sign. Spiritum sanctum, de qua virga oris eius, idest Spiritus Christi interficiet impium, idest diabolum.

Abbas Ioachim in Hieremiam folio secundo.

38 Virga Aaron prius arida, & postea florens, ut est Num. 17. sign. doctrinam sacerdotalem, & disciplinæ seueritatem. Lauretus in uerbo baculus, uel sign. resurrectionem omnium, uel sign. baptizatos recenter.

39 In Virga virorum Deum percutere, ut est 2. Reg. 7. sign. Deum castigare aliquem ad correctionem, & non ad destructionem.

Lauretus ut supra.

40 Virga cuius trãsitus est fundatus, ut est Isai. 30. sign. æternam punitionem.

Diuus Hieronymus. Isai. 30.

41 Virga in dorso, ut est prouerb. 10. signif. vindictam in posterioribus.

Beda in prouerb. 10.

42 Virga aurea Assueri, ut est Ester. 4. sign. Christi D. iustitiæ rectitudinem, cum misericordia. Lauret. ut supra.

43 Virga ferrea, ut est Psalm. 2. & Apoc. 2. sign. iustitiam inflexibilem. Lauret. in uoce Baculus, vel signif. vigorem æquitatis, qua Christus D. tamquam vas figuli peccatores confringet. Durandus lib. 3. cap. 15.

44 Virga Gedeonis, ut est Iud. 6. signif. Iudicij rectitudinem.

45 Virgæ quas posuit Iacob in Canalibus, ut est Genes. 30. sign. exempla antiquorum patrum, & testimonia legis, & prophetarum.

46 Virgas virides amigdalinas, & ex platanis ante gregum oculos ponere, sign. scripturę sacræ seriem, & antiquorum patrum exempla populis præbere.

Lauretus in uerbo Baculus.

47 Virga virtutis emissa è Sion. sig. Christum Dominum nostrum uenisse a supremo Sion, in quo est tabernaculum Sóles.

Franciscus Georgius, Problem. centesimo quinquagesimo primo, tom. tertio.

48 Virga de radice Iesse virens florens, & solida, ut est Isai. 11. sign. Beatæ Mariæ virginitatem, aut sig. ipsam Beatam virginem. Cuius flos Christus est, & eandem Beatissimam matrem, signi. Virga Aaron florens.

Lauretus in verbo Baculus.

49 Virgula fumi vt est Canticor. 3. sig. humilitatem Deo maximo acceptam.

50 Virga Aaron in arca fœderis sig. potentiam regiminis in Angelis, aut in Deo.

51 Virga Angeli, qua tetigit sacrificium, ut est Iud. 6. sign. quod omnia recte perficiant Angeli, uel sig. diuini adiutorij potestatem. D. Diony. Cęlest. Hierar. 15.

52 Virgæ, quas Iacob ponebat in aqua, sign. Ecclesiam ubique diffusam, quæ habet fontem baptismi, in quo bibentes oues baptizatę Christo concipiunt varietatem virtutum.

53 Virgæ duæ quas Zacharias assũpsit, ut est Zach. 11. sign. populum Hebręum, & Gentilem, D. Hieron. Zach. 11. Virga quæ dicitur decor. sig. Gentilitatem, & virga quæ dicitur funiculus, sign. populum Hebręum, uel prior virga sign. fędus Dei, cum genere humano, & posterior, cum populo Hebręo.

Rupert. Zach. 11.

54 Virga malorũ, quam conterit Deus, ut est Nahun. 1. signif. malorum Imperium in bonos. D. Hieron. in Nahun. 1.

55 Virga exactoris, ut est Isai. sign. Diaboli Tyrannidem. D. Hieron. Isai. 9.

56 Virgæ duæ magorum Pharaonis, uersæ in dracones, ut est Exod. 7. sign. duplicem mortem, animæ videlicet, & corporis.

57 Virga non ferenda in via, ut est Matth. 10. sig. præsidium humanum non quærendum esse a

prædica

prædicatoribus. D. Hieron. Matth. 10.

58 Virgæ Ioseph fastigium, ut est Hebræor. 11. sig. Christum dominu, uel eius regni sublimitatē. Glos. inter Heb. 11.

59 Virga ferrea qua contererentur impij uti figuli vas, sig. indomabilem potestatem, cui subiecta erunt agmina nationum.

Ioach. in Apocal. fol. 77.

60 Virga puoicea, id est ex arbore punica decerpta, quæ infulæ loco à sacrorum Regina usurpabatur, sig. per colorem puniceum, qui cędis habet notationem serpentem, fuisse conculcandum a semine mulieris rubente, & id non alterius, sed sui ipsius colore, & quia mulier ferebat hanc uirgam infulæ loco, sign. ex muliere, hác virgam esse nasciturani, nempe eo modo, quem infula, & curuatura virgæ in arcua modo, super capite signif. virga enim in arcus modum inflexa caput uelut semicirculus ornabat, quo modo Diuos nunc pingi videmus, in quorum occipite lucis cuiusdam splēdorem circuli portio terminat, hinc virgula illa in arculum vocabatur, quia nimirum intenti arcua modo caput ambiret, virga itaque infulæ locum habens, & ob id sacra ad arcus modum, siue circuli caput alte de super circundans, sig. sacram inumbrationem diuinæ potestatis, de qua erat futurum illud angelicum, uirtus altissimi obumbrabit tibi, quam uirtutem, signifi. sceptrum illud siue virga ex arbore punica, quę maximè pollet seminis copia, quam in pomo suo alere uidetur, uel ut ego reor sign. per inūbrationem illā uirtutes altissimi fuisse expurgandum hominum genus, nam malum punicum, sig. nullum corpus humanum esse, quod non habeat aliquem næuum, neque ullum hominem esse, qui non habeat aliquod crimen, quod malum punicum nullum est, quod non habeat aliquod granum putridum, tu v. malum, vbi aduertendū, quod uirga hęc punica tantum gestabatur à Regina sacrorum, ut sigū. tantum eam mulierem esse altissimi uirtute obumbrandam, e qua rex omnium sacrorum erat nasciturus.

Goropius in Hieroglyph. lib. duodecimo, fol. centesimo nonagesimo quarto.

1 Virga in caduceo sign. eloquentiam, quod regat dictis animos. V. Serpens. 190. V. Caduceus 21. Valer. fol. 116.

2 Virga aurea, quam gerit Mercurius sign. dignitatem, & excellentiam, qua ornantur illi, qui eloquentia pollent.

Valer. fol. 116.

3 Virga Palladi ab Homero attributa, sig. sapientiam. Valerianus, fol. centesimo decimo sexto.

4 Virga cuius vno capite tacti Vlisis socij in bel locus transformati sunt, sign. falsam persuasionem, & insipientiam.

Valerianus folio centesimo decimo sexto. &

5 Virga cuius altero capite tacti Vlisis socij rursus ex belluis in humanam formam redditi sunt, signifi. disciplinam veram ac rerum peritiam. Valerianus folio centesimo decimo sexto.

6 Virgula diuina, de qua Cicero in calce primi libri officiorum ait, sign. Dei opt. Max. munificentiam, quæ omnia secundat fortunat, atque felicitat. Valerianus folio centesimo decimo sexto.

7 Virga qua D. vt aiunt Christophorus sustinet se ferens Christum Dominum nostrum puerulum in transitu maris, sig. ueram disciplinam, quæ facit ut nos possimus in humeris nostris ferre Christum, qui est uera sapientia in transitu huius mundi plem varius calamitatum procellis. Valerianus folio centesimo decimo sexto.

8 Virga Iacob in qua Iordanem se pertransisse dicit, sign. ueram disciplinam, qua fluxos animi motus, & voluptariæ mollitudinis affectus regimus, cum Iordanis, & alij fluuij sign. illecebras uoluptatis, & animi fluxibiles motus.

Valer. f. 116.

9 absque Virga non progrediendum. Prouerb. sign. non uiuendum esse sine disciplina.

Valer. f. 116.

10 Virga censoria, prouerbialis locutio, sig. superciliosam iudicandi auctoritatem. Quintil. lib. 1. cap. 5.

11 Virga sign. crucem Domini. D. Augustinus in sermone. 2. de Catechismo.

12 Virga Iesse, sign. crucem Domini. D. August. in 2. sermone de Catechismo.

13 Virga Mosis conuersa in serpentem, sign. crucem Domini.

Diuus Augustinus in secundo sermone de Catechismo.

14 Virga significat Virginem Mariam.

Diuus Augustinus in secundo sermone de Catechismo.

15 Virga sign. Christum Dominum nostrum.

Diuus Augustinus in secundo sermone de Catechismo.

16 Virga significat regnum Dei.

Diuus Augustinus in secundo sermone de plagis Aegypti.

17 Virga Magorum Pharaonis sign. populos impios, qui uicti Christi nomine, cum in eius corpus transferuntur tamquam a serpente morsu deuorantur.

Diuus Augustinus in sermone secundo de plagis Aegypti.

18 Virga Aaron signif. Christum Dominum nostrum. Diuus Augustinus in epistola ad catholicos contra Donatistas.

19 Virga nucis amigdalæ celeriter florens, quam vidit Hieremias in cap. 1. sign. Christum Dominum nostrum, qui est uita nostra.

Diuus Augustinus, in epistola ad Catholicos contra Donatistas. V. Amigdalum. 2. signific. etiam continentiæ fructum, propter rationes quas deduximus in amigdalum. 2.

Valerianus folio trecentesimo septuagesimo nono.

20 Quod

20 Quòd Virga Aaron arida germinauerit signifi. quòd corpus nostrum cum extinctum fuerit reuiuiscet, & quod erat seminatum in corruptionem, surget in incorruptionem.

21 Quòd Virga Aaron protulerit frondes signifi. quòd corpus nostrum seminatum in ignominiam, surget in gloriam.

22 Quòd Virga Aaron pretulerit flores sig. quòd corpus nostrum seminatum in infirmitatem surget in virtutem.

23 Quòd Virga Aaron protulerit froctus sign. quòd corpus nostrum seminatum animale surget spirituale. D. August. in epistola ad Catholicos contra Donatistas.

24 Quòd Virga Aaron germinauerit, sig. primam hominis in Christo cōfessionē. D. Aug. ut sup.

25 Quòd Virga Aaroo tulerit frondes sign. cum homo renatus donum gratiæ Spiritus sancti, sanctificationemque susceperit.

26 Quòd Virga Aaron tulerit flores sig. hominem cum morum suauitatē incipit decorari, ac fragrantiam misericordiæ & benignitatis effundere.

27 Quòd Virga Aaron tulerit fructus signifi. cum homo facit fructus iustitiæ, quibus non solum ipse viuat, sed & aliis præbeat uitam. D. Augustinus ut supra.

28 Quòd Virga Aaron germinauerit sign. Christianum, quādo adhuc in Christo est, ut puer D. Aug. ut supra.

29 Quòd Virga Aaron tulerit frondes sign. Christianum quando in Christo est, vt adolescens. D. Augustinus ut supra.

30 Quòd Virga Aaron tulerit flores sign. Christianum quando in Christo est, ut iuuenis. Diuus Augustinus ut supra.

31 Quòd Virga Aaron tulerit fructus sign. Christianum quando in Christo est, ut senex, quæ quatuor ætates numerantur a Diuo Ioanne in 1. Epistol. 2. non indicans corporales ætates, sed spiritualium profectuum differentias ponens. Diuus Augustinus ut supra. Et quæ dicta sunt de Virga Aaron, dici possunt & de Virga Iesse.

32 Virgam exire de radice Iesse, sig. quando quis segnior, & negligentior in Christo, pro disciplina Christus ei efficitur Virga, & in Virga non dicitur ascendere, sed exire exeundum, namque est ei qui inutilis & ignauus est de eo statu, in quo non recte consistit, & transeundum ad alium statum, tamquam virgæ compulsione, idest seueritate doctrinæ, & rigidi oris monitu. D. Augustinus ut supra.

33 Virgam ascendere de radice Iesse, sign. quando quis iustus est in Christo, quia iustus sicut palma floret, & in hoc ascendere dicitur Christus. D. Aug. ut supra.

34 Virga in sanctis Angelis sign. insigne Regis, ac Ducis, quòd omnia recta perficiat. ut habetur Iudicum cap. sexto. Diuus Dionysius 15. cap. cœlest. Hierarch.

35 Virga in capite aurea in medio viridis, & in talce nigra, sign. Mercurium. Cartarius. fol. trecentesimo trigesimo nono.

36 Virga virorum, qua Salomon punitus est, sign. dæmones tortores corporum hominum in carne, ut eorum spiritus, & animæ saluæ fiant, ut euenit Corinthio illi, quem D. Paulus tradidit in interitum, ut spiritus eius saluus fieret. Salomon enim fuit priuatus regno, sicuti & Nabuchdnnosor per tēpus quoddam, & Asmodeus Dæmon regnum rexit in eo interuallo, dum Salomon in siluis egit pænitentiam, & composuit Ecclesiasten. in quo dixit ego fui rex Hierusalem, significās se e regno eiectum. Archangelus Burgon. in 17. conclus. Cabal. Pici.

37 Virga directionis, virga regni tui. Vide Serpens, 190.

38 Virga Aaron, quę florens fuit causa, ut superbi, & contumaces contra Moisem, & Aaroo male perirent, & ut reliqui acquiescerent, signific. quod florente virga de radice Iesse, contumaces Hebręi in verum sacerdotem Christum Dominum male, & insolita pœna multati essent, Olim, Chore, Datan, Abiron, & reliqui complices inaudita pœna à terra absorti sunt. Rupertus lib vndecimo, cap. trigesimo primo, de victoria verbi Dei.

39 Virga egredietur de radice Iesse, sign. quod virgo Maria nasci debebat de stirpe Dauid, qui fuit filius Iesse. Durandus in prologo Rationalis Diuin.

40 Virga peccatorum, ut est Psal. centesimo vigesimo quarto, sig. mundi prosperitatem, & potentiam ad nocendum minoribus. D. Hilarius in Psalm. centesimo vigesimo quarto.

41 Per Virgam Mosis liberatum fuisse populum Israelis de Aegypto, & ab aquis maris Rubri, & nutritum in deserto, sign. populum Christianum per lignum crucis fuisse liberandum à seruitute Diaboli, & in aqua Baptismi saluandum à peccatis, & conseruādum in deserto huius mundi. Raphael Aquilinus in tractatu 2. fol. 66. & fol. 84.

42 Virga Mosis, cum qua percussit Petram, & exierunt aquæ, sign. crucem Christi Domini qua fuit percussus, ut petra, è qua exierunt aquæ sacramentorum, & gratiæ in lateris percussione, per quam exiuit sanguis, qui sig. redemptionem, & aqua sign. Sacramenta, & gratiam quæ confertur in sacramentis. Raphael, ut supra, fol. 94.

43 Virga Regis Assueri, quę faciebat saluum à morte illum, qui tangebat eam, si ille esset reus mortis, sign. Crucem Christi D. quæ præbet vitam infidelibus, qui tangunt illam, per tactum huius virgæ Hester secūda vxor Assueri impetrauit gratiam, ut Rex iret ad conuiuium ipsius Hester, & hoc sig. Ecclesiam secundam, Dei sponsam p tactū crucis à Deo impetrasse,

ut sibi daretur æterna vita, & in conuiuio suo haberet regem vitæ in consecratione panis, & vini, in quo conuiuio Aman euersor populi Dei omnino euertitur, qui Aman sign. hæreticos tandem euertendos ab Ecclesia, vna cum suis comitibus.

Raphaël Aquilinus tractatu. secundo, fol. centesimo secundo.

1 Virgo quam Diuus Georgius à Dracone liberauit, sign. animi puritatem, Valerianus, fol. centesimo vigesimo secundo. f. à viro virtute prędito illæsam ab illecebris amatoriis seruatam.

2 Virgo in figuris magicis inuentis à Liechtembergio, ex qua arbor virens orta, & bufones à serpentibus occisi, & ex suis cauernis expulsi, sign. in mundo vitiosum esse venenum, quod auferendum est ab eo, donec uti virgo sit immaculata, & quod virulenti homines vnus alterum occisuri sint, & nemo se talem, ut pote vitiosum fateri volet, hac de causa se se mutuo sunt expulsuri, donec partes omnes inter se dissentientes nudentur puræque fiant, scilicet albæ de Virgine cretæ. Vide Paracelsum in tractatu de præsagiis.

3 Virgo Zodiaci signum, sign. solem in eo signo iam incipere amittere omnem vim producendi, & quasi sterilem, ut est virgo fieri.

Georgius Venetus harm. fol. centesimo duodecimo.

4 Virgo Paschalis, quæ ita pingebatur, ut mulier capillis post humeros sparsis, in quorum summitate erat Mercurij Caracter, in medio erat dimidia luna, & in extrema parte erat Solis caracter, apud chimicos, sig. herbam naturalem, quæ cum Marte similitudinem habet, & ipsi chimici loquentes per similitudinem, sign. illud sal aut sulphur, quod in partibus subtilibus, & radicalibus ferri situm est, secundum Bracefchum lib. de ligno vitæ fol. quadragesimo, sed errat.

5 Virgo vel puella habens vnum huber, apud chimistas secundum intellectum Alphidij, sign. aquam albam chimisticæ factam ad lapidem philosophicum ad Lunam conficiẽdam componẽdum, & hæc aqua ab Hortulano vocatur sperma fęmineum album, & frigidum.

Autor incertus lib. de Alchemia, cap. vigesimo secundo.

6 Virgo desponsata, ut est Exod. 22. sign. litteram sacræ scripturæ, non dum expositam alicui, sicuti virgo non desponsata sign. litteram nondum expositam.

Glossa Ordinaria Exod. 22.

7 Virgines ab Atheniensibus amari, ut est apud Euripidem in Scirone, sign. Athenienses plus amare numos quam mulieres. Nam in eorum numis Pallas Virgo imprimebatur.

Aeneas Vicus libro primo de numis cap. octauo.

8 Virgo significat Ecclesiam.

Durandus libro primo, capitulo primo. Rational. Diuin.

9 Virgo humi prostrata, & capillis passa brachiis apertis, multis clypeis militaribus oppressa, & vultu timorosa, sign. Virginem Tarpeiam à Sabinis oppressam.

Erizzus folio centesimo trigesimo primo.

10 Virgo pudica apud Orpheum, & Hesiodum, sign. iudicium esse debere incorruptum.

Ficinus in 12. de legib. Platon.

11 Virginis partum datum in signum Achaz quod liberaretur a Razin Rege Syrię, & a Pechah filio Romeliæ Rege Israel. signific. per partum Virginis populum fuisse liberandum a diabolo & ab inferno, nam Razin interpretatur dissipator, qui sign. diabolum, & Pechach interpretatur apertura quæ sign. infernum, ex quo sequitur partum Virginis liberasse populum a manibus diaboli, & a pœnis inferni.

Franciscus Georgius Problemate centesimo quadragesimo quinto, tom. 3.

12 Virgines quinque prudentes, & quinque fatuę, ut est in Euangel. sign. sensus quinque, quorum alij festinant ad cęlestia & superna desiderant. Alij mobilibus & fluxis bonis inhiantes lumen ueritatis, quo illuminentur non habent. Petrus Bongus capit. de Quinario, fol. 181.

13 Virgines quinque prudentes, & quinque fatuę sign. mundum factum, ut aiunt Hebræi in virtute He litteræ, quæ quinque sign. ita virgines illo numero distributæ signif. bonos & malos in mundo distribuendos, uel certe sig. decem numerationes supracęlestes, quarum quinque sunt a dextris, & bonos influxus ministrant, & aliæ quinque ad sinistram puniunt, & castigant.

Franciscus Georgius Problem. trecentesimo septuagesimo sexto, tom. 4.

14 Virgines adduci post filiam Regis in lætitia, & in Templum Regis, ut est psalm. 44. signific. virginum vicinitatem, quam habent cum filia Regis, quæ sign. Ecclesiam. & adduci post filiam Regis, sign. Virgines quæ conuertuntur ad Christum Dominum, & adduci in Templum Regis, sign. Virgines ad Christum conuersas in cęlestem gloriam adducendas.

D. Hieron. in psal. 44.

15 Virgines quinque prudentes cum lampadibus suis in Euangelio sign. quinque sensus intellectus lumine prædítos in uiro prudenti. Virgines uero fatuæ sine lampadibus, signific. quinque sensus qui non sint recti intellectus lumine, & hi sunt in viro carnali.

Valerianus folio centesimo octauo.

16 Virgo quæ euitat amantem, & propter honestatem celat suam pulchritudinem. Vide Angelica 3.

17 Virgo cęlestis figura. Vide Corona sexagesima nona.

18 Quare Virginem cęlestem figuram, Equatas libra. V. Corona. 69.

19 Quare apud Virginem cęlestem sit spica. Vide Corona. 69.

1 VIRGINENSIS Dea sign. Iunonem Deam quando habebat curam, vt sponsa foeliciter deponeret virginitatem.
Cartarius folio centesimo nonagesimo septimo. v. Cipentia. t.

1 VIRIDIVM & pabuli agri nomen, ut est Genesis cap. sign. creaturam inuisibilem. D. Augustinus lib. 2. de gene. contra Manichæum.

1 VIRTVS apud Platonem sign. consensionem propriæ rationi propter superiorem bonorum morum consuetudinem.
Ficinus in secundo de legib. platon.

2 Virtus absque determinata forma suscipiens tamen extrarias omnes apud Chaldæos, sign. hominis animam. Georg. Venet. arm. fol. 28.

3 Virtutum Chorus, signifi. Spiritum Sanctum, quod ab eo omnia creata habeant vitam, & per virtutes tandem ad veram illam vitam creaturæ redire possunt. Georgius Venet. arm. fol. 41.

4 Virtutes intelligentiæ Angelicæ in harmonica mundi consonantia, sign. igneam naturam, sicuti & Mars.
Georgius Venetus in harmon. folio septuagesimo tertio.

5 Virtutes omnes ab eo haberi, qui unam habuerit, & omnes ei deesse cui una defuerit, signifi. virtutes omnes vnam esse uirtutem, cuius situs & vsus sit multiplex. dum enim considerat quid sit agendum, vel non, dicitur prudentia. Dum moderatur cupiditates, & modum & tempus definit, dicitur temperantia; dum in perferendis rebus versatur, est fortitudo. Dum commertia & contractus hominum temperat, & æquat dicitur iustitia. vel tanta est animæ simplicitas, quod qualibet virtus est in qualibet. Anima enim quando induit habitũ temperantiæ, induit & habitum aliarum virtutum. Nam non est temperantia sine prudentia, iustitia & fortitudine, sic prudentia nõ est vera nisi sit sobria iusta & fortis. Ita iustitia est sobria prudens & fortis, & fortitudo est prudens, iusta, & sobria. Lege Petrum Bongum cap. de vnitate.

6 Virtus & sapientia secundum Plotinum, sign. illas duas alas, per quas iuxta Philosophos homines euolant ex hac tenebrosa silua, & omnium malorum matre per uirtutem scilicet ad mentem, & per sapientiam ad Deum.
Franciscus Georg. harm. fol. 29.

7 Virtus latens in sinistra in lateribus cubilis, sig. robur Martium proueniens a sinistra Archetypi, quod si latet, idest non percipitur ab hominibus dicitur Virgo, si vero percipitur quo homo eo abuti potest, iam non virgo, sed corrupta erit. F.G.P. 483. tom. 5.

8 Virtutes mysteriales apud Zoroastrem, sign. vires naturales, uel signif. vires intelligentiarum præsidentium viribus naturalibus, quas vtrasque Hebræi vocant cochot, per quas utrasque, vel alteras fiunt omnes operationes in mũdo, has vires D. Paulus vocat spiritus administratorios. Franciscus, Georgius, Problem. 469. tom. 5. & Picus in 2. conclusione de intelligẽtia dictorum Zoroastri, dicit quod virtutes mysteriales nil aliud signif. quam naturalem magiam.

9 Virtutes 7. animæ naturales, signif. 7. dona spiritus sancti.
Ioach. in Apoc. fol. 44.

1 VIS transmeans in omnia corpora, apud Aegyptios sign. hominis animam.
Georgius Venetus, armon. fol. vigesimo octauo.

2 Vis receptiua, ut memoria stomachus, & id genus in homine, sign. Saturnum, quod ab eo ea vis in animali proueniat.
Georg. Venetus armon. fol. centesimo decimo sexto.

3 Vis crescens, & decrescens in animali, sign. Lunam, aqua ea vis prouenire putatur.
Georg. vt supra.

4 Vis phantastica, & penetratiua in rebus faciendis in homine, signific. Mercurium a quo prouenit.

5 Vis appetitiua concupiscentia, & delectatio in animali, signific. Venerem, aqua proficiscitur.

6 Vis impulsiua, & impetum faciens ad agendum sign. Martem, qui eam suppeditat.
Georgius Venetus, arm. fol. centesimo decimo sexto.

7 Vis cogitatiua, & vis practica in homine, sign. eandem proportionem inter se, quam habent Saturnus, & Iuppiter in mundo maiore, quæ est duplex sesqualtera; nam Saturnus præest cogitatiuæ, & Iuppiter practicæ.
Georg. Venetus harm. f. centesimo vigesimo primo.

8 Vis impulsiua siue impetus in homine ad vim cogitatiuam, & ad vim practicam, sig. eandem proportionem inter se, & illas esse, quę est Martis, qui impulsiuæ pręest, ad Iouem, qui præest practicæ, & ad Saturnum qui cogitatiuæ, de quibus proportionibus vide Saturnus, Iuppiter, & Mars, suis locis.
Georgius Venetus harmon. fol. centesimo vigesimo primo.

9 Vis vitalis, vis concupiscibilis, & vis ingenij, sig. esse inter se eandem proportionem, quam habent inter se Sol, Venus, & Mercurius. Sol enim præest vitæ, Venus cõcupiscibili, & Mercurius ingenio, per has tres vires secundum Academicos homini dari redditum in Deum; sign. quod concupiscibilis, & amor spiritusque peragendi sequuntur vitam rationalem, ut delectatio amoueat fastidia, quæ laborẽ, & opus consequuntur, & solertia ingenij id agat, ut omnia debite peragantur.
Georg. ut supra.

1 VISCVM in quercu enatum à Poeta nostro in similitudinem rami aurei datum, significat Druidarum secretiorem Philosophiã, qui visco in quercu enato, nihil habent sacratius, quod inuentum, & maxime Luna sexta

de Tauris duobus albis a Sacerdote albis indu to, & aurea falce demesso excipiunt in candidum Sagum sacrificium faciunt.

Petrus Crinitus libro decimo, cap. 6. de honesta disciplina.

1 Matutina Visio, & vespertina, illa sign. visionem Angelorum, qua ipsi perficiuntur aspicientes in uerbum. & ista sign. visionem, qua ipsi inspicientes in se ipsos. Vel uisio matutina sign. formam, & visio vespertina sign. materiam, vel visio matutina sign. Idealem rationem, quæ alio nomine dicitur lux, & visio, vespertina sign. materiam primam.

Franciscus Georgius Problemate octauo tom. 1.

2 Visio pulchritudinis diuinæ. V. Ambrosia. 1.

3 Visio oculorum, ut est Isai. 11. neque iudicabit secundum visionem oculorum, neque secundum auditum aurium arguet, significat gloriam mundanam, unde iudicare secundum visionem oculorum est iudicare secundum gloriam. Gouschelius libro tertio Elocutionum sacrar. scriptur.

4 Visio pulchritudinis diuinæ. v. Ambrosia. 1.

5 Visus in sanctis Angelis sig. clarissimam aciem, qua diuinis hauriendis luminibus inhiant, simplicemque præterea illam, & liquidam nihilque obluctantem, sed motus celeritate constantem, puramque, & patulam suscipiendi absque perturbatione ulla diuinæ claritatis fulgoribus qualitatem.

Diuus Dionysius in decimo quinto capite celest. Hierarc.

6 Visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus, in homine, sign. Elementa in mundo. Visus sig. ignem, auditus significat aerem, olfactus, & gustus significat aquam. Tactus significat terram. Georgius Venetus harmon. folio centesimo quarto.

1 VITA uiua, apud Chimicos, sign. argentum uiuum, sicuti vita mortalis sign. argentum vivum siue Mercurium, qui est in metallis impuris. & uita immortalis sig. Mercurium, qui est in sole & luna.

Leo Suauius in scholiis de uita longa, in Paracelsum, folio centesimo septuagesimo primo.

2 Vita sana, uita longa, & uita cœlitus comparanda, de quibus Marsilius Ficinus, significat idem quod apud Paracelsum tractatu de uita longa artem, scilicet Chimicam, ad quam significandam Homerus quoque usus est similitudine aureæ catenæ, & Plato in Symbolo anulorum pendentium.

Leo Suauius in scholijs Paracelsi folio centesimo octuagesimo septimo.

3 Vita hominis quæ existit in corde, sign. Solem quod Sol sit origo uirtutis vitalis, quæ in animali existit in corde.

Georgius Venetus harmon. folio centesimo decimo sexto.

4 Vitæ ligatorium, ut est primi Regum cap. vigesimo quinto, & erit anima Dñi mei ligata in ligatorio uitæ, uel uiuentium, signific. locum in quo continebantur animæ iustorum ante Messiæ aduentum, quem nos limbum vocamus, Locus vero in quo continentur impiorum animæ, nocatur palma fundæ, Gehenna, siue infernum dicimus.

Galatinus lib. 6. cap. 9.

5 Vita quasi pendens, ut est Deuteronom. 28. & erit uita tua quasi pendens ante te, & non credes uitæ tuæ, sign. populum Iudæorum fuisse crucifixurum Christum Dominum, qui erat eius uita, & tamen ei non fuisse crediturum.

Rupertus libro 3. capit. 28. de victoria verbi Dei.

1 VITIS occupans oliuam, iuxta Alciati sententiam in Emblem. 24. sign. prudentes, & præcipue fœminas debere à uino abstinere. Sed in lege Oliua ab vite occupata.

2 Vitis complectens ulmum mortuam, & foliis spoliatam, quam ipsa suis botris foliis, & pampinis ornat, & fouet, signif. amicitiam veram, post mortem etiam durare, nam verus amicus numquam obliuiscitur amicitiæ, idem etiam posset fingi de Hedera complectente, uel murum, uel arborem.

Alciatus Emblem. centesimo quinquagesimo nono.

3 Vite militem plecti, sign. illum esse ciuem Romanum, nam milites non Romani ciues plectebantur virgis.

Petrus Crinitus lib. 22. cap. 2. de honesta discipl.

4 Vitis sign. dignitatem Centurionis, Centuriones enim vitem præ se ferebant.

Petrus Crinitus, lib. 22. cap. 2. de honest. discipl.

5 Sub Vitem præliari, sig. milites astantibus Centurionibus, Sudes cogi eiicere.

Petrus Crinitus, lib. 22. cap. 2. de honest. discipl.

6 Vites sign. lætitiam, quod vinum exhilarat cor hominis, ut ait ille, & in lib. iudicum, quando ab aliis arboribus ad Imperium vocaretur vitis respondit se non posse deserere vinu suum, quo Deus, & homines lætarentur.

Valerianus, fol. trecentesimo octuagesimo octauo.

7 Sub Vite considendum esse, sign. à uino quod ex uite prouenit lætitiam spirare solere, & ideo lætitiam procurandam esse.

Valerianus, fol. trecentesimo octuagesimo octauo.

8 In Vite vnaquaque tres racemos inueniri, qui diuersa inter se vi pollerent, ab Anacharsi dici solitum, quorum primus sign. voluptatem, secundus signific. ebrietatem, & tertius signific. molestiam.

Valerianus, fol. trecentesimo octuagesimo nono.

9 Vitis sign. libertatem, quod vinum liberos in loquendo homines faciat, unde Lieus, & Liber pater nomina prodiere.

Valer. fol. 389.

10 Et Vitis terreis palmitibus terni racemi, quos uidit pincerna Pharaonis in carcere, in quo detinebatur Ioseff et ob innocentiam detrusus, sign. post tres dies, futuram libertatem.

Valerianus, fol. trecentesimo octuagesimo nono.

11 Vitis, quam Astyages in somnis vidit egredi ex natura filiæ suæ, quæ totam Asiam obumbraret, significat felicitatem Ciri, qui fuit filius filiæ Astyagis, & dominus totius Asiæ. Valer. fol. trecentesimo octuagesimo nono. & sign. idem vitis, quam uidit mater Alexandri magni.

Cocles in introduct.

12 Vitis sign. Laborem, quod nulla arborum maiore indigeat cura, quam vitis.

Valerianus, fol. trecentesimo nonagesimo. vide Bacchus.

13 Vitem non plantandam esse, Luna existente in signo Virginis secũdum Orpheum, sig. vinum esse contrarium virginitati, & veneris titillationem excitare.

Valer. fol. 390.

14 Vitis cum racemis, sign. feracitatem, quod inter plantas feraciores ipsa uitis principatũ teneat.

Valer. fol. 390.

15 Vitis sign. animam piam, sicuti & palmes vinea cum sign. conuentum piorum, iuxta illud vinea facta est in cornu dilecto, & in loco pingui, &c. Valerianus, fol. trecentesimo nonagesimo.

16 Vites apud D. Ambrosium, sign. plebem Ecclesiæ, quæ veluti quadam fidei radice plantatur, propagine humilitatis reprimuntur, &c.

Valerianus, fol. trecentesimo nonagesimo primo.

17 Vitis transferenda de Aegypto, ut est illud Genes. 40. Ecce uitis coram me, signif. Messiam qui ex Aegypto reuocandus erat.

Galatin. lib. 8. cap. 4.

18 Vitem iuxta alias vites feraciorem esse, sig. adolescentes priuatim non esse erudiendos, vitis enim, si sola existat, non parit nisi botros paucos, sic iuuenis, nisi cum aliis erudiatur parum proficit. Costalius pegmate, nonagesimo septimo.

19 Viti frondosæ adæquatos esse fructus, ut est Oseæ 10. signif. Ecclesiam in primo tempore existentem in Iudæis, uel sign. tempus quando hæretici erant in Ecclesia ante lapsum.

Glos. intel. in Oseæ 10.

20 Vites non putatæ, apud Pythagoreos sign. Sordes, & peccata, Paulus Scaliger Epistemonis, lib. 4. fol. 27. & 272. vnde illud vites non putatæ, non possunt attingere infinitum aut vnũ. quod signif. Deo nihil gratum, quod non sit sordibus vacuum, & plane purgatum, ex quo illud non esse libandum diis de vinibus non putatis. Et idem Scaliger lib. Epistemonis 14. fol. 754.

21 Vitis lignum nulli vsui aptum, ut est Ezechiel. 15. sig. homines malos, qui non apti sunt, nisi ut mittantur in infernum.

Lyra in Ezech. 15.

22 Vitis, cui alligatus sit pullus, ut est Genes. 49. sign. sermonem diuinum, cui alligatur populus simplex, sicut pullus, nam uitis fert vinum sicut verbum diuinum fert sanguinẽ, & utrunque poculẽtum est homini ad salutem, uinum quidem corpori, sanguis vero spiritui.

Clemens Alexand. pedag. lib. primo, cap. quinto.

23 Vitis vlmum amplexa, cum uerbis in hoc uno quiescit, sig. mulierem suo contentam marito. V. Coclea.

24 Vitis amplexa vlmum, cum verbis concordi pace ligauit, sign. hominem, qui amicitiam ob parem naturam, & similes mores, cum alio inierit. Bartholomeus Tægius, lib. 2. de arte fabricandi insignia.

25 Vitis nouella inhærens vlmo, & Sol qui calefaciat eam, cum uerbis, via nata sustentor, sign. hominem, qui alicui fido amico commẽdatus, cuius fauore sustentatur, sit editurus uirtutis fructus, qui omnibus sint profuturi. Ioan. Bapt. Pittonus in insigni. Gaudentij Baronis de Spore de Valero.

26 Vitis aut hedera, quæ inhæreat piramidi, cum uerbis, te stante uirebo, significat hominem, qui cum sua se uirtute sustentat, editurum opera, quæ sint honore, & laude digna. Ioan. Baptista Pittonus in insigni Caroli Cardinalis à Lotharingię.

27 Vitis, ut est illud, Eccles. uigesimo quarto, ego quasi uitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis, sig. beatissimam Virginem Matrem Mariam. Titus prosper Martinengius in Theotocodia, cap. uigesimo quarto.

28 Vitis sign. diuinam uirtutem, quæ operatur diuersimodè in hominibus, sicut uitis facit fructus debiliores adiuncta salici, & ualidiores adiuncta fraxino, uel ulmo.

Lauret. in uoce uinea.

29 Vitis, ut est illud Ioan. decimo quinto, signific. Christum Dominum.

Lauretus ut supra.

30 Vitis sign. fidelem quemlibet, cuius Clauiculi, sign. charitatem, uitis signif. religionem, signif. Hierusalem, & signif. Ecclesiam, quæ dicitur uitis abundans.

Lauretus ut supra.

31 Vitis ut est illud Matth. 26. de cuius genimine non bibit Christus Dominus, sign. genus humanum.

32 Vitis ut est Hierem. 2. signific. animam, & uitis aliena, sign. animam peccatricem.

Lauretus ut supra.

33 Vitis inutilis ad opus, ut est Ezech. 15. sign. doctores malos.

Lauretus ut supra.

34 Vitis frondosa Israel, ut est Hoseæ. decimo, signific. Hęreticos uerbosos sine fructu sinceræ doctrinæ.

Lauret. ut supra.

35 Vitis perpetua instrumentũ mechanicum, quo ex altera parte potest in perpetuum aliquid

trahi exaltera uero adest impedimentum, quo res non potest retro solui, cum verbis, nunquam sistenda, sign. hominem qui demōstrat, se semper duraturum in operibus suis virtuosis neque vnquam cessaturum ab eis, uel propter eorum magnitudinem, vel difficultatem, nam uitis illa rectè procedendo ad anteriora semper verteretur, & traheret, dummodo haberet materiam, sed retro nequit uerti a pondere appenso. Hieronymus Ruscellus in insigni Iacobi Lanterij.

36 Vitis putata ad cuius radices vlmus arbor incisa humi prostrata iacet, cum verbis, non sufficit alter, sign. mulierem quæ demonstrat, post mortem primi mariti velle non ad secundas nuptias transire, vitis in hoc Symbolo sig. mulierem, vlmus trunca, sign. maritum, vitem esse putatam, sign. mulierem esse immunem a superfluis cupiditatibus, Camillus Camillius, in insigni Tarquiniæ Molzæ.

37 Vitis quam plantauit Noe, ex cuius fructu factus fuit ebrius, & a Cham in suo tabernaculo derisus, sign. Crucem quam plantauit Christus D. qui factus ebrius charitate, in ea passus est mortem pro mundi vita. Cham sig. populum Hebræum, tabernaculum sign. Synagogam, in qua nudatus est, ut cognosceretur esse Deus, & qui reuelauit occulta mysteria. Sem & Iaphet, sign. Apostolos, & alios discipulos Domini. Raphael Aquilinus, tractatu. 2. fol. 80.

1 Vitulam imolari in testimoniū homicidij non commissi, sig. Christum veram veritatem, quē nullum iugum peccati tulerat, in testē adduci. Franciscus Georgius, Problem. quatercentesimo uigesimo nono, tom. secundo.

2 Vitulam imolatam pro homicidio deducēdam ad vallem saxosam, & inaratam, signif. Christi Domini nostri, carnem pro humani generis occisi, & in uia huius peregrinationis derelicti deducendam in locum Caluariç saxosum, & inaratum. Franciscus, Georg. Problem. 430. to. 2.

3 Vitula elegans, & formosa Aegyptus, iuxta illud Hieremiæ, vitula elegans, & formosa Aegyptus stimulator ab Aquilone veniet tibi, sig. Ecclesiam, & Franciam, contra quam insurget Imperator Alemannus, & tunc Alemannorū Imperium, quasi stimulum sentiet Francia, Tunc enim Ecclesia petet sapiē tiam à Francis, & ruet, uel si ab Alemannis auxilium expectabit ab ipso scilicet Imperio, itidem corruet, & tunc Ecclesia quasi inter Scillam, & Caribdim faciens iacturam naufragabit. Abbas Ioachim in Hierem. fol. 7.

4 Vitula diligens trituram, ut est Hos. 10. signif. Iudæos amantes colere litteram legis, uel si ibi legatur vitula diligens contentionem, tunc sign. contendentes contra viros Ecclesiasticos in subuersionem audientium, iugum legis abiiciendo. Diuus Hieronimus, in Hose. decimo.

5 Vitula triennis, ut est Isai. 15. cor meum ad Moab clamabit, & uectes eius usque ad Segor vitulæ triennis, sign. lasciuiam & summam frugum abundantiam, uel significat magnum optimum & forte, nam uitula triū annorum est robustissima. Goulshelius libro tertio Elocution. sacrar.

6 In Vitula Sansonis arasse Philisteos, ut est Iudic. 14. sign. philisteos interuentu uxoris Sansonis illius ænigma didicisse. Lauretus in uerbo arare.

7 In Vitula Christi arare sign. per Ecclesiam mysteria discere. Lauretus ut supra.

8 Vitula in qua sodales Sansonis dicuntur arasse, ut est Iudic. 14. sign. Ecclesiam, in qua cognoscuntur mysteria Christi Domini.
Diuus Augustinus in sermone centesimo septimo.

9 Vitula conternans, siue trium annorum, ut est. Isai. 15. sign. salutem perfectam.
D. Hieronymus Isa. 15.

10 Vitula non assueta iugo, ut est Deuter. 21. sig. Carnem brutam & uitiosam. Rupert. 1. sup. Deuter. 7.

11 Vitula docta diligere trituram, quod dictum est de Ephraim, ut est Ose. 10. sign. hæreticos contentiosos. D. Hieron. Ose. 10.

12 Vitula sternax, & indomita apud Esaiam cap. 30. sign. superbos.
Valerianus folio ducentesimo trigesimo secundo.

13 Vitula edocta trituram apud Oseam cap. 10. signifi. summissionem.
Valerianus folio ducentesimo trigesimo secundo.

14 Vitula sign. ipsam lætitiæ Deam, Iuxta Hilli de Dijs scribentis testificationem, quam Piso victoriam esse non bene putauit, cum generatim, cuiusuis lætitiæ prælidem uitula sig. quod uidelicet tum solum gratiosam uitam, siue vitulam agamus, cum gaudiis indulgemus. tu lege Goropium in Hermath. libro quarto folio septuagesimo quinto. & quoniam in nostri Protoplasti lingua.

15 Vitula dicitur Calf, quasi cal Ief. quæ interpretatur pulchra uita, quòd nihil gaudio pulchrius in uita existimetur, & quia gaudium in hac uita imbecille, nec diu permanens, sed mox ueluti flosculus marcescens, eius primæ linguæ architectus in hac uoce Calf, ea arte usus est, vt Ichnæa eius conuersio, quæ est flac & interpretatur caducum imbecille, & debile, vnde Latini flaccidum retinuerunt; Symbolicè sign. gaudium quod per uitulam, sine uitulum denotatur, esse caducum. Goropius ut supra. Et quoniam sacra per uitulos mactatos facta, signifi. se quidem ad pulchram illam uitam referri, sed multum tamen sibi deesse, ut id, quod nomen Calf pollicetur, præstare possint, propterea quòd eius Ichnæa conuersio flac, nobis hanc uitam ostendens aperte, sign. veteris legis sacrificia magnum habere verę plenitudinis defectum, quam Christus Dominus, se ipsum in crucis ara immolandum offerens,

rens, absoluit, quo facto, alia omnia sacrificia cessarunt Goropius in Hermath. lib. 4. fo. 77. v. infra Vitula.

36 Vitriolum apud Chimistas signific. lapidem Philosophicum. Auicenna in tractatulo capitulo quinto.

37 Vitri frustum imponendum cum carne, ut illa citius coquatur. apud Chimicos, sign. sulphur illud quod uocatur ferrum calidum, & siccu, & caro, sign. argentum uiuum quod per dictũ sulphur citius coagulatur, & fixatur. Ioannes Braceschus libro de ligno vitæ, folio trigesimo primo.
Vitrum. V. Aenigma. 20.

38 Vitula diminutiuum a uita, sed cum uita habeat primam Syllabam longam, uitula uero breuem sign. in uita lętitiam, & iocunditatem breuissimam esse. uitula enim habebatur Dea præsidens uitæ lætæ. Goropius in vertumno fol. 91.

19 Vitulus sig. Q. Voconium Vitulum triumuirum monetarium. Erizzus f. 132.

20 Vitulus quo asignatur D. Lucas sign. ipsum D. Lucam versatum fuisse in suo Euangelio circa sacerdotium ipsius D. N. I. Christi, D. Thomas in proemio catenæ aureæ. vel significipsum D. Lucam incepisse Euangelium a sacrificio. vel sign. quòd Euangelista uersatur circa uitam actiuam, quod etiam faciunt & D. Mattheus, & D. Marcus. D. vero Ioannes uersatur circa uitam contemplatiuam, D. Thomas ibidem.

21 Vituli carnes cremari extra castra, ut est Exod. 29. sign. Christi pasionem qui extra portam passus est. idem sign. cremari extra sanctuarium in loco separato, & idem sign. vacca russa combusta cum omnibus, quæ in ea sunt, ut est numer. decimo nono. Lauretus in uerbo accendere.

22 Vitulum tollere, vel agnum uel arietem, vel bæ dum de armento, ut est Genes. 8. sign. Christi Domini pasionem offerre, Lauretus in uerbo accipere.

23 Vitulus mirandæ magnitudinis ortus anno ab vrbe condita 199. signific. summam Imperij apud illum populum futuram, qui illum uitulum sacrificasset. Iulius Obsequens libro de prodigijs.

24 Vitulus masculus, qui dum sacrificaretur, inuentus in uentre habere alios duos vitulos paruulos, & loca multa tum Romæ tum in finitimis locis a fulmine diruta. puer una tantum manu natus, Neptuni templum per se noctu apertũ, statua Mercurij ænea, quæ sudauit. Ignis flamma, quæ gregem ueruecum circundedit sine nocumento in die, & in nocte totum illorum stabulum, & nihil adussit. Luna quę copiosa per aerem volaret, Mula, quæ peperit, & miluus captus in Apollinis templo, & iecur in uictima a consule bis sacra faciente inuentum, flamma, quæ in cœlo ostendit hiatum nigrũ quanuis uideretur ardere, cœlum uisum descẽdere. anno ab Vrbe condita 661. ante Christum Dominum 91. signific. omnia prospere Romanis successura. Iulius Obsequens pro dig. 113.

26 Vitulus saginatus, qui occiditur ad conuiuium filij prodigi, ut est Lucæ 15. sig. Christum D. ad salutem humani generis Imolatum fuisse spiritualium Donorum pinguedine abundans. Lauret. in uerbo adeps.

27 Vituli adeps sig. bona spiritualia, & temporalia, quæ offerrenda sunt Domino tamquam sua. Philo lib. de sacrif. Abel, & Caim.

28 Vitulus in ceremonijs Bacchi, a Bacchis laceratus, & in pompam allatus sig. memoriam vindictæ factæ a Baccho de Pentheo Thebanorũ rege qui spreto Baccho, ceremonias illius vetabat fieri, ex quo Deus iratus fecit ipsum a matre, & alijs mulieribus discerpi in formam vituli uel apri illis obiecti.
Cartarius fol. 434.

29 Vitulum adduci ad ostium Tabernaculi, ut est Leuit. 4. sig. Christum Dominum crucifigi, ut aperiret ostium Cœlestis Tabernaculi. Gloss. Interli. in Leuit. 4. uel sig. doctrinã Apostolorũ tradi per quam patet aditus ad regnum cœlorum, & sig. Christum Dominum fuisse adducendum ad summũ sacerdotem, & ad alios iudices, ut impleret vituli oblati figuram. Lauretus in uerbo adducere.

29 Vitulus aureus, ut est Exod. 30. signif. Idolatras habentes speciem sapientiæ. Vel sig. sapientiã mundanam, quam sign. aurei Dei, & statua aurea, quæ duo etiam signifi. dogmã hæreticum, eloquentia sęculari refulgens.
Lauretus in verbo aurum.

31 Vituli labiorum, ut est Hose. 14. & reddemus uitulos labiorum nostrorum, signific. laudes in Deum, & gratiarum actiones.
Gouschelius libro tertio Elocution. sacr. scriptur.

32 Vitulus saginatus, qui comeditur cum butyro, & lacte hoc est cum fidei puritate. significat Christum Dominum, qui oblatus est pro peccatis mundi.
Lauretus in uerbo bos.

33 Vitulus immaculatus, signific. Carnem Christi, qui peccatum non fecit, & qui in cruce intelligibiles inimicos nostros ventilauit.
Lauretus ut supra.

34 Vitulus de bobus, ut est Leuitico primo signif. Christum Dominum, qui ortus est de Patriarchis.

35 Vitulus comminuens cedros, ut est psal. 28. signific. Christum Dominum, & vitulus, ut est primo Reg. 16. sign. splendorem imaginis redemptoris. D. Hiero. psal. 28. & D. Greg. 1. Reg. 16.

36 Vitulus nouellus, ut est psalm. sexagesimo octauo sign. prædicatorem.
Lauretus ut supra.

37 Vitulus aut vituli planta, vt est Ezech. primo & Num. 7. signific. prædicatores, qui debent mature incedere, & fortes esse, & vngulam diuidere. D. Greg. in Ezech. tiom. 3.

38 Vi-

38 Vitulus sign. lætitiam vnde uerbum uitulari. Valerianus folio uigesimo quinto, & Dauid clamat se a multis uitulis, & a pinguibus Tauris obsessum.

39 Vituli sign. milites delicatos, atque lasciuos, ad modum uitulorum lasciuientes, & saltantes præ petulantia gaudentes, in captione, illusione, & afflictione Domini nostri Iesu Christi. Iuxta illud psal. 21. Circumdederunt me vituli multi. Titelm.

40 Vitulum offerre in sacris sign. iustum esse offerentem. Valer. f. 26.

41 Vitulus sig. lętitiam iuuenilem. Zog. folio decimo sexto.

42 Vituli septem, ut est Ezech. 45. sign. martyres qui configurantur passioni Christi. Lauretus in uerbo bos.

43 Vituli, ut est Isa. 15. & Leuit. 9. sign. mediocres in populo. Diuus Hieronymus Isai. 15. & Isych. Leuit. 9.

44 Vituli, ut est Ose. 14. & psalm. 50. & 68. significat laudes Dei, ut orationes, & confessionem peccatorum. D. Hiero. Ose. 14.

45 Vituli lactentes, ut est Hierem. 46. significat fideles adhuc in fide teneros. Lauretus in uerbo bos.

46 Vituli qui imponuntur super altare, ut est psal. 50. sign. omnes sanctos, qui sunt in fœlicitate. D. Greg. in psal. 50.

47 Vitulus nesciens iugum, sign. libertatem patriæ cœlestis. Lauretus ut supra.

48 Vituli, ut est Malach. 4. sign. corpora gloriosa, iuuentuti reddita. Rupert. Malach. 4.

49 Vitulus secundus qui offertur in expiationem altaris, ut est Ezech. 43. sig. Moysem, & legem quæ offertur in holocaustum, ut crassitudo legis eleuetur ad subtilitatem spiritus. D. Hieron. Ezech. 43.

50 Vitulus sign. fidem passionis Christi Domini aut sign. ipsam passionem. Vel sig. Baptismum in quo conformamur passioni Christi. D. Lauretus ut supra.

51 Vituli tres, ut est 1. Reg. 1. significat confessionem Trinitatis. & unus offertur quod signific. vnitatem essentiæ Trinitatis diuinæ. D. Gregor. 1. Reg. 1.

52 Vitulus uel bos, qui inter quatuor animalia circa sedem Dei uisus est, sig. Antiochenam Ecclesiam, quia in ea primo cognominati sunt Christiani parati ad obediendum in omnibus quæ mandarent Apostoli. Ioachim folio decimo octauo Apocal. introd. cap. 19.

53 Vitulus qui offertur septem diebus, ut est Ezechiel 43. sign. opera, quia uitulus labori, & terrenis operibus mancipatur. Lauretus in verbo bos.

54 Vituli tres quos obtulit Elcana, ut est 1. Reg. 1. significat actionem triplicem vnam ad subleuandos lapsos. alteram ad sustentandum stantes. & tertia est contemplatio ad propositum fortitudinis. Lauretus ut supra.

55 Vitulus ut est Leuit. 1. sign. verbum Dei. 1 Origen. in Leuitic. hom. 1.

56 Vituli quos Domino immolare debemus, sunt tres. Primus est uitulus nouellus cornua producens, & ungulas, & signif. nouæ conuersionis effectum: Secundus qui est uitulus tenerrimus de armento, & sign. sacræ religionis profectum. Tertius qui est vitulus saginatus, & sign. consummatæ uirtutis affectum. D. Bernard. in sententiis.

57 Vituli clausi domi, ut est 1. Reg. 6. sig. desideria terrena, quæ foras prodire prohibentur. D. Greg. 1. Reg. 6. & 14.

58 Vitulus in manu Samuelis, ut est 1. Reg. 16. sign. carnem per abstinentiam ab Diuo Ioanne Baptistam edomitam. vel sign. imitationem passionis Christi Domini. Lauretus in uerbo bos.

59 Vitulus commedens fœnum, ut est psalm. 105. significat appetitum humani fauoris. vel sign. hominem appetentem carnalem, & temporalem gloriam. Rupertus de somn. Nabuchdonosor cap. quadragesimo.

60 Vituli quos non accipit Deus, ut est psalmo quadragesimo nono, signific. incontinentes, & superbos. Diuus Hieronymus psalm. 49.

61 Vitulus sign. superbiam. &

62 Vitulum immolare, sign. superbiam uincere. Lauretus ut supra.

63 Vitulus signific. libidinem, & significat libidinosos.

64 Vitulus de medio armenti, sign. uoluptates. Lauretus ut supra.

65 Vitulus libani, ut est psalm. 28. significat superbos mundi. Diuus Augustinus psalm. 28.

66 Vitulum aureum ab Israelitis casu conflatum, ut ex verbis Aaron elicitur, signific. uituli formam ex metallo conflato, non typis, uel cęlo factam, sed cum Salu Dux de tribu Simeon iniecisset cedulam in qua erat scriptum Chumi Sor, in liquidum metallum, statim fuisse factum vitulum virtute illius cedulæ iniectæ. illam cedulam fecerat Moyses, ut extraheret ossa Ioseph aqua immersa uolens, iuxta Testamentum Ioseph, asportare illa, ossa sepelienda in Sichem. Franciscus Georgius Problemate trecentesimo sexagesimo tertio, tom. 1.

67 Vitulus conflatilis, ut est Exod. 3. signific. idolatriam. Lauretus in verbo bos. &

68 Vitulus libani vbi vituli verenda offerebantur Veneri, similiter sign. idolatriam. & Vitulus conflatilis, sign. Diabolum. Arnobius in psalmo vigesimo octauo. & Lauretus in uerbo bos.

69 Vituli Samariæ, ut est Ose. 8. sign. hæreticorum sensus terrenos. D. Hieron. Ose. 8.

70 Vitulus qui pascitur in uinea Hierusalem, ut est Isai. 27. sign. Romanorum exercitum, qui erat uenturus ad destruendam Hierusalem. D. Hieron. Isai. 27.

71 Vitulus ut est Genes. 18. sig. quicquid in terris amabile est, quod offerendum est Deo. Lauretus ut supra.

72 Vitulus concisus in duas partes, inter cuius diuisiones fiebat transitus, ut est Hierem. 34. sig. foedus.

Lauretus in uerbo bos.

73 Vitulus in numis Iulij Caesaris. sign. Voconiam familiam per illustrem Romanam, ut est in numo argenteo cum inscriptione Q. Voconius Vitulus. Aeneas vicus in numis 45. & 46. Iulij Caesaris.

74 Vitulus marinus qui licet mare sit procellosum tamen ad radicem scopuli ita quiescit, ut nullam tempestatem neque intus neque foris sentiat, sign. hominem qui demonstrat se ob suae conscientiae serenitatem, & ob sui naturam quietissime uitam degere, cum nihil curet oblatrantium murmura, neque timeat propter suam innocentiam diuini fulminis iram. vitulus enim Marinus, quando mare est turbatum adhaeret scopulo, & ibi quietissime dormit, mare non timens neque coelum, cum sit obseruatum illud animal nunquam a fulmine tactum.

Hieronymus Ruscelius in insigni Aloisij Gonzagae.

1 VIVERE regem, regnare dominum, ungere, sedere, & surgere in sacris litteris sunt Synonima. Gouschelius libro primo Elocution. sacrar.

2 Vinarium in coenobio D. Mauritij in Burgundia, in quo pisces positi ad numerum monachorum, si quis monachus aegrotat piscis positus nomine aegrotimonachi statim aegrotat, & si pernatat, & si piscis moritur sig. aegrotum monachum esse tunc moriturum, si uero piscis aliquantulum aegrotat, & non moriatur sig. monachum conualiturum. Fabius Paulinus Hebd. lib. 4. cap. 7.

1 VLCVS ut est illud Isaiae 63. propter scelus populi mei, & vlcus eorum, uel quod erat eis. sig. originale peccatum.

Galatinus l. b. 8. cap. 14.

1 VLIXEM ascendisse in lucem eminentem, ut contemplaretur mores hominum apud Homerum. sign. hominem prudentem contemplaturum res inferiores debere ascendere ad causas, ut cognoscat effectus, & ad superiora, ut cognoscantur inferiora.

Iulius Camillus fol. 62.

2 Vlixe audiente, & spernente syrenas emortuas esse sig. quod in sensu sapientis licet voluptatis affectus sentiatur, tamen emoritur.

Fulgentius lib. 2.

3 Vlixes qui interpretatur omnium peregrinus. sign. sapientiam ab omnibus mundi rebus peregrinam esse uel, ut ego reor, sign. eum qui vult esse sapiens, peregrinari oportere, ad quod alludit Homerus faciens illum peregrinum, &c.

Fulgentius lib. 2.

4 Vlixem tuto praeterisse Scillam, sig. libidinem a viro sapiente contemni. V. Scilla.

5 Vlixem tantum in Odissea ab Homero priusquam caperet cibum inductu lauasse manos, quod non in Iliade a quoquam factum scribitur. sign. in odissea significari uitam ociosorum, & delicate in pace viuentium. Athenaeus libro primo cap. 12.

6 Vlixem iussisse sirenas, signific. uirum prudentem scire vitare meretricum illecebras.

Alciatus Emblemate 115. V. syrenas v. musa. v. nauis.

7 Vlixes apud Homerum, & Aeneas apud Maronem, signifi. exemplar, & viam summi boni ab homine acquirendi.

Landinus in fine primi libri Camaldulensium.

8 Vlisis apud Homerū delicias Pheacum, Circes blanditias Ciclopū pericula, & terrores minstrorum marinorum euitans sig. uirum prudētem, & omnibus virtutibus cumulatum, non a delicijs, non uoluptatibus, non periculis neque terroribus usquam posse conuinci.

Natalis Comes in Mythol. f. 6.

9 Vlixis sociorum in sues, & alia animalia a Circe transmutari facta sign. amentium hominum animas transmutari in speciem corporum feri naturae, cadentes in circularem hallucinationem uniuersi quam Homerus vocat Circem Sanctius in Alciati Emblemate. 76. v. mulier. 291.

10 Vlixis socios noluisset reminisci patriam, & Vlixis in patriam tendentis, sig. hominues, qui huius seculi voluptatem illectricem saluti praetulerunt. Budaeus de asse libro quinto, folio septuagesimo quinquagesimo sexto.

11 Vlixes ipse qui spreuit syrenas, & Loti fructus &c. signifi. uirum prudentem, qui spretis uoluptatibus huius uitae parat reditum in coelestem patriam. Budaeus ut supra.

1 VLMVS arbor quam ponit Vergilius in aditu inferni sub cuius folia continentur insomnia. signifi. eo tempore quo cadunt arborum folia vana esse insomnia. vel sig. vanitatem insomniorum, quod vlmus sit arbor inanis & infructuosa, &c.

Cartariar. fol. 333.

2 Vlmus ut supra Vergiliana sign. rerum viciosarum, & turpium inanitatem, & quae nihil solidi habeant: vlmus enim nullum fructum facit, & magnum occupat spacium. In eius frondibus singulis singola somnia insidere, signi in re quaque turpi, & viciosa suam insidere vanitatem. nihil enim mutabilius fronde, nihil vanius somnio.

Landinus 4. Camaldul.

1 VLTIO visitato, dies iudicij, aduentus chaldeorum, indignatio, uindicta, adinctus Assyriorum, baculus, afflictio, punitio, calamitas de longe veniens, virga furoris, iudicium, dies visitationis, Deum accipere consolationem, in sacris litteris sunt Synonima. Gousch. lib. 1. Elocut. sacr.

1 VLVLARE in cubilibus suis, ut est Hos. 7. Vlulabant in cubilibus suis, sign. Idolis ferure.

re. Gouſchelius.lib.3: Elocution.ſacr.

1 VMBILICVS ex gemmis factus latus, et rotundus in baſi, & aſcendens cacuminatus in acutum, qui in nauicula aurea ferebatur a ſacerdotibus quos ſequebantur mulieres, & puellæ canentes. ſign. Iouem Ammonium.

Cartarius fol.165.

2 Vmbilicus præciſus, ut eſt Ezech. 16. ſig. libidinem refrænatam. D. Hieron. ſup. Ezech. 16. & Lauret. in uerbo abſcindere.

3 Vmbilici primi infantis in puerpera nodi, ſign. tot filios puerperam ſuſcepturam eſſe quot ſunt ipſi nodi. Albumaſar in primo introductorij, & Rhodig. libro ſecundo capitulo trigeſimo quinto.

4 Vmbilicus terræ, ut eſt Ezech. 38. ſign. Eccleſiam, quæ medium tenet, habens in ſe Chriſtum Dominum mediatorem. D. Hieronim. Ezech. 38.

5 Vmbilicus ſponſæ, ut eſt cantic. 7. ſig. prædicatores. Lauretus.

6 Vmbilicus, ut eſt prouerb. 3. ſig. actionem infirmam adhuc, & imperfectam. Beda in prouerb. 3.

7 in Vmbilico ventris eſſe uirtutem Behemoth, ut eſt Iob. 40. ſig. in Vmbilico fœminis eſſe libidinem diabolicam. Lauret.

8 Vmbilicus non præciſus, ut eſt Ezech. 16. ſignificat pronitatem ad libidinem. D. Hierom. Ezech. 16.

9 In Vmbilco ſi ſit vna linea ſig. quòd homo ille habebit ſcientiam, ſi vero ſub vmbilico fuerint duæ lineæ ſignific. hominem illum habiturum plures vxores, & ſi lineæ fuerint tres, ſig. hominem illum habiturum multos filios, ſi lineæ fuerint quatuor, ſig. hominem habiturũ vitam diuturnam, ſi fuerint lineæ quinque ſig. hominem habiturum magnam ſublimationem, & magnum honorem, ſi uero ſub vmbilico fuerint duæ lineæ, & ſint inæquales, ſig. hominem malignum, cui omnino non ſit fidendum. Cocles in introductorio.

10 Vmbilicus, ut eſt Ezech. 16. Vmbilicus tuus non erat præciſus, ſig. cupiditatem, & prouer. 3. id umbilico tuo ſalubre erit.

Gouſchelius libro ſexto Elocution. ſacrarum ſcripturarum.

11 Vmbilicus ſignific. medium quod in quouis loco natus ſit homo, ibi illi eſt orbis medium, vel etiam quia vmbilicus apud Oniracritas ſignif. patriam, quia ſicuti fetus ab vmbilico cibum ſumit antequam naſcatur, et poſtquam natus eſt capit a patria, ſignific. etiam finem iuxta illud Martialis. Iam peruenimus uſque ad vmbilicum, quẽ locum lector, ut intelligas, lege Valerianum, quo nemo melius explicuit quid ſit vmbilicus.

Valerianus fol.248.

12 Vmbilicus exciſus in fœminis ſign. Caſtitatem ſicuti præputium exciſum in uiris, ſignific. eandem, vnde Ezechiel loquens de Hieruſalem quaſi de fœmina proſtituta, dicit, in qua dies nata non eſt exciſus umbilicus tuus, & hinc eſt quod.

13 Vmbilicus ſign. concupiſcentiam.

1 VMBRAM apprehendere, ut eſt Eccleſiaſt. 34. ſign. attendere ad uiſa mendatia.

Lauret. in verbo apprehendere.

2 Vmbra qua obumbrauit D. virginem in conceptu verbi diuini, ſign. defenſionem ab æſtu cõcupiſcentiarum carnalium, vnde illa virgo Chriſtum non carnaliter concupiſcendo ſed ſpiritualiter credendo, concepit. D. Auguſt. ſuper pſalm. 67.

3 Vmbraculum vocatum σκίρον, deferri ſolitũ Athenis ex Acropoli in locũ uocatum Sciron a Muliere Mineruę ſacra, & a ſacerdotibus Solis & Neptuni, in menſe maij ſignifi. tunc eſſe tempus idoneum ad ædificationem faciendã. Giral. lib. de annis, & menſibus.

4 Vmbra mortis iuxta illud pſalm. 22. ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, ſignifi. Diaboli tentationem, quæ primo obumbrat per falſi ſuggeſtionem ſecundo mortificat per praui operationem, per medium cuius viator pœnitẽs ambulat dum nec ſugeſtioni ſe ſubijcit, nec prauo operi ſe immergit. Abbas Ioachim in Hieremiam fol.4.

5 in medio Vmbræ mortis ambulare, ut pſal. 22. ſignif. per huius ſeculi obſcuritates peccata, & ignorantias progredi. Diuus Hieronimus pſal. 23.

6 Vmbra ut eſt Iſai. 16. pone ſicut noctem vmbram meam in medio meridiei ſignifi. gratiæ ſpiritualis flatum.

Gouſchelius libro ſexto Elocution. ſacrar. ſcripturarum.

7 Vmbra mortis, ut eſt pſal. 22. ſi ambulauero in medio umbræ mortis, ſig. peccatum, & ignorantiam. aliquando ſign. imitationem Diaboli, & eſt mors carnis.

8 Vmbra ut eſt Lucæ. 1. & uirtus altiſsimi obumbrabit tibi. ſig. incarnationem. D.N.I.Chriſti.

Gouſchelius libro ſexto Elocution. ſacrar. ſcripturarum.

9 Vmbra mortis inter mortem, & vmbram mortis hoc eſſe puto dicit D. Hieronimus. Quod mors eorum eſt, qui cum operibus mortis ad inferos perrexerunt, anima enim, quæ peccauerit, ipſa morietur: umbra aũt mortis eorũ eſt, qui cum peccent nec dum de uita iſta egreſſi ſunt, poſſunt enim ſi noluerint agere pœnitentiam. unde Iob. 3. polluent eum tenebrę & vmbra mortis, id eſt obliuio, ſicut enim mors interimit uitam, ita obliuio memoriam extinguit.

Gouſchelius libro tertio Elocution. ſacrarum ſcripturarum.

10 Vmbra mortis ſign, vitam malam. Bongus cap. de numero 120. fol. 135.

Vmo apud Chimiſtas ſignif. ſtagnum. Ioannes Garlandius.

Vneam ſign. argentum viuum. Garland.

Vniſago ſig. ſuccum binæ. Garland.

11 Vmbri populi Italiæ, in prima eorum lingua, quæ omnium prima fuit: nam Iapetus eorum conditor

conditor fuit siue eius filius Gomer. ita nominati sunt a loci situ om-nuct enim sign. vndique defensus. Vmbriæ namque situs videtur ab Apennino satis ab hostium impetu defensus. Goropius in vertumno fol. 30.

1 VNCVS æneus. signifi. idem quod cuneus æneus, qui erat in manu necessitatis. V. Cuneus. Valer. fol. 360.

2 Vnioni ante, & retro conuenientes ad coniungendum rationale cum superhumerali, ut est Exod. 39. sign. concordiam veteris, & noui testamenti.
Lauretus in verbo ante.

1 VNCINI duo simul ligati, sign. tenere. Poliphilus lib. 1.

1 VNCTVS sign. Diuitem, sicuti siccus signifi. pauperem. iuxta illud Horatij, accedes siccus ad vnctum. Valerianus fol. 217. V. Siccus 1.

1 VNCTIO mystica apud Hæbreos, quæ dicitur Chrisma signifi. carnem Christi ex utroque genere propagatam, ex regum scilicet, & sacerdotum. Diuus Augustinus lib. 2. de consensu Euangel.

1 VNDIS bis septem prouerb. sign. hominem a quapiam noxia purgatū, quod antiquitus mos esset homicidio pollutos uestes suas bis septē inundationibus immersionibusque lauare, adagium. a bis septem undis.

1 VNGERE sign. conseruare, & salutis confectionem efficere. nam illi quorum postes sanguine agni uncti fuerant, salui facti sunt ab Angelo exterminatore. sicut non ungi. sig. euerti consumi.
Valerianus fol. 257.

1 VNGVENTVM fragrans in diuinis, sig. Diuinam Trinitatem. D. Dioni. 2. cap. Cælest. Hierarch.

2 Vnguentum siue chrisma defertur opertum, sign. in sanctis uiris obtectam esse oportere sacram animi uirtutem atque fragrantiam, si quidem illis diuina semper suggeruntur, ne ad inanem gloriam, quādo per uirtutis studia ad speciosas illas atque odoratas secreti Dei Similitudines tendunt, ostentationi inseruiant. D. Dionisius capitulo quarto Ecclesiast. Hierarch.

3 Vnguentum consecrationis siue Chrisma tegitur a 12. alis Seraphim, sign. quod visibilis illa vnguenti confectio non illis est inaccessa, vel inuisibilis, qui circa Antistitem sunt. sed contra ad illos quoque pertingens sigensque intelligentiam eminentem plurimis ab eis reuerenter obtegitur, sacerdotalique officio a turba dirimitur, quippe sacratissimorum signorum radiis, diuinis viris, ut propinquis intelligibilis lucis pure ac continenter infulgens spiritaliaque ipsorū adminicula amoto tegmine odore imbuens, ad id quod inferius est non iam similiter procedit; cęterum ab ipsis, ut pote occultis inspectoribus intelligibilis lucis, secretius (ne a dissimilibus quibusque uideatur) sub pennatis opertionibus operitur, per quæ profecto signa sacra subiecti honestissimi ordines ad sacram proportionem suā promouentur. Diuus Dionisius capitulo quarto Ecclesiasti Hierarch.

4 Vnguenti siue Chrismatis a sacerdotibus ab altari circum sanum delatio significat idem, quod delatio panis benedicti. V. panis. 4. V. D. Dionisium capitulo quarto Ecclesiasticæ Hierarch.

5 in Vnguenti sacratissimi confectione eiectio templo catecuminorum energumenorum apostatarum, & penitentium a sacerdotibus facta. V. Catechumenus. 2.

6 Vnguenti siue Chrismatis benedicti suauissima sensibilium odorum compositio sig. Augustissimum D.N.I.Ch. super substantialiter odorum esse intellectuale nostrum spiritalibus distributionibus diuina voluptate replentem. Diuus Dionisius capitulo quarto Ecclesiasticæ Hierarch.

7 quòd Vnguentum siue Chrisma benedictum tegitur 12. alis Seraphinorum sign. quod superioribus substantijs, ut pote diuinioribus, principalis fragrantiæ gratia propinquior est ferme magisque se ipsam insinuat, ac diffundit in ipsarum liquidissimam lucem, & spiritalis uirtutis valentiam affatim inundans, ac multipliciter subiens. porro ad inferiora spiritalium neque ita capacia supremam illam speculationem, ac participationem immaculate occulens uaporibus pro modo participantium cōgrua in cōmensuratione diuina distribuitur; sanctorum itaque Seraphinorum ordo cælestibus sanctissimisque substantijs adeo eminens in alis 12. circa Iesum firmiter stare describitur, beatissimisque illius speculationibus pro uiribus defigere obtutus, ac distributione spiritali in castissimis susceptionib. sacratius imbui laudatissimamque. Theologiam linguis nunquam tacentibus exclamare. D. Dionisius cap. 4. Ecclesiasticę Hierarch.

8 In Vnguenti siue Chrismatis benedicti confectione clamor ille nunquam quiescens, & nox illa Seraphin signif. quod cælestium spirituum scientia, & infatigabilis est, & nunquam deficientem diuinum habet amorem sempiternam illorum Seraphinorū, & nusquam migrātem scientiam, & intelligentiam Deo constantissime gratias agentem.
Diuus Dionisius capitulo quarto, Ecclesiast. Hierarch.

9 Vnguentum Chrisma benedictum dum sacratur, ab Seraphinis tectum. sign. Christum indemutabilem Deum in uera, & integra assumptione fragilitatis humanæ, quòd non ignorauit altissimus supercælestium substantiarum ordo. Iesum Deum summum, ut sanctificaretur descendisse, sed cum plane intelligit per diuinam ineffabilemque clementiam sancte ad nostrā seipsum deiecisse, atque a patre a seipso, ac a Sancto Spiritu se humano more sanctificatum cernens, suum recognouit initium in ijs, quæ diuina uirtute ipse operatur, substātiæ im-

immutabilitate subnixum. D. Dion. cap. 4. Ecclesiast.

10 quòd Vnguento siue Chrismate benedicto in omni sacræ operationis consumatione utuntur. sig. Sanctificantem D.N.I.Ch. qui sanctificatur iuxta scripturæ testimonium, ut qui semper sibi ipsi similis atque idem sit in omni diuinæ benignitatis operatione. D. Dionisius cap. 4. Ecclesiasticæ Hierarch.

11 quòd Vnguentum siue Chrisma benedictum in aquam baptisterij in crucis modum funditur. sign. ad ipsam usque mortem per crucem D. N. I. Ch. pro diuina generatione nostra sacro ipso, & qui teneri a morte non posset descensu inferna penetrantem, eosque, qui in morte ipsius, iuxta arcanum eloquium baptizati essent, ex antiqua absortione corrũpentis mortis benignissime auellentem, atq; renouantem ad diuinam perpetuamque substantiam. D. Dionisius capitulo quarto Ecclesiast. Hierarch.

12 Vnguenti siue Chrismatis benedicti inunctio peracto baptismo quæ a sacerdote fit baptizato, sign. aduentum Sancti Spiritus, & ab ipso qui propter nos in assumpta carne diuino Spiritu sanctificatus est immutabili substantialis deitatis habitu Sanctissimum Spiritum dari. D. Dionis. cap. 4. Ecclesiast. Hierch.

13 quòd Vnguentum siue Chrisma benedictum infunditur in consecratione altaris. sign. quod est supercælestis, & supersubstantialis hæc diuina operatio totius nostræ diuinitus indultę sanctificationis initium, atque substantiam perficiens virtus, nam si sacratissimum altare nostrũ Iesus est, diuina scilicet Spirituum sanctorum consecratio, in quo iuxta scripturæ fidem sanctificati, & mistice holocausti instar incensi accessum habemus purgatis luminibus, ipsum profecto sanctissimũ speculamur altare, in quo quæ fiunt consumantur, & sanctificantur ab ipso sacratissimo unguento perfectum. Sanctificat enim pro nobis semet ipsum totius sanctitatis apex Iesus omnique nos sanctificatione replet ijs, quam in eo mira dispensatione geruntur ad nos veluti iam diuina generatione dignatos summa benignitate manantibus. D. Dionisius cap. 4. Ecclesiast. Hierarch.

14 quòd Vnguentum siue Chrisma benedictum dicatur telete sig. quod D. N. I. Ch. nostri gratia sanctificatur in carne, & quod diuina operando cuncta persicit, atque perfecta sanctificat. Diuus Dionisius capitulo quarto Ecclesiast. Hierarch.

15 Vnguenti siue Chrismatis vnctio quo ungebantur, & sacerdotes, & principes sig. misericordiam, & propitiationem, quæ uirtute diuini nominis tribuitur V. Archangelum Burgonouensem in Cabalisticis dogmate. 1.

16 Vnguentum quod a capite descendebat in barbam Aaron, & inde in oram vestimenti, sign. diuinitatem prouenientem a capite Christo Domino in barbam, quæ sign. sacerdotes immediate Christo unitos, & ab ipsis sacerdotibus in seculares, quos signific. ora vestimenti. Archangelus Burgonouensis in 65. conclus. pici.

17 Vnguenta, ut est cantic. 4. & odor vnguẽtorum tuorum super omnia aromata. sign. uirtutes, quæ ex charitate originem ducunt.

Gonsaluus libro sexto Elocution. sacrar. scripturarum.

18 Vnguento unctum Heroem nullum præter Paridem apud Homerum non inueniri, sign. vnguentorum uim pellere permultum ad libidinem, & luxum. Atheneus libro primo cap. 12.

19 Vnguentum solutum. apud Chimistas signific. argentum, quod etiam dicitur urina humida, & partes miirabilium omnium, dicitur nubes, nubilum, & seruus fugitiuus. Ioannes Garlandius lib. 1. de mineralibus cap. 5. V. vrina &c.

1 VNGVES in sacrificio non incidendos esse. Symbolum Pythagoricum, sign. non spernendos neque reijciendos cognatos affines, & coniunctos, in sacrificio præsertim, cum ungues sig. cognatos affines, & coniunctos. F. G. p. 448. to. 5. V. & p. 449. to. 5.

2 Vnguibus aduncis armatum ne nutrias Symbolum Pythagor. sign. fugiendam esse rapacitatem vel sig. benignum, & dapsilem esse oportere. Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythagoricis. f. 48. & Ioannes Baptista Porta lib. de furtiuis litterarum notis. f. 18.

3 Vnguibus cæsis ne sacris intersis. Symbolum Pythagoricũ, sig. in sacris nõ reijciẽdos affines esse, & hoc sign. euntes ad sacra debere reconciliari etiam illis, quos antea neglexeris ob generis longinquitatem, vngues enim sign. illos quos prætermittendo non dolemus, sicuti in incisione vnguium capillorum, & similium. Nicolaus Scutelius in Symbolis Pythag. fol. 50.

4 Vnguium criniumque præsegmina ne cõmingito. Symbolum Pythagoricum, sig. magis curanda esse ea, quæ per animam, & mente absq; sensorijs demonstrantur per scientiam spectatricem, quàm ea, quæ non perueniunt ad mẽtis æternitatem, ut pote quæ sunt sine intellectuali homine per innata solum sensoria

Nicolaus in Symbolis Pythagoricis f. 51.

5 Vngues recurui apud Pythagoreos sign. rapinã unde illud olla gignit vngues recuruos. v. Olla. paulus scaliger lib. 4. Epistemonis.

6 Vngues, & crines apud Pytagoreos, sig. cognatos, & amicos parum viles. unde illud, unguiũ criniumque presegmina ne comminguito neq; insistito. quod sign. cognatos, & amicos parũ utiles neq; spernendos neq; acceptandos, & illud vnguis, & crines hirundineos periculosũ est ferre, quod sig. amicos inutiles, & susurrones omnino uitandos. Paulus Scaliger lib. 4. Epistemonis.

7 ab Vnguibus incipere, prouerb. sig. a leuissimis minimeque ad rem pertinentibus ordiri. adagium.

8 Vngues rodere prouerb.sign.attenta mente cogitare. unde Persius, Nec pluteum cedit, nec demorsos sapit ungues, & illud Horatij, viuos, & roderet ungues. Tu uide Goropium in Hieroglyph.lib.9.f.137.

1 VNGVLAM diuidere, ut est Deut.4.signific. distinguere vetus, & nouum testamentum, Vel sig. distinguere literam a Spiritu. Vel sig. discernere bonum a malo. vel sign.moraliter, & philosophice uiuere, Christi uero legem secernere, quod proprie est vngulā diuidere, & non ruminare. Iudæi enim ruminant quidem sed non diuidunt ungulam, & hæretici diuidūt vngulam sed non ruminant. Lauret.in uerbo abscindere v. ruminare.

2 Vngulæ æneæ fioo.ut est Mich.4. sign. Ecclesiæ in superabilem fortitudinem. Lauret.in uerbo 25.

3 Vngula bisfiida præditum animal signif.Iustitiæ, æquilibrium: nam iustitia hic sanctificat, & in futurum seculum transmittit. Clemens Alex. pædag.lib.3.cap.11.

1 VNICA ut est psal.22. de manu canis vnicam meam.sig.animam, & uocatur sic anima quòd sit unica respectu partium corporis, & potentiarum eius, quæ sunt plures. Gousch.lib.2. Elocut.sacr.

1 VNICORNIS supine iacens in terra, fig. quartum gradum piscium, & hominem, qui erit sine potestate.
Astrolab. planum Ioannis Angeli.

2 Vnicornis accipitur in bonam, & in malam partem in sacris litteris, si in bonam. sig.iustos, & si in malam sig. peccatores. dilectus quemadmodum filius vnicornium.
Gouschelius libro sexto Elocution. sacrar. scripturarum.

3 Vnicornis apud amatóres, siue eius cornu, vel pars eius pellis fig.amorem castum, & sincerū, qui non tendit ad ullum finem viciosum, est enim animal castitatem amans. Vnde Ariostus dicit.
L'una e l'altra sedea s'un liocorno
Candido piu che candido Armelino.
Ioannes de Rinaldis, in tractatu de significatione Herbarum, & florum.

1 VNIONES qui nihil præter nitorem, & leuorem ostendunt, fig. Venustatem. apud Euangelium Margarita sig. præmium, quod rectè facientibus offertur. Vnio, Margaritum, & Margarita idem sunt. Valer.fol.307.
Vnitas, vnum, & vnus. V.Numerus ante numerum binarium.

1 VNXIA dea sign. Iunonem deam, quando habebat curam, ut sponsa feliciter vngeret cardines hostis domus Marti.
Cartar.fol.197.

1 Vocabula in num terminatia, ut Bonifactiuum secundum quendam sig.formam, sicuti in ile, ut Bonificabile, sig materiam, & in are, ut bonificare sig. actum.

1 VOLVNNA Dea volem enim in Adamica lingua signat bene rotans, siue rem bene circum-uoluens, sed mystice hominū actiones voluentem. Goropius in Hermath.lib.5.f.10.

2 Voluminus Deus, & Volumna apud antiquos erant Dij, qui precarant prospero rerum successui. idem erat, & vortumnus.
Goropius, ut supra.

1 VOLVCRES cœli latet sapientia Dei, ut est Iob.28.sig.sapientiam Dei, qua mundū creauit, & qua illum regit Angelis ignotam esse, quæ est D.N.I per quem facta sunt omnia, & quem nemo nouit nisi pater Ch. Fr. Geo.p. 249.to.5.

2 Volucres, & pecora recessisse ab Hierusalem, ut est Hieremiæ capitulo nono. sig. sublimes, & simplices recessisse. Lauretus in uerbo abire.

3 Volatile omne recedere, ut est Hierem.4. sign. viros contemplatiuos deficere in Ecclesia. Lauret. ut supra.

4 Volucris ambulans super quatuor pedes, ut est Leuitico decimo primo significat hominem, qui abutatur Euangelijs luxuriose viuendo, & pro sua uoluptatibus prædicando. Isych.in Leuit. decimo primo.

5 Volucres sign.homines leues. Clemens Alex.in adhort.ad Græcos.

6 Volucres abigere, ut est Genes. 15. sig. malas cogitationes, quę nos in oratione perturbant sancta discretione abijcere. unde Hierem.cap. 7. Deus comminatur de futurum, qui abigat volucres, & bestias. D. Geor.16.mor.20.

1 VOLVCRES immundæ apud D.Ioannem in Apoca.sig.animas penis æternis deputatas. Ioach. Apoc.f.198.

1 VOLVMEN volans in quo omnium peccata descripta sunt, ut unusquisque recipiat secundum opera sua, ut est Zachariæ.S. uide numerus 23.

1 VOLVNTATEM nostram in prima omniū lingua dici vuil, sign. velle nostrum totum ad summum bonum tendere debere, & summum bonorum non alibi quam in el, esse quærendum. Vuil enim fit a Vuel, quæ vox componitur ex vu, quæ signat latitudinem, & ex el, quæ denotat Deum, ut sciamus ad latitudinem bonitatis Dei voluntatem nostram dirigere. Goropius in Hermath. libro septimo fol.148.

1 VOMEREM acuere apud fabros Philistinorum, ut est 1. Reg. 13. signif. prædicationis sanctæ studiis secularis eruditiōue componere. Diuus Gregorius 1.Reg.13. & Lauretus in verbo acuere.

1 VOR in prima lingua designat ante, sed ex literarum natura, mystice, signif. ante eundum esse ad illud principium, a quo omnia procedūt, nā V. ex sua natura sig. promotionē ante, quod ore stricto, & labiis promotis prōnunciatur. Or vero quod ex o, quę rotundum & perpetuum, & R, quæ fluxum notat, significat illud principium, a quo omnia procedūt, quodq; ipsum ab æterno processit, & procedet a patre, & hac de causa, or, denotat etiā filium,

non tantum in Diuinis, sed etiam in aliis. Sed quoniam in Diuinis filius omnia creat, omnibusque principium essentiæ dat. factum est, ut Or, siue oor, pro omni exordio ponatur. & hinc Latini suum orior, & origo traxerunt. & quoniam or, denotat id, quod dat principium essentiæ, si litteræ contrario modo uertantur, vt fiat ro, tunc ro, denotat coccumpor, vel currumpo, vnde quædam militaris cohors vocata fuit Roi, eo quod parata esset ad destruendum & corrumpendum. Goropius in Hermath. lib. 5. f. 101.

1 VORAGO pestilens in medio foro Romano facta, in quam M. Curtius volens pro patria se præcipitauit, sign. voluntariam vnius mortem futuram omnium Romanorum saluti.

Iulius Obsequens lib. de prodigijs.

1 VORT. v. Port.

1 VVORT, in prima omnium lingua dicitur verbum, vt est nomen a Vort, quando est verbũ, quod est fio, vel esse accipio. in cuius vocis, vort, medio, oor, comprehenditur. nam vuort dicitur quasi vuoort, & inter vu, & t, media est vox, oor, sed vu, quæ indicat maximam latitudinem sig. in diuinis patris personam, or, siue oor, sign. filij æternam potestatem ad omnia creata maxima vi descendentem, t, vero vltima vocis vuort littera, sign. Spiritum sanctum omnia amoris glutino deuincientem, nihil enim fit, ad quod non tres diuinæ personæ concurcant, et, t, habet vim vinciendi, vt est videre loco suo, et quoniam in eadem lingua filius perpetuum esse à perpetuo patre, perpetuo accipiens recte, oor, vocatur, ita cursus quoque optime voort vocabitur, quo eadem generationis ratio signatur clarissime. Nam eius vox ichnæa, quæ est trouu, quæ denotat fido, ve liquido signifi. omnem hominis fiduciam ad verbum tendere debere & hæc vox trouu, denotat etiam credo, vt sua hac duplici denotatione, sign. uni soli verbo credendum esse, atque fidendum. Goropius in Hermath. lib. 5. f. 103.

1 VORTVMNVS, siue Vertumnus Deus a gentilibus factus, quod vt aiebant sese verteret in omnium rerum formas apud Latinos dictus a vertendo. Sed prisci Cimmerij, siue Ianigenæ in prima lingua eum appellabãt vortdom, quæ vox signat successus prosperos. et apud Ianigenas per Vortdom, siue Vortumnum, nil aliud significabatur, nisi verus Deus qui solus res omnium hominum promouere, et prosperare potest. Gorop. in Vertumno f. 41

2 Vortumni variæ formæ, sic enim eius statua facta erat, vt ad quemuis cuiusuis hominis ornatum suscipiendum idonea esset, non aliud significat quàm Deum, qui quorumuis hominum laboribus promouendis præest, nullum habere discrimen personarum, sed æque omnium partes tueri, et quorumuis personam accipere, quo se monstret omnibus æque velle opitulari, denique se omnia fieri omnibus, quo omnium studia prosperet ac fecundet, idem enim Deus agricolis est agricola, sutori sutor, messori messor, magistratui magistratus, seruo seruus, dum in singulis singula officia administrat, & felici promouet successu. Igitur.

3 Vortumni statua, quæ sic erat expressa, ut idonea ad quemuis cuiusuis habitum suscipiendum videretur significat. Deum promptum esse ad cuiusuis preces audiendas, & labores prosperandos. quare.

4 Vortumni statua talis, sign. homines nihil omnino aggredi debere, ad quod non ante omnia Dei auxilium inuocaretur, quo faustum felixque quod fieret esse vellet. Hinc.

5 Vortumni statua ponebatur in eo vrbis loco, in quo maxima hominũ turba versaretur, quod signific. Deum veluti benignum quendam patrem omnibus filijs de celesti suo templo affulgere, atque prosperos successus adspirare, erat enim eius statua sub dio, & ut ait ille in æterno Olympo. Iuanu. Goropius in Vertumno fol. 43.

6 Vortumni statuam fuisse positam in medio urbis Vollinij quò pueri, & iuuenes penè totius Italiæ mittebantur ad nauandam operam artibus liberalibus, sig. Deum esse in omnium studiorum laborumque initijs pia mente orandum, ut quod aggrederentur felici successu prosperaret. Vollinium enim a Iano siue Iapeto conditum fuit, ut in eo uniuersitas studiorum exercerectur, quod nomen ipsum in prima lingua clarissime ostendit. Vol enim notat pleuum, & sin denotat sensum, ingenium, & intelligendi facultatem, est enim locus ad id maxime aptus.

Goropius in Vertumno folio quadragesimo octauo. & quadragesimo nono.

7 Vortumni ferias agi mense Octobri. sign. Deo esse agendas gratias, quod omnem agricolatũ laborem, omnem satum, omnem arborum vinearumq; cultum sic felici suo afflatu promouisset, ut modo totius anni fructum horreis, & apothecis homines haberent.

Goropius in Vertumno. folio quinquagesimo septimo.

1 VOT. X. vel XX. uel XXX. sig. uota decennalia, vel uicenalia, vel tricenalia a Senatu. P. Q. Ro. facta dijs si Respub. salua per annos X. vel XX. vel XXX. &c.

Valerianus folio ducentesimo septuagesimo tertio.

2 Vota iuxta illud psalm. 65. reddam tibi uota mea quæ distinxerunt labia mea. sig. duplicem confessionem, laudis scilicet & penitentiæ.

Diuus Augustinus super psalmo nunagesimo quarto.

1 VOX magna sign. sensum ad cælestia, & diuina pertinentem, sicuti vox parua signific. sensum ad terrena, & caduca spectantem. Ioachim Apocalip. fol. 40.

2 Vocis exaltatio, iuxta illud: Exalta vocem tuam, sign. Euangelij claritatem.

Diuus Thomas in Progmio catenæ aureæ.

3 Vox & non uerbum clamaris in deserto D. Ioannem vocari. sign. Deum non per D. Ioannem sed per filium suum D.N.I. Christum, qui est verbum, voluisse sua consilia demonstrare: non enim vox exprimit cordis consilium sed verbum. Diuus Chrisostomus super Matth. 3.

4 Vox in vijs audita est ploratus, & vlulatus filiorum Israel, ut est Hierem. cap. 3. sign. pœnitentiam, quam agere debebant Græci reuertentes ad unitatem Ecclesiæ, quod, ut reor fuit sub Pio. 2. Abbas Ioachim in Hieremia fol. 11.

5 Vocem domini præcidere flammam ignis, ut est psalm. 28. sign. Christum Dominum præcidere furorem persecutorum asciscendo credentes ad Charitatem suam, & reliquendo incredulos. D. Hieron. supra psalm. 28. & Lauretus in verbo. abscindere.

6 Vox clamans in deserto apud Sybillam libro primo sign. apud quendam D. Ioannem Baptistam: quem dixit eadem Sybilla tūc occidēdum, cum futurus esset rex cælestis, & Deus, & nostra causa supplicio affectus.

7 Vocis filiam prophetasse sapientes Israel post cessationem prophetiæ per Spiritum sanctum. Filia vocis sig. visionem imaginariam, quæ est tertius gradus prophetiæ, & fit per imagines qualis fuit illa Zachariæ, & D. Ioannis, ex huiusmodi, qui uiderunt animalia, ædes templi, ant ciuitatis, & his similia, sub quibus imaginibus, vel imaginationibus latent sacramenta inde discutienda, quod est facile per medium Cabalæ. quod oraculum Echo, aut filia uocis, est vocis reuerberatio prolatæ ab homine sic imagines istæ sunt quædā reuerberationes ex creaturis a Deo productis, ueluti verbum ab homine prolatum, cum uero quis scit intelligere has imagines, scit etiam intelligere inuisibilia Dei per eas quæ factę sunt, creaturas, cum quelibet creatura aliquam gerat imaginem, vel saltem vestigium opificis sui, sed per hanc filiam uocis non prophetauerunt sapientes illi, sed potius per disciplinam artium nunc in ecclesiam prohibitarum. Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, & id genus, quæ artes humanitus acquiruntur, quæ fiebat, & fit a Iudæis, & eorum similibus, est illa filia vocis, de qua loquuntur moderni Cabalistæ, sed sequentes ueram Cabalam multa secreta diuina in legis contextu percipiunt, & hæc quoque cognitio, quæ fit per ueram Cabalam, dicitur filia vocis. Nam sicut uox, quæ dicitur Echo causatur a uoce, ita ista cognitio Cabalæ causatur a lege scripta, sicuti cognitio eorum, qui secuntur artes supradictas, causatur ab imagine seu ab lineamentis corporis, ut patet in Physionomia, & Chiromantia, &c.

Archangelus Burgononensis in 45. dogmate Cabalist. ex selectioribus Pici.

8 Vox apud secretiores Theologos signific. gradum prophetiæ omnibus superiorem. Vnde D. Ioannes Baptista uocabat se uocem, & a D.N. dictus eo plusquam propheta.

Franciscus Georgius Problemate 460. tom. 4.

9 Vox Domini super aquas significat Deum primo intonuisse super aquas illas supremas idest sapientiam, & verbum diuinum replentem illud ideis.

10 Vox Domini in uirtute. signifi. in Ideis existere virtutem omnium rerum producendarum.

11 Vox Domini in magnificentia, signific. Deum fecisse omnia concinne, & in decore: vox enim adar, quam interpretes verterunt magnificentiam. signific. decorum.

12 Vox Domini ordinantis cedros libani signific. Deum ordinasse omnia in Archetypo antequam ad extra produceret.

13 Vox Domini diuidentis, & partientis flāmam Ignis signifi. Deum particulares formas dedisse rebus per Spiritum Sanctum.

Franciscus Georgius Problemate quadragesimo quarto tom. 3.

Vocis nutrimentum. V. Acsem. 1.

1 VPVPA signific. vindemiæ plenum prouentum, quòd obseruatum sit, si Vpupa valde clangat ante uindemiæ tempus, vindemiam copiosam futuram.

Valerianus folio centesimo octuagesimo secundo.

2 Vpupa & capillus veneris herba signif. hominem ebrietatis sibi remedium comminiscentem, quòd Vpupa pro nimia vuæ edacitate sæpe laborat ebrietate, cui medetur capillo veneris.

Valerianus folio centesimo octuagesimo secundo.

3 Vpupa in sacris litteris signific. hominem uitijs deditum, quod hæc auis sit lugubris, & luctuosa, quæ nihil unquam nisi mœstum, & triste meditetur, sicut improbus vir & flagitiosus semper a propria scelerum conscientia inquietatur.

Valerianus fol. 182.

1 VRANOS, οὐρανὸς, quæ vox interpretatur cœlum. Sed Græci eam deduxerunt a voce vr, an, hoot, quæ in prima lingua signat magnū, & perfectum progressorem, siue magnum, & perfectum omnis progressus caput. Vr, notat magnum, an, progressum, hoot, caput. Quod profecto est nomen conuenientissimum cœli, cui quod principium omnis motionis cęlo adscribatur, & idcirco primo mobili maxime dandum, quod motu suo maximo, & potentissimo omnium cęterorum motuum præbet exordium, cęlos reliquos rapiens, & omnia quæ sub cęlis sunt; cęlorum varia motione temperans. Et quòd media syllaba, Vr, an, hoot, quæ est an, in prima lingua signat ad, & sursum, vnde ἄνω, apud Græcos notat sursum. Symbolice οὐρανός, siue Vr, an, hoot, sig. omnem progressum nostrum ad supremum caput contendere debere.

Goropius in Hermath.lib.7.f.162.

1 Vrascopus iuxta illud Beati Cirilli. vescētes urascopis abierunt. sign.pios. & sanctos ecclesiarum rectores, qui semper intenti sunt ad cælestia, est enim vrascopus piscis, qui habet oculos invertice capitis ita, quòd semper cælum inspiciat quales debent esse veri sacerdotes, sed prohdolor ex vrascopis multi catoblepæ fiunt. Abbas Ioachim in Cirillum, & Tholospho rus fol. 12.

1 VRBS a Platone in 12. partes diuisa sign. ciuitatis regimen non sine vniuersi auxilio posse cōstare; quòd vniuersum in 12. spheras diuidatur. Vel sign. ciuitatem ad imaginem regni cælestis esse gerendam, cælestis enim ciuitas in 12. signa quasi 12. tribus est distributa.

Ficinus in quinto de legib. Platon.

2 Vrbem suam Platonem 12. deis commendare sign. vrbem ad instar cælestis fabricæ. & humani corporis conficiendam, & tuendam, sicuti enim fabrica cœli diuiditur in 12. signa, quib. præsunt duodecim dei, & corpus humanum in 12. partes dispertitum habet in singulas deis singulas partes, partes singula signa cælestia, & singulos deos singulis suis partibus fauētes. ita & in sua ciuitate euenire optat Plato. Nā cælum in signis primū habet Arietem cui Minerua præsidet, ipse aries capiti humano dominatur. Tauro, & ceruici nostræ Venus. Geminis, & brachijs humanis Apollo. cancro, & nostro pectori Mercurius. Leoni, & humeris Iuppiter Virgini ilijs q̄ Ceres. libræ & natibus vulcanus. Scorpio, & pudibundis Mars. Sagittario, & fœmori Diana. Capricorno, & genibus Vesta. Aquario, & cruribus Iuno. piscibus, & pedibus Neptunus.

Ficinus ibidem.

3 Vrbi suæ Deos, & deas Plato inuocare. sign. in vrbe esse necessaria, & quæ ad materiam, & passiones, & quæ pertinent ad formam, & actiones. Dei sig. formam, & actiones, & Deæ sign. materam, & passionem.

Ficinus in quinto de leg. Platonic.

4 Vrbis suæ arcē a Platone Vestæ Ioui, & Mineruæ commēdari sig. in Diuinis tres omniū fontes existere, esse, uiuere, & intelligere. Vesta sig. esse. Iuppiter sign. viuere, & Minerrua sig. intelligere. atque in his omnibus auxilium Plato sign. esse obsecrandum.

Ficious in quinto de legibus Platon.

5 Vrbis suæ domicilia, & agri a Platone, & quinquies mille, & quadraginta diuisi sig. illum numerum multas, & commodissimas in se partium distributiones, quæ ad æqualitatem ciuium maximè spectent, continere. Ficinus in quinto de legibus Plato.

6 Vrbem a dijs & deorum filijs coli apud Platonem significat. cælestem illam Hirusalem ab Angelis purisque animis habitari, & illorum uitam felicem. Ille inquit in Phędone editissimas terræ partes incolere numinum familiaritate beatos. Ficinus in quinto de legibus Platonic.

7 Vrbs, mater, & filia, in sacris litteris sunt Synonima. Gouschelius libro primo. Elocutio. sacrar. scrip.

8 Vrbes tres designatas in populo Hæbreo ad quas confugerent homicidæ sign. tres personas Trinitatis summe consulere fragilitati humanæ, ad quarum vnamquamque, ut quisque saluus fiat referri potest. Franciscus Georg. p. 361. to. 2.

9 Vrbes tres confugij positas fuisse trans Iordanem ad plagam orientalem, sign. præter iudicium, qui ad eas confugerent, saluos fore, & sign. ab oriente expectandam esse Iustitiam, & remissionem.

Franciscus Georgius problemate 362. tom. secundi.

10 Vrbini Duces vti cera viridi in signandis, & occludendis Epistolis, & Diplomatibus, signifi. bonam spem, quam Ecclesia Romana de illis ducibus conceperat ob multa illorum Ducum in Ecclesiam bona opera, quam spem, ut ostē deret Ecclesia, concessit eis colorem ceræ viridem, qui color sign. spem bonæ frugis. Sansouinus in suo Secretario in fine primi libri

1 VRCEOLVS signifi. dignitatem pontificiam. Erizzus folio centesimo trigesimo sexto sign. etiam dignitatem auguratus. Erizzus, fol. 137.

2 Vrceolus & malluuium insculpi in tumulis sig. defunctum uixisse purum atque innocentem. nam vrceus, & peluis simul, sign. puritatem atque innocentiam apud Alciatum Emblem. 31. sign. Abstinentiam siue iudicem a muneribus capiendis alienum. Tu lege Iulium Iacobonium in appendice de prisca Cæsiorū gente capitulo decimo primo, qui innuit quòd vrceolus, & malluuium in sepulchris potius sig. in eo saxo uel factum sacrificium, vel fieri solitum Dis manibus, cum Vrceolus, & malluiuum sint Instrumenta religionis, & sacrificij.

1 VR Madianitarum rex ab Israelitis occisus, sig. iræ affectum abscindi debere ab iis, qui Deum secuntur, ut Adamantius ait.

Valerianus, fol. 86.

1 VRIAS quem Dauid interfici iussit, quod interpretatur luxuria, signific. Diabolum, uel signific. populum Iudaicum, a quo dominus abstulit legem, sicuti Dauid abstulit vxorem Bersabee. D. Thomas in Math. cap. 1.

1 VRIEL & eius vis. v. Adonis. 5. & currus duodecim.

1 VRIM, & Thumim in Sacerdotis pectorali. Vide Isidis Phylacterium. 31. Vrim, enim & Thumim erat oraculum mutum in Ephod, apud Hebræos, sicut oraculum Hammonis, erat mutum apud Gentiles Aegyptios. & modo quodam sign. Vrim, & Thumim. Nam dæmonis opere effectū est, ut per duas colūbas ab Aegypto volantes, apparuerūt duo oracula Hāmonis, i. Chā filij Noe in Libia, & Dodonei in Gręcia, sed illud erat mutū, & hoc vocale. & ambo post legē datā quodam modo opposita

sunt

sunt diuinis oraculis, ut oraculum mutum Cham sig. Vrim, & Thumim, & Dodoneum vocale sign. uiuam Dei vel eius uatis vocem, quæ duo oracula, in populo Hebræo usque ad Christum D. floruerunt, sicuti & illa in gentibus. Genebrardus in anno mundi 2669.

1 VRINA canis balsam apud Chimistas, sign. aquam illam, quæ apud eosdem dicitur lac virginis, argentum viuum nostrum, anima, ventus cauda Draconis &c. Autor incertus lib. de Alchemie cap. 36.

2 Vrina humida apud Chimistas, sign. argentum uiuum Hortulanus siue Ioannes Garlandius, in lib. 1. de mineralibus cap. 5.

3 Vrinam bibere, ut est 4. Reg. 18. & Isai. 367. & bibere aquam turbidamrum, ut est Hiere. 2. sign. aduersitate torqueri. Lauretus in uerbo bibere.

1 VRNA sig. fluium. vnde Verg. Cœlataque amnem fundens pater Inachus urna. Valer. fol. 339.

2 Vrnæ tres. sign. Nilum, & cum cæteris fluuijs explicandis una tantum urna singulis appingi soleat, Nilo soli tres vrnæ assignantur, & hoc sig. tribus de causis Nili incrementum fieri, & apud Aegyptios sacerdotes id ratum haberi; licet ea de re innumerabiles penè essent opiniones. Valer. fol. 339.

3 Vrnam esse sacram Osiridi, sig. illum fuisse non vini tantum sed totius humoris dominum, vnde vocabant illum Oceanum, sicuti appellabant Isidem Thetim. solebat enim in Osiridis sacris una præferri.
Valerianus fol. 406.

1 VRSA fœta. sign. hominem ab initio turpem, & postea crescente ætate pulchriorem effectum. Valer. fol. 85.

2 Vrsa fœta signif. hominem ab ineunte eius uita dissolutum, nullaque ratione moderatum, ætate tamen maturescente, modo, & disciplina sanctiorem effectum. Valer. fol. 85.

3 Vrsa in speculatitans, & ore lamberis sibi pedes sign. hominem inedia confectum, quod aiunt vrsum per 40. dies in specu latitantem nihil edere, & uiuere solo anteriorum pedum suct. Valer. fol. 86.

4 Vrsa sign. viraginem, quòd is solis vrsis, & pantheris fœmina sit ferocior mare. Valer. f. 86. vide Panthera. 9.

5 Vrsa sig. puellã innuptam, quod vrsa cohibeat se intra frutices, vel spelũca, inquãtum pabulationis gratia prodere cogitur, sicuti bene institutæ puellæ non debent nisi necessitatis causa in conspectum virorum prodire.
Valerianus fol. 86.

6 Vrsum in cauum suum retro commeans signif. prouidentiam, quòd cum vult referre se in latebras ad mediam terendam, eo modo progreditur ne ex vestigijs introrsum euntibus, venatori ibidem esse patefiat.
Valerianus fol. 86.

7 Vrsus signific. iram immanem, quod immodicis soleat id animal animus excitari.
Valerianus fol. 86.

8 Vrsi duo qui occiderunt 42. pueros illudentes Eliseũ prophetã sig. duos principes Vespesianum, & Titum, qui post annos 42. a morte saluatoris nostri Iudæorum regni desolationem erant facturi.
Valerianus fol. 86. & Petrus Bongus cap. de dualitate. fol. 48.

9 Vrsi caput sig. principem imbecillum, quòd ursus sit capite admodum debilis
Valerianus fol. 86.

10 Vrsa in diuinis sig. summam Trinitatem. D. Dionisius in 2. cap. cælest. Hierarch.

11 Vrsus exasperatus cum titulo. Horrent commota moueri. sign. uirum ira percitum non esse excitandum, ne quid exitiale proueniat.
Claudius Paradinus libro de Symbolis Heroicis fol. 82.

12 Vrsus retro aspiciens sign. uigesimum primum gradum Tauri, & hominem, qui maleuolus erit & iracundus.

14 Vrsæ maioris caudam in harmonica mundi concordia, quæ cauda est in decimo nono gradu Virginis sig. magnes, & cichorea, & defensio a raptoribus, veneficijs, & incantationibus.
Georgius Venetus Harmoniacarum folio octuagesimo secundo

14 Vrsus sedens habens magnum arabem in ore suo signifi. vigesimum secundum Arietis gradum, & hominem, qui sit futurus malus socius.

15 Vrsus qui in ore habeat tres ordines dentium, ut est Danielis cap. 7. sig. Medorum, & persarum Monarchiam. Marc. Anton. Louisinus in Esdra fol. 9.

16 Vrsa, lingua cartiis massam effingens, cum uerbis. Natura potentior ars, sign. hominem, qui in pictura naturam arte imitando superet. Io Baptista Pittonus in insigni Titiani pictoris.

17 Vrsam cælestem uocari Helicem, sign. ursæ signum esse locatum in altissima cœli parte, dicitur enim in prima omnium lingua Hel licht, quæ uox interpretatur altum lumen.
Goropius in Hermath. libro septimo fol. 148.

18 Vrsæ duæ cælestes, quæ implicitæ a Dracone septentrionali tenentur. sign. Adamum, & Euã, qui a magno Dracone infernali per peccatum veluti in ursos commutati, & translati sunt ad ad Aquilonem, unde venit omne malum.
Goropius in Hieroglyph. libro decimo fo 148.

19 Vrsus, qui habebat tres ordines dentium, ut est Daniel. capitulo sepumo, signific. quartum Draconis caput, & signific. Imperium Babylonium constans ex tribus regnis Babiloniorum, Medorum, & Persarum, quæ tria regna signific. tres illi ordines Dentium.
Rupertus libro septimo capitulo decimo quinto de uictoria verbi Dei.

20 Vrsus in visione priore Danielis, & Aries in

ſecunda einſdem viſione, ſign. idem regnum ſcilicet Perſarum,& Medorum, ſed diuerſa ratione vrſus ſign. regni crudelitatem in populum Hebræum propter Aman,& alios ferocitate inſignes. Aries vero ſign.regni benignitatem ob Aſſuerum, & alios qui fuerunt reges benigni in eundem populum Dei.

Rupertus lib. 8. capit. 30. de victoria verbi Dei.

21 Vrſus qui adhæreat ſphęræ cęleſti, & eam inter pedes anteriores teneat, cum verbis, ſicut in cęlis, ſign. hominem qui demonſtrat ſe non eſſe ceſſurum vlli contrarietati quæ ſibi in peragendis virtuoſis negoeiis opponat,ſed veluti vrſa quæ e cœlis nunqnam cedit ex noſtro hemiſpherio, neque, vt reliqua ſigna, immergitur in Oceano,ſit ipſe nunquam ſit ceſſurus neque flexurus ab operibus honeſtis.

Camillus de Camillius inſigni Lelij Vrſini.

22 Vrſi duo erecti, & ſimul colludentes, cum verbo ſerenabit, nam cęlum eſt nubiloſum, & pluuioſum ſign.hominem qui demonſtrat ſe in aduerſitatibus, & iniuriis non deſpondere animum ſed ſpe fultum, & hilari fronte meliora, & Iocunda expectare, vrſi in hoc Symbolo ſign. ipſum hominem nubes, & pluuiæ, ſign.turbationes, ſed in hoc Symbolo hoc eſt egregium, quod duo vrſi ſunt inſigne gentilitium ipſius auctores,& vrſus ea eſt natura, ut in pluuioſo cœlo lætetur, & in ſereno mereat, Symbolum fundatum eſt in ea parte, qua vrſus inter pluuias ſperat ſerenum.

Camillus de Camillis in inſigui Pauli Regij.

1 VRVS, ſign.captiuitatis, & ſeruitutis impacientem, quod ſi deſperet ſe poſſe euadere, præ ira ſemetipſum ſuffocat.

Valer. fol.86.

1 VSVRAM exercere prohibitum populo Dei, ſign.nemini licere præter ſortem aliquid exigere,& ſi Iudęi exiſtiment, ſibi permiſſum in lege,cum dicitur fenerabis gentibus multis, & nõ fenerabis fratri tuo,ſed alienã,ſed illi ignorant,uel diſsimulant Deum illud pro eo tempore illis conceſsiſſe, ut mobilia Gentilium, quos volente Deo priuauerant ſtabilibus, in manus Hebręorum deuenirẽt,ſed amota cauſa:amouendus eſt & effectus,nos uero Chriſtiani non ſumus alieni ab eis neque loco gentilium habendi, cum colamus eundem, quem ipſi, & eandem lególe habeamus, neque, vt id genus idola colamus, neque facultates noſtræ addictæ ſunt illis à Deo, quod optime norunt Dauid,& Ezechiel, dicentes,ille, Domine quis habitabit in tabernaculo ſancto tuo,qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & iſte, qui vſuram, & ſuperabundantiam non acceperit, iſte fugiet mortem, & uita uiuet.

Franciſcus, Georgius, Problem. 421.to. 2. & 422. 423. 424. 425. to. 2.

2 Cum Vſura pecuniã recipere,ut eſt Matth. 25. ſig. audientium profectum recipere. Origen, in Matth. hom. 33. & Lauretus in verbo accipere.

3 Vſuras à fratre infirmo accipere, ut eſt Leuit. 25.ſignific. fratrem recentem in fide onerare grauibus mandatis,cum deberet ſeruare eum, ne peccaret. Iſid. in Leuit. 25. & Lauretus ut ſupra.

1 VTER inflatus habens caput humanum, ſig. ambitionem, ſiue ventoſum.

Sambucus, fol. 119.

2 Vtres veteres diſrumpi,ſi vinum nouum infundatur, ut eſt Lucæ.5.& ut eſt Ioſue.8. Gabaonitarum utres, ſign. illos qui aſſueti ſunt legi veteri ad nouam doctrinam diſrumpi, niſi renouentur. Vinum enim nouum ſign. feruorem ſpiritus ſancti, qui non ſolum vtres veteres rumpit,ſed & lagunculas nouas,vt eſt Iob. 32.quia corda per gratiam tranſcendit renouata. D. Gregor. 23. mor. 11. & Lauretus in verbo abrumpere.

3 Vtres ueteres, ut eſt Matth. 9. ſignif. homines exiſtentes in peccato.

Lauretus in verbo antiquus.

4 ab Vtero errare iuxta illud Pſalm. 57.ſign.prędicatores,& alios qui aliunde ſumunt doctrinam inſtitutionis, quam ab vtero matris Eccleſiæ, à recto doctrinæ tramite deuiare.

Franciſcus,Georg.Probl.quatercenteſimo decimo ſeptimo. to. 3.

1 VVA immatura,ſig.acerbitatem,& damnum aliquod intolerabile, vnde illud patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes noſtri obſtupuerunt, quam ſententiam Cicero ad Brutum diligenter explicuit, Nec vero me fugit quàm ſit acerbum parentum ſcelera filiorum pœnis lui.

Vide Valerianum,fol.trecenteſimo octuageſimo octauo.

2 Vua acerba,ut eſt Hierem.31. ſign. peccatum, uel peruerſam intelligentiam ſcripturarũ, uel hæreſes.

Lauretus in verbo acerbus.

3 Vuæ calcatorem apprehendere mittentem ſemen,ut eſt Amos.9. ſign.martyres factos eſſe ſeminarium ſermonis Dei. Diuus Hieron. Amos. 9.

4 Vuæ in deſerto,ut eſt Hoſe.9 ſign. Eccleſiæ incipientis patres. D.Hieron. Hoſe. 9.

5 Vuæ ut eſt Geneſ.40.ſign.perfectos. Lauretus in verbo botrus.

6 Vua ut eſt Deuteron.32. ſign. actus concupiſcentiæ, & dicitur vua fellis, quia adducit ad amaritudinem inferni.

7 Vuæ acerbæ,ut eſt Hierem. trigeſimo primo,& Ezech.decimo octano,ſig. peccata, & prauam intelligentiam ſcripturarum.

Lauretus in uerbo botrus.

8 Vuarum grana cadere, ut eſt Leuit. decimo nono, ſign. aliqua de lege Iudęorum relinqui à Chriſtianis colligenda.

Iſych. Leuit. 19.

9 Vuas, & torcularia calcare, ut eſt Amos 9. ſign. à martyribus ſanguinem ſuum effundi.

D. Hieron. in Amos 9.

10 Vua agreſtis apud amatores ſignif. quo uadis, quo

quo ve tam properas? expecta tempus.
Ioannes de Rinaldis in tractatu de significatione herbarum & florum.

11 Vua matura sign. quo vadis? nunc tempus est manendi, & non abeundi,
Ioannes vt supra.

12 Vua, vt vulgo dicitur Crespina, apud amatores sign. vade modò, abeas quando vis, cum sis rugosa anus & crispa, nihili te pendo.
Ioannes ut supra.

13 Vua passa apud amatores sign. eas modò, dum tibi prætereat talis cogitatio, scio enim transituram. Ioannes ut supra.

1 VVLCANI templum non licere esse in vrbe Roma, sicut nec Veneris, nec Martis, sign. incendium a propriis laribus amouendum, sicut & intemperantiam & bellum.
Equicola lib. 9. de natura amoris.

2 Vulcanum facere Ioui fulgura, significat furorem concitare. Fulgentius lib. 2.

3 Vulcanum velle cum Minerua coire, sed non posse sign. furorem etiam sapientibus surrepere, sed non posse eos superare.
Fulgentius lib. 2.

4 Ex Vulcani semine dum contenderet cum Minerua Ericthonium nasci, significat ob gloriam mundi sæpe sapientibus inuideri.
Fulgentius lib. 2. v. Minerua.

5 Vulcani siue Vulcanalis flaminem fecisse sacra Calendis Maijs, sig. Maiam fuisse vxorem Vulcani, a qua Maius mensis nomen haberet.
Cintius licet alij aliter dicant. Vide Mercatores.

6 Vulcani lutum apud Chimicos sig. mixtionem hordei fariuæ cum oui albumine.
Leo Suauius in scholijs Paracelsi folio ducentesimo trigesimo octauo.

7 Vulcanus, sign. ignis vim Elementarem, quæ admodum prodest. Sed Vesta sign. illam ignis vim edacem, quæ nihil gignit. vnde dicitur Virgo, quia femina nulla relinquit.
Georgius Venetus harmon. folio ducentesimo decimo.

8 Vulcanus præpositus libræ Zodiaci signo, sign. intelligentiam regentem illud signum & curantem hominis nates.
Georgius Venetus harmon. folio centesimo decimo quarto.

9 Vulcano, Venerem, & Charin in concubitum contigisse, quas Mercurius pulcher iuuenis, & eloquens admodum optarat, & habere nō potuit, sign. viris cultis, & splendidis in amore fortunam nō tam respondere quàm ijs qui ad id maxime inepti sunt. vel sign. multa non sperantibus euenire, quæ a maxime cupientibus adipisci non possunt. vel sign. indignis & insulsis omnia parata. præclaris vero & dignis negata. vel sign. mulieres appetere sæpe hominum monstra, ne in suspicionem incidant. vel sign. politos & elegantes, non tam validos ad opus nocturnum, ut operarij, & rustici existunt. Vel sign. naturæ beneficia, ut qui ingenio valet, corporeis viribus priuetur, & è contra. Costalius Pegmate, quinquagesimo sexto.

10 Vulcanum securi aperuisse Iouis caput, vnde Minerua nata est significat impetu quodam & quasi quadam lucta summo ingenij conatu, artes conquiri, nemo enim artium apicem consequetur si prius non se vigilijs sudoribus, & algoribus exercuerit.
Sanctius in Alciati Emblemate primo.

11 Vulcanus Deus sign. aliquando hiemem partem anni. Cartarius fol. 52.

12 Vulcani templum, & Dei Sumani, & locorum mœnia, & portas fulmine tacta noctu fuisse clarissimam lucem, agnum bicipitem, cum quinque pedibus, lupos in locis munitis multos lacerasse, & lupum in Capitolium ingressum, anno ab vrbe condita 557. ante Christū Dominum centesimo nonagesimo quinto, sig. Romanis rem bene cessuram. nam in Gallia fęliciter puguatum Insubres placati, Ligures, & Genua subiugata, & alij populi Romanis dediti.
Iulius Obsequens Prodig. quadragesimo nono.

13 In Vulcani foro, & in foro concordiæ Deæ per dies duos continuos sanguinem pluisse. anno ab vrbe condita 571. ante Christum Dominum 181. sign. Annibalem, Scipionem, & Philopemenem clarissimos Imperatores, dies suos obituros, & Celtiberos subiugandos. Iulius Obsequens Prodig. quinquagesimo nono. & rursus anno sequenti sanguinem pluit in foro Vulcani, & concordiæ.
Idem Obsequens Prodig. 60.

14 Vulcanum fuisse Iunonis filium significat ex aere ignem nasci.
Cęlius Calcagninus lib. de rebus Aegyptiacis. & ideo.

15 Vulcano attribuitur pileus ceruleus, quod ex aere & nubibus fulmina cadunt. Et Vulcanum cecidisse in Insulam Lemnum, sig. Lemnum esse fulminibus obnoxiam. &

16 Vulcanum claudum factum, sign. ignem, nunquam rectum ferri.

17 Vulcanum in monetis cudi, sig. non sine igne metalla in pecuniam redigi. & eum Deum præsidem monetis feriundis. & ea de causa in numis antiquis videtur insculptum caput ipsius Vulcani cum pileo, & forcipe, malleo, incude, simul & per se.
Iulius Iacobonius in appendice de prisca Cæsiorum gente, cap. 13.

18 Vulcani pileum, ut est in nummo a L. Aurelio Cotta signato, esse Lauro redimitum, sign. in Lauro esse vim quandam ignis occultam, id quod facile probatur, si quis Laurum cum hederæ ramu confricet, ignis scintillas atque ex Calibe, & Silice excusserit.
Iacobonius ut supra.

19 Vulcanum fuisse præpositum igni, significat illum fuisse peritissimum illius diuinationis, quæ fit per ignem, & quæ vocatur a Græcis Pyromantia, sicuti & Nereus dictus est Deus marinus

rinus, eo quod inueniſſet hydromantiam, diuinationem ſcilicet, quæ fit per aquam. Natalis comes. Mytholog.lib.2.cap.6. fol. quadrageſimo ſeptimo.

20 Vulcanus ſign. aliquam exuperantem qualitatem in generatione.

Erizzus, fol. ducenteſimo quadrageſimo ſecundo.

21 Vulcanus in prima omnium lingua dicitur vul can, a qua voce Latini retinuerunt ſuum vulcanum, vol can, interpretatur plenus ſcientia, & poteſtate, vnde Vulcanus myſtice ſig. filium Dei, & eam vim ſcientiæ, & poteſtatis, quæ à Deo filio, qui patris ſapientia eſt, & poteſtas ad omnes creaturas deſcendit, & quia inter corpora maxima, uis eſt ipſius ignis, factum eſt, ut ignis Vulcanus diceretur Calore enim ignis omnia & fabricantur, & viuunt, Calor igitur ille cœleſtis vere eſt Vulcanus.&

22 Vlcanum cecidiſſe de cœlo, & claudum factum eſſe, ſign. vim illam cęleſtem, & calorem, quo omnia, & fabricantur, & viuunt, dum decidit in corpora, & elementa frigida, claudum fieri. &c.

23 Vulcano datam eſſe venerem vxorem, ſign. pulchritudinem eſſe effectum Caloris vitalis, & ſi hæc uox Vulcani applicetur Deo. tunc.

24 Vulcanus ſign. vim Dei opificem, quæ per ordines ſuperiores, ad inferiores deſcendit, omnibus notitiæ, & poteſtatis particulas diſtribuens, quas venuſtas pro ſua cuiuſque portione comitatur. igitur.

25 Vulcani proprium eſt ſcire, & poſſe, & hac de cauſa poetæ finxerunt illum eſſe fabrum, & maximæ talem, qui ſi cui affulſerit, ei plurimũ notitię, & poteſtatis ad faciendum, & ad agendum largiatur.

Goropius in Hermath.lib.6.fol.centeſimo vigeſimo quinto.

26 Vulcanum habuiſſe aram cõmunem, cum Prometheo, ſig. Prometheum fuiſſe ignis inuentorem, ſed à Vulcano artes illas, quæ per ignẽ fabricantur inuentas eſſe. Prometheus enim fuit antiquior Vulcano, vnde à Sophocle Prometheus dictus eſt ignifer Titan.

Natalis comes in Mytholog. lib. 2. capit. 6. fol. 48.

27 Vulcanum naſci ex Iunone, & Ioue ſig. ex aere propter motum ſuperiorem corporum calefacto ignem procreari.

Natalis ut ſupra.

28 Vulcanum à Ioue de cœlo detruſum propter turpitudinem, ſignif. ignem, qui in nubibus cogitur, cum è craſsiore materia conſtet, ſi cõferatur cum illo, qui ſublimis eſt, & in puriſſima, & ſuprema regione cõſtitutus, eſſe craſſum, & deformem, & vix dignum ignis nomine, & ea de cauſa ad impuriorem corporum locum, tanquam ab illegitima poſſeſsione depelli, & vi ſuperiorum corporum, & ab ipſa ſuperioris aeris natura.

Natalis ut ſupra.

29 Vulcanus in porta Martis, poſitus in ſecundo gradu Theatri Iulij Camilli, ſign. ignem ſimplicem. Iulius Camillus.f.80.

30 Vulcanus in porta Martis, ſub antro, in tertio gradu Theatri Iulij Camilli, ſignific. ætherem ignem elementarem incendium vniuerſale, ignem noſtrum, incendium particulare, facem flammam, carbonem, & cinerem.

Iulius Camillus fol. 96.

31 Vulcanus in porta Martis, ſub talaribus in ſexto gradu Theatri Iulij Camilli ſign. ignem elicere ignem in eſca accipere, ignem accendere, facere incendium & ignem extinguere.

Iulius Camillus folio centeſimo trigeſimo nono.

32 Vulcanus in porta Martis ſub Prometheo in ſeptimo gradu Theatri Iulij Camilli ſign. artes fabriles igneas.

Iulius Camillus folio centeſimo quadrageſimo octauo.

33 Vulcanum a Thetide, & a marinis nymphis exceptum & educatum fuiſſe, ſign. ex humore ignis materiam colligi.

Natalis Comes in Mytholog.lib.2. cap.6. fol. 48.

34 Vulcanum feciſſe ſellam auream, in qua ſedens Iuno permaneret alligata in vindictam Vulcani, quod eum e cęlo detruſiſſet, ſig. Terram omnium diuitiarum matrem, ychiu auream ſellam fingi. & Iunonem in ea, Vulcani artificio alligari, ſign. propinquiorem terræ, & impuriorem non moueri a ſuperiorum corporum motu, & prope firmam, & terræ alligatam eſſe. Non enim facile a ſuperiorum corporum motu agitatur & extenuatur, ſed tanquam ſtagna conſiſtit.

35 Vulcanum habuiſſe vxores Aglaiam & Venerem, ſign. ex calore, & humore rerum humanarum generationem fieri. Aglaia enim ſign. ſplendorem & vbertatem rerum, quæ calorem ſequitur, Venus vero ſig. generationem.

Natalis ut ſupra.

36 Vulcanum fuiſſe præpoſitum facibus, quæ in nuptiis accendebantur, ſignifi. procreationem naturalem fieri non poſſe ſine calore.

Natalis ut ſupra.

37 a Vulcano fieri fulmina Ioui, ſign. ignem in ſublime elatum a circunſtante frigore aeris com preſſum, ui erumpere.

38 Vulcani famulos eſſe ad facienda Iouis fulmina. Brontem Steropem, & Pyragmonem, ſig. in fulminis fabricatione, uel potius cruſione fieri tonitrum, fulgur, & ignem multum. Brontes ſign. tonitrum. Steropes ſign. fulgur, & Pyragmon ſign. ignem multum.

Natalis ut ſupra.

39 Vulcanus ſign. marem, ſiue maſculofęminam, roli enim deorum Vulcanus, & Pallas erant maſculofęminæ, & his duobus totum mundum ſignificabant Aegyptij, per Vulcanum partem mundi maſculinam, per Palladem fęmininam intelligentes, quod Pallas ſuo ingenio omnia conciperet, & pareret, Vulcanus igneo ſuo artificio omnia diſſolućda liquaret, & omnia

& omnia in duriciem uertenda concretu figaret. Valerianus, fol. centesimo trigesimo quarto. f.

40 Vulcanus ab Homero dictus principium artis, signif. ignem in omnibus artibus plurimum valere.

Valerianus, folio centesimo trigesimo quinto. a.

41 Vulcani, & Palladis matrimonij congressus à poetis fictus, sign. artem, & ingeniũ, per Vulcanum artem per Palladem ingenium, quod in vna quaque substantia duas vires contemplemur eas, quæ contemplationi, & rerum inuentioni conuenit, & hoc munus est Palladis, & eam quę ad corpus attinet, & hoc ad Vulcanum spectat, primas vocant fæminas, & secundas mares.

Valerianus, folio centesimo trigesimo quinto. a

42 Vulcanus sign. ignem nostrum materialem, & crassum sicuti Pallas, sign. ignem cęlestem purum, & lucidum.

Valerianus, folio centesimo trigesimo quinto. f.

43 Vulcanus sig. ignem vehementiorem, ut pote fornacis, uel ferrariæ, sicuti Vesta, sign. ignem domesticum, quo utuntur familiæ in excoquendis cibis, & pro aliis vsibus domesticis.

Valerianus, folio centesimo trigesimo sexto. a.

44 Vulcanus à Iunone generatus sign. flammam, quòd flamma nil aliud sit, quàm aer crassiusculus intentus, & Iuno sig. aerem interiorem, ex quo ignis flamma conficitur.

Valerianus, folio centesimo trigesimo sexto. a.

45 Vulcanus fictus a nonnullis vno pede Claudus sig. ignem propter materię, ex qua alitur densitatem, consensum ad vmbram habere, quæ ut plurimũ sit obliqua, neque sine solido corpore esse queat. vel.

46 Vulcanus fictus Claudus signific. ignem quòd progredi nequeat absque aliquo ligneo baculo, ut Claudi solent. vel.

47 Vulcanus fictus Claudus signif. ignem, quod propter motum mucronis sui inæqualem, qui ab inferiori, fit ubi depascitur tardius se mouens, claudicare videatur.

Valerianus, folio centesimo trigesimo sexto. B.

48 Vulcanus fictus ab Homero utroque pede Claudus, signif. ignem. quod nunc in leuam, nunc in dexteram agitatur.

Valerianus, folio centesimo trigesimo sexto. B.

49 Vulcanus à Ioue è cœlo in terram proiectus signific. ignem primum interris ex fulmine accensum.

Valerianus, folio centesimo trigesimo sexto. B.

50 Vulcanus sign. actionem in opere sicuti Mineruа, sign. inuentionem, & industriam.

Cartarius, fol. 387.

51 Vulcanum non potuisse congredi, cum Minerua, uel consensu Iouis, signific. artis effectum non posse semper assequi id, quod ingenium intendit.

Cartarius, fol. trecentesimo octuagesimo septimo.

52 Vulcanum & Mineruam in vno Templo apud Athenienses, signifi. artes liberales studiaque Philosophica, & artes Mechanicas Athenis floruisse.

Cartarius folio trecentesimo octuagesimo octauo.

53 Vulcanum claudum esse, signifi. flammam non recte, sed oblique semper ascendere.

Cartarius folio trecentesimo octuagesimo nono.

54 Vulcanum habere pileum ceruleum sig. ignem cœlestem esse tantummodo in sphęris purum. Cartarius folio trecentesimo octuagesimo octauo, quod color ille sign. corpora cęlestia.

55 Vulcanum immisisse mures pro Setone Aegyptio contra Senacheribdum Arabum, signif. siccitatem aeris fuisse causam productionis murium, eo tempore quo Seto obsidebatur ab Senacheribdo, cuius militibus mures arroserunt arcuum cordas, clypeos, & reliqua armamenta coriacea.

Cartarius folio 390.

56 Vulcanum ortum ex Iunone, & ab ea propter turpitudinem è cœlo in terram deiectum, sig. fulmen gigni ex inferiori parte aeris crassi, & in terram ferri.

Cartarius folio 390.

57 Vulcano sacros esse Leones, sign. illud animal esse tantæ caliditatis, vt febricitet altero quoque die, & ob id timeat ignem visum & fugiat.

Cartarius folio trecentesimo nonagesimo secundo.

58 Vulcanum esse maritum Veneris, sign. procreationem non fieri sine calore, quòd Venus significat generationem, & Vulcanus significat calorem.

59 Vulcanum dilexisse Mineruam, & tactis illius vestibus emisisse semẽ, ex quo natus est filius, & Minerua à Vulcano relicta est in pace. apud Chimicos sig. sulphur dictum ignem, & Martem appetere, admodum aquam Mercurialem, quam sign. Mineruа, quia simul in suo metallo fuerunt. Sed quia facile separantur, & habent diuersas naturas, sign. Mineruam fugere Vulcanum. Sed sulphur illi appropinquans comprehendit eam, antequam separetur, relinquit semen suum, quod sign. partem sulphuream subtilissimam, vocatam Arsenicum, in terra ipsius Salis dicti Saturni, & per distillationem nascitur puer, qui Chimicis dicitur Ganimedes, Apollo, & Phœbus, & ipsa aqua relinquitur in pace, quia illa est impedimentum fixationis, quamuis sit necessaria. Ioannes Braceschus libro de ligno vitæ, folio vigesimo septimo.

60 Vulcanum, quod turpis esset, fuisse in Lemnum

deiectum

deiectum, sign. sulphur illud ante lauationem esse quodammodo turpe, quod habeat vnctuositatem adustiuam, & abijcitur quando ab ea separatur. & proijcitur in Lemnum, quando ponitur in Bociam, vbi cadunt sagittæ, quæ sign. Sulphura genita ex vaporibus calidis & siccis, & nutritur a Sintijs, quod signif. sulphur hoc lotum nutriri a Chimicis, qui uniuntur naturam, donec perficiatur.

Braceschus ut supra.

61 Vulcanum duxisse Venerem vxorem, apud Chimicos sign. sulphur illud crassum in sublimatione complecti alterum sulphur subtile, quod dicitur Venus & Arsenicum.

Ioannes Braceschus libro de ligno vitæ, folio vigesimo septimo.

62 Vulcani rethe fuisse ferreum, & vellus aureum, & Tauros, & Dracones, qui custodiebant illud fuisse Marti dicatos, sign. apud Chimicos materiam lapidis aurei ferrum existere. Secundum Braceschum lib. vt supra folio quadragesimo secundo.

63 Ex Vulcano luctante cum Minerua semen in terram decidisse, & ex eo Erichthonium natum, sign. naturam ætheris superioris ad infera vsque corpora, non ita putant descendere, sed calorem illum, qui generationem adiuuat impurum esse, & in materia crassa commistum, quem sign. semen Vulcani in terram decidens. & quia iste calor gignit multiplicia animalia, ideo Erichthonius dictus est variam, & multiplicem formā habere. Ignis enim turbulentus, & in materia commistus dicitur Vulcanus, qui aptus est rerum generationi.

Natalis Comes in Mytholog. lib. 2. cap. 6. fol. 49.

64 Vulcanum fabricasse Pandoram, sign. calorem naturalem generationi aptum, qui dicitur Vulcanus, adiuuare dona siue inuentiones omnium Deorum, vt puta Cereris, Bacchi, Palladis, & reliquorum.

Natalis ut supra.

65 Vulcanum docuisse Pandoram omnes artes, sign. homines in quibus est vis ignea, & quorum sanguis subtilior est, & corpus rarius, ut plurimum valere ingenio & prudentia.

Natalis ut supra.

66 Vulcanum in subtilissimo rethe a Sole admonitum implicuisse Martem, & Venerem nudos, & reliquis Dijs inspiciendos dedisse, sign. homines qui in ortu suo habuerint Martem, & Venerem congredientes, siue coniunctos fore adulteros. at si Sol propius accesserit, sig. illorum hominum adulteria in apertum euentura, de hac re lege Plutarchum in libello de audiendis poetis. & Natalem ut supra. vel Hæc fabula secundum Homerum, sig. homines hortandos esse ad æquitatem, & integritatem vitæ, & ad innocentiam, cum Dij facile viam inueniant, qua in sceleratos quamuis fortissimos & potentissimos homines animaduertant. Natalis ut supra.

67 Vulcanum ob deformitatem deiectum de cœlo fuisse apud chemistas sign. sulphur aut argentum curitans, nihil nisi quod sit suæ naturæ in se recipere, sed ab omnibus separari.

Natalis ut supra.

68 Vulcanum amare Mineruam, sed illam fugere illius congressum apud Chemistas, signif. sulphur, ut supra, & ferrum amare aquam mercurialem, quam nominant Mineruam, & quia Vulcanus, & Minerua, cum sint simul, tamen in putrefactione separantur, cum diuersas naturas sortiantur, & hanc rem, sign. Mineruam fugere congressum Vulcani.

Natalis vt supra.

1 VVLNVS populi Dei, ut est Esayę cap. 30. & erit lux Lunæ sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter, sicut lux septem dierum, in die illa, qua alligabit dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit, sig. Vulnus mortis animæ, id est peccati, & plagā signif. corpoream mortem, quæ duæ mortes non amplius tenebuntur à populo Dei, quando Dominus dixerit venite benedicti patris mei.

Rupertus, lib. 13. cap. 20. de victoria verbi Dei.

1 VVLPANSER. sign. affectum, & amorem in filios, quod Vulpanser conspecto aucupe, qui illam auem venatur statim pater, & mater relictis filiis prodeunt obuiam venatori, & seipsos capi permittunt, ut hoc interuallo abeant filij. Valerianus, fol. centesimo quadragesimo sexto.

1 VVLPES demolientes vineam, de quibus est in cantic. 2. capiendas esse, sign. Hæreticos, & tyrannos in Ecclesia ordinem turbantes debere laqueo verbi Dei capi, & sacræ paginæ authoritate conuinci.

Franciscus Georg. Problm. sexagesimo tertio, to. quinto.

2 Vulpes quibus Sampson igne apposito demolitus est agros Philistinorum, sign. malas uirtutes, & potestates, quibus Deus vtitur in punitionem malorum, Vulpes enim semper nocent, & nunquam prosunt sicuti potestates malæ.

Franciscus, Georg. Probl. trecentesimo sexagesimo nono. to. sexto.

3 Vulpes Telmesia, quæ Thebanos rapiens deuoraret, sign. Alopim, quendam virum Thebanum fuisse, qui suo astu in suspicionem Regi Thebanorum venit, & ab eo ex ciuitate expulsus, cum validum exercitum cōparasset, Thebanos arripiens trucidabat. Alopis enim interpretatur vulpes. Palephatus.

4 Vulpes, cum igne ad caudam apposito, & cum titulo, viodicta trahit exilium, sig. coniuratos, & eorum socios pœnas luere, alludit ad 300. Vulpes Sampsonis Iudicum, cap. 15.

Claudius Paradinus lib. de Symbolis Heroicis, fol. 154.

5 Vulpes duæ gallinas Comedentes sig. decimum quartum gradum Geminorum, & hominem qui erit gulosus, & auarus.

6 Vulpes versans inter primores pedes caput lapideum

pideum hominis affabre factum, sig. mentem non formam pollere, uel sign. ab hominibus versutis cognosci eos qui sensu, & ratione vacui sunt.

Alciatus Emblem. centesimo octuagesimo octauo.

7 Vulpes velociter currens, sig. declinú octauum gradum Geminorum, & hominem qui semper erit laborans.

8 Vulpes satis caudata, & simia de bono malo ue caudæ contendentes signif. in copia minus errari quàm in defectu. Sambucus f. 19. Sed Emblema videtur satis frigidum, legantur annotationes Caballaræ.

9 Vulpes ludens in glacie, qua fatiscente ob Solem, in eius frustum sublata longo inuere per flumen tandem a piscatoribus capta, sign. nullum dolum contra casum valere.

Sambucus, fol. 98.

10 Vulpes sign. insidiatorem occultum, qui fraudibus surripuisse gaudet.

Boetius, & Georgius Venetus harm. f. centesimo septimo.

11 Vulpes paruulas capere, ut est cantic. 2. sign. resistere initiis errorum, & peccatorum. Orig. supra cantic. hom. 3. & Lauretus in verbo accipere, vel signific. conuertere detractores, & adulatores.

12 Vulpes sign. hominem vafrum callidum astutum ac dolis omnibus instructum, quod hoc animal sit maximè vafrum, & astutum.

Valer. fol. 97.

13 Vulpes sign. Herodem regem Iudæorum iuxta illud, dicite huic vulpi.

Valerianus, f. 97.

14 Vulpes sign. palestinos iuxta Euthimium exponentem illud partes vulpium erunt, quod Saul cum exercitu in insidias adductus a Palestinis, sit occisus.

Valerianus, fol. 97.

15 Vulpes sign. Dæmones quibus in finali iudicio tradetur illi, de quibus dicitur: partes vulpium erunt, secundum adamantium.

Valer. fol. 97.

16 Vulpes nouellæ in cantico canticorum signifi. malas cogitationes, quæ a genio malo suggeruntur.

17 Vulpina pellis assuta leoninę sign. magnum conatum, cum dolo, propter Lysandri dictum leonis spolio vulpeculæ pellem assuendam, quippe ubi per vires sufficere non posses, & astum, & dolos adiiciendos.

Valar. fol. 98.

18 Vulpes quæ aurem ad terram apprimat, sign. hominem discursu mentis, & ratiocinatione vtentem, quod vulpes profectura per aliquam paludosam regionem, si de soli firmitate dubitat, aure admota terrę, cōtatur au strepitum sentiat exploratura, quem ubi percepit, non esse soli firmitudinem coniectat.

Valer. fol. 98.

19 Vulpes fellem gestans sign. munimentum ab insidiis, quod Vulpes fellam latebris apponit suis, ut a luporum iniuria sit tuta, nam lupum conuelli aiunt fellæ contactu.

Valerianus, fol. 98.

20 Vulpes signif. insidiosos. Diuus Augustin. in Psalmo 80.

21 Vulpes sign. Hęreticos fraudolentos, D. Aug. in Psalmo 80. & homines malos. D. August. in libro contra mendacium, tolerabilius delitescerent vulpes in suis caueis quam, &c.

22 Vulpes sign. reges impios dolosos, & timidos. D. August. in Psalm. 88.

23 Vulpes quam facile Pirum comest prouerb. sign. rem admodum facilem. Plaut. Mostle.

24 Vulpes, & Leo sign. virum fortem, & prudentem. Zograp. fol. 31.

25 Vulpes sig. alopeciam morbum, quo capilli cadunt, quod hoc vitio ipsa laboret.

Zograp. fol. 3.

26 Vulpes ambulare in monte Sion, ut est Thren. 5. sign. hęreticos in Ecclesia, uel dæmones, & hæreses in anima.

Glos. interl. Thren. 5.

27 Vulpes, & volatilia cæli, ut ait Cirillus sign. malignas, & astutas potestates dęmonum, ut est illud Lucæ. 9. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, auis sign. iactatorem, & Vulpes, sigo. hypocritas.

Gouschej. lib. 6. Elocut. Sacr.

28 Vulpium foueæ, iuxta illud Vulpes foueas habent, sig. carnalium corda in quibus immundi spiritus habitant, & Vulpes, sig. illos immundos spiritus.

Ioach. in Apoc. fol. 70.

29 Vulpes ascendens super muros Hierusalem, ut est Neem. 4. sign. Hæreticum insurgentem in Euangelium.

Lauretus in verbo ascendere.

30 Vlpes nata ex equa Xerxis temporibus, sig. illius regnum breui dissoluendum.

Isidorus lib. 11. cap. 3.

1 VVLTVR sig. annum, quod Aegyptij annum trifariam diuidunt, in ęstatem, hiemem, & ver, quas singulas partes centum dierum numus, constare compertum est, & reliqui dies quinque, qui ad numerum perfectum anni deeráe ab illis intercalabātur. Ita vultur annum partitur, nam per dies quinque, cum se ad conceptum parat, a cibo, & potu abstinet, & aperta ad ventum natura, concipit & pregnans manet per 120. dies quibus exactis parit, & per 120. nutrit pullos, quibus itidem confectis per reliquos 120. ipsa sibi consulit, & genio indulget. Valer. fol. 130. f.

2 Vulturis 13. oua, quæ ab ea pariuntur, sign. 13. Lunares coitiones, quæ in anno solari fiunt.

Valerianus, folio centesimo trigesimo primo. 2.

3 Vultur uel senio confecta, uel demortua signif. annos cētum, quod obseruatum sit vulturem sign. spatium annorum 100. in auguriis, sicuti de 12. a vulturibus Rumulo visis, quæ Imperiu Romanum per 1200. duraturum sign. quod euenit anno, quo Roma à Genserico capta, & similiter

similiter. 12. Vultures, quæ visæ sunt Augusto in primo consulatu suo, quod euenit usque ad primum Henricum, & 12. vultures constantino Flauio visæ de Bizãtió, quod euenit, quãdo Constantinopolis á Turca capta est. Valerianus, fol 131. c. lege tu Crinitum de honesta disciplina, lib. 16. cap. 5. & Thomam Porcacchium de funeralibus, folio centesimo secundo.

4 Vultur vropigio in Aquilonem verso, & surrecto, sign. matrem, uel naturæ genium, quod hoc modo sine mare, qui in ea specie non est, consipiat ex vento.

Valerianus, folio centesimo trigesimo secundo. a.

5 Vultur uellicans sibi femur, è quo super filios sanguinem mittat, & eo illos nutriat sign. miserationem, & charitatem in filios, quod hæc auis per 120. dies quibus cubat, cum non longius auolet a nido, ne deserat natos, deficiente cibo, pro illis hoc modo sanguine suo nutrit.

Valerianus, folio centesimo trigesimo tertio. a.

6 Vultur sign. iustitiam, quod hæc auis nulli vnquam animanti noceat, & nulli fructui, sed tantummodo cadaueribus viuat.

Valerianus, folio centesimo trigesimo tertio. B.

7 Vultur alte euolans, sign. scopum siue locum, quo quis tendere designarit, qood ea alte volans acutissimæ prospicit, quo ipsa tendat ad pastum, & eò celerrimæ tanquam sagitta tẽdit.

Valerianus, folio centesimo trigesimo tertio. c.

8 Vultur sign. locum determinatum, quod triduo ante ipsi præsagiat locum, in quo acies conflictutæ sunt, & in eo se præparat ad vescendum cadaueribus.

Valerianus, folio centesimo trigesimo tertio. d.

9 Vultur sig. præsagium, ratione proximè supradicta, quod præsagiat locum, in quo acies dimicaturæ sunt, ex qun antiqui reges solit erãt mittere speculatores ad videndum in quam partem vultures aspicerent, sedẽtes ex aduersa victoriam futuram.

Valerianus, folio centesimo trigesimo tertio. d.

10 Vultur sign. heredipetam, qui scilicet mortuorum captat bona, & ad hæreditates inhiat.

Valerianus, folio centesimo trigesimo tertio. f.

11 Vulturem & aquilam in mensis apud sacras literas prohiberi, sign. cum his non viuendum qui alienis mortibus incumbunt, qui arte fraude ve testamenta subijciunt tamquam mortuorum cadaueribus inhiantes. quod hæ aues ex mortuorum cadaueribus cibum semper captant, & aluntur.

Valerianus, folio centesimo trigesimo tertio. f.

12 Vultur, & Aquila in sacris litteris in mensis prohibiti secundum Hesichium Hierosolymitanum sign. viros qui rixis, & bellis gaudent, vt cadaueribus visceribusque miserorum, & atro sanguine depascantur. sicuti vultur & Aquila faciunt.

Valerianus, folio centesimo trigesimo tertio. f.

13 Vultur sig. funus quòd antiquitus apud Iberos relinquebant cadauera, ut ab ipsis vulturibus depascerentur, & essent eis tamquam sepulchra. Quòd cum natura sit decidentium omnium receptaculum, & vultur naturam significat, ideo vel funus, vel sepulchra sign.

Valerianus, folio centesimo trigesimo tertio. f.

14 Vultur sign. peregrinum, quod raro sciatur, vnde aduenatur, quòd in altissimis, & inaccessis rupibus nidificet.

Valerianus, folio centesimo trigesimo quarto. a.

15 Vultur abrodens Iecur Titij sign. concupiscentiam, quod iuxta Philosophos concupiscentia in hepate existat, & curæ quæ eximę a corde hepatem consumunt, quod Titius illegitimos concubitus appeuerit. Valerianus folio centesimo trigesimo quarto. b. Alij putant sigñare liuorem, q̃ liuor semper lacerat comestque mentem, vt vultur Titij iecur fingitur.

Valerianus, folio centesimo trigesimo quarto. c.

16 Vultur abrodens cor Promethei signifi. diuina prouidentia ali sustentarique mundum. quòd mundus celeri quadam volubilitate versetur, & cadauerum nascentium, occidentiumque perennitate pascatur. & cum in corde sapientiæ sit sedes, hæc ales cor depascens, sig. mundum diuinæ sapientiæ prouidentia ali, & depasci.

Valerianus, folio centesimo trigesimo quarto. d.

17 Vultur, & Scarabeus simul sign. in rerum natura perfectionem. quod Scarabeus Vulcanum, Vultur, Palladem signifi. per Vulcanum marem, per Pallada fœminam signific, & quoniam vniuersus mundus ex mare, & fęmina constat. Vultur sign. fęminam, Scarabeus marem, & ambo simul sign. perfectionem.

Valerianus, folio centesimo trigesimo quarto. f.

18 Vultur desinens in Scarabeum, sign. Palladem, sicuti Scarabeus desinens in Vulturem, sign. Vulcanum.

Valerianus, folio centesimo trigesimo quarto. e.

19 Vultur signific. & Palladem, & Iunonem, quòd esset solum generis fęminei, & cęlum diceretur Vrania in genere fęminino, quod cęlum complectatur vtrumque hemisphęrium superius, scilicet, & inferius. & Pallas sign. superius, & Iuno inferius.

Valerianus, folio centesimo trigesimo quarto. f.

20 Vultur cum Scarabeo sign. Palladem cum Vulcano matrimonio collocatum, quæ fabula sign.

sign. duas vires in eadem substantia meditari, quarũ altera mediatur,& est pallas,altera corpori præest & est Vulcanus. Vale.f.135.

21 Vultur in mathematicis significat dragmas duas. Quod vnitas apud Aegyptios duarum dragmarum instar æstimatur, vnitas,vero vnà cum binario totius est numeri generatio : merito igitur si dragmas duas sign. vellent vulturem pingebant,quandoquidem,& matris,& generationis prærogatiua polleat,perinde ac vnitas vnà cum binario numero omnis generat. Vel quod apud eosdem infanitum anniculorum cor duabus dragmis ponderatur, & singulis annis vsque ad l. augescit duabus scilicet dragmis singulis annis,& postea inde vsque ad centum decrescit vsque ad duas dragmas,& moritur homo.adeo quod vita hominis ad centum annos,vt plurimum protrhai possit. & vultur ipse sig.annos centum.vale f.136.

22 Vulturem cadentem qui est in septimo gradu Capricorni, in Armonica mundi concordia, fig.Chrisolitus,saturegia,& fumus terræ.Geo. Venet.Armon.f.82.

23 Vulturem a coruis laceratum vbi Mitridatis senatus conuenire solebat. Et ibidem stellam magnam uisam esse de cęlo cadere,& effigiem Deæ Isidis visam percuiere illum ipsum locũ fulmine,& inceodente Mitridate nemus furiarum religiosum, risum maximum auditum esse.Et eum sacrificaret Virginem, ipsa virgo repente in largum risum erupit quod turbauit sacrum.anno ab vrbe condita 666.ante Christum D.86.sig.Mitridatis classem a Romanis delendam fuisse, & in bello ciuili a Cinna & Mario excitato dum crudelia facinora fierent, cœlum visum ruere,& arma & vexilla fulmine percussa milites præ timore occisos, sig. Pompeiũ ipsum Gutta mortuus Vncino a populo trahẽdum,quòd cum posset rixas ciuiles amouere noluisset. Et cum Scilla oppugnaret Pireum, militem quendam fereotem aggerem quo urbs expugnatur, a fulmine ictum fuisse, sed quoniam abibat versus Pireum sign. vrbem illam esse capiendam quod euenit:& Iliũ Troiæ cum a Fimbria incensum esset & in illo templum Mineruæ inuentum inter cineres ipsius Mineruę simulachrum vetus integrum & illæsum fig. Ilium incensum rursus esse reædificandum: & duos montes apud Mutinam cũ maximo strepitu inter se concurrisse; & cum uterque in locum suum reuerteretur e medio Ignis flammam magnam & magnum famum erupisse. Et in eo concursu uillas populos, & animalia quæ erant inter utrunque montem & quidquid mediũ existeret corruisse & euersum esse fig.eo anno qui ab urbe condita erat 666. ante Christum D.86.futurum bellum sociale quod non fuit minus crudele quam ciuile, Et in eo bello cum Lucius Cornelius sacrum faceret statim ex parte altaris serpens erupit.Qui fig.Victoriam a Cornelio de samnitis habendam. quod euenit. Iulius obseq. prodig. 116.

24 Vultures sequentes exercitum.fig. eum exercitum uincendũ esse ab inimicis , siue hostibus, nam obseruatum est per tres dies ante conflictum multos uultures præsagire cladem , quam expectant in ea parte quam secuti sunt. V. Anto. & Rhodiginus,libro quinto capitulo decimo-octauo.

25 Vulturis oculum non intueri,ut est Iob.28.fig. populum Iudæorum non cognoscere intentionem incarnationis Christi Lauret. in uerbo aspicere.

26 Vulturis oculus,ut est Iob.28.fig.Diaboli ingenium D.Hieronym.Iob.28.& Lauret.in uoce oculus.

1 VVLTVS siue facies,quos complures Esaias, c.6. Vidit sig.Multa prospicientem ex multiplici illo uultu in eo numero quo Deus cõdidit, & secula.Iacob.faber.in 6.D. Dionysij in Cęlesti Hier..

2 Vultum adhærere terræ ut est Daniel. 10. sign. cognitionem propriæ infirmitatis tenere, uel sign. hominem qui in peccatis, & affectibus, terrenis adhuc hæret.Lauret.in nerbo adhærere.

1 VVLVA alienari peccatores iuxta illud psal. 57.sig.peccatores fieri longe a fonte pietatis,q. est in archetypo qui alio nomine a Zacharia dicitur uiscera misericordiæ Lucæ capitulo primo,vulua enim sign.footem pietatis, iuxta illud Genes. quadragesimoqoono Beoedicat te Deus benedictionibus uberum & vuluæ.f.op. 417.f.3.

2 Vuluam aperire ut est Genes.29.sign.fœcundã reddere , aliquando sign. primogenitum esse. Iacobus Geuschelius lib. 3.elocution. sacrar. scriptur.

3 Vulua ur est Iob.38.Quasi de uulua procedens. sign. occultam & malitiosam carnalium cogitationem Geuschelius , libro sexto elocution. facr.

1 VXOR recedens a uiro ut est Ierem. 3.sign. animum recedente in a Deo.Lauretus in uerbo abire.

2 Vxor Noe quæ dicebatur Tythea magna & Aretia idest terra iussa cum uiro ingredi in Arcam . Sig.hominem animalem unà cum rationale per arcam idest per Ecclesiam saluãdum esse Georg. Venet.arm.f.109.

3 Vxorem fieri sicuti est uitis abundans, ur est psal.127. sig. mentem abundantem sapientia. D. Hilar.psal.127.Et Lauretus in uerbo abundare.

4 ad Vxores appropinquare ut est Exod. 19.sign. carnis curam gerere Lauretus in uerbo accedere.

5 Vxor dilecto ut est Deuter.21.sign. hominem inseruientem voluptatibus,uel fig. ipsam uoluptatem. Lauret.in uerbo amare.

6 Vxorem non implere aut implere uotum abstinentiæ nisi ex arbitrio Viri vt est,numero 30. signific.Carnis macerationem moderandam esse iudicio rationis. Glos.ordin. numero trigesimo.

Fff Vxores

7 Vxores duæ Dauid captiuatæ vt est 1. Reg. 30. sig. populos duos a Dæmonibus in seruitutem adductos. Petrus Bargus cap. de binario folio. 55.

1 V Z apud chimistas sig. ceratam Thimotæam. Garlandius.

2 Vzifur, apud chimistas sig. Cuprinum Ioannes, Garlādius, sig. etiam synopidem, dicitur etiam vitur.

1 X. apud quendam Chymist. signific. ignem siccum cineris.

2 X. in prima lingua dicitur Xan, siue Xain, quā Hebræi vocant. Zain, & interpretatur vehemens properatio, & quia in Alphabeto cimmerio, per hanc literam magister exoptat discipulo vt anhelans properet ad summum caput bonorum, vt eius cognitionem consequatur, quæ res haberi non potest, nisi properans omnia dimittat, & quasi nudus summum caput sequatur, hinc Xan si vertatur vt fiat nax. interpretabitur nudè, vox aduerbialis, significat hominem qui summum bonum velit consequi, oportere liberum ab omnibus alijs cogitationibus esse, uel sig. properationem Spiritus, sancti in auxilium discipuli, ut optat magister. Goropius in Hieroglyph. lib. 11. fol. 166. & 167. & 169.

1 Y. apud quendam Chim. in practica sig. calorem balnei.

2 Y. apud quendam vademecū. sig. multiplicationes, quæ tertij gradus sublimationis sunt, & ex successiuis operationibus ex medicina significata per R.

3 Y apud eundem sig. demonia in arte chimica. Et est decimum septimum principium in illa figura 5.

4 Ypsilon. Quæ & litera pythagoræ.

5 Y. Quæ dicitur litera pythagoræ, sig. Vitam humanam de qua extat Vergilianum illud celebre Epigramma. Litera pythagoræ discrimine secta bicorni. &c. Et Costalius, pegmati. 105. Monstrat iter duplex totidem distincta literis, Quam cernis Samij litera docta senis. &c.

Yercia apud chimistas sig. piscem. Ioannes Garlandius.

Ycar sig. medicinam. Garland.

Ygoraneo sign. herbam mixacorion. Garlandius.

Yinnon, idest filius, qui interpretatur, & natus, & nasci faciens, & est nomen Messiæ, & sign. messiam futurum fuisse Dei filium, qui æternaliter a patre natus est, & in temporum plenitudine a matre. Et in temporum fine facturus est omnes renasci. Galatinus. lib. 3. c. 13.

1 Z. apud quendam signific. separationem liquorum.

2 Zabulon & Dinam sextum illum & istam septimam ex filijs Liæ fuisse extremos post quos Rachel peperit & Ioseph & Beniamim signif. post sextum tempus, vitæ actiuæ quæ assignatur secūdo statui incipere appaerre fructus, vitæ contemplatiuæ quæ assignatur Rachel, & sig. Quod cum sextum tempus secundi status peractum fuerit, quod incipiet tempus tertij status clarescere. Et Zabulon sig. ordinē canonicorum præmonstrensium. in quo & ordo quarundam mulierum sacrarum institutus est quos Dina soror Zabulon sig.

3 Zabulon & Neptalim terram primo tempore alleuiatam esse & nouissimo aggrauatā viam maris trans Iordanem Galileæ gentium. Iuxta illud Isaiæ sign. D. N. I. Christum primum in his duabus tribubus Euangelium prædicaturum fuisse, & eas ab onere peccatorum subleuaturum: Sed in nouissimo tempore eas aggrauatum iri quod earum fides in errore fuerit permansura. D. Hieronymus, super Isaiam.

4 Zabulon obtigisse partem maritimam, sign. illum a mari supramūdano accepisse influxum, quo fortitudinem haberet, & hinc est quod pugnabat fortiter in Castris. Georg. Venet. p. 293. fol. 1. Ioach. l. 2. conc. vtr. rest. capit. 2. & 3.

1 ZACHARIAS pater Ioānis Bap. sig. Deū patrem sicut Ioannes sig. Deum filium & D. N. Iesum, vt homo sign. Deum spiritum sanctum.

2 Zacharias sig. patres primi status sicut Ioannes sign. patres secundi etiam, & Christus homo sig. patres tertij status. l. 2. c. 29. concor. Ioach. Apoc. fol. 84.

3 Zacharias sig. Habraā. Quòd sicuti Habraæ seni facta est promissio filij & credidit Deo & reputatum est illi ad iustitiam. Ita & Zachariæ facta est promissio filij sed nō credidit, & ideo factus mutus vsque in diem natiuitatis Ioānis taciturnitate multatus est. Sed quia Habraam credidit sig. Quòd populus ille antiquus Habraæ fidelis erat in patribus, & Zacharias nō credidit, & hoc sig. quòd populus Hæbreus in diebus Zachariæ infidelis erat Deo. lib. 2. cap. 29. conc.

4 Zacharias factus mutus, significat Tobiam factum cæcum. Et sicut huic aperti sunt oculi in reditu filij, & Raphaelis, ita Zachariæ facta est solutio linguæ in Ioannis Natiuitate. l. 2. c. 29. conc.

5 Zacharias assumēs vasa pastoris stulti vt est Zacha. 11. sig. Antichristum Iudæis esse dominaturum. D. Hier. Zachariæ. 11. & Lauret. in verbo accipere.

6 Zacharias sig. sacerdotem magnum in iustitia, & veritate. c. 29.

7 Zacharias sig. Adam. Quòd sicut Adam habuit filium Abel qui propter iustitiam a fratre occisus, ita & Zacharias habuit Ioannem qui propter iustitiam ab Herode fuit obtruncatus. 29.

8 Zacharias sig. ordinem prædicatorum sicuti Helisabeth. sig. Ecclesiam auditorum. Et Ioseph vir Mariæ sig. Spiritales viros, qui iustorum collegijs prælati sunt. D. Maria sig. ipsam spiritalem Ecclesiam, & a mundo segregatam. Ioach. Apoc. fol. 49.

9 Zacharias, sign. sacerdotes, qui quasi clementa

muta

muta hoc est Historicas narrationes, docent subiectas sibi animales Ecclesias, sicut Angelus, qui apparuit D. Virgini sig. Sacerdotes, qui spiritualiter docent spirituales. Ioachin vt supra fol. 64.

10 Zacharias assumens, duas virgas, quarum alteram decorem & alteram funiculum vocauit, vt est Zachar. 11. sig. Christum pastorem qui decora & pulchra vocatione vocauit gentes. Et pauit Israelem qui dicitur funiculus. D. Hieron. Zachar. 11. & Lauretus, in verbo accipere.

Zacharias, pater D. Ioannis Baptistæ. V. Abraham. 6.

Zacharias, pater D. Ioannis. V. Adam. 3.

11 Zachariæ silentium, vt est Lucæ. 1. sig. paratos, ad Christi D. aduentum, vt scilicet verbum lux veritatis propheticorum ænigmatum mysticum absolueret silentium factum Euangelium. clemens Alexan. in adhortatoria ad Græcos.

Zacharias. V. Abraham. 87.

12 Zachariæ canticum in laudibus matutinis, dici post versiculum. signifi. memoriam beneficij, quod nobis fecit Deus, visitans nos existentes in miseria faciens redemptionem plebis suæ. Vel signif. memoriam præcursoris Christi D. qui uenit in sexta mundi ætate: quam rem signifi. hic psalmus, qui est sextus in laudibus, Michael Timothæus, in diuinum officium quæstione sexagesima quarta, Tractat. secundo.

13 Zachariæ canticum dici stando, & similiter Beatæ Virginis canticum Magnificat dici stando. Et similiter omnia Euangelia dici & cani & audiri stando, ut olim præcepit Beatus Anastasius Papa. signifi. fideles omnes debere esse promptos ad prælium pro Christi D. fide seruanda. Canticum Zachariæ & canticum beatæ Virginis sunt Euangelica. & ideo dicuntur & audiuntur stando. Michael vt supra. Quæstione. 65.

1 ZACHAEVS ascendens sycomorum ut est Luc. 19. sig. gentiles calcantes vanitatem Iudæorum, uel signific. humiles amplectentes, Crucem Christi D. nec erubescentes D. Amb. Luc. 19.

1 ZADE littera. V. serpens. 192.

1 ZACHARIEL tertius Angelus Iouis, & tertius gubernator mundi post Anaelem Angelum Veneris cœpit mundum regere anno creationi mundi septingentesimo octauo, mense octauo, & gubernauit mundum annis tercentum quinquaginta quatuor & mensibus quatuor, Vsque ad annum mundi millesimum sexagesimum tertium inclusiue. Sub huius moderatione homines primum sibi dominium in alterutrum vsurpare cœperunt, ve nationes exercere, tentoria facere & corpora varijs indumentis exornare, factaque est magna inter bonos malosque diuisio, bonis inuocantibus Deum vt Enoch quem transtulit Dominus, malis autem post carnis illecebras discurrentibus. Cœperunt etiam homines sub huius Zacharielis regimine magis ciuiliter viuere, legesque pati maiorum, mansuescere a feritate priori, sub eius quoque ducatu Adam primus homo fuit mortuus, cunctæ posteritati relinquens testamentum necessario moriendi.

Variæ denique hoc tempore adinuentiones hominum & artes emerserunt, sicuti Historiographi clarius expresserunt. V. Raphal. 4. V. Iupiter. 87.

2 Zachariel in secundo suo regimine mundi iterum gubernare cœpit vltimo die mensis Februarij anno mundi ter millesimo centesimo octogesimo nono, & gubernauit annis tercentum quinquaginta quatuor, & quatuor mensibus vsque ad annum mundi ter millesimum quingentesimum quadragesimum tertium. & mensem quartum. Sub huius regimine tempora fuere læta quæ vere aurea dici potuerunt, in quibus omnium rerum copia & generi humano incrementum contulit, & maximum orbi dedit ornatum. Similiter hoc tempore Deus Abrahæ legem circuncisionis dedit, & generis humani redemptionem per vnigeniti sui incarnationem primò pollicitus est. Sub huius regimine spiritus Patriarchæ in fundatores iustitiæ claruerunt, & iusti ab impijs sunt propria volnntate & opere diuisi. Claruit his temporibus apud Arcadiã Iupiter Qui & Lisania Celi & dei filius, Rex qui primus leges Arcadibus dedit, moribus multum fecit esse ciuiles, Dei cultum docuit, Templa construxit instituit Sacerdotes & multa generi humano procurauit vtilia, propter quę & Iupiter ab eis dictus est, & post mortem pro deo habitus. Duxit autem originem ex Heber filijs scilicet Icrari, quemadmodum Historię sonant. Prometheus etiam filius Athlantis sub huius regimine angeli dictus est fecisse homines, propterea quòd ex rudibus effecerit doctos, humanos, mansuetos & moribus, scientiaq; politos, Imagines arte fecit se mouere Vsum anulo primus ex cogitauit. Sceptrum diademaq. & insignia Regalia similiter inuenit Claruerunt & alij Iouiniapi his temporibus homines Sapientissimi Viri, & mulieres, qui suo ingenio multa generi humano vtilia inuenta tradiderunt, & propter magnitudinem sapientię mortui inter Deos relati putabantur uidelicet Photoneus, qui leges & iudicia primus apud Grecos instituit, sol Minerua, Ceres, Serapis apud Aegiptios, & alij com plures. Raphael. 11.

3 Zachariel in tertio suo regimini mundi cepit regere prima dei Iunij anno mundi quinquemillesimo secentesimo sexagesimo nono mense Quarto, Dominicę Vero natiuitatis anno quadringentesimo sexagesimo tertio mense septimo; & presuit annis tercentum quinquaginta quatuor, & mensibus Quatuor usque ad annum mundi sexmillesimum uigesimum tertium & mensem octauum. Deuo.

N I. Christi annum octingentesimum decimũ septimum multi his temporibus amore philosophiæ Christianę sese ad heremũ contulerunt multa etiam apparuere portenta, cometæ, terręmotus, pluuia sanguinis, merlinus in tumbo natus miranda prædixit in principio huius regiminis. Arcturus quem uulgo Aretum vocant Rex Britãniæ famosissimus barbaros vicit, pacem Ecclesię redidit, multa prælia uictor gessit, fidem Christi ampliauit. Galliam totam Noruegiã, Daciã vt multas prouincias suo Imperio subiugauit. Erat omnium sui temporis Regũ gloriosissimus; q post multa egregia patracta nusq; cõparuit multis annis expectatus à Britonibus redire: de quo mirabiles olim cantilenas mimi ediderũt: quo regnante Anglia in flore fuit; cui terdena regna seruierunt Hisce temporibus monachorum in Ecclesia Dei ordines cęperũt multiplicari. Theodoricus Rex Gothorum Arrianus totam Italiam possedit Boetium consulem occidit: erant omnia pertubatione plena Imperium simul & Ecclesia Zenon & Anastasius Imperatores Arriani in Oriente, Theodoricus & sui successoris in Italia. Honorius Rex Vandalorum in Africa Tyrannidem exercebant non paruam. Clodoueus tandem Rex Francorum in Gallia factus Chrianus, & Gothos superauit & pacẽ rebus inposuit, licet non vbique terrarũ. Tempore Sancti Benedicti anno Christianorum, quinquagesimo uel circa in principio regiminis huius Angeli Zachariclis Iouis cuius est proprium spiritus imperia mutare & regna: quod in hac reuolutione factum multipliciter Historiæ declarant: et quod ipse facere nõ potuit, Raphaeli, Angelo, Mercurij successori suo faciendũ in Carolo Francorũ ordinauit. Multa enim regna sub his terectum quinquaginta annis defecerunt Gotorũ, Vandalorum Burgundiorũ, Longobardorũ, Thuringiorũ, Alemannorum, Bauarorũ, & alia complura. Iustinianus Imperator primus Remp. legibus ornauit purcherrime: viri sub Zachariele clarissimi plures floruerunt. Iustinianus Templum S. Sophię quandringentiarum Turrium Constantinupoli extruxit. Imperuim bipertitum confusum, & turbationibus plenum crebrius fuit. signa multa his apparuere temporibus ut est reperire in Historijs. Cusdrae Persarum Rex Hierusalem cepit, quem Heracleus postea occid t. Mahomet Arabs Saracenorum sectã introduxit hisce temporibus circa Christi annum sexcentesimum, per quam Imperium Romanum in Asia ex toto iam cernitur ablatum. Dagobertus Rex Francię Anglos qui tunc Saxones dicebantur superaus interfecit. Notandum quod fides Christiana paulatim ab hinc in Asia & Africa cæpit deficeres ubintrante secta Sarracenorum, quę iam totum pene mundum fędauit. circa annos Christi. D. N. septingentesimum septuagesimum quartũ. Cruces apparueruut in vestibus hominum & non diu postea Imperium Romanorum diuisum est facta trãslatione Monarchię ad Frãcos in Carolum, qui eripuit Ecclesiã & Imperium de interitu, & gessit pręlia multa; nomẽ sub eo vuestgallorum in Saxonia post victoriã cæpit. V. Rapael 18.

1 ZADE litera sig. materiã Cęlorũ & elementorum. sig. suspicionem. sig. latera. & Zade finalis sig. formas elemẽtorum. sig. lumen ingenitum & naturalc. sign. visionem vespertinam. Et Zade prima. sig. 90. Farra f. 175.

1 ZAFARAM apud chimistas sign: limaturã ferri in Vase æreo assatam. Garlandius.

1 ZAIN litera sig. sanctissimum nomẽ Iehoua Sebaot sig. septimã numerationem. sign. Angelos principatus sig. odoratum & sig. arma sig. 7. Farra f. 174. V. X. 2.

1 ZAMBRI succendens se cum domo Regia ut est 3. Reg. 16. sig. Hæresiarchas qui & se ipsos & discipulos perdunt. Lauretus in verbo accendere.

1 ZAMIR Vermis, quo in Templi fabrica saxa & reliqua siue securi uel malleo scindebantur. v. vermis.

1 ZANCRE apud Chimistas sig. auripigmentum.

1 ZAPS apud Euphorionem sig. mare. Clemens Alexandrinus in lib. 5. stromat. f. 265.

1 ZARAM sig. Christum D. N. quòd interpretatur Oriens iuxta illud ecce uir oriens nomẽ eius eius. Remigius in Math. cap. 1

1 ZARAE filijs Iuda manus, quã de utero matris porrexerat Coccino ab obstetrice præligata. & inde in uterum matris retracta loco alteri fratri, qui & ipse in utero matris erat, dato. sign. populum Iudaicum simplicibus legis operibus, & circuncisionis sanguine insignem qui prius apparuerit, seque mox retraxerit, & locum dedisse populo Christiano, quem sig. phares qui secundo loco cognitus hæreditatis primigeniæ uestem abstulerit. Valerianus lib. 40. f. 298.

1 ZARCA apud Chimistas sign. stagnum. Io. Garlandius.

1 ZARS RABAR apud Chimistas sig. argentum uiuum. Garlandius.

1 ZAZELES dęmon cui dictum fuit terram comedes omnibus diebus tuis, & cui data est potestas super cadauera malorum, sign. illum quem pausanias refert uocari Eurinomum. Farra f. 137.

1 ZECO sig. dragantum. Garland.

1 ZEROBILEM apud Chimistas sign. Zodiacum. Ioannes Garland.

1 ZERCI sig. Vitriolum. Garland.

ZE apud Talmudistas quando dicunt quod Isaac ibat sicut Ze portans Crucem suam. & ze apud Cabalistas quando dicunt quod numeratio quæ uocatur iustus & redemptor, dicitur etiam ze. sig. illud quod in Isaac fuit præfiguratum, adimpletum esse in Christo Dom. qui fuit verus uenditus argento. Picus in 21. conclusione Cabalistica. v. Isaac a Thalmudistis.

1 ZERBINVS falso a Gabrina accusatus

& ab

& ab Rotolando liberatus, signific. innocentes a Deo semper iuuari. Ariosti cantu 23. Clem. Valuasorus.

2 Zerbinus qui vbi credebat mori ibi inuenit Isabellam suam, sig. malum magnum sæpe esse causam multi boni Ariosti cantu 23. Clem. Valuasorus.

3 Zerbinus sequens Rotolandum, & illius arma colligens, & pro illis cum Mandricardo pugnans. significat. curam, quam vir gratus debet de se merenti rebus habere debet. Ariosti Cantu 24. Clem. Valuasorus.

4 Zerbini mors insperata quando magis se felicem ob Isabellam inuentam putabat. sign. felicitati sæpe proximam esse ruinam. Ariosti cantu 24. Clemens Valuasorus.

5 Zerbinus qui ob fidem datam Marphisæ de Gabrina dimittit quærere Isabellam, ut Gabrinę obsequatur. sig fidem anteponendam esse prijs desiderijs. Ariosti Cantu 20. Clemens Valuasorus.

1 ZEZEM coronatum fuisse ab omnibus nouem musis Lauro. sig. zezem in comparandâ doctrina duros labores, & amaras nigdias passum fuisse, lauri enim folia sunt & dura & amara. Valer. f.372. v. laureum sceptrum. & lauro coronatum fuisse &c.

1 ZETHVM, & Amphionē cōdidisse citharę sono mœnia Thebana. v. Amphionem.

2 Zethus & calais. v. Phineus.

1 ZIZANIA comburere, ut est Math. 13. sig. dogmata peruersa subuertere. Orig. Matth. 13. & Lauretus in uerbo accendere. & sig. malos in infernum detrudi.

1 ZODIACVS circulus distinctus per gradus 360. cum imaginibus & signis sig. annum. quia Sol peuagans omnem illum circulum annum conficiat hoc etiam sig. circulus Simandij quē de illius sepulcro Cambisses & Persæ sustulerunt. Vide Patauini Palatij Corona. Valer. f.287.

2 Zodiaci signa. V. Adam. 44.

3 Zodiaci signa duodecim, cum septem capitibus humanis significantibus septem planetas in quorū medio existebat caput Iouis capitolini sig. prouidentiam uel diuinitatem Imperatoris. Erizzus. f. 433.

1 ZONA aurea, qua Christus D. erat præcinctus ut est Apocal. 1. sig. Chorum Sanctorum Christo ad hęrentium, uel sig. scientiam spiritualem & purum sensum. D. August. Apocal. hom. 1.

2 Zonam auream circa mamillas habere, ut est Apocal. 15. sig. cogitationum mutabilium cūctos motus per amoris vincula restringere. Lauretus in verbo Baltheus. & Zonæ aureæ quibus erant præcincti Angeli, ut supra sig. fęcundarum virtutum custodiam. uel sig. charitatem prędicatorum. D. Dionys. hier. cęlesti. 15. Rupert. 9. in Apocal.

3 Zona pellicea D. Ioannis Baptistæ ut est Math. 3. sig. apparatum efficacem in omne opus bonum. vel sig. quòd Cristus D. esset attenuaturus carnem usque ad pellem.

4 Zona Sacerdotis V. Baltheus.

5 Zona qua utetur Episcopus sig. continentiam quæ in Episcopo esse debet. Aemarus Hennequinqus. lib. ad Greg. 13. cap. 5.

6 Zona aurea qua cingebatur similis filio hominis ad mamillas in Apocalipsi. sig. internæ castitatis custodiam qua mens Spiritualis viri stringenda est, ne hac luxuriæ fluxus per immūdas & illicitas cogitationes dissoluat: & quoniam duplex est custodia castitatis vna mentis quam sig. Zona pellicea quam gerebat D. Ioannes Baptista. Sed illa aurea stringit pectus & ista pellicea stringit lumbos, a corde quod est in pectore exeunt cogitationes & à lumbis exeunt incentiua carnis.

7 Zona aurea D. N. I. sig. Iustitiam Testamenti noui sicuti sig. etiam vitam contemplatiuam.

8 Zona pellicea D. Ioannis Sig. Iustitiā Testamenti veteris. sig. etiam vitam actinam.

9 Zona tam apud Hebręos, & Gręcos quam etiā Romanos sig. Virginitatem: vnde Virgines Trœzeniorū ante nuptias Palladi Apaturiæ Zonam dedicabant quòd sig. se se Virginitatē depositur as. Valerianus. lib. 40. f. 298.

10 Zonis aureis accingi circa pectora, ut est Apoc. 15 sig. prædicatoris qui charitate prædit ę sūt Rup. supra Apoc. 15. & Lauretus in verbo accingere.

11 Zonæ solutio sig puerperium: mulieres enim in primo partu Zonam soluere dicebantur. Vnde,

12 Zonam Dianæ dicare sign. eam mulierem tum primo peperisse; solebant enim mulieres in primo partu Dianæ Zonam dicare. Valer. lib. 40. f. 299.

13 Zonæ circulus summi Pontificis sig. Oceanum qui utique cūcta suo limbo circundat. Ioseph. de antiq. lib. 3. cap. 11.

14 Zona in sanctis Angelis. sign. fecundarum ipsarum virtutum custodiam diligentem cogentemque ipsas inhabitum qui in se met singulari facilitate conuertitur, ac per gitum circa seipsum immutabili identitate uersatur. D. Dionisius 15. cap. Cœlell. Hierarch.

15 Zona qua Pontifices sacra facturi præcingi solent. sig. fortitudinem. Valerianus libro 40. f. 299.

16 Zona etiam secundum Tertulianum sign. tormentum.

17 Zona secundum Hilarium sig. efficacem in omne opus bonum apparatum, ut ad omne mihi sterium Christi uoluntatis cingulo simus accincti. Valer. lib. 40. f. 299.

18 Zona siue cingulum sig. Temperantiam, & moderationem, qua fluxæ animorum cupiditates coercentur, luxuriantia compescuntur, & modus imponitur rebus. Valer. lib. 40. f. 299.

19 Zonæ quinque circundantes arcem Neptuniā apud Platonem. sign. quinque naturas sphęrarum, scilicet cœlestem, igneam, aeream, aqueam, & terream. Ficin. in Critia.

20 Zonas quinque circundantes arcem Neptuniā apud

apud Platonem esse partum aqueas, & partē terreas, sig. motum & flatum in rebus. Ficinus in Critia.

21 Zonas omnes circundantes Arcem Neptuniā communis meatus, apud Platonem, sig. mutuam rerum inter se geniturain. Ficinus in Critia.

1 a ZOROBABEL usque ad D. N. I. non esse scripta nomina patrum in ueteri Testamēto sig. illud tempus positum esse pro Sebbato & quiete populi Hebræi, & illud tempus sign. tempus in Ecclesia D.N. ab anno 1260. usq. ad annum 1560.

2 Zorobabel quòd interpretatur Doctor Babel, siue confusionis sig. illum fuisse futurum Doctorem Regis Babilonij, atque illius sapientū. Nam in quæstione ab ipso Rege proposita Zorobabel dixit ueritatem omnia uincere. Diu. Chrisost. in Matth. cap. 1.

3 Zorobabel sig. Christum D. N. iuxta illud Magister vester cum publicanis & peccatoribus manducat, propter interpretationem, Zorobabel enim interpretatur magister confusionis. Remig. io Matth. cap. 1.

4 Zorobabel sequi Salathiel sig. illum qui petiuit Deum fieri magistrum Babilonis, idest hominum terrenorum, ut cognoscant de Deo, qui est pater. Rabanus in Math. cap. 1.

1 ZVENTLBITVS Deus Rugorū qui stās super columnā in altera manu arcum, in altera vero cornu uino refertum, tenebat & apud eos habebatur Deus qui messi præesset, si eius cornu, quod in manu habebat in tempore messis inueniebatur a Sacerdote plenum vino, signifi. magnam messis fęcunditatem, si uero vinum decreuisset, sign. annonæ caritarem. Volfangus Lazius lib. 12. in Catalogo ducum ex Principum Rugiæ. f. 818.

1 ZVR, vnum ex tribus Dei nominibus quæ apud Hebræos tres tantum habent literas, sign. Diuinam Trinitatem, Nam literæ tres, sign. personas, & vnitas nominis. sign. Dei essentiam. Zur enim aliquando interpretatur Deus, & aliquando petra, & est vna de tribus coronis quas Hebræi Deo ascribunt, & præcipue Messiæ, qui vera erat petra. Raphael Aquilinus in primo suo tractatu fol. 7. & 27.

1 Z apud quendam Chymistam sig. alembicum cum cucurbita.

1 ZYCHTHEDON v. Marpres.

COMMENTARIORVM SYMBOLICORVM.

FINIS.

